Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZ
Vittorio Emanuele III
XII
G
28
NAPOLI

XII
G.
28-29

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

R.P. NICOLAI

BALDELLI

THEOLOGIA MORALIS.

BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE III NAPOLI

Digitized by Google

XII
G
28

Digitized by Google

R. P. NICOLAI BALDELLI CORTONENSIS, E' SOCIETATE IESV THEOLOGI,

Diſputationum ex morali Theologia, LIBRI QVINQVE.

I. De humanis actionibus in vniuerſum.	III. De vitiis capitalibus.
II. De vitiis, & peccatis.	IV. De conſcientia.
	V. De legibus.

Quæ omnia, tum ex principiis, & doctrina S. Thomæ, veterúmque Theologorum; tum verò etiam ex decretis ſacrorum Canonum, Summorúmque Pontificum Sanctionibus, & ex placitis vtriuſque Iuris Doctorum accuratiſſimè diſſeruntur.

Cum ſolutionibus plurimarum quæſtionum ad particulares caſus, & officia conſcientiæ pertinentium.

EDITIO PRIMA,

INDICIBVS NECESSARIIS ILLVSTRATA.



LVGDVNI,
Sumpt. GABRIELIS BOISSAT, & Sociorum.
M. DC. XXXVII.

CVM PRIVILEGIO REGIS.

Digitized by Google

SERENISSIMO PRINCIPI
FERDINANDO II.
MAGNO ETRVRIÆ DVCI,

NICOLAVS BALDELLVS fel.

ET amoris innati ſuauiſſima cogor illecebra, & vero claritudinis tuæ fulgore longè maximo iam dudum ad te rapior; SER. PRINCEPS, cupióque Celſitudinem iſtam eo, quo par eſt, obſequio conuenire. Sed apparere in conſpectu tuo hucuſque, quia vacuus, omninò non poteram: cùm enim ſingularibus virtutum pigmentis, & egregiis animi dotibus Deum expingas, ac referas luculenter in terris, iure propemodum tuo reiiciendum cenſuiſſes eum, qui ad te ſine donariis acceſſiſſet. Ne igitur tibi quidquam, dignitatíque tuæ detractum velim, mihíque, ſi aliter egero, parem repulſam, audeo meorum laborum primitias oblaturus, occurrere facilitati, humanitatíque erga me tuæ, vectigal ſimul aliquod meæ ſoluturus voluntatis, iam pridem tibi, & naturali, & volũtario iure deuinctæ. Primitiarum autem mearum, ſiue tributum, ſiue mauis ipſe munuſculum, illi ipſi conficient labores mei, quos ex morali Theologia per multos olim annos in Romano Collegio, honeſtiſſima Auditorum Corona excipiente, propoſui, ſæpiúſque deinceps reuocaui ad limam, atque diſcuſſi, ſiue priuata id exigente amicorum neceſſitate, ſiue etiam ſua extorquentibus interdum authoritate primariis à me, atque Principibus Viris, qui vigẽt benè multi, floréntque in hac Aula, non tam Vrbis, quàm Orbis terrarum, & me dignati ſunt inter primos de rebus identidem grauiſſimis, arduíſque conſulere. Quò magis ſperandum eſt, à te mihi futurum, vt primitias haſce meas sereniſſimis non tam oculis delibes, ac veluti lambas ad vitam; quàm amoris, atque beneuolentiæ facibus ex alto tuæ Celſitudinis apice, quaſi cœlo miſſis, ſuauiter ſuccendas, ac probes, frequenti etiam lectione donatas. Etenim, cùm rara ſit planè auis in terris Princeps eruditus, ad te ſic geſſit accedere, vt non diuerſorium, ſed domicilium; non hoſpita, ſed familiaris inueniſſe Sa-

Deuter. 16. & Eccleſiaſtici 35.

pientia videatur, perilluſtre eruditi exemplum Principis formatura, vſque adeò tempus penè omne in libris perlegendis, ac peruoluendis inſumis. Et quod ſuſpicere nemo non debeat, cùm ſolennis ſit illa propemodum ætatis conſuetudo, qua iuuenes in aliis libentiùs omnibus bonas horas impendere, quàm in libris, ac litteris malint; tu, ac ſi cætera vitæ oblectamenta (malorum veriùs irritamenta) neſcires, totus in libris es, animúmque longo curarum poſtliminio refecturus, diuertere non inuitum, cogis ad libros; imò verò, cùm ſemper ſingulis quibuſque (quicunque tandem ij ſint) facilis ad te pateat aditus, ſempérque molliſſima fandi tempora tecum pauperes indiſcriminatim ſoleant, diuitéſque diuidere; ab aſſidua tamen librorum cognitione vacare non potes, viderísque ex illa non modò diſcere, quid agas, & quid debeas tuis; ſed etiam vires trahere, ac tempus etiam venari ad illos feliciter audiendos, regendóſque.

Neque verò ſit, qui libros meos, rem planè tuam, ex eo reſpuendos à te putet, quòd eccleſiaſticos potiùs viros reſpicere, quàm alios Principes videantur: cùm enim maximè ſint de officiis conſcientiæ, ac de regulis humanarum actionum, iis maximè congruunt, qui & ſe ipſos, & populos ſibi ſubiectos arbitra æquitate moderantur, vt, dum inter homines ſunt quaſi Dij, à Dei integritate, atque iuſtitia non deflectant. Popularibus certè cuiuſque Principis, qui per diem moleſtiſſimis curis, ac litium æſtibus agitantur, appetente iam veluti nocte, in promptu debet eſſe puluinar ſuaue, opportunúmque, Principis æquitas, atque integritas, vt eam appellat Sanctus Bernardus; in quo, ſcilicet, ſi non omninò digerere, ſopire ſaltem tantiſper valeant eas ſollicitudines, quæ cor, animúmque latenter exedunt. Quomodo autem huiuſmodi leuamentum expectare quis poſſit ab illo Principe, qui iuſtitiæ, hoc eſt, officiorum, ac legum, ſit planè rudis? Si debet Princeps præſtare ſe omnibus veluti Deum, omninò debet præſtare ſe omnibus quaſi parentem, atque nutricem, quæ veluti ſinu omnes excipiat, omnes foueat, ac recreet, non ſecùs ac Deus, qui continenter omnibus aperit manum ſuam, & implet omne animal benedictione. Id verò non ſolùm facilè; ſed & ſuauiter exhibebit, ſi peritus officij, ſi amans, & cultor iuſtitiæ fuerit. Vtinam id aliquando non magnoperè deſiderent in Viris Principibus ſubiecti populi! Vtinam id ſemper inueniant euentu amabili, votiſque mortalium reſpondente! Certè, quia morum ſuauitas, atque integritas tuo ſemper hoſpitari gaudet in pectore, populares illam tui, eximia cum nominis Medicei laude, obuiam ſemper inueniunt, & complectuntur, vt mirum non ſit, ſi mei quoque labores, meíque libri alium portum, quàm ſinum tuum, quærere non audeant, ambire non debeant, reperire non poſſint.

Serm. 2. de Aduetu.

Pſ. 144.

MVTIVS

MVTIVS VITELLESCVS, SOCIETATIS IESV Præpoſitus Generalis.

CVM *Diſputationum ex Morali Theologia libros quinque*, NICOLAI BALDELLI, *noſtra Societatis Sacerdotis*, tres eiuſdem Societatis Theologi, quibus commiſſum fuit, recognouerint, & in lucem edi poſſe probauerint; facultatem concedimus, vt typis mandentur, ſi ita iis, ad quos pertinet, videbitur. In quorum fidem, has litteras, manu noſtra ſubſcriptas, & ſigillo noſtro munitas dedimus. Romæ, 23. Nouembris, 1634.

MVTIVS VITELLESCVS.

CENSVRA OPERIS.

EX commiſſione Reuerendiſſ. Patris Fr. Nicolai Riccardij, Ordin. Prædicat. Sac. Apoſt. Pal. Magiſtri, legi *quinque libros Diſputationum ex morali Theologia, R. P.* NICOLAI BALDELLI, *Soc.* IESV *Theologi.* Nihil in iis, quod à Catholica doctrina, aut ſac. Canonum Decretis, aut à recta ratione alienum ſit, deprehendi: imò verò tam eruditè, prudenter, ſolidè, totius doctrinæ de moribus principia, de quibus diſſerit, exponit; vt Opus ipſum, etiam poſt tam multa in hoc genere ſcripta, digniſſimum luce in hoc eruditiſſimo ſæculo eſſe cenſeam. In quorum fidem ſubſcripſi. Romæ, in Domo Profeſſa Soc. IESV, die 14. Febr. 1635.

Ego VALENTIVS MANGIONIVS, Soc. IESV, Sacræ Pœnitentiariæ Conſultor Theologus.

APPROBATIO.

EX commiſſione Reuerendiſſimi Patris Fr. Nicolai Riccardij, Ordin. Prædicat. Sac. Apoſt. Pal. Magiſtri, legi *quinque libros, id eſt, de humanis actionibus, de vitiis, & peccatis, de vitiis capitalibus, de conſcientia, de legibus, R. P.* NICOLAI BALDELLI, *Societatis* IESV *Theologi*, in quibus Auctor eruditè, prudenter, & ſolidè tractat principia moralis Theologiæ, adeò vt è bono publico futurum cenſeam, vt Opus hoc in lucem prodeat. Ex Collegio Anglicano, 24. Februarij, 1635.

THOMAS COVRTNEVS, Soc. IESV.

IMprimatur.

Fr. NICOLAVS RICCARDIVS,
Sac. Pal. Apoſt. Magiſter.

FACVLTAS R. P. PROVINCIALIS SOCIETATIS IESV in Prouincia Lugdunenſi.

EGo Claudius Boniellus, Societatis IESV in Prouincia Lugdunenſi Præpoſitus Prouincialis, Opus, quod inſcribitur, NICOLAI BALDELLI, *è Societate* IESV *Theologi, Diſputationum ex morali Theologia Libri quinque*, &c. trium Societatis eiuſdem Theologorum iudicio probatum, iuxta priuilegium eidem Societati à Regibus Chriſtianiſſimis Henrico III. 10. Maij, 1583. Henrico IV. 20. Decembris, 1606. & Ludouico XIII. nunc regnante, 14. Februarij, 1611. conceſſum, quo Bibliopolis omnibus prohibetur, ne libros ab hominibus noſtræ Societatis compoſitos, abſque Superiorum eius permiſſione imprimant: Permitto GABRIELI BOISSAT, ac Sociis, Bibliopolis Lugdunenſibus, vt ad ſex proximos annos excudere, ac liberè diuendere poſſint. Datum Lugduni, 28. Nouembris, 1636.

CLAVDIVS BONIELLVS.

CENSVRA OPERIS.

NOs infraſcripti teſtamur, nihil nobis in hoc Opere morali Nicolai Baldelli è Societate Iesv, prorſus occurriſſe à bonis moribus,& Catholica fide,Theologorúmque placitis alienum.In cuius rei fidem hoc teſtimonium manu noſtra ſubſcriptum,& ſigillo Societatis noſtræ obſignatum dedimus. Lugduni 18. Nouembris,1636.

Theophilvs Raynavdvs,
è Soc. Iesv.

Ioseph Gibalinvs,
è Soc. Iesv.

R.D.D. HECTOR DE CREMEAVLX CHAMOSSET,
huius Libri imprimendi Facultas.

HÉctor de Cremeavlx Chamosset,Comes, & Decanus Lugdunenſis, Vicarius Generalis in Archiepiſcopatu Lugdunenſi: Opus inſcriptum, Nicolai Baldelli *Theologia moralis*, à Theologis viſum, & approbatum,in lucem edendi Facultatem concedimus. Datum Lugduni die 16. Aprilis, 1637.

CREMEAVLX.

SVMMA PRIVILEGII A CHRISTIANISSIMO
Galliarum Rege conceßi.

LVdovici XIII. Galliæ, & Nauarræ Regis authoritate ſancitum eſt, ac præſentibus Literis cautum, ne quis in Regno ſuo, aliiſve locis ditioni ſuæ ſubiectis, intra proximos annos ſex,à die impreſſionis primæ inchoandos ac numerandos, excudat, vendat, excudendum, vendendúmque quouis modo, & ratione conetur Librum, qui inſcribitur, Nicolai Baldelli, *Cortonenſis, è Societate* Iesv *Theologi, Diſputationum ex morali Theologia Libri quinque*,&c. præter Gabrielem Boissat, & Socios, Bibliopolas Lugdunenſes, aut illos, quibus ipſimet conceſſerint. Prohibitum inſuper eadem authoritate Regia omnibus ſuis ſubditis,eundem Librum extra Regni ſui limites imprimendum curare, vel quenquam, vbicunque fuerit, ad id agendum impellere, ac inſtigare, ſine conſenſu dictorum Gabrielis Boissat, & Sociorum. Idque omne ſub confiſcatione librorum,aliiſque pœnis originali Diplomate contra delinquentes expreſſis. Datum Pariſiis,decimaquinta die Decembris,anno milleſimo ſexcenteſimo trigeſimoſexto.

De mandato Regis.

Signatum,

PETIT.

Deſiit excudi vltimo Aprilis, 1637.

INDEX

INDEX LIBRORVM, ET DISPVTATIONVM, QVÆ IN HOC VOLVMINE CONTINENTVR.

LIBER PRIMVS.

De humanis actionibus in vniuerſum.

Disp.1. QVID ſit actio humana propriè dicta. pag.1.
2. Quid ſit voluntarium, quod reperitur in humanis actionibus. 2
3. Quid ſit voluntarium perfectum, & qua ratione ſit idem cum libero, ſeu deliberato. 5
4. Qua de cauſa voluntarium perfectum non reperiatur in brutis, & bruta non deliberent. 9
5. Quid ſit voluntarium directum, & quid indirectum, & quo differat à voluntario implicito, interpretatiuo, & in alio. 13
6. An, & quo modo ad voluntarium indirectum requiratur debitum agendi oppoſitum. 15
7. Quo modo aliquid ſit voluntarium voluntate propria, vel aliena, actu, vel virtute. 19
8. Quale voluntarium requiratur, & ſufficiat ad peccatum, ſiue mortale, ſiue veniale. 21
9. Quare voluntarium, quod requiritur ad peccatum, non ſit in brutis, nec in pueris, & aliquando neque etiam in ſenibus. 24
10. Qua de cauſa voluntarium, quod requiritur ad peccatum, non poſſit eſſe in dormientibus. 30
11. Qua de cauſa voluntarium, & peccatum non poſſit eſſe in ebriis, & temulentis. 34
12. Qua de cauſa voluntarium, & peccatum non poſſit eſſe in furioſis, amentibus, melancholicis, phreneticis, deliris, mente emotis, & mente turbatis. 36
13. Quid, & quotuplex ſit inuoluntarium. 43
14. Quo modo per violentiam cauſetur inuoluntarium, & quo modo voluntas poſſit illam pati in ſuis actibus. 44
15. Quid ſit inuoluntarium mixtum, ſecundùm quid, & conditionatum, & quo modo cauſetur per metum. 49
16. Quot ſint ſpecies metus ex S. Damaſceno, & quo modo per omnes illas cauſetur inuoluntarium mixtum, & ſecundùm quid, tam in foro conſcientiæ, quàm in foro externo. 55
17. Quid requiratur ad metum grauem, probabilem, & iuſtum, ſiue cadentem in virum conſtantem; & vtrùm grauitas mali ſit attendenda comparatiuè ad ipſum timentem, & ipſi ſoli debeat imminere. 58
18. Quo modo metus ſit grauis, & cadens in virum conſtantem, ſi incutiatur circa bona corporis. 62
19. Quo modo metus ſit grauis, ſi incutiatur circa amiſſionem bonorum externorum, quæ ſunt ad vſus vitæ. 65
20. An, & quo modo metus ſit grauis, ſi incutiatur circa amiſſionem famæ, aut honoris. 67
21. An, & quo modo metus amittendi bona ſpiritualia, tam naturalia, quàm ſupernaturalia, poſſit eſſe grauis, & cadere in virum conſtantem. 70
22. An, & quo modo metus reuerentialis poſſit eſſe grauis, & cadere in virum conſtantem. 74
23. An, & quo modo blanditiæ, & preces, ſiue importunæ, ſiue non importunæ, poſſint inducere metum grauem, & cadentem in virum conſtantem. 80
24. Vtrùm inuoluntarium cauſetur ex concupiſcentia. 83
25. De variis diuiſionibus ignorantiæ, ex qua poteſt cauſari inuoluntarium. 90
26. Quo modo ex ignorantia concomitante, conſequente, & antecedente, cauſetur inuoluntarium. 92
27. Quæ ſint rationes, aut circunſtantiæ particulares, circa quas ignorantia, aut incogitantia facit inuoluntarium in vnoquoque actu. 98
28. Quid requiratur ad hoc, vt ignorantia poſſit dici inuincibilis, & excuſet à culpa. 100
29. Quorum iurium poſſit haberi ignorantia inuincibilis. 104
30. An, & quo modo inter ea, quæ cauſant inuoluntarium, poſſit numerari conſuetudo, & habitus. 109

LIBER SECVNDVS.

De vitiis, & peccatis in vniuerſum.

Disp.1. QVo differat peccatum, & vitium, & vtrùm ratio vitij, aut virtutis eſſentialiter conueniat habitui. 112
2. Quo modo actui virtutis, & vitij conueniat ratio ſtudioſi, & praui. 114
3. Quo modo vitium contrarietur virtuti. 117
4. Quo modo vitium ſit contra naturam. 120
5. Quo modo vitium non ſit peius, quàm actus vitioſus. 124
6. Vtrùm peccatum, & actus vitioſus poſſit eſſe ſimul cum virtute. 127
7. Vtrùm in omni peccato ſit aliquis actus. 131
8. Vtrùm peccatum rectè definiatur: Dictum, factum, vel concupitum contra legem æternam. 140
9. An, & quo modo ratio formalis peccati conſiſtat in contrarietate, aut relatione difformitatis ad

ad legem, vel ad naturam rationalem, & vniuerſaliter in aliquo relatiuo. 141
10. Vtrùm ratio formalis peccati conſiſtat in aliquo poſitiuo abſoluto. 145
11. Quo modo ratio formalis peccati conſiſtat in priuatione. 151
12. Quo modo peccata differant ſpecie ſecundùm obiecta. 159
13. Quo modo diſtinguantur peccata ſpiritualia à carnalibus. 162
14. Quo modo inter ſe differant peccata cordis, & peccata oris, aut operis. 163
15. Vtrùm peccata eſſentialiter differant ex hoc, quòd proueniant ex diuerſis cauſis efficientibus, aut finalibus. 164
16. Quo modo peccata inter ſe differant ex hoc, quòd ſint in Deum, vel in ſe ipſum, vel in proximum. 166
17. Quo modo differant peccata, in quantum ſunt mortalia, aut venialia, hoc eſt, ſecundùm reatum pœnæ æternæ, aut temporalis. 167
18. Quo modo differant peccata, in quantum ſunt commiſſionis, aut omiſſionis. 169
19. Vtrùm peccata per exceſſum, & per defectum ab eadem mediocritate virtutis, differant ſpecie. 175
20. Vtrùm peccata differant ſpecie ſecundùm diuerſas circumſtantias. 176
21. Quibus modis multiplicentur numero peccata cordis. 179
22. Quibus modis multiplicentur numero peccata oris. 182
23. Quibus modis multiplicentur numero peccata operis. 184
24. Quibus modis multiplicentur numero peccata omiſſionis. 186
25. Quo modo peccata non ſint omnia inter ſe connexa. 187
26. Quo modo peccata non ſint omnia inter ſe paria. 189
27. Quo modo inæqualitas peccatorum attendatur ex obiectis. 195
28. Quo modo inæqualitas peccatorum attendatur ex virtutibus oppoſitis. 197
29. Quo modo inæqualitas peccatorum attendatur ex hoc, quòd ſint ſpiritualia, aut carnalia. 200
30. Quo modo inæqualitas peccatorum attendatur ex cauſis efficientibus, aut finalibus. 202
31. Quo modo inæqualitas peccatorum ſit attendenda ex circumſtantiis. 204
32. Quo modo inæqualitas peccatorum ſpecialiter ſit attendenda ſecundùm maius nocumentum, quod afferunt ipſi peccanti, vel alteri. 206
33. Quo modo inæqualitas peccatorum ſpecialiter attendatur ſecundùm conditionem perſonæ, in quam peccatur. 211
34. Quo modo inæqualitas peccatorum attendatur ex magnitudine perſonæ peccantis. 214
35. An, & quo modo voluntas ſit ſubiectum omnis peccati. 216
36. An, & quo modo in ſenſualitate poſſit eſſe peccatum mortale, aut veniale. 220
37. An, & quo modo in ratione ſuperiore, aut inferiore poſſit eſſe peccatum mortale, aut veniale. 227
38. De cauſa efficiente peccati in generali, ſiue intrinſeca, ſiue extrinſeca. 232
39. De cauſa efficiente intrinſeca ex parte rationis, quæ eſt ignorantia. 233
40. De cauſa efficiente peccati ex parte appetitus ſenſitiui, quæ eſt paſſio. 235
41. Quo modo peccatum ex paſſione dicatur eſſe ex infirmitate, & omne peccatum dicatur habere principium ex hac paſſione, quæ eſt amor ſui. 238
42. De cauſa peccati ex parte voluntatis, quæ dicitur malitia. 242
43. Quo modo Deus ſe ſolo operans non ſit cauſa peccati. 246
44. Quo modo Deus cooperans cum voluntate creata ad actum peccati, non ſit cauſa peccati. 248
45. Quo modo Deus ſit cauſa excæcationis, & indurationis. 254
46. Quo modo inter cauſas peccati extrinſecas numeretur Diabolus. 256

LIBER TERTIVS.

De vitiis, & peccatis, prout ſunt capitalia, & cauſæ, vel principia aliorum.

Disp. 1. Quo modo cupiditas dicatur à S. Paulo eſſe radix omnium malorum. 260
2. Quo modo ſuperbia Eccleſiaſtici 10. dicatur initium omnis peccati. 262
3. Quo modo aliqua vitia, & peccata dicantur capitalia, & quænam illa ſint. 264
4. Quibus modis contingat peccatum ſuperbiæ, & inanis gloriæ, quæ ponitur primum inter peccata, vel vitia capitalia. 265
5. De iactantia, nouitatum præſumptione, & hypocriſi, quæ oriuntur ex vana gloria, & primo loco numerantur, vt eius filiæ. 267
6. De pertinacia, diſcordia, contentione, & inobedientia, quæ ſunt aliæ filiæ vanæ gloriæ. 270
7. De ambitione, & præſumptione, ſiue arrogantia, quæ ſimiliter pertinent ad vanam gloriam. 272
8. De auaritia, eiuſque filiabus in vniuerſum. 273
9. De duritia cordis, inquietudine, violentia, fallacia, fraude in particulari, quæ ſunt filiæ auaritiæ. 274
10. De proditione, quæ vltimo loco numeratur inter filias auaritiæ. 275
11. De proditione, quæ poteſt contingere circa manifeſtationem ſecreti, & circa apertionem litterarum. 276
12. Vtrùm liceat ſine vitio proditionis inquirere de vita, & moribus aliorum, vt faciunt communiter Principes, qui inquirunt de Prælatis, & iis, qui degunt in Romana Curia. 279
13. De iis, quæ pertinent ad luxuriam ſecundùm ſe. 281
14. Vtrùm in peccatis luxuriæ poſſit dari paruitas materiæ circa delectationem veneream. 283
15. Quid ſit dicendum de quibuſdam tactibus in particulari, quoad grauitatem, aut leuitatem malitiæ. 288
16. Quid ſit dicendum de aſpectibus inhoneſtis, quoad grauitatem, aut leuitatem culpæ. 293
17. Quid ſit dicendum de locutionibus, aut geſtibus turpibus, quoad grauitatem culpæ. 296
18. Quid ſit dicendum ſpecialiter de comœdiis, aut ſpectaculis turpibus. 297
19. Quo modo luxuria ſit vitium capitale, & quæ ſint illius filiæ. 299
20. De iis, quæ ſpectant ad affectionem, & actum iræ. 302
21. De iis, quæ pertinent ad peccatum iræ, eiúſque grauitatem, aut leuitatem. 306

22. Quo

22. *Quo modo ira ſit vitium capitale.* 310

23. *De indignatione,& mentis tumore,quæ numerantur primo loco inter filias iræ.* 311

24. *De clamore , & contumelia,quæ ſecundo loco numerantur inter filias iræ.* 314

25. *De maledictione,quæ reducitur ad contumeliam.* 319

26. *De rixa,quæ eſt vltima iræ filia.* 313

27. *De iis , quæ pertinent ad gulam in vniuerſum.* 325

28. *In quibus caſibus peccatum gulæ poſſit eſſe mortale.* 327

29. *An, & quo modo gula ferina , & beſtialis circa eſum crudarum carnium, aut humanarum , ſit peccatum mortale.* 333

30. *De iis,quæ pertinent ad ebrietatem.* 338

31. *Quo modo gula ſit vitium capitale,& quæ ſint illius filiæ.* 346

32. *Quo modo contingat peccari mortaliter ex hebetudine mentis , & ex inepta lætitia , quæ ſunt primæ inter filias gulæ.* 347

33. *De aliis filiabus gulæ , quæ ſunt multiloquium, ſcurrilitas,& immunditia.* 349

34. *De iis,quæ pertinent ad inuidiam ſecundum ſe.* 352

35. *De grauitate,& leuitate peccati inuidiæ.* 355

36. *Quo modo inuidia ſit vitium capitale,& quæ ſint illius filiæ.* 359

37. *De iis , quæ pertinent ad acediam ſecundum ſe.* 361

38. *Quo modo acedia ſit vitium capitale, & quo modo contingat peccari mortaliter per eius filias.* 365

LIBER QVARTVS.

De regula intrinſeca humanorum actuum,quæ eſt conſcientia.

Disp.1. *QVid ſit conſcientia.* 368

2. *Quotuplex ſit conſcientia , & quo modo diuidatur in veram,& falſam,ſiue erroneam,certam,dubiam,probabilem,& ſcrupuloſam.* 372

3. *Quo modo ſit obligatio operandi ſemper ex conſcientia,quando eſt certa.* 373

4. *De iis,quæ pertinent magis in particulari ad obligationem conſcientiæ erroneæ.* 375

5. *De aliis quibuſdam , quæ ſimiliter pertinent ad obligationem conſcientiæ erroneæ.* 379

6. *An,& quo modo conſcientia erronea inuincibilis , & inculpabilis circa honeſtatem alicuius actus , verè faciat illum actum eſſe honeſtum.* 381

7. *De obligatione , quæ oritur ex conſcientia dubia in vniuerſum.* 383

8. *An, & quo modo in dubiis ſemper ſit eligenda pars tutior.* 385

9. *Quo modo ex dictis de conſcientia dubia ſint explicandi plurimi caſus circa particulares materias.* 390

10. *Quo modo ſit licitum operari ex conſcientia probabili , etiam quando actualiter habetur formido de oppoſito.* 393

11. *Quid requiratur ad hoc,vt conſcientia , vel opinio ſit probabilis.* 395

12. *An, & quo modo ſit licitum operari ex opinione probabili, omiſſa probabiliore , etiam propria ipſiuſmet operantis,& magis tuta.* 398

13. *Quo modo Doctores,& Præceptores,& Confeſſarij ſpecialiter peccent, aut non peccent,ſequendo , aut non ſequendo opinionem probabilem; omiſſa probabiliore.* 401

14. *Quid ſit dicendum de Medico circa ſequendam, aut non ſequendam opinionem probabilem, omiſſa probabiliore , in materia artis medicæ.* 402

15. *Quid ſit dicendum de Iudice, circa ſequendam, aut non ſequendam opinionem probabilem in ſuis iudiciis.* 404

16. *Quid ſit dicendum de Aduocato, quoad ſequendam , vel non ſequendam opinionem probabilem circa iuſtitiam,aut iniuſtitiam cauſæ,quam tuetur.* 409

17. *Quo modo ſit licitum dare conſilium ſecundum ſententiam probabilem.* 411

18. *Quid,& quotuplex ſit ſcrupulus.* 412

19. *Quo modo ſcrupuli cauſentur ex cauſis corporalibus, ſiue intrinſecis , ſiue extrinſecis , quales ſunt ipſa frigidior complexio ſanguinis , & humorum,& ipſa conſuetudo,& conſortium aliorum ſcrupuloſorum.* 413

20. *Quo modo ſcrupuli cauſentur ex cauſis ſpiritualibus, ſiue intrinſecis, ſiue extrinſecis,quæ ſunt inſcitia , vel ingenij bonitas, Dæmon , & ipſe Deus.* 416

21. *Quo modo ſit licitum, & aliquando etiã debitum operari contra conſcientiam ſcrupuloſam.* 417

22. *Quibus remediis poſſint eximi , aut tolli ſcrupuli in vniuerſum.* 419

23. *Quibus remediis ſpecialiter poſſint tolli , aut eximi ſcrupuli de rebus præteritis , aut de futuris.* 421

24. *Quo modo ſit deponendum dictamen conſcientiæ erroneæ, dubiæ, & ſcrupuloſæ, ad hoc vt liceat contra illud operari.* 413

LIBER QVINTVS.

De regula extrinſeca humanorum actuum, qui eſt lex.

Disp.1. *QVid ſit intelligendum nomine legis.* 427

2. *Quo modo poſſit deſcribi lex, & quo modo eſſentialiter ſit quid rationis.* 428

3. *Quomodo lex dicatur eſſe eſſentialiter ad bonum commune.* 432

4. *Quo modo lex debeat eſſe ab eo , qui curam habet Communitatis.* 435

5. *Ad quos Prælatos pertineat condere leges eccleſiaſticas.* 437

6. *Vtrùm poteſtas condendi leges eccleſiaſticas poſſit ſpectare ad fœminas.* 442

7. *An,& quo modo Concilia generalia poſſint condere leges eccleſiaſticas.* 444

8. *An , & quo modo Concilia prouincialia , vel ſynodalia,& Capitula cathedralium Eccleſiarum,viuente, aut non viuente Epiſcopo, poſſint ferre leges eccleſiaſticas.* 450

9. *Quo modo Capitula aliarum Eccleſiarum , & Congregationes Religioſorum , poſſint condere leges eccleſiaſticas.* 453

10. *Quo modo poteſtas condendi leges ciuiles ſit penes Communitates perfectas.* 455

11. *Vtrùm poteſtas condendi leges ciuiles pro toto mundo, ſit penes aliquem.* 459

12. *Penes quos ſit poteſtas condendi leges ciuiles pro certis Communitatibus.* 464

13. *Quo modo lex poſitiua, ad hoc vt obliget, debeat eſſe ſolenniter promulgata.* 469

14. Qualis promulgatio ſit neceſſaria ad hoc, vt obligent leges laicorum. 475

15. Quo modo promulgatio per prouincias ſit neceſſaria in iis legibus, quæ ſunt irritatoria alicuius contractus. 478

16. Quo modo promulgatio ſit neceſſaria pro iis legibus, quæ ſunt reuocatoria aliarum legum, aut priuilegiorum. 481

17. Qualis promulgatio ſit neceſſaria ad hoc, vt obligent leges pontificia. 484

18. Vtrùm ad legis obligationem requiratur acceptatio populi. 486

19. Vtrùm leges humanæ ſemper obligent ad culpam, an verè aliquando poſſint obligare ſolùm ad pœnam. 490

20. Quo modo poſſit cognoſci, quòd obligatio legis ſit ad culpam mortalem ex ipſa grauitate materiæ, de qua eſt lex. 494

21. Quo modo obligatio legis ad mortale, aut veniale, colligatur ex verbis ipſius legis, vel ex pœna, quæ additur. 499

22. Quo modo poſſit attendi communis conſuetudo, & Doctorum interpretatio ad hoc, vt cognoſcatur obligatio legis ad culpam mortalem, aut venialem. 501

23. Quid debeat ſpecialiter attendi in legibus eccleſiaſticis, & quid in ciuilibus, vt obligatio legis ad culpam mortalem rectè colligatur ex verbis præceptiuis, vel ex materia grauitate, vel ex pœnis. 503

24. Quomodo tranſgreſſio legis ſemper ſit peccatum mortale, quando eſt ex contemptu. 505

25. An, & quo modo obligatio legis ſit neceſſariè implenda per actum honeſtum. 508

26. An, & quo modo obligatio legis ſit implenda, etiam quando vrget periculum vitæ. 513

27. An, & quo modo Princeps, & legiſlator teneatur ſuis legibus, quando ſunt declaratoriæ iuris diuini, aut naturalis, vel dant formam contractibus. 518

28. Vtrùm Princeps poſſit teneri ſuis legibus quoad vim coactiuam. 520

29. Quo modo poſſit dici, quòd Princeps teneatur non transgredi ſuas leges, & quale peccatum in Principe ſit illarum tranſgreſſio. 522

30. Vtrùm paruuli, & amentes, & qui carent permanenter vſu rationis teneantur ad leges ſeruandas. 526

31. Vtrùm peregrini teneantur legibus patriæ, aut loci, à quo diſcedunt. 530

32. Vtrùm aduenæ teneantur legibus loci, ad quem accedunt. 533

33. An, & quo modo perſonæ eccleſiaſticæ teneantur legibus laicorum. 538

34. Quomodo exemptio à legibus, & à poteſtate laicorum conueniat Clericis, & perſonis eccleſiaſticis in ordine ad bona, tam eccleſiaſtica, quàm patrimonialia. 544

35. Vtrùm exemptio Clericorum, & Eccleſiaſticorum à poteſtate laica, ſit de iure diuino; an verò ſolùm de iure humano. 548

36. Quibus regulis poſſit cognoſci, quòd aliquæ leges ſint contra immunitatem eccleſiaſticam. 554

37. Quid ſit dicendum ex regulis poſitis circa gabellam impoſitam ſuper carnibus, aut rebus venalibus, quæ promiſcuè emuntur à laicis, & à Clericis. 558

38. Quid ſit dicendum ex eiſdem regulis poſitis de oneribus perſonalibus, ad quæ aliquando Eccleſiaſtici obligantur à laicis. 560

39. Vtrùm leges, aut facta laicorum contra immunitatem eccleſiaſticam excuſentur ſufficienter ratione ignorantiæ, aut publicæ, & communis neceſſitatis, aut conſuetudinis iam inductæ. 565

40. Quid requiratur ad hoc, vt leges, & facta laicorum contra immunitatem eccleſiaſticam excuſentur ſufficienter ratione concordatorum cum Sede apoſtolica, aut ratione priuilegij ab illa obtenti, vel ratione inculpatæ, & iuſtæ defenſionis. 570

41. An, & quo modo aliqui ſint exempti à legibus eccleſiaſticis. 573

42. Vtrùm pœnæ ſtatutæ per leges ſint ſubeundæ ante ſententiam, & ante executionem Iudicis. 574

43. Quo modo poſſit cognoſci, quòd pœna ſtatuta per legem ſit latæ ſententiæ, aut ferendæ. 580

44. Quo modo pœnæ ſint ſubeundæ in conſcientia poſt ſententiam Iudicis. 582

45. An, & quo modo ignorantia legis, aut pœnæ excuſet à pœna ſtatuta per legem. 588

46. De obligatione ad ius non ſcriptum, quæ eſt conſuetudo. 589

47. De iis, quæ pertinent ad interpretationem legis authenticam, ſeu iuridicam, vſualem, & doctrinalem. 591

48. Quid ſit diſpenſatio legis, & quæ ſit illius materia. 595

49. Penes quem ſit poteſtas diſpenſandi in legibus. 598

50. Qua ratione diſpenſatio aliquando ſit abſoluta, & pura, & aliquando ſub modo. 602

51. Quo modo diſpenſatio, ſi petatur, aut detur ſine iuſta, & rationabili cauſa, ſit illicita. 603

52. Quo modo diſpenſatio ſine iuſta, & rationabili cauſa ſit inualida. 606

53. De iis, quæ pertinent ad legis abrogationem, derogationem, & irritationem. 610

R. P.
NICOLAI BALDELLI,
CORTONENSIS,
E SOCIETATE IESV THEOLOGI,
THEOLOGICARVM DISPVTATIONVM MORALIVM
LIBER PRIMVS.
De humanis actionibus in vniuerſum.
PROOEMIVM.

PRIMVS hic Tomus Theologicarum diſputationum moralium ea omnia dabit, quæ ſunt communia toti doctrinæ, ac tractationi morali: nam ordo doctrinæ ille eſt optimus, qui procedit ab vniuerſalibus ad ſingularia: & à peritioribus docendi Magiſtris, ex Ariſtotelis præſcripto in Phyſicis, iu vuaquaque facultate tradenda priùs explicantur, quæ ſunt communia toti ſcientiæ, & poſteriùs alia, quæ ſunt propria cuiuſque partis. Vt ergo in te noſtra Theologica,& morali hoc idem agamus, primò agimus de humanis actionibus in vniuerſum; tum verò de vitiis,& peccatis in genere; de vitiis capitalibus; de regula intrinſeca noſtrarum actionum, quæ eſt conſcientia;& de extrinſeca, quæ eſt lex.& Magiſtruin maximè ſequimur Sanctum Thomam, qui accuratiſſimè agit de omnibus; ſed ex aliis, præſertim veteribus, parui facimus planè nemiuem ,& magni omnes, omnéſque perlegimus, quotquot potuimus, non ſolùm Schola[illegible]icos, ſed & morales, imò & ciuilis,& canonici Iuris Doctores; & quod à ſingulis potuimus diſcere, & excerpere pro noſtris explicandis,& confirmandis, fideliter ſingulis reddimus,& ſuis locis eos, laudando, ingenuè ſingulis acceptum referimus. Diſputandi rationem tenemus mediam; fuſiores,& ſubtiliores diſceptationes Scholaſticis ita relinquimus, vt etiam aſſertiones breuiſſimas,& mutilas,& obſcuras, minúſque explicatas relinquamus Summiſtis:& nihil omittendo ex iis, quæ pertinent ad vtiliorem,& ſolidiorem doctrinam; ſiue ex ſacris Conciliis,& Canonibus; ſiue ex Bullis,& Conſtitutionibus Pontificiis; ſiue ex placitis,& reſponſis Doctorum; ſiue ex rationibus philoſophicis,& Theologicis; & ſtudioſè ex illis ſoluendo,& explicando particulares quæſtiones, aut caſus morales, qui in dies accidunt, e[illegible]antùm miſſa facimus, quæ parum vtilitatis,& ſoliditatis habuerint. Sic, vt ſpero, omnibus damus, quod omnibus debere nos volumus.

DISPVT. I.

Quid ſit actio humana propriè dicta.

1. *Humana actio tripliciter ſumitur.*
2. *Quid requiratur ad actionem humanam preſsè acceptam.*
3. *Etiam actus externi poſſunt dici actio humana.*
4. *Etiam omiſſiones actuum poſſunt dici actio humana.*
5. *Qua ratione primæ intellectiones, & motus primò primi,*

primi,& ſimiles aliæ operationes non ſint actiones humanæ.

1.
Humana actio tripliciter ſumitur.

HVMANA actio in vniuerſum poteſt ſumi tripliciter. Primò latiſſimè pro omni operatione, quæ fit ab homine; ita tamen, vt præterea etiam fiat ab aliis viuentibus, vt eſt, verbi gratia, nutritio, & augmentatio. Secundò, preſſiùs pro ea,quæ non fit,niſi ab homine, ſed ab illo ipſo etiam fit, in quantum non operatur modo hominis proprio per intellectum,& voluntatem,id eſt, ex vſu rationis, ac libertatis,vt patet, verbi gratia,in locutione,& riſu,quæ ita fiunt ſolùm ab homine; vt tamen fiant etiam à pueris,& amentibus, qui non habent vſum rationis. Tertiò denique maximè preſsè pro ea,quæ fit ſolùm ab homine, vt homo eſt,& ſolùm prout operatur modo hominis proprio per intellectum & voluntatem,id eſt,ex vſu rationis,& libertatis,qualis eſt obſeruãtia,aut violatio præceptorum, & actus virtutis, aut vitij. Atque hoc modo actio humana pro eodem accipitur, atque operatio hominis, provt homo eſt, vel actio moralis, digna laude,aut vituperatione, vel actio, quæ eſt ſub hominis poteſtate, & cuius homo eſt dominus, vt colligitur ex Sancto Thoma 1.2.*q*.6.*a*.2.

2.
Quid requiratur ad actionem humanam preſsè acceptam.

Ex eodem Sancto Thoma *ibid. q.*1. *a.*1.ad hanc ipſam actionem humanam maximè, propriè & preſsè acceptam,duo requiruntur. Primò, vt ſit ab homine,quatenus homo eſt,id eſt,provt operatur modo hominis proprio per intellectum,& voluntatem, & per vſum rationis.Secundò,vt illius homo ipſe ſit dominus,& poſſit illã elicere, & nõ elicere,vel hoc, & illo modo elicere;non tamen ſit determinatus, vt ſolùm eliciat,vel ſolùm non eliciat, vel vno tantùm modo eliciat, aut non eliciat,ſicut ſunt determinata omnia alia agentia naturalia: & ideò ex eodem S. Thoma *ibid.*actio humana preſsè accepta rectè poteſt deſcribi, quòd ſit illa, quæ procedit ex voluntate deliberata: & ſenſus eſt,quòd ad illam primò requiratur actus aliquis intellectus deliberantis, & expendentis,vel conſultantis,vtrùm hoc,v.g. debeat fieri,vel non fieri;vel vtrùm hoc, aut illo modo debeat fieri, & deinde requiratur actus aliquis voluntatis ex tali conſultatione,& deliberatione hoc, vel illud determinatè eligentis.

3.
Etiam actus externi poſſunt dici actio humana.

Et quia ex huiuſmodi voluntate deliberata non ſolùm procedunt actus interiores ipſius intellectus, aut voluntatis,vt quando eligimus, v.g. credere, aut amare; ſed etiam actus externi, vt quando eligimus ſtare,aut ambulare: inde eſt,quòd etiã actus externi poſſint dici actio humana, ſi fiant ex præſcripto rationis; non autem ex neceſſitate naturæ, & ſola determinatione obiecti, quo modo fiunt in brutis:ſunt enim etiam illi, actio hominis, provt homo eſt,& procedunt ab homine,provt operatur modo humano;& eorum principium verè eſt intellectus, & voluntas,provt tales ſunt,vt patet ex Ariſtotele *l.*2. *de anima,text.*162.*& l.*3.*text.*48.

4.
Etiam omiſſiones actuum poſſunt dici actio humana.

Neque ſolùm actus poſitiui, ſiue interni,ſiue externi, poſſunt hoc modo dici actio humana; ſed etiam omiſſiones actuum, vt quando quis ex certa aduertentia omittit elicere actum amoris, aut contritionis, ad quem tenetur;audire Sacrum,reſtituere alienum:procedunt enim ſuo modo,etiam huiuſmodi omiſſiones ex voluntate deliberata, non quidem poſitiuè illas cauſante, ſed negatiuè, iuxta ea, quæ à Philoſophis communiter dicuntur circa *text.* 30.*l.*2.*Phyſ.*

5.
Qua ratione prima intellectiones, & motus primò primi, & ſimiles aliæ operationes, nõ ſint actiones humanæ.

Atque ex his facilè poſſunt ſolui, quæ communiter obiiciuntur de primis rerum intellectionibus, de motibus primò primis,de actibus ridendi,& flendi,& de aliis huiuſmodi,quæ conueniunt homini,vt homo eſt; neque poſſunt conuenire vlli ex brutis; neque tamen ſunt actiones humanæ, dignæ laude, aut vituperatione: quando enim dicitur actio humana eſſe illa, quæ conuenit homini, vt homo eſt, non ſignificatur, quòd illi conueniat ſecundùm principium operatiuum ſolius hominis proprium; ſed, quòd conueniat ſecundùm modum operandi, qui ſit proprius ſolius hominis, & in hoc conſiſtit, vt non operetur per modum naturæ, & ex mera neceſſitate, qui modus operandi eſt communis etiam rebus inanimatis; ſed, vt operetur ſecundùm rationem,& liberè,qui eſt modus proprius naturæ rationalis, vt benè notat Gabr.Vaſq. ex communi ſententia Thomiſtarum 1.2.*q.*1.*art.*1.*dubit.*2. circa textum.Primæ autem intellectiones,actus primò primi,& aliæ huiuſmodi operationes,quæ afferuntur in argumento,non ſunt hoc modo operationes hominis, provt homo eſt; neque homo,dum illas efficit, eum habet modum operandi, qui ſit proprius naturæ rationalis,id eſt,vt operetur tanquàm agens per naturam;& potiùs poteſt dici per illas agi,cùm omninò ſequatur determinationem ab obiecto, & ab extrinſeco,quàm agere,quaſi ad illas ſeſe ipſe determinet, vt notat Caiet. *ibid.* ex S. Thoma *q.6. art.*1. & hac ratione Sanctus Paulus *ad Rom.*7. huiuſmodi actus indeliberatos non refert in ipſum hominem; ſed in aliud principium diſtinctum ab homine: *Iam non operor ego illud, ſed quod habitat in me peccatum.* & S.Thom. pro eodem ſumit actionem hominis,provt homo eſt, & actionem,cuius homo eſt dominus, & quæ eſt ſub poteſtate hominis, vt iam diximus *num.* 1. & vtranque per hoc deſcribit, quòd procedat à voluntate deliberata, vt diximus *num.*2. & meliùs explicabimus *diſp.*3.

DISPVT. II.

Quid ſit voluntarium, quod inuenitur in humanis actionibus.

1. *Voluntarium inuenitur in humanis actionibus.*
2. *Quomodo voluntarium dicatur à voluntate, ac quomodo differat à volito.*
3. *Sententia aliquorum,quòd voluntarium, & volitum ſe habeant,ſicut ſuperius & inferius.*
4. *Etiam in actionibus immanentibus eſt aliquid aſſignandum,tanquàm terminus.*
5. *Reiicitur talis ſententia.*
6. *Voluntarium largo modo eſt etiam illud, quod fit, vel accidit ſecundùm voluntatem.*
7. *Pater in Conciliis aliquando dicitur generare Filium,& eſſe Deus voluntate.*
8. *Voluntarium,& ſpontaneum quomodo ſint idem.*
9. *Voluntarium,& ſpontaneum aliquando accipiuntur pro libero.*
10. *Voluntarium,aut ſpontaneum, quomodo deſcribatur.*
11. *Voluntarium,& ſpontaneum quomodo reperiatur ſolùm in actibus voluntatis,& appetitus.*
12. *Voluntarium per ſe non reperitur in actionibus ſenſuum.*
13. *Neque in actionibus intellectus.*
14. *Voluntarium maximè inuenitur in humanis actibus.*
15. *Agentia neceſſaria non dicuntur mouere ſe ipſa in finem.*
16. *Ex doctrina de voluntario colligitur optima regula ad cognoſcendam malitiam in vnaquaque operatione,*

Digitized by Google

operatione,& ad tollendos quamplurimos ſcrupulos.

1. *Voluntarium inuenitur in humanis actibus.*

VOluntarium inueniri in humanis actibus, ex eo docet S.Thom. 1.2.*q.6.a.*1. quia ſunt à principio intrinſeco cum cognitione finis. Vt verò hoc explicemus, præmittenda ſunt aliqua circa ipſum quid nominis voluntarij, & circa illius deſcriptionem ab Ariſtotele traditam in libris Ethicis, & communiter receptam à S. Thoma, & Theologis.

2. *Quomodo voluntarium dicatur à voluntate,& quomodo differat à volito.*

Et quidem circa ipſum quid nominis, certum eſt, denominationem voluntarij, ex S.Thoma *q.* 6. *cit.a.* 2.*ad* 1. deſumi, ac deriuari à voluntate,& illud ſignificare, quod cadit ſub voluntatem, intelligendo hoc nomine appetitum boni, ſiue cum ratione propriè dicta, vt eam definit Ariſtoteles 3.*de anima, text.*50. & 1.*Rhetor.c.*10. ſiue latiùs, cum quacunque cognitione. Et quia dupliciter poteſt aliquid cadere ſub voluntatem, id eſt, vel tanquàm obiectum, vel tanquàm actus; propriè loquendo illud ſolùm dicitur voluntarium, quod cadit ſub voluntatem, tanquàm actus, vel aliter ab illa dependet in genere cauſæ efficientis; & illud, quod ſolùm cadit, tanquàm obiectum, ſolùm dicitur volitum, non autem voluntarium: cùm enim actus immediatè attingatur à voluntate, in quantum eſt potentia,& principium productiuum; obiectum verò non attingatur, niſi mediante actu,& ſolùm prout actus, eſt appetitio, & volitio; non autem prout eſt productio; rectè vtrique tribuitur diuerſa denominatio, & ſolus actus denominatur voluntarius ab ipſa potentia voluntatis, & ſolum obiectum denominatur volitum ab ipſo actu volitionis. Et quamuis actus imperati à voluntate ſimul dicantur voluntarij, & voliti, quatenus ſcilicet ad illam ſimul comparantur, tanquàm actus,& tanquàm obiecta; non ita tamen huiuſmodi denominationes ſunt inter ſe connexæ, vt ſemper ſe inuicem inſerant, & omne volitum ſit voluntarium,& omne voluntarium ſit volitum: Deus enim, v g. aut bonum in communi, quatenus cadit ſub voluntatem per actum amoris, ſolùm poteſt dici volitus, aut amatus; non autem voluntarius: & actus ipſe volitionis,& amoris, qui elicitur ex ſola cognitione obiecti; non autem ex cognitione quaſi reflexa ſui ipſius; ſolùm eſt voluntarius, non autem volitus, cùm nihil poſſit eſſe volitum, niſi ſit cognitum.

3. *Sententia aliquorum, quòd voluntarium, & volitum ſe habeant, ſicut ſuperius, & inferius.*

Neque ſunt in hac re, qui oppoſitum ſentiant, niſi Dominicus Montagnolius *in defenſionibus Theologiæ Thomiſticæ, circa q.*6.1.2. & aliqui alij ex recentioribus apud Vaſq. 1.2.*diſp.*23.*cap.*1.*n.*1.& *ſequentibus*, & apud Salas *in eadem quæſt.*6.1.2.*diſp.*1.*ſect.* 1.*n.*5. qui aſſerunt, volitum, & voluntarium, propriè dictum, ſe habere, ſicut ſuperius, & inferius; & omne, quod eſt voluntarium, eſſe etiam volitum, quamuis non è contra. Idque probant ex eo: quia etiam volitio, ſi conſideretur, quaſi in facto eſſe, prout eſt qualitas quædam vitalis, formaliter faciens, & denominans volentem, intelligitur tanquàm terminus ſui ipſius, quaſi in fieri, & accipiens eſſe per ipſam, prout eſt actio, & actuale exercitium potentiæ volitiuæ: ſiquidem iuxta doctrinam Ariſtotelis 9.

4. *Etiam in actionibus immanentibus eſt aliquid aſſignandum, tanquàm terminus.*

Metaph. text. 11. & 16. actionum immanentium, quæ proprio nomine appellantur operationes, nullus eſt terminus, aut vltimum præter ipſa: & quemadmodum per actus intellectus producitur verbum, ſeu notitia, vt docet S. Thom. 1. 1. *quæſt.*27. *art.* 1. eáque nihil eſt aliud, niſi ipſa realitas intellectionis, quaſi in facto eſſe,& prout comparatur ad ſe ipſam, in quantum eſt dictio, & cognitio, tanquàm terminus ad actionem: ita & per actus voluntatis producitur aliquid proportionale ad verbum, & ad notitiam, illúdque ſimiliter comparatur ad volitionem tanquàm terminus ad actionem, & per conſequens rectè poteſt denominari volitum, cùm attingatur à voluntate mediante actu, & volitione: nam, quemadmodum quod attingitur à generante, mediante generatione, dicitur genitum; ita & quod attingitur à voluntate mediante volitione dicitur volitum.

5. *Reiicitur talis ſententia.*

Sed contrà eſt: quia etiam admiſſa per noſtrum modum intelligendi in actibus voluntatis huiuſmodi diſtinctione actionis, & termini, falſum eſt, quòd eandem denominationem voliti poſſit actio tribuere termino, prout formaliter ab illo diſtinguitur, quam ipſamet ſimul cum termino tribuit obiecto: ſicut enim viſio, in quantum eſt actuale exercitium potentiæ viſiuæ,& formalis productio ſimilitudinis expreſſæ circa obiectum viſibile, non tribuit huiuſmodi ſimilitudini, & termino producto denominationem viſi, quam tribuit obiecto viſibili; & intellectio, in quantum eſt formalis productio verbi, & notitiæ, non tribuit ipſi verbo, & notitiæ formalem denominationem intellecti, quam tribuit obiecto: ita neque volitio, in quantum eſt formalis productio ipſius formalis affectus, aut amoris erga obiectum, poteſt tribuere ipſi affectui, aut amori, eandem denominationem voliti. Quod idem multò clariùs videtur conſtare in actibus odij, qui quamuis ſimiliter poſſint diſtingui in productionem, & terminum formalem productum; formalem tamen denominationem odio habiti, ſolùm tribuunt ipſi obiecto, non autem termino productionis, qui eſt ipſe formalis affectus odij, vel ipſum odium acceptum formaliter,& non effectiuè: ſiquidem ipſum odium nullo modo dicitur odio habitum. Et ratio eſt: quia poſita per intellectum in actu voluntatis diſtinctione actionis, & termini, non ampliùs remanet conſideranda volitio, vt vna forma; ſed vt duplex, relata tranſcendentaliter ad diuerſa, id eſt, ad terminum,& ad obiectum: & nomine volitionis ſolùm ſignificatur, quatenus reſpicit obiectum, ſicut nomine productionis ſignificatur, quatenus reſpicit terminũ: & quemadmodum, vt productio ſolùm denominat productum terminum; non autem obiectum; ita, & è contrà, vt volitio ſolùm denominat volitum obiectum, non autem terminum. Et ex hoc patet reſponſio ad vltimam inſtantiam de generatione, & genito: nam generatio ideò denominat genitum, quod per illam producitur à generante, quia formaliter, vt generatio, & quatenus ſubeſt appellationi generationis, ad illud ipſum refertur; cùm tamen volitio, vt ſic,& quatenus ſubeſt appellationi volitionis, non referatur ad id, quod per ipſam producitur, ſed ad obiectũ. Et ſi admittamus, quod multi volunt, etiam actus, aut operationes immanentes poſſe produci in anima à ſolo Deo, potẽtiis ipſis vitalibus non concurrentibus, niſi paſſiuè,& illos recipiendo; ſeparabuntur omninò ab inuicem rationes productionis, ac volitionis, & per conſequens etiam ſeparabuntur denominationes voliti, & voluntarij; & ita obiectum in tali caſu denominabitur volitum; vt tamen nullus ſit terminus, qui denominetur productus, aut voluntarius: quod ſignum eſt, denominationes voluntarij, & voliti non modò non conuenire vni, & eidem, quando ſimul reperiuntur; ſed neque etiam eſſe neceſſarium, vt ſimul reperiantur.

6. *Voluntarium largo modo eſt etiam illud, quod fit, vel accidit ſecundùm voluntatem.*

Dixi autem, propriè loquendo illud dici voluntarium, quod comparatur ad voluntatem, tanquàm ad principium effectiuum: quia, ſi loquamur largo modo, & minùs propriè, non eſt negandum, quòd omne

omne illud poſſit dici voluntarium, quod placet voluntati, vel quomodocumque fit ex volūtate, & iuxta illius inclinationem: vt ſi mors alicuius, v.g. placeat alteri, qui tamen ad illam nihil contulit: hac enim ratione etiam S. Damaſcenus *l.2. de fide, c.24. in fine*, voluntaria appellat omnia illa, quæ afferunt voluptatem, vt ſi quis inſperatò incidat in theſaurum; cùm tamen idem ipſe *initio capitis* apertè dixiſſet, ſpontaneum, ſeu volūtarium in actione conſiſtere. Et S. Thomas 1. 1. *quaſt.41. art.2.* pluribus ex-

7. *Pater in Cōcilijs aliquando dicitur generare Filium, & eſſe Deus voluntate.*

plicat, quomodo in ſacris Conciliis aliquando dicatur Pater in diuinis generare Filium voluntate, imò & eſſe Deus voluntate, quatenus, ſcilicet, intelligit, bonum eſſe, vt ipſe ſit Deus, & generet: & dum eſt Deus, & generat, complacet ſibi, quòd ſit, & generet, quod eſt eſſe Deum, & generare voluntate, id eſt, voluntate concomitanter ſe habente; quamuis non habente, & non includente habitudinem principij: iſque modus loquendi, vt idem ſubdit *in reſponſione ad* 1. ſolùm ſignificat, quòd generatio in diuinis non ita eſt ex neceſſitate naturæ, vt ſit contra voluntatem: quo modo in nobis dicuntur ex natura, & non ex voluntate eſſe morbi, ſenectus, & mors: imò, quemadmodum, quæ hac ratione in nobis fiunt contra voluntatem, dicuntur fieri inuoluntariè, & inuitis nobis, &, vt loquitur Ariſtoteles 3. *Ethic. c.1.* etiam ex iis, quæ fiunt ob ignorationem, inuitum, id eſt, quod vel dolorem, vel pœnitentiam affert; & ex iis, qui agunt ex ignoratione, is videtur inuitus feciſſe, quem facti pœnitet; ita, & è contrà, quæ fiunt ex voluntate, & afferunt voluptatem, poſſunt dici, quòd fiant voluntariè, etiamſi non fiant ex cognitione.

8. *Volūtarium, & ſpontaneum, quomodo ſint idem.*

Certum verò præterea eſt, quòd voluntarium hoc modo acceptum pro eo, quod comparatur ad voluntatem, tanquam ad principium in genere cauſæ efficientis, idem eſt, quod ſpontaneum: nam pro eodē hæc ſumit Ariſtoteles 3. *Ethic. c.1. cit.* S. Damaſcenus *l.2. de fide, cap.24.* S. Thomas *part.2. quaſt.6. art.2.* & omnes communiter. Et patet: quia idem eſt ſenſus, quando aliquem dicimus ſponte agere, & quando dicimus voluntate, ſeu voluntariè agere. Et quemadmodum non tantùm hominibus ratione vtentibus; ſed etiam brutis, & pueris tribuimus ſpontaneum, vt notat Ariſtoteles 3. *Ethic. cit. cap.2. initio*: ita, & tribuimus voluntarium hoc modo acceptum, vt patet ex S. Thom. *art.2. cit.*

9. *Volūtarium, & ſpontaneum aliquando accipiuntur pro libero.*

Dixi autem, hoc modo acceptum, id eſt, communiter, & latè: quia aliquando ſpontaneum, & voluntarium, prout ſpecialiter dicitur de hominibus, accipitur pro libero. Et hoc modo Ariſtoteles *ibid. cap.1. cit.* ait, in ſpontaneis exiſtere laudes, & vituperationes. Et *l.5. c.8.* tunc aliquem iuſtè agere, vel iniuſtè, cùm ſponte agit; & iuſtè, vel iniuſtè factum ſpontaneo definiri; & ſpontaneum à ſe illud appellari, quod in ſua quiſque poteſtate poſitum agit. Et S. Damaſcenus *cap.24. cit.* cùm dixiſſet, voluntarium, & ſpontaneum in actione conſiſtere; ſubdit, actionem eſſe operationem rationalem, quam ſequitur laus, & vituperatio: ſi tamē accipiantur ſpontaneum, & voluntarium, prout communiter, & generaliter dicuntur de omnibus, multùm differunt à libero, vt *infrà* dicemus; neque requirunt, vt ex illis ſequantur laudes, aut vituperationes.

10. *Volūtarium, aut ſpontaneum, quomodo deſcribatur.*

Quid verò ſit ſpontaneum communiter acceptum, non aliter colligit Ariſtoteles 3. *Ethic. c.1.* & S. Damaſcenus *l.2. de fide, c.24. cit.* quàm ex contrario: quia enim inuita ea dicimus, quæ vi, aut ignoratione in nobis efficiuntur; id eſt, quorum principium eſt extrinſecum paſſo ipſo, aut agente, quod vim patitur, nihil conferente: vt ſi ventus, v.g. vel homines poteſtatem habentes, repugnantem, ac renitentem aliquem aliquo deferant: vel certè, quæ fiunt ex ignoratione; & dolorem, vel pœnitentiam afferunt; vt ſi quis, v.g. occidat filium, putans ſe occidere hoſtem: contraria ratione illud dicimus ſpontaneum, aut voluntarium, quod neque vi, neque ignoratione efficitur, id eſt, cuius principium eſt in eo, qui agit, particularia cognoſcente, in quibus actio exiſtit, vt ibi loquitur Ariſtoteles: vel vt alij clariùs explicant, quod eſt à principio intrinſeco cognoſcente ſingula, in quibus eſt actus primus, aduertente particulares circumſtantias ipſius actionis; & vt addit idem Ariſtoteles *l.5. Ethic. cap.8.* quod in ſua quiſque poteſtate ſitum agit, cognoſcens, non autem ignorans, aut quem, aut quò, aut cuius, vt, v.g. aut quem verberet, aut qua re, aut cuius cauſa, quæ ſunt particularia, in quibus eſt actus. Sed, dum dicitur, ad voluntarium requiri cognitionem particularium, in quibus eſt actus; non eſt ſenſus, quòd debeant neceſſariò cognoſci omnes circumſtantiæ particulares; & ſi quæ ignoretur, totus actus ex omni modo ſit inuoluntarius: ſed ſolùm, quòd actus, in quantum voluntarius, debeat eſſe ex cognitione omnium, quorum reſpectu eſt voluntarius, vt notat Salas 1.2. *diſp.1. ſect.1. num.8. ad* 4. qui etiam addit *num.9.* voluntarium aliquando ex communi locutione etiam ſtrictiùs accipi pro eo, quod fit ſine obligatione, aut præcepto, ſine metu, aut ſpe, ſine cuiuſquam conſilio, aut impulſu. Sed de his in deſcriptione allata non habetur ratio: quia ſolùm diuerſificant accidentaliter, & potiùs pertinent ad modum loquendi, quàm ad rem.

11. *Volūtarium, & ſpontaneū, quomodo reperiatur ſolùm in actibus voluntatis, & appetitus.*

Ex hac verò deſcriptione voluntarij, aut ſpontanei apertè colligitur illud primariò & intrinſecè ſolùm reperiri in actibus voluntatis, aut appetitus, & in actibus aliarum potentiarum ſolùm reperiri ſecundariò, & extrinſecè: quòd enim nullo modo reperiatur in actionibus eorum agentium, quæ dicuntur agere per naturam, patet manifeſtè ex eo; quia huiuſmodi actiones, ſi quæ fiunt à principio intrinſeco, de quo in præſentia non diſputo, certè non fiunt à principio cognoſcente, etſi fortè huiuſmodi agentia dicantur aliquando ſponte agere, vel eorum effectus ſponte fieri, vt quando terra à nullo exculta dicitur plantas ſponte producere, & quæ dicuntur ſponte naſci, non eſt loquutio, niſi impropria, & metaphorica; quatenus, ſcilicet, dum non de-

12. *Voluntarium per ſe non reperitur in actionibus ſenſuum.*

terminantur ſenſibiliter, & manifeſtè ab extrinſeco, habent ſe aliquo modo proportionaliter, ſicut agentia, vel effectus verè ſpontanei. Quòd verò neque etiam per ſe reperiatur ſpontaneum in actionibus ſenſuum, patet ex eo: quia in ſenſibus exterioribus actiua ſenſationum ſunt extra, id eſt, ipſa obiecta, 2. *de anima, text.59.62. & 65.* & ſenſus interiores ſo-

13. *Neque in actionibus intellectus.*

lùm operantur per ſpecies relictas à ſenſibus exterioribus; non autem per actuales illorum notitias; & ideò non ſunt principium ex cognitione. Et ſimiliter, quòd neque etiam per ſe reperiatur ſpontaneum in actionibus intellectus, probatur ex eo: quia, quamuis omnis cognitio diſcurſiua fiat ex præexiſtente cognitione principiorum, 1. *Poſter. text.1.* ac proinde omnis aſſenſus concluſionis fit à principio intrinſeco cognoſcente, & ſolùm determinato per cognitionē, non eſt tamen à cognoſcente particularia, in quibus eſt actus, & aſſenſus concluſionis; ſed à cognoſcente aliqua alia, id eſt, principia, vt notat Vaſq. 1. 2. *diſp.23. cap.3. num.6.* & Salas *ibid. diſp.1. ſect.1. num.7.* Et idem eſt de notitia compoſitiua, & diuiſiua; quæ quamuis fit ex cognitione ſimplicium terminorum, non eſt tamen ex cognitione eorum, in quibus ipſa eſt, id eſt, ex cognitione nexionis

inter

Digitized by Google

intet prædicatum, & ſubiectum. Denique, notitia apptehenſiua, v.g. albedinis, quanuis ſupponat cognitionem ſenſitiuam illius, & fortaſſe ſpecies intelligibiles non habeant repræſentare determinatè hæc, vel illa indiuidua marerialia, niſi per coniunctionem cum hoc, vel illo phantaſmate, & actu phantaſiæ: ſiquidem, qui non ſentit aliquid, nihil intelligit; & dum quis ſpeculatur, neceſſe eſt ſimul phantaſma aliquod ſpeculari. 3. *de anima, text.* 39. non tamen proptereà eſt à principio intrinſeco operante ex cognitione ſingulorum, in quibus eſt actus, id eſt, ex cognitione indicatiua ipſins actus, vel proprij obiecti, cùm cognitio ſenſitiua, ſiue interior, ſiue exterior, quæ præſupponitur ad ſimplicem notitiam apprehenſiuam, non attingat omnia, circa quæ eſt notitia apptehenſiua; ſed ſolùm illa, quæ ſunt ſenſibilia, & pet illa determinet intellectum circa intelligibilia. Denique, quòd voluntarium, & ſpontaneum maximè propriè reperiatur in actibus appetitus, pater: quia potentia appetitiua hac de cauſa ponitur in parte animæ cognnſcitiua. 3. *de anima, text.* 42. & cùm ſit principium intrinſecum ſuarum operationum, eſt etiam principium operatiuum ex cognitione ſingulorum, in quibus eſt ipſius actus, cùm nihil poſſit appeti, niſi cognitum; nec aliunde ſit appetitus, quàm è ſenſu, & cognitione, vt habet Ariſtoteles *in libello de plantis, cap.* 1. Et quia actiones, quæ tefetuntur hoc modo in appetitum, tanquàm in principium intrinſecum, operatiuum ex cognitione ſingulorum, in quibus eſt operatio, primò, & immediatè ſunt ipſæ appetitiones, & actus eliciti; ſecundariò verò, & mediatè ſunt etiam actus aliarum potentiarum, qui dicuntur impetati; ideò dicitur voluntarium primò, & immediatè reperiri in actibus appetitus elicitis; & ſolùm ſecundariò, & mediatè in imperatis: & cùm in vtriſque formalis, & actualis ratio voluntarij ex parte ipſorum actuum, dicat formalem, & actualem dependentiam quaſi paſſiuam a principio intrinſeco operante ex cognitione ſingulorum, & ex parte principij formalem, & actualem influxum actiuum in huiuſmodi actus, eàmque ob cauſam à S. Damaſceno *l. 2. de fide, cap. 24. cit.* dicatur ſpontaneum, & voluntarium in actione conſiſtere; hæc tamen ipſa dependentia non eodem modo conuenit vtriſque actibus; ſed actibus elicitis conuenit intrinſecè, & eſſentialiter, cùm implicet contradictionem, quòd amor, v.g. non ſit actus voluntaris, & voluntarius, vt notat S. Thomas 2. 2. *quæſt.* 23. *art.* 2. & actibus imperatis conuenit ſolùm extrinſecè, & accidentaliter, cùm non ſit de eſſentia, v.g. ſctiptionis, aut progreſſionis, vt ſit à principio intrinſeco; ſed poſſit etiam eſſe ab extrinſeco, & ad illam, eo, qui ſcribit, aut progreditur, nihil conferente.

14. *Voluntarium maximè inuenitur in humanis actibus.*

Ex his omnibus ſatis intelligitur, quod initio diximus ex S. Thoma, voluutarium maximè inueniri in humanis actibus: quia enim animalibus, & præcipuè homini ſpecialiter conuenit, vt ſe ipſa moueant, 8. *Phyſ. text.* 27. *&* 29. & ex ſe ipſis operantur propter finem, cùm ſe ipſa vltimò determinent ad illius proſecutionem, per cognitionem, & appetitum; non autem tecipiant determinationem ab alio, vel in principio ſuæ productionis, vel poſt illam, vt grauia, & leuia, quæ hac de cauſa dicuntur moueri à generante, vel remouente prohibens, vt fusè probatur ab Ariſtotele 8. *Phyſ. à text.* 27. *& l.* 4. *de cœlo, à text.* 21. non poteſt illis non conuenire ratio ſpontanei, & voluntarij, id eſt, vt operentur à principio intrinſeco, & ex cognitione. Neque eſt hoc loco pluribus explicandum, quomodo aſſetat S. Thomas, ea ſolùm agentia agere propter finem, quæ habent aliquam notitiam finis: neque enim contendit, quod etiam agentia per naturam non agant propter finem, vt contra antiquos multis probat Ariſtoteles 2. *Phyſ. à text.* 27. & ipſemet S. Thomas apertè docet 1. 2. *quæſt.* 1. *art.* 2. ſed ſolùm quòd huiuſmodi agentia non ſint dicenda mouere ſe ipſa in finem, cùm primum principium motus non ſint, nec fuerint ipſa ſibi; ſed illud aliud, à quo fuit impreſſum principium, & vltima determinatio motionis in finem, vt ipſe loquitur, & à quo ſimul cum productione, & factinne rei debuiſſet etiam eſſe ipſa motio, vt patet ex Ariſtotele 4. *cœli, text.* 22. *&* 25. de motu grauium, & leuium: & quanuis etiam appetitus in homine moueatur à principio extrinſeco, id eſt, ab ipſo appetibili, quod 3. *de anima, text.* 54. dicitur ſe habere, ſicut primum mouens immobile; id tamen nihil officit voluntario, & ſpontaneo, vt ſubdit *ibid.* S. Thomas *ad* 1. cùm ad hoc non requiratur, vt ſit à principin intrinſeco, omninò primo, & quòd non poſſit aſſignari aliud extrinſecum prius: ſed ſatis ſit, ſi principium ptoximum ſit intrinſecum, qualis eſt ipſa potentia appetitiua, & cognitio.

15. *Agentia neceſſaria non dicuntur mouere ſe ipſa in finem.*

16. *Ex doctrina de voluntario colligitur prima regula ad cognoſcendum malitiam in vnaquaque operatione, & ad tollendos quamplurimos ſcrupulos.*

Poſtremò, ex hac tota doctrina, quòd ad voluntarium requiratur cognitio ſingulorum, in quibus eſt actus, colligitur optima regula cognoſcendi culpam in vnaquaque opinione, & tollendi quamplurimos ſcrupulos: quia enim omne peccatum ita eſt voluntarium ex S. Auguſtino *l. 3. de lib. arb. cap.* 18. *& lib. de vera relig. c.* 14. vt ſi non ſit voluntarium, non ſit peccatum; niſi ante operationem, vel dum elicitur operatio, cognoſcatur malitia obiectiua, vel circunſtantia ſpecialis, quæ illam fundat, certiſſimum eſt, quòd operatio, in quantum mala, non eſt voluntaria, cùm non ſit à principio intrinſeco cognoſcente malitiam, & per conſequens quòd abſolutè, & ſimpliciter non eſt peccatum, etiamſi materialiter accepta ſit diſconueniens: atque hoc modo ſi quis inaduertenter occidat hominem, putans ſe occidere feram, ſimpliciter non peccat peccato homicidij: & ſi aduertat ſe occidere hominem, ſed non aduertat, quòd ſit Clericus, non peccat peccato ſacrilegij, & ſic de aliis. Neque ſolùm hoc eſt verum de culpa, ſed etiam de excommunicatione, & aliis cenſuris, aut pœnis eccleſiaſticis, quæ ex propria inſtitutione ſolùm incurruntur per contumaciam, & inobedientiam ad claues Eccleſiæ: hac enim de cauſa omninò requirunt, vt hæc etiam circunſtantia ſit ſpecialiter cognita, quòd Eccleſia ex poteſtate clauium, & ſub pœna cenſuræ hoc, vel illud præcipiat, aut prohibeat; & alioqui ſi hæc circunſtantia inobedientiæ, & contumaciæ non ſit cognita, & voluntaria, non eſt, quòd aliquis timeat de cenſura, vt communiter dicitur in materia de cenſuris.

DISPVT. III.

Quid ſit voluntarium perfectum; & qua ratione ſit idem cum libero, ſeu deliberato.

1. *Voluntarium perfectum tunc eſt, quando procedit ex perfecta cognitione finis.*
2. *Rationes dubitandi contra ſuperiorem doctrinam.*
3. *Explicatur, & probatur doctrina allata ex S. Thoma, de voluntario perfecto.*
4. *Illa ſolùm agentia propriè dicuntur ſe mouere in finem, quæ deliberant de ipſo fine, ac de iis, quæ ſunt ad finem.*
5. *Bruta magis aguntur, quàm ipſa ſe agant; & ideò*

non inuenitur in illis perfectum voluntarium.

6. *Appetibile comparatur ad appetitum, tanquàm primum mouens immobile.*

7. *Circa Deum in Beatis, & viatoribus non eodem modò reperitur voluntarium perfectum.*

8. *Soluuntur rationes dubitandi initio poſita.*

9. *Modus operandi ex deliberatione eſt perfectior.*

10. *Voluntas quando eſt determinata ad aliquid, non operatur vt voluntas, ſed vt natura.*

11. *Perfectio potentiæ, aut obiecti ſe habet ſolùm materialiter ad perfectionem voluntarij vt ſic.*

12. *Perfectio voluntarij quomodo attendatur ex cognitione.*

13. *Volitio finis eſt perfectiùs voluntaria, quàm volitio mediorum.*

14. *Perfectio voluntarij quomodo attendatur ex deliberatione.*

15. *Circa Deum voluntas perfectiùs operatur vt natura, quàm vt voluntas.*

16. *Libertas non eſt perfectio ſimpliciter operantis, niſi circa obiectum creatum & finitum.*

17. *Artes quomodo deliberent, vel non deliberent.*

18. *Habitus voluntatis non impediunt deliberationem, & voluntarium perfectum.*

19. *Proceſſio Spiritus ſancti minùs perfectè eſt voluntaria, quàm proceſſio creaturarum.*

1. *Voluntarium perfectum tunc eſt, quãdo procedit ex perfecta cognitione finis.*

EX S.Thoma 1.2.*q.6. art.*2. volontarium iam explicatum primò diuiditur in voluntarium perfectum, & in voluntarium imperfectum. Et perfectum tunc eſt, quando procedit ex perfecta cognitione finis: & imperfectum, quando procedit ex cognitione imperfecta: cùm enim ad voluntariom in vniuerſum requiratur, vt ſit à principio intrinſeco cum aliqua cogoitione finis, id eſt, boni, in quod fertur actus, qui dicitur voluntarius; prout huiuſmodi cognitio finis fuerit perfecta, vel imperfecta, etiam perfectum, vel imperfectum eſt voluntarium, quod ex illa attenditur. Et quoniam cognitio finis tunc eſt perfecta, quando non ſolùm apprehenditur res, quæ eſt finis; ſed etiam in illa cognoſcitur ratio finis, & proportio eorum, quæ ad illam ordinantur, tanquàm ad finem; & tunc eſt imperfecta, quando conſiſtit in ſola apprehenſione finis, ſine hoc, quòd cognoſcatur ratio finis, & proportio actus ad finem: ideò etiam voluntarium ex S.Thoma tunc eſt perfectum, quando apprehenſo fine poteſt aliquis deliberans de fine, & de his, quæ ſunt ad finem, moueri in finem, vel non moueri: & tunc eſt imperfectum, quando apprehendens finem non deliberat, ſed ſubitò mouetur in ipſum. Atque ita ex S.Thoma perfectum voluntarium idem eſt, atque liberum, ſeu deliberatum; &, vt ſubdit *in reſponſione ad* 2. ex hoc contingit, in ſolo homine, non autem in brutis, perfectum voluntarium: quia ſolus homo eſt dominus ſui actus, ex hoc, quòd habet deliberationem de ſuis actibus; & ex hoc, quòd in illo ratio deliberans ſe habet ad oppoſita, etiam voluntas poteſt ferri io vtrumque oppoſitorum, quomodo voluntarium non eſt in brutis.

2. *Rationes dubitandi contra ſuperiorem doctrinam.*

Miſſo autem in præſentia hoc poſtremo, quòd in brutis non ſit voluntarium ſecundùm rationem perfectam; quia in illis non eſt deliberatio; de quo agemos *diſputatione ſequente:* circa illud primum de perfecto voluntario, quòd tunc contingat, quando procedit ex perfecta cognitione finis; & hæc ſit, quando apprehenditur ratio finis, & proportio eorum, quæ ordinantur ad finem; multæ occurrunt difficultates. Primò enim falſum videtur, quòd perfectio voluntarij ſolùm ſit attendenda ex perfectione cognitionis, cùm poſſit magis intrinſecè, & formaliter attendi ex perfectione propriæ rationis formalis, id eſt, ipſius actionis, & actualis influxus potentiæ, aut principij intrinſeci, quod operatur ex cognitione; ſiue hæc ipſa perfectio actionis deſumatur ex perfectione potentiæ, & principij, à quo eſt; ſiue ex perfectione obiecti, circa quod eſt: & cùm cognitio ad actum appetitus, qui formaliter eſt voluntarius, ſolùm ſe habeat, vt conditio, ſine qua nõ, & vt applicans, vel proponens obiectum; non videtur poſſe multùm facere ad perfectionem voluntarij, ſicut neque in phyſicis perfectio approximationis multùm facit ad perfectionem actionis, niſi in quantum meliùs vnit agens cum paſſo, & tollendo localem diſtantiam, facit illud agere, vt agens fortius. Et confirmatur: quia, quemadmodum præſcindendo à perfectione cognitionis, potentia appetitiua in homine eſt perfectior, quàm in brutis, & in Angelis, & in Deo eſt adhuc perfectior quàm in homine; ita & appetitio, & voluntarium. Et quemadmodum vna appetitio, ſiue in homine, ſiue in brutis, eſt perfectior alia, etiam ſtante æquali cognitione, vt, v.g. illa, quæ eſt circa appetibile perfectius: ita & vnum voluntarium. Et negari non poteſt, quin volitio finis ſit magis voluntaria, quàm volitio mediorum, cùm hæc ſolùm ſit voluntaria propter illum, & propter quod vnunquodque amamus, & illud amemus magis, 1.*Poſter.text.*5. & vnunquodque ſit maximè tale, ſecundùm quod aliis vniuocatio ineſt, id eſt, participatio in eadem ratione. 2.*Metaph. text.*4.

Secundò, falſum videtur, quòd perfectio cognitionis, in quantum facit ad perfectionem voluntarij, ſolùm ſit attendenda ex deliberatione circa finem, & circa media: nam Beati, v.g. perfectè cognoſcunt Deum, eúmque amant vt finem vltimum; & Deus ipſe perfectiſſimè cognoſcit, & amat ſe; neque tamen deliberat: & ex Ariſtotele 2.*Phyſ.text.*86. ad propriè, & perfectè agendum propter finem, non requiritur deliberatio, cùm artes, quæ maximè propriè dicuntur agere propter finem, non deliberent; neque ſcriptor, v.g. dum ſcribit; aut architectus, dum ædificat; deliberent de ordine characterum, aut partium domus: imò quòd artifex aliquando deliberet, non modò non prouenit ex perfectione, ſed potiùs è contrà ex imperfectione, & quia deficit à certitudine artis, vt notat eo loco S.Thomas *lect.*14. Et certiſſimum eſt, quòd ſi citharœdus in tangendo quamlibet cordam deliberaret, omninò imperitiſſimus haberetur: ergo ſimiliter, quòd in humanis actionibus homo deliberet, non poteſt oſtendere perfectionem cognitionis, & actionis; ſed potiùs è contrà imperfectionem, id eſt, defectum à certitudine prudentiæ, & à recta ratione agibilium: & quòd Beati in amando Deo, & Deus in amando ſeipſo non deliberet, non modò non tollit, aut minuit in tali amore perfectionem voluntarij; ſed potiùs ponit & auget: è contrà verò multùm tolleret, aut minueret, ſi deliberaret; ſiquidem conuinceretur non perfectè cognoſcere rationem boni, & amabilis, quæ eſt in Deo, id eſt, omninò puram, & ſummam, & ſine omni admiſtione odibilis, aut non amabilis. Et ſicut quòd quis non deliberet de bono finito, & imperfecto, quale eſt omne bonum creatum, dicit imperfectionem, vt contingit in brutis: ita & quòd deliberet de bono infinito, & perfectiſſimo, qualis eſt ſolus Deus; & ideò modus hic amandi Deum, ex deliberatione, ſolùm conuenit viatoribus, non autem Beatis, aut ipſi Deo: quod tamen oppoſito modo ſe haberet, ſi abſolutè eſſet modus perfectior. Confirmatur: quia amori Beatorum erga Deum, & Dei erga ſe ipſum, perfectiſſimè conuenit definitio

voluntarij iam explicata, cùm perfectiſſimè ſit à principio intrinſeco cognoſcente ſingula, in quibus eſt actus & proceſſio Spiritus ſancti per amorem neceſſarium; & ſine deliberatione multò perfectiùs eſt voluntaria quàm proceſſio creaturarum per amorem liberum, & deliberatum; & amor beatificus in patria eſt perfectiùs voluntarius, quàm in via non beatificus, qui, quòd ſit liber, ſolùm habet ex imperfectione cognitionis circa bonitatem diuinam, vt diximus. Et ratio videtur eſſe: quia quod voluntati conuenit, neceſſariò magis conuenit, quàm quod conuenit liberè; & ideò magis poteſt ab illa denominari: ſicut & proprietates, quia naturæ conoeniunt neceſſariò, magis dicuntut natutales, vel ſecundùm naturam, quàm accidentia, quæ ſolùm conueniunt contingenter.

Tertiò, falſum videtur, quòd voluntarium perfectum ſit idem, quod liberum, ſeu deliberatum: ſi enim id eſſet, electio mediorum, quæ eſt magis deliberata quàm intentio finis, ſiquidem eſt libera, non ſolùm quoad exercitium, ſed etiam quoad ſpecificationem, eſſet etiam magis voluntaria: quod tamen, vt diximus, eſſe non poteſt, cùm intentio finis ſit illi ratio eſſendi voluntarium; & propter quod vnumquodque tale, & illud magis.

3. *Explicatur & probatur doctrina allata ex S. Thoma de voluntario perfecto.*

Sed his non obſtantibus, dicendum eſt, voluntarium perfectum rectè explicari à S. Thoma per hoc, quòd ſit ex perfecta cognitione finis; & hanc, provt facit ad perfectionem voluntarij, rectè explicari per hoc, quòd poſſit quis deliberans de fine, & de iis, quæ ſunt ad finem, moueri in finem, & non moueri. Probatur: quia, cùm ratio voluntarij in vniuerſum accepta in hoc conſiſtat, vt operatio perfectè ſit à principio intrinſeco; & ideò requirat cognitionem; ſiquidem ea, quæ fiunt ſine cognitione, ex neceſſitate naturæ, rectiùs referuntur in extrinſecum, à quo habetur determinatio, vt fiant: vt, v.g. motus elementorum in ipſum generans, aut remouens, prohibeos, & combuſtio in ipſum applicans combuſtiuum, etiam perfectio voluntarij in hoc conſiſtet, vt operatio perfectè ſit à principio intrinſeco, id eſt, cum excluſione omnis extrinſeci, quod poſſit aſſignari tanquam principiom: nam perfectum in vnoquoque ente illud dicitur, extra quod non eſt vllam accipere particulam, 5. *Metaph. text.* 21. id eſt, cui nihil deeſt ex iis, quæ ad ipſum pertinent: & ideò, eo ipſo, quòd poteſt aſſignari aliquid extrinſecum, quod aliquo modo ſit principium alicuius operationis, conuincitur illa operatio non eſſe perfectè ab intrinſeco, cùm aliquo modo etiam ſit ab extrinſeco, & extra illam ſit accipere aliquem alium modum eſſendi ab intrinſeco. Sic autem ſemper ſe habet operatio,

4. *Illa ſolùm agentia propriè dicuntur ſe mouere in finē, quæ deliberant de ipſo fine, & de mediis.*

quando operans non eſt ita conſtitutus per cognitionem, vt deliberans de fine, ac mediis poſſit moueri, & non moueri in finem: nam, ſi ex ſola apprehenſione finis ſubitò moueatut in ipſum, & non deliberet, vt contingit in brutis, potiùs eſt dicendus trahi à fine, tanquam à principio extrinſeco, quàm ipſemet ab intrinſeco ſe mouere ad finem: è contrà, ſi deliberans de ſuis actibus, id eſt, de proſecutione, aut non proſecutione finis, & de electione huius, aut alterius medij, habeat ſe ad oppoſita, & tanquàm dominus ſuorum actuum; non niſi ab intrinſeco, & ex ſe ipſo poteſt dici finem proſequi, aut non proſequi; eligere hoc, vel illud medium. Atque hac ratione S. Thomas 1.2. *quæſt.*1. *art.*1. actionem humanam ait eſſe illam, quæ eſt ab homine, vt homo eſt, hoc eſt, vt ipſe explicat, quæ procedit à voluntate deliberata, & in quantum homo eſt dominus ſuorum actuum: per quod maximè differt ab aliis creaturis irrationalibus. Et *art.*2. ex profeſſo docet, quòd ſolus homo, & natura rationalis, quia habet dominium ſuorum actuum, poteſt dici ſe mouere in finem, & in illum tendere, quaſi ſe agens, & ducens in illum: natura verò irrationalis ſolùm poteſt dici moueri in finem, quaſi ab alio acta, vel ducta; ſiue in finem apprehenſum, vt bruta; ſiue in finem non apprehenſum, vt illa, quæ omninò carent cognitione.

5. *Bruta magis aguntur, quàm ipſa ſe agant; & ideò nō inuenitur in illis voluntarium perfectum.*

Et *quæſt.*6. *art.*2. cùm obieciſſet *in* 2. *argumento*, ex S. Damaſceno *l.*2. *cap.*27. quòd bruta magis ducantur à natura, quàm ducant naturam; & magis agantut in finem, quàm ipſa ſe agant: ſiquidem non habent dominiom ſui actus, & ideò quòd voluntarium non poſſit in illis reperiri: Reſpondet, ſecundùm hoc non eſſe in illis volontatium, vt poſſint dici ſe ipſa mouere, aut agere in finem. Et ratio videtur eſſe: quia ex Ariſtotele 3. *de anima, text.* 54. ipſum appetibile comparatur ad motum animalium, tanquam primum mouens immobile, quatenus, ſcilicet, vt

6. *Appetibile comparatur ad appetit., tāquàm primum mouens immobile.*

ibid. habetur *text.*49. per ſpecies intentionales mouet principium cognoſcitiuum; & hoc ab illo motum mouet appetitum; & hic motus efficit motum in animali; ac proinde, ſi nullus ſit alius appetitus, qui ſit principium motus, niſi ille, qui non eſt dominus ſui actus, ſicut hic neceſſariò recipit motum ab appetibili cognito; ita & neceſſariò mouet animal, & motus animalis abſolutè, & ſimpliciter eſt ab appetibili, tanquàm à primo mouente, hoc eſt, à principio extrinſeco; neque poteſt eſſe perfectè voluntarius, ſed ſolùm imperfectè ratione principij proximi, & immediati, vt docet S. Thomas *quæſt.*6. *cit. art.*1. *ad* 1.

7. *Circa Deum in Beatis, & viatoribus nō eodem modo reperitur voluntarium perfectum.*

Quòd ſi obiicias, illud omne eſſe perfectè volontarium, quod eſt à voluntate perfectè operante: & hanc, ſicut perfectè operatur ex deliberatione, quando operatur circa obiectum creatum, in quo eſt aliqua admiſtio mali; ita & perfectè operari ſine deliberatione, quando operatur circa obiectum increatum, in qoo eſt pleniſſima, & puriſſima ratio boni. Reſpondeo, non hoc modo loqui S. Thomam de voluntario perfecto, vt patet manifeſtè *ex toto art.* 2. ſed illud ſolùm appellat voluntarium perfectum, quod perfectè eſt à principio intrinſeco, id eſt, non ex determinatione naturæ, vt ſunt operationes inanimatorum, neque ex determinatione obiecti, vt ſunt operationes brutorum; ſed ex ſpontanea determinatione ipſius principij, quod ab intrinſeco ſe ipſum determinat, & mouet, tanquam dominus ſuorum actuum: quod tamen non eſt ſine deliberatione: ac proinde, quanuis poſſit circa obiectum increatum, provt attingitur à voluntate Beatorum, & Dei, inueniri voluntarium perfectum, quatenus per hoc intelligitur id, quod eſt à voluntate perfectè operante; non tamen poteſt inueniri voluntarium perfectum, quatenus per hoc iotelligitur id, quod eſt à voluntate ſe ipſam mouente; non autem mota ab efficacitate obiecti: ſed hoc ſolùm inuenitur, quatenus attingitur à voluntate viatorum; quanuis præterea ſimul cum hac perfectione voluntarij, id eſt, prouenientis à voluntate ſe ipſam mouente & determinante, reperiatur imperfectio eiuſdem ex alio capite, id eſt, ex hoc, quòd eadem voluntas ſe ipſam mouens, & determinans, non ſe habeat perfectè, & iuxta exigentiam obiecti increati, vt dicemus.

8. *Soluūtur rationes dubitandi, initio poſita.*

Et per hæc patet reſponſio ad rationes dubitandi initio poſitas: quia enim dependentia operationis à principio merè intrinſeco, & cum excluſione omnis extrinſeci, quod ſit principium, non poteſt eſſe, niſi ex cognitione, qua quis eſt deliberans de fine, & iis, quæ ſunt ad finem, & ex qua poteſt tanquàm dominus ſe mouere, & non mouere in finem; ideò S. Thomas non attendit perfectum voluntarium, niſi ex

perfectione cognitionis finis; & hanc, non niſi ex deliberatione de ipſo fine, & de iis, quæ ſunt ad finem, id eſt, de proſecutione finis, & de electione mediorum, & pro eodem accipit perfectum voluntarium,& liberum,ſeu deliberatum; & certiſſimum

9. *Modus operandi ex deliberatione, eſt perfectior.*

eſt, quòd hic modus operandi circa aliqua obiecta ex deliberatione, & cum indifferentia, & dominio ſuorum actuum,eſt multò perfectior, quàm modus operandi ſine deliberatione, & cum neceſſitate, & determinatione ad vnum;ſiquidem eſt proprius naturæ rationalis, & per illum diſtinguitur agens per

10. *Voluntas, quando eſt determinata ad aliquid, non operatur vt voluntas, ſed vt natura.*

intellectum ab agente per naturam, 2.*Phyſ.text*.49. & potentia rationalis ab irrationali,9.*Metaph.text*. 3. & quando voluntas eſt determinata ad aliquid, v.g.ad amandum bonum in communi, vel vltimum finem,non dicitur operari,vt voluntas; ſed vt natura,vt patet ex S.Thoma 1.2.*q*.10.*art*.1.*ad* 1.

11. *Perfectio potentiæ, aut obiecti,ſe habet ſolùm materialiter ad perfectionem voluntarij vt ſic.*

Neque poteſt perfectio voluntarij in communi, de quo agit S.Thomas, attendi magis intrinſecè, & formaliter ex perfectione ipſius actionis, quæ dicitur voluntaria: quia huiuſmodi perfectio,ſiue deſumatur ex ipſa potentia, & principio actiuo, ſiue ex obiecto, ſolùm materialiter ſe habet ad voluntarium in communi,& vt ſic, quod ſolùm dicit eſſe à principio intrinſeco; ſiue illud materialiter ſit perfectum; ſiue imperfectum. Et quemadmodum, ſi omninò præſcindamus ab huiuſmodi perfectione potentiæ,aut obiecti,nihil intelligimus deeſſe principio intrinſeco vt ſic; ita intelligimus perfectionem potentiæ, aut obiecti non pertinere formaliter ad perfectionem voluntarij, id eſt, huius, quod eſt eſſe à principio intrinſeco. Atque hac ratione,quanuis primæ intellectiones,& motus voluntatis, qui dicuntur primò primi, habeant huiuſmodi perfectionem ex perfectione potentiæ & obiecti; ſiquidem proueniunt à principio, quod ſolùm reperitur in homine; non autem in creaturis irrationalibus: quia tamen non proueniunt ſecundùm peculiarem modum operandi, qui eſt proprius hominis, id eſt, ab intrinſeco,& ex deliberatione, & in quantum eſt dominus ſuorum actuum, non dicuntur propriè actiones humanæ,vel eſſe ab homine, vt homo eſt, vt *ſuprà* diximus *diſput*.1.*num*.5.

12. *Perfectio voluntarij quomodo attendatur ex cognitione.*

Quidquid autem ſit,vtrùm cognitio,reſpectu appetitus, ſe habeat ſolùm vt cauſa applicans appetibile; an verò vt immediatum motiuum, vt dicitur 3.*de anima,text*.49. & quo modo *ibidem,text*.54.dicatur appetibile ſolùm mouere, eò quòd ſit intellectum,& imaginatum,id eſt,immediatè mouendo intellectum & imaginationem,eique tribuendo,vt per huiuſmodi motum poſſit mouere appetitum, iuxta doctrinam vniuerſalem,quæ de motoribus,& mobilibus intermediis eſt tradita *lib*.8.*Phyſ.text*.35.quidquid, inquam, de hac ſit, perfectio voluntarij non deſumitur formaliter ex ipſa cognitione; ſed ex voluntate. Et quia hæc non eſt proximè operatiua, vt voluntas,& tanquàm principium perfectè intrinſecum,niſi habeat cognitionem,per quam conſtituitur ad oppoſita,& ſit proximè domina ſuorum actuum; ideò perfectum voluntarium rectè declaratur per cognitionem,& deliberationem.

Ad confirmationem patet eodem modo: perfectio enim, quæ reperitur in actu voluntario ex perfectione materiali voluntatis,aut obiecti,ſolùm materialiter ſe habet ad voluntarium in communi, & vt ſic: & volitio Dei, & Angeli,poteſt quidem dici perfectior, quàm volitio hominis ex hoc præciſè, quòd ſit Dei,& Angeli; non tamen poteſt dici perfectiùs voluntaria, aut libera. Quòd verò additur,

13. *Volitio finis eſt perfectiùs voluntaria, quàm volitio mediorum.*

volitionem finis eſſe magis, & perfectiùs voluntariam,quàm volitionem mediorum, etiam ſtante eadem cognitione, & deliberatione; ex eo contingit, vt notat Vaſq. 1.2.*diſp*.23.*cap*.4.*num*.28. quia magis eſt ab intrinſeco; cùm voluntas non determinetur ad volitionem finis, per volitionem mediorum; ſicut determinatur ad volitionem mediorum,per volitionem finis: & ſemper, cæteris paribus, quò ſunt pauciora determinantia,eò magis volitio ſit ab intrinſeco,& ex dominio voluntatis in ſuos actus.

14. *Perfectio voluntarij quomodo attendatur ex deliberatione.*

Ad ſecundum,quòd perfectio cognitionis, prout facit ad perfectionem voluntarij, rectè attendatur ex deliberatione, patet ex dictis:id enim eſt,quia ſolùm ex hac conſtituitur voluntas potens mouere ſe ipſam, & principium perfectè intrinſecum ſuorum actuum: cùm enim intellectus, qui mouet appetitum,non ſit intellectus ſpeculatiuus, ſed actiuus,qui ſolus verſatur circa agibile,& dicit aliquid eſſe proſequendum,aut fugiendum, vt patet *ex* 3.*de anima, text*.46. *&* 49. etiam eſt intellectus deliberatiuus, qui proprius eſt rationalium, vt dicitur *ibidem,text*.57.& quilibet alius intellectus, qui non deliberet; quanuis poſſit ex alio capite eſſe perfectiſſimus ſecundùm ſuam ſubſtantiam;quatenus,ſcilicet, intuitiuè,& perfectiſſimè attingit obiectum; non tamen habet peculiarem illum modum perfectionis, quo natura rationalis excedit alias naturas cognoſcentes, & penes quam attenditur perfectio voluntarij; ſed potiùs aſſimilatur modo operandi eorum, quæ non agunt per intellectum, ſed per naturam, vt notat

15. *Circa Deum voluntas perfectiùs operatur vt natura, quàm vt voluntas.*

Vaſq.*diſp*.23.*cap*.4.*cit.num*.29. & hoc modo ſe habet intellectus Beati,imò & Dei,in quantum mouet ad amorem obiecti increati: nam,quanuis ſit perfectiſſimus ex natura actus, & obiecti; non tamen eſt perfectiſſimus ex modo conſtituendi voluntatem, vt principium intrinſecum ſuarum operationum, & mouens ſe:ſiquidem illam conſtituit,vt naturam, & vt motam,vel determinatam ab alio; non autem vt voluntatem, vt patet ex S. Thoma 1.2.*q*.10.*art*.1. *cit*. Et quanuis hic ipſe modus conſtituendi voluntatem, vt naturam, ex alio capite ſit perfectiſſimus circa obiectum increatum; & modus oppoſitus illam conſtituendi,vt voluntatem, & cum indifferen-

16. *Libertas non eſt perfectio ſimpliciter operantis,niſi circa obiectū creatum, & inſinitum.*

tia circa idem obiectum, ſit imperfectus: ſiquidem libertas non eſt perfectio ſimpliciter operantis circa quodcunque obiectum;ſed ſolùm circa obiectum creatum,& finitum; & quod perfectionis ipſa tribuit operanti circa obiectum finitum, idem tribuit neceſſitas operanti circa obiectum infinitum, vt notat Vaſq.*cap*.4.*cit.num*.22. non tamen eſt perfectiſſimus in ordine ad cauſandum voluntarium perfectum, de quo hîc loquimur:ſiquidem ad hoc requiritur,vt voluntas conſtituatur,vt principium perfectè intrinſecum,& potens ſe ipſam mouere;non autem vt potens ſolùm moueri ab obiecto;& per conſequens vt conſtituatur operatiua tanquàm voluntas, & potentia rationalis; non autem tanquàm natura & potentia irrationalis.

17. *Artes quomodo deliberent, vel non deliberent.*

Quod verò dicitur 2.*Phyſ.text*.46. quòd artes maximè propriè agant propter finem;nec tamen deliberent; de iis tantùm artibus eſt intelligendum ex S.Thoma *in eum locum,lect*.14.quæ habent determinata media,& determinatum modum agendi, vt eſt, v.g. ars ædificatoria, quoad iacienda priùs fundamenta,quàm erigendos parietes & tectum, vel faſtigium imponendi, & ars ſcriptoria quoad ordinandos,& diſponendos characteres: atque hoc eſt ſatis ad intentum Ariſtotelis eo loco,quòd etiam agentia per naturam agant propter finem, neque ſit neceſſarium,vt deliberent. De aliis verò actibus, quæ habent media indeterminata,quòd verè & propriè deliberent,etiamſi propter aſſuetudinem, & facilitatem id reflexè artifices non aduertant, non negat eo

loco

Google

loco Atiſtoteles ; & ſicut citharœdus liberè tangit hanc potiùs chordam, quàm illam ; ita etiam deliberat de vtraque tangenda, & voluntariè præeligit

18. vnam alteri. Idque vniuerſaliter de habitibus voluntatis, quòd non impediant, ſed potiùs iuuent deliberationem, vt citiùs, & faciliùs fiat; & ideò neque impediant perfectum voluntarium, expreſsè aſſerit Scotus *in 2.d.39.queſt.vnic.art.1.ad finem*. Gabr. *ibid. qu.2.art.1.not.2*. Suar. *tom.2. de relig.lib.3. de iuram. cap.7.num.11*. Sanchez *l.3.in Decal.cap.9.num.31*. & apertè ſupponit S. Thomas *p.2.queſt.78.art.2*. vbi docet, quòd peccata ex habitu ſunt peccata ex certa malitia, id eſt, ex certa notitia, & aduertentia malitiæ. Et patet ex eo: quia ſimul cum voluntate aſſueſcit etiam intellectus, & ſimul in hoc acquiritur facilitas ad deliberandum, & in voluntate ad agendum: nec cithatœdus habetut imperitus ex eo, quòd ſimpliciter deliberet de his, vel illis chordis ; ſed ex hoc, quòd tali modo deliberet, id eſt, cum labore, & multum temporis inſumendo: idque ſolùm in illo oſtendit defectum à certitudine, & ptomptitudine artis; qood idem etiam oſtenderet defectum à certitudine prudentiæ, in eo, qui delibetando de ſingulis, multùm labotatet. Quòd vetò Beati in amando Deo, & Deus in amando ſe ipſo oon delibetent, quanuis nihil tollat, aut minuat de perfectione ſimpliciter ipſius amotis; minuit tamen de perfectione illius, io quantum eſt voluntarius, & à ptincipio intrinſeco ſe ipſum mouente: ſiquidem tam voluntas Beatotum, quàm diuina, in ordine ad huiuſmodi actum non ſe habent vt voluntas; ſed vt natura: neque ipſa ad illum ſe mouet & detetminat; ſed mouetot & determinatur ab obiecto. E cootrà, ſi per impoſſibile Beati, & Deus deliberarent de huiuſmodi actu, multùm quidem mioueretut de perfectione ſimpliciter ipſius cognitiouis, aut obiecti; ſiquidem vel ipſi Beati, & Deus conuincetentut non perfectè cognoſcere tationem boni, & amabilis omninò putam, & ioſinitam, quæ eſt in obiecto, vt dicitur in atgumento; vel ipſum obiectum conuinceretur talem rationem in ſe non habere; ſimul tamen aliquid addererut de petfectione voluntarij hoc modo accepti, idque tam addetetut ipſi cognitioni, in quantum vltimò conſtituit ad agendum per modum voluntatis, & potentiæ rationalis; non autem per modum naturæ, & potentiæ irrationalis, quam etiam ipſi amori, in quantum procedit ſimiliter à voluntate, vt voluntas eſt; non autem vt natura, vt notat Vaſq. *diſp.23.c.4.cit.n.23.& 26.*

Habitus voluntatis non impediũt deliberationem, & voluntarium perfectum.

Ad confirmationem teſpondeo, falſum eſſe, quòd amoti beatifico, aut diuino perfectè conoeniat definitio voluntarij: neque enim perfectè eſt à principio intrinſeco ſe ipſum determinante, & mouente; ſed determinato, & moto ab efficacitate, & infinita-

19. te obiecti. Et ſimiliter proceſſio actiua Spiritus ſancti, quanuis ſit petfectiſſimus actus voluntatis perfectiſſimæ, & circa obiectum perfectiſſimum; non tamen eſt perfectiſſimè voluntaria, id eſt, à principio inttinſeco ſe ipſum mouente, vt notat Vaſq. *num.26.cit.* neque eſt abſurdum concedere, quòd hac ratione proceſſio creaturarum ſit magis perfectè volontaria. Neque obſtat, quòd ex alio capite amor Dei in via, ex hoc ipſo, quòd eſt liber, & à ptincipio intrinſeco ſe ipſum determinante, ſit minùs perfectus quàm in patria: ſiquidem libertas non eſt perfectio operantis, niſi circa obiectum finitum, vt diximus: nihil enim impedit, quominùs actus, qui abſolutè eſt minùs perfectus, & minùs perficit operantem, ſit magis ab intrinſeco, & magis perfectè ſit voluntarius. Et quia hæc denominatio voluntarij perfecti non deſumitut à voluntate quomodocunque, ſed in quantum operatur vt voluntas; non autem vt natura; ideò non tribuitut actui neceſſario, etiamſi magis intrinſecè conueniat voluntati.

Proceſſio Spiritus ſancti minùs perfectè eſt voluntaria, quam proceſſio creaturarum.

Ad tettiam patet ex dictis ad confirmationem ptimæ: ideò enim electio mediorum eſt voluntaria minùs petfectè, quàm intentio finis: quia hæc eſt à volontate ſe ipſam ptimò mouente; illa vetò eſt à voluntate iam mota, & determinata per intentionem finis.

DISPVT. IV.

Qua de cauſa perfectum voluntarium non reperiatur in brutis, & bruta non deliberent.

1. *Concluſio Sancti Thomæ.*
2. *Rationes dubitandi, quòd etiam bruta deliberent, & voluntarium perfectum etiam in illis contingat.*
3. *Pygmæi ſunt genus quoddam ſimiarum, & pugnant cum gruibus.*
4. *Potentia deliberandi videtur pertinere ad ſenſum.*
5. *In brutis non reperitur perfecta ratio, & perfectum voluntarium.*
6. *Deliberatio in quo propriè conſiſtat.*
7. *Quare bruta non deliberent.*
8. *Quomodo facultas deliberandi & conſultandi dicatur pertinere ad ſenſum.*

SANCT. Thomas hoc etiam aſſerit 1.2.*q.6.a.2. cit.* vt *ſuprà* indicauimus, id eſt, perfectum voluntarium non tepetiri io brutis, ſed ſolùm in homine: eiúſque tei eam teddit tationem *in reſponſione ad* 2. quia ſolus homo eſt dominus ſui actus, ex hoc, quòd habet deliberationem de ſuis actibus: & voluntas in homine ideò poteſt in oppoſita; quia tatio deliberans ſe habet ad oppoſita; quod tamen non contingit in btutis. 1.

Concluſio S. Thomæ.

Sed conttà eſt difficultas: quia falſum videtur, quòd in btutis non ſit perfectum voluntatium ex defectu deliberationis: nam, vt dicitur 8. *Phyſ. text.* 29. hoc ipſum eſt officium vitæ, & animantium proprium, vt moueantur à ſe ipſis, & ſiſtant ſe ipſa; & ſi quid ſibi eſt cauſa ambulandi, eſt etiam ſibi cauſa non ambulandi. Et ſenſus eſt, quòd dominium motus, & proxima facultas eum inchoandi, & terminandi, ambulandi, & non ambulandi, non ſit ptoprium ſolius hominis, ſed commune etiam brutis, & proueniat ab ipſa vita, vel anima ſeoſitiua, quæ eſt illis ratio, vt moueantur, vt habet idem Ariſtoteles *in libello de motu animalium, cap.6.* & Alexander Aphrod. *lib.2. naturalium quaſtionum, cap* 2. & alij Petipatetici. Neque ſolùm conuenit brutis, quòd habeant dominium ſui actus, & ſui motus; ſed etiam videtut ijs conuenire, vt circa illum deliberẽt: quòd enim canis inſequens feram, ſubſiſtat aliquando in biuio, ſolùm videtur prouenite ex deliberatione; & quòd paulò pòſt proſequatur curſum per vnam ex duabus viis, ſolùm videtur prouenite ex electiooe, quæ 3. *Ethic.cap.*2. definitut, voluntarium, ſeu ſpontaneum præconſultatum. Et multa ex brutis vidẽtur patticipate prudentia, vt patet ex Ariſtotele *lib.9.de hiſt.animalium, cap.6.* Ad quam tamen prudentiam certum eſt, quòd pertinet aliqua conſultatio, & deliberatio circa particularia: & hæc non excedit perfectionem ipſius ſenſus, vt patet ex Ariſtotele 6. *Ethic. cap.8. in fine:* vbi docet, qoòd prudentia ſit ipſius ſenſus ioteriotis. Prætereà colligunt, etiam bruta 2.

Rationes dubitandi, quòd etiam bruta deliberent, & voluntarium perfectũ etiã in illis contingat.

bruta experientiam ex multis memoriis ſenſitiuis.2. *Poſter.cap.vlt.* & 1.*Metaph.c.*1. eáque collectio, eſt quædam ratiocinatio,vt *ibid.*ſubditur. Similiter etiã brutis contingit reminiſcentia ex eodem Ariſtotele

3. *Pygmæi ſunt genus quoddã ſimiarum, & pugnant cum gruibus.*

*in libello de mem.& reminiſc.cap.*4. eáque eſt, vt ſyllogiſmus quidam,vt *ibi* dicitur.Et denique, cùm Pygmæi non ſint homines, ſed genus quoddam ſimiarum rectà incedentium, quæ in fine tertij anni generant, & in fine octaui moriuntur ex Alb. *de mem. & reminiſc.tract.*1.*cap.*3.& *l.*7. *de animalibus, tract.* 1.*cap.*6.& Petro Apponen. *in problem. ſect.*10.*q.*32. & cùm reuerà bellum parent cum gruibus, ex Alb. & Apponen.*ibid.* neque id ſit fabula, etiam ex Ariſtotele *lib.*8.*de hiſtor.animalium,cap.*12. non videtur poſſe negari,quòd valeant aliqua conſultatione, deliberatione,& diſcurſu. Et ratio videtur eſſe: quia potentia æſtimatiua,quæ dicitur percipere intentiones non ſenſatas, vt quando ouis percipit inimicitiam cum lupo,& amicitiam cum cane, etiam videtur de huiuſmodi intentionibus poſſe deliberare, ſi fortè ex accidentibus ſenſibilibus non ſtatim appareant; & ex hac deliberatione videtur prouenire, quòd aliquando ſubſiſtat, & hæreat quaſi anceps, vtrùm id,quod videt, ſit canis,aut lupus;ſicut poſteà prouenit ex electione,quòd illum fugiat,vel non fugiat. Et prætereà facultas cogitatiua, quæ dicitur conferre,componere,& diuidere intentiones indiuiduales,& materiales ſenſibiles, ſicut habet in homine,vt poſſit diſcurrere circa ſingularia ſenſibilia, vt docet S. Thomas 1. 1. *q.*78.*art.*4.*ad* 5. & *q.*81.*art.* 3.*in cor.*& 2.2.*q.*47.*art.*3.& *in Opuſculo de potentiis animæ,cap.*4.& *q.*10.*de ver.art.*5. Caiet. 2.2.*loco cit.* Capr. *in* 1.*d.*35.*q.*2. & *in* 3.*d.*36.*q.vnica,art.*3.*ad* 4. *principale.*& *in* 4.*d.*10.*q.*4.*art.*3. Greg. *in* 1.*d.*3. *q.*1. *v. p.* Alb.*in ſumma de homine, tract.de reminiſc. cap.* 20.Auerr.2.*de anima,com.*63.Auic. *lib.*6.*naturalium, par.*4.*cap.*3, Soncinas 10. *Metaph.q.*6. Fracaſtorius *lib.*2.*de intellectione,non longè ab initio.* Conimb. 3.*de anima,cap.*3.*q.*2.*art.*2.& 3.& alij apud ipſos:quanuis reuerà huiuſmodi facultas non excedat perfectionem potentiæ ſenſitiuæ; ita etiam videtur id poſſe habere in brutis. Et de facto, etiam illis notitias aliquas complexas,& aliquem imperfectum diſcurſum concedunt aliqui ex Authoribus cit. vt Greg.*in* 1. *cit.concl.*1.Soncinas *loco citato,*Fracaſtorius,*ibidem,*§. *Quartus autem ratiocinandi modus.*vbi agens de modis diſcurſus, docet ſyllogiſmos,& inductiones perfectas à ſolo homine poſſe fieri:exempla verò,& enthymemata poſſe fieri etiam ab aliis animalibus. Et

4. *Potentia deliberandi videtur pertinere ad ſenſum.*

confirmatur: quia hac de cauſa ab Ariſtotele 3.*de anima,text.*20. potentia cogitatiua appellatur intellectus paſſiuus, & ab aliquibus dicitur ratio particularis, vt notat S. Thomas 1.1.*q.*81.*art.*3.*in cor.* & ab eodem Ariſtotele *eodem lib.*3.*de anima, text.*51. potentia deliberandi,ſeu deliberatiuum numeratur, vt potentia diſtincta à potentia intelligendi, vel intellectiuo;& dicuntur hæc duo magis differre,quàm iraſcitiuum, & concupiſcitiuum: & 6.*Ethic.cap.*1. facultas ratiocinandi,ſeu conſultandi eodem modo dicitur differre à facultate ſciendi,ſicut differunt ea, quæ habent principium in nobis, & poſſunt aliter ſe habere, circa quæ illa verſatur, ab iis, quæ ſunt neceſſaria:& *l.*1.*magn.Mor.cap.*32. potentia conſultatrix dicitur verſari circa ſenſibilia, & differre à potentia indagatrice ſcientiæ, ſicut differt ſenſus ab intellectu, & ſenſibile ab intelligibili;ex quo tamen non modò habetur, quòd aliqua conſultatio poſſit haberi ab aliqua potentia ſenſitiua; ſed etiam quòd de facto, vel ſolùm, vel principaliter ab illa habeatur.

5. Sed his non obſtantibus,tenenda omninò eſt,tanquam certa,& indubitata,concluſio allata ex S.Thoma,quòd bruta non deliberent; & ideò in illis non poſſit contingere voluntarium perfectum: nam à

In brutis non reperitur perfecta ratio, & perfectum voluntarium.

Catholicis iure optimo erroris arguitur Laurentius Valla,qui *in ſua Dialectica,cap.*9. rationem abſolutè tribuit brutis,vt refert Bellarmin. *lib.*3. *de gratia,& lib.arb.cap.*15.quod idem ex veteribus etiam docuit Anaxagoras apud Plutarchum *lib.*5. *de placitis, cap.* 20.& ipſe Plutarchus *in libello de ſolertia animalium, & in Dialogo, qui inſcribitur: Quod bruta ratio inſit.* & Porphyr.*lib.*3.*de abſtinentia,* qui,vt referunt Conimb.*l.*2.*Phyſ.cap.*9.*quæſt.*3.*art.*1. omnibus animantibus non modò ſenſum, & memoriam tribuit; ſed etiam rationem, & orationem, tam internam,quàm externam: & addidit,Apollonium Thyanæum,Melampum,Tireſiam,& Thaletem eorum ſermones intellexiſſe, quod idem etiam de Salomone aſſerit quidam ex Rabbinis apud Abulen. *in cap.*3. *in lib.*3. *Reg.quæſt.*11. Sed contra hos omnes,ſi rationem abſolutè tribuant brutis, eáque velint ratiocinari de omnibus, de quibus homines, etiam de honeſto, & turpi,non modò facit fides catholica, quæ ſolis hominibus tribuit capacitatem culpæ, & meriti; non autem brutis: quod tamen non eſſet, ſi etiam bruta haberent huiuſmodi rationem, & etiam in illis reperiretur deliberatio circa omnia, & perfectum voluntarium. Sed etiam facit Ariſtoteles 2. *de anima, text.*57. vbi rationem iis negat:& *l.*3.*text.*58. vbi iis negat facultatem deliberatiuam, eámque tribuit ſoli homini: & *l.*1.*de par. cap.*1. vbi iis negat intellectum & mentem: & 1.*Polit.cap.*2. vbi ſimiliter iis negat ſermonem,& orationem, eámque ſimiliter ait eſſe propriam ſolius hominis; quia non eſt à natura tributa ad ſignificandum tantummodo ſenſum iocundi,aut moleſti,ad quem finem omnibus animalibus tributa eſt vox; ſed ſpecialiter ad ſignificandam intelligentiam,& ſeorſum boni,& mali,iuſti,& iniuſti;qui tamen non reperitur niſi in homine,atque ita abſolutè, & ſimpliciter, quòd bruta vtantur ratione,meritò cenſetur erroneum, tam in fide, quàm in Philoſophia, vt notat Tol. *lib.*3. *de anima, quæſt.*7. *ſub init.*

Sed, quoniam tota perfectio voluntarij à S.Thoma deſumitur ex præcedente deliberatione, vt ſuprà explicauimus:& hæc eſt ratio ex eodem S. Thoma, quare in brutis non reperiatur perfectum voluntarium: quia in illis non reperitur deliberatio, hoc ipſum eſt explicandum, quomodo ſit verum, ſi præſertim admittamus,vt probabile,quod iam retulimus ex ſententia aliquorum,poſſe etiam in brutis contingere aliquem imperfectum diſcurſum circa ſingularia ſenſibilia, neque hunc tantam dicere perfectionem, vt excedat totam perfectionem gradus ſenſitiui,intra quem illa ſunt.

Et breuiter, quòd deliberatio in vniuerſum non poſſit eſſe in brutis; ſed ſit propria ſolius hominis, & gradus intellectiui propriè dicti, probatur ex eo: 6.

Deliberatio in quo propriè conſiſtat.

quia neque conſiſtit in quacunque cognitione duplicis rationis in obiecto, & in dubitatione,aut ſuſpenſione iudicij circa vtrunque, neque in cognitione duplicis actus,qui poteſt eſſe circa obiectum;vel, quod idem eſt, in cognitione duplicis rationis in obiecto, prout poteſt ſubſtare duplici actui; ſed in comparatione quadam, ſeu iudicio comparatiuo multiplicis rationis, aut actus, in ordine ad aliquid vnum. Et quamuis duo priora poſſint fortaſſe reperiri intra perfectionem gradus ſenſitiui; hoc tamen tertium omninò illum excedit,ſéque eleuat vſque ad perfectionem gradus ſuperioris intellectiui; & ideò non poteſt eſſe in brutis.Et quòd deliberatio in vniuerſum accepta non conſiſtat in quauis cognitione

duplicis tationis in obiecto, paret ex eo: quia talis cognitio non eſt ſatis ad mouendam voluntatem, ſicut eſt ſaris deliberatio, quæ, vt diximus, cauſat perſectum voluntarium: nam, ſicut ad monendum apperitum ſenſitiuum non eſt ſaris ſola imaginatio, quaſi ſpeculariua iucundi, aut moleſti; ſed ſecundùm hanc perinde nos habemus, atque illi, qui conſideraut in pictura difficilia, aut confidenda; neque tamen propterea timent, aut ſperant, *2. de anima, text.* 154. & quando ipſum imaginari, aut ſentire interiùs ſolùm ſe haber, ſicut ipſum dicere, aut intelligere, id eſt, ſolùm eſt ſimplex apprehenſio obiecti ſenſibilis, non poſſumus illud proſequi, aur fugere; ſed ad hoc requiritur, vt ſe habear, ſicut ipſum affirmare, & negare. *3. de anima, text.* 28. id eſt, vt attendat obiectum, tanquàm compoſitum cum operante, & tanquàm illi iucundum, aut moleſtum; non autem ſolùm tanquàm iucundum, aur moleſtum, quaſi abſolutè & in ſe; ita & ad mouendam voluntatem non eſt ſatis ſola intellectio, quaſi ſpeculariua vnius, aut plurium rationum in obiecto, quæ ſimiliter illas ſolùm repræſentat quaſi in pictura, & nihil ſpeculatur agibile, neque aliquid dicit de fugiendo, aut proſequendo. *3. de anima, text.* 46. Sed requiritur, vt ipſa etiam ſit affirmans, aut negans, vt dicitur *text.* 30. id eſt, vt componat obiectum cum operante, & ſit cognitio intellectus practici, & actiui, vt dicitur *text.* 49. qui, ſcilicet, verſetur circa agibile, quod *6. Metaph. text.* 1. idem eſt, atque eligibile, ſicut & actio eadem eſt atque electio: idque ipſum expreſsè docet etiam S. Thomas *q. 6. de malo, art. 1. in cor.* vbi ait, quòd obiectum mouens voluntatem, eſt bonum conueniens apprehenſum; & ideò ſi aliquod bonum proponatur, quod apprehendatur in ratione boni, non autem in ratione conuenientis, non mouet voluntatem.

Quòd verò neque etiam conſiſtat deliberatio in vniuerſum accepta in cognitione duplicis actus, vel duplicis rationis in obiecto, provt poteſt ſubſtare duplici actui, probatur ſimiliter: quia etiam talis cognitio non eſt ſufficiens conſtituere appetitum ad electionem, id eſt, vt vnum præferat, & præeligat alteri, vt dicitur *3. Ethic. cap.* 2. ſed ad ſummum mouendo ſimul appetitum ad vtrunque actum, poteſt illum ſimul impedire circa vtrunque, vt videmus aliquando contingere in brutis: v. g. in cane, qui ſimul videt cibum, & baculum, & dum ſimul cupit, & timet, abſolutè manet immotus, & neque proſequitur, neque fugit, quouſque vel cupiditas, vel metus euadat efficacior, & tandem peruincat, & determinatè moueat vel ad proſecutionem, vel ad fugam.

Denique, quòd deliberatio conſiſtat in comparatione, & iudicio collatiuo huiuſmodi plurium rationum, aut actuum in ordine ad aliquid vnum, expreſsè docet S. Thomas *3. de anima, lect. 16. circa text.* 17. vbi ait, ad deliberationem neceſſe eſſe accipere aliquam vnam regulam, vel finem, vel aliquid huiuſmodi, ad quod menſuretur, quid ſit magis agendum, & hominem ſemper ſequi in electione, id, quod eſt magis in bonitate, & id, quod eſt melius; & hoc ſemper diiudicari aliqua menſura, & hanc eſſe medium, ex quo ratio practica ſyllogizat, & concludit, quid ſit agendum: & ideò bruta non habere electionem; quia non habent talem ſyllogiſmum, in quo duo extrema, de quibus eſt deliberatio, comparent cum tertio; & in illo, tanquàm in menſura communi, vniant. Et 1. 2. *queſt.* 83. *art.* 1. ait, bruta operari ex naturali iudicio; non autem libero; ſolùm, quia non iudicant ex collatione, ſed ex naturali inſtinctu; & hominem ideò agere ex libero iudicio, & poſſe in diuerſa ferri; quia iudicat ex quadam collatione rationis. Et 1. 2. *queſt. 6. art.* 2. ideò ait hominem habere perfectam cognitionem finis, & de eo deliberare; quia non modò cognoſcit rem, quæ eſt finis; ſed etiam ipſam rationem finis, & proportionem eius, quòd ordinatur ad ipſum finem: in brutis verò per ſenſum, & æſtimationem naturalem ſolùm reperiri imperfectam cognitionem finis, id eſt, ſolam finis apprehenſionem, ſine hoc, quòd cognoſcatur ratio finis, & proportio actus ad finem; & ideò bruta non deliberare, ſed ſtatim moueri in finem, atque ita ſupponit deliberationem circa media ſolùm conſiſtere in comparatione eorum ad finem.

Et clariùs Ariſtoteles *3. de anima, text. 57. & 58.* vbi ait, facultatem deliberatiuam ſolùm eſſe in animalibus rationalibus: quia inueſtigare, vtrùm hoc ſit agendum, an illud, eſt opus rationis, & conſiſtit in quadam menſuratione, id eſt, in applicatione alicuius, quod aſſumitur, quaſi regula, & menſura agendi, vel non agendi, & in quo vniuntur aliqua plura; atque ita requirit poteſtatem faciendi vnum ex pluribus, id eſt, faciendi vniuerſale, & conſiderandi plura, provt participant de aliquo vno, eáque comparandi ad illud, tanquam ad regulam, & ad menſuram; & ideò in brutis non eſſe opinionem, id eſt, concluſionem ſyllogiſmi practici, qui fit in deliberatione; quia neque eſt ipſe ſyllogiſmus, quo, ſcilicet, cognoſcantur plura, provt certo modo ſe habentia ad aliquid vnum, de quo participant, & in quo comparantur, iuxta ea, quæ de comparabilibus traduntur *7. Phyſ. text.* 24. Et idem Ariſtoteles *3. Ethic. cap. 2. in fine,* electionem, quæ eſt actus voluntatis poſt deliberationem, definit eſſe voluntarium præconſultatum; & ipſum vocabulum electionis ait ſignificare, quòd id, quod eligitur, ex aliis legitur, & ponitur ante alia, atque ita indicat in ipſa conſultatione, & deliberatione fuiſſe omnia inter ſe collata: & dum ait, ipſum voluntarium, quod eſt electio, debere eſſe præconſultatum, apertè docet, quòd præconſultatio & deliberatio debet eſſe aliquo modo de ipſo actu voluntatis; non autem ſolùm de illius obiecto abſolutè, & per ſe conſiderato; & ſolùm non collato cum ipſo actu, cui poteſt ſubſtare: & *cap.* 3. ait, omnes, cùm deliberant, conſiderare, quomodo id, quod ſibi ſtatuunt tanquàm finem, facillimè, atque optimè fieri queat, quod certè nihil eſt aliud, niſi inueſtigatio, & collatio mediorum inter ſe, & in ordine ad finem: & paulò poſt, eligibile eſſe illud, quod ex deliberatione antepoſitum fuerit.

Et denique ad idem facit etiam vulgaris etymologia verbi, *delibero,* quod vel dicitur à libra, aut libella, qua quid perpenditur, vt aliqui volunt; vel, vt alij, à libero, eò quòd, capto conſilio, mens à cogitatione liberatur.

Bruta ergo, quamuis fortaſſe per aliquem diſcur- 7.
ſum imperfectum circa ſingularia materialia poſſint colligere experientiam ex multis memoriis, & habere reminiſcentiam, de quo nunc non diſputo; ideò tamen non poſſunt deliberare; quia non poſſunt facere vnum ex pluribus, id eſt, vniuerſale; & plura conferre, provt conueniunt in aliquo vno, eáque per illud regulare, & menſurare, vt per communem regulam, & menſuram; neque poſſunt reflectere ſupra ſuos actus, & obiectum quaſi reflexè cognoſcere, provt poteſt ſubſtare multiplici actui; quod tamen vtrunque requiritur ad deliberationem: nam, ſi loquamur de illa deliberatione, quæ eſt neceſſaria ad libertatem contrarietatis, vel quoad ſpecificationem, & per quam deliberamus, v. g. vtrùm ſit eligendum hoc, an oppoſitum; omninò requirit rationem alicuius vniuerſalis, quo menſuretur hoc, & oppoſitum, & in quo plura phantaſmata,

Quare bruta non deliberent.

ta, vel obiecta fiant vnum, vt loquitur Ariſtoteles 3. *de anima, text.* 58. Et ſi ægrotus, v.g. debet deliberare de hoc, vel illo medicamento ſumendo, omninò indiget hoc aſſenſu vniuerſali, quòd illud ſit ſumendum, quod eſt conducibilius ad ſanitatem; & huic deinde, tanquam communi menſuræ, debet applicate hoc, & illud particulare medicamentum, vt tandem colligat, tanquam concluſionem, quòd hoc ſit ſumendum, & illud ſit relinquendum. In brutis verò, neque poteſt eſſe hæc opinio, id eſt, hæc concluſio ſyllogiſmi practici, qui fit in huiuſmodi deliberatione; neque poteſt eſſe ipſe ſyllogiſmus, in quo pluta particularia menſurentur per vniuetſale, vt ſubdit *eodem textu* Ariſtoteles. Si verò loquamur de illa deliberatione, quæ eſt neceſſaria ad libertatem contradictionis, vel quoad exercitium, & per quam deliberamus, v.g. de hoc determinatè, vtrùm ſit eligendum, an non ſit eligendum; præter notitiam alicuius vniuerſalis, omninò requirit facultatem, quæ ſit reflexiua ſupra ſuos actus: nam, ſi conſtet, v.g. de bonitate determinatè huius obiecti, non poteſt deliberati de exercitio actus circa illud ponendo, vel non ponendo, niſi proponatur appetitui tale exercitium actus, & vt imperet talem deliberationem; & per conſequens, niſi potentia, per quam id proponitur, ſit reflexiua ſupra ſuos actus, & ſupra ſuam deliberationem, quam proponit; & præterea eſt opus aliqua notitia vniuerſali, per quam, tanquàm per regulam & menſuram, dirigatur tota deliberatio, & in qua fiant vnum, & comparentur, tam actus, quàm negatio actus. Et quia potentiæ omnes brutorum, neque ſunt reflexiuæ ſupra ſuos actus, neque capaces notitiæ vniuerſalis; ideò ſimpliciter non ſunt deliberatiuæ.

Et per hæc patet reſponſio ad rationes dubitandi *initio* poſitas: quod enim dicitur ex Ariſtotele 8. *Phyſ. text.* 29. eſſe proprium animalium, vt ſe ipſa moueant, & ſiſtant; & quæ ſunt ſibi principium ambulandi, eſſe etiam ſibi principium non ambulandi; non ſignificat, quòd etiam bruta, verè & propriè habeant dominium ſuorum actuum, & abſque eo, quòd ab vllo extrinſeco determinentur, poſſint ſe ipſa determinare, & mouere, provt contingit in homine; ſed ſolùm quòd non habeant motorem extrinſecum proximum, qui ſit apparens, & manifeſtus, ſicut habent proiecta, & ea, quæ mouentur per violentiam, & contra naturam; quanuis habeant intra ſe, & non manifeſtum, & ideò dicantur moueri à ſe ipſis: nam, vt probet Ariſtoteles, quod ibi intendit, omne, quod mouetur, ab alio moueti; pouit primùm *text.* 27. quaſdam diuiſiones eorum, quæ mouent, vel mouentur per ſe, vel per accidens, à ſe ipſis, vel ab alio, natura, vel præter naturam: tum verò ſubdit *text.* 28. quòd in iis maximè, quæ mouentur præter naturam, eſt manifeſtum, quòd moueantur ab alio: vt ſi terra, v.g. moueatur ſurſum, vel ignis deorſum; quia, ſcilicet, ipſe motor, externus eſt, & per ſe manifeſtos: poſt illa autem eſt manifeſtum etiam in aliquibus, quæ mouentur ſecundùm naturam, id eſt, in iis, quæ dicuntur moueri à ſe ipſis, vt animalia; licèt enim non ſit manifeſtum, quomodo in animalibus debeat accipi id, quod mouet, diſtinctum ab eo, quod mouetur; eſt tamen manifeſtum, quòd verè aliquid ſit huiuſmodi: & eodem modo eſt accipiendum in illis id, quod mouet, vt diſtinctum ab eo, quod mouetur; ſicut accipitur, v.g. in nauibus, & in iis, quæ natura non conſtant, ſed ſunt artificialia. Sicut enim nauis dicitur moueri ex ſe ipſa; quia in ſe habet nautam, qui eſt illi principium, vt moueatur: ita & animal dicitur moueri à ſe ipſo; quia habet cor, quod eſt illi principium motus, & ſe habet quaſi animal ſeparatum, vt dicitur *lib. 3. de par. animalium, c. 4. & in libello de motu animalium, c.* 8. vel certè, quia habet animam realiter diſtinctam à corpore, quæ poteſt eſſe corpori principium motus, & mediante corpore etiam toti animali, vt volt Alexand. Aphrodiſæus *lib. 2. naturalium quæſtionum, cap.* 2. & apud Simpl. *in text. 30. l. 8. Phyſ.*

Quod ergo poſteà dicit Ariſtoteles *text.* 29. hoc eſſe officium vitæ, & animantium proprium, vt ſe ipſa moueant, & ſiſtant, & ſint ſibi principium ambulandi, & non ambulandi, ſolùm eſt quoad principium extrinſecum apparens, & manifeſtum: quia, ſcilicet, in animalibus non apparet, quomodo id, quod mouet, ſit diſtinctum ab eo, quod mouetur; ſicut apparet in terra, & igne, dum mouentur contra naturam; non autem, quia bruta animalia propriè habeant dominium ſuorum actuum. Et eodem modo falſum eſt, quòd deliberent circa ſuos actus: quòd enim canis inſequens feram ſubſiſtat in biuio, non prouenit ex deliberatione, & iudicio collatiuo huius, & illius viæ cum aſſecutione feræ, tanquàm cum regula ſui motus; ſed ex intrinſeca indeterminatione, & ex extrinſeca inefficacitate odoris, vel alterius cuiuſcunque ſenſibilis ad motum determinandum, vel per hanc, vel per illam: vt etiam paulò antè diximus de eodem cane, dum ſimul videt panem, & baculum: & quòd poſteà curſum proſequatur determinatè per vnam, non prouenit ex electione; ſed ex maiori efficacitate alicuius ſenſibilis ad motum determinandum. Idque ſignificat S. Thomas 1.2. *q. 6. art.* 2. *cit.* quando ait, in brutis ſolùm reperiri imperfectam cognitionem finis per ſenſum, & æſtimationem naturalem; id eſt, ſolam apprehenſionem rei, quæ eſt finis, non autem in quantum eſt finis, & in quantum terminat proportionem actus, vel mediorum; & ideò non deliberare, ſed ſubitò moueri in finem, id eſt, ex inſtinctu & determinatione naturæ.

Neque alia ratione dicuntur bruta participare prudentiam, niſi, quia eorum operationes, quæ ſolùm fiunt ex iudicio, & inſtinctu naturali, habent quandam ſimilitudinem cum actionibus hominum, quæ propriè fiunt ex deliberatione, & iudicio libero. Neque alio modo ab Ariſtotele 6. *Ethic. c.* 8. *cit.* prudentia dicitur eſſe in ſenſu, niſi quia intellectus in deliberando circa ſingularia, indiget ſenſu, vt benè explicat S. Thomas 6. *Ethic. lect. 7. in fine, &* 2.2. *q. 47. a. 3. ad* 3. & Caiet. *ibidem*: quod idem vniuerſaliter contingit in omnibus operationibus intellectus practici, vt dicemus.

Quòd verò additur, etiam bruta ex multis memoriis ſenſitiuis colligere experientiam, & contingere etiam in illis reminiſcentiam, ſi probat in brutis diſcurſum aliquem imperfectum, & deductionem vnius ex alio, de quo non diſputo; non probat deliberationem, quæ ex propria ratione eſt magis eleuata ſupra materiam, & dicit menſurationem aliquorum plurium per vnum aliquod tertium, vt diximus. Idque totum tam eſt dicendum contingere in Pygmæis, ſi ſunt genus brutorum, quàm in aliis omnibus: & quod illi bellum gerant cum gruibus, non eſt ex vera, & certa ratione pugnandi, quæ ſolùm in homine poteſt eſſe; ſed ex inſtinctu naturæ, quomodo etiam pugnant plura alia animalia inter ſe.

Ad illud, quod dicitur de potentia æſtimatiua, patet eodem modo: quanuis enim in brutis percipiat intentiones non ſenſatas; non tamen deliberat propter rationem allatam; neque ouis, quando eſt

Digitized by Google

anceps, vtrùm animal, quod videt, ſit canis, an lupus, deliberat; neque poſteà, quando determinatur, vt fugiat, vel non fugiat, eligit; ſed illud eſt ex inefficacitate motiui extrinſeci, & hoc ex efficacitate, vt diximus paulò antè de cane.

Ad illud de facultate cogitatiua reſpondeo, quòd ſi habet in homine, vt deliberet, ſolùm habet ex coniunctione cum intellectu; in quantum, ſcilicet, non poteſt intellectus ſine adiumento ſenſus cognoſcere ſingulare: & dum hic ſimul cum illo concurrit ad illius notitiam, denominatur ſimul cum illo deliberare, ratiocinari: quod tamen, vt ex ſe patet, non poteſt habere in brutis, cùm in illis non habeant huiuſmodi coniunctionem cum intellectu.

8. *Quomodo facultas deliberandi, & conſultandi dicatur pertinere ad ſenſum.*

Denique ad conſultationem reſpondeo eodem modo: nam facultas deliberandi, conſultandi & ratiocinandi, ea ratione ab Ariſtotele numeratur, vt potentia diſtincta à facultate ſciẽdi, qua ratione numeratur intellectus practicus, vt diſtinctus à ſpeculatiuo, quatenus, ſcilicet, non dicit ſolam potentiam intellectiuam per ſe acceptam; ſed provt coniunctam cum ſenſu, & imaginatione, qua mediante intelligit ſingularia: ſiquidem *ex lib. 3. de anima, text.* 9. 10. & 11. intellectus ad quidditates rerum, & ad vniuerſalia, ſe habet, ſicut linea in directum extenſa: ad ſingularia verò ſe habet, ſicut linea circunflexa, quatenus, ſcilicet, ad cognoſcenda ſingularia determinata indiget certo, & determinato phantaſmate, & per hoc determinatur ſpecies intelligibilis, quæ alioqui ex ſe ſolùm habet repræſentare naturam, & vniuerſalia, vt dicitur *in libris de anima.*

DISPVT. V.

Quid ſit voluntarium directum, & quid indirectum; & quo differat à voluntario implicito, interpretatiuo, & in alio.

1. *Ex S.Thoma directè voluntarium dicitur, quando eſt à voluntate, in quantum eſt agens; & indirectè, quando eſt ab illa, in quantum non eſt agens.*
2. *Proponitur difficultas contra ſuperiorem doctrinam.*
3. *Explicatur deſcriptio voluntarij directi, & indirecti, ex eodem S.Thoma.*
4. *Soluitur difficultas ſuperiùs poſita.*
5. *Pura omiſſio ſine omni actu ſi daretur, ſolùm eſſet voluntaria indirectè.*
6. *Voluntarium implicitum, interpretatiuum, & in alio, quomodo ſit idem cum voluntario indirecto.*
7. *Voluntarium in alio, & interpretatiuum, quomodo differant à voluntario indirecto.*
8. *Voluntarium interpretatiuum quomodo dicatur poſſe eſſe ſine cognitione, & voluntate.*

1. *Ex S.Thoma directè voluntarium dicitur, quãdo eſt à voluntate, in quantum eſt agens; & indirectè, quando eſt ab illa, in quantum non eſt agens.*

Ex eodem S.Thoma 1.2. *quæſt.6. art.3.* quemadmodum aliquid dupliciter poteſt eſſe à voluntate; ita & dupliciter poteſt eſſe voluntarium, id eſt, directè, & indirectè: ſi enim ſit à voluntate, in quantum eſt agens, eſt voluntarium directè, vt, v. g. conſeruatio nauis, ſi gubernator eam gubernet, & agat ad eam ſeruandam: ſi verò ſit à voluntate, in quantum non agit, eſt voluntarium indirectè, vt, v.g. eiuſdem nauis ſubmerſio, ſi gubernator deſiſtat à gubernando, & non agat ad eam ſeruandam, ſed ludat, aut dormiat. Et ex hoc, quòd voluntarium indirectum ſit à voluntate, in quantum non agit, concludit ibidem S.Thomas, quòd volunta-

rium abſolutè poteſt eſſe ſine omni actu, tam exteriori, quàm interiori: ſi enim gubernator nauis, v.g. ſolùm non agit exteriùs, & ſolùm habet negationem gubernationis & actus exterioris, habet verò actum interiorem volendi non agere, & non gubernare; ſubmerſio nauis dicitur voluntaria ſine actu exteriori: ſi verò prætereà, neque etiam interiùs habeat actum volendi non agere, & non gubernare; ſed omninò negatiuè ſe habeat, tam exteriùs, quàm interiùs quoad gubernationem, dicitur voluntaria, etiam ſine actu interiori, & abſolutè ſine omni actu.

2. *Proponitur difficultas contra ſuperiorẽ doctrinam.*

Sed contrà eſt difficultas: quia S.Thomas non ſatis explicat eo loco, quo modo voluntarium indirectum debeat eſſe à voluntate, in quantum non agit: ſi enim per hoc intelligat, quòd debeat voluntas ſimpliciter, & omninò eſſe non agens, ad hoc, vt aliquid ſit ab illa voluntarium indirectè; contrà eſt: quia non videtur id poſſe ſtare cum eo, quod docet idem S.Thomas *infrà, quæſt.71. art.5.* quòd ſemper in peccato omiſſionis ſit aliquis actus, qui ſit illius cauſa, vel occaſio; & impoſſibile ſit, quòd detur pura omiſſio ſine omni actu: ſi enim voluntas, in quantum eſt omninò non agens, poteſt cauſare aliquid, vt voluntarium, maximè id erit ipſa omiſſio, quæ cùm ſit quid negatiuum, maximè videtur cauſari per negationem actionis; & tamen cùm ibi de illa dicatur, quòd ſemper ſit cum aliquo actu, ſimpliciter non apparet, quid poſſit cauſari, vt voluntarium, à voluntate, in quantum eſt omninò non agens, cùm præſertim videatur manifeſta implicantia in adiecto, vt aliquid dicatur cauſari ab alio in genere cauſæ efficientis, in quantũ illud eſt non agens: ſiquidem, cùm cauſalitas, vel cauſatio cauſæ efficientis ſit ipſa actio, in idem recidit, quòd aliquid dicatur cauſari ab alio in genere cauſæ efficientis, in quantum illud eſt non agens; & quòd dicatur ab illo cauſari, in quantum illud eſt non cauſans. Si verò S.Thomas, per hoc, quod eſt eſſe à voluntate, in quantum eſt non agens, ſolùm intelligat, quòd voluntas ſolùm debeat eſſe non agens illud, ſiue prætereà ſit ſemper agens aliquid aliud, ſiue non; contrà eſt: quia potentia rationalis, id eſt, voluntas, cùm ſit ad oppoſita, *9. Metaph. text.3. & 3. Ethic. cap.5. & 1 mag. Moral. cap.*10. æqualiter eſt ad agere, & ad non agere; & noſtro modo intelligendi poteſt diſtingui quaſi in duas potentias, quarum altera ſit ad agendum, & altera ad non agendum, ſicut diſtinguitur ab Ariſtotele 3. *Phyſ. text.* 10. potentia ad benè valendum, & potentia ad ægrotandum; quia diſtinguitur ipſum benè valere, & ipſum ægrotare: & ideò non minùs directè dicendum erit ab illa eſſe ipſum non agere, in quantum eſt potentia ad non agendum, quàm ſit ipſum agere, in quantum eſt potentia ad agendum: & vtrunque eodem modo, id eſt, directè erit voluntarium.

3. *Explicatur deſcriptio volũtarij directi, & indirecti, ex eodem S.Thom.*

Sed breuiter dicendum eſt, deſcriptionis allatæ à S.Thoma de voluntario directo, & indirecto, hunc eſſe ſenſum, vt directè voluntarium tunc aliquid dicatur, quando eſt à voluntate, provt eſt agens illud ipſum, & ad illud per ſe dirigens, & ordinans ſuam actionem; tunc verò dicatur voluntarium indirectè, quando eſt à voluntate, provt non eſt agens illud ipſum, & ad illud non per ſe dirigens, aut ordinans ſuam actionem, & formaliter denominetur directum ex dependentia à voluntate, per poſitionem actionis, & tendentiæ per ſe in ipſum directæ, & indirectum ex dependentia à voluntate cum negatione huiuſmodi actionis, & tendentiæ in ipſum directæ, ſiue prætereà ſit poſitio alterius, & tendentiæ per ſe directæ in aliquid aliud, ſiue non. Et quòd huiuſmodi deſcriptionis ſit hic ſenſus, patet mani-

ſeſtè ex eodem S.Thoma: nam 1.2. *q.*114.*art.*3.hoc modo explicat,quid ſit cauſare directè, & inditectè, vt directè cauſare aliquid ſit per ſe operari, & dirigere ad illud ſuam actiooem;cauſare verò indirectè, ſit operari aliquid aliud, & per illud præbere occaſionem illi. Et 1.2.*quæſt.*6. *art.*8. loqoens de ignorantia, tunc ait, quòd ſit voluntaria ditectè, quando actus voluntatis in ipſam fertor, ſicut cùm aliquis vult ignorare; & tunc indirecta, quando quis poteſt, & debet ſcire; & tamen non curat, hoc eſt, quando actus voluntatis in ipſam non fertur. Et *quæſt.*71.*art.*5. loquens de omiſſione, tunc ait, eam eſſe directè voluntatiam, quando actus voluntatis in ipſam fertur: ſicut cùm aliquis vult non ire ad Eccleſiam, qoando inſtat præceptom audiendi Sacrum, & vult illud non audire, & tunc indirectè, quaodo fertot io aliquid aliud, pet quod impeditur ab actu debito, ſicut cùm aliquis tempore eundi ad Eccleſiam, & Sacrum audiendi, vult dormire, aot lodere. Et *quæſt.*73.*art.*1. *ad* 3.loquens de detractione, tunc ait aliquem directè detrahere famæ alterius, qoando illi falſum crimen imponit, vel ſuis verbis crimen verum adauget, vel occultom reuelat, vel id, quod eſt bonum, dicit mala intentione eſſe factum: qui omnes modi, vt ex ſe patet,continent actionem per ſe directam ad malam famam, & per illos, qui loquitur, facit eos, qui audiunt, malam opinionem de alio habere, vt dicitur *ibi in corp.* tunc verò detrahete indirectè, quando vel negat, vel reticet, vel minuit bonum alterius: qui modi continent negationem actionis per ſe directæ ad malaio famam, & per illos, qui loquitur, non facit eos, qui audiunt, malam opinionem de illo habere; ſed ſolùm non habere bonam, vel oon tam bonam;quod eſt quid longè diuerſum:& ſi præterea etiam habeant malam, id erit à voluntate loquentis,in quantum non eſt agens pro mala opinione; & ideò ſolùm illi indirectè erit voluntarium. Et *eadem quæſt.* 73.*art.*8. *in corp.*de nocumento,quod ſequitur ex actu peccati ideò ait, quòd augeat indirectè illius graoitatem, qoando eſt præuiſum, & non intentum, & quando quis iotendens compendioſiùs ire ad ſornicandum, tranſit per ſegetes alienas, eáſque conculcat: quia intentio euntis non eſt ad conculcandum, ſed ad ſornicandum, & ex voluntate moltùm ad hoc inclinata ſolùm non prætermittit ſegetes conculcare. Et *quæſt.*77.*art.*7. illud ait eſſe voluntarium directè, in quod volontas fertur; & illud indirectè, quod voluntas poteſt prohibere; ſed non prohibet. Et *quæſt.*2. *de malo*, *art.*1.*in fine corp.* tunc actum voluntatis eſſe indirectè cauſam omiſſionis, quando fertur in aliquid poſitiuum, cum præuiſione omiſſionis conſequentis: ſicut cùm quis vult ludere, ſciens quòd ad hoc concomitatur non ire ad Eccleſiam.Et denique *q.*3.*de malo, art.*8. ignorantiam ttipliciter ait poſſe eſſe voluntatiam, primò directè, ſiue cùm quis directè vult ignorare: ſecundò indirectè, vt quando non adhibet ſtudium ad cognoſcendum: tertiò per accidens, ſicut quando directè, vel indirectè vult aliquid, ad quod ſequitur ipſum ignorare. Ex quibus omnibus locis clarè babetur, quòd, quando hoc loco S.Thomas voluntatium indirectum deſcribit per hoc, quòd ſit à voluntate, in quantum non agit, non eſt intelligendus excludere omnem actum, & poſitiuè tequirere, vt voluntas ſit omninò non agens; ſed ſolùm excludere illum actum, qui per ſe tendat,& dirigatur io id, quod dicitur voluntarium indirectè; & ſenſum eſſe, quòd ſit à voluntate cum negatiooe directæ actionis, & tendentiæ in ipſum.

4. Et per hæc patet ſolutio difficultatis in contrarium allatæ: quod enim hîc dicitur de voluotario indirecto, optimè ſtat cum eo, quod *infrà* habetur ab eodem S. Thoma *quæſt.*71. *art.*5. quòd non poſſit eſſe omiſſio ſine omni actu: vt enim ibi explicat S.Thomas, ſi ſit ſermo de actu, qui per ſe feratot, & tendat ad peccatum omiſſioois, poteſt aliquando eſſe omiſſio ſine omni actu, tam exteriore, quàm interiore: vt ſi quis, verbi gratia,omittat Sacrum, abſque eo, quòd interiùs habeat actuin formalem volendi omittere, & abſque eo, qnòd exteriùs aliquid agat ad omitteodum. Si verò ſit ſermo de actu, qui ſolùm ex accidente pertineat ad omiſſionem, quia ſit illius cauſa, aut occaſio; ſemper omiſſio eſt cum aliquo actu; & primum illod non modò non repugnat, ſed planè coincidit cum eo, per quod hoc loco deſcribitur voluntarium indirectum, id eſt,cum negatione directæ actionis, & tendentiæ io ipſum; & cum hoc, quòd ſit à volontate, in quantum eſt non agens propter ipſum, & ſecundum ſimiliter coincidit cum eo, per quod explicatur aliis locis idem voluntarium indirectum, id eſt, cum directa tendentia io aliquid alind,quæ hoc loco non negatur. Quare, ſiue voluntas, in quantum eſt potentia rationalis, æqoaliter ſit ad agere, & ad non agere;& ſiue poſſit ab illa eſſe pura omiſſio ſine omni actu, ſioe non, de quo in præſentia non agimus; ad voluotarium inditectum, de qno ſolo hîc loqoimur, parum refert, quidquid dicatur, & dummodo aliquid ſit à voluntate, in quantum eſt per ſe, & directè non agens ipſum, ſemper dicetur voluntarium indirectè, ſiue præterea eadem voluntas ſimul ſit ex alio capite ſemper agens aliquid aliud, ſiue non. Atque hoc modo non eſſet dicenda niſi indirectè voluntaria,pura omiſſio, ſi fortè daretur ſine omni actu, qui tam per ſe, quàm per accidens ad illam pertineret, vt notat Val. 1.2. *diſp.* 2.*quæſt.*1. *punct.* 1. §.*Similiter.*

Soluitur difficultas ſuperiùs poſita.

Neque valet, quòd tam ſit immediatè,& per ſe à voluntate ipſa emiſſio actus, & ipſum non agere, quàm eſt ipſum agere; & per conſequens, quòd noo magis directè voluntarium ſit dicendum ipſum agere, quàm ipſum non agere: iam enim, ſi in hoc fiat vis, erit quæſtio ſolùm de nomine, & de modo loquendi; & nobis in præſentia ſatis eſt, quòd S. Thomas, & Scholaſtici non illud appellant voluntarium directè, qood quomodocunque immediatè & per ſe eſt à voluntare; ſed illud ſolùm, quod eſt per actionem poſitiuam, per ſe directam, & inſtitutam ad illud; & ſi quid ſit ab eadem voluntate immediatè, & per ſe; ſed cum negatione talis actionis, per ſe directæ, & inſtitutæ ad illud, id ſolùm appellant voluntarium indirectè, vt iam diximus. Neque implicat, quòd aliquid ſit ab alio io genere cauſæ efficientis, quod tamen poſitiuè per ſe, & directè ſit non agens, aut noo cauſans illud: ſiquidem, vt dicitur 2. *Phyſ.text.*30. eadem eſt cauſa contrariorum: & quod per ſui præſentiam, & per actionem poſitiuam eſt cauſa alicuius, per ſui abſentiam, & per negationem actionis, poteſt eſſe cauſa contrarij, vt gubernator, v. g. ſalotis nauis, ſi ſit præſens,& propter illam agat;vel ſubuerſionis, ſi ſit abſens, & propter illam non agat. 5.

Pura omiſſio ſine omni actu ſi daretur,ſolùm eſſet voluntaria indirectè.

Ex hac verò explicatione voluntarij inditecti poteſt iotelligi, quomodo ab aliquibus huiuſmodi voluntarium dicatur eſſe idem cum voluntario implicito, & interpretatiuo, vt patet ex Vaſq. 1. 2. *diſp.*24. *c.* 1, *num.* 20. & Salas *ibid. diſp.*3. *ſect.* 4. & ab aliis cum voluntario in alio, vt patet ex Val.*ibid. diſp.*2. *quæſt.*1. *punct.* 1.hæc enim ſolùm habeot veritatem ratione illius alterius, in quod voluntas fertut per actionem directam, dum indirectè aliquid 6.

Voluntarium implicitum, interpretatiuum, & in alio, quomodo ſit idem cum voluntario indirecto.

quid cauſat, id eſt, cum negatione actionis per ſe directæ & ordinatæ ad illud: nam, vt habet S. Thomas 1.2.*queſt.71.art.5.cit.* qui vult aliquid, cum quod aliud ſimul eſſe non poteſt, ex conſequenti etiam volt negationem, aut carentiam illius: & rectè interpretamnt, qoòd qoi vult ludere, v.g. vel dormire tempore Sacri, etiam velit non ire ad Eccleſiam; & ſicut hanc omiſſionem eundi aduertit contineri in ludo, aut ſomno, tanquàm in cauſa; etiam illam implicitè vult & in alio, dum explicitè, & in ſe vult ludum, aut ſomnum.

7. *Voluntarium in alio, & interpretatiuum, quomodo differant à voluntario indirecto.*

Negari tamen non poteſt, quin voluntatium in alio latiùs pateat, quàm voluntatium indirectum, cùm non ſolùm effectus negatioi; ſed etiam poſitiui poſſint eſſe voluntarij in alio, vt quando quis per ſe intendit occiſionem inimici, & in illa aduertit contineri damna familiæ: cùm enim hæc non proueniant ab ipſius voluntate, tanquàm à non agente, vel actionem occiſionis non ordinante, & non dirigente ad illa, non ſunt illi voluntatia indirectè, & per negationem actionis directæ ad ipſa, etiamſi actio voluntatis non feratur in illa, prout ſunt in ſe, ſed ſolùm prout continentur in alio, id eſt, in ipſa occiſione & morte.

Et ſimiliter certum videtur, quòd voluntarium interpretatiuè latiùs pateat, quàm voluntatium indirectè, cùm aliquando interpretatio cadat etiam in voluntarium directum, vt quando nobis non certò couſtat de voluntario; ſed illud inueſtigamus ex ſignis, coniecturis, & præſumptionibus, vt contingit ſecundùm iura in conſenſu illius, qui tacet. *cap. qui tacet. de reg. iuris, in 6.* in profeſſione tacita illius, qui monaſtico habitu legitimè ſuſcepto facit ſcienter actum profeſſi. *cap. vidua, de regular.*

8. & in aliis multis: & de hoc voluntario ſecundùm interpretationem, rectè ait Almainus *tract. 1. Moral. cap. 1. in fine,* quòd poſſit eſſe ſine cognitione; non, quia cognitio poſſit abeſſe à voluntario, ſi ſit tale re ipſa; ſed, quia re ipſa poteſt abeſse ab illo, quod eſt tale per interpretationem, & præſumptionem, cùm ratio ſufficiens ad interpretandum poſſit haberi etiam, quando non conſtat de cognitione. Imò fieri poteſt, vt voluntarium interpretatiuum aliquando etiam ſit ſine voluntate, vt quando non eſt voluntarium reipſa; ſed ſolùm ex iuris fictione, & interpretatione, vt notat Azor *tom. 1 lib. 1. cap. 4. 5. & 6.* Si enim ab ipſo iure aliquid præſumatur, & accipiatur, tanquàm dependens à voluntate; cùm tamen reuerà non dependeat, quomodo ſilentium, v. g. accipitur pro conſenſu, *cap. qui tacet. cit. de reg. iuris, in 6.* etſi reuerà is qoi tacet, non ideò taceat, vt det ſignum conſenſus, dicitur voluntatium interpretatiuum ex ſola iuris fictione, & non re ipſa; & ideò mirum non eſt, ſi re ipſa poſſit eſſe ſine voluntate. Atque id peculiare videtur in voluntario interpretatiuè preſsè accepto; non autem latè, prout eſt idem cum voluntario in alio: ad hoc enim, vt aliquid propriè, & non interpretatiuè dicatur eſſe voluntarium in alio, non modò debet eſſe neceſſariò annexum cum eo, quod eſt voluntarium in ſe, & debet neceſſariò ex illo conſequi; neque eſt ſatis, ſi ſolùm ſit annexum contingenter, quomodo fulguratio, v. g. eſt annexa ambulationi, quando dicimus, ambulante Socrate fulgurauit; ſed etiam eſt neceſſarium, vt aliquo modo cognoſcatur, tanquàm cum illo connexum, & ex illo conſequens; & alioqui nullo modo eſt voluntarium, vt notat Vaſques 1.2. *diſput. 107. cap. 3. num. 7.* & ex illo Sanch. *lib. 1. in Decal. cap. 16. num. 25.*

Voluntarium interpretatiuum quomodo dicatur poſſe eſſe ſine cognitione, & voluntate.

DISPVT. VI.

An, & quomodo ad voluntarium indirectum requiratur debitum agendi oppoſitum.

1. *Ex S. Thoma ad voluntarium indirectum ſemper requiritur debitum agendi oppoſitum.*
2. *Proponitur difficultas circa mentem S. Thomæ.*
3. *Proponitur difficultas circa veritatem doctrinæ.*
4. *Secundùm aliquos doctrina S. Thomæ ſolùm eſt de defectu poſitiuo, qui ſequitur ex omiſſione; non autem de ipſa omiſſione.*
5. *Reiicitur talis ſententia.*
6. *Secundùm alios doctrina S. Thomæ ſolùm eſt de voluntario moraliter, & in ordine ad culpam.*
7. *Sed reiicitur.*
8. *Secundùm alios ſolùm loquitur S. Thomas de voluntario interpretatiuo.*
9. *Sed reiicitur.*
10. *Vera expoſitio doctrinæ S. Thomæ. Ad voluntarium indirectum requiritur, & ſatis eſt ſolum debitum phyſicum.*
11. *Deus neque etiam indirectè eſt cauſa peccati.*
12. *Doctrina iam explicata ex S. Thoma eſt conformis veritati.*
13. *Ad voluntarium indirectum non requiritur debitum morale.*

NEGAT S. Thomas 1.2.*queſt.6. art.3. cit.* id, quod ſequitur ad defectum actionis, ſemper reduci tanquàm in cauſam, in voluntatem, ex eo, quod non agit; ſed tunc ſolùm, quando poteſt, & debeat agere: & ſi gubernator, v. g. non poteſt nauim dirigere; vel non eſt ei commiſſa gubernatio nauis, negat eſſe illi imputandam ſubmerſionem, quæ per abſentiam gubernatoris contingit: quia, ſcilicet, non ideò nauis ſubmergitur, quia ille non dirigit, ad quem non peccat directio; ſed, quia is non dirigit, ad quem peccat, atque ita ad voluntarium indirectum ſemper requirit obligationem, & debitum ex parte voluntatis. 1.

Ex S. Thoma ad voluntarium indirectum ſemper ſequitur, debitum agendi oppoſitum.

Sed circa hanc doctrinam occurrit difficultas; tam pro intelligentia, & aſſecutione mentis S. Thomæ; quam pro intelligentia, & aſſecutione veritatis: nam quoad primum non apparet, vtrùm S. Thomas id aſſerat ſolùm de effectu poſitiuo, qui ſequitur ad omiſſionem actionis, vt ſe habet, v.g. ſubmerſio nauis ad non directionem: an verò etiam de effectu negatiuo, vt ſe habet, v. g. omiſſio conuerſionis in Deum, ad non auditionem concionis: an denique etiam de ipſa prima omiſſione, vt eſt, v.g. non directio nauis, non auditio concionis, &c. nam ex vna parte, quòd ſolùm intelligat de effectu; non autem de prima omiſſione, videtur conſtare ex verbis ipſius: Non ſemper id, quod ſequitur, ad defectum actionis reducitur, ſicut in cauſa. Sicut enim prima omiſſio actionis non poteſt dici, quòd ſequatur ad ſe ipſam; ita neque poteſt dici, quòd ſequatur ad defectum actionis. Et quòd intelligat vniuerſaliter de omni effectu etiam negatiuo, patet ſimiliter ex iiſdem verbis: Id, quod ſequitur ad defectum actionis, quæ ſunt vniuerſalia: & ex altera parte, quòd debeat intelligi etiam de prima omiſſione, videtur perſuaderi ex illis aliis verbis: Quia voluntas volendo, & agendo poteſt impedire hoc, quod eſt non velle, & non agere; & aliquando debet, hoc, quod eſt, non velle, & non 2.

Proponitur difficultas circa mentem S. Thomæ.

agere, imputatur ei quaſi ab ipſa exiſtens. Certum enim eſt, quòd non velle, & non agere, ſunt ipſa formalis prima omiſſio: quod idem ſub iiſdem verbis non volendi, & non agendi etiam habet *in reſponſione ad* 3. *&* *art.*8. *in corp.*

3. *Proponitur difficultas circa veritatem doctrinæ.*

Quoad ſecundum verò pro aſſequenda veritate huius doctrinæ, eſt difficultas: quia falſum videtur, quòd requiratur debitum ex parte voluntatis ad voluntarium indirectum; & quòd non modò poſſit, ſed etiam debeat illud impedire; ſicut enim ad voluntarium directum non requiritur debitum; ita neque ad voluntarium indirectum. Et certum videtur, quòd ſubmerſio nauis eodem modo eſt voluntaria gubernatori voléti ludere, aut dormire; & ideò non dirigenti, ſiue teneatur ex iuſtitia, aut alio modo illam dirigere; ſiue non teneatur, vt ſi nauis, v.g. ſit propria ipſius, & poſſit etiam animi causâ illam ſubmergere: & eadem ratione omiſſio Sacri, tam eſt voluntaria volenti ludere, & ideò non eunti ad Eccleſiam, quando vrget præceptum, & quando non vrget. Et ratio videtur eſſe: quia voluntarium non conſiſtit in hoc, quòd ſit ſecundùm præceptum, vel contra præceptum; ſed in hoc, quòd ſit à voluntate; & præceptum, cùm ſit quid morale, non videtur poſſe variare modum eſſendi à voluntate, qui eſt quid phyſicum, & potiùs videtur ſupponere in actione rationem voluntarij, quàm facere. Siquidem præceptum ſolùm datur de actione voluntaria, & quæ ſit in noſtra poteſtate, vt dicitur 3. *Ethic. cap.* 5. non autem de actione neceſſaria. Et certum videtur, quòd etiam præſcindendo ab omni obligatione morali, gubernatio nauis poteſt eſſe voluntaria, ſi etiam præſcindendo à tali obligatione poteſt eſſe libera, cùm omne liberum ſit voluntarium, & hoc latiùs pateat, quàm illud, 3. *Ethic. cap.* 1. Et talis eſſet, ſi Deus ipſe ſibi aſſumeret curam gubernandi nauim, aut non gubernandi; qui tamen in huiuſmodi rebus non eſt capax obligationis moralis: vel etiamſi gubernatio committeretur amenti, qui ſciretur ſæpè aliàs gubernaſſe, & de facto gubernaret, non obſtante incapacitate obligationis moralis. Et cùm præceptum potiùs auocet voluntatem ab actu oppoſito, quàm inclinet, potiùs videtur tollere, quàm ponere rationem voluntarij circa illud. Et ad ſummum, addendo actui rationem debiti, ſolùm poteſt addere omiſſioni actus rationem moralem malitiæ, & culpæ; & facere, vt ſit voluntaria omiſſio actus debiti, cùm alioqui præſcindendo à præcepto eſſet voluntaria omiſſio actus non debiti. Et denique, cùm ratio voluntarij ſit quid commune ad voluntarium culpabile, & non culpabile, non eſt attendenda ex ratione præcepti, quæ eſt peculiaris in voluntario culpabili; ſed ſolùm ex dependentia à voluntate, quæ eſt quid commune.

4. *Secũdùm aliquos doctrina S. Thomæ ſolùm eſt de defectu poſitiuo, qui ſequitur ex omiſſione, non autẽ de ipſa omiſſione.*

Pro mente S. Thomæ reſpondet Vaſq. 1. 2. *diſp.* 24. *cap.* 3. *num.* 7. & 14. doctrinam S. Thomæ ſolùm intelligi de euentu poſitiuo, qui ſequitur ex omiſſione; non autem de ipſa omiſſione: hæc enim poteſt eſſe voluntaria, etiam ſine debito, & præcepto, vt ſi omiſſio Sacri, v.g. fit à principio intrinſeco cognoſcente, quòd ipſa ſequatur ex ludo, aut ſomno, qui ſit voluntarius immediatè, & in ſe; & contrà effectus poſitiuus, qui ſequitur ex omiſſione, vt, v.g. ſubmerſio nauis ex non directione, non eſt voluntarius ſine præcepto: quia neque poteſt referri in voluntatem, tanquam in cauſam moralem, & culpabilem; neque tanquam in cauſam phyſicam, cùm non accipiat eſſe mediate actu, & cauſalitate phyſica; ſed mediante omiſſioné actus, & cauſalitatis phyſicæ. Et quòd S. Thomas non requirat debitum pro omiſſione, ſed ſolùm pro huiuſmodi actu poſitiuo, probat ex verbis allatis: *Non ſemper id, quod ſequitur ad defectum actionis.* Et quia ſolùm ponit exemplum de ſubmerſione nauis.

5. *Reiicitur talis ſententia.*

Sed contrà eſt: quia S. Thomas vniuerſaliter loquitur de omni eo, quod eſt voluntarium indirectè, id eſt, à voluntate, in quantum non agit: & talis eſt etiam prima omiſſio, vt patet ex dictis: & ideò ſubdit, etiam hoc, quod eſt non velle, & non agere, imputari voluntati, tanquam ab ipſa exiſtens, quando poteſt, & debet illud impedire, volendo, & agendo; & non impedit: quod idem etiam habet *in reſponſione ad* 3. & ſaltem, quòd non loquatur ſolùm de effectu poſitiuo, qui ſequitur ex omiſſione; ſed etiam de negatiuo, & quocunque, ipſemet clarè explicat *art.*8. vbi ait, ignorantiam eſſe voluntariam indirectè, quando quis poteſt, & debet ſcire, & non curat; id eſt, quando negatio ſcientiæ ſequitur ex negatione diligentiæ in illa acquirenda. Nec multùm vrgent illa verba: *Non ſemper id, quod ſequitur ad defectum actionis.* idem enim per hæc ſignificat S. Thomas, atque per illa, per quæ definitat voluntarium indirectum; id eſt, quod procedat à voluntate ex hoc, quòd non agit. Et ſenſus eſt: quòd non ſemper id, quod procedit à voluntate, quatenus eſt principium voluntarij indirecti, & per defectum actionis, reducitur in voluntatem, ſicut in cauſam, ex eo, quòd non agit; ſed tunc ſolùm, quando poteſt, & debet agere. Neque ratio, qua probat Vaſq. effectum poſitiuum, qui ſequitur ex omiſſione, requirere præceptum, & debitum, & alioqui non poſſe eſſe voluntarium, videtur efficax, vt etiam notat Salas 1. 2. *diſp.* 3. *ſect.* 4. *num.* 44. §. 5. Nam, ſicut ignorantia, vel omiſſio, in quam fertur actus voluntatis, vt quando quis vult ignorare, vel omittere, eſt directè voluntaria, vt diximus ex S. Thoma *art.*8. *&* *quæſt.* 71. *art.* 5. & quanuis ſit quid negatiuum; poteſt tamen procedere à voluntate mediante actu, etiam poſitiuo: ita & ſubmerſio nauis, vel effectus poſitiuus poteſt eſſe voluntarius indirectè, & procedere à voluntate mediante non directione, & negatiuè: & ſicut ad cauſandam directè ignorantiam, aut omiſſionem, ſatis eſt poſitio actus, & hæc ſuo modo dicitur eſſe illius cauſatio, & factio, quatenus eſt vltima determinatio, vt illa ſequatur; ita ad cauſandam indirectè ſubmerſionem poteſt eſſe ſatis negatio directionis, & hæc ſimiliter poteſt dici illius cauſatio, & factio, quatenus eſt vltima determinatio, vt illa ſequatur. Et quòd hic modus cauſandi ſit verè phyſicus, ſiue habeat adiunctum præceptum, ſiue non, patet ex eo: quia eſt eiuſdem rationis cum illo, quo motus elementorum 8. *Phyſ. text.* 32. dicitur cauſari per accidens à remouente prohibens: ſiquidem, vt directio per ſui poſitionem, & præſentiam eſt prohibens ſubmerſionem; ita & per ſui remotionem, & abſentiam eſt remouens prohibens, eámque per accidens cauſat, quatenus facit, vt venti, & vndæ, vel alia quæcunque cauſa illam cauſet per ſe.

6. *Secundùm alios doctrina S. Thomæ ſolùm eſt de voluntario moraliter, & in ordine ad culpam.*

Pro eadem mente S. Thomæ reſpondet Val. 1. 2. *diſp.* 2. *quæſt.* 1. *puncto* 1. *ad* 1. & Salas 1. 2. *quæſt.* 6. *diſp.* 3. *ſect.* 4. *num.* 45. *&* 46. doctrinam eſſe accipiendam vniuerſaliter de omni eo, quod indirectè eſt voluntarium, ſiue ſit quid poſitiuum, ſiue negatiuum: ſed ſolùm intelligi de voluntario moraliter, & in ordine ad culpam; non autem de voluntario phyſicè, & abſolutè: quanuis enim hoc modo poſſit aliquid eſſe voluntarium, etiam ſine præcepto; id tamen non negauit S. Thomas; ſed prætermiſit, & ſolùm non aſſeruit: quia non erat futurum vſui ad diſputationem moralem, quæ ſolùm inſtituitur in ordine ad culpam. Et in eadem reſponſione videtur conſentire etiam Medina 1. 2. *quæſt.* 6. *art.* 3. vbi ait,

S. Thomam

S.Thomam loqui de omiſſionibus volontariis, quæ imputantur ad colpam.

7. *Sed reijcitur.* Sed contrà eſt: quia tractatio de voluntario boc loco præſcindit à culpa: & S. Thomas non ait, id, quod ſequitur ad defectum actionis, tunc ſolùm reduci in voluntatem, tanquàm in cauſam culpabilem, quando poteſt, & debet agere; ſed reduci tanquàm in cauſam ſimpliciter, & hoc, quod eſt non velle, & non agere, ideò imputari voluntati, tanquàm ab ipſa exiſtens; quia volūtas volendo, & agendo, poteſt, & debet illud impedire: imò ſi concedat Valentia poſſe aliquid ſine præcepto eſſe voluntarium phyſicè, non videtur poſſe negare, quòd etiam poſſit eſſe voluntarium morale, vt notat Vaſq. *diſp.24.cit.cap.3.num.15.* cùm proximum ſubiectum moris ſit voluntarium phyſicum, provt reperitur iu homine, & laudes & vituperationes ſint in ſpontaneis, *3.Ethic.cap.1.* & hac ratione certum eſt, quòd abſtinentia, v.g. à carnibus, etiam quando non eſt in præcepto, ſi fiat ex bono motiuo, eſt laudabilis.

8. *Secundum alios ſolùm loquitur S. Thomas de voluntario interpretatiuo.* Azot *tom.1.l.4.c.3.quæſt.6.* exiſtimat, S.Thomam, dum requirit obligationem & debitum, non loqui de omiſſione, aut voluntario indirectè, provt eſt tale explicitè, & expreſsè; ſed provt eſt tale implicitè, & ſecundùm interpretationem; & ſolùm velle, quòd non habeamus ſufficientem rationem interpretandi, quòd alicui ſit voluntarium indirectè, id, quod ſequitur ad defectum actionis, niſi quando conſtat de illius poteſtate, & debito; & hac ſolùm ratione ſecundùm canones, & iura proceditur in huiuſmodi interpretatione voluntarij. Et quòd hæc tantùm ſit mens S.Thomæ, ſatis videtur haberi ex verbis ipſius, qui non ait, id, quod ſequitur ad defectum actionis, non eſſe à voluntate; ſed *non reduci* in voluntatem, ſicut in cauſam; & ſubmerſionem nauis *non imputari* gubernatori; & hoc, quod eſt non velle, & non agere, non imputari voluntati quaſi ab ipſa exiſtens. Quæ verba non reducendi, & non imputandi, apertè videntor importare interpretationem. Idémque videtur ſentire etiam Conradus *in expoſitione illius art 3.* quando ait, S.Thomam docere, quòd non ſemper habetur tanquàm voluntarium, neque imputatur alicui, tanquàm ab ipſo, omne, quod ſequitur ad defectum rationis, & quòd conditio huius voluntarij indirecti eſt ſolùm imputatiua voluntati.

9. *Sed reijcitur.* Sed contrà eſt: quia S. Thomas aliis locis non modò requirit rationem debiti ad interpretationem, & imputationem voluntarij indirecti; ſed etiam ad realitatem: & *1.1.quæſt.49.art.2.ad 3.* & *1.2.quæſt.79.art.1.* ex boc docet, Deum non eſſe cauſam peccati, etiam indirectam; quia, quamuis omittat illud impedire, cùm poſſit; non tamen omittit, cùm poſſit, & debeat: & gubernator tunc ſolùm indirectè eſt cauſa ſubmerſionis, quando omittit gubernare, cùm poſſit, & debeat.

10. *Vera expoſitio doctrinæ S.Thomæ: ad voluntarium indirectū requiritur, & ſatis eſt ſolū debitum phyſicum.* Fortaſſe omnium optima, & facillima reſponſio eſſe poteſt, quòd S. Thomas loquatur de omni eo, quod eſt voluntarium indirectè, ſiue ſit prima omiſſio, ſiue effectus poſitiuus, aut negatiuus, qui ex illa ſequitur: ſed nomine debiti non intelligat obligationem moralem, quæ proueniat ex præcepto; ſed paſſiuam exigentiam phyſicam, aut neceſſitatem poſitiui concurſus ad impediendum id, quod dicitur procedere indirectè: vt enim docet S.Thomas *1.1.q.21.art.1.ad 3.* nomine debiti importatur quidam ordo exigentiæ, vel neceſſitatis ad id, ad quod ordinatur res, quæ dicitur debita: & quando dicimus, partes eſſe debitas toti, vel accidentia eſſe debita ſubſtantiæ, ſolùm ſignificamus, quòd exigantur, & ſint neceſſaria.

Hoc autem modo veriſſimum eſt, quòd quando directio alicuius gubernatoris non eſt debita ad ſalutem nauis, non poteſt ſubmerſio in ipſum referri, tāquàm in cauſam indirectè cauſantem: quia remota huiuſmodi directione nihil remouetur, quod determinatè ſit cauſa, & à quo determinatè poſtulet dependere ſalus: & ſicut qui remoueret vnum calamum, qui non eſſet determinatè neceſſarius ad ſcribendum, non diceretur eſſe cauſa impediens ſcriptionem; ſed talis ſolùm eſſet, qui remoueret omnem calamum, vel certè illum, qui ex aliquo accidente eſſet determinatè neceſſarius: ita & qui remouet vnam directionem, quæ non eſt determinatè neceſſaria ad ſalutem nauis, non eſt dicendus cauſare illius interitum; ſed talis is tantùm eſt, qui remouet omnem, vel illam, quæ determinatè eſt neceſſaria, ſiue ex præcepto, ſiue ex quocunque alio accidente: nam in hac propoſitione: Ad ſalutem nauis requiritur gubernatio. terminus, gubernatio, accipitur in ſuppoſitione confuſa, quæ explicatur per deſcenſum diſiunctū, & ſolùm cadit ſupra vnum terminum dicendo, v.g. Requiritur hæc gubernatio, vel illa. non autem per deſcenſum diſiunctiuum, qui cadit ſupra totam propoſitionem, dicendo: Requiritur hæc gubernatio; vel, requiritur illa gubernatio, vt videre eſt apud Fonſecam *lib.8.Inſtit.Dial.cap.29.* & *31.* certum eſt, quòd, vt dicatur ſublata gubernatio, quæ requiritur, non eſt ſatis, ſi tollatur determinatè hæc, vel illa gubernatio; ſed debent tolli omnes, de quibus diſiunctim acceptis dicebatur, quòd eſſent neceſſariæ: ſi verò idem terminus, gubernatio, accipiatur in ſuppoſitione determinata, id eſt ſolùm pro illa, quæ hîc, & nunc eſt neceſſaria, hæc ipſa determinatè debet tolli; quæ tamen, ſiue ſit debita ex præcepto, ſiue non, non poteſt negari, quin ſit debita in ordine ad ſalutem, & conſeruationem nauis. Et quòd S.Thomas hoc tantùm modo requirat debitum ad voluntarium indirectum, videtur conſtare ex eo: quia, quod hoc loco appellat debitum, aliis locis appellat requiſitum, & neceſſarium, vt *1.1.quæſt.49.art.2.ad 3.* vbi ait, ſubmerſionem nauis tunc tribui nautæ, tanquam cauſæ, quando non agit id, quod requiritur ad ſalutem nauis; & contrà Deo nunquam tribui perditionem, & malum hominum; quia nunquam deficit ab agendo id, quod eſt neceſſarium ad ſalutem, & bonum eorundem. Et ſimiliter Ariſtoteles *2.Phyſ.text.30.* tunc ſolùm ait, abſentiam gubernatoris eſſe cauſam ſubmerſionis, quando illius præſentia eſt cauſa ſalutis; id eſt, quando hæc ab illa pendet determinatè, eámque exigit vt neceſſariam: & quoad hoc, eodē modo ibi loquitur de cauſa efficiente, ſicut locutus fuerat *l.1.text.68.* de cauſa formali, quam ſimiliter dixerat præſentia, & abſentia ſua facere mutationem, videlicet, cauſare generationem, & corruptionem, vt exponit Simpl. *in text.30.cit.* ſicut enim illius tantùm formæ abſentia cauſat corruptionem compoſiti, cuius præſentia eſt neceſſaria ad conſeruationem; ita, & illius tantùm gubernatoris abſentia cauſat interitum nauis, cuius præſentia eſt neceſſaria ad ſalutē.

Atque ex hac ratione debiti ſic explicata optimè intelligitur id, quod docet S.Thomas *1.2.quæſt.79.art.1.* Deum ideò non eſſe cauſam peccati, etiam indirectè: quia, quamuis peccantibus non præbeat illud auxilium ad vitanda peccata, quod ſi præberet, non peccarent; id tamen non facit, potens, & debens illud præbere; ſed eodem modo ſe habet, ſicut gubernator, qui ſubtrahit gubernationem, quam non debet non ſubtrahere: ſi enim id intelligatur de debito morali, quod etiam in Deo poteſt reperiri ex præcepto naturali, ſolùm explicat, quomodo Deo non tribuantur peccata, ſicut cauſæ culpabili, & 11. *Deus, neque etiam indirectè, eſt cauſa peccati.*

quæ cauſet contra moralem obligationem non cauſandi; non autem explicat, quomodo illi non tribuantur, ſicut cauſa ſimpliciter, & quæ reuerà remouendo,ſeu non ponendo auxilium prohibens,dicatur per accidens illa cauſare,ſicut remouens, prohibens: & contrà, ſi id intelligatur de debito phyſico, & in ordine ad finem, optimè explicat, quomodo Deo non tribuantur, ſicut cauſæ ſimpliciter, ſiquidem non præbendo auxilium efficax, quod ſi præberet, peccata non fierent, & ſemper præbendo auxilium ſufficiens, non omittit præbere aliquid, quod ſit debitum ad vitanda peccata,id eſt, neceſſarium,vt ipſe S.Thomas loquitur 1.1.*q.49.a.2.cit.ad* 3.idque eſt verum,non modò ſi dicatur negatio auxilij efficacis eſſe Deo voluntaria indirectè,& ſolùm ex hoc, quòd non agat, ſicut contingeret, ſi Deus ſuſpenderet omnem actum, & negatiuè ſe haberet ad volendum,aut nolendum præbere;ſed etiamſi dicatur eſſe voluntaria directè, & procedere à diuina voluntate, in quantum eſt agens, id eſt, per actum poſitiuum volendi non præbere: adhuc enim non ſequitur,quòd ſit cauſa peccati,cùm hoc non ſequatur ex eo, quòd Deus velit non præbere auxilium efficax; ſed ex hoc, quòd voluntas creata non vtatur auxilio ſufficiente.

Neque vrget, quòd hoc loco S.Thomas non ſolùm requirat rationem debiti,ad hoc vt effectus,qui ſequitur ad omiſſionem, ſit voluntarius; ſed etiam, vt ſit voluntaria ipſa omiſſio, & hoc debitum dicat non ſemper reperiri,ſed ſolùm aliquando: quod tamen eſſet falſum,ſi loqueretur de debito phyſico,& in ordine ad finem; ſiquidem ad impediendum,v.g. hoc, quod eſt non velle, & non agere, non ſolùm aliquando, ſed ſemper eſt debitum ipſum velle, & agere. Contrà enim eſt: quia,dum ait S.Th.voluntatem aliquando volendo, & agendo,poſſe,& debere impedire hoc,quod eſt nō velle,& non agere,non loquitur de debito, quod terminetur ad impediendum ipſum non velle,& non agere;ſiquidem forma non dicitur eſſe debita ad impediendam priuationem ſui, ſicut ſemper eſt debita ad ponendam ſe ipſam, quæ eſt formalis impeditio ſuæ priuationis; ſed loquitur de debito, quod terminatur ad impediendum aliquid aliud, quod ſequitur ad non impeditionem ipſius non velle,& non agere,vt eſt,v.g.in exemplo poſito de gubernatore, ipſa ſubmerſio nauis;ideò enim voluntas gubernatoris volendo nauim dirigere,& reipſa dirigendo, dicitur debere impedire hoc,quod eſt, non velle dirigere, & non dirigere: quia debet impedire ipſam ſubmerſionem, & totum debitum ex hac attenditur; non autem ex ipſo non velle, & non dirigere per ſe accepto, & cuius actus non eſt debitus, & neceſſarius ad impediendam ſubmerſionem;neque etiam eſt debitus ad impediendū ipſum non velle,& non dirigere,id eſt,ad ponendum ſe ipſum: & quamuis aliquando aliquis actus voluntatis poſſit eſſe debitus propter ſe ipſum, & non propter aliquid aliud, vt eſt,v.g.actus charitatis,& contritionis, quando vrget præceptum, ad ſaluandum tamen id, quod ait S.Thomas, quòd voluntas volendo, & agendo aliquando poſſit, & debeat impedire hoc,quod eſt non velle,& non agere, ſatis eſt, ſi non debeat ſemper, vt certè non debet, ſaltem tunc, quando actus ipſius poteſt eſſe debitus ſolùm propter aliud;quod tamen reuerà eidem voluntati non eſt debitum, vt patet in caſu poſito de gubernatore nauis. Et denique cum hoc toto, quod dicimus de debito phyſico, quod requiritur ad voluntarium phyſicum, & ad hoc vt aliquid referatur in voluntatem, tanquam in cauſam phyſicam, non eſt negandum, quòd aliquando poſſit dari voluntarium ſolùm morale, & quod ſolùm referatur in voluntatem, tanquàm in cauſam moralem, ſiue culpabilem,ſiue non culpabilem,ſine tali debito phyſico: ſicut enim ad voluntarium phyſicum ſatis eſt debitum phyſicum; ita & ad morale, ſatis eſt debitum morale,ſiue proueniat ex præcepto, quomodo facit voluntarium morale culpabile,ſiue ſolùm ex morali neceſſitate & exigentia paſſiua, quæ habetur ad impediendum id,quod dicitur voluntarium, vt,v.g. quando conſilium alicuius moraliter eſt neceſſarium ad impediendum aliquod malum alterius, etiam præſcindendo ab obligatione præcepti.

12. *Doctrina id explicata ex S.Thoma, eſt cōformis veritati.*

Atque ex his etiam patet ſolutio alterius difficultatis pro aſſequenda veritate huius doctrinæ: ideò enim requiritur ad voluntarium indirectum ratio debiti,aut neceſſarij ad certum finem,aut effectum; quia ſine illa effectus,qui ſequitur, non eſt à voluntate, prout non agente: ſiquidem ex hoc, quòd voluntas remoueat ſuam actionem extra caſum debiti, non remouet aliquid neceſſarium ad effectum; neque efficit,vt ſequatur oppoſitum,vt patet ex dictis. Et contrà, ideò non requiritur huiuſmodi debitum ad voluntarium directum;quia ſine illo poteſt effectus eſſe à voluntate,prout agente;ſiquidem ad hoc, vt effectus de facto procedat ab aliqua cauſa poſitiuè operante, non requiritur, vt illa cauſa ſit vnica, & ſimpliciter neceſſaria,& præter illam nulla ſit alia,à qua effectus poſſit procedere; ſed ſatis eſt, ſi ſit ſufficiens, & illum de facto cauſet, ſiue prætereà illum eundem poſſit cauſare aliqua alia cauſa, ſiue non; cùm tamen è contrà, ad hoc vt effectus ſimpliciter impediatur ex negatione actionis alicuius cauſæ, debeat illa, vel per ſe, vel ex accidente eſſe vnica & neceſſaria ad illum cauſandum. Et hoc modo contingit in exemplis allatis de eo, qui omittit regere nauim,quam poteſt,ſine culpa,& pro voluntate ſubmergere; & de eo, qui omittit ire ad Eccleſiam, quando non vrget præceptum eundi: quamuis enim in his & ſimilibus non adſit debitum morale,prout dicit obligationem præcepti; adeſt tamen debitum phyſicum, prout dicit neceſſitatem actionis determinatæ ad certum finem; ſiquidem reuerà ad ſalutem nauis hìc, & nunc eſt neceſſaria illius directio, & ad Sacrum audiendum eſt neceſſaria profectio ad Eccleſiam.Et ratio,quæ additur,quòd præceptum non variet modum eſſendi à voluntate,optimè probat de debito morali; non autem de debito phyſico, quod ex parte cauſæ ponit adæquationem ad exigentiam effectus, & ex parte effectus determinatam exigentiam eſſendi à tali cauſa,vt diximus.

13. *Ad voluntarium indirectum non requiritur debitū morale.*

Et quòd reuerà debitum morale ex præcepto,impertinenter ſe habeat ad voluntarium,clarè videtur conſtare ex eo: quia impertinenter ſe habet ad electionem,quæ eſt formalis vſus libertatis:ſicut enim res non præcepta,v.g.auditio Sacri,aut abſtinentia à carnibus,poteſt proponi voluntati,vt liberè eligenda, & non eligenda per libertatem contradictionis, aut exercitij:ita & poteſt liberè eligi,& non eligi,& non ſolùm actus volendi audire, aut abſtinere poteſt eſſe liber; ſed etiam negatio actus. Et quamuis Med.1.2. *quæſt.6.a.*1.*&* 3.& aliqui alij ex Thomiſtis recentioribus negent, quòd omne liberum ſit voluntarium;ſed ad hoc requirant, quòd ſit à voluntate ſecundùm inclinationem, vt docet S.Thomas 1. 2. *quæſt.*82.*art.*1.*&* 1.2.*quæſt.*6.*art.*5. & addant, huiuſmodi inclinationem ſolùm eſſe poſitiuum actum amoris,& proſecutionis; id tamen expreſsè videtur contra Ariſtotelem 3.*Ethic.text.*2. vbi ait, voluntarium & ſpontaneum eſſe quid ſuperius ad electionem, & liberum. & *cap.*5. vbi ait,tam agere, quàm non agere eſſe in noſtra poteſtate: & prætereà eſt

contra

contra definitionem voluntarij iam explicatam, ex qua omne illud eſt voluntarium, quod eſt à principio intrinſeco cognoſcente, qualis certè poteſt eſſe etiam omiſſio ſacri, & abſtinentia à carnibus non præcepta, & abſolutè tam velle, quàm non velle, vt docet S. Thomas 1.2. *quaſt.* 71. *art.* 5. *ad* 2. & ſimiliter eſt contra ipſum S. Thom. *ibid.* 6. *art.* 3. vbi ait, voluntarium indirectum, quæ eſt ſpecies voluntarij perfecti, poſſe eſſe ſine omni actu; nec ſolùm tunc eſſe voluntarium hoc, quod eſt noo agere, quando volontas vult non agere; ſed etiam quando negatiuè ſe habet, & ſolùm non vult. Et ſimiliter videtur eſſe contra modum loquendi Scripturæ, quæ ad omiſſionem rei præceptæ damnandam, non requirit actum poſitiuum voluntatis, vt patet Iac. 4. *Scienti bonum, & non facienti, peccatum eſt ei.* & Lucæ 12. *Seruus ſciens voluntatem domini, & non faciens.* Et ſi Deus præciperet voluntati generaliter, vt exiret in aliqoem actum; omninò deberet voluotas, vt violaret tale præceptum, io nullum actum exire, qui ſaltem per ſe faceret ad tranſgreſſionem huiuſmodi præcepti; & in hoc caſu electio non exeundi non modò eſſet voluntaria, ſed etiam culpabilis ſine omni actu volendi noo exire, aut per ſe facieote ad ipſum non exire, vt notat Salas 1.2. *quaſt.* 6. *diſput.* 1. *ſect.* 3. *num.* 22. ſiquidem alioqui ſi exiret io actum volendi non exire, omnioò exiret in aliquem, & impleret præceptum. Et ratio eſt: quia omninò repugnat, vt aliquid ſiue poſitiuum, ſiue negatiuum, ſit liberum, & non procedat a libero arbitrio, quod tamen eſſentialiter eſt ipſa facultas voluntatis, & rationis, vt docet S. Thomas 1.2. *quaſt.* 1. *a.* 2. *in corp.* Et certum videtur, qoòd omnis electio eſt inclinatio voluntatis, id eſt, determinatio, & quaſi flexio ad vnam partem, ſiue ſit per actum poſitiuum, ſiue per negatiuum: & ſi quis poſt liberam electionem ſe non mouendi, moueretur ab extrinſeco, non poſſet negari, quin pateretur violentiam; & motos ille eſſet ab extrinſeco, nullam vim, aut inclinationem conferente paſſo.

DISPVT. VII.

Quomodo aliquid ſit voluntarium voluntate propria, aut aliena, actu, vel virtute.

1. *Voluntarium voluntate propria quid ſit.*
2. *Voluntarium voluntate aliena poteſt contingere multipliciter.*
3. *Volumarium actu quid ſit.*
4. *Voluntarium virtute quid ſit.*
5. *Quid requiratur ad hoc, vt aliquid ſit voluntarium virtute.*
6. *Ad voluntarium virtute non eſt ſatis, ſi prima voluntas non ſit reuocata.*
7. *Ad voluntarium virtute requiritur, vt prima voluntas reliquerit determinationem aliquam ad opera conſequentia.*

PRÆTER dioiſiones voluntarij iam explicatas ex S. Thoma 1.2. *quaſt.* 6. ſunt explicandæ etiam aliæ, vel ex eodem S. Thoma aliis locis, vel ex aliis probatis Authoribus, cùm etiam aliæ ſæpè ſint vſui in rebus moralibus.

1. *Voluntarium voluntate propria quid ſit.*

Primò igitur voluntarium voluntate propria illud dicitur, quod ſponte ſua ab vnoquoque geritur, & ſolùm dependenter à ſua voluntate. Voluntarium verò voluntate aliena, quod geritur vnicuique per conſenſum alterius, & ſolùm dependenter à voluntate alterius, quæ aliquo modo ſit etiam illius: nam, vt notat Azor *tom.* 1. *Inſtit. mor. lib.* 1. *cap.* 3. *q.* 2. multipliciter poteſt contingere, vt voluntas alicuius cenſeatur, & ſit voluoras alterius, & quod per illam geritur, dicatur voluntarium etiam alteri.

2. *Voluntarium voluntate aliena poteſt contingere multipliciter.*

Primò, quia aliquis ſponte transferat voluntatem ſuam in voluntatem alterius, & quidquid ille geſſerit in aliquo genere, totum velit intelligi eſſe geſtum à ſe, vt quando voluntas mandantis, aut conſtitoentis procuratorem, transfert in mandatarium, aut procuratorem: vt, v.g. conſenſus Capituli, aut Collegij in adminiſtratorem, & conſenſus populi, & ciuitatis in Senatores. Secundò, quia voluntas, & conſenſus alicuius transferantur in alium non ab ipſo, ſed à iudice, vel à lege: vt, quaodo voluntas pupillorum transfertur in tutores, voluntas minurum in curatores, prodigi in aliquem, qui adminiſtret res ipſius. Tertiò, quia voluntas vnius ex hoc cenſeatur cootineri in voluotate alterius, quia eſt ſub iure & poteſtate illius: vt quando infantes, vel perpetuò amentes Baptiſmum ſuſcipiunt in voluntate parentum, & abſolutè horum voluntas cenſetur voluntas illorum in iis, quæ pertinent ad bonum animæ, aut corporis; vel quando voluntas dominorum in multis admittitur tanquàm voluntas ſeruorum. Quartò denique, quia prætereà ad huiuſmodi ius, & poteſtatem, quam aliquis habet in alium, accedat inſtitutio, aut pactum alicuios tertij, vt, ſi Princeps, v.g. aut Rex caſtrum, aut priuilegium concedat alicui, eúmque velit illud accipere, non ſolùm ſibi; ſed etiam poſteris: hac enim ratione etiam Deus iuſtitiam, & ſanctitatem originalem Adamo conceſſit, non tantùm ſibi, ſed etiam poſteris conſeruandam, & admitteodam: & quemadmodum ſibi, & nobis eam ſeruaſſet, ſi non peccaſſet; ita & ſibi, & nobis illam amiſit, quia peccauit; & verè per voluntatem illius eſt volontarium etiam nobis peccatum originale, & carentia originalis iuſtitiæ, vt patet ex Trident. *ſeſſ.* 5. *in decr. de peccato originali.*

3. *Voluntarium actu quid ſit.*

Actu voluntarium tunc aliquid dicitur, quando actus, per quem voluntas in illud influit, actualiter manet, dum illud efficitur: vt, ſi aliquis, v. g. faciat Sacrum, & proferat verba conſecrationis cum actuali intentione conficiendi Corpus, & Sanguinem Domini, tunc verò dicitur voluntarium virtute; quando efficitur in virtute alterius voluntatis, quæ præceſſit, & formaliter actu non manet, quando illud efficitur: vt, ſi Sacerdos, v. g. ex actuali intentione conficiendi Corpus, & Sanguinem Domini, ad Sacriſtiam ſe conferat, & deiude nihil ampliùs actu cogitans ſuſcipiat paramenta ſacerdotalia, & ad altare accedat. Vel, ſi quis ex intentione occidendi inimicum, paret arma, eqoum conſcendat, iter aggrediatur, & proſequatur, prandeat, dormiat.

4. *Voluntarium virtute quid ſit.*

5. *Quid requiratur ad hoc, vt aliquid ſit voluntarium virtute.*

Quòd ſi quæras circa huoc modum voluntarij, quandiu intelligatur durare voluntas ad hoc, vt aliquid ratione illius dici poſſit voluntarium virtute. Reſpondeo, non vnum eſſe dicendi modum apud Authores, vt videre eſt apud Axor *tom.* 1. *cit. cap.* 8. nam Altiſiodoren. *in Summa, lib.* 2. *tract.* 29. *cap.* 3. *quaſt.* 3. docet, eam tandiu durare, quouſque per actum contrarium reuocetur, vel ex ſe finiatur decurſu temporis, ad quod primò fuit determinata: ſi quis enim apud ſe ſtatuat, v.g. dare eleemoſynam ex affectu charitatis in Deum, omnibus pauperibus, quos inuenerit, dum vadit ad templum, etiamſi poſteà dum actu eleemoſynam dat huic, aut illi, nihil cogitet de illa referenda in Deum; ſed ſolùm det ex

Google

natutali quodam affectu pietatis, & commiſerationis erga hunc, aut illum; vetè eleemoſynam cenſendus eſt dare etiam ex charitate in Deum: quia primam illam intentionem oon reuocauit: ſecùs verò ſi eleemoſynam det, poſtquàm peruenit ad templum; quia, cùm prima intentio ſolùm fuerit determinata ad tempus viæ; non autem vlteriùs; ceſſauit ex ſe ipſa, quando finita eſt via, & non manet vlteriùs, neque actu, neque virtute.

6. *Ad voluntarium virtute non eſt ſatis, ſi prima voluntas non ſit reuocata.*

Sed contrà videtut eſſe: quia, ſiue ceſſet ptima intentio, aut voluntas, per actum poſitiuè contrarium, quo reuocetur, quomodo in phyſicis deſinunt qualitates, quæ habent contrarium, v.g. calor pet aduentum frigoris, ſiue eſſet immediatè per ſolam ceſſationem conſeruationis, & influxus cauſæ, quomodo ceſſat lumen, & qualitates non habentes contrarium; parum videtur referre; & ſempet dicetur nullo modo manete, ſi non maneat, neque in ſe, neque in aliquo ſui: nam, quemadmodum quando ceſſat pet actum contrarium, quo reuocatur, ideò dicitur ceſſare ſimpliciter; & non manere neque actu, neque virtute; quia neque manet in ſe, neque in aliqoo ſui, quod poſſit dici quaſi virtus illius, & inſtrumentum quaſi vicarium in ordine ad cauſandum vlteriotem effectum; ita & quando ceſſat immediatè per ſe: nam, cùm ratio voluntarij in effectu formalitet dicat dependentiam à voluntate, ſeu ptincipio iottinſeco cognoſcente, vt *ſuprà* diximus; quemadmodum impoſſibile eſt, vt datio eleemoſynæ, v.g. dependeat à prima intentione charitatis in Deum, quando hæc eſt teuocata per actum contrarium; ita & eſt impoſſibile, vt phyſicè dependeat, quando ceſſauit immediatè per ſe: quia ſemper in vtroqoe caſu non manet, neque in ſe, neque in aliquo ſui, qood poſſit dici illius virtus, & inſtrumentum ad illam cauſandam. Et confirmatur: quia eadem ratione elementa ideò dicuntur in mixtis manete poteutia, aut vittute: quia ſaluantur eorum virtutes, vt patet ex Ariſtotele *lib. 2. de gener. text.* 84. id eſt, caliditas, & primæ qualitates, vt idem habet *lib. 2. de par animalium, cap.* 1. & ſi hæ non manerent, dicetent ſimpliciter cortumpi, & deſinete: ergo ſimilitet ad hoc, vt actus voluntatis virture maneant, debent manere eorum virtutes; & ſi virtutes non maneant, dicendi ſunt ſimpliciter non manere, ſiue id accidat per poſitionem altetius actus contrarij, quo teuocentur, ſiue per ſolam ceſſationem, aut negatiouem concurſus, & influxus ipſius voluntatis.

7. *Ad voluntarium virtute requiritur, vt prima voluntas reliquerit determinationem aliquam ad opera conſequentia.*

Multò aptiùs alij, ad voluntatium virtute, non ſolùm requirunt, vt prima voluntas non reuocetut per aliam voluntatem contrariam; ſed etiam, vt aliquid relinquat, quod poſſit dici tanquàm virtus, & inſtrumentum illius in ordine ad aliud, quod poſteà ſequitur, vt voluntatium virtute. Ita S. Thomas 3. *contra* 5. *cap.* 138. *in fine.* S. Auton. 4. *p. tit.* 12. *cap.* 2. §. 1. S. Bonau. *in* 2. *diſt.* 41. *art.* 1. *quaſt.* 3. *in fin.* Suar. *tom.* 3. *in* 3. *par. diſp.* 13. *ſect.* 3. *concl.* 2. Azor *tom.* 1. *lib.* 1. *cap.* 3. *quaſt.* 2. *&* *cap.* 8. & alij. Atque hoc modo in caſu poſito de Sacerdote, qui ex actuali intentione conficiendi Euchariſtiam, confert ſe ad Sactiſtiam, & nihil aliud actu cogitans ſumit paramenta ſacerdotalia, & accedit ad altare: ptima illa intentio telinquit determinationem ad totam hanc ſetiem operationum, quæ fiunt conſequenter ad illam, eaque determinatio verè eſt aliquid primæ illius intentionis, & tanquam virtus, vel inſtrumentum, à quo dependent opetationes ſingulæ, quæ conſequuntur vt voluntatiæ virtute: nam, ſicut in naturalibus, qoi primum lapidem mouit, etiam mouit reliquos omnes, qui ordine erant diſpoſiti; etiamſi in eorum motum nihil ampliùs actualiter, & de nouo influxerit; imò etiamſi fortaſſe poſt motum primi deſierit omninò eſſe; ſolùm, quia mouendo primum, dedit determinationem, vt mouerentur etiam alij, vt docet Atiſtoteles *lib. 2. de gener. animal. cap.* 1. iſque motus reliquotum cauſatur ab illo ſolùm virtute: ita & in moralibus. Et ex hoc ptincipio S. Thomas, & S. Antoninus, *locis cit.* de eo, qoi propter Deum ſuſcipit aliquod iter, aut peregrinationem, negant eſſe neceſſarium, vt in qualibet parte itineris de Deo actu cogitet: quia prima voluntas, ex qua peregtinatio fuit ſuſcepta, manet virtute in tota conſecutione peregrinationis, eámque teddir laudabilem, & meritoriam, etiam quando actu non cogitatur de priori propoſito. Et addunt idem eſſe etiam in homine religioſo, quoad totam executionem voti obedientiæ, v. g. quæ fit tota vita: manet enim ſimiliter virtute prima intentio, ex qua fuit factum votum, etiamſi de illa actu non cogitetut, quando votum executioni mandatur.

Et idem aſſerit etiam S. Bonauentura *loco citato*, quando ait, ad hoc, vt opus ſit meritotiom, vel debere per charitatem actualiter referri in Deum, vel ſaltem debere referri habitualiter: verùm id non in eo conſiſtere, quòd operans habeat habitum charitatis, per quem ſit habilis ad illud referendum; ſed io eo, quòd in primordio illius operationis, vel alterius, ad quam illa ſe habet conſequenter, habuerit actualem intentioné ad Deum directă: hac enim ratione, Si aliquis, inquit, intédit dare pro Deo centum marchas, & incipit dare, & cogitat de Deo in prima matcha, & in aliis nó cogitat; nihilominùs omnes illæ dationes ſunt ei meritoriæ & fructuoſæ: ſi autem opus alterius generis inciperet, oporteret, quòd intentio reuocaretor ad hoc, vt opus eſſet meritorió. Et ſimiliter ſubdit, etiam in viris religioſis, qui in principio nouerunt portare pondus Religionis, ex vi illius ptimæ intentionis, omnia opera eſſe meritoria, quæ ſpectant ad obſeruantiă ſuæ Religionis, etiamſi actualiter ſingula non refetantur in Deum, niſi fortè (quòd abſit) contratia intentio ſuperuenetit: in aliis vetò operibus, quæ non ſpectant ad obſeruantiam ſuæ Religionis, etiam in viris teligioſis, ait eſſe opus alia relatione in Deum: quia illa prima intentio non ſe extendit ad hæc. Et ex his concludit, quòd non eſt paruæ ſecuritatis, & vtilitatis Religionem intrare: quia in hac omnia opera, quæ ſpectant ad obſeruantiam regularem, habent directam ordinationem, & conſequentiam ad primam illam intentionem; & in illis Religioſi prorſus ſe habent, ſicut qui dat centum marchas, vel qui intendit ire ad S. Iacobum; non autem ſe habent, ſicut qui in generali refert ad Deum omnia opera diei, vel anni, quæ ſunt inter ſe diſparata, neque ſingula habent directam ordinationem, aut conſequentiam ad illam generalem relationem in Deum, vt poſſint ab illa patticipate rationem voluntatij, & meritorij. Et ratio diſparitatis inter has duas voluntates, pet quas tam homo religioſus, quàm homo non teligioſus refert in Deum omnes ſuas actiones faciendas in futurum per integrum diem, aut per integrum annum, vel etiam per totam vitam, illa videtur eſſe: quia in homine religioſo non ſolùm eſt quaſi obiectiuè relatiua, & ordinatiua in Deum operationum faciendarum in futuro, ſecundùm obſeruantiam Religionis; ſed etiam eſt illarum opetatiua, & effectiuè relatiua, & ordinatiua; & ipſæ operationes ad illam comparantur, non ſolùm vt obiectum, aut res volita in Deum referri, vel eſſe in Deum relata;

ſed

ſed etiam vt effectus voluntarij, & voluntariè in Deum relati: ſiquidem per determinationem, quam ad illas relinquit, vt vicariam ſui, & tanquam virtutem, in qua ipſa manet, verè ad illas influit, tanquàm cauſa efficiens, & verè effectiuè in Deum refert. At verò in homine non religioſo huiuſmodi voluntas ſolùm eſt quaſi de præſenti, & obiectiuè relatiua, & ordinatiua in Deum earundem operationum; non autem eſt operatiua: & ipſæ operationes ad illam comparantur, ſolùm vt obiectum, aut res volita in Deum referri, & eſſe in Deum relata; non autem vt effectus voluntarij, voluntariè, & effectiuè in Deum relati: ſiquidem pro illis, vtpote diſparatis, non relinquit vllam determinationem quaſi vicariam ſui, & quaſi virtutem, in qua ipſa maneat, & per quam ad illas influat, & actiuè in Deum referat: & ideò, ſi poſteà illæ operationes non ſint ex ſe bonæ, & ex fine honeſto, poterunt quidem dici volitæ obiectiuè in Deum referri, vel eſſe relatæ in Deum per illam voluntatem; non tamen poterunt dici effectiuè, & tanquàm per cauſam efficientem verè relatæ. Et quemadmodum, ſi quis hodie habeat voluntatem faciendi Sacrum craſtina die, v.g. pro Petro, eiúſque intentionis poſteà obliuiſcatur, eáque non remaneat, neque actu, neque virtute; Sacrum illud non erit applicatum pro Petro; quia intentio ſolùm fuit illud applicans obiectiuè, non autem effectiuè, vt notat Suar. *tom. 3. cit. diſt.* 13. *ſect.* 3. *concl.* 2. ita & ſi quis habeat intentionem faciendi omnia propter Deum, eiúſque intentionis obliuiſcatur, & neque actu, neque virtute illam retineat; non erunt omnia propter Deum: quia ſimiliter illa intentio ſolùm fuit in Deum omnia referens obiectiuè, non autem effectiuè, vt diximus.

Et quamuis in hoc exemplo de applicatione Sacri poſſit aliquando ſufficere etiam voluntas illud applicans ſolùm obiectiuè, ſi hæc applicatio ſimul ſit diſpoſitio actualis pro tempore futuro, vt ſi quis, v.g. de præſenti, & abſolutè, nunc velit valorem, & fructū Sacrificij craſtini eſſe Petri, & nunc poſt tunc de illo diſponat in fauorem illius, illúdque ipſi vltrò offerat, & quaſi donet, neque reuocet, aut retractet hāc intentionē, vt notat Suar. *loc. cit.* non tamē poteſt ſufficere in caſu noſtro voluntas in Deum referens ſolùm obiectiuè operationes in poſterum: quia fieri poteſt, vt poſteà ipſæ operationes non fiant ex motiuo honeſto; & quando ponuntur in eſſe, non ſint bonæ, & in Deum referibiles ſecundùm eſſe reale actuale, ſicut erant ſecundùm eſſe obiectiuum, & apprehenſum, futurum reale actuale; & ideò illa voluntas in Deum referens ſolùm obiectiuè, omninò fruſtretur ſuo fine, cùm tamen è contrà voluntas applicans Petro valorem Miſſæ ſolùm obiectiuè, non poſſit fruſtrari ſuo fine, & valor Miſſæ tam ſit applicabilis Petro ſecundùm eſſe reale actuale, quàm erat applicabilis ſecundùm eſſe obiectiuum, & apprehenſum futurum reale actuale.

Nec multùm facit contra hoc, quod diximus de permanētia virtuali per aliquid relictum loco ſui, & tanquàm virtutem, vel inſtrumentum, ſi quis obiiciat *ex cap. Maiores. de Baptiſmo.* quòd ſufficiat ad validitatem Baptiſmi in eo, qui baptizatur tempore ſomni, ſi ante ſomnum conſenſum præbuit; qui tamen conſenſus, cùm ſit neceſſarius, ad hoc vt Baptiſmus ſit voluntarius, non videtur relinquere aliquid ſui, ſed ſolùm dicitur manere virtute; quia manet moraliter, & non eſt retractatus. Nam cōtrà eſt; quia conſenſus in recipiente Baptiſmum, non requiritur pro illius validitate, tanquàm principium effectiuū ipſius receptionis; ſed ſolùm tanquàm diſpoſitio, vt operatio ſacramentalis non inueniat obicem contrariæ voluntatis, ſibi obſiſtentem, vt dicitur *cap. Maiores. cit. de Baptiſmo.* id eſt, tanquàm remouens prohibens; & ideò mirum non eſt, ſi poſſit ſufficere, etiamſi non relinquat aliquid ſic; ſicut requiritur in iis, quæ dicuntur voluntaria in ratione principij effectiui. Et idem eſt de receptione extremæ Vnctionis, ſi quis illam recipiat extra ſe poſitus, & in illam conſenſit tempore præcedente: ſimiliter enim talis receptio ſatis eſt, ſi ſit voluntaria per voluntariam remotionem voluntatis oppoſitæ, & obſiſtentis Sacramento, ſiue obſiſteret contrariè, ſiue priuatiuè, vt communiter dicitur in materia de Sacramentis.

DISPVT. VIII.

Quale voluntarium requiratur, & ſufficiat ad peccatum, ſiue mortale, ſiue veniale.

1. *Voluntarium requiritur ad omne peccatum.*
2. *Notitia intellectus ſpecialiter debet eſſe de malitia actus.*
3. *Quare aliquando pueri, & amentes habeant vſum rationis circa aliqua; & tamen non ſint capaces peccati, aut meriti.*
4. *Notitia de malitia non eſt neceſſe, vt ſit explicita quoad gradum mortalis, aut venialis.*
5. *Ad culpam mortalem debet notitia malitiæ fundare perfectam deliberationem.*
6. *Quomodo cognoſcatur, quòd notitia malitiæ ſit perfecta.*
7. *Motus primò primi, & ſecundò primi, vel nullo modo ſunt peccatum, vel ſolùm ſunt veniale.*
8. *Ad culpam mortalem conſenſus in actum malum debet eſſe perfectus.*
9. *Conſenſus perfectus, & imperfectus circa actum malum, quiſnam ſit.*
10. *Quomodo cognoſcatur, quòd conſenſus in actum malum ſit perfectus.*
11. *Ad peccatum poteſt ſufficere voluntarium, etiam indirectum, implicitum in alio, & virtute.*

QVIA tractationem de voluntario principaliter inſtituimus, propter notitiam peccatorum, & ea illius doctrina poſſunt tolli quamplurimi ſcrupuli, vt *ſuprà* indicauimus *diſp.* 2. *num.* 11. non eſt abs re, quòd clariùs, & diſtinctiùs de hoc ipſo agamus, & ea certis regulis certò tradamus, qualenam voluntarium requiratur, & ſufficiat ad peccatum; & quodnam ſit mortale, aut veniale, quantum eſt ex ratione, aut defectu voluntarij.

Et quidem, quòd voluntarium propriè dictum, prout contradiſtinguitur à ſpontaneo, quod reperitur etiam in pueris ante vſum rationis, & in amentibus, & in brutis, neceſſariò requiratur ad omne peccatum, non eſt, quòd probetur: certiſſimum enim eſt id, quod habet S. Auguſtinus *lib. 3. de lib. arb. cap.* 18. *& lib. de ver. relig. cap.* 14. quòd impoſſibile ſit, peccatum conſiſtere ſine voluntario; & eo ipſo, quòd aliquid non eſt voluntarium, neque etiam ſit peccatum: quia, ſcilicet, hoc nomine eum tantummodo actum intelligimus, qui eſt ab homine, vt homo eſt: & dignus vituperatione, & per conſequens, qui eſt ab illo, prout operatur modo hominis proprio per intellectum, & voluntatem, & cuius ipſe eſt dominus; quod formaliſſimè eſt eſſe voluntarium.

1. *Voluntarium requiritur ad omne peccatum.*

Sed, quia ad rationem voluntarij pertinet aliquis actus ex parte intellectus, & aliquis ex parte voluntatis; & ea S. Thoma 1. 2. *quæſtione* 1. *articulo* 1. illa eſt actio humana propriè dicta, quæ procedit ex voluntate deliberata; & ideò pendet à potentia deliberante, quæ eſt intellectus, & à potentia eligēte,

ex præuia deliberatione, quæ eſt voluntas, vt *ſupra* dixinius; hoc vtrunque eſt benè conſiderandum, qnale eſſe debeat in peccato; & qualis actus pro illo ſit neceſſarius ex parte intellectus, & qualis ex parte voluntatis.

2.
Notitia intellectus ſpecialiter debet eſſe de malitia actus.

Sed breuiter, ex parte intellectus non modò debet eſſe notitia de aliqua multiplici ratione, ſupra quam cadat deliberatio, per quam actus procedat liber; ſed debet eſſe determinatè de illa ratione inhoneſti, & turpis, per quam vnunquodque peccatum conſtituitur in ſoo eſſe: & ſi quis, v.g. tempore ieiunij ſolùm cogitet, & deliberet de vtilitate, & delectatione cœnæ; non autem de turpitudine contra legem ieiunij; erit quidem poſteà voluntarius actus cœnandi, in quantum eſt vtilis, aut delectabilis; non tamen in quantum eſt turpis contra legem ieiunij; etſi fortè, dum cogitat, & deliberat de vtilitate, & delectatione, ſimul cogitet, & deliberet de motali turpitudine contra naturalem temperantiam, vt, v.g. quia non ſeruat debitam quantitatem, aut modum, aut tempus, ſimul erit voluntarius actus cœnandi, in quantum tnrpis venialiter contra naturalem temperantiam, ſicut eſſet extra caſum ieiunij; non autem in quantum turpis mortaliter contra legem eccleſiaſticam de ieiunio, ſi adhuc de illa nun cogitet, & deliberet, vt ootat Sanchez *lib.1. in Decal.c.* 1. *num.* 7. *& cap.*16. *num.* 21. Vaſq. 1.2. *quæſt.*74. *art.*7. *diſp.* 107. *cap.*3. *num.*8. *&* 9. Azor *tom.*1. *lib.*4. *cap.* 4. *quæſt.* 4. & alij: quia, ſcilicet, in omni illa ratione, in qua actus non procedit à principio cognoſcente, non procedit, vt voluntarius; & in omni ratione, in qua noo procedit à voluntare deliberata, non procedit vt liber, & vt actio humana; & ideò impoſſibile eſt, vt ſecundùm illam rationem procedat tanquam peccatum.

3.
Quare aliquando pueri, & amentes habeant vſum rationis circa aliqua; & tamen non ſint capaces peccati, aut meriti.

Atque ex boc principio videtur poſſe explicari etiam illud, quòd aliquando poſſit aliquis habere vſum libertatis circa multa; & tamen non eſſe capax peccati, aut meriti, vt ſæpè de pueris & amentibus docet Molina 1.1. *quæſt.*14. *art.*8. *diſput.* 2. vt enim pluribus explicabimus *diſp. ſequente*, id poteſt contingere: quia poteſt aliquis benè capere, v.g. rationes iucundi, aut moleſti, vtilis, aut noxij, & de illis beuè deliberare, provt ſatis eſt ad vſum libertatis circa illas rationes; non autem poteſt ſufficienter capere rationes honeſti, & turpis, quæ ſunt magis abſtractæ, neque de illis poteſt benè deliberare, ptovt requiritur ad peccatum, & meritum: & quando aliquis incipit poſſe deliberare, etiam de honeſto, & turpi, & eſſe capax peccati & meriti, non ſimul id poſſe incipit de quolibet honeſto, & turpi, neque vſum rationis ſimul, & æqualiter quoad omnia accipit, vt notat S. Thomas *in* 4. *diſt.*27. *quæſt.*2. *art.*2. *in corp.* Sed priùs quoad ea, quæ poteſt capere ab aliis, & poſteriùs etiam quoad alia, quæ poteſt capere ex ſe, vt dicitur 1. *Ethic. c.* 4. quia, ſcilicet, non omnes rationes ſunt æqualiter intelligibiles: & ideò, quemadmodum fieri poteſt, vt quis habeat vſum rationis ſolùm circa aliquod honeſtum, & turpe, & non circa aliud; ita & poteſt fieri, vt ſolùm habeat circa vtile, & delectabile; non autem circa honeſtum.

4.
Notitia de malitia non eſt neceſſe, vt ſit explicita quoad gradum mortalis, aut venialis.

Verùm hæc ipſa notitia de turpitudine actus, non eſt neceſſarium, vt ſit explicita, & diſtincta quoad rationem mortalis, aut venialis in huiuſmodi turpitudine; ſed poteſt aliquando eſſe voluntaria malitia mortalis in aliquo actu, etiamſi ille ſolùm ſit cognitus eſſe malus, quaſi in genere, non antem diſtinctiùs in illo fuerit cognitus gradus malitiæ, in ratione mortalis, aut venialis: nam eoipſo, quòd aduerto, hunc actum, v.g. eſſe malum, & dubito, vtrùm ſit malus mortaliter, an venialiter; teneor benè examinare, & determinare gradum malitiæ, ne alioqui expouar manifeſto periculo volendi, & eligendi actum mortalem, & conuincat omni modo eum velle, ſiue ſit mortalis, ſiue non, vt notat Vaſq. 1.2. *diſp.* 107. *cap.*3. *in fine.* & Sanchez *lib.*1. *in Decal.c.*1. *cit.n.*9. & pluribus explicabimus, quando agemus de conſcientia dubia.

5.
Ad culpam mortalem debet notitia malitia fundare perfectam deliberationem.

Vt tamen in aliquo actu ſit voluntaria malitia mortalis, debet eius notitia, ſiue ſit explicita, & diſtincta quoad gradum mortalis, ſiue non, ſemper eſſe ita perfecta & plena, vt poſſit fundare deliberationem perfectam; non autem ita leuis, imperfecta, & tenuis, vt non poſſit illam fundare: nam certum eſt apud omnes, peccatum, quod eſt mortale ex genere; quod, ſcilicet, ex proprio obiecto eſt ita graue, vt grauiter deordinet ab vltimo fine, per deſtructionem gratiæ, & charitatis, quæ eſt prima vita ſpiritualis, & per deſtructionem gloriæ, quæ eſt vita vltima, & æterna; hoc, inquam, peccatum mortale, certum eſt, quòd poteſt fieri veniale ex imperfecta deliberatione, vt videre eſt apud Sanchez *cap.*1. *cit. num.*3. *&* 6. & ideò notitia, quæ non ſufficit ad perfectam deliberationem, impoſſibile eſt, vt ſufficiat ad conttahendam mortalem malitiam; cùm ptæſertim, neque præceptum, quod fertur ſub culpa mortali, id eſt, ſub priuatione gratiæ, & gloriæ, feratut ad hominem, oiſi provt opetatur ex perfecta deliberatione, & libertate; neque deceat diuinam miſericordiam, & pietatem, vt hominem priuet gratia, & gloria, & æternis ſuppliciis puniat ob eum actum, quem ſolùm ex imperfecta, & quaſi conſopita ratione & libertate elicit; & fortaſſe eliceret, ſi ratio, & libertas magis eſſet excitata, & prompta.

6.
Quomodo cognoſcatur, quòd notitia malitia ſit perfecta.

Tunc verò cenſeri debet huiuſmodi notitia eſſe leuis, & imperfecta, & non potens fundare perfectam deliberationem, nec ſufficiens ad culpam mortalem, & vt malitia mortalis ſit voluntaria, quando per illam ita nos habemus, ſicut ſe habent, qui à ſomnonon plenè ſunt excitati: & tunc debet cenſeri perfecta, & plena, quando nos habemus, ſicut qui benè à ſomno ſunt excitati. Ita Caiet. *in Summa, verb. Delectatio, ſub initium.* & Vaſq. 1. 2. *diſp.* 107. *cit. cap.*4. & ex illis Sanchez *cap.*1. *cit. num.* 10. Et ratio eſt: quia etiam in vigilia nihil impedit, vt mens aliquando ita ſit diſtracta ad alia, vel ita parum ſit applicata ad expendendam malitiam, quæ obiicitur in aliqua operatione, vt ſolùm leuiter illam conſideret, & idem præſtet diſtractio ad alia, vel negatio maioris applicationis ad conſiderandam malitiam, quod præſtat in homine ſemiſopito, & non benè excitato a ſomno, imperfectum illud ligameo ſenſuum, quod adhuc remanet. Et ideò, quemadmodum ex hoc ligamine permanente impeditur quis, ne perfectè deliberet, & operetur modo hominis proprio, & provt homo eſt: ita & impeditur ex diſtractione ad alia, vel ex negatione maioris applicationis ad cognoſcendam malitiam. Et in idem recidit etiam indicium aliud, quod affert Val. 1.2. *diſp.*6. *quæſt.*4. *puncto* 3. §.2. *Si plenè,* & apud Sanchez *num.*10. ſi quis, ſcilicet, dum aduertit malitiam, non aduertat particulares rationes, & circunſtantias, ex quibus facilè poteſt moueri ad illam meliùs excutiendam, & fugiendam; ſed ſolùm aduertat quaſi in confuſo, rem eſſe malā: ſi enim notitia hoc modo confuſa non poteſt mouere ad huiuſmodi excuſſionem, neque etiam poteſt mouere ad perfectam deliberationē; & ideò ſolùm poteſt eſſe ſufficiēs ad culpam venialem; non autē ad mortalem.

Atque

7. *Motus primò primi, & ſecundò primi, vel nullo modo ſunt peccatum, vel ſolùm ſunt veniale.*

Atque ex hoc principio rectè colligit idem Sanchez *ibidem, num.* 11. quare motus praui, quos patimur in appetitu, ſi ſint primò primi, nullo modo ſint peccatum; ſi verò ſint ſecundò primi, ſolùm ſint peccatum veniale; & nunquam ſint peccatum mortale, niſi ſint perfectè deliberati: id enim eſt; quia, quando ſunt primò primi, ſolùm ſequuntur ex actu imaginationis, & præueniunt omnem deliberationem ex parte rationis, & intellectus; quando verò dicuntur ſecundò primi, ſolùm præueniunt deliberationem perfectam; non autem ſimpliciter omnem deliberationem, quæ poteſt eſſe ſufficiens ad culpam venialem; & tunc ſolùm poſſunt eſſe peccatum mortale, quando ſunt perfectè deliberati: quia, vt diximus, malitia mortalis non eſt voluntaria, niſi ſit perfectè cognita; neque illius notitia eſt perfecta, niſi fundet perfectam deliberationem. Quo autem modo deliberatio perfecta, quæ requiritur ad culpam mortalem, ſolùm pertineat, vel non pertineat ad rationem ſuperiorem, explicabimus *infrà,* quando agemus de ſubiecto peccati cum S.Thoma 1.2. *quæſt.*74. præſertim *art.*7.

8. *Ad culpam mortalē, conſenſus in actū malum debet eſſe perfectus.*

Hoc verò, quod diximus de perfectione ex parte notitiæ, ad hoc, vt malitia peccati mortalis ſit voluntaria, ſimiliter eſt dicendum etiam de perfectione ex parte conſenſus, aut actus voluntatis, à quo magis proximè, & formaliter habetur denominatio voluntarij: debet enim ſimiliter etiam hîc eſſe perfectus, ad hoc, vt culpa mortalis ſit voluntaria: & ſi ſit imperfectus, ſolùm poterit facere voluntariam culpam venialem: nam, quemadmodum intellectus, vel ex diſtractione ad alia, vel ex negatione applicationis, & conatus maioris, facilè impeditur, ne malitiam perfectè cognoſcat; ita & voluntas, vel ex tractione concupiſcentiæ ad obiectū delectabile, vel ex remiſſione, & tepiditate ſui conatus facilè impeditur, ne actū peccati perfectè cognitū quoad malitiam perfectè reſpuat: & quemadmodum ea de cauſa ex imperfectione actus intellectus communiter dicitur, quòd peccatum mortale ex genere fit veniale; ita etiam idem dicitur ex imperfectione actus voluntatis, vt notat Sanchez *num.* 12. Et ratio vtrobique eſt eadem: quia præceptum, quod fertur ad hominem ſub culpa mortali, ſolùm fertur, prout operatur ex electione perfecta; & tunc ſolùm non dedecet diuinam miſericordiam, & pietatem, vt illum puniat punitione æterna, quando actum peccati mortalis perfectè, & plenè eligit; non autem ſolùm imperfectè ex quadam fragilitate, & ex imperfectione electionis.

9. *Cōſenſus perfectus, & imperfectus circa actū malum, quiſnam ſit.*

Et quidem, ſi voluntas in reſpuendo actu peccati, & conſenſu circa illum negando, aut non præbendo, firma ſit; ſed negligenter ſe habeat in repellendis tentationibus, aut cogitationibus, quæ illum ſuadent; certum eſt, quòd conſenſus ſolùm ſit imperfectus, & culpa ſolùm ſit venialis, vt notat Nauar. *in Man.cap.*11.*num.*14. *in fin.* Sanchez *lib.*1.*in Decal.cap.*1.*cit.num.*15. & alij. Si verò nec poſitiuè ſit firma in illo reſpuendo, nec poſitiuè ſit firma in amplectendo; ſed poſitiuè ſit firma in ſuſpendendo vtrunque actum, & ex plena deliberatione eligat, vt ſit anceps, & poſitiuè velit non reſpuere, & non amplecti; ſimiliter certum eſt, quòd conſenſus eſt perfectus, & culpa eſt mortalis, vt notat S. Thomas *quæſt.*15. *de ver.art.*4. *ad* 11. Caiet. *in Summa, verb. Delectatio.* Med. 1.2.*q.*74.*art.*6.*docum.*5. Sanchez *c.*1. *cit.n.*16. Et ſi vrgente, v.g. præcepto ieiunij, proponatur per intellectum voluntati delectatio cœnæ, & ſimul proponatur eius turpitudo, & inhoneſtas cōtra præceptum, & oppoſitio, quam habet ad Dei amicitiā, & deordinatio ab vltimo fine, & adhuc voluntas ſit anceps, & velit poſitiuè neque conſentire, neque diſſentire; certum eſt, quòd hæc ipſa voluntaria, & deliberata ſuſpenſio actus, eſt perfectus conſenſus: & quamuis ſit indirectus, & negatiuus; adhuc tamen eſt peccatum mortale: ſolùm enim contingit ex eo, quia appretiatio delectationis in cœna tanti eſt ponderis apud voluntatem, quanti eſt appretiatio honeſtatis, & diuinæ amicitiæ, vel conuerſionis ad vltimum finem; & ideò neutra permittit determinatè elici actum diſſenſus, vel actum aſſenſus; quod certè non poteſt non grauiter aduerſari diuinæ charitati, ex qua tenemur Dei amicitiam appretiare ſuper omnia. Et ſicut voluntaria ſuſpenſio aſſenſus circa res fidei, ex parte intellectus eſt mortalis; & ideò dicitur dubius in fide eſſe Hæreticus: ita ſuſpenſio diſſenſus circa res malas ex parte voluntatis, cùm ſimiliter teneatur voluntas poſitiuè firma eſſe circa obſeruationem mandatorum, & fugam actuum malorum, ſicut tenetur intellectus poſitiuè eſſe firmus circa res fidei.

10. *Quomodò cognoſcatur, quòd conſenſus in actum malū ſit perfectus.*

Si verò contingat, aliquem eſſe certum de poſitiuo conſenſu præſtito ad actum malum; ſed eſſe dubium de conſenſu perfecto, aut imperfecto; ex his duobus maximè poterit id colligere, vt ex communi ſententia notat Sanchez *ibid.num.*17. *& ſequentibus.* Primò, ſi dum aduertit conſenſum in rem prauam, ita ſentit ſe diſpoſitum quoad potentias, aut partes executiuas, vt quamuis poſſet peccatum illud facilè exequi, non tamen exequeretur; rectè poteſt ſibi perſuadere in tali caſu, quòd vel nullum conſenſum præſtitit, vel ſolum imperfectum: quia, cùm potentiæ executiuæ, quoad omnia, voluntati obediant, quando ſunt tam parum diſpoſitæ ad faciendam executionem, apertè indicant, quòd aſſenſus, & imperium voluntatis, vel eſt omninò nullum, vel ſolùm imperfectum. Neque ex eo, quòd fortaſſe in appetitu ſenſitiuo inſurgat, aut perſeueret delectatio, etiam poſt plenam, & perfectam conſiderationem malitiæ, eſt ſignum, quòd etiam conſenſus voluntatis ſit perfectus; ſicut ſi inſurgeret, aut perſeueraret, v.g. motus progreſſiuus ad fornicandum, aut furandum; quia appetitus ſenſitiuus non eodem modo eſt ſubiectus deſpoticè, & tanquàm ſeruus voluntati, ſicut ſunt ſubiecta membra exteriora, & potentia loco motiua; ſed ſolùm eſt ſubiectus ciuiliter, & aliquo modo manet, vt liber, vt docet S.Thomas 1, 2.*quæſt.*74.*art.*2. & ideò ex eo, quòd non obediat, ſed rebellis perſiſtat ad illius imperium, non ſequitur, quòd etiam voluntas illi conſentiat, & quantùm eſt ex ſe, non velit oppoſitum, vt notat Caiet. *verb. Delectatio, in fine,* & Sanchez *n.*19. Secundò, ſi dubitatio de perfectione conſenſus ſolùm ſit: quia ſimiliter dubitatur de perfectione aduertentiæ, & vſus rationis, & vtrùm quis dormiens, v.g. an vigilans, ebrietate, aut phreneſi captus, an mentis compos, hoc, vel illud voluerit, dixerit, fecerit; rectè poteſt credi, quòd aduertentia ſolùm fuerit imperfecta, & per conſequens, quòd etiam conſenſus voluntatis non potuerit eſſe perfectus: nam plena deliberatio, & aduertentia facilè generat ſui notitiam, & relinquit ſui memoriam; & quando hanc non generat, nec relinquit, communiter ſignum eſt, quòd non ſit plena, & perfecta. Dixi autem, *communiter*: quia in aliquo caſu poteſt hoc ſignum non eſſe certum, vt, v.g. ſi quis operetur ex habitu, & propter facilitatem deliberandi, & conſentiendi, quam ex illo habet, non aduertat reflexè, quòd deliberet, & conſentiat, & ideò non retineat certam memoriam, ſed ſolùm dubitet; & prætereà, ſi ab actu deliberationis, & conſenſus in peccatum multum tempus effluxerit, & ideò etiam potuerit effluere certitudo memoriæ:

ſi

Digitized by Google

ſi verò dubitatio de perfectione conſenſus in voluntate per ſe, & immediatè ſolùm oriatur ex ipſo conſenſu, & certus ſit aliquis de perfectione aduertentiæ ex parte intellectus; dubius verò de perfectione conſenſus ex parte voluntatis; videndum eſt, vtrùm is, qui eſt dubius, ſit conſcientiæ timoratæ, & magno odio proſequatur peccatum; an verò ſit conſcientiæ laxæ, & peccatis aſſuetus: ſi enim ſit conſcientiæ timoratæ, ex hoc ipſo, quòd dubitat, an perfectè conſenſerit, poteſt ſibi perſuadere, quòd non conſenſit, quia alioqui perfectus conſenſus in peccatum, id eſt, in rem, quam tantoperè deteſtatur, non potuiſſet non relinquere certiorem ſui notitiam, & memoriam: & contrà, ſi is, qui eſt dubius, & conſcientiæ laxæ, & peccatis, & vitiis aſſuetus; ex hoc ipſo, quòd dubitat, poteſt ſibi perſuadere, quòd perfectè conſenſit: quia contraria ratione hanc ſolam notitiam debilem potuit in illo relinquere conſenſus perfectus, & conſenſus imperfectus reliquiſſet omninò nullam, cùm ea, quibus ſumus aſſueti, minùs nos moueant, vt etiam dicitur in materia de conſcientia dubia & ſcrupuloſa, & notat Med. 1.2. *quæſt.* 74. *art.* 8 *in fine.* Sayr. *lib.* 8. *clau. reg. c.* 7. *num.* 6. *in fine.* & Sanchez *lib.* 1. *cap.* 1. *cit. n.* 20.

11. *Ad peccatum poteſt ſufficere voluntarium etiam indirectum, implicitum, in alio, & virtute.*

Atque hæc de voluntario in vniuerſum, quod requiritur ad peccatum, ſiue mortale, ſiue veniale, & de duplici actu, quem includit ex parte intellectus, & ex parte voluntatis, id eſt, de notitia, & de conſenſu: nam ad omne peccatum eſt neceſſaria notitia intellectus de turpitudine actus, & præter illam eſt neceſſarius conſenſus voluntatis in actum cognitum vt turpem: ſed ad peccatum veniale ſufficit, ſi eorum alter, vel vterque ſit imperfectus; & ad peccatum mortale requiritur, vt vterque ſit perfectus modo explicato. Ex his verò etiam colligitur, quid ſit dicendum de aliis modis voluntarij: nam parum refert, ſiue peccatum ſit voluntarium directè, & procedat à voluntate, in quantum eſt agens; ſiue indirectè, & procedat, in quantum non eſt agens; ſiue ſit voluntarium explicitum, ſiue implicitum, in ſe, vel in alio; actu, vel virtute. Et his omnibus modis poteſt contrahi culpa mortalis, & venialis, dummodo turpitudo in actu ſit cognita, & actus ipſe cum turpitudine ſit volitus, aut cauſatus. Vtrùm autem effectus mali, qui ſunt voluntarij in alio, aut virtute; imputentur culpæ, quando ipſi eueniunt; an verò quando ponitur illud aliud, in quo ſunt voluntarij, & homicidium, v. g. quod committitur tempore ebrietatis, tunc imputetur, quando ipſum committitur; an verò tunc, quando incurritur ebrietas, in qua fuit præcognitum; explicabimus *infra*, quando agemus de peccatis cum S. Thoma 1.2. *quæſt.* 71. *art.* 5.

DISPVT. IX.

Quare voluntarium, quod requiritur ad peccatum, non ſit in brutis, nec in pueris, & aliquando neque etiam in ſenibus.

1. *Rationes dubitandi, quòd in brutis ſit voluntarium, & peccatum.*
2. *Quare in brutis non poſſit eſſe voluntarium, quod requiritur ad peccatum.*
3. *Soluuntur rationes dubitandi.*
4. *Rationes dubitandi, quòd in pueris ſit voluntarium, & peccatum.*
5. *Quare in pueris non poſſit eſſe voluntarium, quod requiritur ad peccatum.*
6. *Soluuntur rationes dubitandi, quòd in pueris poſſit eſſe voluntarium, & peccatum.*
7. *Vtrum bruta ſtatim ab ortu habeant perfectum vſum ſuæ æſtimatiuæ.*
8. *Quomodo puer minor ſeptennio dicatur damnatus pro peccato blaſphemiæ.*
9. *Quomodo vſus rationis communiter adueniat ad finem primi ſeptennij.*
10. *Fœminæ, ſecundum aliquos, citius habent vſum rationis, quàm mares.*
11. *Quomodo ſecundùm iura non dicatur aliquis doli capax, niſi ſit proximus pubertati.*
12. *Quæ regula ſit examinandus in caſu dubio vſus rationis.*
13. *Quomodo in ſenibus poſſit contingere defectus mentis, & memoriæ.*
14. *Ætas decrepita eſt ab anno ſeptuageſimo.*
15. *Senectus, & ſenium, quo differant.*

EX doctrina iam tradita de voluntario, hoc etiam poſtremo loco eſt colligendum, & explicandum, quod ſua difficultate non caret, & pro negotio morali, quod præcipuè intendimus, in pluribus caſibus magnum vſum habere poteſt.

1. *Rationes dubitandi, quòd in brutis ſit voluntarium, & peccatum.*

Nam, quòd in brutis poſſit eſſe huiuſmodi voluntarium, videtur ſuaderi ex eo: quia, vt docet S. Thomas 1.2. *quæſt.* 74. *art.* 3. ſubiectum peccati non ſolùm poteſt eſſe voluntas, & intellectus, quæ ſunt propriæ hominis; ſed etiam ſenſualitas, quæ eſt communis cum brutis: & quemadmodum per potentiam æſtimatiuã attingunt bruta intentiones non ſenſatas, vt ouis, v. g. inimicitiam lupi, & amicitiam canis; agnus maternitatem in hac oue, quam ſequitur; auis neceſſitatem nidificandi, & conuenientiam luti, & paleæ, & ſimilia: ita & videntur poſſe attingere honeſtatem, & turpitudinem in ſuis actibus, cùm hæc etiam ſit intentio non ſenſata. Et videntur etiam de facto illam attingere, quando oſtendunt ſenſum laudis, & honoris, vituperationis, & decoris; quod ſæpè accidit; imò & videntur etiam habere in ſuis amoribus virtutes, & vitia, cùm earum aliqua ex Ariſtotele *lib.* 1. *de hiſtor. animalium, cap.* 1. ſint liberalia, fortia, & magnanima, vt leones; aliqua illiberalia, perfida, & inſidioſa, vt ſerpentes; aliqua aſſentatricia, vt canes; aliqua mitia, & manſuetudini addicta, vt elephantes; aliqua inuida, & ornatus, ac polituræ ſtudioſa, vt pauones: &, vt ſubdit Ariſtoteles *lib.* 8. *de hiſt. animal. cap.* 1. etiam in plurimis brutorum ſunt quædam veſtigia morum animi humani, & ineſt eis vrbanitas, feritas, & clementia, acerbitas, fortitudo, ignauia, metus, fidentia, ira, malitia.

2. *Quare in brutis non poſſit eſſe voluntarium, quod requiritur ad peccatum.*

Sed breuiter, quod certiſſimum eſſe debeat, voluntarium, quod requiritur ad peccatum, non poſſe eſſe in brutis, patet ex dictis *diſputat.* 4. Ratio verò, quare eſſe non poſſit, partim colligitur ex dictis *ibid.* & partim ex dictis *diſputat.* 8. *num.* 2. quia enim voluntarium, quod requiritur ad peccatum, ſiue mortale, ſiue veniale, neceſſariò debet eſſe ex voluntate deliberata, vt patet ex S. Thoma 1.2. *quæſtione* 1. *art.* 1. quemadmodum in brutis non poteſt eſſe deliberatio; ita nec poteſt eſſe huiuſmodi voluntarium: & quemadmodum excedit totam latitudinem ſenſitiuæ notitiæ, ſiue exterioris, ſiue interioris, quæ eſt in brutis, vt per illam fiat, aut cognoſcatur vniuerſale, & ad hoc conferantur aliqua plura, tanquàm ad regulam, & menſuram; & cognoſcatur illud vnum formaliter, in quantum terminat diuerſimodè proportionem, & habitudinem illorum plurium, in quo formaliter conſiſtit deliberatio, vt *ibi* diximus; ita & excedit totam latitudinem ſenſitiui appetitus, qui ſolus ſimiliter eſt in brutis, vt ex his

pluribus

pluribus ſic menſuratis, & qoaſi libratis, vnum præeligat alteri, io quo formaliter conſiſtit voluntarium, quod requiritur ad peccatum, id eſt, electio, aut voluntarium præconſultatum, vt loquitur Ariſtoteles 3. *Ethic. cap.* 2. *in fin.* Et quemadmodum in brutis non poteſt eſſe ratiocinatio, aut ſyllogiſmus practicus, in quo plura menſurantur per vnum, qui eſt ipſa deliberatio; ita nec poteſt eſſe opinio, aut concluſio talis ſyllogiſmi practici, vt idem habet 3. *de anima, text.* 58. quæ tamen concluſio eſt ipſa electio, ſeu voluntarium, de quo loquimur: & cùm anima tunc ſolùm in rebus practicis procedit ad actioneio, quæ eſt quaſi conclusio in ſyllogiſmo practico, quaodo ex vniuerſali, & particulari facta fuerit ratio vna, id eſt, ſyllogiſmus compoſitus, 1. *Ethic. cap.* 3. quemadmodum anima brutorum non poteſt facere huiuſmodi ſyllogiſmum ex vna propoſitione vniuerſali, & ex altera particulari; ita nec poteſt procedere ad actionem, & per conſequens neque ad voluntarium. Deinde, quia notitia, ex qua procedit voluntarium, quod requiritur ad peccatum, ſpecialiter debet eſſe circa moralem malitiam actus, vt *ſuprà* diximus *diſp.* 8. *num.* 2. & per illam neceſſariò debet cognoſci, quòd actus, prout elicitur circa tale obiectum, in his, aut illis circunſtantiis, ſit difformis legi æternæ, & careat bonitate debita operanti, vel, vt loquitur S. Auguſtinus *lib. de natura boni, cap.* 3. *tom.* 6 non habeat modum, ſpeciem, & ordinem debitum; quemadmodum bruta per ſolam notitiam ſenſitiuam non poſſunt attingere huiuſmodi malitiam; & ratio debiti, & habentiæ, vel carentiæ eorum omnium, qoæ in actu ſunt requiſita, omninò excedit virtutem ſenſus, cùm ſit quid eleuatum & abſtractum à materia, & conditionibus ſenſibilibus magnitudinis, & figuræ, & qualitatis, ita nec poſſunt habere hoc voluntarium.

3. *Soluitur rationes dubitandi.* Neque vrgent rationes dubitandi allatæ: nam S. Thomas 1. 2. *quæſt.* 74. *art.* 3. *cit. ad* 1. expreſsè aſſerit, quòd ſenſualitas ſolùm in homine poteſt eſſe ſubiectum peccati, in quantum ex coniunctione ad rationem habet quandam excellentiam, quam non habet in brutis; & hoc etiam, quod in homine ſit ſubiectum peccati, non habet independenter à voluntate, & ratione, cùm etiam actus ſenſualitatis, quando eſt peccatum, ſit voluntarius, ſaltem indirecte, prout à voluntate non reprimitur; & ſemper voluntate peccetur, ſaltem vt primo mouente, vt idem habet *eadem quæſt.* 74. *art.* 2. *ad primum*: & prioa cauſa peccati ſit ſemper voluntas; ſaltem, qnia imperat omnes actus voluntarios, vt habet *ſuprà, quæſt.* 71. *art.* 6. *ad* 2. & denique voluntas ſit principium primum, & vniuerſale omnium peccatorum, vt habet 2. 2. *quæſt.* 10. *art.* 2.

Potentia verò æſtimatiua non attingit quaſcunque intentiones non ſenſatas, ſed ſolùm illas, quæ eliciuntur ex ſenſibilibus, & non præſcindunt à conditionibus materialibus, & ſenſibilibus magnitudinis, figuræ, odoris, ſeu qualitatis, & loci, & temporis: & ſolùm percipiuntur ex quodam inſtinctu naturæ, vt docet S. Thomas 1. 1. *quæſt.* 78. *art.* 4. & dicitur *in libris de anima.* Talis autem non eſt honeſtas, & turpitudo moralis, quæ eſt in actibus, cùm non dependeat à conditionibus materialibus, & ſenſibilibus; ſed maximè à ratione debiti, inducta per legem, & voluntatem Superioris, & ab aduertentia ipſius operantis; & ideò neque cognoſcatur per inſtinctum, qui ſemper eſt idem, ſiue ponatur lex, & voluntas ſuperioris, ſiue non. Habent verò bruta ſenſum laudis, & vituperationis; honoris, & dedecoris: quia hæc non præſcindunt à conditionibus ſenſibilibus, & communiter ſecum afferunt etiam alia, verè proportionata, & conuenientia ſenſibus, & naturis brutorum. Et denique non alio modo inſunt brutis virtutes, & vitia, niſi illo, quo *ſuprà* diximus *diſp.* 4. ineſſe prudentiam, id eſt, ſolùm per quandam ſimilitudinem imperfectam, & adumbratam ad illas virtutes, quæ inſunt hominibus: & reuerà mores brutorum non ſunt, niſi veſtigia motum humani animi, vt rectè dicitur ex Ariſtotele *lib.* 8. *de hiſt. animalium, cap.* 1.

Quòd verò in pueris poſſit eſſe voluntarium, & peccatum, ratio dubitandi poteſt eſſe: quia, vt dicitur 3. *de anima, text.* 6. intellectus non eſt mixtus cum corpore; neque illius eſt aliquod inſtrumentum, aut organum, ſicut eſt ipſius ſenſus: & *ex* 1. *de anima, text.* 92. intellectus nullam continet partem corporis: & ideò, quamuis in pueritia totum corpus organicum ſit imperfectum, ac debile; non eſt tamen, quòd propterea impediatur intellectus à ſuis operationibus, ſi eſt immixtus corpori, & inorganicus. Et quemadmodum 1. *de anima, text.* 65. ex eo probatur, quòd anima rationalis, & intellectus adueniat extrinſecùs, & ſit ſubſtantia quædam per ſe, & ſpiritualis, & non ſit corruptibilis, ſicut aliæ formæ materiales: quia in ſenectute, & per eam debilitatem, quæ in illa contingit, intellectus nihil patitur, & operationes rationis, & prudentiæ perfectiores in ſenio ſunt, vt dicitur *in probl. ſect.* 30 *quæſt* 4. ita & nihil debet pati in pueritia, & per eas debilitates, quæ in illa ſunt, & alioqui ſiue patiatur in ſenectute, ſiue in pueritia, ſatis conuincitur eſſe potentia organica, & dependere à corpore. 4. *Rationes dubitandi, quòd in pueris ſit volũtarium, & peccatum.*

Secundò, quemadmodum bruta, ſtatim atque in lucem eduntur, perfectã habent facultatem potiſſimam, id eſt, æſtimatiuam, eiúſque vſum; neque agnus, v. g. longo tempore indiget ad hoc, vt cognoſcat inimicitiam cum lupo, & amicitiam cum cane: ita & homo perfectam debet habere facultatem intellectiuam, eiúſque vſum, ne alioqui ab ipſo ortu proportionaliter ſit imperfectior, quàm ipſa bruta. Et confirmatur: quia defectus, & imperfectio organorum, quæ contingit in pueritia, ſi quas potentias impedire deberet, multò magis deberet potentias ſenſitiuas, quàm intellectiuas: ſiquidem illæ ſunt verè organicæ, non autem hæ: ergo, cùm non impediat ſenſitiuas, & nunquam pueri patiantur tantum defectum, aut non poſſint bene videre, & benè audire; neque etiam impediet intellectiuas, & benè etiam poterunt intelligere, & diſcurrere.

Tertiò, ex S. Gregorio *lib.* 4. *Dial. cap.* 10. puer, minor ſeptennio, propter peccatum blaſphemiæ à Diabolo extinctus eſt; & , vt loquitur ibi S. Gregorius, *Pater pueri, animam paruuli negligens, non paruum peccatorem gehennæ ignibus nutriuit.* Ergo, quod communiter dicitur ex S. Thoma *in* 4. *diſp.* 27. *quæſt* 2. *art.* 2. *in corp.* & ex Ariſtotele 1. *Ethic. cap.* 4. vſus rationis non aduenire, niſi poſt ſeptennium, falſum omninò eſt, cùm fuerit in hoc puero, etiam ante ſeptennium, ſicut & fuit voluntarium, & peccatum. Et confirmatur: quia experientia conſtat, pueros, etiam ante ſeptennium, à nutricibus, & parentibus doceri ſymbolum, & articulos fidei, & ea, quæ pertinent ad cultum Dei; quæ tamen ſunt maximè ſpiritualia: & præterea à magiſtris doceri litteras, & ſcientias, præſertim Mathematicas, vt etiam dicitur 6. *Ethic. cap.* 8. quod tamen non eſſet, niſi cognoſcerent vniuerſalia, & diſcurrerent ante ſeptennium; & ipſi per ſe, circa nugas & puerilia, certum eſt, quòd multùm diſcurrant; & ideò non eſt, quòd negentur poſſe diſcurrere, etiam circa malitiam & bonitatem ſuorum actuum, & per conſequens eſſe

3. *Quare in pueris non poſſit eſſe voluntarium, quod requiritur ad peccatum.*

capaces volutarij, & peccati.

Sed bis non obſtantibus, certum eſt, quòd io pueris per plures annos noo poſſit eſſe voluntarium tam explicatum, & peccatum: nam, vt babet Ariſtoteles *lib.*8. *de biſtor. animalium*, *cap.*1. toto tempore puerilis ætatis nihil ferè differt anima hominis ab anima belluarum: & *in problematis*, *ſect.* 30. *quæſt.*4. ait: *Quemadmodum manu non iam inde ab ortu natura vti poſſumus; ſed cùm eam natura abſoluit, perfecitque; ita nec mente.* Et *ibidem quæſt.* 13. inquit: *Amentes ſunt, non ſolùm ebrij, & inſani; ſed etiam pueri.* Et *text.*20. *lib.*7. *Phyſ.* ſic babet: *Natura fit, vt pueri, neque diſcere, neque ſenſibus diſcernere poſſint, perinde atque ij, qui ſunt magis prouecti ætate.* Et ex S.Thoma 1.1. *quæſt.*101. *art.*2.& *quæſt.* 18. *de ver.art.*8. tam neceſſariò id prouenit ex natura, vt neque etiam in ſtatu innocentiæ pueri mox nati habituri fuiſſent perfectum vſum ratioois. Et ratio eſt: quia ipſius intellectus paſſibilis, quo anima ratiocinatur, nulla alia eſt natura; niſi hæc, vt pati poſſit ab intellectu agente, & recipere formas, ſeu ſpecies intelligibiles, vt dicitur ab Ariſtotele *lib.*3. *de anima, text.* 5. & habet ſe tanquam tabula, in qua nihil eſt actu ſcriptum, vt ſubditur *text.* 14. & vt notat S. Thomas *quæſt.*18. *cit. de ver. art.* 7. *in corp.* Eodem modo intellectus humanus eſt vltimos io ordine intelligibilium, ſicut materia prima eſt vltima in ordine ſenſibilium. Et quemadmodum hæc ſecundùm ſuam eſſentiam nullam habet actu formam; ſed ad omnes eſt pura potentia: ita & intellectus nullam habet actu ſpeciem intelligibilem; ſed per ſenſum debet omoes accipere, ab intellectu agente, qui illas elicit ex phantaſmaribus, vt explicatur *in libris de anima.*

Vlteriùs verò, quare ad producendas buiuſmodi ſpecies intelligibiles, iiſque perfectè vtendum, ſit opus multo tempore; & ex illarum defectu perfectus vſus rationis, nec ſtatim, nec breui tempore poſſit haberi; illa eſt ratio ex S. Thoma 1.1. *quæſt.*101. *art.*2. & *quæſt.*18. *de ver. art.*8. quia, cùm intellectus in hac vita dependeat à ſenſu; & vt dicitur 3. *de anima, text.*30. aoima ſine phantaſmate nihil intelligat, & intellectui eodem modo ſubiiciantur phantaſmata, ſicut ſenſui ſubiiciuntur ſenſibilia; &, vt ſubditur *text.*39. ſemper ſit neceſſarium, vt qui intelligit phantaſma aliquod, ſpeculetur; quemadmodum io pueris propter nimiã humiditatem cerebri impediuntur apta phantaſmata, & aptæ ſenſationes interiores, & præcipuè actus imaginationis, & phantaſiæ; ita & impediuntur aptæ intellectiones, & perfectus vſus rationis. *Habet enim homo naturaliter*, inquit S.Thomas 1.1. *quæſt.*99. *art.*1. *in corp.* *cerebrum maius in quantitate ſecundùm proportionem ſui corporis, quàm cætera animalia; & hinc naturale eſt, vt in pueris propter maximam humiditatem cerebri, nerui, qui ſunt inſtrumenta motus, non ſint idonei ad mouendum membra.* Et ex eadem humiditate etiam prouenit, vt organa imaginationis, & phantaſiæ, & æſtimatiuæ, & memoratiuæ impediantur à ſuis actibus; & ex conſequenti impediatur etiam iotellectus à ſuis, cùm ab huiuſmodi potentiis immediatè accipiat, & ad illas conuertat ſe, quando actu intelligit, vt habet idem S. Thomas *quæſt.*18. *de ver. a.*8. *cit.* Et quidem, ſi admittamus cum S. Thoma *ibidem, in cor.* & *ad* 5. & *quæſt.*10. *de ver. art.* 5. & cum Galeno, & Medicis communiter, quòd organa ſenſuum interiorum ſint io ipſis ventriculis cerebri, facilè patet, quomodo humiditas tempore pueritiæ, etiam in ipſis ſit nimia, & omninò impediat, vel multùm obtundat ſenſationes ioteriores, vt loquitur Mol. *de opere ſex dierum*, *diſp.* 30. & ex conſequenti etiam impediat, vel obtundat intellectiones. Certum enim eſt, quòd omnes partes organici corporis, certam requirunt complexionem, & temperiem; & ab illa ſi deficiant, etiam deficiunt à ſuis operationibus, vt experientia conſtat. Et quemadmodum ſpecies intentionales coloris, aut ſoni non aptè recipiuntur in pupilla, aut tympano, neque aptè mouent hoiuſmodi potentias ad viſionem, aut auditionem, ſi organa inuenerint nimis repleta humiditate ſuperflua, aut alio modo malè habentia: ita & ſpecies imaginationis, aut ſenſuum ioteriorum, non aptè mouent ſuas potentias, ſi recipiantur in organis nimis humidis, aut malè diſpoſitis. Si tamen dicamus cum Ariſtotele *lib. de ſomno*, & *vig. cap.* 3. *de iuuent.* & *ſeneCt. cap.* 1. & 2. & *alibi*, quem etiã ſequuntur Peripatetici veteres, organa ſenſuum ioteriorum in iis animalibus, quæ habent ſanguinem, eſſe io corde; eodem modo id poteſt concludi, quod modò aſſerimus de impeditione, aut obtuſione huiuſmodi potentiarum: nam ad nimiam cerebri humiditatem, quæ eſt in pueris, etiam cor eſt multò humidius, quàm vt poſſit aptè recipere ſpecies ſenſuum interiorum, & aptè efficere ſenſationes, & inſeruire intellectionibus. Vt enim dicitur *lib.*2. *de par. cap.*7. *in fine*, quando cerebrum eſt humidius, vel ſiccius, quàm eſſe debeat, non poteſt fungi ſuo officio: & ideò vel non ſufficienter refrigerat cor, vel nimiùm refrigerando, coagulat: & non ſolùm poteſt impedire operationes mentis, & cauſare deliria; ſed etiam operationes vitæ, & cauſare morbos, & ipſam mortem.

Et prætereà, quidquid ſit de mala affectione cordis, per communicationem ex cerebro, certum eſt, quòd ex maiori humiditate cerebri, & totius corporis, quæ eſt in pueris, continuò efficitur magna copia, & agitatio & commotio vaporum, vt ſpirituum, per quos deferuntur phantaſmata ad organa ſenſuum interiorum; & ratione huius nimietatis, & agitationis ſpirituum, quæ fit in pueris, poſſunt ſimiliter impediri ſenſationes interiores, ne omninò, vel ſaltem ne aptè fiant, prout requiritur ad rectam intellectionem: vt enim notat Ariſtoteles *in libello de ſomniis*, *cap.* 3. quemadmodum io aqua, ſi vehementiùs agitetur, facilè fit, vt vel nihil poſſit videri, & nullum appareat ſimulacrum, vel certè appareat ſolùm diſtortum, & alteriùs rationis, quàm verè ſit: ita & in ſpiritibus animalibus, ſi vehementiùs moueantur, & agitentur, vel omninò impediuntur phantaſmata, ne appareant; vel certè apparent non eo modo, quo ſunt. Et quemadmodum ex nimia craſſitie medij, per quod debent deferri ſpecies ad organũ ſenſus, facilè impeditur ipſa ſenſatio: & ſi aër, v.g. per quem debet fieri viſio, ſit vaporoſus, & nebuloſus, facilè impedit tranſmiſſionem ſpecierum ab obiecto viſibili; ita & in ſpiritibus, ſi nimij ſint, facilè impeditur vſus phantaſmatum, & intellectio.

Atque boc modo defectum intellectionis, & rationis ex vehementi agitatione, & commotione ſpirituum, & vaporum in pueris explicat Ariſtoteles *in probl. ſect.* 30. *quæſt.* 13. quando ait, ideò pueros, & ebrios, & amentes eſſe inſanos; quia facit calor, qui nimius in his eſt, vt motu plurimo, vehementiſſimóque inquietentur: quo motu deſiſtente, prudentiores eſſe incipiunt. Et *lib.*7. *Phyſ. text.*20. vbi ait, ideò pueros non poſſe diſcere, & diſcernere ſenſibus, perinde atque ij, qui ætate ſunt magis prouecti: quia in eis eſt vehemens turbatio, atque motus. Ex abundantia verò, & nimietate vaporum eundem defectum intellectionis, &

rationis

ratinnis explicat idem Ariſtoteles *in libello de ſomnis, cap. 3. cit. & lib. 4. de hiſt. animalium, c. 10. in fine,* vbi docet, ex hac abundantia contingere, vt poſt cibum, & pueris recèns natis vſque ad quartam, aut quintnm annum, & aliquibus etiam tota vita, nũquam contingant ſomnia: quia, ſcilicet, multa vaporatio, quæ in illis fit, non ſinit apparere phantaſmata; ſi verò ex nimietate vaporationis impeditur apparentia phantaſmatum, & actus imaginationis, & phantaſiæ; ex conſequenti etiam impeditur intellectio, & vſus rationis, qui ſine phantaſmate eſſe non poteſt.

6. *Soluuntur rationes dubitan. quòd in iis poſſit eſſe voluntarium, & peccatum.*

Et per hoc patet reſponſio ad rationes dubitandi allatas: nam, vt optimè docet Ariſtoteles 1. *de anima, text. 66.* quanuis ipſum intelligere & contemplari, eiúſque principium, quantùm eſt ex ſe, non marceſcat, neque aliquid patiatur; marceſcit tamen alio quodam interiùs corrupto, id eſt, organo ipſo imaginationis, & phantaſiæ: & quemadmodum in ebrietatibus, & morbis impediuntur intellectiones, & vſus rationis; non, quia ipſa anima, vel intellectus paſſus ſit aliquid, cùm hic rectè dicatur, quantùm eſt ex ſe, eſſe immixtus cum corpore, neque vllum habere organum, aut vllá partem corporis cõtinere: ſed, quia id, in quo eſt anima, & intellectus, id eſt, ipſum compoſitum, paſſum eſt, & verè organa ſenſuum, aut media, per quæ fiunt ſenſationes interiores, & à quibus dependent intellectiones, ſunt immutata, ita & in ſenectute, aut pueritia, ſic contingit corruptio, aut impeditio intellectionis, vt tamen non contingat ratione ipſius animæ, aut intellectus; ſed ratione organi ſenſus interioris, aut medij, per quod fiunt ſenſationes interiores, vt diximus.

7. *Verùm bruta ſtatim ab ortu habeant perfectum vſum ſuæ æſtimatiuæ.*

Ad ſecundum optimè reſpondet S. Thomas 1. 1. *quæſt.* 101. *art.* 2. *ad* 2. etiam bruta non ſtatim habere perfectum omnem vſum ſuæ induſtriæ naturalis, aut æſtimatiuæ, ſicut habent poſteà: ſiquidem aues multæ docent volare pullos ſuos, & plura alia his ſimilia cernuntur in aliis animalibus; & in homine certum eſt, eſſe ſpeciale impedimentum, quod non eſt in brutis, id eſt, abundantem, & nimiam humiditatem cerebri, vt dictum eſt: & rectè addit *q.* 18. *de ver art.* 7. *ad* 7. ideò bruta ſpecialiter accipere perfectam in ſui principio naturalem æſtimationem ad cognoſcendum nociuum, & conueniens: quia ad hoc ex propria inquiſitione peruenire poſſunt, ſicvt poteſt homo per inquiſitionem rationis. Neque ex hoc, quòd perfectio hominis egeat pluribus, & longiori tempore, quàm perfectio brutorum, ſequitur, quòd homo abſolutè ſit imperfectior, quàm bruta, cùm hoc ipſum proueniat ex maiori perfectione; & tunc ſolùm ſufficiat parua virtus, & inſtrumenta minùs perfecta, quando ipſe actus eſt imperfectus, vt notat S. Thom. 1. 1. *quæſt.* 99. *art.* 1. *ad* 2.

Ad confirmationem reſpondeo, eodem modo, defectum, & imperfectionem organorum, quæ contingit in pueritia, per ſe & immediatè impedire potentias ſenſitiuas, & ſpecialiter imaginationem, & phantaſiam; per accidens verò, & mediatè, etiam impedire intellectiuas, quæ ab illis dependent, vt diximus; neque ex eo, quòd non impediantur ſenſus exteriores, v. g. viſus, & auditus, ſequitur, quòd neque etiam impediantur interiores, vt notat S. Thom. *q.* 18. *cit. de ver. a.* 8. *ad* 5. ſiquidem hi, vel habent propria organa in ipſo cerebro, vel ab eius humiditate magis patiuntur quoad ſuos actus, ſaltè ratione ſpirituum & vaporum, per quos deferuntur phantaſmata, vt iam explicauimus.

8. Ad tertium reſpondeo ex eodem S. Thoma *in* 4. *d.* 27. *quæſt.* 2. *art.* 2. *ad* 2. non conſtare inter Doctores, quomodo res ſe habuerit de illo puero, extincto à Dæmone, & damnato propter peccatum blaſphemiæ: quidam enim aſſerunt, ei ſolùm contigiſſe per viſionem, & apparentiam, ad patrem contriſtandum, qui verè, & maximè peccauerat illo peccato blaſphemiæ, dum filium non correxerat; non autem contigiſſe per facti realitatem. Neque huic ſententiæ videntur obſtare verba S. Gregorij *lib.* 4. *Dial. cap.* 10. *cit.* vbi ait, quòd pater pueri animam paruuli filij negligens, non paruum peccatorem gehennæ ignibus nutriuit; hæc enim non videntur ſignificare, quòd paruulus puer blaſphemando in paruula ætate verè eſſet peccator non paruus, & à patre per negligentiam correctionis, & nimiam indulgentiam, nutriretur gehennæ ignibus, vt ibi intelligit S. Thomas: ſed, quòd à patre per negligentiam correctionis, & indulgentiam nutriretur peccator non paruus, id eſt, aſſuefieret ad blaſphemiam, etiam pro tempore, quo eſſet futurus capax peccati, & ſic nutriretur peccator gehennæ ignibus; nõ quidem ratione primorum actuum, quos ſine vſu rationis exercuiſſet in prima ætate; ſed ratione aliorum, quos ex illa aſſuetudine primæ ætatis exercuiſſet poſteà ex plena aduertentia malitiæ, & ex perfecto vſu rationis. Alij verò cum S. Thom. *ibid.* contendunt, etiam pro illa ætate ante ſeptennium puerum illum potuiſſe peccare, & verè peccaſſe ex malitia præueniente ætatem; & ideò iuſtè & verè fuiſſe punitum & extinctum à Dæmone.

Quomodo puer minor ſeptennio dicatur damnatus pro peccato blaſphemiæ.

Nam, quanuis communiter vſus rationis, tam viris, quàm fœminis ſoleat aduenire ad finem primi ſeptennij, vt docet S. Thomas *art.* 2. *cit. in corp. & ad* 3. quem omnes ſequuntur, vt notat Sanchez *lib.* 1. *de matr. diſput.* 16. *num.* 2. *& lib.* 4. *in Decal. c.* 35. *num.* 3. idque ita ſit, etiam ſecundùm iura ciuilia, & canonica, vt videre eſt apud ipſum *lib.* 1. *de matr. cit.* negari tamen non poteſt, quin poſſit in aliquibus magis accelerari, quàm in aliis, vt notat S. Thomas *ibid. ad* 2. Riccard. *in* 4. *diſt.* 17. *art.* 2. *quæſt.* 4. *ad* 6. S. Antonin. 3. *p. tit.* 14. *cap.* 13. §. 9. Syluest. *verb. Confeſſio,* 2. *n.* 4. *in fine* & alij. Neque poteſt de vnoquoque id definiri ex certo tempore: ſed debent attendi propriæ conditiones, & diſpoſitiones cuiuſque, vt notat S. Thomas *ibidem ad* 7. & Scotus *in* 4. *diſt.* 27. *quæſt.* 2. *art.* 2. *in fine:* ſic enim etiam Eccleſia pro obligatione annuæ confeſſionis non determinat certam ætatem pro omnibus; ſed ſolùm loquitur indefinitè: cùm ad annos diſcretionis peruenerit. *cap. Omnis vtriuſque. de pœnit. & remiſſ.* id eſt, cùm fuerit vnuſquiſque doli capax, vt notat Gloſſa *ibidem.* Ricc. *in* 4. *diſt.* 17. *art.* 2. *quæſt.* 4. *ad* 6. Sot. *in* 4. *diſt.* 18. *quæſt.* 1. *art.* 3. *concluſ.* 5. Victoria *in Summa, de Sacramentis, num.* 139. quia, ſcilicet, quemadmodum non omnes æqualiter, & certo tempore incipiunt poſſe peccare; ita neque etat, quòd omnes æqualiter, & certo tempore obligarentur ad confeſſionem. Quia tamen communiter ad finem primi ſeptennij poteſt vnuſquiſque ſufficienter iudicare de quibuſdam facilioribus, id eſt, de iis, ad quæ natura per ſe ipſam inclinat, vel quæ per doctrinam ab altero proponuntur; ideò communiter vſus rationis dicitur incipere ad finem primi ſeptennij. Et hac ratione ex S. Auguſtino *in epiſtola ad Renatum Epiſcopum,* & apud Gloſſam *in c. paruuli. verb. Loqui, de conſec. diſt.* 4. *& in cap.* 1. *verbo, Grandiuſculis, de delictis puerorum.* ſeptennis ætatis pueri, & mentiri, & verum dicere, & confiteri, & negare iam poſſunt: & ideò, cùm baptizantur, per ſe ipſi debent ſymbolum credere, & ad interrogata reſpondere. Et, vt notat S. Thomas *in* 4. *diſt.* 27. *quæſt.* 2. *art.* 2. *cit.* ex Ariſtotele 1. *Ethic.*

9. *Quomodo vſus rationis communiter adueniat ad finem primi ſeptennij.*

*cap.*4 quia ratio,eiúſque vſus non niſi paulatim conualeſcit in homine, provt paulatim quietantut motus, & fluaibilitates humorum, triplex gradus, aut ſtatus quoad vſum rationis in illo notatur. Primus eſt, cum quis neque per ſe intelligit, neque ab alio capere poteſt. Secundus, cùm poteſt ab alio capere; ſed per ſe non poteſt intelligere. Tertius, cùm poteſt, & ab alio capere, & per ſe intelligere. Et primum ſtatum obtinet homo ante primum ſeptennium; & ideò illo tempore nulli contractui aptus eſt, ſed ſolùm in fine illius incipit eſſe aptus ad aliqua promittenda in futurum, præſertim de his, ad quæ natura magis inclinat, vt ſunt, v.g. ſponſalia. *cap. litteras. & cap. acceſſit. de deſponſat impuberum.* & ad ſuſcipiendum reuocabiliter, & non firmiter, ſtatum eccleſiaſticum per primam tonſuram. *cap. nullus. de tempor. ordinat. in 6.* Ad ſecundum verò ſtatum incipit peruenire ad finem primi ſeptennij: & ideò tunc temporis communiter pueri ad ſcholas mittuntur. Et denique ad tertium incipit peruenire ad finem ſecundi ſeptennij, quantùm ad ea, quæ pertinent ad perſonam ipſius, in quibus ratio naturalis citiùs conualeſcit, & quantùm ad alia, quæ ſunt extra ipſum, incipit peruenire in fine tertij ſeptennij: & ideò in fine ſecundi ſeptennij poteſt ſe obligare de his, quæ pertinent ad perſonam ipſius, v.g. ad Religionem, vel ad coniugium: & poſt tertium ſeptennium poteſt ſe obligare de omnibus; & ſecundùm leges datur ei poteſtas perfectè, & firmiter diſponendi de rebus ſuis, poſt annos vigintiquinque: quia in hac ætate communiter non eſt dubium, quòd ratio in vnoquoque perfectè, & quoad omnia conualuerit.

10. *Fœmina, ſecundùm aliquos, citiùs habent vſum rationis, quàm mares.* Atque hoc vniuerſaliter dictũ, tam de viris, quàm de fœminis, quòd communiter non habeant vſum rationis, niſi ad finem primi ſeptennij, videtur longè verius, quàm quod videtur velle Hier. Sorbus *in Compendio priuil. Mendicantium, par. 2 verbo, Ingreſſus in Monaſt. Monialium, in ſuis Annotationib. num. 2.* & aliqui alij apud Sanchez *lib. 6. in Decal. cap.* 16. *num.* 6. quòd fœminæ non ad finem primi ſeptennij; ſed ad finem primi ſeaennij habeant vſum rationis: & quando ſunt maiores, quàm ſea annorum, iam non ſint ampliùs in ætate infantili; ſed habeant ſufficiens iudicium ad peccandum; & ideò non poſſunt ſine peccato admitti intra Monaſteria Monialium, ſicut communiter dicuntur poſſe admitti infantes ante vſum rationis.

Contrà enim eſt communis ſententia aliorum, qui eodem modo loquuntur, tam de viris, quàm de fœminis, vt notat Sanchez *ibidem*, & anni infantiæ æqualiter numerantur pro vtriſque vſque ad primum ſeptennium; & debent accipi omninò completi, etiam de momento ad momentum, vt de annis tam pubertatis, quàm impubertatis videre eſt etiam apud Mol. *de iuſt. tom.* 1. *diſp.* 573. §. *Atque vt à minori ætate.* & apud Sanchez *lib. 4. in Decal. cap.* 35. *num.* 3. Et quod dicitur de admittendis, vel non admittendis infantibus intra Monaſteria Monialium, eodem modo eſt accipiendum pro vtriſque, & tam mares, quàm fœminæ ante completum primum ſeptennium poſſunt admitti ſine peccato, vt dicemus *in tractatu de legibus.*

11. *Quomodo ſecundùm iura non dicatur aliquis doli capax, niſi ſit proximus pubertati.* Et quamuis ſecundùm iura ciuilia non cenſeatur aliquis doli capax, niſi ſaltem ſit proximus pubertati, & exceſſerit tempus infantiæ, vt patet *Inſtit. §. in ſumma, de obligationib. quæ ex delicto. l. impuberem. ff. de furtis. l. pupillam. ff. de reg. iuris.* & aliis; quòd tamen tempus proximum pubertati in maſculis ſunt anni decem cum dimidio, & in fœminis nouem cum dimidio, vt inter cæteros notat Menoch. *de arbitrariis, caſu* 57. *num.* 21. & 22. & Albericus *in Dictionario. verbo, Doli capax.* Id tamen ſolùm eſt pro foro exteriore, ad hoc vt præſumptio vſus rationis poſſit certò deſumi ex ipſa ætate, quando aliter de illo non conſtat, vt notat Albericus *ibidem*; non autem pro foro conſcientiæ, vt patet ex Gl. *in cap. paruuli. cit. de conſec. diſt. 4. & in cap. primum ſimiliter. cit. de delictis puer.* S. Auguſtino *epiſt. cit. ad Renatum Epiſcopum*; S. Thoma, & Theologis communiter, qui etiam ante ſeptennium admittunt poſſe contingere peccatum mortale. Imò S. Antoninus 3. *part. tit.* 14. *cap.* 13. §. 9. & Syluester *verb. Baptiſmus*, 4. *num.* 6. hac eadem ratione intelligunt doctrinam Calderini *conſil. 3. de Iudæis*, qui ex profeſſo probat, quòd filij Iudæorum intra duodecimum annum non poſſunt baptizari, inuitis parentibus; & debent etiam inuiti illis reſtitui, præſtita ſolùm idonea cautione, quòd illos permittent venire ad fidẽ, quando fuerint doli capaces, & interim eos non ſeducent: id enim, vt ipſi intelligunt, ſolùm eſt verum in illo caſu, in quo præſumptio vſus rationis pro foro externo debet fundari in ipſa ætate, & aliunde non ſatis conſtat, nec de habentia, nec de carentia vſus rationis; extra hunc verò caſum pro conferendo Baptiſmo filiis Iudæorum, nulla ratione eſt expectandus annus duodecimus, ſi etiam ante illum ſufficienter conſtet de vſu rationis. Et hoc modo debet intelligi etiam illud Nauar. *conſil. 4. de conuerſ. infid. num.* 16. & 17. vbi refert Martinum V. *in quadam Bulla* expreſsè id ſtatuiſſe, vt filij Iudæorum non baptizentur ſine expreſſo conſenſu parentum, vel alterius ſaltem illorum, niſi peregerint annũ duodecimum ſuæ ætatis, vel aliàs doli, & diſcretionis capaces fuerint: per hanc enim particulam diſiunctiuam, aut alternatiuam, clarè indicauit Summus Pontifex, pro conferendo Baptiſmo non eſſe attendendum ad annum duodecimum, quando conſtat ſufficienter, quòd petens Baptiſmum eſt capax doli, & diſcretionis; ſed tunc ſolùm quando non conſtat. Si verò præſumptio eſſet fundanda pro foro conſcientiæ, non autem pro foro externo, ſatis poſſet, ac deberet fundari in ſolo ſeptennio; non autem eſſet expectandus annus duodecimus: nam, ſi vſus rationis non poſſit certo cognoſci de aliquo ex variis interrogationibus, quæ illi fiant de rebus diuerſis, & ex aptis, atque ordinaris reſponſionibus, quæ ab illo reddantur, quæ regula communiter traditur pro inueſtigando, atque examinando vſu rationis in puero, vt notat Scotus *in 4. diſp. 17. quæſt. vnic. art.* 2. Gabr. *ibid. quæſt.* 1. *art.* 2. *concl.* 2. S. Antoninus 2. *p. tit.* 9. *cap.* 8. §. 2. Augelus, *Confeſſio*, 2. *num.* 3. Roſella *eo num.* 4. Nauar. *in Man. cap.* 21. *num.* 35. Sanchez *lib. 1. de Matr. diſp.* 8. *n.* 23. & patet ex Hippocrate *lib.* 2. *Aphor.* 33. Vbi hoc, quod eſt, *mente conſtare*, explicat per hoc, quod eſt, *benè ſe habere ad ea, quæ offeruntur*, id eſt, benè reſpondere ad interrogata. Et *ex l. his, qui in fin ff. de tutor. & curat.* vbi dicitur, ex ſermonibus videri, quòd aliquis ſit compos mentis, vt etiam explicat ibi Gloſſa *verbo, ex ſermonibus.* Si, inquam, ex hac regula non poſſit certò cognoſci vſus rationis, ſatis poteſt ac debet præſumi, ſi puer ſit ſeptennis; non autem debet, nec poteſt præſumi, ſi ſit minor ſeptenni, vt notat Sanchez *lib.* 1. *de Matrimonio, diſp.* 16. *num.* 10. & 11. & *lib.* 1. *in Decal. cap.* 12. *num.* 13. Atque hoc modo in dubio de vſu rationis puer ſeptennis tenetur confiteri, ex Petro Ledeſma *de Sacram. tract. de pœnit.* & Sanchez *num.* 13. *cit.* & in eodem dubio, puero infideli eſt conferendus Baptiſmus, ex Soto *in 4. diſp. 5. q. vnic. a.* 10. & Suar. *tom. 3. in 3. p. diſp.* 25. *ſect.* 3. ſaltẽ, ſi non adſint parentes, qui repugnẽt, & de quorum præiudicio, & iniuria poſſit timeri.

Et

12. *Qua regula ſit examinãdus in caſu dubio vſus rationis.*

Et ex hoc fundamento, quia ſatis conſtabat etiam in foro externo de vſu rationis, ita Romæ eſt iudicatum anno 1614. ab Ill. Card. Verallo, tunc Protectore Catechumenorum, in fauorem cuiuſdam puellæ Hebrææ nouennis, vt ipſa affirmabat, vel tantùm ſeptenuis, vt affirmabant parentes, quæ per errorem, & loco alterius capta ab executoribus Curiæ, & ad Domum Catechumenorum perdocta, ſtatim atque fuit tradita in cuſtodiam Chriſtianæ mulieri, dixit, ſe velle eſſe Chriſtianam, & conſtantiſſimè poſteà ſemper reiecit omnes Hebræos, & eos etiam ex Chriſtianis, qoi pro ipſis agebãt: & tandem cooſtito ſufficienter ex ipſius reſponſis de vſu rationis; de conſilio plurium Prælatorum, & Theologorum, qui coram Ill. Cardinali ſeriò de hac re deliberarunt, die S. Auguſtini, in noſtro templo, ab Ill. Cardinali Bellarmino eſt baptizata; & modò etiam, dum hæc ſcribo, in eadem Domo Catechomenorum, & inter alias virgines perſeuerat, & magna cum laude ſeſe exercet in frequentandis ſacris myſteriis, & aliis Chriſtianæ pietatis operibus obeundis. Neque vllo modo id poteſt, aut debet reprehendi, etiam ab vllo ex Iuriſtis; quamuis tunc non pauci Aduocati ſeripſerint pru puella non baptizanda, ſed reſtituenda parentibus, data cautiune, iuxta conſilium Calderini *ſuprà cit.* ſiquidem in dubio de vſu ratiunis, & doli capacitate, ſaltem poſt expletum ſeptennium, ſtaudum eſt arbitrio Iudicis, etiam ſecundùm Iuriſtas, vt videre eſt apud Menoch *de arbitrarus, caſu* 57. *cit. num.* 44. *& ſequentibus.*

Vt verò ex his omnibus, paucis colligatur, ac repetatur reſponſio ad argumentum, quòd communiter dicitur vſus rarionis ſolùm aduenire poſt primum ſeptennium, ſolùm debet intelligi, vt in pluribus, non autem quia vniuerſaliter, & ſemper ita contiogat: & qoemadmodum fieri poteſt, vt aliquis, neque etiam poſt ſeptennium ſit doli capax; ita & poteſt fieri, vt aliquis ſit capax ante ſeptennium: & talis fuiſſe dicendus eſt huiuſmodi puer, ſi propter peccatum blaſphemiæ verè & realiter eſt extinctus a Dæmone.

Ad confirmationem reſpondeo, quòd pueri ante ſeptenoium à nutricibus, & parentibus doceantur Symbolum, & articulos fidei, & certas precatiunculas, potiùs indicare vſum memoriæ, quàm ratiunis, & intellectus: diſcunt enim, ac retinent ſolùm materialiter verba, ſicut & retiner pſittacus, & alia bruta; non autem capiunt ipſas res. Et idem eſt, ſi à magiſtris doceantur litteras, & ſcientias Mathematicas: vt enim omittam, quod dicitur *6. Ethicor. cap.* 8. *cit.* huiuſmodi ſcientias ſolùm conſiſtere in abſtractione, & ideò potiùs requirere apprehenſionem, quàm iudicium; hæc ipſa abſtracta pueri potiùs diſcunt, quàm credunt, vt ibi ſubditur, id eſt, potiùs ore prononciant, quàm mente capiant: & vt additur *lib. 7. Ethic. cap.* 3. ſolùm nectunt materialiter terminos, & orationes; non autem ſciunt, cùm ad hoc ſit neceſſarium, vt res ipſæ inſideant menti, & benè penetrentur, ad quod tempore opus eſt. Deoique, quod circa nugas, & ludicra multùm diſcurrant, & delibetent, ſolùm probat, quòd circa aliqua naturæ conformia, citiùs conualeſcat vſus rationis, ac libertatis, quàm circa alia, vt *ſuprà* diximus, *diſp.* 8. *num.* 2. ex Mol. *in par.* 1. *quæſt.* 14. *art.* 8. *diſp.* 2. & paulò antè *hac ipſa diſputatione* ex S. Thoma *in* 4. *diſp.* 27. *quæſt.* 2. *art.* 2. *in corp.* de triplici illo gradu, aut ſtatu vſus rationis, pro triplici ſeptennio noſtræ ætatis: ex quo tamen non ſequitur, quòd poſſit in illis ſemper eſſe etiam voluntarium, de quo loquimur, & peccatum.

13. *Quomodo in ſenibus poſſit cõtingere defectus mentis, & memoria.*

Denique, quòd aliquando etiam in ſenibus deficiat voluntarium, & perfectus vſus rationis, patet experientia: vt enim eſt apud Ariſtotelem *in Poetica, cap.* 20. pari ratione ſe habet ſenium ad vitam, qua ſe habet veſpera ad diem: & ſenium rectè poteſt dici veſpera vitæ; ſicut & veſpera dicitur ſenium diei: quia, ſcilicet, quemadmodum dies, eiúſque lumen paulatim deficit ad veſperam; ita & vita, eiúſque operationes deficiunt in ſenio, & inter has ſpecialiter deficiunt operationes mentis. Et rectè Plato *lib. 5. de Rep.* eundem conſtituit ætatis terminum pro corporis, & pro ſapientiæ vigore, id eſt, in viris annum quinquageſimumquintum, & in fœminis quadrageſimum: quia, ſcilicet, pro reliqoo tempore facilè accidit, vt tam corporis vigor, quàm ſapientiæ remittatur, & deficiat. Et quamuis ex eodem Ariſtotele *in probl. ſect.* 30. *quæſt.* 4. tunc mente ampliùs valeamus, quando ſumus ſeniores, & maximè in ſenectute mens nobis contingat, & tunc potiſſimùm conſumetur, atque abſoluatur; id tamen, vt ipſe *ibidem* ſubdit, ſolùm intelligitur cum hoc addito: *Niſi detrimento aliquo lacera, læſáque ſit.* Et quia hoc detrimentum, quod mentem poteſt lacerare, ac lædere, non raiò, nec paucis accidit; ideò & læſio mentis in ſenibus, nec raiò, nec paucis accidit: dum enim in illis deficit calor, & humiditas, & fiunt temperaturę frigidioris, & ſiccioris, ad minimum neceſſariò contrahuot maiorem quandam tarditatem, atque hebetudinem in operationibus mentis, in quantum, ſcilicet, etiam motus ſpirituum animalium in illis eſt tardior; & ratione maioris ſiccitatis difficiliùs recipit impreſſionem phantaſmatis, vt patet ex Ariſtotele *in libello de memoria, & reminiſcentia, cap.* 20. vbi hac de cauſa ait contingere, quòd laborent memoria. Et inde etiam fit, vt ſint indociles, & vt eſt apud Platonem *lib. 8. de Repub. versùs finem*, minùs poſſint diſcere, quàm currere: quemadmodum enim ex defectu eorum ſpirituum, qui inſeruiunt motui, prouenit impotentia ad curſum; ita & ex defectu illorum, qui inſeruiunt ſenſationibus interioribus, & intellectionibus, prouenit impotentia ad diſcendum: & quia defectus horum ſpirituum communiter maior eſt, ſiquidẽ hi ſpiritus calidiores, & tenuiores, & perfectiores, debẽt eſſe, quàm illi; inde eſt, quòd dicatur etiã impotentia ad diſcendum in ſenibus eſſe maior, quàm ad currendum. Et ſi contingat hunc defectum ſpirituũ animalium, & hãc cerebri infrigidationem, & exſiccationẽ eſſe nimiam, & ſupra modum; etiam impotẽtia ad operationes mentis erit nimia, & ſupra modum, & facilè incident in eam amentiam, quæ appellatur fatuitas, & conſiſtit in maxima hebetudine ad aliquid capiendum, vt dicemus *diſp.* 12. quando agemus de amentibus, & in maximam obliuionem ferè omnium rerum; quæ tamen ſine amentia eſſe non poteſt, vt notat Gal. *lib. 3. de locis aff. cap.* 5. & vno verbo in eos morbos deoenient, quos cerebri ſiccitas, quando eſt ſupra modum, poteſt cauſare, ioter quos eſt etiam delirium, vt patet ex Ariſtotele *lib. 2. de par. c. 7. versùs finem.* Quo verò tempore incipiat in ſenibus mens hebetari, & memoria, & quo tempore omninò deficiat, non poteſt certò, & vniuerſaliter definiri pro omnibus, ſed pro diuerſitate temperamenti, & pro aliis accidentibus ſingillatim eſt iudicandum de vnoquoque: & ex ſenibus plures ſunt, qui notabiliter hebetantur poſt annum ætatis ſexageſimum; & plures, qui poſt ſeptuageſimum; & plures, qui nunquam, vel ſolùm leuiter hebetantur.

Certè ſecundùm iura, poſt annum ſeptuageſimum, qui eſt primus terminus ætatis decrepitæ, vt habet Gloſſa *in proœmium libri 6. Decretalium, verſ. Perfectus.* excuſantur ſenes à muneribus publicis, & ſpecialiter à tutela *l. 2. ff. de excuſat. tut.* & notat 14. *Ætas decrepita eſt ab anno ſeptuageſimo.*

Digitized by Google

Panorm. *in cap. Quoniam frequenter. vt lite pendente, num.* 18. Felinus *ibid. num. 4. verſ. Ad 3. quæſt.* Ioan. Andr. *in cap. vnicam, verbo, Senio. de Cler. ægrot. in* 6. & alij. Et ſimiliter in quæſtionibus ſeptuagenarij non torquentur, & in delictis non puniuntur, vel ſaltem non niſi leuiùs, vt notat Farin. *quæſt.*41. *num.* 25. *& ſequentibus ex var. criminal.* quod videtur ſignum eſſe, quòd præſumantur in ea ætate, cum viribus corporis, ſimul deficere etiam vires animi; quanquam non deſint, qui ætatem decrepitam putent incipere etiam priùs, vt, v. g. ab anno ſexageſimoquinto, vt vult Fernel. *lib. 3. Phyſ. cap.*10. & Paulus Zacchias *in quæſtionibus Medicolegalibus, lib.* 1. *tit.* 1. *quæſt.* 10. *num.* 18. imò & ab anno ſexageſimo, vt Auic. *part. 1. doctrina 3. cap.* 3. Card. *in contrad. med. lib. 2. contrad.* 10. *er.* 5. & ex Canoniſtis Panorm. *in c. Quoniam frequenter. num.* 18. *verſ. Ego puto. vt lite non conteſt.* vbi ait, ſenium incipere ab anno ſexageſimo, & eſſe aliarum ætatum terminum, vt notat Gloſſa *in proœmium 6. Decretal. cit.* quæ tamen Gloſſa expreſsè diſtinguit ſenectutem à ſenio, & illam ait durare vſque ad annum ſeptuageſimum, & hoc exinde; atque ita docet, ſenium eſſe ipſam ætatem decrepitam, quæ eſt poſt ſenectutem: & cùm ibi Panorm. diſertè aſſerat, quòd ſenium ſit ab anno ſexageſimo, & aliarum ætatum ſit terminus; de ipſa ætate decrepita id aſſerit, quòd incipiat ab anno ſexageſimo. Sed quidquid ſit de vera inceptione huius ætatis, quæ in diuerſis diuerſa eſt, & certò in vniuerſum aſſignari non poteſt, vt notat Galen. *de ſanit. tuenda, cap.* 5. & Fernel. *lib.* 3. *Phyſ. cap.* 10. certum eſt, quòd non poteſt ex illa certò præſumi in aliquo defectus mentis; ſed debet in vnoquoque, vt diximus, aliunde attendi, & præcipuè ex ſignis amentiæ, de quibus *infrà, diſp. 12. ſub initium.*

15. *Senectus, & ſenium, quo differant.*

DISPVT. X.

Qua de cauſa voluntarium, quod requiritur ad peccatum, non poſſit eſſe in dormientibus.

1. *Rationes dubitandi, quòd in ſomnis ſit voluntarium, & peccatum.*
2. *In ſomnis non poteſt eſſe voluntarium, & peccatum.*
3. *Quomodo contingat ſomnus in animali.*
4. *Diuerſitas operationum in dormientibus, quomodo contingat ex diuerſa diſpoſitione vaporum.*
5. *Quare in ſomnis non poſſit eſſe voluntarium, & peccatum.*
6. *In lethargo, & ſomnis morboſis non eſt voluntarium.*
7. *Soluuntur rationes dubitandi.*
8. *Quomodo aliqui inter dormiendum faciant opera vigilantium.*
9. *Quomodo Salomon tempore ſomni habuerit à Deo ſapientiam.*

1. *Rationes dubitandi, quòd in ſomnis ſit voluntarium, & peccatum.*

IN dormientibus poſſe eſſe voluntarium, quod requiritur ad peccatum, videtur ſuaderi ex eo, quia certum eſt, quòd tempore ſomni poſſint contingere intellectiones, quidquid dicat Henricus *quodlibet. 6. quæſt.* 9. vbi contendit, naturaliter in ſomnis non poſſe contingere intellectionem; & ideò non eſſe vſum liberi arbitrij: oppoſitum enim expreſsè concedit Ariſtoteles *in libello de ſomniis, cap.* 1. & conſtat experientia, quando in ſomnis diſcurrimus, non ſolùm nobiſcum ipſi, ſed etiam cum aliis, eóſque interrogamus, & ad interrogata reſpondemus; quando ſyllogiſamus etiam de rebus ad ſcientias pertinentibus; vt etiam concedit S. Thomas 1. 1. *quæſt.* 84. *art.* 8. *ad* 2. quando carmina facimus; quando corrigimus imaginationem, & reflexè cognoſcimus, nos ſomniare, neque rem eo modo ſe habere, quo repræſentatur; quando aduertimus moralem malitiam in aliquo actu, & de illo dolemus. Qua enim ratione poſſunt eſſe huiuſmodi actus, merè & purè intellectuales, & ſpirituales; neque per ſomnum impediuntur: eadem ratione videtur poſſe contingere etiam vera deliberatio de malitia actus, & per conſequens etiam voluntarium, de quo loquimur, id eſt, voluntarium præconſultatum, vt illud appellat Ariſtot. 3. *Ethic. c.* 2. *in fine*, aut voluntarium deliberatum, vt appellat S. Thomas 1. 2. *q.* 1. *a.* 1. Et confirmatur: quia ex eodem Ariſtotele *lib. 5. de gener. animalium, c. 1. & in lib. de ſom. & vig. c. 3. & in lib. de ſomniis,* ſimiliter *c.* 3. & ex ipſa experientia certum eſt, quòd multi, dum dormiunt, ſurgant, & ambulent, & plurima faciant eo modo, quo illi, qui vigilant: ergo ſaltem de his non videtur negandum, quòd verè habeant vſum rationis, & ſint capaces voluntarij, de quo loquimur, & peccati. Secundò, quia in ſacris Litteris 3. *Regum* 3. expreſsè habetur, quòd Salomon in ſomnis à Deo petiit ſapientiam, eáque petitio fuit Deo valdè grata, & omninò illam meruit, & obtinuit, vt patet ex illis verbis ipſius Dei: *Quia poſtulaſti verbum hoc*, &c. *feci tibi ſecundùm ſermones tuos.* Quod tamen non fuiſſet, niſi etiam in ſomnis fuiſſet vſus rationis. Et ſimiliter ſæpè homo in ſomnis increpatur, & inſtruitur à Deo, vt dicitur Iob 32. *Per ſomnium in viſione nocturna, quando ſopor ſolet occupare homines, tunc aperit aures virorum; & erudiens eos, inſtruit diſciplina.* Et ſæpè in Scriptura referuntur ſomnia immiſſa à Deo, vel ab Angelis, vt, v.g. *Gen.* 28. ſomnium Iacob: & *cap.* 37. ſomnium Ioſeph: & *cap.* 41. ſomnium Pharaonis: & *Matt.* 1. & 2. ſomnium S. Ioſeph: quæ tamen omnia videntur requirere perfectum vſum rationis, & perfectam aduertentiam.

Sed breuiter dicendum eſt, certum eſſe debere, quòd in ſomnis non poſſit eſſe voluntarium, & peccatum. Ita S. Auguſtinus *lib. 2. ſuper Geneſ. ad litteram, cap.* 15. *tom.* 3. & apud S. Thomam 1. 1. *quæſt.* 84. *art.* 8. *cit. & 2. 2. quæſt.* 154. *art.* 5. *in argum. Sed contrà.* & omnes communiter: quia, vt dicitur 2. *de anima, tex.* 162. obruitur intellectus etiam ſomno, ſicut & ægritudine, vel paſſione. Et 1. *Ethic. cap.* 3. ſecundùm dimidium vitæ, id eſt, ſecundùm tempus ſomni felix à miſero nihil differt; neque bonus, & malus in ſomno diſcerni poſſunt. 2. *In ſomnis non poteſt eſſe voluntarium, & peccatum.*

Et pro huius explicatione eſt ſupponendum ex eodem Ariſtotele *lib. 2. de par. cap. 7. & in libello de ſomno, & vig. c.* 4. ſomnum in animali hac ratione contingere. Dum cibus per calorem concoquitur, neceſſe eſt, vt partes tenuiores euaporent, & ſurſum ferantur ad ipſum cerebrum; & deinde propter maiorem denſitatem, & grauitatem, quam acceperunt ex infrigidatione à cerebro, multæ ſimul ferantur deorſum, ea ferè ratione, qua etiam aquæ in euripis, poſtquàm fuerunt ad vnum locum appulſæ, iterum repelluntur, & efficiunt motum contrarium. Ex hoc autem regreſſu vaporum ita opplentur meatus, qui deferunt ſpiritus animales ad ſingula ſenſoria ſenſuum exteriorum, & ab illis referunt ſpecies ſenſibilium externorum, vt neque ſpiritus animales poſſint ampliùs per illos deferri, neque referri ſpecies ſenſibilium, ea ferè ratione, 3. *Quomodo contingat ſomnus in animali.*

qua

qua nubes craſſior, ſi intercipiatur inter Solem, & terram, ſimul impedit, ne radij Solis ad terram perueniant, & ne à terra vapores tenuiores ferantur ſurſum: & hac ratione ex huiuſmodi vaporatione opplente meatus, non poſſunt non impediri ſenſationes, & ſenſus ligari, in quo impedimento, & vinculo conſiſtit ſomnus, qui ex eodem Ariſtotele *in libello cit. de ſomno, & vig. c.* 1. 2. & 4. communiter definitur, vinculum, impotentia, vel immobilitas ſenſuum ex euaporatione circa alimentum.

4. *Diuerſitas operationum in dormientibus, quomodo contingat ex diuerſa diſpoſitione vaporum.*

Vlteriùs verò eſt ſupponendum ex eodem Ariſtotele *in libello de ſomnus, cap.* 3. & S. Thoma 1. 1. *quæſt.* 84. *art.* 8. *ad* 2. ex diuerſa diſpoſitione huiuſmodi vaporum, qui opplent meatus, & efficiunt ſomnum, prouenire diuerſitatem earum omnium operationum, quæ contingunt in dormientibus: ſi enim magna ſit illorum copia, vel magnus motus, & agitatio, contingit impediri, & ligari non ſolùm ſenſus exteriores, & ſenſum communem, qui ſolùm cum illis, & ad ſolam præſentiam ſenſibilis extrinſeci operatur, 2. *de anima, text.* 156. *& in libello de mem. & remmiſc. cap.* 1. ſed etiam imaginationem, aut phantaſiam, quæ poteſt operari etiam in abſentia obiecti: & in tali caſu nulla apparent phantaſmata: & ideò nulla contingunt ſomnia, & nullæ intellectiones, cùm etiam hæ ſine phantaſmate eſſe non poſſint. 3. *de anima, text.* 30. *&* 39. & ita communiter accidit in pueris, non modò recèns natis, quibus propter copiam, multúmque motum vaporum non fiunt ſomnia, niſi quarto, aut quinto circiter ætatis anno, vt dicitur *lib.* 4. *de hiſt. animalium, cap.* 10. *in fine.* ſed etiam grandioribus; & quandiu fuerint multùm iuuenes, vt dicitur *in libello de ſomnus, cap.* 3. imò id accidit communiter omnibus, quádo primò dormire incipiunt poſt multum cibum, & potum, eóque tempore ideò ſimiliter non ſolent fieri ſomnia; quia communiter ſolet eſſe magna copia, & magnus motus vaporum, eóque impediuntur omnes ſenſus interni, vt etiam vniuerſaliter dicitur *in probl. ſect.* 30. *quæſt.* 13. de iis omnibus, qui grauiter, & ſuauiſſimè dormiunt; & ideò nihil ſomniant. Si verò motus vaporum ſit adhuc multus, ſed remiſſior, neque ſufficiens, vt omninò ab operatione impediat imaginationem, & phantaſiam; poterunt quidem apparere phantaſmata, & fieri ſomnia; ſed apparebunt diſtorta, inordinata, & monſtruoſa, vt communiter accidit in melancholicis, febricitantibus, & temolentis: quia hæ omnes paſſiones ſunt multùm ſpirituoſæ, & multum faciunt motum, & perturbationem, ſiue agitationem ſpirituum: vt enim habetur *in libello de ſomnus, cap.* 3. *cit.* quemadmodum in fluminibus vndationes, ac vertigines aliquando ita fiunt concitatæ ac perturbatæ propter contrarium aquæ impulſum, vt nihil intra aquam videri ſinant, & aliquando, vt ſinant tantummodo obiectum videri, & apparere diſtortum, & longè aliter, quàm verè ſit: ita & tempore ſomni ex motu, & perturbatione vaporum, aliquando phantaſmata nulla apparent, & aliquando apparent diſtorta, & monſtruoſa, ac terrifica. Etſi adhuc motus vaporum ſit magis ſedatus, magis ordinata apparent phantaſmata, & magis amata, & recta contingunt ſomnia, vt communiter accidit in fine dormitionis, quando iam vapores, & ſpiritus tenuiores ſunt ſeparati à craſſioribus, & in hominibus ſobriis habentibus fortem imaginationem: quia, ſcilicet, nec multos habent vapores, nec facilè impediũtur ex quauis agitatione, ac turbatione: ſic enim etiam fit in fluminibus, quando vertigines, aut vndationes ſunt magis integræ, minúſque diſſipatæ, aut fractæ, & ideò minùs impediunt veram apparentiam obiectorum.

Si denique motus vaporum ſit modicus, non ſolùm imaginatio remanet libera; ſed etiam ſenſus communis ex parte ſoluitur. Et hinc fit, vt poſſit homo, etiam in dormiendo, aliqua ratione diiudicare inter res, & inter apparentias, aut ſimilitudines rerum; & ſic iudicare, quòd ea, quæ videt, ſomnia ſint: quia enim ex Ariſtotele *de ſomno, & vig. cap.* 1. non in alio conſiſtit vigilia, cuius priuatio eſt formaliter ſomnus, quàm in ipſo ſentire extrinſecùs; & ideò ea tantùm dicimus vigilare, quæ habent ſenſum; & tunc cognoſcimus, quòd vigilent, quando cognoſcimus, quòd aliquid ſentiunt ex iis, quæ ſunt extrinſecùs, quemadmodum hæc cognitio vigiliæ, id eſt, ſenſationis exterioris, primò, & immediatè pertinet ad ſenſum communem, vt probat Ariſtoteles 2. *de anima, à text.* 136. *& in libello de ſomno, & vig. cap.* 2. ita & pertinet ad ſenſum communem cognitio ſomni, ſeu priuationis vigiliæ, cùm eius ſit non modò percipere actu poſitiuo ipſas ſenſationes; ſed etiam illarum priuationes, vt probatur *in libris de anima,* & notat Auer. 2. *de anima, comm.* 149. ac proinde non poteſt homo, dum dormit, iudicare, quòd dormiat, niſi iudicet per ſenſum communem, quòd ſenſus exteriores non operentur; & per conſequens niſi habeat ſenſum communem aliqua ex parte ſolutum, & potentem exire in ſuos actus. Ex quo etiam poſteà vlteriùs fit, vt per alias potentias ſuperiores poſſit iudicare, quòd ea, quæ videt, dum dormit, & dum ſenſus exteriores non operantur, ſomnia ſint, id eſt, ſolæ apparentiæ, & ſimilitudines rerum; non autem ipſæ res; & ſic diiudicet inter res, & inter ſimilitudines rerum, vt loquitur S. Thomas 1. 1. *quæſt.* 84. *art.* 8. *cit.* Vt enim benè docet Ariſtoteles *in libello de ſomnus, cap.* 2. *&* 3. quod proponitur per vnumquenque ſenſum, ſemper tale eſſe exiſtimatur, quale proponitur, niſi contradicat potentia ſuperior: & Sol, v.g. verè exiſtimatur eſſe pedalis, niſi intellectus contradicat imaginationi: & obiectum tangibile, quod digitorum permutatione videtur duo, verè exiſtimatur eſſe duo, ſi ſolo tactu iudicetur; non autem ſi ſimul accedat etiam viſus, qui eſt certior tactu: & obiectum viſibile, quod ſimiliter apparet duo, ſi digitus oculo ſupponatur, & pupilla loco, & ſitu dimoueatur, ſimiliter verè creditur eſſe duo, ſi ſuppoſitio digiti non aduertatur: & ideò etiam in ſomnis, quæ apparent, ſemper exiſtimantur eſſe talia, qualia apparent, & ſemper in ſomnis contingit deceptio, niſi potentia iudicatrix ſuperior contradicat; quæ tamen impoſſibile eſt, vt contradicat, ſi lateat, quòd ſenſus dormiunt: & ideò, vt contradicat, & benè iudicet inter phantaſma, aut ſimulacrum, vel ſimilitudinem rei, & inter ipſam rem, & vtrùm reuerà ſit Coriſcus, v.g. is, qui videtur; an verò ſolùm videatur eſſe Coriſcus, qui Coriſcus non eſt, neceſſariò debet per ſenſum communem fideliter illi renunciari, vtrùm ſenſus exteriores benè operentur, & vigilent; an verò ſint impediti, & dormiant: & vbi hoc compertum habuerit, benè poteſt contradicere, & diſcernere inter rem, & inter apparentiam rei; & iudicare, quòd ſit ſomnium, vel non ſit ſomnium.

Et confirmatur: quia, cùm facultas, ſeu virtus deliberandi ex Ariſtot. 3. *de anima, text.* 52. *&* 6. *Ethicor. c.* 1. ſit ipſe intellectus practicus, & hic neceſſariò verſetur circa ſingularia, quæ poſſunt aliter ſe habere, & ideò cadunt ſub conſultationem, omninò debet eſſe coniunctus cum ſenſu, ad hoc, vt benè, & certò deliberet; non modò, quia ſpecies intelligibiles non repræſentant ſingularia determinata, niſi coniuncta cum illorum phantaſmatis determinatis; & ſpecies hominis, v.g. non repræſentat Petrũ,

niſi coniuncta cum phantaſmate Petri, vt dicitur *in libris de anima*, ex veriori ſententia Ariſtotelis,& veterum Peripateticorum; ſed etiam, quia ſolùm à ſenſu poteſt de illis habere certitudinem, qui & per ſe ipſe ſemper eſt verus, ſi babeat omnia requiſita,vt dicitur 2.*de anima,text.*156. & de eadem veritate ſui obiecti,ſolus poteſt facere fidem aliis potentiis ſuperioribus. Vnde & dicitur 7.*Metaph.text.*53.de ſingularibus & corruptibilibus, quòd ſi abſceſſerint à ſenſu, non poſſunt eſſe manifeſta: & 6. *Ethic.c.*8.*in fine*, quòd, quemadmodum certitudo ſcientiæ eſt à primis principiis indemonſtrabilibus; ita & certitudo prudentiæ eſt ab vltimis, quorum eſt ſenſus, id eſt, à ſingularibus. Quia ergo ſenſus tempore ſomni ſunt ligati,quemadmodum non poſſunt ipſi per ſe eſſe veri,& certi de ſuis obiectis; ita neque poſſunt facere fidem intellectui practico, & facultati deliberandi, neque hic intellectus poteſt eſſe certos, & certè, & benè deliberare de humanis actionibus, provt requiritur ad voluntarium, & ad peccatum.

5. *Quare in ſomnis non poſſit eſſe voluntarium, & peccatum.* His autem poſitis,facilè explicatur id, quod intendimus, id eſt, quare in dormientibus non poſſit eſſe voluntarium,de quo loquimur,& peccatum: ſi enim loquamur de ſomno, quando contingit ex tanta copia, & motu vaporum, vt liget non modò ſenſus exteriores,& ſenſum communem; ſed etiam imaginationem, & phantaſiam, nemo non videt, quare in illo non poſſit eſſe voluntarium:ideò enim non eſt,quia ligata imaginatione, & phantaſia,nulla poſſunt apparere phantaſmata; & ideò neque eſſe intellectiones, quæ in hac vita ſine phantaſmate eſſe non poſſunt, & ex conſequenti neque etiam volitiones, quæ ſolùm poſſunt eſſe circa obiectum præcognitum: ſi verò loquamur de ſomno, in quo ſimiliter ex inordinato motu vaporum apparent phantaſmata ſolùm diſtorta,& deprauata; ideò non poteſt in illo eſſe voluntarium,& peccatum;quia intellectio, quæ conſequitur, ſolùm eſt deprauata ex prauitate phantaſmatum: & dum homo ſic operatur ex hac apparentia,non agit modo hominis proprio; ſed potiùs agitur,more brutorum ex apparentia,& efficacitate obiecti: & quemadmodum error, & deceptio facit inuoluntarium etiam in vigilia, vt *infrà* dicemus,quando agemus de ignorantia; ita & à fortiori illud facit tempore ſomni, cùm ſemper impoſſibile ſit, vt quod fit ex huiuſmodi errore,aut deceptione, ſit à principio cognoſcente ſingula, in quibus eſt actus;ſicut requiritur ad rationem voluntarij; & idem eſt,ſi ſomnus contingat ex motu vaporum magis ſedato, & phantaſmata ordinata appareant, & magis amara, & recta contingant ſomnia; ſed ſenſus communis ſit benè ligatus: dum enim is,qui dormit,non poteſt per ſenſum communem iudicare, quòd ſenſus exteriores non vigilent, & non operentur,neque etiam poteſt diiudicare inter rem, & inter ſimilitudinem rei; & vtrùm quod videt, ſolùm ſit ſomnium, & apparens, non ſicuti eſt; an verò ſit vera res, & verè apparens,ſicuti eſt: & quemadmodum non poteſt eſſe certus, quòd vigilet, aut quod dormiat; ita neque poteſt eſſe certus,quòd res ita ſit, & per conſequens neque actus, in quem exit, poteſt dici eſſe à principio cognoſcente ſingula,in quibus ipſe eſt, ſicut requiritur ad voluntarium.

Si denique ſomnus ita contingat, vt ſenſus communis aliqua ex parte ſit ſolutus: quia ſimiliter ex aliqua parte eſt etiam ſemper ligatus, non poteſt illius iudicium, & fides, quam facit circa operationes ſenſuum externorum, eſſe certa: & ideò neque poteſt homo certò diiudicare inter res, & inter ſimilitudines rerum: & ſi aliquando aliquas ſimilitudines diſcernat; ſimul tamen in aliquibus decipitur,vt notat S.Thomas 1.1.*q.*84.*art.*8.*ex. ad* 2. Et cùm in ſomno ſemper contingat aliqua admiſtio erroris, & deceptionis, neque poſſit intellectus per conuerſionem ad ſenſus, & ad ſenſibile habere certitudinem ſui iudicij,neque etiam poteſt actus, qui ſequitur tempore ſomni eſſe à principio cognoſcente ſingula, in quibus ipſe eſt, provt requiritur ad voluntarium.Quare,vt ex his omnibus tota ratio concludatur, breuiter dicendum eſt, ideò in dormientibus non poſſe eſſe voluntarium, & peccatum; quia tempore ſomni principium actus,qui eſt ipſe homo, non poteſt cognoſcere ſingula, in quibus eſt actus; neque habere certitudinem ſui iudicij ex fide ſenſuū, cùm ſenſus communis ſemper ſit aliquo modo ligatus, neque poſſit benè iudicare de ſenſibilibus exterioribus, & de operationibus ſenſuum externorum:& ideò non poſſit homo per potentias ſuperiores diiudicare inter ſimilitudines rerum,& ipſas res; & ſemper contingat aliquis error, & aliqua deceptio. Atque hoc modo videtur intelligendum, quod habet Sanch. *in Decal. lib.* 2. *cap.* 38.*num.*55.ex Pereiro *lib.*1.*in Danielem,q.*7. *& lib.* 2.*de magia,q.*9. ideò in ſomnis non poſſe eſſe perfectum vſum rationis, ad peccandum, & ad merendum; quia propter impedimentum,& ligamen ſenſuum, non eſt homo tunc temporis ſuarum actionum dominus, neque eſt in eius poteſtate, vt agat hoc,vel illo modo,aut ſimpliciter non agat; neque ipſe eſt,qui tunc agit; ſed potiùs aliunde agitur: id enim totum, ne dicatur continere petitionem principij, primò, & radicabiliter ex eo prouenit, quia propter ligamen,ſenſus communis non poteſt benè diiudicare inter res, & ſimilitudines rerum; & ideò ſemper agitur aliqua deceptione, & errore, qui tunc contingit; neque poteſt ipſius actus eſſe à principio cognoſcente ſingula, in quibus ipſe eſt. 6.

In lethargo, & ſomno morboſo non eſt voluntarium. Et quod dicimus de dormientibus, debet intelligi non ſolùm de iis, qui dormiunt per ſomnum naturalem; ſed etiam de aliis, qui dormiunt per innaturalem,quales ſunt, qui laborant lethargo, caro,& comate,id eſt, qui cum febre continua, & lenta habent inſuperabilem dormiendi neceſſitatem, quæ appellatur lethargus,aut veternus; vel habent ſomnum profundum, & difficilè ſuperabilem, conſequentem ad febrem, aut etiam ſine febre,qui appellatur à Medicis caros, aut torpor, ſiue marcor; vel denique habent, magnam procliuitatem ad ſomnum,ſed hunc non habent continuum, ſed breuem, & interruptum, & ſæpè expergiſcuntur, & ipſi ſeſe interdum excitant,qui appellatur coma: in his enim omnibus affectionibus ſemper ligatur ſenſus communis; & ideò impeditur vſus rationis,& voluntarium,vt iam explicauimus. Vnde,& rectè,à Medicis omnes huiuſmodi ægroti numerantur inter dementes,vt videre eſt apud Paulum Zacchiam *in ſuis quæſtionibus Medicolegalibus,lib.*2.*tract.*1.*quæſt.*13.

Ad rationem dubitandi initio poſitam patet ex dictis: ſi enim motus vaporum tempore ſomni non ſit tantus, vt impediat imaginationem, & phantaſiam, & ſimpliciter nulla phantaſmata ſinat apparere,& nulla contingant ſomnia;veriſſimum eſt, quòd poſſint contingere intellectiones, etiam de rebus purè intelligibilibus, vt probatur in argumento: ideò tamen non poteſt contingere vera deliberatio, & electio, provt requiritur ad voluntarium, & ad peccatum: quia,quemadmodum ex ligamine ſenſus communis non contingit rectum iudicium inter res,& inter ſimilitudines rerum;ita neque contingit ex parte intellectus rectum iudicium inter veritatem, 7. *Soluuntur rationes dubitandi.*

tem,& inter apparentiam,aut ſimilitudinem ſui obiecti; & ideò qui ioter dormiendum diſcurrunt, & ſyllogizant,quando poſteà excitantur, ſemper cognoſcunt ſe in aliquo defeciſſe, vt loquitur S.Thom. 1.1. *quaſt.54. art.8.cit. ad 2. in fine, & in 4. diſp.9. queſt.vnic.a.4.quaſtiuncula 1 ad 3.& 4.*

8. *Quomodo aliqui inter dormiendum, faciant opera vigilātium.* Ad confirmationem reſpondeo, eos, qui in ſomnis ſurgunt, & ambulant, & faciunt opera vigilantium,non habere omnes ſenſus benè ligatos,& impeditos vaporibus; ſed vnum aliquem, aut etiam plures habere ligatos ſolùm imperfectè;& ideò adhuc animam poſſe per illos operari obſcuras quaſdam, & imperfectas operationes, vt loquitur Gal. *lib.2 de motu muſculorum,cap.4.* Et reuerà huiuſmodi homines, neque ſimpliciter poſſunt dici, quòd dormiant; neque ſimpliciter,quòd vigileot: ſed ſolùm quòd ſe habeant medio modo, & ſimul dormiant, & vigilent ſecundùm quid, & imperfectè, Idque benè probat experientia Ariſtotelis *in libello de ſomniis,cap.3.* quòd ſentiant aliquo modo, & ſonos,& lumen,& ſapores,& tactum;languidè tamen, & veluti procul, & etiam in dormiendo reſpiciant, id eſt, ne palpebras quidem benè claudant, vt exponit eo loco Themiſtius, & dum putant ſe videre, v.g.lumen lucernæ,aut cantus gallinaceorum,& canum latratus audire, mox excitari reuerà comperiant, quòd ſit verum lumen lucernæ,& veri cantus gallinaceorum,& veri canum latratus. Et quidem,ſi huiuſmodi homines tempore ſomni ſolùm efficiant illas operationes, quæ immediatè ſubdunrur imaginationi, vt eſt, v.g ıotus progreſſiuus, ſecundùm quem aliqui in ſomnis, etiam nudi, huc,illuc ambulant, vel motus linguæ ad formandam locutionem, ſecundùm quem multa ſecum ipſi loquuntur, facilè poteſt id explicari, quomodo contingat, etiam cum perfecto ligamine ſenſuum exteriorum, & ſenſus communis; ex ſolo enim actu imaginationis poteſt moueri appetitus ad hoc, vel illud proſequendum, aut fugiendum, & ex actu appetitus, ſatis determinantur potentiæ executiuæ; & facilè iis ſuppetunt ſpiritus craſſiores, qui ad illas operationes ſunt neceſſarij, & non poſſunt impediri ex interpoſitione vaporum, qui faciunt ſomnum, cùm hi maximè occupent vias ſenſuum, à quibus tamen multùm differunt inſtrumenta motus;& ideò,qui inter dormiendum, ſic operantur, maximis periculis ſe exponunt, dum nudi,atque inermes aggrediuntur hoſtes, quod certè non facerent, ſi operarentur per ſenſum tactus, dum loca adeunt valdè ardua, ac penè inuia,& pro inimicis columnas, aut ligna percutiunt, quod non facerent,ſi operarentur per ſenſum viſus:& denique dum neque etiam ad interrogata aptè reſpondent, quod ſignum eſt eos non operari per ſenſum auditus, & abſolutè quidquid iis contingit, ſolùm contingit ex imaginatione, & tanquàm ſomnium, ſine vlla operatione ſenſus propriè dicti:& inde fit, quod neque etiam recordentur huiuſmodi operationum,quas eo modo fecerunt, ſed ſolùm putent ſe illa omnia ſomniaſſe: quia enim operationes illæ exteriores non fuerunt ſenſatæ, vel cognitæ ſenſu, non potuerunt relinquere ſpeciem ſui in memoria, & ideò illarum non poteſt eſſe recordatio.

Si verò in huiuſmodi dormientibus contingant ſenſationes,vt quando ſe veſtiunt, & arma capiunt, & ad interrogata reſpondent, & oculis ipſis vident, vt *ſuprà* diximus *ex libello de ſomnus, cap.3.* ſolùm contingunt huiuſmodi operationes, quia per ſomnum nonniſi imperfectè ſunt ligati ſenſus, & ideò adhuc poſſunt imperfectè operari, & hoc imperfectum ligamen peculiariter contingit ſolùm in aliquibus,non autem in aliis, vel quia peculiariter habent vias ſenſuum magis laxas, & quæ difficiliùs poſſunt benè obſtipari vaporibus, vel quia habent ſpiritus animales magis calidos, & cholericos, ſiue ex complexione naturali, ſiue ex aliqoo accidente, iique faciliùs poſſunt perrumpere vias ſeoſuum, eaſque ſoluere. Et ex primo capite videtur accidere, quòd faciliùs ſoluatur ſenſus tactus, quàm alij ſenſus, & plurimi ſint, qui inter dormiendum ſentiant calorem, aut frigus,ſeque diſcooperiant, vel cooperiant: quia, ſcilicet, ſenſus, tactus minorem habet connexionem cum cerebro, cùm ſit diffuſus per totum corpus, eiúſque viæ minùs poſſunt occupari vaporibus, qui ab illo ioſtigidantur, & deſcendunt, vt notat Fraociſcus Piccolomineus *lib. de ſede animæ,cap.21.* & contrà difficillimè ſoluatur ſenſus viſus, & pauciſſimi ſint, qui aperiant oculos, & videant, propter contrariam rationem.

Ex altero verò capite, id eſt, ex caliditate, & diſpoſitione ſpirituum prouenit, quòd inter dormiendum, ij maximè faciunt huiuſmodi opera vigilantium, qui ad phreneſim ſunt magis diſpoſiti, vt notat Alb. *in ſumma de homine, p.2.quaſt.de ſomno,cap. Vtrùm animal ſimul dormiat, & vigilet.* In his verò ipſis noo contingit poſt ſomnum recordatio eorum, quæ fecerunt tempore ſomni: quia,cùm illæ ſenſationes ſolùm eſſent obſcuræ, & imperfectæ, non potuerunt mouere imaginationem, & relinquere ſpeciem ſui: nam, vt loqoitur Ariſtoteles *in libello de ſomnus,c.1.initio,* eo ferè modo res ſe habet in huiuſmodi ſenſationibus, quo ſe haber in motu locali eorum,quæ mota mouet. Et quemadmodum in his fieri poteſt, vt aliquid ita debiliter recipiat motum ab alio, vt non poſſit illum communicare alteri,& ſolùm ſit motum, non autem mouens: ita etiam ſenſus exteriores aliquando ita debiliter poſſunt moueri à ſenſibilibus, vt noo poſſint deinde mouere imaginationem, idque contingit non ſolùm in ſomno;ſed etiam in vigilia,vt quando alicui cogitationi multùm attendimus: & ideò ita debiliter audimus aliquem, vel videmus, vt deinde non poſſimus recordari, quod audierimus,aut viderimus.

Siue ergo, qui tempore ſomni faciunt opera vigilantium, ſolutam habeant ſolam imaginationem, & ſolùm ex illa operentur, ſiue etiam imperfectè ſolutum habeant ſenſum communem, & vnum,aut plures ex ſenſibus exterioribus, ideò non poteſt etiam in illis,ſi verè dormiunt, eſſe voluntarium,de quo loquimur,& peccatum:quia, cùm etiam ſi ex ligamine ſeoſus cummunis oon poſſint beoè diſcernere ioter rem, & inter ſimilitudinem rei, neque poſſint certò cognoſcere, vtrùm res ita ſit,an verò ſolùm ita appareat, non poteſt eſſe eorum actus ex cognitione ſingulorum, in quibus ipſe eſt; & ideò neque eſſe voluntarius,vt iam diximus.

Ad ſecundum reſpondeo ex S.Auguſtino *lib.12. ſuper Gen. ad litteram,c.15.tom.3.* & S.Thoma *in 4. d.9.q.vnic.art.4.quaſtiuncul.1 ad 1.& 1.2.q.113.a.3. ad 2.& 2.2.q.154.art.5.in corp.* & ad primum, Salomonem non meruiſſe,nec impetraſſe à Deo ſapientiam tempore ſomni;ſed ante ſomnum:& deſiderij, vel poſtulationis verè liberæ & meritoriæ priùs factæ ſignum fuiſſe, quòd eandem poſtulationem repetiit tempore ſomni, & Deus eo tempore ſapientiam dedit; non, quia eo tempore eſſet promeritas ſed,quia alio tempore: & tempus dationis non fuit ex merito, ſed ex libera voluntate Dei. Deinde dico, quæ hîc diximus de carentia vſus rationis pro tempore ſomni,ſolùm intelligi naturaliter,& quantùm eſt ex ſolis facultatibus naturalibus; ſi tamen loquamur ſupernaturaliter,& ex potentia Dei, cer- 9. *Quomodo Salomon tempore ſomni habuerit à Deo ſapientiam.*

tum

Digitized by Google

tum eſt,quòd poteſt Deus etiam in ſomnis tribuere vſum rationis, vt etiam piè creditur illum acceleraſſe,& tribuiſſe Beatiſſimæ Virgini in vtero matris à primo inſtanti conceptionis, & S.Ioanni Baptiſtæ poſt ſex menſes, quando exultauit in vtero, vt notat S.Bernardinus Senen.*ſerm.51.de B. V. cap. 2.art.*1.Caiet.3.*p.q.*27.*a.*3.& Suar. *tom.2. in 3.p.diſp.* 1.*ſect.*7.& Barrad. *tom.*1.*l.*6.*c.*3. & ſimiliter certum eſt,quòd poteſt illum tribuere etiam aliis,& præcipuè ſi per ſe, vel per Angelos immittat ſomnia, vt fortaſſe de facto tribuit veteribus Patribus, quando immiſit:imò,vt notat S.Thomas *in 4.d.9.q.vnic.art. 4.queſtiuncul.*1.*ad* 2. in quarum anima poteſt illuſtrari à Deo, & cauſis ſuperioribus, non modò non ligatur per ſomnum; ſed potiùs magis libera redditur, dum ab aliis corporalibus curis, & cogitationibus abſoluitur. Et addo ex eodem S.Thoma 2.2.*q.*154.*art.*5.*ad* 3.poſſe hominem,etiam ſine miraculo, à Deo increpari, & inſtrui tempore ſomni, vt dicitur *Iob* 32.*cit.* quia ad hoc ſolùm requiritur apprehenſio rationis, non autem certitudo iudicij circa ſingularia: nihil autem prohibet,quòd homo inter dormiendum apprehendat aliquid de nouo; vel ex reliquiis præcedentium cogitationum, & phantaſmatibus oblatis, vel ex reuelatione diuina, aut immiſſione Angeli boni, vel mali, etiamſi non poſſit certò iudicare circa ſingularia,cùm ad hoc requiratur conuerſio ad ſenſus, & ad ſenſibilia, quæ ſunt prima principia cogitationis humanæ, & prima radix certitudinis, quòd non intendatur ſolis ſimilitudinibus, & phantaſmatis, veluti rebus ipſis, vt iam diximus.

DISPVT. XI.

Qua de cauſa voluntarium, & peccatum non poſſit eſſe in ebriis, & temulentis.

1. *Rationes dubitandi, quod in ebriis poſſit eſſe voluntarium.*
2. *In ebriis non poteſt eſſe voluntarium.*
3. *Quare in ebriis non poſſit eſſe perfectè voluntarium.*
4. *Quare magis delirent,qui minùs vino tenentur.*
5. *Grauiter ebriis quare videantur omnia circunferri,& res vna appareat duplex.*
6. *Quare ebrietas in diuerſis hominibus, aliquando faciat effectus contrarios.*
7. *Soluuntur rationes dubitandi.*
8. *Quare ebrij, ſi quid peccent, ſunt digni duplici pœna.*

1. *Rationes dubitandi,quòd in ebriis poſſit eſſe voluntarium.*

PRo ebriis,& temulentis ratio dubitandi poteſt eſſe: quia,quanuis ex Ariſtotele *in probl. ſect.*30. *quæſt.*1. vinum immodicè potatum plurimùm poſſit ad mores euariandos, & prout diuerſimodè bibitur,facilè faciat iracundos, audaces, humanos, miſericordes, ad amandum propenſos; nunquam tamen videtur vſum mentis adimere, niſi quando in ſoporem reſoluit, in modum eorum, qui morbo comitiali laborant; quo tamen tempore eadem ratio eſt de ebriis, atque de dormientibus; &, vt loquitur ibi Ariſtoteles: *Vbi vinum hominem frigentem, taciturnúmque à frigiditate accepit, paulò liberaliori poculo refouet,excitátque ad verba: tum largiori potu, verborum vberem, eloquentem, fidentémque reddit: poſthac proceſſu potandi ampliori, audacem, propenſúmque facit ad agendum: deinde plenius amplificato, in contumeliam, & petulantiam vertit: mox ad inſaniam propemodum accendit: poſtremò nimio ex potu reſoluit, ſtultúmque agit,in modũ eorum, qui à pueris morbo comitiali laborant.* Ex his autem omnibus euariationibus nulla apparet, quæ arguat impotentiam mentis ſimpliciter, niſi poſtrema; ſed ad ſummum aliæ omnes ſolùm arguunt diuerſitatem in apparentiis,& apprehenſionibus rerum,& in ipſa diſpoſitione agendi per ſpiritus calidiores,& actuoſiores: & ex hac ſola diuerſitate poteſt prouenire maior illa verborum copia, maior audacia,& fidentia, maior facilitas ad contumelias, & ad petulantiam; non autem ex carentia vſus rationis.

Et quemadmodum, qui ex natura his iiſdem laborant vitiis, & ſunt, verbi gratia, loquaciores, audaciores,fidentiores, non propterea dicuntur ex natura carere vſu rationis: ita & qui iiſdem laborant ex vino, cùm ex eodem Ariſtotele *ibidem*, eadem cauſa ſit,qua,vel natura, vel vinum mores cuiuſque inſemioare poteſt. Et eadem ratione eſt explicandum,quod *ibidem* habetur,vinum facere propenſiones ad amandum,& eos, qui potant, ſæpè adduci,vt eos oſculentur, quibus nemo ſobrius dare oſculum vellet; vel,quia deformes ſunt; vel,quia ætate prouecti: id enim ſimiliter non prouenit ex defectu rationis, ſed ex diuerſitate in apparentia, & apprehenſione pulchri, & delectabilis, ſecundùm quam hîc,& nunc id apparet, & apprehenditur tale, quod tale non eſt, & alio tempore non apparet, neque apprehenditur; quod tamen ex aliis etiam cauſis ſæpè contingit,quàm ex vino.Et cõfirmatur:quia *ex 3. Ethic.cap.5.& 2.Polit cap.10.in fine, & 2.Rhetor.cap.* 27. ebrij, ſi quid peccent, non modò non excuſantur; ſed duplici pœna ſunt puniendi, id eſt, & propter ebrietatem, & propter peccatum, quod in ebrietate committunt: quod tamen non eſſet, ſi tempore ebrietatis non haberent vſum rationis, neque poſſet iis contingere peccatum,& voluntatium propriè dictum.

Sed breuiter dicendum eſt, certum eſſe debere, quòd etiam ebrietas, ſi ſit perfecta, impediat vſum rationis, & etiam in ebriis non poſſit contingere perfectum voluntatium, & peccatum. Ita expreſsè Ariſtoteles 7. *Phyſ. text.* 20. vbi ait, tam eum, qui dormit, quàm qui eſt ebrius, non poſſe vti ſcientia, & ſecundùm ſcientiam agere; ſed abeunte ſolùm perturbatione, & mente ad tranquillitatem veniente. Et *in libello de ſomnis, c.*3. vbi ait, tam temulentis,quàm melancholicis, & febricitantibus propter multitudinem motuum, & perturbationem vaporum, contingere phantaſmata, & viſiones conturbatas, & monſtruoſas. Et 7.*Ethic.cap.* 3. vbi ait, temulentis tunc ſolui ignorantiam, quando ſoluitur temulentia: ſicut & tunc ſoluitur dormientibus, quando ſoluitur ſomnus. Et ſi quis fortè, dum eſt vino oppreſſus, dicat carmina Empedoclis, ſolùm dicere; non autem ſcire, id eſt, ſolùm materialiter verba prononciare; non autem capere, quid ſubſit verbis. Et *in probl.ſect.3.quæſt.*2. & 26. vbi explicat, quare magis delirent, qui leuiter ſe inebriant, quàm qui grauiter. Et *ſect.* 30. *quæſt.*13. vbi ait, ebrios eſſe amentes, id eſt, ſine mente, & vſu rationis, ſicut & pueri, & inſani. Ita etiam S.Thomas 2.2.*quæſt.*150.*art.*2. *in corp.*vbi ait, ideò ebrietatem eſſe peccatum mortale: quia priuat vſu rationis. Et *art.4.in corp.* & *ad* 3. vbi ait, in ebrietate ligari vſum rationis. Et expreſsè id aſſerit etiam S. Auguſtinus *lib. 22. contra Fauſtum, cap.4. tom.6.* vbi ratione ebrietatis excuſat Lot à peccato inceſtus, quando concubuit cum filiabus, vt habetur *Gen.*19. Neque vllus eſt, qui oppoſitum aſſerat: & ita habet communis omnium ſenſus. Vnde & contumeliæ, quæ fortè dicuntur in aliquem ab homine

2. *In ebriis non poteſt eſſe volũtarium.*

Google

mine ebrio; neque ab illo, in quem dicuntur, neque ab aliis accipiuntur, vt contumeliæ, ſcd vt facetiæ, & ineptiæ; neque mouent ad iram, aut appetitum vindictæ, ſed ſolùm ad riſum.

3. *Quare in ebriis non poſſit eſſe perfectè voluntarium.*

Et ratio facilè conſtat ex dictis de pueris, & de dormientibus: vt enim in pueris ex nimia humiditate cerebri, & totius corpotis, contiouò efficitur magna copia,& magna agiratio ſpirituum & vaporum, per quos deferuntur phantaſmata, & nimia humiditas in ipſis organis ſenſuum interiorum; & ſic impediuntur ſenſationes interiores, vt vel omninò non fiant, vel certè non fiant aptè, & provt requiritur ad intellectionem; & idem contingit in dormientibus ex nimietate, & motu vaporum, qui fiunt ex cibo: ita & in ebriis, ex nimietate vini, ſimiliter efficitur nimietas vaporum, & ſpirituum, eorúmque nimia agitatio, & perturbatio, & nimia calefactio, & alteratio organorum; & per hanc ſimiliter impediuntur phantaſmata, vt vel omninò non appareant, vel ſaltem non aptè appareant; ſed ſolùm perturbata, & monſtruoſa, ſicut & contingit in iis, quæ videntur intra aquas, ſi hæ, nimirum, agitentur, vt *ſuprà* diximus *ex libello de ſomnis*, *c.* 3. Vnde & benè ibidem ſubdit Ariſtoteles, paſſionem, quæ fit in ebrietate, & temolentia, cùm ſit multùm ſpirituoſa; ſicut & illa, quæ fit in aliquibus febricitantibus, & in melancholicis, noo poſſet non facere multum motum, & perturbationem huiuſmodi ſpirituum, & vaporum, & ſic impedire rectam, & aptam phantaſmatum apparentiam, & facere, vt ſolùm appareant perturbata, & monſtruoſa. Et 7. *Phyſ. text.* 20. docet tunc ebrium poſſe vti ſcientia, quando abeunte perturbatione redit mens ad tranquillitatem. Et *in probl. ſect.* 30. *quæſt.* 13. ideò ebrius eſſe inſanos, quia nimius calor, qui in ipſis eſt, facit, vt motu plurimo, vehementiſſimóque inquietentur, & tunc incipere eſſe prudentiores, quando hic motus deſiſtit.

4. *Quare magis delirent, qui minùs vino tenentur.*

Et ſimiliter in hanc eandem vaporum nimietatem, & nimiam agitationem refert idem Ariſtoteles plurima alia, quæ contingunt in ebriis, vt videre eſt *in iiſdem problematis*, præſertim *ſect.* 3. ſic enim *quæſt.* 2. *&* 26. ait contingere, quòd magis delirent, & magis peccent, qui minùs vino tenentur, quàm qui magis: quia, ſcilicet, qui vehementer ſunt ebrij, omninò ſoluuntur, & languent; & ideò ne tentant quidem aliqua iudicare: at verò leuiter ebrij, quia vino ita tenentur, vt non penitùs impediantur, ſimul iudicant, & prauè iudicant; & hinc ſæpiſſimè accidit, vt & ipſi alios contemnant, & contemni ſe putent ab aliis; quia, ſcilicet, cùm de hoc vtroque ferant iudicium, de vtroque prauũ ferunt iudicium.

5. *Grauiter ebriis quare videantur omnia circunferri, & res vna appareat duplex.*

Et *q.* 9. *&* 20. inde ait cõtingere, quòd grauiter à vino detentis videantur omnia circunferri. Et *quæſt.* 10. *&* 29. quòd ebriis ſæpè res vna videatur plures. Et *quæſt.* 30. quòd iiſdem lingua oberret, nec reddere vocabuli articulum poſſit: qoia enim vaporibus vini etiam nerui oculorum replentur, eorúmque motu, & agitatione etiam ipſi, & pupilla quaſi loco mouetur, iudicatur motus contingere in ipſis rebus, cùm parum referat quoad actum iudicij, vtrùm motus ſit in ipſo organo viſus, an in re obiecta viſui. Et quemadmodum, ſi digitus oculo ſupponatur, & pupilla ſuo loco moueatur, quod vnum eſt, geminati videtur: ita etiam, ſi motio pupillæ contingat intrinſecùs per vapores, cùm parum referat, quòd motio, & quaſi ſuppreſſio oculi fiat extrinſecùs, & per digitum; an verò intrinſecùs, & per vapores. Et denique, quia caro linguæ eſt mollis, & inſtar ſpongiæ, mirum non eſt, ſi ex vaporibus vini multùm madeſcens, amplietur & extollatur, & ad formandos vocabulorum articulos reddatur tardior, & exprimere ſyncerè non valeat.

6. *Quare ebrietas in diuerſis hominibus aliquando faciat effectus contrarios.*

Quare autem vinum, & ebrietas non in omnibus ſemper faciat eoſdem affectus; & aliquos reddat mobiliores, & leuiores ad operandum; aliquos contrà tardiores, & magis impeditos; & aliquos ab operationibus omninò ſoluat, & diu languere, & dormire faciat; non tam in vinum, quàm in diuerſitatem conſtitutionis eorum, qoi vino capiuntur, refert *ibidem* Ariſtoteles *ſect.* 3. *cit. quæſt.* 16. Vt enim ignis ea, quæ ſunt inter ſe diſſimilia, & contraria, diſſimiliter, & contrariè afficit; & glaciem, v. g. ſoluit, & liquefacit, & ſalem indurat: ita & vinum, quos homines inuenit natura tardiores, calefaciendo reddit mobiliores; & quos inuenit mobiliores, magis diſſoluendo reddit omninò immobiles: & quoad hoc idem præſtat, atque balneum, quod corpora benè perſtricta, ac dura relaxat, & facit agiliora; & corpora humida, ac mobilia diſſoluit, & reddit infirmiora. Et ea ratione *ſect.* 30. *quæſt.* 1. in eandem diuerſitatem conſtitutionis naturalis refert, quòd aliqui ex nimio potu fiant loquaces; & aliqui taciturni; aliqui animoſi, & fidentes; aliqui timidi; aliqui læti; aliqui triſtes, &c. Si enim caliditas vini ita ſit moderata, vt naturalem caliditatem foueat atque augeat, eam efficit variationem in moribus, quæ poteſt prouenire ex incremento caloris: & contrà, ſi ita ſit immoderata, vt ſua nimietate calorem naturalem extinguat, ſicut & carbones candentes extinguuntur ſuperinfuſa aqua, aut ignis quomodocunque aliter tranſpiratione prohibita eam efficit, quæ poteſt prouenire ex defectu caloris, id eſt, facit loquaces, animoſos, iracundos, audaces, humanos, amatores, miſericordes, lætos, ſi ſit primo modo; & contrà taciturnos, timidos, triſtes, torpentes, inhumanos, auaros, ſi ſit ſecundo modo.

7. *Soluuntur rationes dubitandi.*

Et per hæc patet ſolutio ad rationem dubitandi initio poſitam: falſum enim eſt, quòd tunc ſolùm ebrietas inducat, aut arguat impotentiam mentis, quando occupat vires motiuas, totúmque hominem in ſoporem, ac ſomnum reſoluit; ſed illam tunc etiam arguit, & inducit, quãdo ex nimietate, & motu vaporum, impedit rectas apparẽtias phantaſmatum, & immutat organa ſenſuum interiorum: & quanuis non quæcunque diuerſitas in apparentiis, & apprehenſionibus rerum perfectè tollat vſum rationis, & inducat perfectam impotentiam mentis, & facilè poſſit contingere, vt qui ex vino, vel ex natura ſunt facti loquaciores, audentiores, fidentiores, non omnes careant vſu rationis, & ſint amentes; ſi tamen huiuſmodi diuerſitas ſit magna, omninò tollit vſum rationis, & inducit amentiam: quia ſic etiam in aquis, quanuis commotio, & agitatio, ſi ſit leuis, non perfectè impediat apparentiam rerum, & iudicium viſus circa ea, quæ in aquis cernuntur; ſi tamen ſit magna, omninò facit, vt rerum ſimulacra appareant perturbata, & monſtruoſo, & omninò impedit iudicium ſenſus, vt *ſuprà* diximus *ex libello de ſomnus*, *cap.* 3. Et idem eſt dicendum de iis, qui ex vino redduntur propenſiores ad amandum, & eos etiam oſculantur, quibus nemo ſobrius dare oſculum vellet: quanuis enim id poſſit contingere ſine perfecta amentia; poteſt tamen etiam contingere ex perfecta amentia; & quòd de facto ex illa contingat, vel noo contingat, ex aliis indiciis eſt attendendum.

Ad confirmationem reſpondeo, rectè dici, quòd ebrij, ſi quid peccent, duplici pœna ſunt puniendi: id tameo non eſt ex eo, quia ſemper in ebrietate ſit

vſus

Google

vſus rationis,& peccata,quæ committuntur ſint voluntaria io ſe: ſed, quia ſunt voluntaria ſaltem in alio,id eſt,io nimio potu,qui eſt cauſa ebrietatis:etſi in illo non ſunt voluntaria, vt, verbi gratia, ſi non fuerunt præcognita, ſimpliciter non ſunt voluntatia,nec pœnam merentur,vt patet ex S.Thoma 2.2. *quæſt.*150.*art.*4.& ex iis, quæ communiter dicuntur de iouoluntario ex ignorantia.

DISPVT. XII.

Qua de cauſa voluntarium, & peccatum non poſſit eſſe in furioſis, amentibus,melancholicis, phreneticis, deliris, mente emotis, & mente turbatis.

1. *Pluribus modis poteſt contingere, vt mens lædatur,& ex quibus ſignis poſſit colligi, & probari amentia.*
2. *Ex qua parte corporis contingat læſio mentis.*
3. *Quomodo læſio mentis maximè contingat ex humore melancholico.*
4. *Si læſio mentis ſit totalis, & perfecta, certum eſt, quòd ſimul cum illa non poteſt eſſe voluntarium.*
5. *Fatuitas quomodo contingat.*
6. *Furor & mania.*
7. *Obliuio & defectus memoriæ.*
8. *Icti fulmine quomodo aliquando euadant fatui.*
9. *Rationes dubitandi, quòd voluntarium poſſit eſſe cum læſione mentis, quando eſt ſolùm ex parte, & imperfecta.*
10. *Certum eſt,quòd etiam cum læſione mentis,quando eſt ſolùm ex parte, non poteſt eſſe voluntarium.*
11. *Quare cum læſione mentis non poſſit eſſe voluntarium.*
12. *Quomodo poſſit contingere læſio mentis ſolùm circa vnum aliquod obiectum, non autem circa alia.*
13. *Opinio aliquorum,quòd non poſſit quis carere vſu rationis circa vnum,& non circa alia.*
14. *Poteſt vna potentia impediri ab vna operatione,& non ab aliis.*
15. *Quomodo ex melancholia contingant Sibyllæ, & diuinantes.*
16. *Ex melancholia,ſi incaleſcat,poſſunt effici Poetæ, & Oratores.*
17. *Ex morbo poteſt contingere mutatio quoad bonitatem ingenij.*
18. *Quomodo amentes dicantur carere vſu rationis, etiamſi in multis deliberent.*
19. *Si quis ex amentia non poſſit pænitere, non proptereà eſt extra ſtatum ſalutis.*
20. *Lucida interualla in quibuſdam amentiis quomodo contingant.*
21. *Qua ratione ad mentem redeant, qui inſaniunt in febribus,quando fuerint morti proximi.*

1. *Pluribus modis poteſt contingere,vt mens lædatur.*

EX Hippocrate, & Medicis omoes iſtæ enumerantur tanquàm ſpecies, aut modi, quibus ex toto,vel ex parte,impeditur, aut tollitur vſus rationis,vt benè aduertit excellentiſſimus Medicus,& in Philoſophicis diſcipulus olim meus, Ioannes Manelfos *in ſuis prognoſticis,cap.de mentis turbatione,emotione,delirio,& inſania.* Si enim ratio perfectè & qooad totum impediatur;id eſt,quoad omnes materias; non autem ſolùm quoad aliquas;ſed impediatur ſine febre; dicitur furor,melancholia,mania,inſania,& amentia: ſi verò in totum,& perfectè impediatur, ſed cum febre,dicitur phreneſis,quanquam hoc nomine generaliter accepto, ea omnis affectio appellati aliquando ſolet, qua φρένας, id eſt, mentem lædi contingit, vt notat Gal. *in prorrhet. lib.*1.*com.*1.& ſi mens noo perfectè impediatur; ſed ſolùm ex parte,id eſt, in vna tãtùm,aut pluribus rebus, non autem in omnibus; vel pro certis tantùm temporibus,non autem pro ſemper;ita tamen,vt error,& deceptio,quæ ſic contingit,non poſſit aduerti ab ipſomet operante, dicitur delirium. Et ſi impediatur ſolùm ex parte, id eſt, in vna tantùm re, & ad modicum tempus; ſed ita vt poſteà error,& deceptio facilè deprehendatur ab ipſomet operante,dicitur mentis emotio. Et denique, ſi vſus rationis,ſiue in totum, ſiue ex parte non impediatur perfectè,ſed ſolùm imperfectè, & qui intelligit, verbi gratia,non ita intelligat,vt ſolebat; ſed minùs profundè, & minùs conformiter ad rem ipſam, minùs clarè,ac minùs promptè; & ideò neque poſſit benè ſe declarare, neque verba illi occurrant, nec promptè, & ſolidè ad ioterrogata reſpondeat, dicitur mentis perturbatio.

Et quamuis plures ex his ſpeciebus,aut modis inſaniæ,vel mentis non ſanæ, ſatis ipſæ ſe prodant; ſi tamen contingat de aliquo dubitari, vtrùm ſit ſanæ mentis,néne, ex pluribus ſignis poteſt id colligi, vt ex Iuriſtis notat Caſtren. *in l. Idem Iulianus.* §. *conſtat.num.*7.*ff.de leg.*1. *& in l.quidam in ſuo teſtamento.num.*5.*ff.de condit.inſtit.*Iaſon.*in l.idem Iulianus.cit.* Menoch.*conſ.*82.*num.*213.*volum.*1. Rota *in nouiſſ.p.*1. *deciſ.*107. *n.*5.Et ex Medicis benè colligit Paulus Zacchias *in quæſtionibus Medicolegalibus, lib.*2.*tit.*1.*q.*3. Primò enim ex operationibus merè corporalibus ſanæ mentis defectum ſatis oſtendit, ſi quis dum ambulat,lutum non vitat,neque à malis paſſibus cauet,vel eò fertur,non quò finis, & certa intentio; ſed quò pedes hominem ducunt, vel ſi lapides iacit,vel ſi membra ineptè mouet,ſi os diſtorquet,ſi toruè intuetur. Et ex his ſignis amentiam colligit Menoch.*de præſumpt. præſumptione* 45.*num.* 22.& Sforzia Oddus *conſ.*93. *num.*12. Deinde ex operationibus magis ciuilibus idem oſtenditur, ſi quis non ſalutet, & colat, quos debet; ſed contrà quos non debet, & cum his diu verſetur, non cum illis; vel ſi bona ſua irrationabiliter donet,vel quibus non debet,vel quantùm non debet,& ex huiuſmodi donationibus irrationabiliter factis amentiam probat idem Menoch. *de arbitr. iud.c.*68.*num.* 4.*lib.*1.Pariſ.*de reſignat benef.lib.*9.*q.*19.*num.*7. Farinac. *reſponſ.crimin.*41.*n.*29.*lib.*1.

Ex quibus ſignis poſſit colligi & probari amentia.

Tertiò ex verbis amentia oſtenditur, ſi quis ineptè, & inordinatè loquatur,& ſenſum animi exprimere neſciat;ſi præter ſuam naturam ſit loquax, aut taciturnus;ſi audax,& impudens; vel è contrà modeſtus, & meticuloſus: ſic enim Hippocrates 1. *prorrhet.ſent.*44. & ibi Gal.*com.*2.*text.*29. ex audaci reſpooſo hominis alioqui benè compoſiti, & modeſti, phreneſim colligunt. Ex hoc taoien ſigno, non eſt temerè iudicandum:quia ſæpè ex eleuatiooe calidiorum vaporum ad caput, poteſt qois eſſe loquacior,& aliqoa dicere extra rem; nec tamen proptereà eſt damnandus amentiæ; nec quæ forè gerit in hoc ſtatu, cenſeri debent ex mentis defectu,eſſe nulliter geſta,cùm ipſemet,vel ex ſe ipſo,vel ab aliis monitus id benè aduertat,ſibique caueat: quod tamen non eſſet,ſi laboraret amentia.

Quartò ex aliis ſignis colligi poteſt amentia, vt, verbi gratia, ex animi paſſiooibus diu, & ſine cauſa durantibus, vt patet ex Hippocr. 6. *Aphor.*26. & Gal.*lib.*3.*de loc.aff.cap.*7. qui ex timore, & mœrore abſque

abſque cauſa diu perdurante, colligunt melancholicum. Idem eſt de riſu, & lætitia, vel etiam fletu, & mœſtitia abſque cauſa, vt patet ex eodem Hippocr. *epiſtola 10 ad Damagetum*. Idem, ſi quis admiretur res leuiſſimas, & pueriles; ſi amet, aut odiat, quos non debet; ſi fugiat, aut appetat non fugienda, & non appetenda.

Quintò poteſt colligi ex aſpectu, & colore vultus: qui enim inſaniunt, communiter habent oculos valdè concauos, & profundos, & naturali lumine offuſcatos, eóſque in certa aliqua parte diu tenent defixos: & qui ex vitio atræ bilis amentes ſunt, habent colorem fuſcum, & liuidum, & laborant grauedine capitis.

Et hæc omnia tunc maximè cenſeri debent probare amentiam, quando præceſſerunt cauſæ, quæ potuerunt illam inducere, vt, v.g. magna aliqua paſſio animi, magnus morbus.

2. *Ex qua parte corporis contingat læſio mentis.*

Sed horum omnium mentis defectuum, ea tantùm communis & vniuerſalis ratio poteſt afferri, quam tradit Ariſtoteles 1. *de anima. text. 65. & 66.* quia, ſcilicet, aliud quid interiùs corrumpitur, à quo in hac vita dependet mens, & intellectus, id eſt, organa ipſa, & inſtrumenta ſenſuum interiorum immutantur, & ex qualitate, quantitate, & motu ſpirituum & vaporum, per quos deferuntur, & in quibus apparent phantaſmata, & ſpecies rerum, vel omninò impediuntur, vel deprauantur apparentiæ, vt *ſuprà* diximus de pueris, dormientibus, & ebriis. Sed parum refert hoc loco, ex qua parte corporis corrupta, & immutata dicatur contingere læſio mentis, & ad noſtrum inſtitutum perinde eſt, ſiue huiuſmodi immutatio principaliter dicatur contingere in membranis cerebri, & præcipuè in tenui meninge, vt vult Gal. *lib. 4. de cauſis pulſuum, cap. 14.* vel etiam in ipſa ſubſtantia cerebri, quæ ſimul cum meninge ſemper afficitur, vt idem notat *lib. 4. de præſagitione ex pulſibus, cap. 9* ſiue in ſepto tranſuerſo, & præcordiis, quæ ex Ariſtotele *lib. 3. de part. cap. 10.* vbi propter vicinitatem ad ventrem inferiorem, attraxerint ex illo humorem calidum, & excrementitium, continuò mentem, ac ſenſum perturbant; & ideò phrenes appellantur, quaſi participes prudentiæ ſint; cùm tamen nequaquam nullatenus ſint participes; ſed mentis mutationem ex eo ſolùm aperiant, quia ſunt propinquæ iis partibus, quæ illam obtinent; id eſt, quia cordi obtenduntur: quod idem de ſepto tranſuerſo etiam docet Gal. *lib. 5. de locis aff. cap. 4.* vbi ait, perpetuum delirium poſſe contingere etiam ex inflammatione ſepti tranſuerſi; non autem ſolùm ex inflammatione meningis, aut cerebri.

3. *Quomodo læſio mentis maximè contingat ex humore melancholico.*

Siue autem læſio mentis contingat ex læſione, aut immutatione meningis, & cerebri, ſiue ſepti tranſuerſi, ſiue vtriuſque, certum eſt, quòd maximè contingit ex halitibus, & vaporibus melancholicis, vel nigræ, aut atræ bilis, ſi nimiùm occupent organa ſenſuum interiorum, & ſedem mentis: vt enim habet Gal. *lib. 3. de locis aff. cap. 7.* & ſæpè alibi, nigra bilis alia eſt veluti fæx ſanguinis, & admodum ſpiſſa, & fæcibus vini non abſimilis; & communiter dicitur ſanguis melancholicus: & alia eſt ſubſtantiæ multò tenuioris, quæ vomentibus, & olfacientibus videtur acida, & ſolet cauſari ex præaſſata flaua bile, vel ſanguine melancholico: & ſi organa ſenſuum per hanc fuerint intemperata, excitantur huiuſmodi affectiones, per quas læditur mens: quia, vt benè explicat Ariſtoteles *in prob. ſect. 30. quæſt. 1.* humoris id genus, quod atram bilem vocamus, conſtitutioni, & naturæ vniuerſi corporis protinùs ſeſe immiſcet, cùm omne temperamentum calidi, & frigidi ſit, & ex his duobus natura omnis ſeruetur & conſtet, & ipſa huiuſmodi bilis poſſit reddi, & validiſſima, & frigidiſſima, & ad hoc vtrunque aptiſſima ſit ſuapte natura: quemadmodum & aqua, & lapis, aut ferrum; quamuis naturæ ſint frigidæ; ſi tamen multùm caleſiant, & illa ſentitur calidior, quàm ipſa flamma, & hæc calidiora euadunt, quàm ipſi carbones. Si ergo huiuſmodi bilis, quæ natura eſt penitùs frigida, in hoc ipſo frigore modum excedat, hominem facit attonitum, obtorpentem, anxium, & formidoloſum, & eam mentis læſionem inducit, quæ ſumpto ab ipſa vocabulo propriè melancholia appellatur: ſed, ſi multùm incaleſcat, facit ſecuritatem animi, & cantilenas, & eas mentis alienationes, quæ poſſunt ex nimia caliditate induci: & quemadmodum ex diuerſa temperie huius humoris, quam quiſque habet ex conſtitutione naturæ, maximè oritur in vnoquoque diuerſitas morum, & habilitatum; & ij, in quibus multa, & frigida eſt bilis atra, ſtolidi ſunt, & ignaui; & in quibus eſt multa, & calida, ſunt perciti, & ingenioſi, & loquaciores, & amaſij, & propenſi ad omnem excandeſcentiam, & cupiditatem; & ſi caliditas ſit magis remiſſa ad mediocritatem, ſunt prudentiores, & multis in rebus præſtantiores, v.g. in ſtudiis litterarum, in artibus, in Republica; ita & ex diuerſa temperie eiuſdem humoris, vndecunque ſit habita, ſi contingat, vt ſedi mentis ſit vicina, cõtingit diuerſitas in morbis veſaniæ, quibus multi vexantur: &, vt notat Gal. *lib. 2. de cauſis ſymptom. cap. vlt.* quod nobis extrinſecùs fit, altiſſimis tenebris ad aliquod tempus aërem occupantibus, vt non modò viſus impediatur, ſed etiam maximus timor ingeneretur; idem contingit aliquando etiam ab intrinſeco, ſi nigra bilis, aut aliqua melancholici halitus exhalatio occupet ſedem mentis: non ſolùm enim impeditur recta apprehenſio; ſed etiam maximi, & ineptiſſimi metus ingenerantur, vt, verbi gratia, ne contactu alterius corporis durioris ipſe frangatur, qui ſe apprehendit eſſe hominem teſteum, aut vitreum; & ne mundi totius ruina opprimatur, qui eùm apprehendit Atlantis humeris ſuſtineri, & de hoc periculum eſſe, ne à ſuſtinendo deſiſtat: & prout huiuſmodi halitus hanc, vel illam cerebri partem occuparint, in qua ſecundùm Medicos reſident diuerſæ potentiæ, ac ſenſus interiores, diuerſas efficiunt læſiones mentis, lædendo, ſcilicet, potiùs imaginatiuam, v.g. quàm æſtimatiuam, aut memoriam; vel è contrà lædendo potiùs has, quàm illam, vt vult Gal. *lib. 4. de locis aff. c. 2.* Et hinc potuit contingere, vt quidam Theophilus Medicus, apud eundem Gal. *lib. de ſympt. differ. cap. 3.* cùm apoſtemate laboraret in parte anteriore cerebri, aptè reſponderet ad interrogata; quod ſignum erat benè ipſum valere quoad ſenſum communem, qui operatur ſimul cum ſenſu auditus, & aliis ſenſibus exterioribus; ſed in angulo domus videretur ſibi videre, & audire tibicines, eóſque propterea, tanquàm ſibi moleſtos, iuberet eiici; quod ſignum erat non benè ipſum valere quoad imaginatiuam: quanquam fortaſſe, quòd mens lædatur potiùs circa vnum genus obiecti, quàm circa aliud, non tam arguit læſionem in diuerſis organis diuerſorum ſenſuum interiorum, vt vult Gal. & Medici, quàm alterationem, & deprauationem in aliquo alio, vt, v.g. in ipſo phantaſmate, & ſimulacro, quod mouet potentiam interiorem: & quòd Theophilus, verbi gratia, imaginaretur tibicines, potiùs potuit prouenire ex nimia, & monſtruoſa intentione, & efficacitate phantaſmatis ipſorum tibicinum, & ex importuno illius occurſu ad organum imaginationis, quàm ex læſione ipſius organi: ſiquidem hæc eodem modo cauſaſſet læſionem, etiam circa alia imaginabilia, ſicut &

circa tibicines;& illa innaturalis, & monſtruoſa intenſio, & efficacitas, & importuna occurſio certi phantaſmatis, rectè potuit prouenire ex nimia agitatione, & conſiſtentia vaporum, vt ſæpiùs diximus ex Ariſtotele *in libello de ſomnis,cap.3.*

4. *Si læſio mentis ſit totalis, & perfecta certum eſt, quòd ſimul cum illa non poteſt eſſe voluntarium*

His verò poſitis, circa huiuſmodi alienationes mentis, & circa modos, quibus contingunt, facilè conſtat, quare non poſſit ſimul cum illis contingere voluntarium,& peccatum,quando ipſæ alienationes ſunt in totum,& perfectæ: id enim eſt,quia intellectus in hac vita dependet à ſenſibus, & phantaſmatibus:iiſque corruptis, aut vitiatis, neceſſe eſt etiam, ipſum quoad ſuas operationes marceſcere, vt *ſuprà* diximus *ex 2.de anima,text.66.*

5. *Fatuitas quomodo cõtingat.*

Et hoc modo, ſi corporis temperatura ſit valdè frigida,non modò efficitur ea læſio mentis, quæ appellatur melancholia, vt iam diximus ex Ariſtotele *in probl.ſect.30.quæſt.1.* ſed etiam illa, quæ à Medicis appellatur fatuitas, ſumpto, ac deriuato vocabolo à verbo fandi:quia fando,ac loquendo maximè manifeſtatur: propriè enim dicuntur fatui, qui non ſolùm tarditatem, & quaſi ignauiam habent mentis; ſed ipſam etiam mentem vix habere videntur, & ab infantibus, aut pueris vix dignoſcuntur, niſi loquela;& puerili ſemper ingenio, & puerilibus moribus ſunt; nec aliis niſi puerilibus gaudent, & delectantur,vt eſt,v.g.

Ludere par,impar;equitare in arundine longa.

Et hæc omnia ſolùm proueniunt ex nimia frigiditate temperaturæ, ratione cuius ſpiritus animales, in quibus reſident, & per quos deferuntur phantaſmata, neque in ea tenuitate, neque in ea claritate producuntur, neque in ea copia, quæ eſt neceſſaria ad bonas, & conuenientes operationes ſenſuum interiorum,& ad rectas intellectiones: & ideò,quia carent ſufficiente calore pro functionibus cerebri, communiter dicuntur ſine cerebro, vt notat Gal. *lib.2.de locis aff.cap.4.* Et ad hos reducuntur etiam illi, qui ſunt tam rudes & hebetes, vt nihil addiſcant, aut capiant ex iis, quæ omnes communiter ſciunt, & vulgariter dicuntur ſimplices, & per metaphoram, & per contemptum dicuntur fungi, ac ſtipites:quanquam hi non ex quacunque hebetudine mentis, aut tarditate ſunt damnandi, vt amentes ſimpliciter;ſed benè eſt expendenda huiuſmodi tarditas & hebetudo,quanta ſit.

6. *Furor, & mania quomodo contingant.*

Si verò temperatura corporis ſit calidior ex nimia, & innaturali incaleſcentia atræ bilis, & ex eiuſdem præaſſatione, vel alterius cuiuſcunque humoris,contraria ratione,efficitur furor,aut mania,& ex nimia caliditate,tenuitate, & copia,& agitatione eorundem ſpirituum, non poſſunt in illis benè apparere phantaſmata, & conſequenter nec benè fieri operationes mentis: & qui hoc modo inſaniunt, ſunt ſemper audaces, ſemper clamoſi & præcipites ad omnia,vt patet ex Ariſtotele *ſect.30.quæſt.1.cit.*

7. *Obliuio, & defectus memoriæ quomodo contingat.*

Similiter, ſi corporis, & humorum temperatura ſit nimis humida, aut nimis ſicca, ſæpè contingit,vt lædatur memoria: & ſi hæc læſio magna ſit, ſimul cum illa impediatur etiam ratio, vt notat Gal.*lib.3. de locis aff.cap.5.*quia enim ex Ariſtotele *in libello de memoria, & reminiſcentia, cap.2.* neceſſarium eſt ad memoriam, vt imprimatur ab obiecto iam cognito, & ſenſato,quaſi figuræ quædam;ſicut imprimitur ab iis, qui ſigillant annulis: hinc eſt, quòd neque iis, qui ſunt, vt ipſe loquitur, in motu multo, ſiue propter paſſionem, ſiue propter ætatem, fiat memoria, tanquam vtique in aquam fluentem incidente motu & ſigillo;neque iis,qui ſunt nimis frigidi, & duri,& ſicut antiqua ædificiorum, quibus non ingignitur figura.Et hac de cauſa,& valdè iuuenes, & valdè ſenes,& qui ſunt multùm veloces,& qui ſunt multùm tardi, immemores ſunt: quia illis non manet phantaſma,& hos non tangit.

Et idem poteſt contingere etiam ex paſſionibus, & affectionibus prætetnaturalibus, vt, v.g ex morbis, ſi fuerint diuturni, & graues, & præcipuè peſtilentes, vt ex Iuriſtis notat Menoch. *lib.2.de arbitr. iud.caſu 26.num.5.*& ex caſibus, ictibus,& ſimilibus accidentibus, vt videre eſt apud Plinium *lib.7.cap.* 24.vbi refert, morborum,& caſuum iniurias maximè ſentiri a memoria, & eam aliquando particulatim perdi, & aliquando vniuerſam; & quendam ex ictu lapidis oblitum fuiſſe litterarum tantùm; quendam ex præalto tecto delapſum, ſolius matris, & affinium, & propinquorum;& quendam ex ægritudine fuiſſe oblitum ſeruorum; & Meſſallam Coruinum,Oratorem,ſimiliter ex morbo fuiſſe oblitum ſui nominis: hæc enim omnia ex eo contingunt; quia aliquando ex huiuſmodi accidentibus abſumuntur omnes ſpiritus animales, in quibus aſſeruantur phantaſmata ad vſum memoriæ; & aliquãdo non omnes, ſed illi tantùm, in quibus aſſeruantur determinatè hæc, aut illa phantaſmata: & quemadmodum defectus mentis, ſolùm circa vnum, & non circa omnia, maximè prouenit ex defectu vnius phantaſmatis,& non omnium,vt *infrà* dicemus; ita & defectus memoriæ circa vnum.

Et idem contingit etiam in iis, qui icti fulmine euadunt fatui; abſumente, nimirum, igne illo cœleſti omnes ſpiritus animales cerebri, & ipſum cerebrum notabiliter refrigerante, & exſiccante, vt notat Paulus Zacchias *in ſuis quæſtionib. Medicolegalibus,libro 2.tit.1.quæſt.15.num.6.* Et non eſt dubium, quòd hic defectus ſpirituum & phantaſmatum, ex quacunque cauſa tandem contingat, ſi magnus ſit, poteſt cauſare, præter obliuionem, & defectum memoriæ, etiam defectum mentis, vt iam diximus ex Gal. id enim eſt maximè neceſſarium, ſaltem circa obiecta non præſentia, & non actu ſenſata,ad quæ eſt opus phantaſmatis relictis, & aſſeruatis ad vſum memoriæ, vt ex ſe patet. 8. *Icti fulmine quomodo aliquando euadant fatui.*

Sed, quando alienatio mentis eſt ſolùm ex parte, & imperfecta, non facilè conſtat, quare non poſſit ſimul cum illa contingere voluntarium, & peccatum: nam Ariſtoteles *in probl. ſect.30. quæſt.1.* ex eo quòd atra bilis aliquando incaleſcat, iſque calor ſedi mentis ſit in vicino, docet contingere inſtinctum lymphaticum, & ex hoc effici Sibyllas, Bacchas, & omnes, qui diuino ſpiraculo inſtigati creduntur, cùm id accidit, non ex morbo, ſed ex naturali intemperie: & Maracum, ciuem Syracuſanum, tunc fuiſſe Poëtam præſtantiorem, quando mente alienabatur. Et Plato in Phædro, dupliciter ait furorem contingere, id eſt, aliquando ex cauſa corporis, & aliquando immitti diuinitùs, & appellari Diuinitatem. Et certum eſt, quòd ſecundùm veritatem tale quid etiam contingit in Prophetis, & viris ſanctis, quando rapiuntur à Deo, & dicuntur diuina pati. Si ergo huiuſmodi furor, & mentis alienatio, quando eſt à natura, facit diuinationem rerum futurarum, & iuuat poëſim, quæ tamen eſt habitus mentis; certum videtur, quòd ſimul cum illo conſiſtat mens, & vſus rationis, & per conſequens poſſit conſiſtere etiam voluntarium, & peccatum: & à fortiori idem erit, ſi dicatur eſſe immiſſus à Deo. Deinde experientia conſtat, quòd etiam amentes deliberant; quamuis non ex iis principiis, ex quibus homines ſanæ mentis: & ſi quis per amentiam putet, v. g. ſe eſſe ſupremum Principem, & habere ſupremam poteſtatem, omninò deliberabit de puniendo hoc, vel illo delicto, & de 9. *Rationes dubitandi, quòd voluntarium poſſit eſſe cum læſione mẽtis, quãdo eſt ſolùm ex parte, & imperfecta.*

præmiando

præmiando hoc, vel illo præclaro facinore; & electio, vel actus voluntatis, qui conſeqoetur omninò, erit ex voluntate deliberata, vt loquitur S. Thomas 1.2.*quæſt*.1.*art*. 1. & voluntarium præconſultatum, vt loquitur Ariſtoteles 3. *Ethic. cap*.2.*in fine*. Et quemadmodum incontinentes, qui non deliberant ex principiis honeſtatis, & virtutis; ſed ſolius voluptatis, non propterea dicuntur ſimpliciter carere vſu rationis; ſed ſolùm carere recto vſu rationis; & qui laborat ignorantia inuincibili circa aliquod principium, ex quo poſſet meliùs deliberare, adhuc dicitur circa alias rationes, qoas non ignorat, operari modo hominis proprio, & provt homo eſt; ita & qui per amentiam putat ſe eſſe ſupremum Principem, & ſolùm deliberat ex errore putatæ poteſtatis, non videtur dicendus carere ſimpliciter vſu rationis, ſed carere recto vſu rationis: quia, ſcilicet, etiam malè deliberare, id eſt, ex malis principiis, & malè eligere, eſt verum deliberare, & verum eligere: ſicut & malè videre, aut malè audire, ſolùm eſt ipſius videntis aliquid, aut audientis, vt eſt apud Ariſtotelem *in libello de ſomnus, cap*.1.

Tertiò, ſi alienatio mentis, quando eſt ex parte, & ſolùm circa vnum obiectum, non autem circa alia, tollit vſum rationis circa illud, non circa alia, apertè ſequitur, quòd aliquando huiuſmodi amens poſſit eſſe extra ſtatum ſaluris, etiam dum remanet in ſtato viatoris: quod tamen de lege ordinaria non videtur concedendum: nam, ſi ponatur ipſius amentia in hoc eſſe, v.g. qoòd pœnitentia, & remiſſio peccatorum ſit impoſſibilis; ita illi ex amentia impedietur vſus rationis, & libertatis circa pœnitentiam, vt tamen relinquatur circa alia omnia, & per conſequens etiam circa peccata, ac proinde in eo ſtatu ſuæ amentiæ poterit liberè peccare circa pluriora, & circa nulla poterit liberè pœnitere; quod eſt, durante amentia, omninò eſſe extra ſtatum ſalutis. Denique certum eſt, quòd etiam amentes poſſunt deliberare certis temporibus, id eſt, illis, quibus habent lucida interualla: qua verò ratione conceduntur poſſe aliquandu deliberare, eadem poteſt concedi, quòd poſſint ſemper, cùm amentia ſemper maneat, quaſi in actu primo; neque ſit ratio, quare potiùs vno tempore, quam alio poſſit impedire deliberationem.

10. *Certum eſt, quòd etiam cum læſione mentis, quando eſt ſolùm ex parte, non poteſt eſſe voluntarium.*

Sed his non obſtantibus, certum eſt, quòd ſiue alienatio meotis ſit in totum, & quoad omnia, ſiue ſolùm ex parte, & quoad aliqua, & ſiue habeat permanentiam continuatam, ſiue interruptam per lucida interualla, aut etiam quaſi ſolùm in tranſitu, non poteſt ſimul cum illa, & circa eandem materiam, & pro eodem tempore conſiſtere voluntarium, & peccatum, ſiue mortale, ſiue veniale; dummodo ſit vera & perfecta alienatio mentis; non autem ſola perturbatio, aut alienatio imperfecta. Probatur: quia tunc ſolùm poteſt eſſè perfectum voluntarium, quando poteſt eſſe actio hominis, provt homo eſt; quæ tamen eſſe non poteſt, ſi mens, & ratio ſit perfectè impedita, cùm hæc ſola ſit potentia hominis propria, provt homo eſt. Atque hoc modo ex S. Auguſtino, *in quæſtionibus veteris, & noui Teſtamenti, quæſt*.2. *in fine*, dicitur, *cap. aliquos*. 15. *quæſt*.1. *Aliquos ſcimus ſubitò dementes factos, fuſte, ferro, lapidibus, morſibus multis nocuiſſe; quoſdam etiam occidiſſe: captos autem, & iudiciis oblatos, minimè reos factos, eò quòd non voluntate, ſed impellente vi neſcio qua, hæc geſſerint neſcientes: quomodo enim reus conſtitueretur, qui neſcit, quid faciat*. Et *cap. ſeq. Illa cauenda*. dicitur, quòd illa cauenda ſunt, quæ ex noſtra voluntate prodeunt, & quorum nos ſumus domini, & quæ poſſumus non facere, ſi volumus: ſi quis verò per furorem peremerit inoocentem, non propterea obnoxius morti eſt. Et ex iure ciuili quoad delicta idem habetur. *l. Diuus. ff. de off Prætoris*. & quoad contractus, *l. cum aliis C. de curat. fur*. dicitur, quòd furioſus, qui per interualla temporum redit ad mentem, pro iis tantùm temporibus, quibus ſapit, permittitur per ſe adire hæreditatem, & alia omnia facere, quæ ſanis hominibus competunt; & tunc ſolùm non eſt upus, vt eius contractibus ſe adiungar curator. Et ex Mol. *de contr. diſput*. 261. initio. Azor *tom*.3.*lib*.6.*cap*. 14. & aliis communiter, tunc ſolùm poteſt per ſe celebrare omnes contractus, quando habet lucida interualla: quia, ſcilicet, tunc ſolùm poteſt præſtare ſufficientem conſenſum ad ſe obligandum: ſicut autem extra hæc tempora, & quando eſt impeditus vſus mentis, non poſſet per contractus ſe obligare hominibus; ita neque poteſt per peccata ſe obligare Diabolo. Et ratio eſt: quia, ſiue contingat læſio mentis ex læſione organi ſenſus alicuius interioris, & ideò ſit diuturnior; ſiue ex prauitate ſpirituum, & vaporum, per quos deferuntur phantaſmata; & ideò ſit breuior; ſemper facit, vt intellectus formet prauas apprehenſiones, & praua iudicia de ſuis obiectis, ex prauitate, ſcilicet, apparente ipſorum phantaſmatum, & prauitate ſenſationum interiorum, à quibus dependet: & quia vnunquodque ſemper exiſtimatur tale eſſe, quale per ſenſum proponitur, niſi contradicat potentia ſuperior, vt *ſuprà* diximus, dum ageremus de dormientibus *num*. 3. ex Ariſtotele *in libello de ſomnus, cap*.2. *&* 3. & verè Sol exiſtimatur pedalis, ſi iudicetur ſolo viſu; & obiectum tangibile, quod digitorum permutatione, videtur duo, verè exiſtimatur eſſe duo, ſi iudicetur ſolo tactu, & ſic de aliis.

11. *Quare cum læſione mẽtis non poſſit eſſe volũtarium.*

Hinc eſt, quòd obiecta in mente captis ſemper talia eſſe exiſtimantur, qualia proponuntor per deprauata phantaſmata, & ſenſationes interiores: quia, ſcilicet, intellectus, qui ſolus poſſet in illis ſibi, & ſenſibus contradicere, nullum habet principium contradicendi, quandiu durat illa deprauatio, & amentia. Atque hac ratiooe etiam Ariſtoteles *cap*. 2. *&* 3. *cit. ex libello de ſomnus*, vniuerſaliter explicat omnes huiuſmodi deceptiones, quæ contingunt, dum quis exiſtit in vehementi aliqua paſſione, verbi gratia, timoris, aut amoris, & à modica, & leui ſimilitudine; ille quidem ſibi videtur videre hoſtes, & hic dilectum: ſicut & in febribus ex modica ſimilitudine linearum compoſitarum, quæ ſunt in pariete, videmur nobis aliquando in eodem pariete videre animalia: & has apparentias cum his paſſionibus ait aliquando ſic intendi, vt omninò lateat, quòd falſæ ſint: & interdum etiam contingat moueri ad ipſa, ea ſolùm de cauſa; quia non iudicatur per aliam potentiam ſuperiorem, & principem; ſed ſolùm per illam, in qua fiunt phantaſmata, & nulla eſt alia, quæ contradicat, & corrigat.

Vlteriùs verò, quia ſtante hac deceptione in intellectu, non poſſunt actus voluntatis, qui conſequuntur, eſſe a principio cognoſcente ſingula, in quibus ſuot; ſiquidem cum deceptione ſemper ſtat ignoratio eorum, quæ verè ſunt; ideò neque poſſunt verè participare rationem voluntarij, & per conſequens quandiu durat amentia, neque poteſt contingere perfectum voluntarium, neque peccatum. Atque hoc modo S. Thomas *in* 2.*d*.25.*q*. 1.*art*.2.*ad* 7. ait, vſum liberi arbitrij, quanuis non poſſit impediri per ſe; poſſe tamen impediri per accidens, in quantum requirit vſum rationis, & hic requirit

vſum virtutis imaginatiuæ;qui tamen poteſt impediri per læſionem organi,ant phantaſmatis.

Atque hæc ratio non ſolùm id probat, quando amentia eſt in totum, & quoad nmnia obiecta; ſed etiam, quando eſt ſolùm ex parte, & quoad vnum aliqnid tantùm,vel quoad plura:quod enim iam diximus ex Ariſtotele *in libello de ſomnis,cap.2.& 3.* aliquando eontingere iis, qui exiſtunt in aliqua vehementi paſſione,verbi gratia, rimoris, aut amoris, vt videantur ſibi videre eos,quos timent,aut amant, & circa illos verè patiantur emotinnem mentis, & delireut, quandiu durat paſſio; fieri poteſt,vt duret etiam diutiùs:& poſtquàm paſſio tranſiit,ſi,ſcilicet,

12. *Quomodo poſſit contingere læſio mētis ſolùm circa vnum aliquod obiectū, non autē circa alia.*

ex falſa illa, & praua apprehenſione, & apparentia obiecti terribilis, aut amabilis, quæ facta eſt occaſione vehementis paſſionis, relinquatur in memoria phantaſma,& ſimulacrum ſimiliter prauum, ita efficax,vt facilè imprimatur in ſpititibns, & per illos deferatur ad organum ſenſus interioris, eúmqne moueat ad ſenſationem ſimiliter prauam, & conſequenter per illam deprauet intellectionem: quanto enim tempore deprauatum phantaſma retinebit huiuſmodi intentionem & efficaciam ad mouendum ſenſum, eúmque ſic abſorbebit, vt non permittat cogitari de falſitate, neqne intellectui viam aperiat ad contradicendnm, & corrigendum,tanto rempore exiſtimabitur res ita eſſe,& durabit amentia circa illnd obiectum, & non circa alia. Atqne hoc modo exiſtimo accidiſſe, annis ſuperioribus, Patri optimo, atque doctiſſimo noſtræ Societatis, qui cùm ex fluxu epathico perueniſſet ad vitæ extremum,&, vt par erat, totus eſſet in cogitandis rebus æternis, ex morbifica intemperie ſanguinis, & humorum in eam venit imaginationem, & timorem æternorum ſuppliciorum, vt ſibi viſus ſit à Deo habere apertiſſimam reuelationem ſuæ reprobationis,& damnationis; eáque apparentia reuelationis ita inhæſit phautaſiæ, & menti, vt quanuis poſteà conualuerit; ſemper tamen putarit actum iam eſſe de ſua ſalure, & ideò non poſſe ampliùs à ſe elici actum ſpei,atque recipi Sacramenta,eóſque virtutum actus exerceri, qui illnm includerent, aut requirerent: cùm enim eſſet magno vir ingenio, & per conſequens melancholicus, iuxta doctriuam Ariſtotelis *in probl ſect.30.q.1.* facilè potuit ex morbi grauitate, & diuturnitate, vltra modum iu illo refrigerari atra bilis, eúmque reddere multum anxium, & formidolnſum, vt patet ex Ariſtotele *ibidem*: & ex hac paſſione facilè potuit ſibi imaginari reuelationem reprobationis, eámque veram exiſtimare,ob non contradictionem, & correctionem potentiæ ſuperioris, vt diximus *ex libello de ſomnis, cap.2.& 3.* eiúſque phantaſma, & ſimulacrum, falſum,ac prauum, cum eadem intenſione & efficacitate potuit relinqui in memoria, & ſæpiùs ſenſum mouere, eúmque ſic abſorbere, vt non relinqueret locum contradictioni,& correctioni intellectus: & non eſt dubium,quòd ſi huic contradictioni,& correctioni pateret via, & vel ex dictis amicorum, & Medicorum,vel aliunde benè caperet,habuiſſe ſe ex vi morbi phantaſma tantummodo, & apparentiam veræ reoclarionis; non autem ipſam veram reuelationem,ſolueretur omninò delirium, & benè poſſet ſperare de ſua ſalute:ſic enim in re diſſimili ſibimet contigiſſe refert Galenus *lib.4.de locis aff.cap.1.* cùm ardenti febre laboraret, & feſtucas atri coloris, & floccos ſibi videretur videre, cóſque ex lecto, & ex veſtibus amicorum,qui fortè aderant,auferre tentaret: nam, vbi illos audiuit de huiuſmodi feſtucis,& floccis,quos colligebat,inter ſe diſſerentes,ſtatim aduertit,quod verè erat,id eſt,phātaſticas ſolū,ſibique apparentes ex vi febris, illas eſſe; non autem veras: & ad amicos conuerſus:*Rectè*,inquit,*dicitis,ô amici: proinde,ne phreneſis me arripiat,auxilio eſtote.* Atque hac ratione vbi paruit via contradictioni,& correctioni potentiæ ſuperiotis, ſtatim ceſſauit emotio illa mentis ex prauitate phantaſmatis.

Atque ex his omnibus facilè intelligitur,non eſſe admittendum id,quod docet Franciſcus Victoria 13. *Opinio aliquorū, quòd nō poſſit quis carere vſu rationis circa vnum,& non circa alia.*

in relatione, ad quid teneatur homo veniens ad vſum rationis,num.19.& apud Sanchez *lib.1.de matr.diſp.8. num.22.* quòd ſit impoſſibile, aliquem habere vſum rationis circa aliquam materiam moralem,& non circa omnes: quia principia moralia ſunt eadem circa omnes materias, & non poſſunt cognoſci, provt applicantur vni, quin poſſint etiam cognoſci, provt applicantur alteri: & quemadmodum, qui cognoſcit, v.g. in vniuerſum, quid ſyllogiſmns *in Barbara*, benè concludat,tam poteſt hanc cognitionem applicare vni materiæ, quàm alteri: ita & qui cognoſcit in vniuerſum hoc principinm morale,v.g. quòd proximo non ſit nocendum, vel quòd lex Dei ſit obſeruanda, tam poteſt illnd applicare huic materiæ, quòd non ſit nocendum, v.g.in corpore, etſi ſeruanda lex dinina de non occidendo, quàm huic alteri,quòd non ſit nocendum, etiam in bonis externis, & ſit ſeruanda etiam lex de non furando: & ideò ſicnt poteſt ex illo principio deliberare circa vnam materiam; ita & poteſt deliberare circa aliam. Et quod aliquando videmus accidere in phreneticis,amentibus,aur maniacis, vt ſolùm delirent circa vnum aliquid, & non circa alia; non eſt, quia ſimpliciter, & circa omnia non habeant vſum rationis, & non poſſint deliberare; ſed, quia circa aliqnid habent errorem quodammodo naturalem, & inuincibilem.

Quòd verò hoc rotum non ſit admittendum, patet ex eo: qnia, vt diximns, poteſt deprauari vnum phantaſma,abſqne eo,quòd deprauentur cætera omnia: & ideò fieri poteſt,vt ratione illius non poſſint benè applicari principia moralia, ad deliberandum circa vnam materiam,etiamſi applicentur ad deliberandum circa omnes alias:& ſi quis, v.g. per amentiam exiſtimet, ſe eſſe ſupremum Principem, vel etiam Deum, & habere ſupremam poteſtarem vitæ, & necis, certum eſt, quòd ſi veniat illi in mentem de occidendo aliquo, quem putat reum, non poteſt circa hoc deliberare ex illo principio, quòd proximo non ſit nocendum, vel quòd lex Dei ſit obſeruanda; ſed ſolùm deliberabit ex alio principio, v.g. quòd delicta ſint punienda à Principe, & qnòd Deo ſint omnia licita; & ſic malitia, quæ verè eſt in homicidio, erit illi ex phreneſi, & amentiá planè incognita, & per conſequens etiam erit inuoluntaria, & ſimpliciter occiſio vacabit culpa. Et ſi Victoria concedat, vt verè concedit, quòd ex phreneſi, & amentia circa vnum aliquid, & non circa omnia, poſſit contingere error quaſi naturalis, & inuincibilis, ſatis concedit id, quod contendimns, id eſt, poſſe aliquem carere vſu rationis circa aliquid; etiamſi non careat circa omnia. Neque poteſt eſſe quæſtio, niſi de nomine, ſi appellet vſum rationis etiam illam deliberationem, quæ fit in amente ex prauis principiis, & ex prauo phantaſmate, quod poreſt naturaliter corrigi: imò ipſemet Victoria ſtatim ſubdit, non dici aliquem habere vſum rationis ſimpliciter, provt de illo loquuntur Philoſophi, & Theologi, niſi poſſit ſufficienter deliberare in materia morali: neque dici, quòd ſapiat in rebus agendis, etiamſi omnium artium ſit peritus, ac proinde ſi ex amentia hnc illi tollatur,vt non poſſit deliberare circa honeſtatem & malitiam moralem in

aliqua

aliqua certa materia, ſatis debet exiſtimari etiam ab ipſo Victoria, ad hoc vt dicatur ex eadem amentia ſimpliciter carere vſu rationis circa eandem materiam.

Et ex eodem principio, quòd poſſit in aliquo deprauari vnum aliquod phantaſma, abſque eo, quòd deprauentur cætera omnia; & ideò impediri vſus rationis ſolùm circa vnum, non circa omnia; etiam impugnatur id, quod docet Paulus Zacchias *in ſuis quæſtionibus Medicolegalibus, lib.2.tit.1.quæſt.9.num.21.* eum, qui in vno aliquo eſt demens, reputandum eſſe dementem in omnibus; & ideò arcendum eſſe ab omnibus, quæ ſanam mentem requirunt, vt eſt, v.g. conditio teſtamenti, celebratio contractus; & ſi prudenter ſe gerat in aliis, ſolo caſu prudenter ſe gerere; non autem ex certa conſtitutione naturæ, cùm ſpiritus animales, qui intellectioni inſeruiunt, habeat iam vitiatos, & iam dimotos à ſuo ſtatu, & diſpoſitione naturali; & ideò illius prudentiæ non ſit fidendum, cùm facillimè poſſit inſanire, etiam circa alia omnia; ſicut inſanit circa vnum. Sed contrà eſt: quia, vt diximus, fieri poteſt, vt dementia circa vnum non tam proueniat ex vitiata maſſa ſanguinis, & ſpirituum animalium, quàm ex vitiato certo phantaſmate, quod aſſeruatur in certis ſpiritibus; & qui eſt demens ſolùm in vno, non eſt dicendus ſolo caſu eſſe prudens in aliis: quia ea, quæ ſunt à caſu, neque ſunt ſemper, neque vt plurimùm, 2. *Phyſ. text.* 48. quo tamen modo eſt prudens in aliis, qui ſolùm in vno eſt demens: neque eſt timendum, ne inſaniat circa alia, niſi deprauentur etiam alia phantaſmata, quod tamen facilè eueniſſet.

14. *Poteſt vna potentia impediri ab vna operatione, & non ab aliis.*

Quòd ſi obiicias, pro Victoria, impoſſibile eſſe, vt impediatur potentia ab vna tantùm operatione circa aliquod obiectum, & non ab aliis; & oculus, v.g. impediatur à viſione albi, & non à viſione nigri: quia eo ipſo, quòd poſſet circa vnum, & non circa aliud, conuinceretur eſſe diuerſa potentia, iuxta regulam Ariſtotelis 2.*de anima, text.*112. quòd tunc potentiæ ſint plures, quando non conuertuntur cum omnibus actibus; & earum vna poteſt aliquid, quando non poteſt alia; & ideò etiam eſſe impoſſibile, vt impediatur potentia deliberatiua & vſus rationis ſolùm circa vnum, & non circa alia. Contrà eſt: quia, ſi ad aliquos actus vnius potentiæ requiratur aliquid peculiare, quod non requiratur ad alios, facilè poteſt accidere, vt potentia ex illius defectu ſolùm impediatur in ordine ad illos; non autem in ordine ad alios: ſic enim, quia ad actus imaginationis, v. g. circa colores, requiritur phantaſma ipſius coloris, & ad hoc præerequiritur actus ipſe exterior videndi colores; inde eſt, quòd cæcus non poſſit imaginari colores, etiamſi imaginetur alia omnia ſenſibilia, v.g. ſonos, & ſapores: & quia ad videndam; v.g. lucem, aut albedinem valdè illuminatam requiritur certa diſpoſitio in pupilla, inde eſt, quòd ex aliqua ægritudine oculorum poſſit aliquis impediri à videnda luce, abſque eo, quòd impediatur à videnda nigredine. Neque ex hoc, quòd vna potentia per aliquod huiuſmodi accidens impediatur ab vna operatione, poteſt probari, quòd diſtinguatur à ſe ipſa, cùm regula Ariſtotelis ſolùm procedat habita ratione eorum, quæ per ſe conueniunt alicui potentiæ, eiúſque organo; non autem ratione eorum, quæ illi conueniunt ſolùm per accidens. Quia ergo potentia deliberatiua, & vſus rationis, vt rectè exerceatur circa aliquam materiam, ſpecialiter requirit rectum phantaſma circa illam, mirum non eſt, ſi ex huius defectu poſſit ſpecialiter impediri circa vnam materiam, abſque eo, quòd vniuerſaliter impediatur circa omnes.

15. *Quomodo ex melancholia contingant Sibyllæ, & diuinantes.*

Ad primam verò ex rationibus dubitandi *ſuprà* allatis, reſpondeo, veriſſimum eſſe, quòd atra bilis, ſi certo modo incaleſcat circa ſedem mentis, poſſit efficere Sibyllas, & Bacchas, eóque calore agitentur, qui diuino ſpiraculo inſtigari creduntur, cùm id accidit ex natura, vt benè dicitur ex Ariſtotele *in probl.ſect.*30. *quæſt.*1. id tamen non eſt, quia ipſa atra bilis, aut eius calor, ex ſe habeat manifeſtare, aut diuinare futura; ſed ſolùm, quia eſt diſpoſitio ad melius recipiendam illorum impreſſionem à potentia ſuperiore, vt habet idem Ariſtoteles *lib.2. Mor. Eudem.cap.9. non longè à fine*, id eſt, à virtute cœleſtium corporum, vt explicat S. Thom. *quæſt.*12. *de ver. art.*3. & ideò huiuſmodi diuinatio, ſi naturaliter contingat, non ſe extendit, niſi ad illa futura, quæ habent cauſas determinatas in natura; & hæc ipſa futura non diuinantur, aut prædicuntur, niſi fallibiliter, cùm eorum cauſæ à pluribus aliis ſint impedibiles, vt ipſe ibidem ſubdit.

16. *Ex melancholia, ſi incaleſcat, poſſunt effici Poëtæ, & Oratores.*

Et ſimiliter veriſſimum eſt, quòd eadem atra bilis, ſi certo modo incaleſcat, poſſit poëſim iuuare, vt de Maraco ciue, & Poëta Syracuſano benè dicitur ex Ariſtotele, imò & poſſit Poëtas, & Oratores ſimpliciter facere, vt dicitur contigiſſe cuidam ruſtico, qui ex morbo, & phreneſi, ad Medicum, & ad alios multos habuit orationem ita ornatam, & copioſam de ſua ſalute, de vxore, de liberis, ac rebus ſuis, vt omnibus admirationi eſſet. Et cuidam alteri, qui cùm nunquam anteà verſus didiciſſet; ſimiliter tamen ex morbo, ac phreneſi, per octo continuos dies loquutus eſt ſemper verſibus ſatis bonis. Verùm hæc, & ſimilia ex eo contingunt: quia, quemadmodum aliqui ex prima conſtitutione naturæ, eam habent temperiem, vt natura ipſa loquaciores, & eloquentiores, imò & Poëtæ exiſtant, ita poſſunt in eandem temperiem induci ex morbo, vel ex alio accidente, per atræ bilis incaleſcentiam, vt etiam contingit aliquando in ebriis per incaleſcentiam vini, vt *ſuprà* diximus ex Ariſt. *in probl.ſect.*30.*quæſt.*1.

17. *Ex morbo poteſt contingere mutatio quoad bonitatè ingenij.*

Imò & fieri poteſt, vt eadem ratione contingat mutatio, etiam quoad bonitatem, & prauitatem ingenij, ſi contingat mutatio ex aliquo accidente, in temperie, & qualitate humorum: & de facto aliquando ego ipſe id vidi in aliquo, qui poſt morbum ſatis grauem & diuturnum, fuit melioris, & clarioris ingenij; & prætereà morum longè ſuauiorum, quàm anteà eſſet: nam certum eſt id, quod habet Ariſtoteles *lib.2.de part.cap.*4. tenuitate, & munditia ſanguinis animalia eſſe ſapientiora, & illa habere ſenſum nobiliorem, quorum humor tenuior, & ſyncerior eſt; & plurimùm differentiæ exiſtere, ſi ſanguis calidus, aut frigidus ſit; ſi tenuis, aut craſſus; ſi turbulentus, aut nitidus: & id, quod habet *lib.2. de anima, text.*94. ideò hominem inter animalia prudentiſſimum eſſe, quia ſenſus tactus excellit omnibus, & in ipſo etiam genere hominum, ſecundùm hoc idem ſenſorium tactus dignoſci ingenioſos, & non ingenioſos: ſiquidem, qui ſunt duri carne, hi ſunt inepti mente; & qui carne ſunt molles, hi ſunt benè apti. Si ergo huiuſmodi intemperies, quæ facit ad naturalem diuinationem, & ad poëſim, ſimul inducat amentiam circa aliquid, ſimul etiam impediet vſum rationis circa illud, & ſimul erit diuinatio, & poëſis, & amentia, vel carentia vſus rationis, cùm hæc omnia inter ſe non repugnent: nam receptio impreſſionis à cauſis ſuperioribus, per quam contingit diuinatio, eſt multò

faciliot in iis, qui pauciotibus ſenſuum motibu diſtrahuntur, quales ſunt dormientes, & amentes, imò & bruta: &, vt habet Albertus *lib. 3. de anima, tract. 1. cap. 1.* hac de cauſa, ſi homines abſtrahantur à motibus ſenſuum, & à cura carnis, & deliciis corporis, & ſint ſulitarij, faciliùs efficiuntur Prophetæ: quia multus motus ſenſibilium ſuo tumultu impedit in eis manifeſtati effectus cœleſtium; & cura carnis, & deliciæ, & ſollicitudines, & actus multi mundani occupant animam, neque ſinunt eam percipere impreſſiones cœleſtium. Et cùm poëſis maximè conſiſtat in mettu, & rithmo, maximè viget in imaginatioue, & iuuatut calore, ex quo pluta phantaſmata excitautur, & plura occurrunt: quod rotum ſimilitet poteſt conſiſtere cum hoc, quòd vnum aliquod ex huiuſmodi phantaſmatibus ſit deprauatum, & faciat malam apparentiam, & malum iudicium citca ſuum obiectum. Quod verò additur de vetis Prophetis, & vitis ſanctis, qui rapiuntur à Deo, & patiuntut diuina, neque etiam probat, quòd tunc tempotis habeant vſum tationis, cùm hi etiam à Deo impediri poſſint, ſi reuera ita tenentut impreſſiune illa diuina, vt de aliis non deliberent.

18.
Quomodo amentes dicantur carere vſu rationis, etiamſi in multis deliberent.

Ad ſecundum reſpondeo, vetiſſimum eſſe, quòd etiam amentes in multis deliberent, vt etiam *ſuprà* diximus *diſp. 8. num. 2.* Quod tamen hoc loco aſſerimus, ſolùm eſt, impediri in illis vſum tationis, & voluntarium, de quo loquimut, ſi impediatut per amétiam notitia moralis malitiæ, vt, v.g. in caſu poſito, ſi quis exiſtimet ſe habere poteſtarem ſupremam vitæ, & necis; & ideò in pœnam alicuius delicti occidat aliquem: ideò enim huiuſmodi amens non peccat peccato homicidij, & hoc in ratioue peccati non eſt illi voluntarium; quia notitia malitiæ eſt illi impedita per amentiam, neque deliberat de huiuſmodi malitia, etiamſi illa actio ſit illi voluntaria ſecundùm alias rationes, de quibus delibetat. Et idem eſſet, ſi per eandem amentiam monſtruosè proponeretur illi malitia, tanquam ratio proſecutionis; non autem tanquàm tatio fugæ io aliquu actu; & mendacium, v.g. aut blaſphemiam ideò putatet eſſe proſequendam, quia mala eſt; non autem, quia vtilis, aut delectabilis; ſimiliter enim, quia phantaſma malitiæ monſtruoſum eſſet, eamque repræſentaret, non vt malitiam, & tanquàm rationem fugæ; ſed vt bonitatem, & tanquàm rationem proſecutionis, ſimplicitet impediret notitiam veræ malitiæ, & ex conſequenti deliberationem, & vſum rationis, & voluntarium circa illam. Secùs verò eſſet, ſi phantaſma repræſentaret quidem veram malitiam moralem: ſed in eo actu repræſentaret, in quo verè non eſt; & aliquis amens pet amentiam putaret, v. g. quòd dilectio Dei ſuper omnia eſſet peccatum mortale, & ex hac notitia huiuſmodi malitiæ mortalis apprehenſæ, deliberaret de actu dilectionis eliciendo, aut omittendo: tunc enim, ſi eliceret, verè peccaret mortaliter, neque excuſaretur ratione amétiæ: quia hæc non impedit veram notitiam malitiæ; ſed ſolùm facit, vt per errorem apprehendatur, vbi non eſt, quod parum refert, vt patet ex iis, quæ communiter dicuntur de conſcientia erronea, ad quam ſine dubio parum facit, quòd error inducatut ab intrinſeco, & per amentiam; vel ab extrinſeco, & per doctrinam alterius.

19.
Si quis ex amentia non poſſit pœnitere, non proptereà eſt ſimpliciter extra ſtatum ſalutis

Ad tertium reſpondeo, eum, qui ex amentia putat, pœnitentiam, & remiſſionem peccatorum eſſe impoſſibilem, non eſſe dicendum, quòd abſolutè, & omni modo ſit extra ſtatum ſalutis; & pœnitentia, & remiſſio ſit illi ſimpliciter impoſſibilis: nam, ſicut huiuſmodi amentia eſt illi inducta per cauſas naturales; ita & poteſt ab illo tolli per cauſas naturales: & Deus, dum inſtituit huiuſmodi cauſas etiam pro ipſo, etiam ipſum dici debet conſtituiſſe in ſtatu ſalutis; & verè poteſt etiam ipſe pœnitere, & ſaluari, ſicut poteſt conualeſcere ab amentia: & quemadmodum lapis non rectè dicitut abſolutè, & ſimpliciter non poſſe moueri, quando eſt impeditus, & indiget remouente prohibens; ſed ad ſummum ſolùm dicitur non habere potentiam proximam, & expeditam, vt moueatur; ita ad ſummum huiuſmodi amens ſolùm eſt dicendus non eſſe proximè, & expeditè potens pœnitere; ſed ſolùm remotè, & cum impedimento amentiæ; quod ipſum impedimentum, quia contingit ſulùm per accidens, & ex curſu cauſarum naturalium, non eſt abſurdum, vt concedatur etiam de lege ordinaria, poſſe quis ratione illius eſſe aliquo modo extra ſtatum pœnitentiæ, & ſalutis, id eſt, proximè, & expeditè non poſſe pœnitere, & ſaluari. Neque hoc videtur habere maiorem difficultatem, aut abſurditatem in eo, qui eſt amens ſolùm in hac certa materia, de poſſibilitate ſuæ pœnitentiæ, & ſalutis, quàm in eo, qui ſimplicitet eſt amens in omni materia: ſimiliter enim etiam hic eſt viator, cùm nondum ſit in termino; & comprehenſor; neque tamen poteſt pœnitere, & conuerti ſtante amentia; & ſi fortè ab illa fuit comprehenſus in peccato mortali, dici poteſt ſimul etiam fuiſſe illi impeditus ſtatus ſalutis.

20.
Lucida interualla in quibuſdam amẽtiis quomodo contingant.

Ad vltimum reſpondeo, in quibuſdam amentiis ideò haberi lucida interualla, neque impediri pro certis temporibus deliberationem, & vſum rationis: quia cauſa proxima illius non ſemper continuatur; ſed ad certa tempora ſæpè tollitur; vt eſt, v.g. nimia frigiditas, & quaſi immobilitas ſpirituum animalium ex nimia refrigeratione melancholiæ; vel nimia caliditas, & nimia agitatio eorundem ex nimia incaleſcentia eiuſdem humoris, vel ex quacunque alia cauſa. Quemadmodum enim defectus mentis, qui contingit in ſomno, vel in ebrietate, vel in phreneſi, ideò ceſſat, quia ceſſat nimia ſpirituum agitatio ex huiuſmodi cauſis, & ex certis interuallis; ideò iterum redit, quia iterum rẽdit eadem agitatio ex iiſdem cauſis: ita & alij mentis defectus poſſunt ex interuallis ſimiliter abire, & redire; quia abeunt, & redeunt ſimiliter ex interuallis eorum cauſæ. Vnde & Medici benè docent, non in omnibus ſpeciebus dementiæ poſſe ſperari huiuſmodi lucida interualla; ſed ſolùm in iis, in quibus poteſt, & ſolet contingere ablatio cauſæ: & hoc modo non poſſe ſperari in pueris ante debitum tempus; quia nimia humiditas ante illud non tollitur; neque in ſenibus, ſi ex ætate delirent; quia ſimiliter nimia ſiccitas, & nimia frigiditas ex ætate non tollitur: neque in fatuis, ſi tales ſint ex naturali frigiditate ſuæ temperaturæ: neque in aliis, qui contraxerunt amentiam ex morbis diuturnis, ac grauibus, vel ex percuſſione fulminis, vel ex aliquo huiuſmodi accidente, ex quo ſint conſumpti ij ſpiritus animales, in quibus reſidebãt phantaſmata, vel ſit vitiata tota maſſa ſanguinis, & ſpirituum, vel inducta noua tempeties in humoribus, quæ ſit contraria operationibus mentis: & contrà poſſe ſperari in aliis, qui proximam diſpoſitionem ad actus amentiæ modò habent, & modò non habent, vt ſunt, qui inſaniunt ex affectione hypochondriaca, ex apoplexia, epilepſia, vteri ſuffocatione, furore, qui dicitur vterinus, & ex ſimilibus.

21.
Qua ratione ad mentẽ redeant, qui inſaniũt in febribus, quãdo fuerint morti proximi.

Et eadem ratione in iis ægrotis, qui in febribus inſaniunt, poteſt ſperari, quòd parumper ad mentem ſint rediturі, quando fuerint morti proximi, vt notat Valleſ. *in 3. de morb. vulgar. ſect. 2.* in quantum, ſcilicet, poteſt contingere, vt retentrice facultate deficiente, deorſum feratur morboſa illa materia, quæ in

capite

Google

capite exiſtens, impediebat operationes ſenſuum interiorum, & mentis, & ſic potentias ſenſitiuas, & mentem relinquat magis liberas, atque expeditas ad ſuas operationes.

DISPVT. XIII.

Quid, & quotuplex ſit inuoluntarium.

1. *Inuoluntarium opponitur voluntario, & vel eſt ex violentia, vel ex ignorantia.*
2. *Inuoluntarium ſemper tollit rationem peccati, & impedit obligationem moralem.*
3. *Neceſſarium, violentum, coactum, & inuoluntarium ab extrinſeco differunt inter ſe, tanquam ſuperius, & inferius.*
4. *Neceſſitas propriè quæ ſit, & quotuplex.*
5. *Ad violentiam propriè dictam quid requiratur.*
6. *Coactio propriè quibus agentibus conueniat.*
7. *Inuoluntarium ab extrinſeco quid ſuperaddat ſupra coactum.*

1. *Inuoluntariū opponitur voluntario, & vel eſt ex violentia, vel ex ignorantia.*

VOLVNTARIO, & ſpontaneo opponi inuoluntarium, & inuitum, expreſsè aſſerit Ariſtoteles 3. *Ethic. cap.* 1. & Nicænus *lib.* 5. *Philoſophia, cap.* 3. & S. Damaſcenus *lib.* 1. *de fide, cap.* 24. & ideò poſt voluntarium eſt etiam agendum de inuoluntario cum S. Thom. 1. 2. *q.* 6. *art.* 4. *& ſequentib.* Quemadmodum verò voluntarium cauſatur ex duobus, id eſt, ex hoc, quòd ſit à principio intrinſeco, & ex hoc, quòd ſit ex cognitione, aut ſcientia ſingulorum; ita & inuoluntarium, quod eſt illi oppoſitum, & importat priuationem voluntarij, cauſatur ex defectu duorum, id eſt, ex defectu principij intrinſeci, & ex defectu cognitionis: & quia primus defectus maximè habetur per violentiam, & ſecundus per ignorantiam; ideò ex Ariſtotele *ibid.* dupliciter aliquid poteſt eſſe inuitum; id eſt, vel, quia fit vi; vel, quia fit ex ignoratione. Rectè tamen S. Thomas *loco cit. art.* 6. *&* 7. occaſione primi etiam agit de iis, quæ fiunt ex metu, & ex concupiſcentia: quia etiam hæc aliquo modo videntur eſſe ab extrinſeco: & ſicut violentia facit perfectum, & ſimpliciter inuoluntarium; ita & metus, & concupiſcentia facit inuoluntarium imperfectum, & ſecundùm quid, vt dicemus.

2. *Inuoluntariū ſemper tollit rationē peccati, & impedit obligationem moralem.*

Certum verò eſt, quòd tractatio de innoluntario plurimùm facit ad negotium morale, & ad tractationem de peccatis, cùm omne illud, quod tollit voluntarium, eo ipſo etiam tollat peccatum, imò & omnem obligationem moralem, quæ ſine voluntario eſſe non poteſt. Atque huic principio nititur id, quod habet S. Auguſtinus *epiſt.* 122. *& lib.* 1. *de Ciuit. cap.* 18. & refertur 32. *q.* 5. *per totam*, quòd fœmina non ſit dicenda pudicitiam amittere, ſi per vim violetur: & illud *ex cap. maiores. § fin. de Bapt.* quòd nullius reatus notam incurrat, qui contradicens penitùs, & reclamans, violenter cogitur thurificare idolis. Sed circa hæc, & ſimilia rectè monet Med. 1. 2. *q.* 6. *art.* 5. *ad* 1. Val. *ibid. diſp.* 2. *q.* 1. *puncto* 3. Sayr. *lib.* 2. *clau. reg. cap.* 2. *n.* 4 Salas 1. 2. *diſp.* 2. *ſect.* 6. *n.* 55. & omnes communiter, quòd, vt quis excuſetur à culpa ratione innoluntarij, quod cauſatur ex violentia, non eſt ſatis, ſi ſola voluntate interiùs repugnet, vel conſenſum non præſtet; ſed debet præterea etiam exteriùs, & per corpus reſiſtere, quantùm poteſt. Et certum eſt, quòd non excuſaretur à peccato, qui exteriùs daret thura idolis, abſolutè id potens non facere, etiamſi interiùs non intenderet illa colere. Et quanuis communiter, quando ad aliquid nos habemus negatiuè, id eſt, ſolùm permittendo, vel non impediendo illud, neque dicatur voluntarium, neque inuoluntarium poſitiuè, ſed ſolùm non voluntarium negatiuè, vt notat Med. 1. 2. *quæſt.* 6. *art.* 5. *cit.* ex Ariſtotele 3. *Ethic. cap.* 4. vel ad ſummum, inuoluntarium priuatiuè, non autem contrariè, vt notat Salas 1. 2 *diſp.* 2. *ſect.* 1. *n.* 1. ſi tamen præterea habeamus obligationem poſitiuè impediendi hoc ipſum, quod eſt negatiuè nos habere, & non impedire; eſt ſatis ad voluntarium indirectum, & ad culpam, vt *ſuprà* diximus *diſp.* 6. & ſimiliter huic eidem principio nititur, quòd donationes, legata, teſtamenta, contractus, promiſſiones, & alia huiuſmodi nullam inducant obligationem, ſi fiant per vim, vt videre eſt apud Azor. *tom.* 1. *lib.* 1. *cap.* 9. *quæſt.* 1. *in fin.* id enim ſimiliter ſolùm eſt; quia carent ſufficiente ratione voluntatij.

3. *Neceſſarium, violentum, coactū & inuoluntarium ab extrinſeco differunt inter ſe, tanquàm ſuperius, & inferius.*

Vt verò inuoluntarium, eiúſque ratio meliùs explicetur, aduerti debet, non idem ſignificari, quando aliquid dicatur eſſe neceſſarium, & quando dicatur eſſe violentum, coactum, & inuoluntarium ab extrinſeco: ſed hæc omnia differre à ſe inuicem, ſicut ſuperius, & inferius: nam, quanuis aliquando neceſſitas, & violentia pro eodem ſumantur, vt patet ex Ariſtotele 5. *Metaph. text.* 6. *& lib.* 2. *Mor. Eudem. c.* 9. & idem ſit neceſſitare, aut neceſſitatem imponere, quod violentare, aut vim inferre; propriè tamen neceſſitas de omnibus dicitur, quæ ſunt determinata ad vnum, ſiue id habeant ab intrinſeco, v. g. à principio materiali, aut formali, quæ dicitur neceſſitas naturalis, & abſoluta, vt quando compoſitum ex contrariis dicimus neceſſariò debere corrumpi, & triangulum neceſſariò habere tres angulos æquales duobus rectis, ſiue id habeant ab extrinſeco, v. g. à fine, quæ dicitur neceſſitas finis, vt quando, ad ſanitatem dicimus neceſſariam eſſe potionem; vel etiam ab agente, quæ dicitur neceſſitas coactionis, vt benè explicat S. Thomas 1. 1. *quæſt* 82. *art.* 1.

4. *Neceſſitas propriè quæ ſit, & quotuplex.*

5. *Ad violentiā propriè dictā quid requiratur.*

Et violentia ſolùm dicitur de illis, quæ ſunt determinata ab extrinſeco, & ab illo, non quomodocunque agente, ſed paſſo ipſo nihil conferente, & hoc quoque non ſolùm negatiuè ſe habente, ſed etiam poſitiuè reſiſtente, & repugnante per poſitiuam inclinationem ad oppoſitum: hæc enim omnia comprehenduntur communi illa definitione violenti, *ex* 3. *Ethic. cap.* 1. quòd violentum id ſit, quod eſt ab extrinſeco, paſſo ipſo nihil conferente, vt ex communi ſententia explicat Vaſq. 1. 2. *diſp.* 25. *cap.* 2. 3. 8. *& ſequentib.* & Salas *diſp.* 1. *ſect.* 1. *num.* 3. Et patet ex ipſo Ariſtotele *in probl. ſect.* 1. *quæſt.* 6. vbi ait, violentiam eſſe contra naturam. Et eadem intelliguntur etiam in alia definitione, quam communiter tradunt Iuriſtæ *ex l. vis autem. ff. de eo, quòd met. cauſa.* vbi dicitur, quòd violentia eſt impetus maioris rei; qui repelli non poteſt. Per hoc enim, quòd talis impetus non poteſt repelli, & eſt maioris rei, apertè ſignificatur, quòd ſit ab extrinſeco, & contra inclinationem, & impetum repellendi: quanquàm non ſit negandum, quòd ſi violentum ſumatur latiùs, prout opponitur naturali quomodocunque, id eſt, ſiue negatiuè, ſiue contrariè, non requirit, vt paſſum poſitiuè reſiſtat; ſed ſatis habet, ſi poſitiuè non conferat: hoc enim modo ab Ariſtotele 4. *Phyſ. text.* 67. vniuerſaliter dicitur, quòd omnis motus, aut fit vi, aut natura: & 1. *cæli, text.* 10. quòd motus præter naturam eſt contrarius illi, qui eſt ſecundùm naturam: & ideò motus circularis in igne, eſt contrarius motui recto, qui eſt illi ſecundùm naturam. Et *lib.* 3. *de cælo, text.* 18. quòd idem ſit moueri violentia, & præter naturam. Et *lib.* 2. *Mor. Eudem cap.* 9. quòd animalia, & inanimata multa faciunt, & patiuntur

Digitized by Google

vi, id eſt, quando mouentur ab aliquo externo prætet impetum naturalem.

6. *Coactio propriè quibus agentibus conueniat.* Similiter, quanuis violentia, & coactio aliquando ſumantur pro eodem, vt paret ex Ariſtotele 3. *Ethic. cap. 1. cit.* vbi in definitione violenti ponit coactionem, dum ait, *violentum id eſſe, cuius principium extrinſecùs eſt, nihilque ad id confert ille, qui cogitur.* Et *lib. 2. Mor. Endem. cap. 9.* vbi ait, ignem vi, & coactum deſcendete; propriè tamen violentia de omnibus dicitur, quæ ſunt ab extrinſeco, contra inclinationem paſſi; ſiue illa inclinatio ſit ſolùm innata, ſiue etiam elicita: & coactio dicitur ſolùm de illis, quæ ſunt ab extrinſeco contra ioclinationem elicitam, qualis eſt tantùm in iis, quæ agunt ex cognitione.

7. *Inuoluntariū ab extrinſeco, quid ſuperaddat ſupra coactum.* Et denique coactioni hoc modo acceptæ hoc ſupetaddit inuoluntarium ab extrinſeco, provt dicitur ſolùm de homine, quòd ſit contra inclinationem elicitam natutalem, & contra actum appetitus rationalis; ac proinde omne inuoluntarium hoc modo acceptum eſt coactum; & omne coactum eſt violentum; & omne violentum eſt neceſſarium; non antcio è contrà. Dixi autem, *inuoluntarium ab extrinſeco:* quia, ſi loquamur de inuuluntario latiùs, provt comprehendit etiam illud, quod eſt ex Ignorantia, non compatatur, propriè loquendo, ad violentum, ſicut ad ſuperius, vt notat Vaſq. t. 2. *diſp.* 27. *cap.* 1. *num.* 1. Et quia coactio & violentia adhuc poteſt eſſe duplex, vt docet S. Thomas *in 4. diſt. 29. quaſt. 1. art. 1.* & ex illo Conr. 1. 2. *quaſt. 6. art. 6.* id eſt, altera, quæ facit neceſſitatem abſolutam, vt quando quis ab agente extrinſeco corporalitet impellitur ad motum; & altera, quæ facit neceſſitatem conditionatam, vt quando quis cogitur proiicete merces ſub conditione, quòd nolit periclitati; prima tantùm coactio dicitur facere inuoluntarium, & violentum ſimpliciter à S. Thoma *ibidem*, & ſecunda dicitur facere inuoluotarium mixtum, & ſecundùm quid, vt *infrà* explicabimus.

DISPVT. XIV.

Quomodo per violentiam cauſetur inuoluntarium, & quomodo voluntas poſſit illum pati in ſuis actibus.

1. *Doctrina S. Thomæ, quòd voluntas non poſſit pati violentiam in actibus à ſe elicitis; poſſit verò in actibus aliarum potentiarum à ſe imperatis.*
2. *Rationes dubitandi contra ſuperiorem doctrinam.*
3. *Voluntas non poteſt pati violentiam in actibus primò, & immediatè à ſe elicitis.*
4. *Poteſt verò illam pati aliquo modo in actibus à ſe elicitis ſecundariò, & mediante aliquo actu priore.*
5. *Quomodo poſſint eſſe violenti illi actus, qui ſimul ſunt imperati, & eliciti à voluntate.*
6. *Voluntas poteſt pati violentiam in actibus aliarum potentiarum, quos imperat.*
7. *Voluntas in corpus habet dominium deſpoticum; & in appetitum ſenſitiuum habet dominium ciuile.*
8 *Voluntas poteſt pati violentiam, etiam in ceſſatione actuum aliarum potentiarum.*
9. *Non ſolùm applicatio, aut remotio potentiarum; ſed etiam ipſæ operationes, aut ceſſationes ſunt violenta.*
10. *Soli voluntati ſunt violenta, non autē ipſis potentiis.*
11. *Quomodo pars naturaliter exponatur periculo propter conſeruationem totius.*
12. *Creatura rationalis, naturali inclinatione plùs diligit Deum, quàm ſe.*
13. *Operationes aliarum potentiarum, ſi eliciantur contra imperium voluntatis, poſſunt dici aliquo modo violenta, etiam ipſis potentiis.*
14. *Voluntas poteſt pati violentiam in carentia ſuorum actuum.*
15. *Subtractio diuini concurſus, quomodo inferat violentiam voluntati, aut cauſis ſecundis.*

1. *Doctrina S. Thomæ, quòd voluntas non poſſit pati violentiam in actibus à ſe elicitis, poſſit verò in actibus aliarum potentiarum à ſe imperatis.* DE violentia, quæ facit inuoluntarium ſimpliciter ab extrinſeco, duo aſſerit S. Thomas 1. 2. *quaſt. 6. art. 4. & 5.* id eſt, eam non poſſe inferri voluntati, quoad actus ab ea immediatè elicitos, qui ſunt ipſum velle; poſſe autem quoad actus imperatos, & ab alia potentia exercendos, vt eſt, v.g. ambulatio, & locutio: & prætereà eam facere inuoluntarium, quando infertur voluntati; ſicut & facit innaturale, quando iofertur naturæ. Et quidem circa hoc ſecuodum nihil occurrit prætet ea, quæ diximus *diſp. præcedente.* Circa illud verò primum occurrit multiplex difficultas.

2. *Rationes dubitandi contra ſuperiorem doctrinā.* Nam primò, nihil impedit, quominùs voluntas poſſit extrinſecè moueri, & determinari à Deo ad actum poſitiuum, quando ipſa ex ſe ſponte eligeret ceſſationem ab actu, vel contrà poſſit moueri, & determinari ad ceſſationem, quando eligetet actum: & in hoc caſu, tam ceſſatio, quàm actus eſſet ab extrinſeco, id eſt, à Deo, voluntate ipſa nihil conferente, imò & repugnante; ſiquidem vtraque eſſet contra formalem, & voluntarium vſum ſuæ libertatis, eúmque formaliter impeditet: & ſicut ignis, v.g. diceretur verè, & propriè pati violentiam, ſi impediretur, ne calefacetet, quando habet paſſum approximatum; vt de igne Babylonico, qui fuit impeditus, ne comburetet, docet S.Th. *q. 6. de pot. a. 2. ad 3.* ita & voluotarium. Et ſicut ex S.Th. 1. 2. *q. 6. art. 4.* ideò dicitur voluntas poſſe pati violeotiam in actibus aliarum potentiarum, quos imperat; quia per violentiam poſſunt impediri membra exteriora, ne exequantur imperium voluntatis: ita & poteſt dici, quòd patiatur violentiam in ſuis actibus, ſi dum inclinat illos elicere, impediatur, ne eliciat; vel dum inclinat non elicere, cogatur elicere. Et quod dicimus de actu, poteſt dici etiam de continuatione, aut intentione actus, vt ſi voluntas ab extrinſeco determinetur ad actum continuandum, quando ipſa ſponte ceſſaret; vel ad eliciendum intentiorem, quando eliceret ſolùm remiſſiorem: ſicvt enim, ſi lapis ab extrinſeco determinetur ad maiorem velocitatem ſui motus naturalis, quàm alioqui ex ſe poſtulet, dicitur quoad illam pati violentiam; ita & voluntarium.

Secundò idem eſt, ſi ex perfecta cognitione ſummi, ac puri boni determinetur quis ad actum amoris, aut gaudij, vt contingit io Beatis; vel ex cognitione ſummi, ac puri mali, determioetur ad actum odij, aut doloris, vt contingit in damnatis: ſimiliter enim huiuſmodi actus videntur eſſe ab extrinſeco, id eſt, ab efficacitate obiecti, quod reſpectu appetitus, & voluntatis ſe habet, ſicut primum mouens immobile. 3. *de anima, text.* 54 & ſecundùm illos potiùs videtur agi voluntas, quàm agere, vt *ſuprà* diximus de brutis ex S. Damaſceno *lib. 2. de fide, cap. 27.* & à fortioti idem eſſet, ſi extrinſecùs induceretur aliquid aliud, ad quod conſequeretur neceſſariò aliquis actus voluntatis, vt ex vnione hypoſtatica eſt conſecutus in Chriſto actus

actus amoris , & obedientiæ erga Deum.

Tertiò inter actus imperatos non ſolùm numerantur actus eliciti ab aliis potentiis ; ſed etiam eliciti ab ipſa voluntate: vt quando quis ex amore Dei vult dare eleemoſynam, vel dolet de peccatis : ergo, ſi dum voluntas imperat ſibi vnum aliquem actum, eúmque vult per alium actum, quaſi reflexum,Deus per ſubtractionem concurſus illum impediat, vel poſitiue infundat actum oppoſitum , omninò inferet violentiam , & tam carentia actus , quem vult voluntas , quàm poſitio alterius , quem non vult, erit ab extrinſeco ; id eſt , à Deo contra inclinationem elicitam voluntatis, eiúſque violentiæ illud erit optimum indicium , quod pro violentia in vniuerſum,aut pro ratione inuiti ſæpiùs tradit Ariſtoteles 5.*Metaph.text*. 6. 3. *Ethic. cap*.1. *& lib*.2. *Mor. Eudem.cap*.8. vt , ſcilicet , dolorem , & moleſtiam afferat : verè enim , tam carentia actus voliti quàm poſitiua habitio actus noliti eſſet moleſta, ſicut è contrà tam habitio voliti, quàm carentia noliti eſſet iucunda : & ſi Deus ſimul infunderet actus oppoſitos , v.g. volitionem , & nolitionem eiuſdem obiecti , voluntate ipſa ſolùm paſſiuè ſe habente, ſimul inferret duplicem violentiam : ſiquidem ratione volitionis poſtularet voluntas carere nolitione , & ratione nolitionis poſtularet carere volitione , & vtraque eſſet contra vtranque. Neque tollitur difficultas , ſi dicamus , impoſſibile eſſe , quòd huiuſmodi actus producantur à ſolo Deo ; ita vt voluntas per illos ſit ſolùm mota , & nullo modo ſit mouens ſe ipſam : quia , vt habet S. Thom.2.2. *quæſt*.23. *art*.2.omninò implicat contradictionem , vt amor , v.g. non ſit actus voluntatis, & diligere non ſit voluntarium : ſi enim id admittatur , adhuc poteſt vrgeri difficultas in eo caſu , in quo Deus neceſſitet voluntatem ad ſimul eliciendos actus contrarios volitionis , & nolitionis ; vel ſaltem ad ſimul eliciendam nolitionem , quando ipſa ſponte eligit volitionem : tunc enim vel per vtrumque actum infert violentiam , vel ſaltem per alterum; quatenus vel vterque , vel alter eſt ab extrinſeco contra actualem, & elicitam inclinationem voluntatis.

Quartò , ſi admittatur voluntas poſſe pati violentiam propriè dictam in actibus aliarum potentiarum , apertè ſequitur , quòd etiam poſſit illam pati in ſuis : nam , ſi voluntas damnati , v. g. patitur violentiam in apprehenſione Dei amiſſi , & ſummi mali à ſe incurſi : quatenus , ſcilicet , dum ipſa imperat illius ceſſationem , impeditur intellectus à Deo , ne exequatur tale imperium , & per vim detinetur in illo actu;etiam patitur violentiam in ſuo actu doloris , & diſplicentiæ , qui neceſſariò ſequitur ex tali apprehenſione : ſiquidem , quod neceſſariò ſequitur ex aliquo violento , non poteſt non eſſe violentum , vt patet etiam in actu viſionis corporalis , quando ſequitur ex violenta applicatione potentiæ viſiuæ ad tale obiectum , vt concedit S. Thomas.

Quintò , dum dicitur voluntas poſſe pati violentiam in actibus aliarum potentiarum , vel eſt ſenſus , quòd illam immediatè patiantur aliæ potentiæ, & viſio, v.g. ſit violenta potentiæ viſiuæ,quando oculus per vim detinetur applicatus obiecto;vel certè eſt ſenſus , quòd illam immediatè , & per ſe patiatur voluntas ; non primum , quia non minùs potentiæ viſiuæ eſt naturale ipſum videre, quàm ſit ipſum velle potentiæ volitiuæ , & vniuerſaliter impoſſibile eſt, quòd actus ſit violentus ſuæ potentiæ, cùm hæc eſſentialiter ſit inclinatio naturalis , & innata ad illum ; neque ſecundum,quia voluntas non eſt per ſe principium viſionis , & hæc immediatè, & per ſe neque eſt illi ſecundùm inclinationem, neque contra inclinationem,& per conſequens neque eſt naturalis, neque violenta. Sed , vt tota hæc difficultas benè explicetur,

3\. *Voluntas non poteſt pati violentiam in actibus primò,& immediatè à ſe elicitis.*

Dicendum eſt primò : Voluntas non poteſt pati violentiam , ſaltem in actibus primò , & immediatè à ſe elicitis : & ideò illi non poſſunt eſſe inuoluntarij ab extrinſeco. Ita S. Thomas 1.1. *quæſt*.82. *art*. 1.*p*.2. *quæſt*.6.*art*.4. *quæſt*.22. *de ver. art*.5. *&* 8. *& in* 2. *diſt*. 25. *quæſt*.1. *art*.2. Caiet. 1. 1. *loco cit.* Conr. Med. & Thomiſtæ communiter 1. 2. ſimiliter *loco cit*. Vaſq.1.2. *diſput*.26. *cap*.1. Val.1.2. *diſp*. 2. *quæſt*.2. *puncto* 3. Azor. *lib*.1. *cap*.9.*quæſt*.1. Salas 1.2. *diſp*.2.*ſect*.6. *concl*.4. *num*. 66. & omnes communiter. Probatur ratione S. Thomæ *locis citatis*: quia actus elicitus à voluntate eſt actualis motio, & inclinatio illius in obiectum , & ipſa voluntas eſſentialiter eſt potentia ſui motiua , & inclinatiua in illud : ſicut autem actuali inclinationi nihil magis repugnat , quàm vt non ſit inclinatio ſui , vel vt non ſit ſecundùm principium inclinatiuum ſui; ita & nihil magis repugnat , quàm vt ſit violenta , id eſt , ab alio , & contra inclinationem : & alioqui ſi voluntas poſſet aliquid velle per vim, etiam poſſet velle inuita , id eſt , velle non volens, & ſimul eſſe volens , & non volens , quod implicat ; & hoc argumento optimè concludit S.Thom. *in* 2.*diſt*.25.*quæſt*. 1.*art*.2.*cit. ad* 3. quod eodem modo non poteſt Deus cogere voluntatem , quo non poteſt facere, vt duo contradictoria ſint ſimul.

4\. *Poteſt verò illam pati aliquo modo in actibus à ſe elicitis ſecundariò, & mediante aliquo actu priore.*

Dixi autem , *ſaltem in actibus primò , & immediatè à ſe elicitis* : quia in aliis , quos elicit ſecundariò , & mediante aliquo actu priore , vt ſunt illi , quos imperat ſibi ipſi, non videtur negandum, quòd poſſit aliquo modo pati violentiam , vt notat Almainus *tr*.1. *Mor. cap*.2.Vaſq. *diſput*. 26. *cit. cap*.2. *num*. 13. & alij apud Salas *diſput*. 2.*cit. ſect*.6. *num*.67. ſicut enim , ſi imperaret actum amoris,v.g. aut odij erga Petrum , & Deus extrinſecè per ſubtractionem concurſus , talem actum impediret, ceſſatio ab amore , aut odio Petri eſſet illi violenta, id eſt , ab extrinſeco , & contra inclinationem elicitam de illo amando , aut odio habendo : ita , ſi imperaret negationem amoris , & Deus extrinſecè illum infunderet , vel alio modo ad illum determinaret, contraria ratione actus amoris eſſet illi violentus , id eſt , ab extrinſeco , & contra inclinationem elicitam : nam , ſicut in phyſicis tunc motus ad aliquem terminum eſt violentus , quando quies in termino oppoſito eſt naturalis ; & tunc motus eſt naturalis , quando quies in termino oppoſito eſt violenta , vt patet ex iis , quæ dicuntur ab Ariſtotele de motu , & quiete naturali & violenta, 3.*cæli,text*.19. & vniuerſaliter de contrarietate motus , & quietis, 5. *Phyſ. text*. 53. ita & in voluntate tunc eſt violenta ceſſatio ab actu , quando actus eſt voluntarius ex voluntate elicita : & tunc actus eſt violentus , quando ceſſatio eſt voluntaria.

5\. *Quomodo poſſint eſſe violenti illi actus, qui ſimul ſunt imperati,& eliciti à voluntate.*

Verùm hæc violentia in huiuſmodi actibus , qui ſimul ſunt imperati , & eliciti à voluntate , non eſt omnimoda , quaſi illi nullo modo ſint voluntarij: ſiquidem etiam ipſi ſunt actualis inclinatio in obiectum : ſed ſolùm eſt violentia aliqualis : & ſolùm facit , vt ſecundùm vnam rationem ſint violenti, etiamſi ſecundùm aliam ſint naturales : ſicut enim voluntas duplicem habet inclinationem ad actus: id eſt , alteram , quæ illi conuenit , vt voluntas eſt, & alteram, quæ illi conuenit, vt natura, vt patet ex S.Thoma 1.2. *quæſt*. 10. *art*.1. *ad* 1. *& q*. 22. *de ver. art*.5. & ſæpè alibi ; ita poſſunt ſecundùm hanc alt-

qui

qui actus eſſe voluntarij, qui ſecundùm illam ſunt violenti; ſi, ſcilicet, ſint à voluntate, tanquàm agente per modum naturæ, & ſine dominio ſuorum actuum; & ſimul ſint contra voluntatém, prout agit tanquàm voluntas, & cum dominio, & tales eſſent motus ſubiti, & indeliberati in eo, qui per alium actum deliberatum vellet eos non habere: & tamen de facto haberet ex determinatione alicuius extrinſeci, vt notat Med. 1.2. *quæſt.*6. *a.*4. *ſub initium.* Vaſq. 1.2. *diſp.*26. *cap* 2. *cit. n.* 14. & ex illo Salas 1.2. *diſp.* 2. *ſect.*6. *num.*68. *in fine*: & in exemplo poſito, talis etiam eſſet actus amoris erga Petrum in eo, qui ab extrinſeco ad illum determinaretur contra actuale imperium de Petro non amando.

Et hac eadem ratione Med. *ibidem, concl.*4. concedit, quòd aliquo modo etiam voluntas poſſit pati violentiam, ſi aliquid patiatur contra inclinationem naturalem, quam habet ad certum modum operandi: ſi enim neceſſitetur, v.g ad aliquem actum, quem poſtulaſſet elicere liberè, negari non poteſt, quin patiatur violentiam ſecundùm modum operationis; etiamſi illam non patiatur ſecundùm ſubſtantiam, vt notat Salas *ſect.*6. *cit. num.*71. *&* 74. Et quamuis Val. 1.2. *diſp.* 2. *quæſt.*1. *puncto* 3. *ad* 1. *& ad* 2. oppoſitum aſſerat; quia voluntas non habet minorem inclinationem ad operandum neceſſariò, quando Deus efficaciter ita vult, quàm habeat ad operandum liberè: ſiquidem, vt habetur Prou. 21. *Sicut diuiſiones aquarum; ita & cor Regis in manu Domini: & quocunque voluerit, inclinabit illud.* Contrà eſt tamen: quia etiam Deus poteſt inferre violentiam creaturis, vt probat Med. *art.*4. *cit. concl.*4. Vaſq. *diſp.*25. *cap.* 4. & Salas *diſp.*2. *ſect.*5. & ſicut motus lapidis ſurſum, etiam factus à Deo, eſt illi violentus, & contra naturam particularem illius, etiamſi non ſit contra naturam vniuerſalem, quæ eſt ipſe Deus, prout omnia dirigit ad fines vniuerſales; ita & neceſſitas operandi, à Deo inducta, eſt violenta voluntati, quando libertas, & indifferentia eſt illi connaturalis. Neque hanc violentiam negat S. Thomas 1.2. *quæſt.*6. *art.*4. quando vniuerſaliter ait eſſe contra rationem actus voluntatis, vt ſit violentus: nam, ſicut loquitur de actu voluntatis latè acceptæ, prout eſt inclinatio quæcunque à principio intrinſeco cognoſcente, quomodo reperitur etiam in brutis; non autem loquitur ſtrictè, prout ſolùm eſt inclinatio ex deliberatione, & propria hominis: ita & ſolùm loquitur de violentia, quæ eſt contra inclinationem principij intrinſeci cognoſcentis quomodocunque; non autem de illa, quæ ſpecialiter eſt contra inclinationem principij intrinſecè deliberantis: & ſicut nõ eſt de ratione actus voluntatis, quod ſit ſecũdùm inclinationem agendi deliberatè, ſed hoc eſt illi accidentale; & poteſt adeſſe, & abeſſe ſine illius corruptione; ita nec violentia, quæ eſt contra huiuſmodi inclinationem, eſt contra illius rationem; ſed ſolùm eſt contra perfectionem ipſius accidentalem, & ideò ſolùm dicitur violentia ſecundùm modum, non autem ſecundùm ſubſtantiam, vt docet Salas *diſp.*6. *cit. num.*68.

6. *Voluntas poteſt pati violentiam in actibus aliarum potentiarum, quos imperat.*

Dicendum ſecundò: Voluntas poteſt pati violentiam in actibus, quos imperat, aliarum potentiarum. Ita S. Thomas 1.2. *quæſt.*6. *art.*4. *& in* 4. *diſp.*25. *quæſt.* 1. *art.*2. Palud *in* 4. *diſp.*29. *quæſt.*1. Dot. *in* 2. *diſp.*26. *quæſt.*4. *num.*6. Vaſq. 1.2. *diſp.*26. *cap.*3. Val. *ibidem, diſp.*2. *q.*1. *puncto* 3. Azor. *tom.*1. *lib.*1. *cap.*9. *quæſt.*6. Salas 1.2. *diſp.*2. *ſect.*5. *num.*44. & omnes communiter. Probatur exemplo Ariſtotelis 3. *Ethic. cap.*1. quando ventus, aut homines, qui poteſtatem habent, nos aliquò deferunt: *& lib.*2. *Mor. Eudem. cap.*9. quando quis manu alterius arrepta alterum percutit: quamuis ille, cuius manum arripit, renitatur; cùm enim animus & voluntas habeat in corpus dominium deſpoticum, eóque tanquam ſeruo ad nutum vtatur, & in appetitum ſenſitiuum habeat dominium ciuile, & regium, vt docet Ariſtot. 1. *Polit. cap.*3. & ex illo S. Thomas 1.2. *quæſt* 9. *art* 2. *ad* 3. quatenus, ſcilicet, appetitus non ſtatim, & ad nutum obedit, vt faciunt ſerui; ſed ſæpè opponit, vt faciunt ciues, quòd præceptum ſit difficilius, & ſibi minùs expediat, & aliquandiu executionem moratur, vt notat S. Thomas *ibidem,* & Vaſq. *diſp.*25. *cap.*4. *num.*27. non poteſt non pati violentiam, ſi ab extrinſeco impediantur membra corporis, ne exequantur imperium voluntatis, iiſque mediantibus etiam impediantur facultates animæ, quæ illis ſunt alligatæ, & neceſſariò ab illis dependent quoad ſuas operationes; & cùm virtus voluntatis quoad cauſandos per ſuum imperium huiuſmodi actus aliarum potentiarum, non ſit infinita, certum eſt, quòd de facto poteſt peruinci, & efficaciter impediri ab alia virtute maiore, vt etiam contingit in virtutibus aliorum agentium naturalium, quæ hanc ob cauſam ſæpè impediuntur à ſuis actionibus, vt quando lapis, v.g. impeditur, ne moueatur deorſum.

7. *Voluntas habet in corpus dominiũ deſpoticum, & in appetitum ſenſitiuũ dominium ciuile, & regium.*

8. *Voluntas poteſt pati violentiam, etiã in cessatione actuum aliarum potentiarum.*

Et quia voluntas per actum imperij non ſolùm habet in ſua poteſtate ipſos actus aliarum potentiarum; ſed etiam ceſſationes ab actibus: neque ſolùm poteſt imperare actum viſionis, v.g. circa aliquod obiectum, imperando aperitionem, & applicationem oculorum ad illud; ſed etiam negationem viſionis, imperando clauſionem, & remotionem: vtraque ratione poteſt pati violentiam; & tunc ceſſatio eſt illi violenta, quando actus eſſet voluntarius; & tunc actus eſt violentus, quando ceſſatio eſſet voluntaria. Et hoc vtrunque complexus eſt S. Thomas 1.2. *quæſt.* 6. *art.*4. generali illa locutione, quòd membra exteriora poſſint impediri, ne exequantur imperium voluntatis: oculi enim, v.g. tam dicuntur per vim impediri à ceſſatione videndi, quando per voluntatem iubentur claudi, & per aliam poteſtatem extrinſecam, coguntur manere aperti, quàm ab actu videndi, quando a voluntate iubentur aperiri, & ab extrinſeco coguntur claudi.

9. *Non ſolũ applicatio, aut remotio potentiarum; ſed etiam ipſæ operationes ſunt violẽtæ.*

Vtrùm autem violentia, quæ in his caſibus infertur voluntati, ſolùm ſit quoad applicationem, aut remotionem membrorum, & organorum, vt vult Vaſq. *diſp.*26. *cap.*3. *num.*19. an verò etiam quoad ipſas formales operationes potentiarum, operantium per organa applicata, vt vult Salas *diſp.*2. *ſect.* 6. *num.*45. parum refert: ſi enim loquamur de violentia, quæ poſſit inferri à cauſis naturalibus, quoad operationes organicas, certum videtur, quòd ſolùm ſit quoad applicationem, aut remotionem organorum, cùm nulla ſit potentia naturalis ad impediendam, v.g. viſionem, quando oculus eſt applicatus obiecto, & medium eſt illuminatum: ſi verò loquamur in ordine ad Deum ſupernaturaliter operantem, non videtur negandum, quòd poſſit etiam eſſe quoad ipſas formales operationes: ſiquidem etiam applicato, & aperto oculo poteſt Deus facere, vt non ſequatur viſio, contra imperium voluntatis; & vt ſequatur, etiam remoto, & clauſo oculo. Et ſicut, quando imperium voluntatis non impeditur, non ſolùm applicatio organi per potentiam motiuam, ſed etiam ipſa formalis operatio per organum applicatum eſt voluntaria; & per hoc ſolùm ſignificatur, quòd fiat à ſua potentia, connotando, quòd voluntas per actum imperij illam determinet: ita, & quando impeditur, tam remotio organi, quàm negatio operationis per organum, eſt dicenda inuoluntaria ab extrinſeco, & violenta; & per hoc ſimiliter

liter ſolùm ſignificatur, quòd organum remoueatur, & operatio abſolutè non fiat, connotando actum oppoſitum voluntatis. Et ſicut tale imperium voluntatis poteſt impediri adæquatè, & quoad vtrunque quod imperat, id eſt, quoad applicationem, aut remotionem organi, & quoad poſitionem, aut negationem operationis: ita etiam poteſt impediri inadæquatè, & quoad alterum tantùm: vt, v. g. ſi ſolùm impediatur apertio oculi; non autem viſio: vel è contrà ſola viſio; non autem apertio oculi.

10. *Soli voluntati ſunt violenta, non autem ipſis potentiis.*

Et, quamuis Sotus *in 4. diſt. 29. quæſt. 1. art. 1. §. Vtrùm autem.* Med. 1. 2. *quæſt. 6. art. 4. concl. 6.* Val. 1. 2. *diſp. 2. quæſt. 1. puncto 3. §. Adult.* Salas *diſp. 2. quæſt. 6. num* 48. Capr. *in 2. diſt. 24. quæſt. vnica, art. 3. ad arg. Dur. contra tertiam, & quartam concluſionem*, & aliqui alij præſertim Thomiſtæ, apud Vaſq. *diſp. 26. cap. 4. num.* 21. exiſtiment, quando actus huiuſmodi potentiarum eliciuntur contra imperium voluntatis, eos non ſolùm voluntati; ſed abſolutè & ipſis etiam potentiis, à quibus eliciuntur, eſſe violentos; quia violentia ſolùm eſt iudicanda ex inclinatione vniuerſali totius ſuppoſiti, quæ in homine eſt ipſa voluntas, & in brutis eſt ipſe appetitus ſenſitiuus; non autem ex inclinationibus particularibus cuiuſque potentiæ, ſi fortè repugnent inclinationi naturali: contrarium tamen docet Palud. *in 4. d. 29. quæſt. 1. art. 1. concl.* 2. Dur. *in 2. diſt. 24. quæſt. 3. num.* 14. *& diſt. 25. quæſt. 4. n.* 8. Caiet. 1. 2. *quæſt.* 82. *art.* 1. *ad* 2. *contra primam concl.* Conr. 1. 2. *quæſt. 6. art.* 4. Vaſq. *diſp. 26. c. 4. num.* 22. Azor. *tom. 1. lib. 1. cap. 9. quæſt. 6.* & alij, qui aſſerunt, huiuſmodi actus ſolùm eſſe violentos voluntati: & quia voluntas in toto ſuppoſito eſt inclinatio princeps, abſolutè eſſe violentos etiam toti ſuppoſito; non autem tales eſſe dicendos, ſi proximè comparentur cum ſuis potentiis. Et negari non poteſt, quin hoc ſit probabilius: nam, cùm potentia viſiua, v. g. non minùs ſit inclinatio in obiectum viſibile, quàm potentia volitiua in obiectum volibile; non minùs repugnat, quòd viſio ſit illi violenta, quàm quòd huic ſit violenta volitio.

Et quemadmodum motus ſaltationis rectè dicitur eſſe homini violentus, quatenus grauis eſt, & tendit deorſum; & eſſe naturalis, & voluntarius, quatenus eſt rationalis, & operatur ex imperio, vt patet ex Ariſtotele 8. *Phyſ. text.* 27. & S. Thoma 1. 2. *quæſt. 6. art. 5. ad* 3. & idem eſt de motu vectionis, quo quis ex voluntate vehitur curru, & de aliis multis: ita & actus viſionis poteſt eſſe ſecundùm inclinationem potentiæ viſiuæ, eique non eſſe violentus, etiamſi ſit contra inclinationem voluntatis, & violentus voluntati; & vniuerſaliter quando in aliquo ſuppoſito ſunt plures inclinationes, nihil repugnat, quominùs aliquis actus poſſit eſſe contra vnam, & ſecundùm aliam; & vno modo poſſit eſſe violentus, & alio modo naturalis: & hac ratione ſenſus doloris, ex applicatione ignis, aut alia diuiſione continui facta ab extrinſeco, ſimul dicitur violentus; quia eſt contra innatam inclinationem paſſi de conſeruando ſe ipſo, & contra elicitam de remouendo ſenſibili noxio; & ſimul eſt naturalis ipſi ſenſui tactus, qui, ſicut inclinat ad ſenſum delectationis, circa ſenſibile conueniens; ita & ad ſenſum doloris circa diſconueniens: & voluntas ſe occidendi, aut deſtruendi, ſimul eſt contra inclinationem generalem naturæ, quæ habetur de conſeruando ſeipſo; & ſecundùm ſpecialem inclinationem voluntatis, de appetendo omni eo, quod repræſentatur, vt bonum, & de actu eliciendo, vt notat Salas *diſp. 2. ſect. 5. cit. num.* 75.

Neque obſtat, quòd potentiæ, hoc ipſum, quod ſunt, ſunt ſuppoſiti; & ideò magis inclinantur in bonum ſuppoſiti, quàm in ſuum: ſiquidem eſſentialiter ſe ipſas totas in illud referunt, & appetitu innato ſolùm propter illud appetunt eſſe, eique ſoli ſe amant; non autem amant ipſum ſuppoſitum ſibi, aut ſe ipſas ſibi: id enim non probat, quòd potentia viſiua, v. g. poſſit eſſe formalis repugnantia ad videndum, ſi fortè ex aliquo accidente ad bonum ſuppoſiti pertineat, non videre; & quod videre poſſit illi eſſe violentum: ſed ſolùm probat, quòd hoc ipſum, quod eſt, eſt propter ſuppoſitum, id eſt, quod propter illud, & in bonum illius eſt formalis inclinatio ad videndũ: quod tamen non tollitur per hoc, quòd aliquando ipſum videre ex aliqua alia ratione non eſt conueniens ſuppoſito; ſed eſt contra aliquam aliam inclinationem illius. Et quamuis S. Thomas 1. 1. *quæſt. 60. art.* 5. ex hoc ipſo principio, quòd quando aliquid hoc ipſum, quod eſt, eſt alterius; magis, & principaliùs inclinatur in id, cuius eſt, quàm in ſe ipſum; doceat euenire, quòd pars naturaliter exponatur propter conſeruationem totius, vt quando manus ſine deliberatione exponitur ictui ob defenſionem partis nobilioris: & inde probet, quòd Angelus, & creatura rationalis naturali inclinatione plùs diligat Deum, quàm ſe; quia eſſentialiter hoc ipſum, quod eſt, eſt Dei; re tamen vera non intendit docere, quòd pars inclinetur ad deſtructionem ſui, & abſciſſio manus, v. g. & percuſſio, non ſit manui violenta, quando inſeruit ad conſeruationem totius: ſed ſolùm intendit, quòd ſicut pars, hoc ipſum quod eſt, eſt totius: ita & virtus motiua partis eſt propter totum, & motio manus ad repellendum ictum capitis ſit illi ſecundùm naturam, & inclinationem partis, etiamſi exceptio ictus, vel abſciſſio, quæ ex tali motione conſequitur, ſit illi contra naturam, & ſimpliciter violenta. Et hoc eſt ſatis ad probandum, quòd creatura rationalis, ex naturali inclinatione plùs diligat Deum, quàm ſe: ſiquidem, cùm hoc ipſum, quod eſt, ſit Dei; dum ſe ipſam vult eſſe, vult eſſe Deo, & Deum amat amore amicitiæ, & ſe ipſam amore concupiſcentiæ, quod eſt principaliùs Deum amare, quàm ſe ipſam, vt notat Vaſq. *in eum locum.*

11. *Quomodo pars naturaliter exponatur periculo propter conſeruationem totius.*

12. *Creatura rationalis naturali inclinatione plùs diligit Deũ, quàm ſe.*

13. *Operationes aliarum potentiarum, ſi eliciantur contra imperium voluntatis, poſſunt dici aliquo modo violenta, etiam ipſis potentiis.*

Sed, quamuis hæc ita ſint, & actus eliciti ab aliis potentiis contra imperium voluntatis, propriè loquendo, non ſint violenti ipſis potentiis; negari tamen non poteſt, quin aliquo modo, & minùs propriè poſſint concedi eſſe violenti, etiam illis: ſiquidem, ſicut voluntas non ſolùm eſt inclinatio ad volendum; ſed etiam ad liberè volendum; & ideò ſi ab extrinſeco neceſſitetur, patitur violentiam quoad modum operandi; ita & aliæ potentiæ non ſolùm ſunt inclinatio ad ſuos actus eliciendos; ſed etiam ad eliciendos iuxta imperium voluntatis; & ſi ad illos determinentur contra imperium, patientur ſimiliter violentiam quoad modum operandi: idque ſolùm voluerunt aliqui ex Authoribus citatis, vt videre eſt apud Val. *puncto 3. cit.*

14. *Voluntas poteſt pati violentiã in carẽtia ſuorum actuum.*

Dicendum tertiò: Voluntas poteſt pati violentiam, tam in carentia eorum actuum, quos imperat, quàm eorum, quos elicit. Ita Almainus *tract. 1. Mor. cap.* 2. Dur. *in 2. diſt. 25. quæſt. 4. num.* 5. Gabr. *ea diſt. 25. quæſt. vnic. art. 3. dub. 1. propoſ.* 3. Med. 1. 2. *quæſt. 6. art.* 4. Vaſq. *ibidem, diſp. 26. cap.* 5. Salas *diſp. 2. ſect. 6. num.* 57. & omnes communiter. Et patet ex dictis: quia, ſicut, dum imperat, v. g. actum videndi, poſſunt oculi ab extrinſeco impediri, ne exequantur actum imperij, & in tali caſu carentia viſionis eſt violenta, & ab extrinſeco contra inclinationem

elicitam

Digitized by Google

elicitam voluntatis; ita dum imperat, v. g. actum amoris erga Petrum, poteſt à Deo impediri per ſubtractionem concurſus, ne illum amet, & ſimiliter carentia amoris erit illi ab extrinſeco, & contra inclinationem elicitam, & præſcindendo ab actu imperij, ſi deſit illi concurſus Dei, dum eſt determinata ad actum, ex cognitione obiecti, vt contingit in voluntate Beati, quæ ex viſione Dei determinatur ad actum amoris, vel dum ſe ipſam, ex cognitione congrua, eſt liberè determinatura, vt contingit communiter circa obiecta creata, impeditur etiam ab extrinſeco ab actu purè elicito, & non imperato, contra innatam inclinationem, quam habet, vt non impediatur.

Neque valet, quod dicunt Victoria, & Sotus apud Med. 1. 2. *quæſt. 6. art. 4. cit. concl. 4.* & aliqui alij recentiores apud Vaſq. *diſput. 26. cap. 6. n. 26.* ſubtractionem diuini concurſus non inferre violentiam voluntati quoad carentiam actus: quia, cùm non relinquat in illa ſufficientem rationem actus primi, qui importatur nomine inclinationis ad actum; neque etiam relinquit inclinationem, & omninò facit, vt carentia actus non poſſit dici contra inclinationem, ſicut neque eſt contra inclinationem, quando prouenit ex defectu cognitionis, & propoſitionis obiecti, vt docet Palud. *in 4. diſt. 29. quæſt. 1. art. 1. concl. 1.* Nam contrà eſt: quia ad inclinationem, & actum primum, ſatis eſt, ſi voluntati nihil deſit ex parte ſua: non autem requiritur, vt ſimpliciter nihil deſit, etiam ex parte extrinſecorum; hac enim ratione etiam lapis, quando impeditur ab extrinſeco, ne cadat deorſum, dicitur pati violentiam: quia ex ſe eſt proximè conſtitutus ad motum, etiamſi ex parte extrinſecorum adhuc requirat remotionem impedimenti. Et S. Thomas *q. 6. de pot. art. 2. ad 3.* expreſsè ait, quòd ignis Babylonicus, quando ex defectu concurſus diuini prohibitus eſt comburere; & aqua Iordanis, quando prohibita eſt deſcendere, paſſa eſt aliquid contra naturam, cùm præſertim actualis concurſus Dei cum voluntate, & cum cauſis ſecundis non ſe teneat ex parte actus primi, ſed ſolùm ex parte actus ſecundi, & ſit ipſamet actio creaturæ, in quantum eſt à Deo, vt dicitur in Phyſicis; & idem ſit Deum non concurrere, & actionem creaturæ non eſſe: ſiquidem eſſentialiter eſt ſimul à Deo, & à creatura, tanquam à principio ſimpliciter adæquato, vt notat Vaſq. *ibidem, cap. 6. cit. num. 28.* Et longè alia eſt ratio, ſi actus voluntatis antecedenter impediatur ex defectu cognitionis: quia tunc neque etiam ex parte ſui voluntas eſt conſtituta in actu primo, & ſolùm habet inclinationem ad actum, poſita cognitione, & applicatione obiecti, vt ſubdit Vaſq. *eodem num. 28.*

Dixi autem, *ſi voluntas impediatur antecedenter:* quia, ſi defectus cognitionis inducatur conſequenter ad actum voluntatis, id eſt, poſtquàm voluntas voluit operari, aut continuare operationem circa aliquod obiectum, non videtur negandum, quòd etiam hoc modo ceſſatio actus ex ſubtractione obiecti, & ex defectu cognitionis, poſſit eſſe violenta: & hoc modo non ſolùm à Deo, ſed etiam à creatura poteſt voluntas pati violentiam in carentia actus, vt notat Med. *art. 4 cit. concl. 2.* & Salas 1. 2. *diſp. 2. ſect. 6. num. 58. & 59.* nam, ſi quis, dum vult elicere, aut continuare actum amoris erga Deum, per aliquam potionem ab alio propinatam inducatur in ebrietatem, aut ſomnum, vel alio modo impediatur ab vſu rationis, omninò patitur violentiam: quia, ſicut voluntas poſt factam propoſitionem obiecti, non poteſt niſi contra inclinationem innatam, aut elicitam impediri, ne circa illud operetur, & operationem continuet; ita neque poteſt impediri, ne tandiu retineat eandem propoſitionem obiecti, quandiu libuerit circa illud operari: & vt ceſſatio ab actu ſit violenta, non requiritur, vt ſit contra appetitum, qui tunc exiſtat; ſed ſatis eſt, ſi priùs extiterit, neque fuerit ſponte mutatus, aut reuocatus à voluntate, vt clarè patet in ipſa formali deſtructione alicuius ſuppoſiti, quæ cùm ſit maximè violenta, & contra inclinationem, non eſt tamen contra inclinationem, quæ tunc ſit, ſed ſolùm quæ fuit.

15. *Reſpondetur ad primam ex difficultatibus initio poſitis, contra doctrinam S. Thomæ.*

Ad primam ex difficultatibus initio poſitis reſpõdeo, dupliciter poſſe voluntatem extrinſecè moueri, & determinari à Deo ad ceſſationem ab actu, quando ipſa eſt liberè ſe determinatura ad actum; vel è contrà determinari ad actum, quando ipſa eſt ſe determinatura ad ceſſationem, vt notat Vaſq. 1. 2. *diſp. 26. c. 4. num. 4. & 5.* Primò, mutando inclinationem, quaſi actiuam, quæ conſiſtit in congruitate cognitionis inclinantis in vnam partem potiùs, quàm in aliam; & loco congruæ cognitionis, v.g. qua voluntas inclinatur in hanc partem, tribuendo aliam cognitionem congruam, qua inclinatur in aliam partem. Deinde verò relinquendo eandem inclinationem, & manente cogitatione congrua ad vnam partem, mouendo, & determinando ad partem oppoſitam. Si Deus moueat primo modo, certum eſt, quòd non infert violentiam: quia actus, ad quem determinat, non modò eſt ſecundùm inclinationem remotam ipſius voluntatis per ſe acceptæ, & quaſi nudè conſideratæ; ſed etiam ſecundùm inclinationem proximam, quæ habetur ex cognitione cõgrua, & cor hominis ita eſt in manu Dei, vt non modò poſſit ab illo flecti, quocunque voluerit, inferendo neceſſitatem; ſed etiam relinquendo perfectiſſimam libertatem: & ſicut, ſi quis in lapide auferret inclinationem ad locum deorſum, & poneret inclinationem ad locum ſurſum, non diceretur inferre vim, ſi poſteà moueret ad locum ſurſum; ita neque Deus auferendo à voluntate inclinationem ad vnam partem, & tribuendo ad aliam, facit vim voluntati, vt benè explicat S. Thomas *quæſt. 22. de ver. art. 8.* Si verò moueat ſecundo modo, & manente inclinatione voluntatis ad vnam partem, neget ad illam concurſum, eúmque præbeat ad partem oppoſitam, ſolùm infert violentiam ſimpliciter quoad ceſſationem ab illa parte, ad quam eſt inclinatio, vt patet ex dictis *concluſ. 3.* & docet Vaſq. 1. 2. *diſp. 26. cap. 1. num. 5. & 6. & cap. 2. num. 13. & cap. 5. art. 27.* & quoad aliam partem ſolùm infert neceſſitatem, quæ appellatur violentia ſecundùm modum; non autem ſecundùm ſubſtantiam actus, vt patet ex dictis *concl. 1.* cùm enim voluntas per ſe conſiderata æqualiter ſit inclinatio in vtranque partem; non poteſt illi ſubſtantia actus eſſe violenta, ſed ſolus modus, qui in hoc conſiſtit, vt determinetur ab extrinſeco, & operetur tanquàm natura, non autem determinet ab extrinſeco ipſa ſe, & operetur tanquàm voluntas.

Quòd ſi vrgeas; Quando voluntas eſt congruè excitata, vel inclinata in vnam partem, ideò ceſſationem ab illo actu eſſe violentam: quia ipſe actus fuiſſet connaturalis, & ſecundùm inclinationem; & inde inferas, quòd actus oppoſitus, ad quem Deus determinat contra illam inclinationem, contraria ratione eſt violentus; quia ceſſatio ab illo fuiſſet connaturalis, vtpote conſequens ex actu priore, ad quem erat inclinatio. Reſpondeo, ex hoc toto ſolùm probari violentiam ſecundùm modum, non autem ſecundùm ſubſtantiam: quia actus prior,

ad

ad quem voluntas ſe determinaſſet, non habuiſſet, ſupra [illegible] poſt [illegible], ad quem Deus determinat, [illegible] connaturalitatis ſecundùm ſubſtantiam, ſed ſolum plus ſecundùm modum, vt patet ex dictis. Et eodem modo reſpondetur ad id, quod additur de determinatione, aut intenſione actus, ſi voluntas ad hunc determinetur ab extrinſeco: ſolùm enim eſt violenta ſecundùm modum, non autem ſecundum ſubſtantiam. Et ſimile quid etiam contingit in maiori velocitate motus deorſum, ſi ad illam determinetur mobile ab extrinſeco: neque enim ſimpliciter dicenda eſt violenta, cùm ad illam mobile non reſiſtat, vt notat S. Thomas *quæſt. 13. de ver. art. 1. ad 5.* ſed potiùs eſt ſupra inclinationem ipſius mobilis, eàmque perficit, quam ſit contra, vt notat Salas *diſp. 2. ſect. 6 num. 74.*

Ad ſecundam difficultatem. Ad ſecundam reſpondeo, quamuis amor beatificus non ſit perfectè voluntarius, vt *ſuprà* diximus *diſp. 3.* non tamen propterea eſſe violentum, ſiue ſecundùm ſubſtantiam, ſiue ſecundùm modum: quia voluntas circa obiectum infinitum clarè viſum non habet inclinationem, vt liberè operetur, ſed hæc eſt maxima illius perfectio, vt non poſſit non operari, vt notat Vaſq. 1. 2. *diſp. 26. c. 1. n. 2.* Et idem videtur eſſe de actu doloris in damnatis, ſi ſupponatur in illis cognitio ſummi, & puri mali.

Ad illud verò, quod additur de vnione hypoſtatica, reſpondet idem Vaſq. *ibidem, num. 3.* per eam nullam vim fuiſſe illatam voluntati Chriſti: quia, quamuis induxerit neceſſitatem cogitationis congruæ ſolùm ad bonum, neque vnquam habuerit Chriſtus cogitationem congruam ad malum; poſita tamen ea cogitatione congrua, ipſa voluntas ſeſe determinabat ad bonum: cùm nunquam poſtularit concurſum ad actum peccati, non poteſt dici, quòd vnquam ſit paſſa violentiam, etiam quoad ceſſationem ab actu illius: ſi tamen habuiſſet aliquando cogitationem congruam ad peccatum, (de quo in præſentia non diſputo,) ex vnione hypoſtatica ſolùm debuiſſet pati vim quoad ceſſationem ab illo actu, vt idem ſubdit; non autem quoad poſitionem actus oppoſiti.

Ad tertiam difficultatem. Ad tertiam patet ex dictis *concl. 1.* quamuis enim voluntas in actibus propriis, quos ſibi imperat, non poſſit pati violentiam, prout natura eſt; poteſt tamen illam pati, prout eſt voluntas, id eſt, prout habet inclinationem innatam ad determinandum ſe ipſam, & ab intrinſeco, qui eſt modus actus; & prætereà prout habet inclinationem elicitam ad habendum, vel non habendum hunc actum determinatum: & hoc modo ſe haberet, ſi, dum ipſa ſibi imperat, v. g. actum amoris, Deus extrinſecè illum impediret per ſubtractionem concurſus, vel determinaret ad eliciendum actum oppoſitum odij, vel ipſe ſolus per ſe illum infunderet, de quo in præſentia, vtrùm poſſit fieri, non diſputo. Et idem eſſet, ſi ſimul infunderet actus contrarios, vel ad illos ſimul eliciendos determinaret voluntatem, quanquam fortaſſe ex alio capite id repugnet, id eſt, ex oppoſitione iudiciorum, quæ ſimul eſſe deberent in intellectu circa conuenientiam ſimpliciter eiuſdem obiecti, quæ eſt neceſſaria ad actum amoris, & circa diſconuenientiam ſimpliciter, quæ eſt neceſſaria ad actum odij, vt notat Victoria apud Med. 1. 2. *q. 6. art. 4. in reſponſ. ver. ad 4.*

Ad quartã. Ad quartam reſpondeo eodem modo: dum enim voluntas damnati patitur violentiam in actu apprehenſionis Dei amiſſi, & ſummi mali à ſe incurſi; etiam patitur aliquam violentiam in ſuo actu doloris; ea tamen ſolùm eſt quoad neceſſitatem illum habendi, & quòd id illum non moueat ipſa ſe, & tanquàm domina. Et ſi ponatur præter imperium ceſſationis ab actu apprehenſionis, etiam imperare formalem ceſſationem ab ipſo actu doloris, non modò patietur violentiam quoad modum actus; ſed etiam quoad ſubſtantiam; eam tamen ſolùm patietur, vt voluntas; non autem vt natura.

Ad quintã. Ad quintam patet ex dictis *concl. 2.* quamuis enim voluntas reſpectu actuum aliarum potentiarum non ſit principium eliciens; eſt tamen principium imperans: & quemadmodum executio talis imperij eſt voluntati ſecundum inclinationem; ita etiam impeditio executionis eſt contra inclinationem, quando prouenit ab extrinſeco.

DISPVT. XV.

Quid ſit inuoluntarium miſtum, ſecundùm quid, & conditionatum; & quomodo cauſetur per metum.

1. *Doctrina S. Thomæ circa inuoluntarium miſtum, quod ſit ex metu.*
2. *Quid intelligatur nomine metus.*
3. *Non eſt idem, agere ex metu, & cum metu.*
4. *Metus poteſt contingere etiam in Angelis, & creaturis purè intellectualibus.*
5. *Metus iuſtus, probabilis, & cadens in virum conſtantem.*
6. *Rationes dubitandi contra doctrinam S. Thomæ.*
7. *Quæ fiunt ex metu maioris mali, neque ſunt purè voluntaria, neque purè inuoluntaria; ſed miſta.*
8. *Quæ fiunt ex metu, plus habent de voluntario, quàm de inuoluntario; & ſimpliciter ſunt voluntaria, & ſecundùm quid inuoluntaria.*
9. *Quæ fiunt ex metu, ſi ſint intrinſecè mala; non excuſantur à peccato.*
10. *Quæ ſunt mala ſolum ex lege poſitiua, poſſunt per metum excuſari à peccato.*
11. *Ex metu mortis licitum eſt Miſſam celebrare ſine luminibus, & ſine veſtibus ſacris.*
12. *Metus minuit, & extenuat culpam, & ex conſequenti etiam pœnam.*
13. *Culpa mortalis communiter ex metu non fit venialis.*
14. *Metus in actibus bonis etiam minuit, & extenuat meritum.*
15. *Contractus, & vota, alioqui valida, quomodo ex metu non irritantur.*
16. *Quæ fiunt cum metu, non ſunt inuoluntaria.*
17. *Soluuntur rationes dubitandi contra doctrinam S. Thomæ.*
18. *Quid requiratur ad metum ſeruilem cum ſeruilitate.*
19. *Metus non eſt voluntarius perfectè.*
20. *Timor quomodo ſit paſſio.*
21. *Etiam actus voluntatis aliquando poſſunt eſſe inuoluntarij ſecundùm quid.*
22. *Baptiſmus ſuſceptus ex metu, quomodo ſit voluntarius.*

PRÆTER inuoluntarium ſimpliciter, quod cauſatur per violentiam, & includit neceſſitatem ſimpliciter, & abſolutam, datur etiam inuoluntarium miſtum, vel ſecundum quid, & conditionatum, quod cauſatur per metum, & ſolùm includit neceſſitatem conditionatam, & ex ſuppoſitione vitandi maius aliquod malum, vt patet ex S. Thoma *in 4. d. 29 q. 1. art. 1.* & notat Conr. 1. 2. *quæſt. 6. art. 6.* & de illo duas concluſiones tradit idem S. Thomas 1. 2. *quæſt. 6. art. 6. cit.* alteram, quòd in iis, quæ fiunt ex 1. *Doctrina S. Thomæ circa inuoluntariũ miſtum, quod ſit ex metu.*

ex metu, non reperiatur purum voluntarium, nec purum inuoluntarium; ſed ſimul vtrunque; & tam voluntarium miſtum inuoluntario, quàm inuoluntarium miſtum voluntario: & alteram, quòd, quæ fiunt ex metu, plùs habent de voluntario, quàm de inuoluntario;& ſimpliciter ſunt voluntaria,& ſolùm ſecundùm quid inuoluntaria.

2. *Quid intelligatur nomine metus.*

Primò autem eſt ſupponendum, nomine metus intelligi perturbationem animi ex præſenſione alicuius mali imminentis, vel probabiliter euenturi, vt patet ex Ariſtotele 2. *Rhetor.c.5.* & colligitur etiam ex iure communi *lib.1.ff.de eo,quòd metus cauſa.*

3. *Non eſt idem, [illegible] ex metu, & cum [illegible].*

Neque idem ſignificamus, dum dicimus, aliquid fieri ex metu; & dum dicimus, fieri cum metu: ſicut neque dum dicimus, aliquem agere ex ignorantia, & agere ignorantem, vt loquitur Ariſtoteles 3.*Ethic.c.1.* Sed primo illo ſignificamus anteceſſionem cauſalitatis; hoc verò altero ſolam concomitantiam, vt notat Salas 1.2.*diſp.3.ſect.1.n.2.* Et patet in eo, qui, dum furatur, v.g. vel adulteratur, timet, ne in furto, vel adulterio deprehendatur: cùm tamen ex omni alia cauſa furetur, vel adulteretur, quàm ex metu, ne deprehendatur.

4. *Metus poteſt contingere etiam in Angelis, & creaturis purè intellectualibus.*

Neque ſolùm poteſt metus conſiderari in homine ratione appetitus ſenſitiui; ſed etiam in aliis creaturis purè intellectualibus, ratione ſolius voluntatis: vt, ſi Deus, v.g. minetur Angelo magnum aliquod malum, niſi abſtineat ab operatione, in quā alioqui multùm inclinat; vel niſi eliciat operationem, in quam alioqui non inclinat, vt notat Salas 1.2.*diſp.2.n.41.* quanquam in huiuſmodi creaturis metus hic non eſt eiuſdē rationis cum illo, qui contingit in homine, cùm ſolùm dicat ſimplicem actum voluntatis, abſque paſſione organi corporalis, & patet ex S.Thoma 1.2.*q.22.art.3.ad 3.& q.41.art.1.*

5. *Metus iuſtus, probabilis, & cadens in virum conſtantem.*

Et ſimiliter non eſt, quod hoc loco pluribus explicemus duplicem illum metum, qui ſecundùm iura maximè conſideratur, & præcipuè in foro externo, quorum alter dicitur iuſtus, probabilis, & cadens in virum conſtantem; quia, ſcilicet, leges, ac iura illum admittunt, & probant: & ſi in aliquem cadat, non propterea illi adimit laudem conſtantiæ, & fortitudinis, vt eſt, v.g. metus mortis: & alter dicitur non iuſtus, non probabilis, & non cadens in virum conſtantem; quia contraria ratione iura illum non admittunt, nec probant, neque ſinunt in aliquem cadere ſine iactura conſtantiæ, & fortitudinis, vt eſt, v. g. metus leuiſſimi alicuius incommodi: dummodo enim operatio fiat ex metu contra abſolutam inclinationem, quæ habetur extra caſum metus, parum refert ad rationem inuoluntarij, quam participat, & de qua in præſentia agimus, vtrùm metus ſit de re graui, an leui; & vtrùm ſit aptus cadere in virum conſtantem, an verò ſolùm cadat de facto in virum ignauum.

6. *Rationes dubitandi contra doctrinā S.Thomæ.*

Hoc autem poſito, contra vtranque concluſionem S.Thomæ multæ occurrunt difficultates: primò enim falſum videtur, quòd quæ fiunt ex metu, non ſint purè voluntaria; ſed habeant aliquid etiam de inuoluntario: nam gubernatio nauis, v.g. ex metu naufragij, vel obſeruatio legis ex metu gehennæ, nihil affert doloris & pœnitentiæ; quod tamen tanquam effectum & ſignum inuoluntarij, & inuiti, tradit Ariſtoteles 3.*Ethic. cap.1. & lib.2. Mor. Eudem.cap.8.* neque vlla eſt inclinatio voluntatis, ſiue innata, ſiue elicita, contra quam ſint, & in ordine ad quam poſſint dici inuoluntaria: ſi enim is, qui ex metu gehennæ vult legem ſeruare, haberet propoſitum non ſeruandi, ſi non eſſet gehenna, & ratione talis propoſiti diceretur obſeruatio habere aliquid de inuoluntario, hoc ipſo conuinceretur eam tranſgredi: ſiquidem haberet metum ſeruilem cum ſeruilitate, & ſolam gehennam putaret totale motiuum ſeruandi legem, & non ſeruaret, niſi vt ſeruus, id eſt, ſolùm determinatus ab extrinſeco, & à pœna, qui tamen metus malus eſt, & non manet cum charitate, vt docet S.Thomas 2.2. *quæſt.19. art.4. & 6.* in quantum, ſcilicet, is, qui ſic metuit, nimis ſe amat, & ſe ipſum præfert Deo, dum ſecum ſtatuit, illi non obtemperare, ſi malum gehennæ non immineret, vt notat Reginal. *in ſua Praxi pœnitentiali, lib.17.cap.11.num.105.*

Et confirmatur: quia ad metum naufragij, v.g. ex quo merces proiiciuntur, non ſe habet per ſe; ſed ſolùm per accidens affectus, vel amor diuitiarum, ſecundùm quem proiectio affert dolorem, & eſt inuoluntaria: ergo etiam per accidens ſe habet ratio inuoluntarij: & ſicut ab illo poteſt abeſſe huiuſmodi affectus, ſi is, qui timet naufragium, & proiicit merces, non ſit amans diuitiarum: ita & poteſt abeſſe ratio inuoluntarij; &, per ſe loquendo, ſolùm habet cauſare purum voluntarium, id eſt, inclinare voluntatem ad ſuum actum.

Secundò, eſt difficultas: quia metus ipſe eſt voluntarius, id eſt, actus elicitus ab appetitu circa malum impendens, & eſt ſecundùm inclinationem innatam, quam omnes habemus ad timendum; & ſæpè innaſcitur ab intrinſeco ex interna apprehenſione mali imminentis à cauſis intrinſecis, vt quando aliquis timet mortem ex naturali ægritudine, qua laborat; non autem infertur ab extrinſeco: ergo tunc ſaltem, quod ex illo fit, non poteſt eſſe inuoluntarium, id eſt, ab extrinſeco, & contra inclinationem voluntatis.

Tertiò, quando dicitur metus facere inuoluntarium miſtum, vel eſt ſermo in ordine ad actum interiorem, quaſi ipſa voluntas proiiciendi merces, v.g. ex metu naufragij, ſit aliquo modo inuoluntaria, vel in ordine ad ſolum actum exteriorem; quaſi ipſa externa proiectio ſit inuoluntaria. Non primum: quia eſt actus elicitus à voluntate, & quantùm eſt ex ſe non affert dolorem, & pœnitentiam, vt contingit in iis, quæ fiunt inuito, cùm non ſit minùs ſecundùm innatam inclinationem, quàm ſit ipſa voluntas ſeruandi vitam, & vitandi naufragium, ad quam comparatur, ſicut electio medij ad intentionem finis. Neque ſecundum: quia maximè eſt ſecundùm imperium voluntatis, & æquè procedit connaturaliter à voluntate proiiciendi, atque procedat ambulatio, & locutio, à voluntate ambulandi, aut loquendi.

Quartò contra ſecundam concluſionem, quòd quæ fiunt ex metu, ſunt magis voluntaria, quàm inuoluntaria, & ſimpliciter ſunt voluntaria, & ſolùm ſecundùm quid inuoluntaria, faciunt difficultatem verba Ariſtotelis, 3.*Ethic.c.1.* vbi loquens de iactutis bonorum, quæ fiũt in tempeſtatibus: *Nemo enim,* inquit, *ſponte abſolutè, ſua abiicit, ſed ad ſalutem, tum ſuam, tum aliorum.* Et paulò pòſt: *Spontanea igitur,* inquit, *huiuſmodi ſunt; ſimpliciter verò inuita, quippe cùm tale quidpiam per ſe eligat nemo.* Quo modo loquendi etiam vtitur S. Thomas 2.2.*q.142.art.3. in corp.* vbi ait, intemperantiam plùs habere de voluntario, quàm timiditatem: quia, quæ fiunt per timorem, habent principium ab exteriori impellente; & ideò non ſunt ſimpliciter voluntaria, ſicut illa, quæ fiunt per delectationem. Et quod 1.2. *quæſt. 6. art.6.* aſſerit, ea, quæ fiunt ex metu, ideò eſſe magis voluntaria, quàm inuoluntaria: quia ratio voluntarij iis conuenit, quatenus ſunt in actu, & penſatis omnibus circunſtantiis particularibus de facto fiunt; & ratio inuoluntarij, quatenus ſunt in ſola apprehenſione, & extra circunſtantias;

omninò

omninò negat.2.2.*loco cit.*quãdo ſubdit,ea,quæ ſunt intemperantiæ, eſſe magis voluntaria in particulari, quàm in vniuerſali:quia in vniuerſali nullus appetit eſſe intemperans ; ſed ſolùm fit talis à ſingularibus delectabilibus,quæ hominem alliciunt:& ideò multùm iuuatur vnuſquiſque contra intemperantiam, ſi conſideratione non immoretur circa ſingularia. Et contrà,quæ ſunt ex timiditate, addit,magis eſſe voluntaria in vniuerſali , quàm in particulari : quia ipſum commune , v.g.vitam ſeruare fugiendo pericula, eſt magis ſecundùm voluntatem ,quàm ipſum particulare, v.g.abiicere clypeum cum dedecore,vel merces cum damno , vt vitetur hoſtis , vel naufragium. Et denique contra eandem concluſionem videtur facere etiam modus loquendi : quo vtitur Innoc.III. *cap maiores.§. item quæritur. de Baptiſmo:* vbi ait, eum, qui terroribus, & ſuppliciis adducitur ad ſuſcipiendum Baptiſmum , ſolùm eſſe conditionaliter volentem, non autem abſolutè:quod videtur idem eſſe , atque ſuſceptionem Baptiſmi ex metu, ſolùm eſſe voluntariam ſub conditione ; non autem abſolutè, id eſt,minùs voluntariam, quàm inuoluntariam,contra id,quod negat S.Thomas 1.2.*q.6.art. 6.etiam in reſponſ.ad* 3. vbi ait, ea , quæ fiunt ex metu, ſimpliciter,& abſque conditione, eſſe voluntaria, & ſolùm ſub conditione eſſe inuoluntaria.

7.
Quæ fiunt ex metu maioris mali , neque ſunt purè voluntaria, neque purè inuoluntaria; ſed miſta.

Dicendum eſt primò, quæ fiunt ex metu maioris mali, rectè dicuntur, neque eſſe purè voluntaria,neque purè inuoluntaria , ſed miſta. Ita Ariſtoteles 3. *Ethic.cap.*1.S.Gregorius Nicænus *lib.5.Philoſophiæ, c.*1.S.Damaſcenus *lib.2.de fid.c.*24.S.Thom. 1.2.*q.6. art.6.*& cum illo Caietan.Med.Cont.Almain.*tract. 1. Mor.c.*3.Val. 1.2.*diſp.2.q.1.puncto* 4.Vaſq.1.2.*diſp.* 27.*c.1.n.2.& ſeq.*Salas *ibid.diſp.3.ſect.2.n.*37.& omnes communiter. Dixi autem, *ex metu maioris mali*; non ſolùm,quia ita loquitur Ariſtoteles ; ſed etiam, vt ſignificarem,ad inuoluntarium miſtum,quod cauſatur ex metu, neceſſariam eſſe apprehenſionem duplicis mali, aut diſconuenientis ,& comparationem vtriuſque ad inuicem; ex quo tandem eligatur id, quod eſt minus,ad hoc vt vitetur id,quod eſt maius; hinc enim prouenit, vt quod ex tali apprehenſione, & comparatione eligitur ſecundùm diuerſas rationes,ſimul placeat,& diſpliceat,& ſimul ſit voluntarium, & inuoluntarium:& alioqui ſi quis ex apprehenſione vnius tantùm diſconuenientiæ, & nulla facta comparatione inter maius , & minus , malum eligat , aut faciat aliquid ad certum malum vitandum,& cibum ſumat,v.g.ad mortem vitandam;purè voluntariè eliget,aut faciet,& nullo modo inuoluntariè,vt notat Vaſq.*diſp.*27.*c.1.cit.n.*7.idque ſatis indicauit Ariſtoteles 3.*Ethic.c.*1.nonmodò verbis illis : *Ob timorem maiorum malorum*, vt diximus : ſed etiam paulò pòſt,quando dixit,*neminem abſolutè ſua abiicere;ſed ob ſalutem,tum ſuam,tum aliorum.* id eſt, facta comparatione iacturæ , quam patitur , & periculi,in quo eſt.Et infrà:*Tale quidpiam per ſe à nemine eligi, & ideò quæ ſic fiunt , ſimpliciter eſſe inuita.* id eſt, ſolùm eligi in comparatione ad aliud. Et inferiùs:*Difficile interdum eſſe iudicare,quale pro quali ſit eligendum,& quid pro quo ſuſtinendum.* Et quæ fiunt ex metu, *per ſe eſſe inuita,neque eligi, niſi nunc,& pro his.* Et *lib.2. Mor. Eudem.c.*9. violentum quodammodo,& non ſimpliciter, id eſt,violentum, & inuoluntarium miſtum, tunc eſſe, quando quis non illud ipſum eligit, ſed alicuius gratia agit:& vt quis dicatur agere inuitus,& coactus;nec tamen vi ; neceſſarium eſſe , vt maius aliquod , & acerbius malum ſit illi propoſitum ; & tunc aliquem agere coactum, & non vi,quando id, quod abſolutè eſt malum, & diſconueniens , ſolùm agit ob repulſionem maioris mali, vel gratia boni , id eſt, ne malum incurrat, vel ne bonum amittat.Et S.Thomas 1.2.*q.6.art.6.cit.* ad inuoluntarium miſtum apertè requirit duplicem conſiderationem rei, id eſt, ſecundùm ſe, & in caſu: & quod per metum agitur, ait fieri voluntarium ſolùm in caſu , & in ſe conſideratum non eſſe voluntarium;& proiectionem mercium fieri voluntariam tempore tempeſtatis , in quantum eſt impedimentũ maioris mali,& prout conſideratur ſecundùm ſe ; & extra hunc caſum,eſſe inuoluntariam.Et *in reſponſione ad primum*, quod fit ex metu, ſolùm eſſe voluntarium propter aliud. Et *ad ſecundum*,non eſſe voluntarium abſolutè,& propter ſe;ſed relatiuè,& in comparatione ad aliud. Et *art.7.ad* 2. ſemper in eo, qui agit ex metu,manere repugnantiam ad id,quod agit, ſecundùm quod in ſe conſideratur.Et S.Damaſcenus *lib.2.de fide,c.*24.media ſpontanei,& inſpontanei,id eſt,inuoluntaria miſta definit eſſe illa,quæ cùm inſuauia, & triſtia ſint , ob deuitandum maius malum ſuſcipimus.Et S.Nicænus *c.1.cit.* tunc ait,actionem eſſe miſtã ex voluntario,& inuolũtario,quando propter maioris mali timorẽ minus malum quis eligit.

Ex quibus omnibus clarè patet , inuoluntarium miſtum tunc ſolùm eſſe, quando habetur in intellectu duplex conſideratio, id eſt, diſconuenientiæ abſolutæ, & conuenientiæ relatiuæ ad vitandum aliud malum , & per conſequens in appetitu duplex affectus, id eſt , diſplicentia circa diſconuenientiam, & complacentia circa conuenientiam. Hoc autem poſito,facilè intelligitur, quomodo contingat ex metu inuoluntarium miſtum : quòd enim proiectio mercium, v.g. ex metu naufragij ſit voluntaria , probat Ariſtoteles 3.*Ethic.c.1.cit.*quia ſponte eligitur propter finem,qui tunc intenditur,id eſt,propter vitam; & in ipſo proiiciente eſt principium mouendi partes inſtrumentarias , & inſeruientes proiectioni : & aliquando,qui ex metu aliquid agunt,aut patiuntur, merentur laudem , aut vituperationem ; quæ tamen nonniſi in ſpontaneis eſſe poſſunt , vt dicitur *initio capitis* , vt, v. g. ſi agant fortiter ex metu malorum, quæ timent ab hoſtibus, vel omittant agere fortiter ex metu laboris,& periculi.

Quòd verò eadem proiectio mercium ſimul ſit inuoluntaria, probat ſimiliter : quia abſolutè nullus eſt, qui ſponte abiiciat ſua, dummodo ſit mentis cõpos;& qui ex metu maioris mali, quod excedat humanam naturam, & communiter à nullo ſuſtinetur, aliquid agit ,quod alioqui non debet , veniam , aut miſericordiam communiter habet ; quæ tamen ſimiliter exiſtit in inuitis ; ſicut laus,& vituperatio in ſpontaneis, vt dicitur eodem initio capitis:quia,ſcilicet, quæ hac ratione ſunt nimis violenta , & ſupra naturam,ſolent illam vi cogere,vt dicitur *lib.2.Mor. Eudem.c.*9.& ideò dicuntur inuita. Et denique,quia inuitum id eſt , quod dolorem , & pœnitentiam affert.Et confirmatur:quia,ſi habeatur actualis aduertentia ad iacturam,& actualis diſplicentia illius,non poteſt proiectio non eſſe contra inclinationem : & cùm ſit ex determinatione intrinſeci , non exiſtentis in poteſtate proiicientis , non poteſt non eſſe aliquo modo violenta,& coacta.

8.
Quæ fiunt ex metu , plùs habẽt de voluntario , quàm de inuoluntario, & ſimpliciter ſunt voluntaria , & ſecundùm quid inuoluntaria.

Dicendum ſecundò : Quæ fiunt ex metu maioris mali , rectè dicuntur plùs habere de voluntario, quàm de inuoluntario , & ſimpliciter eſſe voluntaria , & ſecundùm quid inuoluntaria. Ita Ariſtoteles, S.Thomas, S.Nicænus,S.Damaſcenus,& omnes communiter *locis cit.* Probatur ratione Ariſtotelis,& S.Thomæ:quia huiuſmodi actiones,tũc cùm agũtur, id eſt , in illis circunſtantiis , in quibus fiunt , omninò eliguntur, & ſunt voluntariæ, & ſolùm diſplicent præſcindendo à circunſtantiis , & conſideratæ per

per ſe. De actionibus autem, quia ſolùm fiunt hic, & nunc, & hac, vel illa occaſione, non eſt iudicandum, quatenus accipiuntur in vniuerſum, & cum præciſione à circunſtantiis; ſed provt in re ſunt, & exiſtunt in circunſtantiis: & illud cenſeri debet iis conuenire ſimpliciter, quod conuenit, provt actu, & in re ſunt; & illud cõuenire ſecundùm quid, quod conuenit, quatenus accipiuntur per ſe, & extra circunſtantias, id eſt, quatenus ſunt in apprehenſione, & intellectu Atque hoc modo etiam in iure voluntas coacta ſimpliciter dicitur eſſe voluntas. *cap. merito. 15. quæſt. 1. & l. mulier. § item. ff. de eo, quod metus cauſa, & aliis locis* apud Sala. 1.2. *diſp. 3. ſect. 1. n. 3.*

9. *Quæ fiunt ex metu, ſi ſint intrinſecè mala, nõ excuſantur à peccato.*

Dicendum tertiò, ex his conſtare ea, quæ fiunt ex metu, ſi ſint per ſe, & intrinſecè mala, non excuſari à peccato ratione metus, dũmodo metus non ita turbet iudicium rationis, vt impediat eam notitiam, quę requiritur ad actum liberum, & deliberatum. Ita Ariſtoteles 3. *Ethic cap.* 1. S. Thomas 2.2. *quæſt.* 125. *art.* 4. Sot. *lib. 1. de iuſt. quæſt. 6. art.* 4. Vaſq. 1.2. *diſp.* 27. *cap. 3. num.* 17. Azor *tom. 1. lib. 1. cap. 10. quæſt.* 12. Sanchez *lib. 4. de matr. diſp. 1. num.* 6. Sayr. *lib. 2. clan reg. cap. 2. num. 6. & ſequentibus.* Salas 1.2. *diſp. 3. ſect.* 1. *cit. num.* 29. Couar. *in* 4. *Decretal.* 1.2. *c.* 3. § 4. *num.* 3. & omnes communiter. Probat S. Thomas: quia eſt contra ordinem rationis, vt ad vitanda aliqua mala minora, & minùs fugienda, ſicut ſunt mala corporis, aut fortunæ; incurrantur alia mala maiora, & magis fugienda, vt ſunt peccata, & mala animi. Et confirmatur: quia, quæ fiunt ex metu, ſimpliciter ſunt voluntaria, & libera, vt diximus; & vt loquitur Ariſtoteles *ibid. Ad quædam perpetranda nemo cogi, compellive poteſt; ſed potius extrema quæque pati, ac mori conuenit, vt eſt, v.g. interfectio matris.* Neque oppoſitum docuit idem Ariſtot. *ſuprà*, quando dixit, *laudari homines aliquando, cùm pro magnis, & honeſtis, rebus turpe aliquid, aut moleſtum ſuſtinuerint.* Quamuis enim eo loco Euſtratius doceat, poſſe aliquem, ex ſententia Ariſtotelis, etiam mentiri, aut adulterari cum vxore tyranni, vt patriam liberet; verè tamen, non de ea turpitudine loquitur Ariſtoteles, quæ opponitur honeſtati, vt notat S. Thomas *ibid. lect.* 2. & reuera illicitum eſt committere adulterium cum vxore tyranni ad patriam liberandam, vt idem habet *quæſt. 15. de malo, art. 1. ad* 5. ſed loquitur de illa, quæ continet ignominiam, & propter vilitatem minimè decet virum grauem, ac nobilem, vt, ſi tyrannus, v.g. prodire aliquem iubeat muliebri habitu, aut viliſſima quæque facere; & niſi faciat, minetur euerſionem, vt notat Azor. *lib. 1. cap. 10. quæſt. 12. cit.* & Salas *ſect. 1. num. 29. cit.*

Et ſimiliter, quamuis Gloſſa *in l. penult. ff. ſi fam. fur. fec. dic.* neget ſeruum peccare, ſi delinquat iuſſu Domini, & ex metu, ne ab illo occidatur, idque aſſerant etiam alij ex Iuriſtis apud Panorm. *in c. ſacris, de iis quæ vi.* & apud Azor. & Salas *locis citatis*, de eo, qui iuſſu tyranni, & ex metu mortis occidit innocentem; id tamen apertè pugnat cum ſacris Canonibus, cum S. Auguſtino, & cum ratione, vt notat Panorm. *ibidem*: nam *cap. ſacris. cit.* apertè dicitur, quòd nullo metu eſt committendum peccatum mortale: & *cap. quiſquis. 2. quæſt.* 3. quòd qui metu cuiuſlibet poteſtatis veritatem occultat, iram Dei ſuper ſe prouocat: & *cap. primum. cap. ne quis. cap. omne genus. 22. q.* 2. quòd pro nullo metu eſt mentiendum: & *cap. ita ne. 32. quæſt.* 5. ex S. Auguſtino *lib. 1. de ciuit. c.* 18. quòd omnia mala ſunt potiùs toleranda, quàm peccato conſentiendum. Et idem S. Auguſt. *lib. contra mendacium. c.* 8. expreſsè negat, vllo metu eſſe committendum peccatum veniale. Et ratio eſt: quia, tam peccatum mortale, quàm veniale, eſt ſuperioris ordinis, & illud tollit gratiam, & vitam animæ; hoc verò tollit feruorem charitatis. In quam ſententiam ex ſacris Litteris etiam facit illud Eccl. 4. *Pro iuſtitia agonizare pro anima tua. & vſque ad mortem certa pro iuſtitia.* Et 2. Machab. 7. *Parati ſumus mori magis, quàm patrias Dei leges præuaricari.* Et Matth. 10. *Nolite timere eos, qui occidunt corpus.*

Dixi autem, ſi ſint per ſe & intrinſecè mala: quia, ſi ſint mala ſolùm ex lege poſitiua, facilè poteſt accidere, quòd ex metu excuſentur à peccato, vt notat Vaſq. 1.2. *diſp. 27. c. 3. n.* 17. Salas *diſp. 3. ſect. 1. n. 29. &* 33. & communiter dicitur in materia de legibus: vt ſi quis, v. g. coram tyranno mortem minante Miſſam celebret ſine luminibus, aut veſtibus ſacris, & in tali celebratione abſit contemptus Eccleſiæ, & rei ſacræ, vt notat Nau. *in Man. c. 25. n.* 84. & omnes cõmuniter apud Sanchez *lib. 1. in Decal. c. 18. n.* 4. Contra Caiet. 1.2. *q. 6. art. 4. &* 2.2. *q. 23. art.* 13. vbi negat, licere etiam in periculo mortis eo modo celebrare, aut alias leges humanas tranſgredi, niſi fortè in iis caſibus, qui ſpecialiter excipiuntur, ex legis ipſius benignitate, vt contingit in lege ieiunij. Contra quẽ tamen facit communis ſententia, quòd leges humanæ communiter non obligent cum tanto diſpendio, vt dicitur in materia de legibus. Imò interdum hoc idem accidit etiam in lege diuina, & naturali, vt notat Vaſq *diſp. 27. c. 3. n. 17. cit.* Salas *diſp. 3. ſect. 1. n.* 35. Azor. *tom. 1. lib. 1. c. 11. q.* 2. Sanchez *lib. 1. in Decal. c. 18. n* 5. Et certum eſt, quòd in periculo vitæ non tenetur quis ad votum ieiunij, vel ad Confeſſionem peccatorum integrè faciendam, ſi ex illa periculum immineat; vel ad ſeruandum, aut reſtituendum depoſitum; vel ad defendendum innocentem, vel ſuccurrendum extremè egenti.

10. *Quæ ſunt mala ſolum ex lege poſitiua, poſſunt per metũ excuſari à peccato.*

11. *Ex metu mortis licitũ eſt Miſſam celebrare ſine luminibus, & ſine veſtibus ſacris.*

Contrahere matrimoniũ cum impedimento nõ dirimẽte, omittere Baptiſmum, aut Confeſſionem in re, comedere carnes humanas.

Neque ſolùm hoc eſt verum de præceptis affirmatiois, quæ dicuntur obligare ſemper, non ad ſemper; ſed etiam de negatiuis, vt quando quis, non obſtante præcepto, de non occidendo, occidit aggreſſorem, vt notat Salas *n. 35. cit. ex l. vt vim. ff. de iuſt. & iure*: vbi dicitur, qui ob tutelam ſui corporis aliquid facit, id videri iure facere: vel, ſi quis ex metu graui contrahat matrimonium cum aliquo ex impedimentis non dirimentibus, vt notat Sanchez *lib. 1. in Decal. c.* 18. *cit. n.* 7. vel omittat ſuſcipere in re Sacramentum Baptiſmi, aut Confeſſionis, & ſola contritione, quæ illa in voto continet, ſit contentus, vt idem ſubdit *n.* 10. ex Soto *lib. 1. de iuſt. q. 6. art. 4 ad fin. corp.* Cordub. *in ſumma, q.* 137. & aliis: quamuis Azor. *lib. 1. c. 11. q. 2. cit.* oppoſitum aſſerat. Vel denique, ſi quis comedat carnes humanas occiſorum, v.g. in prælio, quando nullus eſt alius cibus, quo vita poſſit ſuſtentari; vel quando aliquis ita præcipit cum mortis comminatione, ſiquidem etiam hoc non eſt intrinſecè malũ, vt in nullo caſu poſſit licitè fieri, vt ſubdit Sanchez *ibid. n.* 12. quanquam fortaſſe in huiuſmodi caſibus non eſt dicendum, quòd metus excuſet à legibus, cùm ipſæ leges ex ſe in illis non obligent; ſed ſolùm nos teneant, vbi, quando, & ſicut oportet, id eſt, poſitis omnibus circunſtantiis, quas recta ratio præcipit, vt notat Azor. *lib. 1. c. 11. cit. q.* 3. Quis autem metus, à quibus legibus, & in quibus caſibus etiã minùs propriè excuſent, nõ eſt facile iudicare, vt notat Ariſtot. 3. *Ethic. c.* 1. neque eſt huius loci pluribus explicare.

12. *Metus minuit, & extennat culpam, & ex conſequenti etiam pænã.*

Illud tamen non eſt omittendum, quod habet S. Thom. 2.2. *q. 125. art. 4. cit.* & ex communi ſententia notat Salas *ſect. 1. cit. n.* 8. metum, etiam quando non excuſat à culpa, non parum illam minuere, & attenuare: ita enim expreſsè habetur *c. ſacris, de iis quæ vi.* Et ratio eſt ex S. Thoma *ibid.* quia, ſicut miſcet aliquid de inuoluntario, & coacto; ita & minuit de perfecto, & puro voluntario, & per cõſequens etiam

de

de peccato: & hac de cauſa, aliquando quæ fiunt ex metu, merentur veniam: quia mala, quæ timentur, excedunt humanam naturam, & à nullo ſuſtinerentur, vt loquitur Ariſtoteles 3. *Ethic. c. 1. cit.* & etiam iura humana, ſi puniunt, leuiùs puniunt, vt patet *ex cap. in primis. 2. q. 1.*

13. *Culpa mortalis communiter ex metu nō fit venialis.* Nunquam tamen huiuſmodi extenuatio culpæ ex metu tanta poteſt eſſe, vt de mortali fiat venialis, niſi etiam metus ſit tantus, vt impediat deliberationem, quæ eſt neceſſaria ad peccatum mortale, vt ſubdit Salas *ibid.*

14. *Metus in actibus bonis etiam minuit & extenuat meritum.* Et quod dicimus de minutione, & extenuatione culpæ in actibus malis, quando fiunt ex metu, videtur dicendum etiam de minutione, & extenuatione meriti in actibus bonis, quando ſimiliter fiunt ex metu: certum enim videtur, quòd votum religionis, v. g. factum ex metu reuerentiali erga parentes, & ne illi ægrè ferant, ſi eligatur ſtatus matrimonij, eſt minùs meritorium, quàm ſi fieret purè, & ſimpliciter ex amore virtutis, & honeſtatis, vel ex motiuo charitatis, & dilectionis in Deum: & quemadmodum ex metu ſolùm eligitur, vt minus malum, quàm diſplicentia, & ægritudo parentum, & ſolùm placet in caſu huiuſmodi diſplicentiæ, non autem abſolutè, & extra hunc caſum, tanquam per ſe, & ſimpliciter bonum; ita & eligitur minùs voluntariè, id eſt, cum admiſtione inuoluntarij, quatenus eſt per ſe, & extra caſum. Et idem eſt etiam de martyrio, ſi mors acceptetur formaliter ex metu culpæ, v. g. ne fides negetur, aut perdatur pudicitia: ſimiliter enim etiam acceptatur, vt malum minus; & ideò cum aliqua admiſtione inuoluntarij, & cum aliqua minutione, & extenuatione meriti: quod alioqui eſſet, ſi ſuppoſito caſu metus à tyranno incuſſi, de fide neganda, aut prodenda pudicitia, mors, & martyrium non eligeretur formaliter ex tali metu, & tanquàm malum minus; ſed ex formali motiuo fortitudinis, aut charitatis; & caſus metus ſolùm ſe haberet, vt occaſio, vel vt motiuum ſecundarium, & minùs principale; non autem vt formale, & primarium, vel principale; vel etiam mors acceptaretur, & ſuſtineretur potiùs cum metu, quàm ex metu. Non tamē poteſt accidere, vt huiuſmodi meritū ab actu bono, facto ex metu, omninò tollatur, niſi metus ipſe ſit ex ſe malus, & actum omninò inficiat: vt, ſi quis, v. g. faciat votum religionis ex ſola ſegnitie, id eſt, ex metu, ne in ſæculo ad vitam ſuſtentandam cogatur laborare; vel ſeruet præcepta & legem Dei ex ſolo metu ſeruili cum ſeruilitate, id eſt, cum actuali propoſito non ſeruandi, ſi non eſſet metus, vt dicemus.

15. *Contractus, & vota alioqui valida, non irritantur ex metu.* Dicendum quartò, ex dictis ſimiliter colligi, quòd metus, per ſe loquendo, non impedit obligationem contractus, aut voti; neque hæc ſunt irrita ex iure naturæ propter defectum ſufficientis voluntarij, ſi alioqui non deſit aliquid aliud ex neceſſariò requiſitis. Ita Vaſq. 1. 2. *diſp. 27. c. 3. n. 17. & ſequentibus*, & fusè probatur in materia de contractibus, & in materia de voto: ſicut enim voluntarium miſtum, eſt ſufficiens ad peccatum, & ad ſe obligandum Diabolo; ita eſt ſufficiens ad contractum, & votum, id eſt, ad ſe obligandum hominibus, & Deo.

Dixi autem, *ſi alioqui non deſit aliquid aliud ex requiſitis*: quia, ſi latro, v. g. metu mortis, quam minatur, extorqueat ab aliquo promiſſionem pecuniæ; non ideò non poteſt eam accipere, & retinere: quia traditio ex parte promittentis non ſit ſufficienter voluntaria, ſed, quia ipſe nullum titulum habet, neque voluntas dandi ad ſolam redimendam vexationem iniuſtam, & ad mortem vitandam, potuit illi conferre aliquod ius; ſicut neque voluntas ſoluendi vſuras, quam habet mutuatarius, confert mutuanti ius, aut titulum illas accipiendi, aut retinendi. Atque ex hoc ſoluuntur magna ex parte, quæ in contrarium obiicit Salas 1. 2. *diſp. 3. ſect. 1. cit. n. 8. & ſequentibus*, dum ex multorum ſententia probat, quòd contractus, & vota ex metu iniuſto inita, ſint nulla ex ipſo iure naturæ: ſi enim in aliquibus id admittatur, non eſt dicendum prouenire ex defectu voluntarij, de quo agimus in præſentia; ſed ex defectu alicuius alterius: & ſi contractui, aut voto nihil aliud deſit ex parte materiæ, aut tituli, aut alterius, non eſt negandum, quòd de iure naturæ ſint valida; etiamſi eorum aliqua ſpecialiter ſint irrita iure poſitiuo, vt de profeſſione religioſa, ſeu de voto ſolemni habetur *cap. 1. de iis, quæ vi.* Ex quo loco Doctores communiter id extendunt etiam ad votum ſimplex, vt videre eſt apud Sanchez *lib. 4. in Decal. cap. 3.* Et eadem ratione matrimonium ex metu initum, ipſo iure eſt irritum, *cap. cùm locum. & cap. veniens. 1. de ſponſal.* & generaliter alia omnia, quæ non ſunt irrita ipſo iure, debent in irritum reuocari à Iudice. *cap. Abbas. de iis, quæ vi.*

Metus nō irritat vota, & profeſſionem, niſi ſit directè illatus ad illa extorquenda. Quod autem dicimus de voto, & profeſſione religioſa, quòd iure poſitiuo ſit irrita, quando eſt facta ex metu, ſolùm debet intelligi, ſi metus ſit directè incuſſus ad eam extorquendam, vt ex communi ſententia notat Suar. *tom. 3. de relig. lib. 6. cap. 4. num. 6. & ſequentibus.* Leſſ. *lib. 2. cap. 41. num. 7.* Sanchez *lib. 4. in Decal. cap. 3. num. 4.* Atque hoc modo ex Suar. *ibidem*, valida eſt profeſſio, ſi quis timeat violentam mortem ſibi inferri ab inimico; & Religionem ingrediatur, vt illam fugiat; & ſi metus mortis ab inimico ſit illatus ad alium finem, v. g. in vindictam iniuriæ, in odium perſonæ: nam, quando metus non incutitur directè ad extorquendum votum, aut profeſſionem, voluntas ipſa ex ſua libertate ſe determinat ad votum eligendum, illúdque ſponte eligit, tanquàm medium vitandi metum; non autem determinatur ab ipſo metu.

Dicendum quintò, quæ fiunt cum metu, neque etiam ſecundùm quid, ſunt inuoluntaria. 16. *Quæ fiunt cū metu, non ſunt inuoluntaria.* Patet: quia nullo modo ſunt ab extrinſeco, & vim inferente; ſed ſolùm ex intrinſeca perſuaſione, & electione: ſicut enim vir temperans, qui cum difficultate, & reſiſtentia appetitus ſenſitiui ſe continet ab illicitis voluptatibus, non dicitur operari inuoluntariè; quia, quamuis actus continentiæ ſimul placeat, quatenus eſt honeſtus, & ſimul diſpliceat, quatenus eſt contra ſenſum, principium tamen illius non eſt extrinſecum, ſed ſola intrinſeca perſuaſio, & electio ex amore virtutis, vt docet Ariſtoteles *lib. 2. Mor. Eudem. cap. 9.* ita & qui furatur, v. g. cum metu infamiæ, aut periculi, quamuis habeat actum, qui ſimul placet, quatenus eſt vtilis ad vitæ neceſſitates, & ſimul diſplicet, quatenus eſt inductiuus infamiæ, & periculi, non tamen eſt dicendus furari inuoluntariè, cùm principium furandi ſit merè intrinſecum, id eſt, propria perſuaſio, & malitia.

Et quamuis negari non poſſit, quin etiam metus, quando cōcomitanter ſe habet ad operationem, minuat aliquid de intenſione operationis, ſiquidem retrahit aliquo modo voluntatem; neque ſinit eā ferri tanto impetu, quanto alioqui ferretur; nō tamen proptereà facit inuolūtarium poſitiuè, prout hîc loquimur, cùm nullo modo faciat, vt operatio cum ea ipſa remiſſione, cum qua fit, fiat à principio extrinſeco. Multò autem minùs videtur probandum, quod contraria ratione placet aliquibus, id eſt, quòd metus concomitans augeat voluntarium, quatenus ad eum ſuperandum maiori, atque efficaciori voluntate eſt opus. Contrà enim eſt: quia ea ipſa maior voluntas non eſt ex metu, ſed ex aliquo alio motiuo, v. g.

vtilitatis, efficaciùs apprehenſo, & volito, & ſemper metus, qoátùm eſt ex ſe, potiùs retrahit voluntatem: & ſi ille idem maior conatus voluntatis adhiberetur ſine metu, certum eſt, quòd actus eſſet intenſior: & ſicut metus retardando, impediendo, & retrahendo voluntatem minuit de intenſione operationis; ita etiam minuit de voluntario poſitiuè, & facit minùs voluntarium negatiuè, quanuis non faciat minùs voluntarium poſitiuè, id eſt, per admiſtionem inuoluntarij.

17. *Soluuntur rationes dubitandi cõtra doctrinam S. Thomæ.*

Ad primam ex difficultatibus in contrarium allatis patet ex dictis *concl.* 1. oeque eoim metus quicunque facit inuoluntarium miſtum; ſed ſolus ille, qui eſt maioris mali, id eſt, cum apprehenſione, & diſplicentia alterius mali minoris, quod eligitur ad vitandum malum maius. Atque ita, ſi gubernatio nauis ex metu nauſragij, & obſeruatio legis ex metu gehennæ, non habeat adiunctam apprehenſionem, & diſplicentiam actualem, ſaltem laboris, qui in illa ſuſcipitur; veriſſimum eſt, quòd ſit purè voluntaria, &

18. *Quid requiratur ad metum ſeruilem cum ſeruilitate.*

oihil habeat admiſtum inuoluntarij. Neque verò omnis diſplicentia actualis de labore, & moleſtia, quæ eſt ſuperanda in obſeruatione legis ex metu gehennæ, facit metum ſeruilem cum ſeruilitate; ſed illa ſolùm, quæ habet adiunctum propoſitum non ſuperandi laborem, non ſeruandi legem, ſi gehenna non eſſet, vt notat Vaſq. 1.2. *diſp.* 27. *cit. c.* 2. *n.* 8. *&* 9. & ſi quis actu doleat de labore; non tamen deliberet de eo, quod aliàs faciendum eſſet, neqoe eligat legem tranſgredi, ſi gehenna non eſſet; non modò non peccat; ſed cæteris paribus, magis meretur ſeruando legem; ſiquidem ſeruat cum maiori difficultate: & hac ratione Suſanna *Dan.* 12. cum actuali diſplicentia incidendi in manus hominum, & ex metu oon incidendi in manus Dei, elegit non peccare in legẽ Dei; & Chriſtus ipſe cum actuali diſplicentia, & triſtitia, ex apprehenſione tormentorum, illa elegit, quanquàm non ex timore, ſed ex amore erga Deũ, & nos.

Dixi autem, eum, qui ſeruat legem, cum actuali diſplicentia, & ſenſu laboris, & moleſtiæ, magis mereri cæteris paribus: quia fieri poteſt, vt huiuſmodi diſplicentia retrahat voluntatem, & minuat aliquid de intenſione operationis, qoæ alioqui eſſet: & in tali caſu mirum non eſt, ſi ex hoc capite miouat meritum.

19. *Metus nõ eſt voluntarius perfectè.*

Ad ſecundam reſpondeo, metum, ſiue inferatur ab extrinſeco, ſiue innaſcatur ab intrinſeco, noo eſſe voluntarium perfectè, id eſt, à voluntate ſeipſam determinante, & mouente ad illum, in quantum eſt domina ſuorum actuum, & operatur, vt voluntas; ſed ſolùm eſſe ſpontaneum, & voluntarium imperfectè, in qoantum voluntas determinatur ab obiecto, &

20. *Timor quomodo ſit paſſio.*

operatur vt natura. Atque hac de cauſa timor communiter ponitur inter paſſiones, vt benè explicat S. Thom. 1.2. *q.* 41. *art.* 1. quia eſt motus paſſiuæ virtutis, & ad illum per modum actiui, & mouentis cooperatur ipſum obiectum, & ſemper fit cum aliqua tranſmutatione organi corporalis, quæ à S. Damaſceno *lib.* 3. *de fide*, *c.* 23. appellatur contractio, id eſt, conſtrictio, & collectio totius virturis ad repellendum malum imminens, vt exponit Iodocus Clicthroueus *in eum locum*. Quod autem eſt à volontate per determinationem obiecti, contra aliam inclinationem eiuſdem voluntatis, rectè dicitur, quòd aliquo modo ſit ab extrinſecu, & per conſequens non eſt purè voluntarium, ſed miſtum.

Ad tertiam reſpondet Vaſq. 1.2. *diſp.* 27. *cap.* 2. *n.* 6. *&* 7. quando dicitur metus facere inuoluntarium miſtum, id ſolùm intelligi de opere exteriore; quod quanuis ſit malum, abſolutè eligitur ad vitandum aliud malum maius.

21. *Etiam actus voluntatis aliquando poſſunt eſſe inuoluntarij ſecundùm quid.*

Sed contrà eſt: quia S. Thomas *in* 4. *d.* 29. *quæſt.* 1. *art.* 1. expreſsè concedit, quòd violentia, vel coactio conditionata, quam ait ab Ariſtotele appellari violentum, & inuoluntarium miſtum; poteſt etiam eſſe in conſenſu, qui eſt actus voluntatis: & ſicut conceditur, quòd etiam actus voluntatis poſſint aliqua ratione eſſe violenti, id eſt, ſaltem ſecundùm modum, vt patet ex dictis *ſuprà diſp.* 14. *n.* 5. ita & poteſt concedi, quòd aliquo modo ſint volontarij, ſi determinatio ad illos ſit ab extrinſeco, & contra aliam inclinationem voluntatis; atque hoc modo ſe habet actualis volontas proiiciendi merces, cùm à oemioe habeatur niſi in caſu, & per ſe loquendo, non minorem dolorem, & pœnitentiam afferat, quàm ipſa proiectio; & alioqui ſi talis voluntas eſſet purè, & perfectè voluntaria, non poſſet non eſſe talis etiam ipſa proiectio, quæ ſolùm eſt ad imperium, & nutum illius, vt benè dicitur in argumento.

Ad quartam difficultatem reſpondeo, concluſionem S. Thomæ, eſſe etiam Ariſtotelis 3. *Ethic. cap.* 1. *ſub initium*, vbi ait, actiones ex metu, quanuis ſint miſtæ; ſpontaneis tamen magis eſſe ſimiles: quia ſimpliciter eliguntur tunc, cùm aguntur. Et paulò pòſt: *Quæ per ſe ſunt inuita, & tamen eliguntur hic, & nunc, eſſe ſpontaneis ſimilia: quia actiones attenduntur ex circunſtantiis particularibus, & in his ſunt ſpontanea.* Neque verba, quæ afferuntur in argumento, cenſeri poſſunt pugnantia, ſi aduertatur longè aliud eſſe, quòd actio ſimpliciter ſit voluntaria, & quòd in caſu ſit voluntaria ſimpliciter: primum enim ſignificat, quòd ſit voluntaria, provt accipitur per ſe extra circunſtantias, & quòd particula, *ſimpliciter*, non cadat ſupra voluntarium; ſed ſupra actionem: ſecundum verò ſignificat, quòd ſit voluntaria ſimpliciter, provt accipitur in caſu, & io circunſtantiis; & quòd particula, *ſimpliciter*, contraria ratione cadat ſupra voluntarium, non ſupra actionem. Ariſtoteles autem, quaodo ait, neminem ſpoote abſolutè, ſua abiicere, & quæ fiũt ex metu ſimpliciter eſſe inuita, ſolùm accipit particulas, *abſolutè*, & *ſimpliciter*, primo modo, id eſt, provt cadunt ſupra actiones; non autem provt cadunt ſupra voluotarium. Et ſenſus eſt, quòd abſolutè & extra caſum periculi nemo ſponte abiiciat, & quæ fiuot ex metu, ſint inuita, ſi conſiderentur ſimpliciter, & extra circuoſtantias; non autem quòd in caſu periculi nemo abiiciat ſponte abſolutè, & quæ fiunt in circunſtantiis, ſint inuita ſimpliciter, vt notat Vaſq. *diſp.* 27. *cit. c.* 3. *n.* 12. *& ſequentib. & ad quæſtionem* 76. *in notationibus circa art.* 3. *not.* 3. Salas 1.2. *diſp.* 3. *ſect.* 1. *n.* 4. & omnes communiter.

Quo verò ſenſu neget S. Thomas 2.2. *quæſt.* 142. *art.* 3. ea, quæ fiunt per timorem, eſſe ſimpliciter voluntaria, apertè patet ex verbis ipſius, quæ ſic habent: *Vnde non ſunt ſimpliciter voluntaria: ſed miſta.* Cùm enim, ex eodem S. Th. 3. *part. quæſt.* 50. *a.* 5. particula, *ſimpliciter*, aliquando accipiatur, provt contradiſtinguitur à *ſecundùm quid*; & aliquando, provt eſt idem atque, *omninò*, vel *totaliter: art. illo* 3. particulam, *ſimpliciter*, non accipit, provt contradiſtinguitur à particula, *ſecundùm quid*; ſed provt idem ſignificat, atque omninò, vel totaliter: & ſenſus eſt, quòd quæ fiunt ex metu, non ſunt purè, & omni modo voluntaria; ſed miſta: non autem, quòd noo plùs habeant de voluntario, quàm de inuoluntario, & ab illo denominentur ſimpliciter, & ab hoc ſecundùm quid.

Et eadem ratione eſt intelligendus idem S. Thom. 2.2. *quæſt.* 25. *art.* 4. *in fin. corp.* vbi ait ex Ariſtotele, ea, quæ fiunt ex timore, non eſſe ſimpliciter voluntaria; ſed miſta ex voluntario, & inuoluntario. Neque illud, quod ſubdit S. Thomas 2.2. *quæſt.* 142. *art.* 3. *cit.* ea, quæ fiunt ex timiditate, eſſe minùs voluotaria

in

in particulati, quàm in communi, pugnat cum eo, quod habet 1.2.*quæſt.6.art.6.* quòd in caſu, & in citcunſtantiis particularibus ſint voluntaria; & conſiderata per ſe, & extra caſum ſint inuoluntaria: ſolùm enim ſigoificat, quòd abiectio clypei, v.g. aut proiectio metcium ad vitam ſetuandam, minùs diſplicet, quando periculum couſidetatur in communi, & ſolùm habet eſſe in apprehenſione; quàm qoando teipſa accidit, & habet eſſe in actione, & ideò in particulati eſt minùs voluntaria, quàm in communi, cùm è contrà ea, quæ pertinent ad intemperantiam, magis placeant, & magis ſint voluntaria in patticulati, qoàm io communi: ſiquidem tunc ſolùm aliquis eſt intemperans, quando allicitut à ſingularibus delectabilibus, & extra ſingularem & actualem allicientiam, nemo eſt, qui velit eſſe intemperans.

Hoc autem totum longè eſt diuetſum ab eo, quod dicitur *a.60.cit.* neque enim eſt idem, quòd ptoiectio metciom ad ſeruandam vitam tempote naufragij minùs diſpliceat, & ſit magis voluntaria, quando naufragium habet eſſe in apprehenſiune, & ſolùm conſideratur in communi, & reipſa non imminet in actione; quàm quando conſideratut in particulari, & imminet hîc, & nunc in actione: & quòd ptoiectio metcium ſecundùm ſe conſiderata extta actionem, & apprehenſionem naufragij, & extta neceſſitatem ſeruandæ vitæ, ſit magis voluntaria, quàm in caſu naufragij & actuali periculo; & illud ſolùm aſſeritut à S. Thoma 2.2. *quæſt.illa* 142. *art.3.* & hoc ſolùm aſſeritur 1.2.*quæſt.* 6.*art.6.* vt patet ex textu. Et quanuis paulò aliter hæc duo loca concilict Vaſq. *cap.3.cit.num.*14.*&* 15. & Salas *ſect.*1.*cit.num.* 4.*&* 5. id tamen, qood diximus, eſt multò facilius, & magis ad mentem S.Th. vt patet ex textu.

XX. *Baptiſmus ſuſceptus ex metu, quomodo ſit voluntarius.*

Denique ad Innocentium III. *c. maiores.de Baptiſmo*, eodem modo reſpondet Sanchez *lib.* 4. *de matr. diſput.*1.*num.*5. quòd enim ait, ſuſceptionem Baptiſmi ex metu ſolùm eſſe voluntariam ſub conditione, non iotelligitur, quando metus actu, & reipſa eſt in actione: ſed ſolùm, quando eſt iu apptehenſione, & conſideratur quaſi in vniuerſali: quia tunc ſolùm poteſt haberi hic conſenſus conditionatus: *Volo baptizari, ſi inſtat periculum.* Et contrà, quod ait S. Thomas 1.2. *quæſt.6.art.6. ad* 3. ea, quæ fiunt ex metu, eſſe abſolutè voluntaria, & ſub conditione iouoluntaria, ſolùm intelligit, vt quando metus actu, & reipſa eſt in actione: quia quando ſupplicia, & terrores actu intentaotur, conſenſus ille conditionatus: *Volo baptizari, ſi inſtat periculum.* omninò tranſit in abſolutum: *Volo baptizari, quia inſtat periculum.* & conſenſus cooditionatus ſolùm poteſt haberi de oppoſito, quatenus poteſt manere in apptehenſione: *Nolo baptizari, ſi non inſtat periculum.*

DISPVT. XVI.

Quot ſint ſpecies metus ex S. Damaſceno; & quomodo pet omnes illas cauſetur inuoluntarium miſtum, & ſecundùm quid, tam in foro conſcientiæ, quàm in foro externo.

1. *Quot ſint genera, aut ſpecies metus.*
2. *Non ſunt genera, aut ſpecies propriè dicta.*
3. *Segnities, pudor, & verecundia quomodo ſint ſpecies metus.*
4. *Admiratio, ſtupor, & agonia, ſiue angor, quomodo ſint ſpecies metus.*
5. *Quomodo poſtrema ſpecies metus explicentur à S. Damaſceno.*
6. *Ex ſententia Stoicorum ſpecies metus ſunt plures, quàm ſex.*
7. *Metus concuſſiuus, impreſſiuus, aut facti.*
   Suſpicionis, aut compulſionis potentiæ.
   Tacitus, & reuerentialis.
   Metus perfidiæ.
8. *Per omnes ſpecies metus cauſatur inuoluntarium miſtum, & ſecundùm quid in foro conſcientiæ.*
9. *Qui importunis precibus inducit virginem, vt conſentiat in ſui deflorationem, ad nihil tenetur.*
10. *Religioſus ſi ex importunitate obtineat licentiam poſſidendi aliquid contra votum paupertatis, non eſt tutus in conſcientia.*
11. *Satis eſt, ſi ratio mali, quæ timetur, ſit apparens & apprehenſa.*
12. *Non ſemper in foro externo cauſatur inuoluntarium ſecundùm quid per omnes ſpecies metus.*
13. *Officio Iudicis eſt ſuccurrendum illi, qui patitur metum leuem.*
14. *Abſolutio à iuramento præſtito ex metu leui, non eſt neganda à Iudice.*
15. *Metus in iudicio qualiter ſit probandus.*

QVÆ diximus de metn in vniuerſum, clariora fient, ſi explicentur de ſingulis genetibus, aut ſpeciebus illius.

1. *Quot ſint genera, aut ſpecies metus.*

Quate ſciendum eſt ex S. Damaſceno *lib.* 2. *de fide orthod. cap.* 15. & ex S. Gregorio Nicæno *lib.* 4. *Philoſophiæ*, *cap.*14. metos aſſignari ſex genera, id eſt, ſegnitiem, pudorem, verecundiam, ſtupotem, tettotem, angorem; nec diffetre S. Thomam 1. 2. *quæſt.*41. *art.* 4. dum illas appellat ſpecies, & loco pudotis ponit etubeſcentiam, & loco ſtupotis admirationem, & pto ſtupore ponit tettotem, & angorem appellat agonicam: parum enim omninò tefert, ſiue appellentur genera cum S. Damaſceno, ſiue appellentur ſpecies cum S. Thoma, cùm hæc vtraque appellatio largè accipiatur pro quacunque diuerſitate; quomodo etiam dicemus plura eſſe genera hominum, & alios, v.g. eſſe cholericos, & alios phlegmaticos, & apud nos plures eſſe ſpecies ignis, & alium eſſe in materia rara, v.g. flammam, & alium in materia denſa, v.g. carbonem, & ſimiliter plures eſſe ſpecies terræ, aut aquæ. Et, v.g. benè explicat idem S. Thomas 1.2. *quæſt.* 35. *art.* 8. *in corp.* cùm ſemper ſpecies conſtituatur ex additione differentiæ alicuius ad genus, & ideò differentia communiter dicatur eſſe illa, qua ſpecies abundat à genere, ſi differentia, quæ additur, ſit pettinens per ſe ad genus; quomodo rationale, v.g. pertinet per ſe ad animal, cooſtituitur veta, & propria ſpecies: ſi verò ſit quid extraneum, & per accidens, quomodo album, v.g. eſt extraneum animali, conſtituitur ſpecies largo modo, & improptiè dicta: & ſic ſe habent ea, quæ adduntur rationi metus, quaſi in communi, & in vniuerſum accepti, & per quæ conſtituuntur huiuſmodi ſpecies; & ideò ſolùm largè, & impropriè numerantur, vt ſpecies: cùm enim ratio metus eſſentialiter, & per ſe ſolùm reſpiciat malum futurum, difficile, quod excedit poteſtatem timentis, & cui ab ipſo reſiſti non poteſt, vt dicitur à S.Thoma 1.2. *eadem quæſt.* 41. *art.* 2. *&* 4. quemadmodum huic rationi quaſi genericæ obiecti metus, eſt quid extraneum, & per accidens, quòd huiuſmodi malum difficile, & excedens poteſtatem timentis, ſit in ipſa opera-

2. *Non ſunt genera, aut ſpecies propriè dicta.*

 tione

tione illius, vel extra operationem: ita & additio, quæ ſit metui in genere per has ſpecies, & illarum conſtitutio, per has differentias, ſolùm eſt per aliquid extraneum generi, & per conſequens non ſuot ſpecies propriè dictæ, & per ſe acceptæ; ſed ſolùm improprié, & largo modo: vt enim benè explicat S. Thomas *art. 4. cit.* ſi ratio mali imminentis, & excedentis timentem, ſit in ipſa operatione illius, cōſtituuntur tres ſpecies priores metus, id eſt, ſegnities, pudor, vel erubeſcentia, & verecundia; & ſi ſit extra operationem, conſtituuntur tres aliæ poſteriores, id eſt, admiratio, ſtupor, & agonia: nam ſegnities eſt metus ſuperexcedentis laboris, qui apprehenditur in ipſa operatione, vt cùm quis refugit,

3. Segnities, pudor, & verecundia quomodo ſint ſpecies metus.

v.g. aut differt operari; quia timet labori ſuccumbere, & viribus ſuis diffidit, ne opprimantur. Pudor verò, aut erubeſcentia eſt timor conſecuturi dedecoris, aut infamiæ, aut reprehenſionis ex futura operatione, vt cùm quis metuit aggredi aliquid, ne poſteà veniat in aliorum notitiam, & afferat dedecus, aut infamiam, aut reprehenſionem; & denique verecundia eſt timor eiuſdem dedecoris, ne conſequatur ex operatione iam facta: & hoc ſolùm differt à pudore, aut erubeſcentia, quòd pudor ſolùm eſt, quando timetur turpitudu in actu committendo; verecundia verò, quando timetur ex iam commiſſo, vt habet S. Thomas *art. 4. cit.* & in ordine ad illum iam commiſſum, oe reſciatur; cauetur ſollicitè iteratus lapſus in idem malum, vt notat Iodochus Clichtoueus *in comment. in cap. 15. cit. S. Damaſcem*, quanquam hi duo affectus pudoris, & verecundiæ ſæpè inter ſe confunduntur, vt notat Azor *tom. 1. lib. 3. c. 15. q. 3.*

4. Admiratio, ſtupor, & agonia, ſiue angor, quomodo ſint ſpecies metus.

Et ſimiliter, ſi malum, quod timetur, ſit extra operationem ipſius timentis, ex S. Thoma *eodem art. 4.* tunc eſt admiratio, quando ratione ſuæ magnitudinis timet de illo aliquis ferre iudicium, ſuæque intelligentiæ diffidit, ne deficiat in iudicando, eiúſque exitum conſiderando: & tunc eſt ſtupor, quando id timet ratione deſuetudinis; & quia eſt res inſolita; non autem ſolùm, quia eſt magna: & denique tunc eſt agonia, quando timet ratione improuiſionis, & quia eſt res, quæ prouideri non poteſt, ſicut ſe ſe habent futura infortunia, quando timentur: & vt addit *in reſponſione ad 4.* quemadmodum ſegnities eſt metus laboris in operando; ita & admiratio, & ſtupor eſt metus difficultatis in iudicando, & aſſequendo per intellectum; & ſicut illa ſe habent ad actum exteriorem, ita & hæ ad actum intellectus. Et præterea hoc etiam differunt admiratio, & ſtupor, vt concludit *in reſponſione ad 5.* quòd admiratio ſolùm timet difficultatem in iudicando de præſenti, non autem de futuro; imò & pro futuro inquirit, vt viam aperiat ad iudicandum, cùm ex ſola admiratione ceperint homines philoſophari, vt dicitur 1. *Metaph. ſumma 1. cap. 2.* ſtupor verò non ſolùm timet iudicare in præſenti; ſed etiam in futuro inquirere: & ideò admiratio eſt principium; ſtupor verò eſt impedimentum philoſophandi.

5. Quomodo poſtrema ſpecies metus explicentur à S. Damaſc.

Paulò aliter has tres ſpecies poſteriores recenſet, & explicat S. Damaſcenus *cap. 15. cit.* & Iodochus Clichtoueus *in comment. illius capituli*, & Azor *tom. 1. lib. 3. cap. 15. quæſt. 3.* nam admirationem ſpecialiter non exprimit; ſed tanquam vnam ſpeciem, eam comprehendit ſub ſtupore; & præter illas ponit terrorem, cuius non meminit S. Thomas, & ſtuporem definit eſſe *metum ex ingenti aliqua rei ſpecie animo oblata*; id eſt, ex vehementi, & inconſueta imaginatione, vt exponit Clichtoueus. Et dicitur ſtupor: quia plerunque inducit alienationem ſenſuom, cùm ſtupentia, ſiue ſtupida membra tunc dicamus, quando paruum, vel nullum habent ſenſum; & aliquem ſtupentem, & ſtupidum, quando ex magna imaginatione, aut timore ſenſum rerum non habet. Terrorem verò definit, eſſe metum ex noua aliqua, & inſueta rei ſpecie contractum, id eſt, ob difficultatem, & grauitatem mali perferendi, vel ob communicationem mali infligendi ab alio, vt exponit Clichtoueus: tunc enim dicitur quis terrere alterum, aut terrorem illi incutere, quando illi proponit graue aliquod malum impendens, atque ingruens, ſiue illud ſit inferendum ab ipſomet proponente, ſiue ab alio: & denique angorem definit eſſe, *metum, ne vota noſtra infeliciter cedant: quia tunc angore afficimur, cùm metuimus, ne quod aggreſſi ſumus, non ex ſententia cedat.* Et vt exponit Clichtoueus, tunc dicimur agonizare, vel angi, & agonia premi, quando aliquid aggredimur, cuius incertus eſt exitus, eúmqoe infauſtum, & infortunatum timemus: quanquam communiter agonia, ſiue angor etiam dicitur, præſcindendo ab infortuniis, & exitu inopinato, quando malo extrinſeco reſiſti non poteſt, & de proximo imminet, & iam iam eſt perferendum, vt patet de Chriſto Domino *Lucæ* 22. qui ex paſſione iam imminente dicitur factus fuiſſe in agonia.

6. Ex ſententia Stoicor. ſpecies metus ſunt plures, quàm ſex.

Species metus plures quàm ſex ex Stoïcorum ſententia enumerat M. Tullius *lib. 4. Tuſcul.* dum ait: *Sub metu ſubiecta ſunt pigritia, pudor, terror, timor, pauor, exammatio, conturbatio, formido.* Et paulò pòſt: *Quæ autem*, inquit, *ſubiecta ſunt ſub metu, ea ſic definiunt: Pigritiam, metum conſequentis laboris: terrorem, metum concutientem. Ex quo fit, vt pudorem rubor, terrorem pallor, & tremor, & dentium crepitus conſequatur; timorem, metum mali appropinquantis; pauorem, metum, mentem loco mouentem; exanimantem metum ſubſequentem, & quaſi comitem pauori, conturbationem, metum excutientem cogitata; formidinem, metum permanentem.* Et ſimiliter de his etiam ſpeciebus certum eſt, quòd ſolùm traduntur per aliquid extraneum, & per accidens: & ideò ſolùm ſunt ſpecies impropriè dictæ.

7. Metus concuſſiuus, impreſſiuus, aut facti. Suſpicionis, aut compulſiuus potētiæ. Tacitus, & reuerentialis. Metus perfidiæ.

Denique ex Iuriſperitis quinque ſpecies, aut modos metus enumerat Sanchez *lib. 4. de matr.* qui eſt de cooſeuſu coacto *diſp. 1. num.* 8. & primus dicitur metus concuſſiuus: quia per minas infertur, quæ totum hominem quatiunt. Secundus dicitur impreſſiuus, vel etiam metus facti: quia facto ipſo incutitur, vt quando interueniunt verbera, aut carcer. Tertius dicitur metus ſuſpicionis, non quidem temerariæ, ſed violentæ: vel etiam metus compulſiuus potentiæ: qoia infertur à viro potente: eiúſque potentia eſt timenda. Quartus dicitur metus tacitus, & reuerentialis, vt filij, v. g. erga patrem, & vxoris erga virum. Quintus denique dicitur metus perfidiæ: quia per illum timetur, ne damnum inferatur contra fidem datam, aut debitam; vt, ſi ægrotus, v. g. largè, & liberaliter promittat, aut donet Medico, vel clientulus Procuratori, & Cauſidico, timens, oe perfidè medcatur morbo, vel cauſæ patrocinetur.

8. Per omnes ſpecies metus cauſatur inuoluntarium miſtum, & ſecundùm quid in foro conſcientiæ.

Quòd verò per has omnes ſpecies metus cauſetur inuoluntarium miſtum, & ſecundùm quid, patet ex dictis *diſp. præced. n. 5.* quia enim in omnibus reperitur ratio metus, quaſi generica, id eſt, affectio, & perturbatio ex præſenſione mali futuri difficilis, quod excedit poteſtatem timentis, & cui ab ipſo reſiſti non poteſt; & iam diximus *ex 1. 2. quæſt. 41. art. 2. & 4.* eo ipſo, quòd aliquid ſit ex huiuſmodi

perturbatione,

perturbatione, & ad vitandum huiuſmodi malum, contra abſolutam inclinationem, quæ alioqui haberetur de oppoſito extra illum caſum, neque omninò, & purè voluntariè ſit; neque omninò, & purè inuoluntariè; ſed miſtè, vt *ſuprà* explicauimus *diſput. præced. num.7.* Et hic etiam metus, quando eſt lenis, in foro conſcientiæ obligat ad reſtitutionem, vt probat Sanchez *lib.4. de matrim. diſputat.9. num. 4. & ſequentibus*, & promiſſionem quamcunque reddit nullam, vt notat Mol. *tom.2. d. 267. in fine*, ex Sylu. *Reſtitutio*, *2. dicto 7.* & Nau. *com.2. de Regular. num.67.§. Addo 13. verſ. Alterum, quòd in foro conſcientia.* Sed benè debet aduerti, quòd verè ex huiuſmodi metu leui efficiatur inuoluntarium miſtum: quia facilè poteſt accidere, vt quis ab initio inducatur ex metu ad aliquid faciendum; ſed poſteà merè voluntariè illud proſequatur, neque retineat actualem diſplicentiam extra caſum metus, vt notat Sanchez *lib.4. cit. diſp.10. num.4.* vt, ſi quis, v.g. importunè rogatus, & ex metu illius moleſtiæ, quam afferunt preces importunæ, in aliquid conſentiat; neque tamen poſteà id proſequatur voluntate renitente, & repugnante, vt notat

9\. *Qui importunis precibus inducit virginem, vt conſentiat in ſui deflorationem, ad nihil tenetur.*

Sylu. *Reſtitutio*, *1. ver.9.* Et hac ratione communiter contingit, quando quis importunis precibus inducit virginem, vt conſentiat in ſui deflorationem: quia, quamuis ab initio dicat, ſe nolle, poſteà tamen libenter conſentit, & in tali caſu talis deflorator nihil tenetur illi reſtituere, vt ſubdit Sanch. *diſput.10. num.* Quia reuerà conſenſus, quem præſtitit, non fuit inuoluntarius, aut coactus ex metu, quem affert importunitas precum; ſed renitentia, & repugnantia, ſi quæ fuit, ſolùm fuit ante conſenſum, non autem ſimul cum illo.

Et idem eſt, ſi detur pauperi eleemoſyna ex importunitate: quia ſimiliter poſita ab initio importunitate, poſtea ſponte datur; non autem inuoluntariè, vt idem ſubdit *num.10. in fine.* Secùs verò accideret in homine Religioſo, ſi ex importunitate

10\. *Religioſus, ſi ex importunitate obtinens licentiam poſſidendi aliquid contra votum paupertatis, non eſt tutus in conſcientia.*

extorqueret à Superiore licentiam aliquid habendi, aut poſſidendi, & Superior ſolùm taceret, & non contradiceret, vt, ſcilicet, ſic vitaret maius malum, & non repleret querelis totum Monaſterium: hæc enim taciturnitas Superioris non excuſat Religioſum à vitio proprietaris, vt ex doctrina Vgonis notat Turrecremata *in c. non dicatis num. 9. 12. quæſt.1.* & Nau. *comment.2. de Regul. num.22.* & talis Religioſus non eſt tutus in conſcientia, non ſolùm propter ſcandalum, quod generat in Monaſterio; ſed etiam propter votum paupertatis, cùm licentia eo modo extorta, non ſit licentia, ſed violentia, vt eſt apud S. Bernardum *in lib. de conſiderat. ad Eugenium*; & Superior verè retineat diſplicentiam, & renitentiam, ne Religioſus id habeat, & poſſideat, vt notat Sanchez *diſput.10. cit. num.9.* ex Dionyſio Carthuſiano, *de profeſſ. Monaſtery, lib.1. art.11.* Cordub. *in ſum. quæſt. 54.* Petro Nau. *de reſtit. p.3. dubio 1. num.161.* & aliis.

11\. *Satis eſt, ſi rationalis, quæ timetur, ſit apparens, & apprehenſa.*

Illud prætereà aduerti debet circa ſpecies metus in vniuerſum, non eſſe neceſſarium, vt ratio mali, de qua eſt metus, ſit vera, & realis; ſed ſatis etiam eſſe, ſi ſolùm ſit apparens, & apprehenſa: & tunc etiam poſſe facere inuoluntarium miſtum, ſi actu remaneat diſplicentia, & renitentia voluntatis: nam, quemadmodum in rationibus boni, quæ trahunt voluntatem, parum refert, ſiue ſint veræ, & reales in ipſis rebus, ſiue ſolùm apprehenſæ, & apparentes, vt patet ex Ariſtotele *2. Phyſ. text. 31. & 5. Metaph. text. 3.* & eo ipſo, quòd per intellectum relucet in aliquo aliqua ratio boni, & voluntati proponitur, poteſt voluntas ad eam trahi, vndecunque tandem proueniat illa relucentia, & ſiue proueniat ex realitate rei, ſiue ex deceptione intellectus; ita & in rationibus mali, quæ retrahunt voluntatem, ſimiliter parum refert, ſiue ſint veræ, ſiue apprehenſæ; & eo ipſo, quòd per intellectum relucet in aliquo aliqua ratio mali, & voluntati proponitur, tanquàm excedens poteſtatem, poteſt voluntas ex illa moueri ad aliquid aliud, ad quod alioqui non moueretur, etiamſi relucentia non proueniat ex realitate obiecti; ſed ſolùm ex deceptione; & ratio mali ſit ſolùm apparens, & apprehenſa, non autem vera & realis. Atque hoc modo diſcurrendo per ſpecies metus iam aſſignatas, ſi quis conſtitutus, v.g. in manibus hoſtium, aut latronum, difficultatem, ac laborem ab iis fugiendi apprehendat, vt magnum, & vt valdè incommodum; & ad eum vitandum eligat potiùs certam ſummam iis promittere; promiſſio hæc ex ſola ſegnitie, aut metu laboris in actu fugæ, inuoluntaria eſt dicenda ſecundùm quid; ſiue illa magnitudo laboris in fugiendo ſit vera, & realis; ſiue ſolùm apparens, & apprehenſa.

Et, ſi quis ex metu pudoris, & erubeſcentiæ, & ne cogatur aliquid facere, ex quo dedecus, & infamia, & reprehenſio ipſi conſequi poſſit; vel ex metu verecũdiæ, & ne reſciatur turpe aliquod ipſius factum, quod ſimiliter afferat dedecus; certam ſummam promittat aliquibus, ſimiliter parum refert, ſiue infamia, & dedecus, quod hic timet, ſit verum, ſiue apparens, ad hoc vt promiſſio ex pudore, aut verecundia ſit illi inuoluntaria ſecundùm quid. Et, ſi timeat de magno aliquo, aut nouo euentu ferre iudicium, ſuæque intelligentiæ diffidens, in obloquentium ora malit incurrere, & aliquã imperitiæ, aut inſcientiæ notam ſubire; erit hæc etiã ipſi inuoluntaria ſecundùm quid, ex admiratione, & ſtupore; etiamſi difficultas in iudicãdo ſit ſolùm apparẽs: & ſi res omninò improuiſa, & inopinata eueniat, & ad vitãdum maximũ infortunium, quod de proximo imminet, v. g. naufragium ex improuiſa tempeſtate, eligat merces proiicere, & quid aliud conſilij capiat, ſit planè neſcius, etiam proiectio mercium erit illi inuoluntaria ſecundùm quid, ex angore, aut agonia; ſiue periculum, & proximitas naufragij ſit ſolùm apprehenſa; ſiue etiam vera.

Sed, quamuis hæc in foro conſcientiæ ſemper ita ſe habeant, & ſiue malum, quod eſt obiectum metus, reuerà ſit maius, quàm illud aliud, quod ex metu eligitur, ſiue ſolùm apprehendatur, vt maius, ſemper electio alterius in foro animæ ſit inuoluntaria ſecundùm quid, & aliqua ex parte ſemper ſit minùs culpabilis, aut minùs meritoria, quàm ſi fuiſſet purè, & ſimpliciter voluntaria, vt *ſuprà* diximus *diſput. præcedente*, *num.12. & 14.* non tamen ſemper ita ſe habent in foro externo, vt notat Sylu. *ver. Metus*, *num.9.* & apud illum Panorm. *in c. veniens*, *2. de ſponſal.* Nau. *in Man. cap.17. num.5. & & 30.* & alij: hac enim de cauſa in iure communi inductæ ſunt multiplices illæ diuiſiones metus, ſecundùm quas alius dicitur eſſe iuſtus, probabilis, grauis, aut cadens in virum conſtantem; & alius non iuſtus, non probabilis, ſed leuis, aut vanus, & non cadens in virum conſtantem: & quia iura non quemlibet metum admittunt, & probant, neque ex quolibet excuſationem recipiunt, ſi quid contra ipſa peccetur; neque nomen, & laudem viri conſtantis cuique relinquunt, ſi ex quolibet aliquid agat, aut patiatur; ſed contrà plures metus reiiciunt, & damnant, vt vanos, & leues; & ignauiæ arguunt, ſi quis aliquid ex illis faciat, aut patiatur.

12\. *Non ſemper in foro externo cauſatur inuoluntariũ ſecundùm quid, per omnes ſpecies metus.*

Inde eſt, quòd iudicium de magnitudine, aut 13

paruitate

Officio Iudicis eſt ſuccurrendum illi, qui patitur metum leuem.

paruitate mali, quod imminet, & vtrùm ſit excedens poteſtatem timentis, an non, non relinquant opinioni, & exiſtimarioui cuiuſque; ſed ipſa per ſe illud conſtituant, ac definiant, vel relinquant arbitrio Iudicis, vt notat Innoc. *in c. cùm dilectus. num.*1. *de his, quæ vi.* & Gloſſa *ibidem, verſ. metum mortis.* & habetur *l. non eſt veriſimile. ff. quòd metus cauſa.* Et quanuis non detur ratio, quòd metus cauſa, niſi quando metus eſt grauis, & cadens in virum conſtantem. *l.metum. ff. eo. & c. veniens. de ſponſal.* officio tamen Iudicis etiam ſubuenitur, quando quis eſt paſſus minorem metum, vt notat Gl. *in c. cùm dilectus. cit.ver. metum mortis. de his, quæ vi.* & Panorm. *ibid. num.*9. cùm non debeat Iudex pati, vt qui infert minorem metum, reportet commodum ex ſua violentia, vt etiam notat Gl. *in l.nec timorem. verbo, reſtituit. ff.de eo, quòd met.cau.* Sanchez *lib.*4. *de matr. diſp.*9. *num.* 5. & plures alij apud ipſum.

54.
Abſolutio à iuramento præſtito ex metu leui, non eſt neganda à Iudice.

Atque hoc modo eſt etiam quis abſoluendus à iuramento, ſi illud præſtitit ex metu leui, vt notat Hoſtienſ. *in c. verum. de iureiur.* Panorm. *ibid.n* 3. S. Anton. 2.*p. tit.*10. *c.*6. §. *Quintus caſus.* Sanchez *diſp.*9.*cit. num.*4.*in fine*, & alij apud ipſum. Et ſi teſtamentum ab aliquo ſit confectum ex metu reuerentiali, ſed ſine minis; & ideò non cadente in virum conſtantem, eſt reſcindendum officio Iudicis; quanuis non per actionem, quòd metus cauſa, vt notant aliqui apud Sanchez *lib.*4.*cit.de matr.diſp.* 10.*num.*7. ex Bart. *in l. fin. num.*4. *ff. ſi quis aliquem teſtari prohib.*

15.
Metus in iudicio qualiter ſit probandus.

Quid ſi quæras, qualiter metus ſit probandus in iudicio? Reſpondeo, vel per teſtes, vel ex coniecturis, & præſumptionibus, vt notat Sanchez *lib.*4. *de matr. diſp.*27. ex Menochio *lib.*3. *de præſumptionibus, præſ.*4. & Maſcardo *de probat. concl.* 1055. *& ſequentib.* Et ſi probatur per teſtes, commune axioma eſt apud Doctores, illud Innoc. *in c. ſuper hoc. num.*2. *de renunciat.* & Panorm. *in cap.*1.*num.*10. *de his, quæ vi.* plùs eſſe credendum duobus teſtibus deponentibus de metu, quàm mille teſtantibus de ſpontanea voluntate: quia, ſcilicet, qui metum deponunt, ſenſu ipſo corporeo potuerunt illum percipere; non autem, qui deponunt voluntatem ſpontaneam, quæ omninò latet, & ſolùm in animo eſt recondita.

DISPVT. XVII.

Quid requiratur ad metum grauem, probabilem, & iuſtum, ſiue cadentem in virum conſtantem: & vtrùm grauitas mali ſit attendenda comparatiuè ad ipſum timentem, & ipſi ſoli debeat imminere.

1. *Quare metus dicatur grauis, probabilis, & cadens in virum conſtantem.*
2. *Metus cadens in virum conſtantem debet eſſe de malo, quod ſit graue abſolutè, & in ſe; non autem ſolùm comparatiuè ad aliud leuius.*
3. *Metus grauis reſcindit contractus, etiamſi non ſit cum laude virtutis, & ſine culpa.*
4. *Malum graue debet timeri prudenter, & rationabiliter.*
5. *Etiam ſuſpicio metus reputatur pro metu.*
6. *Electio non ſolùm vitiatur per violentiam; ſed etiam per timorem violentiæ.*
7. *Qui metum incutit, debet poſſe exequi malum, quod minatur.*
8. *Qui metum incutit, debet eſſe ſolitus minas exequi, ſaltem in diuerſo genere mali.*
9. *Qui metum patitur, debet non facilè poſſe malis occurrere, quæ alius comminatur.*
10. *Grauitas metus non eodem modo eſt attendenda in fœmina, ſene, aut puero; atque in milite.*
11. *Metus grauis quomodo dicatur cadere in virum conſtantem; non autem in conſtantem fœminam, aut conſtantem ſenem, vel puerum.*
12. *Fœminæ aliquando ſunt fortiores, quàm viri.*
13. *Ad metum grauem non requiritur, vt malum timeatur in ipſa perſona timentis; ſed ſatis eſt, ſi timeatur etiam in aliis ipſi coniunctis.*
14. *Poteſt metus eſſe grauis, ſi malum timeatur à viro in perſona vxoris, vel ab vxore in perſona viri.*
15. *Vel à filiis in perſona parentum, aut aliorum aſcendentium.*
16. *Vel à fratribus in perſona aliorum fratrum.*
17. *Vel in perſona conſanguineorum.*
18. *Aut affinium vſque ad quartum gradum.*
19. *Aut amicorum, vel domeſticorum.*

QVIA ſæpiſſimè in rebus moralibus incidit mentio de metu graui, & cadente in virum conſtantem, non erit abs re, vt hoc loco ea indicemus, quæ magis frequenter poſſunt vſui eſſe, vt, v.g. quæ conditiones ad illum requirantur, & de quibus malis eſſe debeat. Videri poſſunt Scholaſtici *in* 4.*d.*29. S.Thomas *in additionibus ad* 3.*p.quæſt.*47. *art.*2. Summiſtæ verò *verb. metus.* Leſſ.*lib.*2.*cap.*17. *dubitat.*6. Reginal. *lib.*31.*cap.*13. Rebell. *parte* 2.*lib.* 2.*quæſt.*11. Azor *tom.*1. *lib.*1.*cap.*10. Sanchez *lib.* 4. *de matr.* qui eſt de conſenſu coacto: & *lib.*4.*in Dec. cap.*3.*num.*1.*&* 2.

1.
Quare metus dicatur grauis, probabilis, & cadens in virum conſtantem.

Dicitur verò metus cadens in virum conſtantem, *c. conſultationi & c. veniens.* 2. *de ſponſal. & c. cùm dilectus. de his, quæ vi.* vel etiam in virum conſtantiſſimum, *l.metum.*2.*ff. quòd metus cauſa.* quia non repugnat conſtantiæ, & fortitudini; ſed iuſtè, & rationabiliter eo terretur etiam vir conſtans. Et eadem de cauſa etiam appellatur metus iuſtus, *c. fin. de appell.* & metus probabilis, & grauis; quia iura illum admittunt, & probant, vt diximus *diſp. præcedente, num.*9. & notat Sanchez *lib.* 4. *cit. de conſenſu coacto, diſp.*1.*num.*9.

2.
Metus cadens in virum conſtantem, debet eſſe de malo, quod ſit graue abſolutè, & in ſe, non autem ſolùm comparatiuè ad aliud leuius.

Atque ad hoc, vt metus ſit cadens in virum conſtantem, ex eodem Sanchez *ibid. diſp.*1.*cit.num.*10. *& ſequent.& lib.*4.*in Decal.cap.*11. *num.*1. Reginal. *lib.*31.*cit.cap.* 13. *num.* 76. & aliis, quinque conditiones requiruntur. Prima, vt malum, quod timetur, ſit ex ſe magnum & graue. *l. metum.* 1. *ff. quòd metus cauſa.* Non autem eſt ſatis, ſi ſolùm ſit graue comparatiuè ad aliud quodcunque malum leuius. Neque eſt hoc loco facienda vis in eo, quod aſſerit Ariſtoteles *in prædicam. cap.de quanto.* quòd magnum, & paruum; multum, & paucum, nunquam dicantur abſolutè; ſed ſemper relatiuè, & comparatiuè ad alia: & ideò mons dicatur paruus; quia iis, quæ ſunt ſui generis, minor eſt: & contrà granum millij dicatur magnum; quia iis, quæ ſimiliter ſunt ſui generis, eſt maius; & in vico, aut in domo dicantur eſſe multi, & contrà in ciuitate, aut in theatro eſſe pauci; quanuis illis ſint multò plures: quod enim aſſerimus, ſolùm eſt non eſſe ſatis ad metum grauem, vt malum, quod timetur, ſit magnum, & graue comparatione ad quodcunque aliud minus, & leuius; ſed neceſſarium eſſe, vt ſit tale comparatione ad aliquid certæ magnitudinis, & grauitatis. Et quanuis vir conſtans, & prudens, quique ſemper eligat malum minus, vt vitet maius; ſi tamen id ipſum, quod

Google

quod dicitur maius comparatiuè, moraliter, & in ſe ſit paruum; metus, qui de illo concipitur, non propriè dicitur eſſe cadens in virum conſtantem, prout de illo hîc loqoimur, & iura requirunt; ita, ſcilicet, vt in illo impediat libertatem conſenſus, eámque ob cauſam ſit reſcindendus contractus ex tali metu à tali viro conſtante initus, vt dicitur *cap. cùm locum. de ſponſal.* ſiquidem vir conſtans non impeditur à libertate conſenſus ex metu mali, quod abſolutè eſt paruum, & leue, & ſolùm per comparationem ad aliud quodcunque dicitur magnum, & graue, vt notat Sot. *in 4.d.29.q.1.a.2.*

Et contrà, ſi malum, quod quis comminatur, ſit abſolutè, & ex ſe graue, verè ſufficit, vt metus ſit cadens in virum conſtantem, quantùm eſt ex parte obiecti; etiamſi fortè comparatiooe mali alterius grauioris, ſit leue: & quanuis, qui eligit hoc aliud grauius, vt illud vitet, non agat conſtanter, & ex virtute, nec metus ſit cadens in virum conſtantem, quantùm eſt ex parte ſubiecti; verè tamen agit ex metu graui, qui aptus eſt cadere in virum conſtantem, quantùm eſt ex parte obiecti: vt, ſi ab aliquo, v.g. metus mortis incutiatur alicui, niſi fornicetur, aut mentiatur; & ille ad mortem vitandam, quæ comparatione ad fornicationem & ad mendacium, eſt malum leuius, eligat fornicari, aut mentiri, quod eſt malum grauius, verè id eligit ex metu graui, & cadente in virum conſtantem, quantùm eſt ex parte obiecti, etiamſi non eligat ex metu cadente in virum conſtantem, quantùm eſt ex parte ſubiecti, vt notat Sanchez *lib. 4. cit. de conſenſu coacto, diſput. 2. num. 3. & 4.* Et eſt valdè probabile, quòd & hic metus poſſit ſufficere ad reſcindendum matrimonium, & alios contractus, vt ipſe *ibidem* probat ex Nau. *in Man. cap. 22. num. 51. verſ. Octauum, & nonum.* Henriq. *lib. 11. de matrim. cap. 9. num. 3.* Menochio *de præſumpt. lib. 3. præſump. 4. num. 33.* & aliis, cum quibus id aſſerit etiam Reginal. *lib. 31. num 77.*

3. *Metus grauis reſcindit contractus, etiamſi non ſit cum laude virtutis, & ſine culpa.*

Quanuis non ſufficiat ad hoc, vt operans dicatur agere conſtanter, & cum laude virtutis, & ſine culpa: neque enim iura ideò reſcindunt matrimonium, aut contractus, quando ſunt initi ex metu graui: quia, qui illum eſt paſſus, egit conſtanter, & cum laude virtutis, & ſine culpa; ſed, quia egit ex iniuria, & non præſtitit conſenſum liberum, vt patet *ex c. cùm locum. de ſponſal.* & *l. continet. ff. de eo, quòd metus cauſa.* Quæ tamen ratio iniuriæ, & conſenſus liberi impediti ſemper reperitur, quando metus eſt ex ſe grauis, & aptus cadere in virum conſtantem, quantùm eſt ex parte obiecti; etiamſi, qui illum patitur, non agat conſtanter, & ſine culpa. Idque videtur etiam concedere Ariſtoteles 3. *Ethic. cap. 1.* quando ait, *ob nonnulla non exhiberi laudem, ſed veniam, quando quis ob ea, quæ excedunt humanam naturam, & à nullo ſuſtinerentur, agit quædam, quæ non debet.* Idem enim videtur, quòd in huiuſmodi caſibus venia ſit exhibenda, non autem laus, & quòd metus in illis ſit iuſtus ratione obiecti; non autem ſit iuſtus ratione ſubiecti.

Neque vrget in contrarium id, quod dicitur *l. metum. ff. de eo, quòd metus cauſa.* quòd nomine metus, is tantùm accipitur ſecundùm iura, qui eſt maioris mali: vt enim notat ibi Gloſſ. ſumitur comparatiuum pro poſitiuo; & ſenſus eſt, quòd nomine metus, is debet accipi, qui non eſt parui, & leuis mali; ſed magni, & grauis.

Dixi autem, *id eſſe probabile:* quia non deſunt plures alij, qui abſolutè doceant, ad hoc vt metus ſit grauis, & per illum reſcindatur matrimonium, aut contractus, neceſſarium eſſe, vt ſemper eligatur malum minus, & vitetur, quod eſt maius; & ſi contrà accidat, matrimonium non eſſe irritum, vt Palud. *in 4. d. 29. quæſt. 1. art. 4. concl. 3.* Couar. *in 4. Decret. p. 1. cap. 4. §. 1. num. 11.* Rebell. *de oblig. iuſt. p. 2. lib. 2. q. 11. ſect. 1. num. 1. & 5.* & alij apud eundem Sanchez *lib. 4. de matr. diſp. 2. cit. num. 1.*

4. *Malum graue debet timeri prudenter, & rationabiliter.*

Altera conditio, ad hoc vt metus cadat in virum conſtantem, eſt vt malum abſolutè, & ex ſe graue non vanè, ac leuiter; ſed prudenter, & rationabiliter exiſtimetur imminere, & tanquàm de proximo imminens timeatur. Ita Azor. *tom. 1. lib. 1. cap. 10. quæſt. 1.* & Sanchez *diſp. 1. cit. num. 15.* quia vani, & meticuloſi hominis, non autem grauis, & conſtantis eſt, timere ex leuibus coniecturis, aut rationibus. *l. metum. 2. & l. nec timorem. §. proinde. ff. de eo, quòd metus cauſa.* Et ad hunc metum prudentem, & rationabilem etiam reducitur prudens, & rationabilis ſuſpiciu ipſius metus, vt notat Gloſſa *in cap. cùm dilectus. verb. metum mortis, de his, quæ vi.* &

5. *Etiam ſuſpicio metus reputatur pro metu.*

ſubdit Sanchez *num. 17.* quia, vt dicitur *l. nouiſſimè. ff. quòd falſo tutore.* non refert, vtrùm quis aliquid fecerit metu compulſus, an metuens, ne compelleretur: vnde & ex Gloſſ. *in cap. bona. 1. verb. metuebant, de elect.* & omnibus communiter, Sanchez *num. 18.*

6. *Electio non ſolùm vitiatur per violentiam; ſed etiã per timorem violẽtiæ.*

non ſolùm violentia actu illata; ſed etiam timor, ne inferatur, electionem vitiat.

7. *Qui metum incutit, debet poſſe exequi malum, quod minatur.*

Tertia conditio ad metum viri conſtantis eſt, vt qui illum incutit, potens ſit reuerà malum exequi, quod minatur; vel ſaltem prudenter exiſtimetur poſſe exequi. Ita Sanchez *num. 19.* quia non eſt viri fortis, & conſtantis, terreri minis hominis ſenis, aut debilis, aut inermis; ſi ipſe alioqui ſit iuuenis, aut fortis, aut armatus, & vt dicitur *l. famoſi. ff. ad l. Iul. Mag.* ſemper perſona ſpectanda eſt, an potuerit facere.

8. *Qui metum incutit, debet eſſe ſolitus minas exequi, ſaltẽ in diuerſo genere mali.*

Quarta conditio *ex eodem num. 20.* eſt, vt præterea, qui metum & minas incutit, ſolitus ſit eas exequi; non autem illas inaniter iactet, & ira breui depoſita, parum, aut nihil opere compleat: vt enim dicitur *l. famoſi. cit. ff. ad l. Iul. Mag.* non ſolùm perſona ſpectanda eſt, an potuerit facere; ſed etiam an antè quid fecerit. Et *l. metum. C. de his, quæ vi.* facti atrocitate probari conuenit metum; non autem ſolis iactationibus, & conteſtationibus. Quoad hoc verò in idem recidit, ſi ſit ſolitus malum exequi, non in eodem genere mali, quod eſt comminatus; ſed in alio æquè atroci, & quod ſufficiat etiam ipſum ad metum grauem, vt ſubdit Sanchez *num 21.* Et hæc conſuetudu exequendi minas, vel in eodem genere mali, vel in diuerſo, debet ſaltem probari per binos actus, cùm ad minimum ex his probetur conſuetudo, non autem ſolùm ex vno, vt colligitur *ex l. nemo 3. c. de Epiſc. aud. in fine,* & notat Sanch. *num. 22.* ex Bart. *in l. de pupillo. §. ſi quis ipſi. de noui op. nunciat.* & aliis.

9. *Qui metum patitur, debet non facilè poſſe malis occurrere, quæ alius comminatur.*

Denique quinta conditio ex eodem Sanchez *diſp. 1. cit. num. 23.* & Azor *tom. 1. lib. 2. cap. 10. quæſt. 99.* ea eſt, vt qui patitur metum, non poſſit facilè malis occurrere, quæ metum faciens comminatur, v.g. monendo, aut conſulendo ſuperiorem, vel implorando auxilium alterius; quia non eſt viri conſtantis; ſed ignaui, ac timidi, ea timere, quæ facili negotio poſſunt vitari: & non eſt dignus excuſatione, qui illa non vitat. Et quemadmodum electoribus, v.g. Canonicis, qui intra certum tempus tenentur eligere Epiſcopum, ſi fortè à Papa, vel Legato prohibeantur eligere ſine ipſius licentia, eámque licentiam ipſi non petant; adhuc currit tempus electionis ſtatutum à canone, vt expreſsè dicitur *cap. fin. de elect.* quia, ſcilicet, quanuis ſint impediti præcepto illo non eligendi ſine licentia; eius tamen impedimenti

pedimenti non habetur ratio, cùm facilè poſſit ab ipſis tolli per petitionem licentiæ: ita & qui patitur metum, nullam debet habere rationem incuſſi metus, ſi facilè poteſt malis occurrere.

10. *Grauitas metus non eodem modo eſt attendenda in fœmina, ſene, aut puer, atque in milite.*

Debent verò hæ conditiones non abſolutè, & eodem modo conſiderari in omnibus, qui pati dicuntur metum grauem; ſed reſpectiuè, & habita ratione ad qualitates, & ſtatum cuiuſque: nam certum videtur, quòd non eadem magnitudo, aut grauitas mali, neque eadem certitudo, aut probabilitas, quòd tale malum immineat, & ſit euenturum, requiritur ad hoc, vt metus dicatur grauis, v.g. in fœmina, vel in puero, aut in ſene, quæ requiritur in viro firmatæ ætatis, ac roboris, v.g. in milite; ſed in vnoquoque prudenti iudicio eſt expendendum, quid poſſit prudenter timere cum laude conſtantiæ, & virtutis, & ſine illius iactura: verbi gratia, quid poſſit conſtans fœmina, quid conſtãs puer, aut ſenex, & quid conſtans vir; & vt dicitur *l. metus. ff. ex quibus cau. maior.* ex cuiuſque affectu debet Iudex diſquirere, & intelligere, vtrùm quis iuſto timore mortis, aut cruciatus fuerit territus, id eſt, ex animo cuiuſque, qui metum eſt paſſus, vt exponit ibi Alberic. *n.* 1. Et quemadmodũ in exceſſibus a diſcreto Iudice, non ſolùm quantitas, & qualitas delicti eſt attendenda; ſed etiam ætas, ſcientia, ſexus, atque conditio delinquentis, & idem exceſſus magis in vno, quàm in alio eſt puniendus. *cap. ſicut.* 1. *de homic.* ita & in timoribus attendi debent qualitates, & vires cuiuſque. Et ratio eſt: quia, cùm medium virtutis communiter ſit medium rationis, & deſumatur per ordinem ad ipſum operantem, vt patet ex Ariſtotele 2. *Ethic. cap.* 6. & S. Thoma 1.2. *q.* 64. *art.* 2. etiam medium conſtantiæ, & fortitudinis, quæ propriè verſatur circa timores, eſt in ordine ad operantem, & pro huius diuerſitate diuerſum eſt, ſicut & eſt diuerſum medium temperantiæ; ſi in diuerſis, diuerſa eſt indigentia cibi, & potus; ac proinde, quemadmodum in virtute temperantiæ facilè poteſt accidere, vt quæ in vno eſt mediocritas ciborum, & ſecundùm virtutem; in alio ſit defectus, aut exceſſus, & contra virtutem: ita & in virtute conſtantiæ, & fortitudinis poteſt accidere, vt quæ in viro, ac milite eſt mediocritas timorum, & ſecundùm virtutem; in fœmina, ſene, ac puero, ſit confidentia, & audacia, id eſt, exceſſus, & contra virtutem; & contrà, quæ in his eſt mediocritas, in viro, ac milite ſit timiditas, id eſt, defectus.

Et confirmatur: quia, cùm ratio metus eſſentialiter, & per ſe reſpiciat malum futurum difficile, quod excedit virtutem timentis, & cui ab ipſo reſiſti non poteſt, vt *ſupra* diximus ex S. Thoma 1.2. *queſt.* 41. *a.* 2. *&* 4. quemadmodum virtus ad reſiſtendum malo diuerſa eſt in diuerſis timentibus; ita & ratio metus diuerſa eſt: & cùm mediocritas in timoribus habeatur in vnoquoque per ordinem ad hanc virtutem reſiſtendi ex habitu conſtantiæ, & fortitudinis, & ſecundùm hanc vnuſquiſque & timeat, & confidat, quando oportet, & ob quæ, & cuius cauſa, & vt oportet, vt dicitur 2. *Ethic. c.* 6. *cit.* rectè aliquando dicetur fœmina, aut ſenex, aut puer ſecundùm conſtantiam timere, & quando oportet, & ob quæ, & vt oportet, etiamſi pro eodem caſu non ſit dicendus eodem modo, & ſecundùm conſtantiam timere miles; quia, ſcilicet, virtus fœminæ, ſenis, aut pueri, malo illi non poteſt reſiſtere; poteſt verò virtus militis.

Atque hoc totum, quòd grauitas metus non ſit iudicanda abſolutè, & eodem modo quoad omnes, ſed reſpectiuè, & habita ratione ad qualitates, & vires cuiuſque, docent plurimi ex Canoniſtis, & ex Theologis apud Sanch. *lib.* 4. *de matr. d.* 3 *n.* 2. vt Gloſ. *in c. cùm locum. verb metu. de ſponſal.* Panorm. *ibid. num* 6. Couar. *in* 4. *Decret. p.* 2. *cap.* 3. §. 4. *num.* 9. Menoch. *de arbitr. lib.* 2. *centur.* 2. *caſu* 135. *num.* 4. *&* 5. Flamin. *de reſign. benef. lib.* 13. *q.* 1. *n.* 61. Ang. *matr.* 3. *imped.* 12. *initio.* Roſ. *verb. impedimentũ, imped.* 10. *n.* 2. Tab. *eod. imped.* 9. *queſt.* 1 *num.* 2. Nau. *in Man. c.* 22. *num.* 51. Sot. *lib* 7. *de iuſt. queſt.* 2. *a.* 1. *ad* 2 *verſ. haud tamen.* Henriq. *lib.* 11. *de matr. cap.* 9 *num.* 3. *in com. littera D. & num.* 4. Rebellus *p.* 2. *num.* 2. *queſt.* 11. *sect.* 1. *num.* 4. Leſſ. *lib.* 2. *de iuſt. cap.* 17. *num.* 35. & alij, præcipuè quando agunt de impedimentis matrimonij.

Neque obſtat, quòd iura communiter nullum alium metum videntur agnoſcere, tanquàm iuſtum, & probabilem, niſi illum, quem vocant cadentem in virum conſtantem, neque vnquam mentionem faciunt alterius metus, qui cadat in conſtantem fœminam, aut ſenem, aut puerum: vt enim notat Sanchez *lib.* 4. *de matr. diſp.* 3. *cit. num.* 4. nomine viri non intelligunt virilitatem ſexus, & robur corporis; ſed virilitatem, & robur animi: & omnis ille dicitur cadere in virum conſtantem, qui cadit in animum vere conſtantem, & fortem; & qui metui non ſuccumbit, niſi quando oportet, & vt oportet, ſiue huiuſmodi animus ſit cum ſexu virili, & corporis robore, ſiue non. 11. *Metus grauis quomodo dicatur cadere in virum conſtantem, non autem in conſtantem fœminam, aut conſtantem ſenem, vel puerum.*

Similiter, neque obſtat, quòd aliquando fœminæ in perferendis cruciatibus corporis fortiores ſe præbent, quàm viri: vnde & *l. nihil intereſt. ff. de adulter.* de quadam adultera dicitur, quòd ſimul cum adultero grauiter vulnerata à patre, ad vulnera ſuperuixit: cùm tamen adulter non ſuperuixerit. Et apud S. Hieronymum *in epiſtola de muliere ſepties icta, tom.* 1. quædam fœmina accuſata de adulterio, & ſæpiùs ſubiecta quæſtionibus, & tormentis, ita conſtans fuiſſe dicitur in pernegando crimine, vt etiam adultero id confitente, pernegarit. Et apud Plinium *libro* 7. *capite* 23. *& libro* 34. *capite* 8. Attica meretrix conſilium amicorum, cum ipſa communicatum, de occidendo tyranno, ad mortem vſque excruciata non prodidit: ex quibus tamen, & ſimilibus exemplis videtur colligi, quòd ſi poteſt etiam fœmina cruciatibus, & malis reſiſtere, ſicut vir; eadem mali grauitas ad metum grauem requiretur in fœmina, atque in viro: neque erit, quare dicatur hæc attendi debere comparatiuè ad qualitates, & vires cuiuſque; non autem abſolutè, & in eadem menſura quoad omnes, vt iam diximus. 12. *Fœminæ aliquando ſunt fortiores, quã viri.*

Nam contrà eſt: quia, vt notat Couar. *in* 4. *Decr. p.* 2. *cit. cap.* 3. §. 4. *n.* 11. hæc & ſimilia ſingularia ſunt & aliquarum tantummodo fœminarum propria; non autem communia omnium, vel etiam pro maiori parte. Et contrà, quòd fœmina corpore, & animo ſit imbecillior, & minùs valeat malis reſiſtere, communiſſimum eſt; & ideò attendendum, tanquàm contingens per ſe, & vt plurimùm, & ferè ſemper, & ex ipſa rei natura; non autem illud, quod non contingit, niſi rariſſimè, & ſolùm ex aliquo accidente. Et ex eadem ratione Couarr. *ibidem*, ex Tiraquello *in legibus connubialibus*, *l.* 9. *num.* 99. & aliis, non probat, quòd aliqui docuerunt, ſi vir, & fœmina, propter aliquod delictum torqueri debeant, incipiendum eſſe à viro, tanquàm debiliore; non autem a fœmina, quæ in perferendis cruciatibus eſt fortior. Contrà enim ait eſſe: quia communiter non ita accidit. Et quod dicatur *l. nihil intereſt ff. de adult.* mulierem ſuperuixiſſe ad vulnera, non autem virum; vel eſt accipiendum, vt ſingulare, & tantùm in vna; vel certè ideò fuit, quia eius vul-

nera

ueta non fuerunt æquè grauia,atque viri ; quidquid dicat Gloſſa *ibidem*, quæ certè ex textu id neqoit colligere,vt benè expendit Couar.

13. *Ad metum grauem, non requiritur, vt malū timeatur in ipſa perſona timentis; ſed ſatis eſt,ſi timeatur etiā in aliis ipſi coniunctis.*

Denique hæc ipſa grauitas mali comparatiuè conſiderata ad qualitates, & vires cuiuſque, non eſt neceſſarium, vt immineat, vel timeatur in ipſa timentis perſona;ſed ſatis eſt,ſi timeatur etiam in aliis perſonis coniunctis : nam *l.iſti quidem. ff.de eo,quòd metus cauſa.* expreſsè dicitur, quòd nihil intereſt, vtrùm quis in ſe ipſo malum aliquod veritus ſit, an verò in liberis ſuis, cùm parentes pro affectu magis in liberis terreantur. Et quanuis hæc ratio, quæ deſumitur ex affectu,videri poſſit peculiaris & propria ipſorum parentum in filios; non autem valere è contrà in filiis erga parentes, & multò minùs in conſanguineis, affinibus, aut coniunctis erga alios conſanguineos,aut affines, vel coniunctos, cùm filij non æquè afficiantur erga parentes,atque afficiuntur parentes erga filios,vt probat Ariſtuteles *lib.8.Ethic. cap.*12.& notat Gloſ.*in l.cit.iſti quidem ff.de eo,quòd met.cau.ex l.nam, etſi. ff.de inoffic.teſtam.& l.ſcripto. ff.vnde lib.*& multò minùs afficiantur conſanguinei, & coniuncti erga alios conſanguineos, & coniunctos ; communiter tamen id, quod ſtatuitur de filiis *in l. cit. iſti quidem.* extenditur à Doctoribus etiam ad alios coniunctos, vt videre eſt apud Sanchez *lib. 4.de matr.diſp.4.num.3.& ſequentib.*Nam S.Thomas *in* 4 *d.*29. *quaſt. vnic. art.*2. *ad* 2.Soc. *ibid.q.*1.*art.*2. *verſu, Eiuſmodi autem metum.* S. Anton.3.*par.tit.*1. *cap.7.poſt initium.*Sylu.*verb metus,quaſt.*1.Aug.*eo n.* 1. *& verb. matrim.*3.*impedimento* 11. Leſſius *lib.*2. *cap.*17.*n.*35.Rebell.*de oblig.iuſt p.*2.*lib.*2.*q.*11.*ſect.*1. *num.*3. Azor.*tom.*1.*lib.*1.*cap.*10. *quaſt.*9. Henriquez *lib.*11.*de matr.cap.9.num.5.* & alij, primò id extendunt etiam ad vxorem ; & docent metum viri poſſe eſſe grauem,ſi timeat malū graue in perſona vxoris: quia,cùm vir,& vxor ſint vna caro,reputantur timeri in propria perſona : & idem eſt, ſi vxor è contrà timeat malum in perſona viri, vt ſubdit Sanchez *ibid.n.3.in fine,*cùm ſit eadem ratio,imò & maior,ſiquidem fœminæ magis afficiuntur erga viros.

14. *Poteſt metus eſſe grauis, ſi malū timeatur à viro in perſona vxoris, vel ab vxore in perſona viri.*

15. *Vel à filiis in perſona parentum, aut aliorū aſcendentium.*

Denique Hoſtienſis *in cap.cùm locum. de ſponſal.* Innoc.*ibid.n.*1.Leſſ.*n.*35.*cit.* Rebell.*num.*3.*cit.*& alij apud Sanchez *diſp.4.cit.n.5.* id extendunt etiam ad parentes:& ſi filij malum timeant in perſona parentum,dicunt, metum poſſe eſſe grauem:quia pater,& filius cenſentur vna perſona. §.*ei,qui.inſtit. de inutil. ſtipul.& l.fin.C. de impub.* & ex ipſo fine generationis, qui ex aliquibus oriuntur, ſunt quaſi alteri ipſi; etiamſi ſeparati exiſtant, vt habet Ariſtoteles *lib.*8. *Ethic.cap.*12.*cit.* & ideò malum parentum cenſetur proprium filiorum. Imò Innoc. *loc. cit.* & alij apud Sanchez *n.*6. id extendunt etiam ad alios aſcendentes : quia etiam hi à deſcendentibus amantur, & coluntur,vt parentes;& his quoque attribuitur, vt ſint nepotibus principium eſſendi, vt dicitur 8.*Ethic. cap.*11.

16. *Vel à fratribus in perſona aliorum fratrum.*

Tertiò, Leſſ.*c.*17.*n.*35.*cit.*Rebell.*lib.*2.*q.*11.*ſect.*1. *cit.n.*3. Sanchez *diſp.*4.*cit.n.*7. & alij apud ipſum, id extendūt etiam ad fratres, & ſorores:quia S.Thom. *in* 4.*d.*29.*quaſt.vnic.cit.art.*2.*ad* 2.vniuerſaliter aſſerit, ſatis eſſe ad metum grauem, ſi malum timeatur in perſona filiorum, aut vxoris, aut aliorum huiuſmodi:& Ang. *verb.metus,n.*1. ſi timeatur io perſona vxoris, aut filiorum, aut ſimilium perſonarum : & Henriq.*lib.*11.*de matr.cap.*9.*n.*5.ſi timeatur in filiis, vel vxore,vel coniunctis in primo gradu. Et per hoc videtur clariùs explicaſſe,quid intellexerit S.Thom. per illud indefinitè ptolatum : *Aut aliorum huiuſmodi.*& Ang.per illud : *Aut ſimilium perſonarum* intellexerunt enim omnes coniunctos in primo gradu, vt notat Sanchez *n* 4. quales certè ſunt fratres. Et ratio videtur eſſe : quia etiam fratres ſunt aliquo modo inter ſe idem,cùm ex Ariſtotele 8.*Ethic.c.*12. *cit.*ex eo ſe diligant mutuò : quia ex iiſdem parentibus nati ſunt ; & ea identitas, quam ſimul habent cum parentibus, facit illos eſſe idem etiam inter ſe: ac proinde, quod ab vno timetur in perſona alterius,aliquo modo timetur tanquàm in propria.

17. *Vel in perſona conſanguineorum.*

Quartò, plurimi ex Iuriſtis, & Canoniſtis apud Sanchez *eadem diſp.*4 *num.*8.id extendunt etiam ad conſanguineos : quia in iure, & apud Doctores ſæpè accipitur pro eodem,quòd metus ſit incuſſus in propria perſona alicuius,& quòd ſit incuſſus in perſona conſanguineorum:hoc enim modo *c.ſciant cuncti.de elect.in* 6.excōmunicantur, qui Electoribus eccleſiaſticis,aut eorum cōſanguineis metum incutiunt pro electione facienda. Et *c.quicunque.de ſent.excommunic.in* 6.excommunicantur, qui grauant quomodocunque in bonis ſuis,vel ſuorum,eos,qui ferunt cenſuras ; & nomine ſuorum intelliguntur conſanguinei,vel familiares, vt exponit ibi Gloſ. *verb.ſuorum.* vel,quod idem eſt,conſanguinei,& domeſtici,vt exponit ibi Anchar.*n.*2.vel familiares,& domeſtici,vt exponit Francus *n.*3.Et *Clem. grauis de ſent. excom.* excommunicantur, qui in locis eccleſiaſtico interdicto ſubiectis cogunt aliquem quomodolibet celebrare diuina : & per illud, *quomodolibet,* etiam intelligitur, ſi grauent conſanguineos celebrantium, ſiue in perſonis,ſiue in rebus,vt notat ibi Gloſ.*verb. quomodolibet.*S.Antonin.3.*p.tit.*24 *c.*18.Sylu.*excommunicatio,*7.*n.*51. Nau.*in Man.c.*27.*n.*104. Sanchez *diſp.*4.*cit.num.*8.& alij.

18. *Aut affinium vſque ad quartū gradum.*

Quintò,idem eſt etiam de affinibus,vt notat Sanchez *ibid.n.*11 ex Præp.*in c.fin.n.6.de appell.*Menoch. *de arbitr.lib.*2.*centuria* 2.*caſu* 135.*num.*8. Flamin. *de reſip.lib* 3. *q* 1.*n.*69. Rectè tamen id limitat de illa affinitate,quæ oritur ex matrimonio; non autem ex fornicatione:quia ex hac communiter nullus amor conciliatur ; neque huiuſmodi,vt affines agnoſcuntur.Et ſiue loquamur de conſanguineis, ſiue de affinibus, ſolùm videtur id extendendum vſque ad quartum gradum, vt ſubdit Sanchez *n.*12. quia ſolùm intra hos gradus videtur durare naturalis affectio,& vltra illos non reputatur tanta coniunctio,vt grauiter quis lædatur ex metu incuſſo, aut malo illato in alienis perſonis,ſic coniunctis.

19. *Aut amicorum, vel domeſticorum.*

Denique idem eſt etiam de coniunctis arctiſſima amicitia, vt notat Sanchez *n.*9. Leſſ.*c.*17.*n.*35.quia tales amici ſunt alteri nos, & eorum damna exiſtimantur,vt propria. Imò,& idem eſt etiam de domeſticis,vt ſubdit Sanchez *num.* 10.quia,ſcilicet,iniuria occaſione mei illata meo famulo,vel domeſtico,mihi eſt illata, vt notat Felin. *in c.Eccleſiaſtica.n.99.de conſtit.*Iaſon *in lib.*1.*n.*4. *C.de indicta viduit.* & alij. Et ad idem facit, quod *ſuprà* diximus ex Gloſſa *in cap. quicunque.verb. ſuorum. de ſentent. excommunicationis, in* 6. Andr.*ibidem, num.*2.& Franco *num.*3. quòd, dum excommunicantur, qui grauant quomodocunque in bonis ſuis, vel ſuorum, eos, qui ferunt cenſuras ; nomine ſuorum intelliguntur, non modò conſanguinei ; ſed etiam familiares, & domeſtici. Et reuerà,ſi ex iniuria,aut metu illato famulo, aut colono, grauis iniuria, aut graue damnum conſequeretur ipſi domino, negari non poteſt, quin meritò eſſet timenda à viro conſtante,& talis metus meritò eſſet cenſendus grauis, & iuſtus.

DISPVT. XVIII.

Quomodo metus ſit grauis, & cadens in virum conſtantem, ſi incutiatur circa bona corporis.

1. *Indicium de grauitate metus in foro externo pertinet ad Iudicem, & in foro interno ad virum prudentem.*
2. *Metus mortis eſt metus grauis.*
3. *Metus mutilationis, aut abſciſſionis membri.*
4. *Metus cruciatus corporis, & verberum.*
5. *Metus armorum.*
6. *Nomine armorum etiam veniunt fuſtes, & lapides.*
7. *Mors ciuilis in multis æquiparatur morti naturali: & quænam illa ſit.*
8. *Capitis diminutio maxima, minor, & minima, quænam ſit.*
9. *Interdicere aqua, & igni.*
10. *Deportatio, & relegatio in inſulam, quid eſſet apud Romanos.*
11. *Relegatio, & deportatio, quo differant.*
12. *Proſcripti verum ſint cenſendi inter relegatos, an inter deportatos.*
13. *Excommunicatio in iure canonico æquiparatur morti.*
14. *Metus ſeruitutis incurrendæ, aut amittendæ libertatis.*
15. *Metus amittendi inſtrumenta pro libertate probanda.*
16. *Metus captiuitatis.*
17. *Metus carceris, aut vinculorum.*
18. *Metus amittendi ſtatum: & quid intelligatur nomine ſtatus.*
19. *Metus exilij.*
20. *Exilium propriè quid ſit.*
21. *Exilium minus propriè acceptum eſt triplex.*
22. *Deportatio quid ſuperaddat ſupra relegationem.*
23. *Metus ſtupri, ſiue in viro, ſiue in fœmina.*

QVIA grauitas metus maximè pendet ex grauitate mali, quod comminatur, qui metum incutit, vt clariùs & diſtinctiùs explicemus, quæ mala ſint grauia, & ex ſe apta grauitatem refundere in ipſum metum, priùs id explicabimus de malis corporis, vt eſt, v. g. mors, mutilatio, cruciatus, verbera, carcer, ſeruitus; tum verò de malis externis, vt eſt amiſſio externorum bonorum, vel ex toto, vel ex parte, infamia iuris, aut facti, externa dehonoratio factis exhibita; & poſtremò de malis ſpiritualibus, vt ſunt peccatum, & excommunicatio, vel cenſuræ.

1. *Iudicium de grauitate metus in foro externo pertinet ad Iudicem; & in foro interno ad virum prudentem.*

Et in vniuerſum de omnibus illud eſt ſtatuendum, quod habetur *l. metus autem cauſa. ff. quibus cau. maior.* pertinere ad arbitrium Iudicis diſquirere, ac iudicare de grauitate, & iuſtitia metus: vt enim notat Sanchez *lib. 4. de matr. diſputat. 5. num.* 1. non poſſunt omnia determinari per leges: & ſi de aliquibus malis certò conſtet ex ipſo iure, quòd ſint ex ſe grauia; adhuc tamen eſt opus arbitrio, vt conſtet, vtrùm immineant grauiter, & probabiliter timeantur: & de aliis, quæ in iure non ſunt definita, arbitrio opus eſt, vt iudicetur, vtrùm reducantur quoad grauitatem ad ea, quæ ſunt definita. Et quod dicitur pro foro externo de arbitrio Iudicis, pro foro interno debet intelligi de viro prudente, vt ſubdit *lib. 31. cap. 13. num.* 76. Sanchez *ibid.* Rebell. *infrà* citandus, & Reginald. *in praxi*: & abſolutè in aſſerenda grauitate metus ſemper eſſe opus arbitrio Iudicis, aut viri prudentis, docet Gloſ. *in c. cùm dilectus. verb. metum. de his, quæ vi.* Innoc. *ibidem, num.* 1. Panorm. *num.* 8. Couarr. 4 *Decret. p. 2. cap. 3. §. 4. num.* 8. Nau. *in Man. cap. 12. num. 51. verſ. Secundum.* Sylu. *verb. metus, quæſt.* 1. Sot. *in 4. diſt. 29. quæſt. 1. art. 2 verſ. Eiuſmodi autem metum.* Rebell. *de oblig. iuſt. 1. 2. lib. 2. quæſt. 11. ſect. 1. num.* 4. & alij communiter apud Sanchez *diſput. 5. num. 1. cit.*

Vt verò magis in ſpecie declaremus, quæ mala corporis iuſtè, & grauiter poſſint timeri:

2. *Metus mortis eſt metus grauis.*

Primò certum eſt, inter hæc eſſe reponendam ipſam mortem: eſt enim horribilis maximè omnium, vtpote finis, ac terminus, vt dicitur 3. *Ethic. cap. 6.* eiúſque metum eſſe iuſtum, ac grauem, expreſsè habetur *c. cùm dilectus. de his, quæ vi. & l. nec timorem ff. de eo, quòd metus cauſa.* Et notat Sanch. *lib. 4. de matr. diſp. 5. n. 4.* Azor *tom. 1. l. 1. c. 10. quæſt. 3.* & omnes communiter.

3. *Metus mutilationis, aut abſciſſionis membri.*

Secundò, ad mortem reducitur mutilatio, eiúſque metus verè eſt grauis, & cadens in virum conſtantem, vt ſubdit Sanchez *num. 4. cit.* quia etiam mutilatio, & abſciſſio membri, eſt quædam occiſio, & mortis illatio. *cap. ſi quis abſcidit. d. 55.* & inter Canones Apoſtolorum *can. 22. & 23.* vel quia cauſaliter inducit periculum mortis, vt exponit ibi Gloſ. *verb. homicida.* vel etiam formaliter, quatenus pars, & membrum, quod abſcinditur, verè moritur, vt notat Sanchez *ibidem*, & homo priuatur vitali vſu illius, & vitalibus operationibus, quæ ſunt vita in actu ſecundo; & ideò in illa parte verè moritur: quanquam non deſint, qui metum mutilationis, & abſciſſionis reducant ad metum cruciatus corporis, de quo *infrà*, vt videre eſt apud Azor. *cap. 10. cit. quæſt. 3.* in quantum, ſcilicet, abſciſſio, & mutilatio non poteſt eſſe ſine cruciatu.

4. *Metus cruciatus corporis, & verberum.*

Tertiò, idem eſt de graui cruciatu corporis. *cap. cùm dilectus. de his, quæ vi. & l. ſi per vim. & l. ſi donationis. C. de iis, quæ vi. & l. interpoſitas. C. de tranſact.* Et ſecundùm omnes ad hunc reducuntur etiam grauia verbera, vt notat Sanchez *num. 4. cit.* cùm grauiter crucient.

5. *Metus armorum.*

Quartò, idem eſt de metu armorum ex Gloſſa *in l. quod eſt. verb. ſed deiecerunt ff. de vi, & vi armata.* Bart. *ibidem, num. 1. not. 2.* & aliis pluribus apud Sanchez *num. 5.* Et nomine armorum intelliguntur etiam fuſtes, & lapides. *l. quod eſt. cit. §. armis deiectum.*

6. *Nomine armorum etiã veniunt fuſtes, & lapides.*

Et ſatis eſt, ſi vnus, aut alter, fuſtem, aut lapides tenuit, vt armis terruiſſe dicantur, vt ſubditur *§. planè, etſi vnus.* Imò, ſi illos ſumpſit, poſtquàm inermis venit, etiamſi vſus non ſit, vt dicitur *eadem l. quod eſt. §. plus dicitur.* Nec refert, ſi illos depoſuit, cùm facilè potuerit reſumere; & ideò depoſitio nihil conferat. *l. quoties. §. qui in poteſtate. & l. in delictis. ff. de noxa.*

7. *Mors ciuilis in multis æquiparatur morti naturali: & quænam illa ſit.*

Quintò, ad metum mortis etiam reducitur metus amittendi libertatem per ſeruitutem propriè dictam, vel per deportationem: nam mortis appellatione non ſolùm venit mors naturalis; ſed etiam ciuilis. *l. ſi quis. ff. ſolut. matr.* & ibi Doct. & apud Bertach. *in repertorio, §. mortis appellatione.* Et in iure hæc vtraque mors, inquam, plurimis æquiparantur. *l. inſulam. ff. ſol. matr. & l. Deo nobis. de Epiſ. & Cler. ſub initium.* & aliis iuribus apud eundem Bertach. *§. mors ciuilis, & naturalis.* Et nomine mortis ciuilis illa intelligitur, qua quis priuatur operatione aliqua maximè vitali, v. g. propria voluntate, aut ciuium fruitione, vt notat Sylu. *verb. mors, n. 1.*

Sicut

Digitized by Google

Sicut enim nomine vitæ non ſolùm intelligitur ipſa vita ſubſtantialis, & prima, id eſt, ipſa anima, quæ eſt actus primus, & primum principium operationum vitalium; ſed etiam vita accidentalis, & ſecunda, id eſt, ipſæ operatiooes vitales, vt patet ex Ariſtotele 2. *de anima*, *text.* 3. ita & nomine mortis non ſolùm intelligitur priuatio vitæ ſubſtautialis, & primæ; ſed etiam accideotalis, & ſecundæ; ſiue contingat phyſicè, ſiue moraliter: & talis maximè eſt moralis priuatio propriæ voluntatis, aut libertatis per ſeruitutem, aut captiuitatem, & moralis priuatio ſocietatis, & communicationis ciuilis per exilium, aut per excommunicationem: & ſi quis alicui comminetur iacturam libertatis, aut ciuitatis, dicitur illi intentare capitales minas. *l. ſi donationis. C. de his, quæ vi.* vt notat ibi Accurſius, & ex illo Azor. *tom.* 1. *lib.* 1. *cap.* 10. *quæſt.* 8. & ſi quis puniatur tali iactura, dicitur puniri per capitales pœnas, ex Gloſſa *in l. hos accuſare. §. omnibus. ff. de accuſat.* & aliis apud Bertach. *in Repert. §. capitalis pœna. & §. capitis pœna.*

8. *Capitis diminutio, maxima, minor, & minima, quanam ſint.*

Ad quod facit etiam illud, quod habetur *Inſtit. de capitis diminutione.* quòd diminutio capitis ſit ſtatus mutatio, & tribus modis contingat, & vel ſit maxima, vel minor, quam aliqui, & mediam vocant, vel minimam. Nam, vt ibi dicitur, capitis diminutio maxima tunc eſt, quando quis ſunul amittit ciuitatem, & libertatem: quod iis accidit, qui ſerui pœnæ efficiuntur atrocitate ſententiæ, id eſt, qui propter atrocitatem delicti damnantur ad metalla, aut beſtiis ſubiiciuntur, vt habetur *Inſtit. §. pœna ſeruus. quibus modis ius patr. poteſt ſolui.* vel etiam damnantur pœna mortis, vt dicitur *l. qui vlt. ſupplicio. ff. de pœnis.* quanquam ex iure nouo, *Auth. ſed hodie. C. de donat. inter vir. & vxor.* quæ eſt deſumpta *ex Auth. de nuptiis. §. quòd autem.* nullus, qui à principio ſit benè natus, id eſt, ingenuus, poteſt fieri ex ſupplicio ſeruus pœnæ, vt notat Antoo. Gom. *tom.* 2. *var. reſol. cap.* 15. *num.* 18. & Mol *tom.* 2. *de iuſt. diſp.* 9. Et præterea eadem maxima diminutio capitis accidit iis libertis, qui propter ingratitudinem in patronum, iterum rediguntur in ſeruitutem: & denique iis, qui ſe ad pretium participandum venundari paſſi ſunt. Minor auteio, ſeu media capitis diminutio tunc eſt, quando amittitor ciuitas; ſed retinetur libertas; quod illi accidit, cui aqua & igni interdicitur; vel, qui in inſulam deportatur, id eſt, in perpetoum, & cum amiſſione omnium bonorum, vt notat Mol. *tract.* 2. *de iuſt. diſp.* 9. *§. Item finitur. ex l. eius, qui. §. ſi cui. ff. de teſtam.*

Denique minima capitis diminutio tunc eſt, quando retinetur ciuitas, & libertas, vt ibi dicitur: ſed ſtatus hominis commutatur, vt accidit iis, qui ſui iuris cùm eſſent, cœperuut ſobiecti eſſe alieno iuri, vt cùm quis arrogatur in filium alicuius alterius, & incipit eſſe ſub poteſtate illius, cùm anteà eſſet ſui iuris, *Inſtitut. § non ſolùm, & § adopt. de adoptionibus.* vel è cootrà, vt cùm quis emancipatur à Patre: dicitur enim ſimiliter capite diminutus per emancipationem, vt notat Glof. *Inſtit. §. Minima. verb. vel è contrà. de cap. diminutione. cit.* vel, quia per emancipationem à patre, poteſt transferri io poteſtatem alterius, v.g. aui materni, vel paterni, ſi huic tradatur in adoptionem. *§. ſed hodie. Inſtit. de adopt.* vel, quia in emancipatione fiebat antiquitùs quædam venditio, & manumiſſio imagioaria. *§. præterea. Inſtit. quibus mod. ius patr. pot. ſolu.* & pater vendebat filium pro vno nummo, & emptor eum manumittebat, vt exponit ibi Gloſſa *verb. per imaginarias.* atque ita verè filius mutabat ſtatum: vel deni-que quia ſimpliciter mutat familiam.

Ex his verò tribus capitis diminutionibus, duæ priores antiquitùs reputabantur mors ciuilis, & morti naturali æquiparabantur, vt notat Mol. *ibid.* & de ſecunda patet *ex §. cùm autem is. Inſtit. quibus mod. ius patr. poteſt ſolui.* vbi dicitur, quòd, qui ob aliquod maleficium in inſulam deportatur, è numero ciuium Romanorum tollitur; & perinde, ac ſi eſſet mortuus, deſinunt filij eſſe in eius poteſtate, eiúſque reputationis, aot æquiparatioois. Ea ratio videtur fuiſſe: quia per amiſſionem ciuitatis, & libertatis priuabantur propria voluntate, & eiuium fruitione; perinde, atque per mortem, vt iam diximus. Nam, vt notat Azor *tom.* 2. *lib.* 2. *cap.* 20. *quæſt.* 1. cùm Romani in improbos, ac reipublicæ pernicioſos homines nollent carnificinam exercere; & nihilominùs cuperent ciuitatem ab illis expurgare, cœperuot primò
eos multare interdicto aquæ, & ignis: quia, ſcilicet, 9. *Interdicere aqua, & igni.*
quemadmodum his duobus, id eſt, calore, & humore vita hominis conſtat; ita & qui interdicitur illorum vſu, vita ipſa indignus declaratur, eiúſque ſubſidiis
deſtituitur. Poſteà verò cœperunt eos amandare in 10. *Deportatio, & relegatio in inſulam, quid eſſet apud Romanos.*
inſulas Romano imperio adiectas, vt eos, tanquàm mortuos, à ciuitate eiicerent, & in alias ſedes, & quaſi in alterum orbem deportarent: & quemadmodum cauſa huius deportationis erat atrox aliquod flagitium, quod commiſiſſent; ita & effectus erat amiſſio ciuitatis, familiæ, connubij, patriæ poteſtatis, teſtamenti, factionis, & omoium eorum, quæ iore ciuili ſunt inducta; & ſolùm retinebant ea, quæ
eſſent iuris gentium, & naturæ: quanquam, ſi ex in- 11. *Relegatio, & deportatio, quo differant.*
dulgentia Principis fuiſſent vnquam reſtituti, ea etiam omnia recuperarent, quæ amiſerant, ex iure
ciuili, *§. Cùm autem. Inſtit. quibus mod. ius patr. pot.* 12. *Proſcripti vtrùm ſint cenſendi inter relegatos, an inter deportatos.*
ſolui. Et ab huiuſmodi deportatione hoc differebat relegatio, quòd hæc eſſet mitior, id eſt, ſolùm ad tempus; & ideò iura ciuilia non auferret, neque morti æquipararetur: illa verò eſſet perpetua, & quaſi mors adimeret omnia. Et ex Gloſſa *in §. cùm autem. cit.* inter hoiuſmodi deportatos cenſeri debent etiam illi, qui noſtris temporibus publicè, & per ſententiam proſcribuntur: quanquam ex communi ſententia apud Azot. *loco cit.* potiùs cenſeantur inter relegatos; & ideò non habeantur, vt ciuiliter mortui.

Et quia hæc eadem mala, quæ olim apud Roma- 13. *Excommunicatio in iure canonico æquiparatur morti.*
nos inferebantur per deportationē in inſulas, modò inter Chriſtianos, vel omninò, vel maiori ex parte etiam inferuntur per excommunicationem maiorem; ideò etiam hæc in iure canonico morti æquiparatur: & quando in ſacris Canonibus fit mentio pœnæ mortis; per illam intelligitur excommunicatio, vt notat Panorm. *in c. qui furatur. n.* 4. *de furtis. ex cap. per venerabilem. qui filij ſint leg. verſùs finem.* vbi Pontifex legem quandam canonicam, in qua inferebatur mors temporalis, interpretatur de ſententia excommunicationis; &, *Mori*, inquit, *præcipitur, id eſt, per ſententiam excommunicationis velut mortuus à communione fidelium ſeparari.*

Sextò, quòd metus ſeruitutis ſit grauis, & verè 14. *Metus ſeruitutis incurrenda, aut amittenda libertatis.*
cadens io virum conſtantem, expreſsè habetur *l. ego puto. & l. iſti quidem. ff. de eo, quod metus cau.* & docent omnes apud Sanchez *lib.* 4. *de matr. diſp.* 5. *cit. num.* 6. Et patet: quia ſeruitus verè eſt mors ciuilis, cùm ſimiliter priuet vſu propriæ volūtatis, & libertatis, quæ eſt perfectiſſima vita in actu ſecundo, vt
diximus. Neque ſolùm hic timor tunc eſt graois, 15. *Metus amittendi inſtrumenta pro libertate probanda.*
quando eſt immediatè & proximè de incurrenda ſeruitute, aut libertate amittenda; ſed etiam, quando eſt de amittendis inſtrumentis, quibus libertas probari poteſt, vt ſubditur *l. iſti quidem. cit. ff. de*

eo, quòd met. cau. nam, quanuis amiſſis huiuſmodi inſtrumentis, oon ſtatim quis ſit redigendus in ſeruitutem; ſatis tamen eſt, quòd poſſit euenire periculum, vt tedigatur; & hic ipſe metus talis periculi grauis eſt, ſicut & metus, ne quis prodatur, quando eſt deprehenſus in graui flagitio, ex quo mortem, aut vincula poſſet timere. *l. nec timorem. in fine. ff. de eo, quòd met. cau.* in quantum, ſcilicet, quanuis de facto non ſit proditus, mortem, nec vincula non poſſit pati; verè tamen potuiſſet ea pati, ſi eſſet proditus, vt ibi dicitur: & hic ipſe metus ne prodatur, & ne caſus eueniat, io quo poſſit pati, grauis eſt. Idque totum etiam procedit, ſiue is, qui patitur metum amittendi libertatem, aut inſtrumenta probandæ libertatis, ſit in actuali illius poſſeſſione, ſiue non: & ſiue habeat alias probationes, pro eadem libertate, ſioe non, vt notat Gloſſa *in l. iſti quidem. verb. ſi iam. ff. de eo, quòd metus cau.* & ex illa Sanchez *diſp. 5. num. 6. cit. in fine.* quia fieri poteſt, vt aliæ probationes oon ſint ſufficientes.

16. *Metus captiuitatis.* Similiter, quòd metus captiuitatis ſit grauis, docet Scot. *in 4. d. 29. quæſt. vnica, §. De primo contradictio eſt.* & ex illo Sanchex *lib. 4. de matr. diſp. 5. cit. num. 7.* Et patet ex eo: quia etiam captiuitas eſt quædam ſeruitus, & mors ciuilis, ciuiliter priuans perfectiſſima vita accidentali, & in actu ſecundo, quæ eſt vſus propriæ voluntatis, & libertatis, vt diximus.

17. *Metus carceris, aut vinculorum.* Atque ad captiuitatem videtur reduci etiam metus carceris, aut vinculorum, cùm etiam carcer, & vincula impediant libertatem. Et quòd hic etiam metus ſit grauis, expreſsè habetur *l. nec timorem. & l. qui in carcerem. ff. de eo, quòd met. can.* & quia hæc iura indiſtioctè loquuntur de carcere, & vinculis; non autem explicant, vtrùm debeant eſſe grauia, aut perpetua, vel diuturna; an verò ſufficiant quæcunque; ideò etiam plures Doctores iodiſtinctè loquuntur, & ſolùm aſſerunt, metum carceris eſſe grauem; neque aliud explicant, vt Scot. *in 4. d. 29. quæſt. vnica, §. De ſecundo dico. ver. Ad primum. & §. De primo contradictio eſt.* Gabr. *in 3. diſt. 39. quæſt. 1. art. 1. ver. Iurament. incautum.* Victoria *in Summa, de matr. num.* 168. Corduh. *in Summa, quæſt. 171. puncto* 1. Roſella *verb. impedimentum, impedimento* 10. *num.* 2. Ang. *verb. metus, num.* 1. Panorm. *in cap. cùm locum. num.* 8. *in fine, de ſponſal.* Azor. *tom.* 1. *lib.* 1. *cap.* 10. *quæſt.* 3. Rebellus *de oblig. iuſtitia, p.* 2. *lib.* 2. *quæſt.* 11. *ſect.* 1. *num.* 2. Alij verò id limitant ad ſolum carcerem, & vincula perpetua: quia tunc ſolùm ſunt quædam captiuitas, & verè priuant perfectiſſima vita, vt Gloſſ. *in l. ego puto. initio. ff. de eo, quòd met. cau.* Sot. *lib. 7. de iuſt. quæſt. 2. art. 1. ad* 2. & aliqui alij apud Sanchez *diſp. 5. cit. n. 9.*

Alij denique media via incedunt, & aſſerunt, tunc ſolùm eſſe grauem metum carceris, & vinculorum, quando carcer eſt diuturnus, & vincula ſunt atrocia, vt Sot. *in 4. d. 29. quæſt. 1. art. 2. verſ. Eiuſmodi autem metum.* Henriq. *lib. 11. de matrim. cap. 9. num. 4.* Leſſ. *lib. 2. cap. 17. num. 35.* Reginal. *in praxi, lib. 31. cap. 13. num. 76.* Sanchez *num. 9. cit.* & aliqui alij apud ipſum; idque eſt probabilius. Non tameu eſt neceſſarium, vt explicitè, & quaſi in actu ſignato, qui metum incutit, minetur carcerem diuturnum, & viocula atrocia; ſed ſatis eſt, ſi abſolutè minetur carcerem, aut vincula, eáque ex circunſtantiis prudenter timeantur fore atrocia, & diuturna; non autem ſciantur fore tantummodo ad breue tempus, & leuia. Nam hoc modo *l. nec timorem, cit.* is metus vinculorum dicitur grauis, qui poteſt haberi ex manifeſtatione furti, aut adulterij, vel alterius flagitij: quia, ſcilicet, ex his cauſis non poſſunt timeri, niſi diuturna, & grauia. & *l. qui in carcerem. ſimiliter cit.* ſolùm dicitur, quòd ſit grauis metus permanentiæ, & diuturnitatis in carcere: ſiquidem dicitur, quòd, *qui in carcerem, quem detruſit, vt aliquid ei extorqueret; quidquid ob hanc cauſam factum eſt, nullius momenti eſt.* Quia, ſcilicet, non eſt factum ex metu carceris ſimpliciter, qui non ampliùs timebatur, cùm iam eſſet de facto incurſus; ſed ex metu permanentiæ, & diuturnitatis in carcere, quæ ſola reſtabat timenda tanquàm futura. Negari tamen non poteſt, quin, ſi alicui ſit magnum malum, etiam carcer breuiſſimi temporis, & vincula leuiſſima, vel ratione dedecoris, quod inde patitur, vel ex quocunque alio capite, etiam hic metus breuiſſimi carceris poſſit illi cenſeri grauis, & verè cadens in virum conſtantem: ſic enim etiam de metu alapæ, aut leuis verberatioois, & ſimilibus, notat Rebell. *de oblig. iuſt. p. 2. lib. 2. quæſt. 11. ſect. 1. num. 4.* Verùm hic metus non erit dicendus habere grauitatem ex grauitate mali corporalis, circa quod verſetur, & de quo io præſentia agimus; ſed ex grauitate dedecoris, aut alterius mali, de quo *infrà*.

18. *Metus amittendi ſtatum, & quid intelligatur nomine ſtatus.* Ad ſeruitutem etiam pertinet metus amittendi ſtatum, vel inſtrumenta illius, vt expreſsè dicitur *l. iſti quidem. ff. quòd met. cauſ.* & notat S. Thomas *in 4. d. 29. quæſt. vnica, art. 1. ad* 2. & omnes communiter apud Sanchez *lib. 4. cit. de matr. diſp. 5. num.* 10. Neque enim per ſtatum hoc loco intelligitur opulentia, aut egeſtas; ſed libertas: & ſtatus amiſſio, eſt amiſſio libertatis, & tranſitus io ſeruitutem, aut captiuitatem, vt notat Reginal. *in prax. lib. 31. c. 13. n. 76. cit.* & patet *ex l. iſti quidem. cit.*

19. *Metus exilij.* Denique idem eſt etiam de metu exilij: eſt enim etiam hæc quædam capitis diminutio, & morti æquiparatur, vt *ſuprà* diximus *num.* 5. ex iure communi, *Inſtit. de cap. diminutione.* & notat Sot. *lib. 7. de iuſt. q. 2. art. 1. ad ſecundum. verſ. Haud tamen.* quando, ſcilicet, eſt exilium propriè dictum, per quod interdicitur quis aqua, & igni; & caput de ciuitate eximitur. *l. publicorum. ff. de publicis iud.*

20. *Exilium propriè quid ſit.* Idem tamen videtur eſſe etiam de exilio minùs propriè dicto, ſi ſit longum, & graue, vt notat Henriq. *lib. 11. de matrim. cap. 9. num. 4.* & Sanchez *lib. 4. de matrim. diſp. 5. num.* 8. nam ſemper eſt graue malum priuari ſocietate, & communicatione conciuium; & ſæpè ex huioſmodi relegationibus conſequitur magna paupertas, & miſeria, imò & ipſa mors, vt notat Bart. *in l. ſi conſtante. verſ. Quintò, quæro. ff. ſol. matr.* & ex illo Ægid. Boſſ. *in pract. crimin. tit. de carcerato fideiuſſoribus committendo, num.* 7. Et fortaſſe hac de cauſa expilatoribus, qui ſunt fures atrociores, ſecundùm iura ciuilia, hæc pœna imponitur. *l. prima, §. expilatores. ff. de effractoribus. Vt in opus publicum, vel perpetuum, vel temporarium dentur: honeſtiores autem ad tempus moneri, vel fines patriæ iubeantur excedere.* Cùm tamen fures ſimpliciter, ſecundùm eadem iura ciuilia, ſolùm damnentur pœna pecuniaria, id eſt, ſolutione dupli, aut quadtupli. *§. conceptum furtum. & §. furti actio. Inſtit. de obligationibus, quæ ex delicto.* Hinc enim apertè habetor, quòd pœna exilij, vel relegationis à finibus patriæ, etiam ad tempus, ſecundùm iura ſit pœna grauis, imò & grauior, quàm pœna pecuniaria, cùm imponatur expilationi, id eſt, delicto ex ſe graui, & grauiori, quàm ſit furtum, vt notat Bertach. *in Repert. verb. Exilij pœna.*

21. *Exilium minùs propriè eſt triplex.* Vnde, ſiue quis certis locis interdicatur, ſiue omnibus, præter vnum aliquem certum, ſiue in inſulam relegetur, quæ ſunt tria genera, aut tres modi exilij minùs propriè dicti, qui numerantur,

l. exilium.

l. exilium. ff. de interd. & releg. & ſiue his modis exulare cogatur quis in perpetuum, ſiue ad tempus certum, v.g. decem annorum, ſiue ad tempus incertum, ſemper patitur graue malum; & metus, qui de illo incutitur, ſemper eſt grauis, & ſemper cadens in virum conſtantem. Et quamuis Gloſ. *in l. exilium. cit. verb. in inſulam.* per relegationem in inſulam, eam intelligat, in qua relegatus non ſtat cum hominibus: quomodo etiam *l. relegatorum. §. eſt quoddam genus. ff. de interd. & releg.* dicitur relegatio aliquando fieri in illas partes Prouinciæ, quæ ſunt deteriores; id tamen non eſt neceſſarium: & ſatis eſt, ſi relegatus in inſulam, non poſſit egredi ex inſula. *l. relegati. ff. eod. & l. relegati. ff. de pœnis.* ſiue ſit relegatus ad tempus, ſiue in perpetuum. *l. relegatorum. §. hæc eſt differentia. ff. de interd. & releg. cit.* Et alioqui ſi relegatio in inſulam deberet ſemper eſſe ad non ſtandum cum hominibus, grauior eſſet, quàm deportatio, quæ hoc non requirit;
22. & hoc maximè illam excedit, vt etiam *ſupra* diximus, quòd neceſſariò eſt perpetua. *l. relegatorum §. hæc eſt differentia. cit.* & in perpetuum eximit caput de ciuitate. *l. publicorum. ff. de publ. iudic.* & tollit omnia iura ciuilia, & morti æquiparatur. *§. cùm autem is. Inſtit. quibus mod. iuſpatr. poteſt ſolui.* & ideò tanquàm pœna imponitur non ſeruanti relegationem. *l. relegati. ff. de pœnis. & l. capitalium. §. in exulibus. & §. & in cuſtodiis. ff. eod.*

Deportatio quid ſuperaddat ſupra relationem.

23. Poſtremò, inter metus graues, qui poſſunt incuti circa bona corporis, poteſt numerari metus ſtupri, ſiue in viro, ſiue in fœmina, vt dicitur *l. cit. iſti quidem. in fine. ff. quòd met. cau.* Sed fortaſſe meliùs explicabitur inter metus, qui incutiuntur circa bonum honoris, aut famæ, cùm ex ſtupro fiat maxima dehoneſtatio, & maxima iactura honoris, vtpote ex peccato turpiſſimo, non ſolùm coram Deo; ſed etiam coram hominibus, vt patet ex Gloſ. *in l. iſti quidem. cit. verb. ſeu mulier.* S. Thom. *in 4. d. 29. quæſt. vnic. art. 2. ad ſecundum.* Innoc. *in c. cùm dilectus. num. 1. de his, quæ vi.* & aliis.

Metus ſtupri, ſiue in viro, ſiue in fœmina.

Atque hæc omnia corporis mala, circa quæ diximus poſſe incuti metum grauem, memoriæ cauſa vulgari illo verſiculo comprehenduntur, cuius meminit S. Thomas *in 4. d. 29. quæſt. vnic. art. 2. ad 2. cit.* Dur. *ibidem, quæſt. 2.* Sanchez *diſp. 5. cit. num.* 10. S. Antonin. *3. p. tit. 1. cap. 7. initio.* Rebell. *de oblig. iuſt. p. 2. lib. 2. quæſt. 11. ſect. 1. n. 2.* & alij:

Cogitur interdum conſtans formidine, cauſa
Stupri, ſiue ſtatus, verberis, atque necis.

Vel, vt habet S. Antonin. *loc. cit.*

Excuſare metus hos poſſe putà, quia neſcis,
Stupri, ſiue ſtatus, verberis, atque necis.

Et ſenſus eſt, quòd aliquando etiam vir conſtans iuſtè, & rationabiliter cogatur formidine horum malorum; & ad formidinem, ſiue metum mortis, reuocatur formido, & metus mutilationis, & metus armorum; ad metum verberum, metus cruciatus; ad metum ſtatus, metus ſeruitutis, captiuitatis, & carceris; & denique ad metum ſtupri, metus infamiæ, & dedecoris: & ſpecialiter illa tantùm quatuor exprimuntur; vel, quia ſecundùm iura ſunt maximè certa, quòd metum grauem incutiant; vel, quia ſunt magis frequentia, vt notat Rebell. *num. 2. cit.* & Reginal. *in praxi, lib. 31. cap. 13. numero 16.*

DISPVT. XVIII.

Quomodo metus ſit grauis, ſi incutiatur circa amiſſionem bonorum externorum, quæ ſunt ad vſus vitæ.

1. *Metus amiſſionis bonorum eſt grauis.*
2. *Metus amiſſionis maioris partis bonorum, eſt grauis.*
3. *Non refert, quanta ſit huiuſmodi maior pars.*
4. *In homine pauperrimo metus amiſſionis bonorum poteſt non eſſe grauis.*
5. *Secundùm aliquos idem eſt etiam in homine ditiſſimo.*
6. *Ad metum grauem ſatis eſt grauis iactura rei familiaris.*
7. *Etiamſi non ſit maior pars.*
8. *Metus amittendi inſtrumenta ad probandam rem familiarem, eſt grauis.*
9. *Quomodo metus amittendi magni lucri, poſſit eſſe grauis.*

APPELLATIONE externorum bonorum poſſunt comprehendi, non ſolùm illa, quæ ſunt ad vſus vitæ, & abſolutè, & quaſi antonomaſticè dicuntur bona externa, vel fortunæ; ſed etiam illa, quæ pertinent ad famam, & honorem, & ad ſocietatem ciuilem, vt eſt conuictus ciuium, & fruitio patriæ. Vt ergo primo loco agamus de iis bonis externis, quæ ad vſus ſunt vitæ,

Si metus incutiatur circa amiſſionem huiuſmodi bonorum, non ſolùm eſt grauis, quando eſt circa amiſſionem maioris partis; ſed etiam abſolutè circa amiſſionem partis magnæ, & notabilis. Quòd metus amiſſionis huiuſmodi bonorum poſſit eſſe grauis, & cadere in virum conſtantem, negat Palud. *in 4. d. 29. q. 1. art. 2. concl. 2. n. 13.* quia *cap. cùm dilectus. de his, quæ vi.* ſolùm approbatur metus mortis, & cruciatuū corporis; qualis tamen non eſt metus amittendi bona externa Et *cap. omnes cautiones. 32. q. 7.* nihili ſunt damna omnia rei familiaris, dum dicitur ex S. Hieronymo: *Nolo mihi proferas damna rei familiaris.* Sed contrà affirmant alij omnes apud Azor. *tom. 1. lib. 1. cap. 10. quæſt. 4.* & apud Sanchez *lib. 4. de matr. diſp. 5. num. 21.* & probant ex eo, quia huiuſmodi bona, cùm ſint inſtrumenta ad vitam tuendam, ſunt quodammodo ipſa vita, vt notat Bald. *in l. ſi tuis. C. de operis liber.* & iuxta illud Heſiodi: *Pecunia eſt animu miſeris mortalibus.* Vnde & *l. Aduocati. C. de Aduocatis diuerſ. iudiciorum.* Aduocati, qui lites dirigunt, & cauſas defendunt de re familiari, dicuntur defendere ſpem, & vitam, & poſteros, vt notat ibi Gloſ. *verb. vitam. & l. illicitas. §. ne tenuis. ff. de off. Præſ.* Homines non opulenti dicuntur homines tenuis vitæ: & apud Græcos eodem vocabulo, ὀυσία, ſignificatur ipſum eſſe, vel ſubſtantia, & facultates, quibus viuitur, & conſeruatur ſubſtantia, vt notat Couarr. *in Epit. 4. Decretal. p. 2. cap. 3. §. 4. num.* 18. imò, & idem etiam eſt apud Latinos, de vocabulo ſubſtantiæ: & qui plùs patrimonij relinquit filio, dicitur relinquere plùs ſubſtantiæ. Et in Euangelio, *Lucæ* 15. filius prodigus conſumendo patrimonium dicitur conſumpſiſſe ſubſtantiam ſuam. Et denique pecunia eſt omnia in potentia; & qui illam habet, habet omnia; eique, tanquàm Reginæ, obediunt omnia: & ideò metus eam amittendi non poteſt non eſſe grauis, & iure æquiparatur metui mortis, vt notat Sanchez *n. 21. cit.* ex Tiraquello *de nobilit. cap. 31. n. 369.* 1.

Metus amiſſionis bonorū eſt grauis.

F 3 Neque

Neque vrgent in contrarium textus allati pro Palud. quia *cap. cùm dilectus. de his quæ vi.* ſi ad metum mortis, & cruciatuum corporis, quorum ibi fit mentio, dicamus reduci omnes metus graues, rectè dicemus, metum amittendi bona externa, reduci ad metum mortis; ſicut & ipſa bona externa reducuntur ad vitam, vt iam diximus. Et *c. omnes cauſationes. 32. q. 7.* damna rei familiaris ſolùm dicuntur nihili fieri in caſu, quo ſit committendum peccatum; & vxor, viuente viro, debeat alteri nubere; non autem ſemper, & in omni caſu, vt notat idem Sanchez *num.* 28.

Sed propter has ipſas rationes, & quia patrimonium & bona externa exiſtimantur tanquàm ipſa vita, tunc ſolùm Doctores aliqui affirmant, circa eorum amiſſionem poſſe eſſe metum grauem, quando ſunt neceſſaria ad vitam tuendam, vt Gloſ. & Hoſtienſ. *in c. 2. de his, quæ vi. verb. coactus.* vel quando illorum amiſſio eſt cauſatura amiſſionem ſtatus, & familiæ, vt Ledeſma *2. p. 4. q. 49. art. 3. §. Sed dubitabit aliquis.* vel abſolutè, quando eſt amiſſio omnium bonorum, vt Bart. *in l. fin. num. 6. ff. de condit. ob turp. cau.* Menoch. *de arbit. lib. 2. centur. 2 caſu* 135. *num. 9.* & ex Theologis Palat. *in 4. d. 24. diſp. 1. verſ. Aduerte autem.* Philiarchus *de off. Sacerd. tom. 1. p. 2. lib. 2. cap. 8. ad finem*, & aliqui alij apud Sanchez *lib. 4. de matr. diſp. 5. num. 20.* Et videtur probari *ex cap. 2. cit. de his, quæ vi.* vbi quidam Clericus ideò mandatur reſtitui, quia per milites, & burgenſes Epiſcopi fuerat expulſus à domo, & vniuerſa poſſeſſione.

2. *Metus amiſſionis maioris partis bonorum, eſt grauis.*

Sed contrà, quòd ſufficiat ad metum grauem etiam amiſſio maioris partis bonorum, docet Ioan. Andr. *in cap. 2. num. 2. de his, quæ vi. & in cap. verùm. num. 2. de iureiur.* Innoc. *in cap. cùm dilectus. num. 1. de his, quæ vi* Couarr. *in Epit. p. 2. c. 3. §. 4. num.* 18. Nau. *cap. 22. num. 51. verſ. Quintum.* Angel. *verb. metus. num. 3.* Roſella *eod. num. 1.* Tab. *verb. coactio. quæſt. 3. num 4.* Armilla *eod. num. 3.* Flamin. *de reſignat. lib. 13. quæſt. 1. num. 155.* Azor. *tom. 1. lib. 1. cap. 10. quæſt. 5.* Sanchez *lib. 4. de matr. diſp. 5. cit. num. 22.* & alij apud ipſum. Et probatur: quia *l. propter litem. initio, ff. de excuſat. & Inſtit. eodem titulo. §. Item propter litem.* controuerſia, aut lis de omnibus bonis, aut plurima eorum parte, quam quis habeat cum pupillo, dicitur excuſare ab illius tutela: quia, ſcilicet, etiam metus amittendi plurimam partem, eſt ex ſe grauis. Et *cap. 1. de reſtit. ſpol. in 6. §. Illum autem.* exceptio ſpoliationis dicitur eſſe admittenda in criminalibus, quando is, qui criminaliter accuſatur, dicit, ſe per violentiam eſſe deſtitutum tota ſua ſubſtantia, vel maiori parte ipſius. Et ratio eſt: quia etiam amiſſio partis maioris bonorum, morti æquiparatur, vt probat Tiraq. *de nobil. cap. 31. num. 369.* & apud Sanchez *num. 22. cit.* in quantum, ſcilicet, amiſſa maiori parte, vel ſimpliciter vita ſuſtentari non poteſt, vel communiter, non poteſt commodè, & honoratè, vt notat Leſſ. *lib. 2. cap. 17. num. 35.*

3. *Non refert, quanta ſit huiuſmodi maior pars.*

Neque refert, quanta ſit abſolutè, & in ſe conſiderata, huiuſmodi maior pars: fieri enim poteſt, vt qui eſt modici patrimonij, maius damnum patiatur, ſi amittat maiorem illius partem, quamuis alioqui exiguam, quàm vir ditiſſimus, ſi etiam ipſe amittat maiorem partem: quia pars minor, quæ huic remanet, poteſt eſſe tanta, vt adhuc illi ſufficiat ad vſus vitæ; & pars minor, quæ remanet alteri, poteſt non eſſe ſufficiens, vt notat Sanchez *diſp. 5. cit. num. 23.*

4. *In homine pauperrimo metus amiſſionis bonorũ poteſt non eſſe grauis.*

qui etiam rectè ſubdit, ſi facultates alicuius ſint ita tenues, vt, moraliter loquendo, neque per illas ſit ditior, nec ſine illis euadat pauperior; in tali caſu iacturam illarum tali homini nullius eſſe momenti; & ideò metum de amiſſione non eſſe grauem, neque cadentem in virum conſtantem. Et ex Syluest. *verb. metus, num. 3.* idem eſſet etiam in homine ditiſſimo, ſi ex amiſſione maioris partis ſuorum bonorum non pateretur grauem iacturam, neque illi conſequeretur graue incommodum: ſimiliter enim illa amiſſio in tali homine non ſufficeret ad metum grauem, quia ex Gloſ. *in cap. 2. de his, quæ vi verb. coactus.* requiritur, vt bona, quæ amittuntur, vel ſint neceſſaria ad vitam corporis, & hæc ſine illis amittatur, vel ſaltem, vt faciant grauem iacturam.

5. *Secundùm aliquos idem eſt etiam in homine ditiſſimo.*

6. *Ad metum grauẽ ſatis eſt grauis iactura rei familiaris.*

Verùm hoc non admittit Sanchez *num. 24.* quia amiſſio maioris partis bonorum ſatis eſt grauis iactura ex ſe, & meritò poteſt mouere virum conſtantem; ſiue ex illa ſit ſecutura amiſſio vitæ, aut graue incommodum ad eam tuendam; ſiue non: idque ſignificant omnes ij Doctores, qui abſolutè pronunciant, amiſſionem maioris partis bonorum poſſe ſufficere ad metum grauem: imò & Gloſ. *cit.* dum requirit ſub diſiunctione, vt amiſſione bonorum, vel amittatur vita corporis, vel inferatur grauis iactura: dum enim non aliter explicat, quòd hæc iactura debeat habere incommodum, & difficultatem tuendi vitam; ſatis indicat, quòd ſatis grauis iactura ſit ipſa per ſe amiſſio maioris partis bonorum, vt notat Panorm. *in cap. 2. cit. num. 6. de his, quæ vi.*

7. *Etiãſi non ſit maior pars.*

Imò eadem ratione etiam ſufficit ad metum grauem amiſſio partis magnæ, & notabilis, etiamſi non ſit pars maior reſpectu totius ſubſtantiæ, vt ſubdit Sanchez *num. 25.* ex Sot. *in 4. d. 29. quæſt. 1. art. 2. verſ. Eiuſmodi autem metum.* Cordub. *in Summa, quæſt. 161. puncto 1.* Conat. *in Epit. p. 2. cap. 3. §. 4. num. 18. in fine.* Henriq. *lib. 11. de matr. cap. 9. num. 4.* & aliis, cum quibus id aſſerit etiam Leſſ. *lib. 2. cap. 17. num. 35.* vbi ait, amiſſionem notabilis partis bonorum facere metum grauem: quia, qui illam patitur, non poteſt commodè, & honoratè viuere. Et Rebell. *de oblig. inſt. p. 2. lib. 2. quæſt. 11. num. 2.* vbi inter grauia mala, quæ à viro conſtante poſſunt timeri, etiam numerat magnam iacturam bonorum.

8. *Metus amittendi inſtrumenta, ad probandam rem familiarẽ, eſt grauis.*

Et in ordine ad hanc iacturam illud etiam ſubdit Sanchez *num. 26.* ex additione ad Gloſ. *in l. iſti quidem. ff. quòd met. cau.* & Bald. *ibidem, §. ſi is. in fin.* poſſe etiam eſſe metum grauem, & cadentem in virum conſtantem, ſi ſit de amiſſione inſtrumentorum totius, vel maioris partis patrimonij: vt enim *ſuprà* diximus de amiſſione inſtrumentorum ad probandam libertatem, ſeu ſtatum, *ex l. iſti quidem. ff. quòd met. cau.* quamuis per amiſſionem huiuſmodi inſtrumentorum non ſtatim amittantur ipſa bona; ſatis tamen eſt graue, quòd poſſit euenire periculum, vt amittantur: ſicut certè poteſt euenire, ſi ſint amiſſa inſtrumenta.

Neque obſtat contra hæc, quæ diximus de amiſſione maioris partis, aut partis magnæ, & notabilis, quod *paulò antè* eſt allatum *ex cap. 2. de his, quæ vi.* eo enim loco ſolùm factum narratur, quod ille Clericus eſſet expulſus à tota poſſeſſione, & propter iniuriam illi illatam mandatur reſtitui; non autem diſponitur, vel ſtatuitur, quòd, vt quis reſtituatur, debeat neceſſariò paſſus eſſe iniuriam in omnibus bonis; & quòd non ſufficiat, ſi ſit paſſus in maiori illorum parte, vel abſolutè in parte magna, & notabili; imò oppoſitum, & quòd iniuria ſit ex ſe grauis, ſi ſolùm ſit de maiori parte bonorum, ſatis habetur ex aliis iuribus *paulò antè cit.* id eſt, *ex l. propter litem. ff. de excuſat. & ex cap. 1. de reſtitut. ſpol. in* 6. vt notat Sanchez *diſp. 5. cit. num. 29.*

Vtrùm autem id, quod diximus de amiſſione bonorum, etiam valeat de amiſſione magni lucri; & 9.

vtrùm

Quomodo metus amittendi magni lucri poſſit eſſe grauis.

vtrùm metus ſit grauis, ſi de hac incutiatur; benè explicat Sanchez *diſput.5.cit.num.27.& 28.* Si enim comminatio de magno lucro impediendo ſit per iniuriam, & contra ius, quod ad proſequendum huiuſmodi lucrum habet is, cui metus incutitur, verè facit metum grauem: ſi verò non ſit per iniuriam, & contra ius, verè non facit. Et ratio eſt: quia, ſi quis alteri dicat: *Si hoc feceris, dabo tibi occaſionem maximi lucri; cùmque non dabo, ſi hoc non feceris*, verè allicit ſpe, non autem trahit metu, vt notat Med. *C.de reſtitut. quæſt.3. cauſa 2.verſ. Si fiat remiſſio.* Et cùm eam occaſionem non teneatur dare, nullam iniuriam illi facit, non dando: neque eſt, quòd ille conqueratur de metu incuſſo; ſed benè poteſt gaudere de ſpe oblata. Et hac ratione, quamuis profeſſio facta ex metu ſit nulla; ſi tamen ſit facta ex ſpe alterius boni, valida eſt, vt notat Nau. *tom. 2. de Regular.num. 67. ver. Addo decimotertiò.* & ex illo Sanchez *num.18.cit.*

Contrà verò, ſi quis dicat: *Niſi hoc feceris, impediam te à tuo lucro.* metu trahit, & iniuriam facit, *iuxta l.fin.§.ſi fœnerator. ff.quòd metus cau.* vbi dicit, quòd, *Si fœnerator inciuiliter, id eſt, contrarius, athletam cuſtodiat, cùmque impediat à certaminibus, quibus, ſcilicet, lucrum parat, & hac ratione ad cautionem eum compellat, vltra quantitatem pecuniæ debitæ, debet Iudex decernere, vt athleta reſtituatur.* Quia, ſcilicet, impeditio illa à certaminibus, & à lucro, ad effectum extorquendi huiuſmodi cautionem, verè eſt iniurioſa; & ideò eius comminatio poteſt facere metum grauem, ſi alioqui lucrum ſit ex ſe magnum.

DISPVT. XX.

An, & quomodo metus ſit grauis, ſi incutiatur circa amiſſionem famæ, aut honoris.

1. *Infamia iuris, & infamia facti, quæ dicatur.*
2. *Secundum aliquos, metus infamiæ non eſt grauis.*
3. *Circa infamiam, ſiue ſit iuris, ſiue facti, poteſt eſſe metus grauis.*
4. *Honor quid ſit, & quo differat à laude, & à gloria.*
5. *Honor multis modis poteſt auferri.*
6. *Circa amiſſionem honoris poteſt eſſe metus grauis.*
7. *Qui fuſtem, aut alapam conatur impingere ad ignominiam inferendam, poteſt licitè occidi.*
8. *Qui fuſte, aut alapa eſt percuſſus, poteſt inſequi percuſſorem fugientem, & armis recuperare honorem.*
9. *Qui contumelias in aliquem iactat, poteſt armis compeſci.*
10. *Metus leuiſſimi verberis, aut alapæ, imò & verborum, poteſt eſſe grauis.*
11. *Metus ſtupri eſt grauis.*
12. *Nomen ſtupri accipitur latè pro quolibet peccato luxuriæ.*
13. *Adulterium, & fornicatio cum muliere honeſta, venit in iure nomine ſtupri.*
14. *Sodomia venit nomine ſtupri.*
15. *Coitus cum ſerua, aut concubina, non venit in iure nomine ſtupri.*
16. *Sodomia eſt peccatum grauius, quàm copula cum propria matre.*

1. *Infamia iuris, & infamia facti, quæ dicatur.*

NOMINE famæ, quæ abſolutè prolata, ſemper accipitur in bonam partem, intelligimus communem, & bonam opinionem, quæ de aliquo habetur, & in nullo diminutam, vt colligitur *ex l. cognitionem ff. de var. & extraord. crim.* & contrà nomine infamiæ, communem, & malam opinionem: & ad hanc reducitur etiam ſermo & rumor, qui de aliquo eſt, & qui ſimiliter appellatur fama, quaſi à fando; quanquam primariò, & principaliter nomine famæ, aut infamiæ, intelligitur ipſa communis opinio, & interna exiſtimatio, ex qua prouenit deinde ſermo, & rumor, eiúſque obiectum maximè eſt ipſa virtus, & ſapientia, & eorum actiones, vel functiones, quæ ſunt maximè propriæ hominis, & ex quibus habetur laus, & vituperatio magis, quàm ex opinione ingenij, eloquentiæ naturalis, nobilitatis, potentiæ, diuitiarum, & ſimilium, ex quibus etiam fama quæritur inter homines, vt notat Leſſ. *lib.2.cap.11.num.1.* Et ſi mala opinio formetur de aliquo dependenter ab aliquo actu iuridico, v. g. à ſententia Iudicis, per quam declaretur, aut puniatur delictum habens infamiam, dicitur infamia iuris: ſi verò formetur ex aliqua alia facti manifeſtatione non iuridica, dicitur infamia facti, vt notat Suar. *de cenſ.diſp.48.ſect.1.n.6.*

2. *Secundùm aliquos metus infamiæ non eſt grauis.*

Quòd ergo metus infamiæ non ſit grauis, nec poſſit cadere in virum conſtantem, expreſsè docet S. Thomas *in 4.d.19.quæſt.vnica, art.2.ad 3.* Palud. *ibidem, quæſt.vnic.a.2.* Dur. *ibidem, quæſt.2.* & plures alij apud Sanchez *lib.4.de matrim.diſp.5.num.13.* qui ſaltem ex parte id aſſerunt, id eſt, de infamia facti; quamuis negent de infamia iuris, vt Gloſſa *in l.nec timorem. verb.infamiæ ff. quòd met. cauſ.* Sylu. *verb. metus.quæſt.4.* & Azor *tom.1.lib.1.c.10. quæſt.6.* nam *l nec timorem.cit.* expreſsè dicitur, quòd timor infamiæ eo edicto non continetur. Et ratio eſt ex S.Th. Dur. & aliis: quia infamiæ per multas vias, & de facili poteſt occurri, vt, v. g. infamiæ facti, ſi nitatur falſitati ipſius facti, & comminetur quis alteri, quòd eum falſo teſtimonio infamabit, purgando ſe ab huiuſmodi falſitate, & rei veritatem manifeſtando: ſi verò nitatur veritati, occultando illam per aliquam tergiuerſationem, vel oſtendendo factum contrarium, & pœnitentiam, & emendationem. Infamiæ verò iuris poteſt occurri per diſpenſationem Principis, vel reuocationem ſententiæ: quia enim de ratione metus eſt, vt malum excedat virtutem timentis, eique ab ipſo reſiſti non poſſit, vt *ſuprà* diximus *diſp.16. num.9. & 10.* ex eodem S. Thoma 1. 2. *quæſt. 41. art. 2. & 4.* non poteſt circa infamiam eſſe metus probabilis, & rationabilis, ſi illi de facili poteſt occurri.

3. *Circa infamiam, ſiue ſit iuris, ſiue facti, poteſt eſſe metus grauis.*

Contrà verò, quòd abſolutè circa infamiam poſſit eſſe metus grauis, ſiue illa ſit infamia iuris, ſiue facti, dummodo alioqui infamia, quæ timetur, non ſit leuis, neque de facili poſſit abſtergi, docet Innoc. *in c.cùm dilectus.num. 1. de his, quæ vi.* Turrecrem. *31.quæſt.1. in ſumma, num.7.* Leſſ. *lib.1.cap.17. num.35.* Rebell. *de obligat.par.2.lib.2.quæſt.11. num. 2.* Sanchez *lib.4. de matrim.diſp.5.cit.num.14.& 15.* & alij apud ipſum, & ſpecialiter de infamia iuris, quòd poſſit circa illam eſſe metus grauis, præter Gloſſ. Sylu. & Azor *paulò antè citatos*, docet Sot. *in 4. d.29.q.1.art.2.in fine.* Henriq. *lib.11.de matrim. cap.9. num. 4.* & alij apud Sanchez *num. 14. cit.* Ex iure ciuili ad hoc probandum pro infamia iuris afferunt aliqui legem, *nec timorem. ff. quòd met. cau.* vbi, quamuis initio expreſsè, & indiſtinctè dicatur, quòd timor infamiæ eo edicto non continetur; poſteà tamen ſubditur, quòd ſi quis in furto, aut adulterio, vel alio quouis flagitio deprehenſus, dedit aliquid, vel ad aliquid ſe obligauit ipſi deprehendenti, ne proderetur; ſuccurrendum illi eſt per illud edictum à Iudice: quod idem etiam habetur *l.ſeq. iſti quidem.*

Sed contrà eſt: quia his textibus expreſſè dicitur, quòd ideò eſt ſuccurrendum illis, qui metum ſunt paſſi, ne proderentur eorum flagitia, quia timuerunt mortem, aut vincula: non autem dicitur, quia timuerunt infamiam. Vnde & Tab. *verb. impedimentum, impedimento 9. quaſt. 1. n. 2.* ex his ipſis teſtibus tunc ſolùm ait metum infamiæ eſſe grauem, quando habet adiunctam pœnam mortis, aut cruciatus corporis; quod tamen reuerà ſolùm eſt eſſe grauem per accidens, & ratione alterius metus grauis per ſe, quem habet adiunctum, non autem eſſe grauem per ſe & ratione ſui. Multò aptiùs *ex l. cit. iſti quidem ff. quòd met. cau.* videtur ſumi argumentum pro infamia facti, dum ſubditur, pertinere ad illud edictum, ſi quis aliquid dedit: *Ne ſtuprum pateretur vir, aut mulier: cùm viris bonis iſte metus maior, quàm mortis eſſe debeat.* id eſt, metus infamiæ, vt notat ibi Gloſſa *verb. ſeu mulier.* & quia hæc infamia, quæ contrahitur in ſtupro patiendo, videtur facti, & non iuris, ideò dixi, ex hoc textu poſſe deſumi argumentum pro infamia facti. Et ad idem facit etiam id, quod habetur *l. iuſta. ff. de manumiſſ. vindicta,* quòd iuſta cauſa manumiſſionis ſit, ſi ſeruus dominum liberauit periculo vitæ, aut infamiæ: vt enim notat ibi Gloſſa *verb. infamia,* & Iulius Clarus *de homic. num. 26.* & apud Leſſ. *lib. 2. cap. 9. num. 77.* ſimilia ſunt hæc duo pericula, vitæ, & famæ, quoad grauitatem: & ideò æquiparantur, & ſimul iunguntur: & quia ſimiliter hæc etiam infamia, à cuius periculo potuit dominus liberari per ſeruum, potiùs videtur facti, quàm iuris; ideò ſimiliter ex hoc etiam textu potiùs videtur deſumi argumentum pro infamia facti: quamuis fortaſſe poſſit deſumi etiam pro infamia iuris, cùm etiam à periculo huius, potuerit dominus liberari per ſeruum impedientem; nimirum, ne aliquod illius flagitium, verum, aut falſum, deferretur ad Iudicem, & per ſententiam puniretur, & publicaretur.

Sed; præter hos textus, quòd abſoluè metus infamiæ, ſiue illa ſit iuris, ſiue facti, poſſit eſſe grauis, efficaciter probatur ratione iam tacta: quia viris bonis illius metus maior debet eſſe, quàm metus mortis, & adhuc maior, quàm metus amittendi bona externa, cùm *ex Prou. 22.* melius ſit bonum nomen, quàm diuitiæ multæ. Hinc enim benè infertur, quòd ſi metus mortis, & metus amittendi bona externa eſt grauis; potiori ratione eſt etiam grauis metus infamiæ, vtpote grauior aliis metibus grauibus, vt certè eſt, quando infamia ipſa non eſt leuis, neque de facili poteſt vitari, vt iam diximus: & rectè dicitur metus infamiæ viris bonis eſſe maior, quàm metus mortis; quia infamia etiam durat poſt mortem, ac proinde eſt diuturnior, & ſaltem extenſiuè eſt maior.

Neque oppoſitum ſtatuitur *l. nec timorem. cit. ff. quòd met. cau.* quod enim dicitur ipſo initio, eo edicto non contineri metũ infamiæ, ſolùm intelligitur de infamia leui, & cui de facili poteſt occurri, qualis eſſet, v. g. ſi quis alteri minaretur, ſe malam cantilenam cantaturum de ipſo, vt notat ibi Gloſſa *verb. infamia,* & ex illa Sanchez *ſect. 5. cit. num. 15.*

Et falſum eſt, quòd ſemper infamiæ poſſit facilè occurri; & hac de cauſa illius metus ſemper ſit leuis: quamuis enim illa infamia, quæ appellatur canonica, & contrahitur per quodcunque peccatum mortale publicum, *c. conſtituimus. 3. quaſt. 5. infames. & c. illi. 6. quaſt. 1. & cap. teſtimonium. de teſtibus,* verè tollatur per pœnitentiam, & emendationem, vt dicitur iiſdem textibus, & notat Gloſſa *ibidem,* & ex illa Suar. *de cenſ. diſp. 48. ſect. 2. num. 6.* quia, ſcilicet, potiùs fundatur in hoc, quòd publicè continuetur, & perſeueretur in huiuſmodi exceſſibus, vel per impœnitentiam, vel per repetitionem & frequentationem eorundem actuum, quàm in ipſis peccatis, aut actibus, quaſi per ſe: illa tamen, quæ fundatur in hoc, quod eſt, etiam ſemel talem exceſſum publicè commiſiſſe, qui vel ex lege, vel ex communi exiſtimatione trahat ſecũ infamiam, non tollitur per ſolam pœnitentiam, aut emendationem; ſicut per hanc non efficitur, vt qui commiſit, non commiſerit, & ſit innocens; ſed eſt opus diſpenſatione Principis, per quam tollatur ille effectus legis, vel aliquo alio, per quod immutetur communis exiſtimatio, vt docet Suar. *ibidem.* Et à fortiori idem eſt, ſi infamia ſit contracta ex facto alterius, vt contingit, v. g. in filiis eorum, qui violentas manus iniecerunt in Cardinales *cap. felicis. ver. quòd ſi quis. de pœnis; in 6.* & in filiis proditorum, & læſæ maieſtatis reorum. *l. quiſquis. §. filius. C. ad l. Iul. mai.* & in aliis huiuſmodi, de quibus Suar. *diſputat. 49. cit. ſect. 3.*

Vnde, ſi quis alicui comminetur, quòd eum infamabit per manifeſtationem ſimilium factorum; nemo non videt, quàm ſit difficile, vt huic infamiæ poſſit occurri. Et idem etiam eſt de infamia iuris, & per ſententiam Iudicis, cùm ad hanc ſit opus diſpenſatione Principis, vel reuocatione ſententiæ; quæ tamen vel nullo modo, vel non niſi difficilè poteſt haberi. Quare, cùm S. Thomas *in 4. d. 29. quaſt. vnica, art. 2. ad 3. cit.* Dur. & alij paulò antè citati, ideò negent, metum infamiæ eſſe grauem; quia per multas vias illi poteſt occurri: de illa tantùm infamia debent intelligi, cui facilè poteſt occurri, vt notat Sylu. *verb. metus, quaſt. 4.* & Sanchez *diſp. 5. cit. num. 15.* qualis communiter eſt infamia facti: vel certè de illa, quæ ſolùm eſt leuis, vt notat Rebell. *de oblig. iuſt. part. 2. lib. 2. quaſt. 11. num. 2. cit.* & dicendi ſunt ſolùm negare, quòd metus infamiæ abſolutè, vniuerſaliter, & ſemper ſit grauis; non autem affirmare, quòd abſolutè, vniuerſaliter, & ſemper ſit leuis, & nunquam poſſit eſſe grauis, & cadere in virum conſtantem.

Et quod diximus de metu amittendi famam, & bonam exiſtimationem, idem videtur dicendum etiam de metu amittendi honorem: poteſt enim ſimiliter etiam hic eſſe metus grauis, & cadere in virum conſtantem, vt notat Sanchez *lib. 4. de matr. diſp. 5. cit. num. 11.* & apud ipſum alij plures: & nomine honoris debet intelligi teſtificatio quædam de excellentia alicuius, cum quadam reuerentia, & ſubmiſſione, vt colligitur ex Ariſtotele 1. *Ethic. cap. 5. & lib. 8. cap. 8.* & notat S. Thomas 2. 2. *quaſt. 103. art. 1.* & Leſſ. *lib. 2. cap. 11. num. 2.* Et excellentia, quæ honorem, & teſtificationem requirit, maximè eſt, quoad ſapientiam, & virtutem, vel ſanctitatem, ad quæ reducuntur etiam alia, quæ ſunt earum effectus, vel inſtrumenta, & nobilitas, quæ oritur ex virtute maiorum; & diuitiæ, quæ ſunt inſtrumenta ad actus virtutum. Et prætereà poteſt reduci etiam omnis alia perfectio rationalis naturæ, ſiue ſit moralis, ſiue phyſica, & realis; vel etiam ſupernaturalis: quia ſemper eſt participatio quædam diuinæ virtutis, perfectionis, & excellentiæ; & ideò digna honore, vt eſt, v. g. poteſtas Principum, & Prælatorum, Sacerdotum, parentum & ſimilium, niſi fortè ex alio capite, qui gaudet huiuſmodi perfectione, ſit indignus, vt ſunt, v. g. Dæmones, & damnati. qui ſunt iam obfirmati in diuina inimicitia, & ideò digniſſimi, qui ab omnibus dehonorentur, & nihili fiant.

4. *Honor quid ſit, & quo differat à laude, & à gloria.*

Et de hac excellentia dupliciter poteſt fieri teſtificatio, in qua honor conſiſtit; id eſt, verbis, & ſignis: vt,

vt, ſi quis, v. g. aliquem compellet honotificè ſapientem, eximium, ſanctum; vel ei aſſurgat, aut loco cedat, capite, aut geſtu corporis inclinetur, genufle ctat, ſtatuam erigat. Etſi teſtificatio, quæ fit verbis, ſit de excellentia, provt eſt in ordine ad operationes, & ad finem, dicitut propriè laus: quia, vt 1. *Ethic.cap*.12.habetur: *Iuſtum, & fortem, & omninò bonum virum: quia etiam virtutem, ob actiones & opera, ſolemus laudare*. Et paulò pòſt: *Laus virtutis eſt: quia idonei ad honeſtas res agendas ex ea efficiuntur, & commendationes operum ſunt, tam animæ, quàm corporis ſimili modo.* Si verò ſit de excellentia ſecuodùm ſe, & abſolutè, ptovt præſcindit ab operatione, & à fine, ad quem fit; ſed iam conſideratur quaſi exiſtens in fine, dicitur honor, vt notat S. Thomas 2.2.*quæſt*.103.*art*.1.*ad* 3. quia, vt dicitur 1.Ethic.cap.12. cit. *Optimorum non eſſe laudem, conſtat: ſed maius quiddam, ac melius; & Deos beatos, ac felices dicimus; & nemo felicitatem laudat, quemadmodum iuſtitiam; ſed, vt diuinius quid, ac melius, beatam rem dicit, ac prædicat.* Et, vt ſubdit S. Th. *ibidem*, ſiue hæc teſtificatio, quæ fit verbis, ſit laus, ſiue honor; ex illa prouenit gloria, quæ eſt effectus honoris, & laudis, cùm ex hoc, quòd teſtificamur de bonitate alicuius, clareſcat illa bonitas in notitia plurimorum, in qua claritate conſiſtit gloria, quæ ſic dicitur, quaſi *claria*. Et ex quadam Gloſſa S. Amhtoſij *in cap*.11.*ad Rom*.& ex S. Auguſtino *lib*.83.*qq.quæſt*.31. definitur, quòd ſit clara cum laude notitia.

5. *Honor multis modis poteſt auferri.* Sicut autem honor poteſt exhiberi verbis, aut factis; ita & poteſt auferri, vt, v. g. per contumelias, conuicia, improperia, vt patet ex S. Thoma 2.2.*quæſt*.72. *art*.1. & per alia huiuſmodi, quæ ignominiam poſſunt inferre: vt, ſi quis fuſtem, vel alapam nitatur impingete, vel ad ianuam, aut domum alterius aliquid faciat, aut ponat, quod poſſit eum dehonorare.

6. *Circa amiſſionem honoris poteſt eſſe metus grauis.* Quòd ergo etiam metus amittendi honorem poſſit eſſe grauis, & cadere in virum conſtantem, patet ex dictis paulò antè de fama: cùm eoim honor ſit quid excellentius, quàm fama; ſiquidem includit bonaio opioionem, aut exiſtimationem, in qua propriè conſiſtit fama: & præterea dicit externam aliquam illius teſtificationem, ſi metus amittendi famam, poteſt eſſe iuſtus, & grauis, potiori ratione talis erit etiam metus amittendi honorem. Vnde & Ariſtoteles 1. *Ethic.cap*. 5. honorem ait ferè eſſe finem totius vitæ ciuilis; & ideò eos, qui ſunt elegantes, & ad agendum idonei, exiſtimare, quòd in honore conſiſtat felicitas. Et *lib*. 4. *cap*. 3. honorem eſſe maximum inter bona extetna; quia Diis illum tribuimus, eúmque maximè appetunt, qui in dignitate ſunt conſtituti, & maximè ob res præclariſſimas dari ſolet, vt præmiom. Et *paulò pòſt*, etiam poteſtates, & diuitias expeti propter honorem: ſiquidem, qui illas habent, affici honoribus volunt. Si verò honor inter bona extetna eſt maximum, & longè maius, quàm poteſtates, & diuitiæ; neque eſt aliud bonum maius, qood præmij loco poſſit dari virtuti, ſi metus amitteodi diuitias, & poteſtates, & bona extetna eſt grauis; talis erit etiam metus amittendi honorem, imò & grauior, vtpote amiſſionis boni maioris. Et confirmatur: quia circa honotes apperendos, provt oportet, plures virtutes verſantur, id eſt, circa ſummos honores, io eo, qui ſummis eſt dignus, magnanimitas, vt patet ex eodem Ariſtotele 4. *Ethic. cap*. 3. *cit*. & circa medios in eo, qui eſt dignus honoribus mediis, alia virtus, quæ caret nomine, vt patet *ibidem*, *cap*.4. Ergo non poteſt ſecundùm virtutem non magnifieri, eiúſque amiſſio non exiſtimari magnum malum; & per conſequens metus huiuſmodi amiſſionis rectè dicetur eſſe metus maioris mali, & erit iuſtus, & prohabilis, provt requiritur *l.metum. ff.quòd met. cauſ.*

Atque in hoc principio, quòd honor ſit maximum bonum, & multò pluris inter homines fiat, quàm diuitiæ, aut vita, fundantur plures doctrinæ, quas paſſim tradunt plures Doctores: vt, v.g. quòd licitum ſit viro honorato occidere inuaſorem, qui fuſtem, aut alapam nitatur impingere ad ignominiam inferendam, quando hæc ignominia non poteſt alitet vitari: id enim Nau.*cap*.15.*num*. 3. Sylu. *homicidium*, 1.*quæſt*.5. Antonius Gomez *tom*.3.*cap*.3. *num*. 23. Iulius Clarus *de homicidio*, *num*. 26. Sot. *lib*.5. *de iuſt.quæſt*.1.*art*.8. *in fine corp*. Leſſ. *lib*. 2. *c*. 9.*num*.77. & alij ideò aſſerunt; qoia per fuſtem, aut alapam honor impetitur; qui tamen meritò pluris ſit, quàm diuitiæ: & ideò ſi ad auertendum damnom pecuniarum, licitum eſt occidere furem, quando aliter illud damnum vitari non poteſt; licitum etiam eſt occidere inferentem damoum honoris, quando ſimiliter huiuſmodi damnum non poteſt aliter impediri, cùm hoc damnum ſit maius, quàm illud, vt notat Gloſſa *in c. ſuam, verb. modeſtia, de pœnis. & in Extrau. Ad conditorem. §. rurſus, verb. honori, de verb.ſignif.* 7. *Qui fuſtem, aut alapam conatur impingere ad ignominiam inferendam, poteſt licitè occidi.*

Similiter, quòd qui alapa eſt percuſſus, non modò poſſit percuſſorem ſtatim repercutere; ſed etiam fugientem inſequi, & tantùm verberum, & vulnerum illi infligere, quantùm putatur neceſſarium ad recuperandum honorem, vt docet Nau.*cap*.15.*cit*. *num*.4. Petr. Nau. *lib*.2.*cap*.3.*num*.380. Vict. *in relect. de iure belli*, *num*.5. Henriq. *lib*. 14. *de irregular. cap*. 10. *num*.3. *littera T*, & apud hunc plures alij, cum quibus ſpeculatiuè id putat probabile etiam Leſſ. *cap*.9.*cit.num* 80. etiamſi in ptaxi ptopter periculum odij, & vindictæ, & exceſſus, neget id eſſe facilè permittendum. 8. *Qui fuſte, & alapa eſt percuſſus, poteſt inſequi percuſſorem fugientem, & armis recuperare honorem.*

Quòd licitè poſſit occidi, qui contumelias in aliquem iactat, eique nititur honorem auferre coram Principe, aut Iudice, aut aliis; neque aliter poteſt compeſci, aut honor ab illo ablatus recuperari, vt docet Molina *tract*.4.*de iuſt. diſput*.20. *num*. 3. Petr. Nau. *lib*.2.*cit.num*.375. & Bannes 2.2.*quæſt*.64. *art*.7. *dub*.4. & apud Leſſ. *cap*.9.*cit*. *num*.81. quia, ſcilicet, quemadmodum ablatio honoris per fuſtem, aut alapam, poteſt armis, & vuloeribus prohiberi, eiúſque recuperatio procurari; ita & ablatio per contumelias, & verba dehonorantia. 9. *Qui contumelias in aliquem iactat, poteſt armis compeſci.*

Et quanuis hæc & ſimilia non careant ſuis difficultatibus, neque hoc loco ſint exactiùs examinanda; ſatis tamen ex illis probatur id, quod contendimus, iacturam hooris apud Doctores cenſeri maximam; & ideò illius metum poſſe eſſe grauem, & rationabilitet cadete in virum conſtantem: & veriſſimum eſſe, quod ex ſeotentia aliquorũ docet Rebell. 2.*p*.2.*de oblig*.*lib*.2.*quæſt*. 11.*n*. 4. quòd etiam metus leuiſſimi verbetis, aut alapæ, poſſit eſſe grauis, & matrimonium irritare, ſi ex illo ineatur, in quaotùm, ſcilicet, huiuſmodi malom ſolùm eſt leue, provt eſt cootta bonum corporis; non autem eſt leue, ptovt eſt contra bonum honoris. Et idem eſt de metu verberum, vt habet Gloſſa *in cap. fuerunt autem. d* 7.*verb. metu. & in c. conuenior, verb. mortee*. 23.*quæſt*. 7. *& in c.cùm dilectus. de iis, quæ vi. argumento cap. fuerunt autem. d*. 7. *cit*. vbi admittitut metus obtrectatorum: & argumento *l. qui aliena. §.fin.ff.de acquir. hæred.* vbi ſignanter admittitur metus verborum. 10. *Metus leuiſſimi verberis, aut alapæ, imò & verberum, poteſt eſſe grauis.*

Ex his colligitur, quid ſibi velit, quod dicitur 11.

l.iſti

Metus ſtupri eſt grauis.

l. iſti quidem ff. quòd met cau. metum ſtupri eſſe grauem; &, *Si quis aliquid dederit, ne ſtuprum patiatur, vir, ſiue mulier, locum habere illud edictum: quia viris bonis iſte metus maior eſſe debet, quàm mortis.* Vt enim notat S. Thom *in 4. d. 29. quaſt. vnica, a. 2. ad* 2. id maximè eſt: quia eſt metus dehoneſtationis per ſtuprum, id eſt, amittendi honorem & bonam exiſtimationem, iſque metus rectè dicitur viris bonis debere eſſe maior, quàm mortis, vt etiam *ſuprà* diximus de metu infamiæ: quia dedecus, & ignominia etiam manet poſt mortem; & ſaltem extenſiuè eſt malum maius: & ideò etiam efficit metum maiorem.

12. *Nomen ſtupri accipitur latè pro quolibet peccato luxuria.*

Debet autem nomine ſtupri in ordine ad efficiendum metum grauem, non ſolùm intelligi illicita defloratio virginis, non præcedente coniugali pactione, vt illud ſtrictè acceptum definit Gratianus *in c. lex illa. 36. q.* 1. & S.Thom. 2.2.*q.*154.*art.*6.ſed debet intelligi latiùs omnis illicitus coitus cum

13. *Adulterium, & fornicatio cum muliere honeſta, venit in iure nomine ſtupri.*

muliere honeſta, & libera: ſic enim *Inſtit.* §. *item lex Iulia de pub. iudic.* ſtupri flagitium dicitur eſſe, *ſi quis ſine vi, virginem, aut viduam honeſtè viuentem ſtuprauerit.* Et *l. inter liberas. ff. ad l. Iul. de adult.* ſtuprum in virginem, viduámve committi: imò legem promiſcuè appellare ſtuprum, etiam adulterium, vt patet ſecundùm Gloſſam *ibidem, ex l. inter ſtuprum. ff. de verb. ſignif.* Et denique *l. ſtuprum. ff. ad l. Iul. de adult. cit.* ſtuprum committi, ſi quis liberam quancunque mulierem, conſuetudinis cauſa, & non matrimonij, continet; excepta, videlicet, concubina: & adulterium admitti in muliere nupta; ſtu-

14. *Sodomia venit nomine ſtupri.*

prum verò in vidua, vel virgine, vel puero. Et quòd concubitus etiam cum maſculo appelletur nomine ſtupri, etiam habetur *l. ibi quidem. cit. ff. quòd met. cauſ.* vbi dicitur, quòd, tam vir, quàm mulier, poteſt pati ſtuprum. Et notat Gloſſa *in l. cùm vir. C. ad l. Iul. de adulter.* vbi ait, eſſe turpiſſimam ſpeciem ſtupri, ſi vir nubat in fœminam, id eſt, in officium fœminæ ſe ſupponat: contra quod flagitium ibi agitur. Et idem habetur *l.* 1. §. *remouet autem ff. de poſtul.* & in iure canonico *c. infames.* 3. *quaſt.* 7. vbi appellantur *ſtuprati*, qui corpore ſuo muliebria paſſi ſunt. Et denique nomen ſtupri latiſſimè accipi pro omni peccato luxuriæ, etiam docet S. Thomas 2.2. *quaſt.* 154. *art.* 6. *cit. ad* 2. ex S.Ambr. *l.* 1. *de Abraham, ante medium, tom.* 4. Et ex ſacris Litteris Num. 5. *Si latet adulterium, & teſtibus argui non poteſt: quia non eſt inuenta in ſtupro.* Et ex S. Thoma idem docet etiam Azor *tom.* 3. *lib.* 3. *cap.* 2. *initio.*

Quòd ergo ad metum grauem ſufficiat ſtuprum latè acceptum, prout dicit quodcunque peccatum luxuriæ, ex quo infamia, & ignominia conſequi ſolet, patet ex verbis ipſis legis citatæ, *iſti quidem*, vbi admittitur, & probatur eadem grauitas metus, ſiue is, qui patitur ſtuprum ſit vir, ſiue fœmina; neque diſtinguitur, vtrùm hæc fœmina debeat eſſe virgo, an poſſit ſufficere, ſi ſit corrupta: & præterea ex ratione, quæ ſubditur: quia viris bonis hic metus maior debet eſſe, quàm mortis: hæc enim ratio ſimiliter probat non ſolùm de ſtupro preſsè accepto pro ſola defloratione virginis; ſed latiſſimè de omni violatione honeſtæ mulieris, ſiue illa ſit virgo, ſiue corrupta, & ſiue ſit coniugata, ſiue ſoluta, vt notat Reginal. *lib.* 31. *cap.* 11. *num.* 76. Sanch. *lib.* 4. *de matr. diſp.* 5. *num.* 12. *cit.* & alij apud ipſum. Et eadem ratione *Eccleſiaſt.* 42. generaliter monentur parentes, vt filias ſuas, quæcunque tandem, & qualeſcunque illæ ſint, diligenter cuſtodiant, ne alioqui ipſos dehonorent, & opprobrio eſſe faciant etiam inimicis: *Super filiam luxurioſam confirma cuſtodiam, ne quando faciat te in opprobrium venire inimicis.* vt notat S. Thomas 2.2. *quaſt.* 154. *art.* 6. *cit. in corp.* quæ ratio dehonorationis, & opprobrij ſimiliter eſt vniuerſalis pro omnibus; non autem particularis, & propria pro ſolis virginibus.

Et denique in iure à pœna, & actione ſtupri ſolùm excipitur, ſi quis habeat rem cum ſerua, aut cum concubina, aut meretrice, vt patet *ex l. inter liberas. & l. ſtuprum. cit. ff. ad l. Iul. de adult. & l. cum tabulis.* §. *quoniam. ff. de his, qua vt indig. auf.* & cum his tantùm fœminis dicitur non habere locum lex Iulia *de adult.* eam fortaſſe ob cauſam; quia neque ſerua, neque concubina, aut meretrix habet famam, aut honorem, ex cuius iactura metus ſtupri poſſit contrahere grauitatem, vt de ſeruis in vniuerſum notat Bart. *in l. ſerues. ff. de accuſat.* & de concubinis, & meretricibus patet ex ſe: & ideò, qui violat ſeruam alterius, ſolùm tenetur domino ſeruæ actione iniuriarum, aut actione ſeruæ corruptæ *ad legem Aquiliam*, vt dicitur *l. inter liberas. cit.* non autem tenetur actione ſtupri, *ad l. Iul.* quanquam negari non poteſt, quin ex alio capite, etiam in ſerua, & fœmina inhoneſta huiuſmodi metus poſſit eſſe grauis, id eſt, ex periculo conſentiendi in peccatum, & amittendi ſalutem æternam, vt de fœmina inhoneſta ſubdit Sanchez *num.* 12. *cit.* de quo tamen commodiùs agemus *infrà.* 15. *Coitus cum ſerua, aut concubina, non venit in iure nomine ſtupri.*

Et eadem ratio dehonorationis à fortiori idem probat etiam in maſculo, aut viro, ſi illi inferatur metus ſtupri: ſiquidem hoc flagitium grauius eſt, quàm cum propria matre peccare. *c. adultery.* 32. *quaſt.* 7. & ideò Lot *Gen.* 19. ad illud vitandum in hoſpitibus, quos domi habebat, potiùs obtulit filiarum pudorem, vt ſubditur *c. offerebat. eadem cauſa, & quaſtione.* Et quanuis non deſint ex Doctoribus, qui dum explicant, quomodo metus ſtupri poſſit eſſe grauis, & cadere in virum conſtantem, expreſsè loquantur ſolùm de virgine, vt Azor *tom.* 1. *l.* 1. *c.* 10. *quaſt.* 4. Henriq. *l.* 11. *c.* 9. *num.* 4. Sot. *in* 4. *d.* 29. *quaſt.* 1. *art.* 2. *verſ. Eiuſmodi autem metum.* & alij apud Sanchez *diſp.* 5. *num.* 12. *cit.* quia tamen id non negant de aliis fœminis liberis, & honeſtis; neque loquuntur de virgine cum particula reſtrictiua, *tantùm*, & cum excluſione aliarum, ſolùm dicendi ſunt id expreſſiſſe ſpecialiter in virgine; quia ſtuprum magis propriè in illas committitur, & ratione ſexus, & tenerioris ætatis, faciliùs accidit, vt in illis metus ſit grauis: & ſi admittantur docere, ac velle, quòd metus ſtupri in ſola virgine propriè dicta ſit metus grauis; non videtur cum illis ſentiendum; & negari non poteſt, quin oppoſitum ſit probabilius. 16. *Sodomia eſt peccatum grauius, quàm copula cum propria matre.*

DISPVT. XXI.

An, & quomodo metus amittendi bona ſpiritualia, tam naturalia, quàm ſupernaturalia, poſſit eſſe grauis, & cadere in virum conſtantem.

1. *Metus amentia eſt metus grauis.*
2. *Delicta, qua committuntur in amentia, aut furore, non puniuntur.*
3. *Metus amittendi ſcientiam, aut artem, eſt metus grauis.*
4. *Metus impeditionis ab acquirenda ſcientia, aut arte de nouo, eſt grauis.*
5. *Metus amittendi gratiam per peccatum mortale, & vberiora auxilia gratia per peccatum*

tum veniale, eſt metus grauis.

6. *Metus, ne alicui adminiſtrentur Sacramenta, vel ne admittatur ad ſtatum clericalem, aut religioſum, eſt metus grauis.*

7. *Metus excommunicationis, ſiue iuſtæ, ſiue iniuſtæ, quomodo poſſit eſſe grauis.*

8. *Metus ſuſpenſionis, & interdicti, quomodo poſſit eſſe grauis.*

BONA ſpiritualia, de quorum ablatione, aut amiſſione poteſt incuti metus, poſſunt eſſe duplicis generis; id eſt, naturalia, & ſupernaturalia: ſi quis enim alteri comminetur, quòd maleficio, aut potione aliqua noxia, illi auferet vſum rationis, & inducet illum in amentiam, aut furorem; vel quòd auferet vſum ſciētiæ iam acquiſitæ, & inducet obliuionem; vel impediet acquiſitionem ſcientiæ de nouo, & inducet hebetudinem mentis; aut certè faciet, vt qui poſſet, ac vellet eum docere, non ampliùs poſſit, aut velit; metum incutit de ablatione, aut amiſſione bonorum ſpiritualium naturalium, qualis eſt vſus mentis, & ſcientiæ, vt ex ſe patet. Si verò comminetur, quòd illum inducet ad peccatum, eíque auferet feruorem ſanctitatis, & vberiora auxilia Dei, ſi peccatum ſit futurum veniale; vel etiam in totum auferet ipſam charitatem, & gratiam, ſi ſit futurum mortale; metum incutit de ablatione, aut amiſſione bonorum ſpiritualium ſupernaturalium, qualia ſunt auxilia Dei, & ipſe habitus charitatis, & gratiæ, vt ſimiliter ex ſe patet. Et ad hunc metum de amiſſione bonorum ſpiritualium ſupernaturalium poteſt reduci, ſi quis alteri comminetur negationem Sacramentorū, quæ ſunt inſtrumenta ad gratiam recuperandam, & augendam, prohibitionem vſus ſacrorum, ac diuinorum per cenſuras, non admiſſionem ad ſtatum clericalem, aut religioſum, & ſimilia, quæ ſunt media ad illam ſeruandam, & augendam.

Et quamuis pleraque ex his, neque in iure, neque apud Doctores ſint definita, quòd ſint grauia; & ideò pro vtroque foro relinquantur prudenti iudicio, vt *ſupra* diximus *diſp.* 18. *n.* 1. *ex l. metus autem cauſa. ff. quibus ex cauſ. mai.* & ex Gloſ. *in c. cùm dilectus. verb. metum, de his, quæ vi.* Innoc. Panorm. & aliis *ibi cit.* ex dictis tamen hucvſque de aliis bonis, non erit difficile, vt etiam de his determinemus.

1.
Metus amentiæ eſt metus grauis.

Nam, quòd amiſſio, aut ablatio bonorum ſpiritualium naturalium, qualis eſt vſus mentis, & rationis, vel ſimpliciter, vel per habitus, & virtutes intellectuales acquiſitas, verè ſit malum graue, eiúſque metus verè ſit cadens in virum conſtantem, poteſt facilè colligi ex dictis *ſuprà, diſputat.* 18. *cit. num.* 3. *&* 7. *& ſequentibus,* de metu mutilationis, & mortis ciuilis, & ſeruitutis, & captiuitatis. Si enim hi metus, ſecundùm iura, ideò ſunt graues; quia ſunt aliquo modo ipſa mors, id eſt, priuatio perfectiſſimæ vitæ in actu ſecundo, quæ ſunt ipſæ operationes vitales, vt patet ex Ariſtotele 2. *de anima, text.* 3. ſiquidem mutilatio, & abſciſſio certi membri, verè eſt mors, & priuatio vitæ quoad vſum illius; & mors ciuilis per ſeruitutem, & deportationem, eſt priuatio vitæ, quoad vſum propriæ voluntatis, & libertatis: potiori ratione etiam metus amittendi vſum mentis, & rationis, erit grauis; cùm etiam ipſe ſit priuatio vitæ rationalis perfectiſſimæ, id eſt, operationum mentis, & rationis, quæ ſolæ ſunt propriæ hominis, vt homo eſt.

Et cùm hæc vita intellectualis ſit proxima capacitas, ſeu potentia ad felicitatem, & ad ſummum bonum, quantùm hoc tempore eſt poſſibile haberi; qui illam impedit, aut tollit, non modò impedit, aut tollit ipſam felicitatem, ſi fortè habeatur; ſed etiam tollit proximam capacitatem ad felicitatem, quæ certè iactura eſt longè maior; & ideò etiam metus, qui de illa incutitur, eſt multò maior, quàm ſi incuteretur de tollenda felicitate: & cùm cætera omnia bonorum genera, id eſt, ſiue animi, ſiue corporis, ſiue fortunæ, ſolùm appetantur propter felicitatem, vt patet ex Ariſtotele 7. *Polit. cap.* 1. eiúſque vel ſint partes, vel inſtrumenta; qui metum incutit de tollenda proxima capacitate felicitatis, id eſt, de impediendo vſu rationis, etiam incutit de impediendo, aut tollendo proprio vſu aliorum bonorum, cùm is, qui eſt amens, nec bonis animi vti poſſit, id eſt, virtutibus; nec bonis corporis, aut fortunæ: ſiquidem vſus ſemper dependet à voluntate, vt applicante; & à ratione, vt dirigente, vt patet ex S. Thoma 1. 2. *q.* 16. *art.* 1. & ideò propriè non conuenit brutis, vt patet *ibidem, art.* 2. & per conſequens neque amentibus.

Atque ex hoc vlteriùs ſequitur, vt impeditio vſus rationis ſit impeditio etiam proximæ capacitatis ad laudem, aut honorem, cùm etiam hic ſolùm tribuatur propter excellentiam in iis, quæ pertinent ad vitam rationalem; vel certè hanc vitam omninò ſupponat, vt iam diximus: & prætereà ſit etiam impeditio ad diuitias, quæ maximè acquiruntur per vſum mentis: vnde, & de facto, qui præſtigiis, vel alio modo alterum dementaret, verè teneretur reſtituere damnum, ſi quod illi poſteà in temporalibus obueniret, vt notat Caiet. *in Summa, verb. reſtitutio, cap.* 7. *verſus finem.* Sot. *lib.* 4. *de iuſt. quæſt.* 6. *art.* 3. §. *At verò argumenta.* & alij. Si verò vna hæc impeditio vſus rationis, tot, ac tantorum bonorum eſt impeditio; etiam metus, qui de illa incutitur, cenſeri debet de omnibus incuti, & per conſequens eſſe omnium maximus, & grauiſſimus,

Atque hanc ob cauſam, quia amentia, & priuatio vſus rationis, eſt malum per ſe ipſum grauiſſimum; delicta, quæ fortè committuntur in amentia, aut furore, non aliter puniuntur ſecundùm iura, quamuis alioqui grauiſſima ſint: vt, verbi gratia, occiſio matris; quia ſatis furore ipſo puniuntur, vt dicitur *l. Diuus. ff. de officio Præſidis.* & mentis infirmitas, ſi in illa peccatur, ſolùm meretur commiſerationem, non autem pœnam, *cap. indicas.* 5. *quæſt.* 9. quia, ſcilicet, ipſa per ſe eſt pœna, & malum grauiſſimum.

2.
Delicta, quæ committuntur in amentia, aut furore, nō puniuntur.

Et idem eſt de amiſſione vſus ſcientiæ, aut artis, vel alterius virtutis intellectualis acquiſitæ: ſi quis enim alteri comminetur, quòd maleficio, aut potione, auferet illi huiuſmodi vſum, verè infert metum grauem, vt patet ex dictis: nam, ſi bona externa, quia ſunt inſtrumenta ad vitam ſeruandam, dicuntur quodammodo ipſa vita; & ideò metus de amiſſione illorum eſt grauis; etiam ſcientia, & virtutes intellectuales, quia ſunt inſtrumenta ad rectum, & optimum vſum ipſius vitæ intellectualis, dicentur eſſe ipſa vita intellectualis; & ſimiliter metus de amiſſione illarum cenſebitur grauis; cùm præſertim etiam amiſſio harum virtutum ſit amiſſio felicitatis: quæ, ſicut non poteſt eſſe in puero, ſtulto, aut amente; ita neque in homine ignaro, vt dicitur 7. *Polit. cap.* 1. *cit.* & prætereà ſit certum impedimentum ad acquirendam, & conſeruandam laudem, & honorem, & diuitias, quæ maximè acquiruntur, & conſeruantur virtutibus, vt *ibidem* ſubditur: vnde & Eccleſiaſtes *cap.* 7. dicitur, quòd, ſicut protegit pecunia; ita & protegit ſapientia: & hoc plùs habent eruditio, & ſapientia, quòd vitam tribuunt poſſeſſori ſuo. Et *Prouerb.* 8. quòd melior eſt ſapientia cunctis opibus pretioſiſſimis, & omne deſiderabile ei non poteſt comparari.

3.
Metus amittendi ſcientiam, aut artem, eſt metus grauis.

Et ſimiliter, qui præſtigiis, aut alia ratione auferret 4.

Digitized by Google

Metus impeditionis ab acquirenda ſcientia, aut arte de nouo, eſt grauis.

ferret alicui vſum ſcientiæ, aut artis, omninò teneretur reſiſtere, quicquid damni propreteà intuliſſet, iudicio prudentis viri, vt notant Caiet. & Sot. *locis citatis*, qui etiam addunt, idem eſſe, ſi vi, aut dolo impediret aliquem, ne ſcientiam, aut artem de nouo compararet. Et ex hoc ſimiliter rectè probatur, quòd etiam hic metus de huiuſmodi impeditione poſſit eſſe grauis, ſicut & *ſuprà* diximus *d.* 19. *num.* 9. de impeditione magni lucri; in quantum, ſcilicet, impeditio à ſcientia, aut arte de nouo acquirenda, eſt impeditio ab acquirendo honore, & lucru: idque eſt verum, ſiue impeditio ab addiſcenda ſcientia, & arte ſit futura ex parte illius, qui debet addiſcere, v.g. per vim, aut dolum inducendo in illum hebetudinem mentis, aut tollendo illi commoditatem, vel abducendo illum à ſtudio, & exercitio diſcendi; ſiue ex parte alterius, qui debet docere, verbi gratia, faciendo per vim, & dolum, ne ampliùs poſſit, aut velit docere: ſemper enim iactura, & damnum, cuius metus incutitur, eſt verè, & grauitatem refundit in ipſum metum: & ſi reipſa tale damnum inferatur per vim, & dolum, hoc eſt, per iniuriam, & contra iuſtitiam; verè eſt compenſandum iudicio prudentis viri, vt iam diximus.

5.

Metus amittendi gratiā per peccatum mortale, & vberiora auxilia gratiæ per peccatum veniale, eſt metus grauis.

Quòd verò etiam metus de amiſſione, vel ablatione bonorum ſpiritualium ſupernaturalium, verè ſit grauis, & cadens in virum conſtantem, facilè patet ex dictis: ſicut enim hæc bona ex ſuo genere ſunt longè maxima, & nullo modo comparabilia cum aliis bonis, etiam honoris, ac vitæ corporalis; ita & debent ſuper alia omnia plurimi fieri; & metus, ſi de illis incutiatur, iure debet cenſeri maximus. Et quod *ſuprà* diximus *diſp.* 10. *num.* 11. de metu ſtupri, *ex l. iſti quidem. ff. quod met. cau.* dehoneſtationem per ſtuprum, tam in viro, quàm in muliere, maiorem grauitatem tribuere metui de illa incuſſo, quàm tribueret mors; quia viris bonis maior debet eſſe illius metus, quàm mortis; hoc idem potiori ratione poteſt dici de metu amittendi bona ſpiritualia ſupernaturalia, cùm ex ſuo genere huiuſmodi amiſſio inter omnia mala ſit maximum; ſicut & bona ipſa inter omnia bona ſunt maxima, vt etiam *ſuprà* diximus *diſp.* 15. *num.* 9.

Atque hoc modo ex Ariſtotele 3. *Ethic. cap.* 1. ad quædam perpetranda nemo cogi, compellíve poteſt; ſed potiùs extrema quæque pati, ac mori conuenit. Et in ſacris Canonibus, *cap. ſacris. de his, quæ vi.* abſolutè dicitur, quòd nullo metu eſt committendum peccatum mortale: & *cap. itáne.* 32. *quæſt.* 5. quòd omnia mala potiùs ſunt toleranda, quàm peccato conſentiendum; idque intelligitur etiam de peccato veniali, vt patet ex S. Auguſtino *libro contra mendacium*, *cap.* 8. quia, ſcilicet, per peccatum mortale tollitur gratia, & charitas; & per peccatum veniale tollitur feruor, & vberiora auxilia gratiæ, eáque omnia ſunt bona ſpiritualia ſupernaturalia, omninò maxima ex ſuo genere. Et in ſpecie, quòd metus periurij ſit metus grauis; quia eſt metus amittendi ſalutem æternam per peccatum mortale; docet Seraphinus *de priuilegiis iuram. priuil.* 29. *num.* 1. & ex illo Sanchez *lib.* 4. *de matr. diſp.* 5. *num.* 12. *verſus finem*, qui etiam propter identitatem rationis idem aſſerit de metu fornicationis, etiam in muliere inhoneſta, ſi quis illi comminaretur, quòd vellet eam per vim opprimere: quanuis enim, ſi vi præciſè cognoſceretur, non peccaret; adhuc tamen ille metus eſſet grauis; quia exponeretur maximo, atque euidentiſſimo periculo præſtandi conſenſum, & peccandi. Et vniuerſaliter de metu cuiuſcunque peccati mortalis, quòd ſit grauis, & cadens in virum conſtantem, docet Sot. *in* 4. *d.* 29. *quæſt.* 1. *art.* 2. *circa medium*, & ex illo Reginal. *lib.* 21. *num.* 81. quanuis hic oppoſitum ſentiat de metu peccati venialis: quia, cùm hæc peccata facillimè, & ſæpiſſimè committantur, & etiam iuſtus ſepties in die per illa cadat, *Prouerb.* 24. non videtur adimere laudem conſtantiæ, ſi quis ex metu, v.g. mortis, aut alterius mali grauis, illis ſuccumbat: quod idem etiam aſſerit Sot. *loco cit.* quanquam ſub magna formidine, & ſub cenſura, vt ipſe loquitur, peritorum.

Sed contra hanc rationem videtur facere, quod *ſuprà* diximus *diſp.* 17. *num.* 2. & 3. ad metum grauem, prout de illo iura loquuntur, & prout impedit libertatem conſenſus, ſolùm requiri, vt malum, circa quod eſt, vt circa obiectum, ſit abſolutè, & in ſe graue, ſiue prætereà ſit etiam graue comparatiuè ad aliud, ſiue non; neque attendi grauitatem metus ex hoc, quòd ſubiectum, id eſt, ipſe operans, agat conſtanter, & ex virtute, dum illi ſuccumbit, vel non ſuccumbit; ſed ſolùm ex grauitate mali obiecti ſecundùm ſe, & abſolutè conſiderati; & metum mortis, v.g. etiam in illo eſſe grauem, qui ex tali metu ſuccumbit fornicationi, aut mendacio. Quia ergo malum, quod contrahitur ex peccato veniali, id eſt, amiſſio feruoris charitatis, & reatus pœnæ temporalis, ex ſe, & abſolutè eſt graue, imò & prætereà eſt etiam graue comparatiuè ad alia mala temporalia, vtpote ordinis longè ſuperioris; hoc debet ſufficere, vt metus, qui de illo incutitur, dicatur grauis: neque ex eo, quòd qui illi ſuccumbit metu mortis, v.g. non amittat laudem conſtantiæ, & virtutis, poteſt inferri, quòd non ſit grauis, cùm etiam ille, qui non ſuccumbit, huiuſmodi laudem non amittat; imò & qui ſuccombit, ſolùm non amittat ex parte obiecti; is verò, qui non ſuccumbit, etiam non amittat ex parte ſubiecti, & operantis, vt diximus.

Neque obſtat contra hoc, quod diximus de metu peccati, quòd circa amiſſionem huiuſmodi bonorum ſpiritualium, non videatur poſſe incuti metus, cùm hic eſſentialiter reſpiciat malum, quod eſt ab extrinſeco, & ſupra poteſtatem timentis, & cui ab ipſo reſiſti non poteſt, vt patet ex S. Thoma 2.2. *quæſt.* 41. *art.* 2. & 4. quale tamen non eſt amiſſio horum bonorum, cùm hæc non contingat niſi per peccatum, ſiue mortale, ſiue veniale; & hoc non poſſit eſſe, niſi à propria voluntate: & ab hac, adiuta à gratia, ſemper poſſit illi reſiſti; & ideò nunquam ſit ſupra poteſtatem timentis.

Nam contrà eſt: quia, quanuis actus peccati à nullo extrinſeco poſſit eſſe tanquàm à principio directè illum cauſante, vel phyſicè applicante, vel inclinante voluntatem ad illum cauſandum; ſed ſola voluntas poſſit ſibi eſſe directè illius cauſa, vt notat S. Thomas 1.2. *quæſt.* 80. *art.* 1. benè tamen poteſt eſſe ab extrinſeco, tanquam à proponente, & offerente obiectum, & ad illud alliciente, & trahente per oſtenſionem, & manifeſtationem bonitatis illius: & quemadmodum hoc modo principium illius poteſt eſſe Diabolus; ita & poteſt eſſe alius homo, vt patet ex S. Thom. *ibidem*, ſi, ſcilicet, proponat aliquod obiectum delectabile, aut vtile, & per apparentiam bonitatis illius moueat imaginationem & appetitum, & excitet vehementem concupiſcentiam, aut paſſionem ad illud proſequendum: & quanuis hæc cauſalitas non inducat verā neceſſitatem ad talem actum peccati, & communiter nunquam deſiot auxilia gratiæ ad non peccandum; ſtante tamen infirmitate, & corruptione naturæ, eiúſque inclinatione, & pronitate ad malum, iure

optimo

optimo à quouis viro conſtante grauiter eſt timenda.

Et cùm voluntas oon proſequatur bonum apparens,niſi ex quadam mentis peruerſitate, & euerſione,& hæc maximè contingat ex paſſione, vt patet ex Aiiſtotele 3.*Ethic.cap.4.* & *lib.2.Mor. Eudem.cap.* 11.in quantum, ſcilicet, paſſio facilè facit ſubſumi, & attendi in ſyllogiſmo practico propoſitionem minorem ſibi conuenientem,& repugnantem rationi,vt benè explicat S.Thomas *in 4.d.24.quæſt.3.art.* 3.eâque propoſitio minor maximè mouet, 3.*de anima,text.*58.& eſt domina actionis,7.*Ethic.c.*3.negari non poteſt, quin hæc ipſa peruerſitas, & euerſio mentis, ex qua ſola ſequitur proſecutio boni apparentis, & verus conſenſus in actum peccati, ſit reputanda,vt maximum malum;& in ordine ad illam, talis etiam ſit reputanda excitatio paſſionis, ex qua illa contingit, & per conſequens maximom malum commioetur, qui comminatur excitationem paſſionis, per applicationem, & propoſitionem vehementis ohiecti, & ex illa peruerſitatem, & euerſionem mentis circa bonum apparens, & circa obiectum peccaminoſum,vt diximus.

Et quemadmodum ſi quis alteri comminaretur à Dæmone per artem magicam grauiſſimam aliquam tentationem ad actum peccati,ſiue mortalis,ſiue venialis, rectè diceretur illi comminari ipſum lapſum in peccatum,& ipſam amiſſionem gratiæ, aut feruoris charitatis, vt ipſum reatum pœnæ æternæ, aut temporalis, & verè comminaretut maximum malum, & verè incuteret grauiſſimum metum, etiamſi comminatio propriè loquendo ſolùm eſſet de inducendo periculo lapſus, & amiſſionis gratiæ, & feruoris, cùm neque etiam Dæmon poſſit inferre neceſſitatem ad peccandum, vt probat S.Thomas 1.2. *quæſt.*80.*art.*3. ita & ſi quis alteri comminetur, non à Dæmone;ſed à ſe ipſo,occaſionem peccati,& tentationem,rectè dicitur comminari ipſum peccatum, & ipſam amiſſionem bonorum. Et quod *ſuprà* diximus *diſp.*18. *num.*9. de periculo amittendi libertatem, *ex l.iſti quidem.ff.quòd met.cau.* & de periculo mortis,& vinculorum *ex l.nec timorem,in fine,ff.eod.* & *diſp.*19. *num.*8. de periculo amittendi bona externa, quòd etiam de his periculis cenſeri debeat metus grauis, potiori ratione dici debet de periculo amittendi gratiam,vel auxilium gratiæ,& incurrendi reatum pœnæ, ſiue temporalis, ſiue æternæ, per conſenſum peccati; & ideò etiam metus de hoc periculo eſt cenſendus grauis, vt in terminis de metu conſentiendi in peccatum fornicationis docet Sanchez *lib.4.de matr.diſp.5.n.12.cit.in fine.*

6. *Metus ne alicui adminiſtrentur Sacramenta, velne admittatur ad ſtatum clericalem,aut religioſum, eſt metus grauis.*

Atque ex his facilè poteſt intelligi idem eſſe dicendum, etiam de metu, ne quis admittatur ad Sacramenta, quibus gratia recuperatur, & augetur,vel ne admittatur ad ſtatum clericalem, aut religioſum, quæ ſunt media ad illam ſeruandam, & augendam; ſi enim hi metus incutiantur ab aliquo per iniuriam, & contra ius, neque poſſit facilè huiuſmodi malis occurri per recurſum ad Superiorem, vel ad aliquem alium, qui loco comminantis adminiſtret Sacramenta, vel admittat ad huiuſmodi ſtatus; verè ſunt metus graues, & cadentes in virum conſtantem, vt patet ex dictis *ſuprà diſp.*19. *num.*9. de metu amittendi magnum lucrum: & *diſp.*17. *num.*9. de conditionibus metus grauis in vniuerſum. Idque non ſolùm eſt verum de Sacramentis neceſſitatis, vt eſt Baptiſmus, & Pœnitentia, & Euchariſtia pro certis caſibus; ſed etiam de aliis, & extra caſus neceſſitatis, cùm ſemper iactura gratiæ, vel ſimpliciter non acquiſitæ, vel non recuperatæ, vel non ſeruatæ, & auctæ ſit grauis, & ordinis longè ſuperioris, quàm iactura aliorum bonorum, ſiue corporis,ſiue fortunæ.

Et à fortiori idem eſt de metu excommunicationis, aut cenſuratum, ſaltem ſi alicui incutiatur per iniuriam: omninò enim cenſendus eſt metus grauis ex Panorm. *in c. cùm dilectus. num.6. de his, quæ vi.* Couar. *in 4.decret.p.2. cap.3.§.4.num.*12.Syluest. *verb.metus.quæſt.*5.Gabr.*in 4.d.29.q.1.art.*1. Henriq. *lib.*11.*de matr.cap.9.num.*4. Azor *l.1.cap.10.quæſt.*7. Leſſ.*lib.2.cap.17.num.*35. Rebell. *de obligat.iuſt.p.2, lib.2.q.11.n.*2.Reginal. *lib.*31.*n.*82. Sanchez *lib.4.de matr.diſp.5.n.*17. & 18. & plurimi alij apud illum: nam verè noo poteſt eſſe quid leue, inter homines eſſe, & eorum conſortio priuari, vt dicitur *l.hi,qui ſanctam.C.de Apoſtatis.* quod tamen fit per excommunicationem.& *c.ſacro.de ſent.excomm.* rectè dicitur excommunicatio eſſe maxima pœna: & *c. corripiantur.24.q.3.* non poſſe iure canonico inferri pœna maior, & *in Trident.ſeſſ.25.cap.3. de reform.*eſſe neruus, & gladius eccleſiaſticæ diſciplinæ: & denique in iure canonico, etiam morti æquiparatur, vt *ſuprà* diximus *diſp.*18.*n.*7. ex Panorm.*in cap.qui furatur.num.4.de furtis.* ac proinde,quemadmodum in corporalibus metus mortis, aut alterius pœnæ grauis,verè eſt grauis,vt *ſuprà* diximus;ita in ſpiritualibus metus excommunicationis. 7. *Metus excōmunicationis, ſiue iuſta, ſiue iniuſta, quomodo poſſit eſſe grauis.*

Et quanuis Gloſ. *in c.cùm dilectus. verb.violentia. de his, quæ vi.* & aliqui alij ex Canoniſtis apud Panorm.*ibidem,num.6.cit.* & apud Sanchez *diſp.5.cit. num.*16. & ex Theologis Palud.*in 4.d.29.quæſt.vnic. art.2.concl.2. num.*13. & Sotus *eadem d.29.quæſt.1. art.2.in fine,* abſolutè id negent: quia,ſi excommunicatio eſt iuſta,ſibi debet imputare, qui per inobedientiam,& contumaciam illam commeruit, neque ſecundùm iura excuſat metus, quaodo quis ſibi ipſi illius eſt cauſa. *l ſi mulier,ff.quòd met.cau.*& poſt excommunicationem, ſi reſipiſcat, & obediat, facilè obtinet abſolutionem, cùm illa non tantùm ſit pœna;ſed etiam medicina.*cap.de ſertent.excommunic.in 6.* Si verò excommunicatio eſt iniuſta, timeri noo debet: quia non ligat. *cap.cùm æterni. de re iud.in 6.* Contrà eſt tamen: quia ſaltem, quando excommunicatio eſt iniuſta, quanuis non liget coram Deo; ligat tamen ſæpiſſimè quoad homines, & quoad forum exterius, id eſt, ſemper, qoando iniuſtitia, & nullitas non eſt notoria, aut ex ſe manifeſta, & Paſtoris ſententia, ſiue iuſta, ſiue iniuſta, rectè dicitur ſemper eſſe timenda. *cap.ſententia.11.quæſt.3.* & ſaltem propter vitandum ſcandalum, etiam quando eſt iniuſta,eſt ſeruanda; & non ſemper patet recurſus ad ſuperiorem pro abſolutione, quando iam eſt incurſa,& non rarò ad longum tempus eſt toleranda cum magno incommodo.Similiter,quanuis Gloſ. *in cap.olim.3. de reſtit. ſpol.* Hoſtienſ. & aliqui alij apud Panorm. *in cap. cùm dilectus.n.6.cit. de his, quæ vi.*& apud Sanchez *lib.4. de matr.diſp.5.cit.num.*16. abſolutè affirment,metum excommunicationis ſemper eſſe grauem, & cadentem in virum conſtantem: id tamen vniuerſaliter non eſt admittendum: quia, ſi comminatio excommunicationis fiat à iure, vel ab homine poteſtatem habente, ad effectum, ne quis incurrat in aliquod delictum, vel ne in illo perſeueret, ſibi debet imputare, qui ad huiuſmodi comminationem non reſipiſcit: neque ius, aut Superior vllam iniuriam ipſi facit incutiendo hunc metum, & ſic comminando, aut poſt factam comminationem, veniendo ad ſententiam, aut crimen, & cenſuram iam incurſam declarando: & in hoc caſu videtur propriè loqui lex citata, *ſi mulier ff. quòd met. cau.* quòd non excuſet metus, cuius aliquis ſibi ipſi eſt cauſa. *Et ſi mulier contra patro-*

num ſuum ingrata facta , ſciens ſe ingratam, cùm de ſtatu ſuo periclitatur, aliquid patrono dederit , vel promiſerit , ne in ſeruitutem redigatur ; ceſſat edictum : quia hunc ſibi metum ipſa infert. Verè enim huiuſmodi metum excommunicationis ipſe ſibi potiùs cauſat , dum aduertenter , & voluntariè noo obedit, quàm Superior.

Si verò comminatio excommunicationis etiam iuſtæ non fiat ab eo , qui habet poteſtatem eam ferendi , aut declarandi ; ſed ab aliquo alio , vt ſi quis , v. g. occulto percuſſori Clerici comminetur, quòd eum deferet ad Epiſcopum , & faciet , vt declaret eum incidiſſe in ſententiam canonis , niſi hoc , vel illud dederit , aut fecerit ; ooo videtur improbabile, quòd talis metus poſſit,ac debeat cenſeri grauis : ſic enim etiam *l. nec timorem. §. fin. ff. quòd met. cau.* admittitur, vt grauis metus,ne quis deprehenſus ab aliqoo in adulterio , aut furto , prodatur Iudici , & puniatur per mortem , aut vincula : & quemadmodum quòd hic ſponte incurrerit in hæc delicta , & has pœnas metuerit , non facit , vt iuſtè non timeat pro illis deferri , & puniri : ita & quòd occultus percuſſor Clerici ſponte , & culpabiliter percuſſerit , & inciderit in ſententiam Canonis , & metuerit declarari , & vitari tanquam excommonicatus , non facit vt poſteà iuſtè non timeat deferri ad Epiſcopum , & ab illo declarari, vel denunciari excommunicatus , & diſparitas inter hos duos metus , id eſt , quando quis timet ſententiam excommunicationis comminatæ , v.g. à ſuperiore, niſi deſiſtat ab hoc,vel illo delicto ; & quando timet poſt delictum commiſſum deferri ab alio ad Superiorem , & ab illo excommonicari , aut declarari, prout aliquis alius illi comminator, videtur eſſe in hoc : quia prior metus videtur eſſe innatus ab intrinſeco , ſimul cum conſenſu voluntario in delictum ; poſterior verò eſſe illatus ab extrinſeco , id eſt , ab illo , qui comminatur delationem, aut proditionem delicti : & de illo primo rectè dicitur *l. ſi mulier. cit. ff. quòd met. cau.* quòd in caſu allato libertæ ingratæ ceſſet edictum , *quòd metus cauſa:* quia *hunc ſibi metum ipſa infert.* De ſecundo verò , *l. nec timorē. cit. ff. eod. Quòd ſi, ne prodatur ab eo, qui deprehendit , alienauit, ſuccurri debet per hoc edictum : quia , ſi proditus eſſet , potuit pati mortem , & vincula.* Id eſt , hunc metum non ſibi ipſe intulit; ſed qui deprehendit : & , vt notat Gloſſa *in l. ſi mulier. cit. verb. metum.* qui ſic deprehendit, & ne proderet , aut deferret, exegit , & accepit aliquid, verè deliquit, & incidit in l. Iuliam *de adulteriis*, vt dicitur *l. iſti quidem. ff. quòd metus cauſa.* & ſecundùm illam legem eſt puniendus. *l. auxilium. ff. de minoribus. & l. ſeruus. C. ad l. Iul. de adult.* in quantum, ſcilicet, mercedem accepit,quaſi ad dandam impunitatem delicti , quantùm fuit in ipſo , ac proinde huic metui rectè ſuccurritur : & qui per hunc metum aliquid accepit,cogitur reſtituere. *l. iſti quidem. ff. quòd met. cau.*

Quare, vt paucis rem totam colligamus, & concludamus , metus iniuſtæ excommunicationis tunc eſt grauis , quando illius iniuſtitia non eſt ootoria, aut manifeſta , neque poteſt facilè illi occurri, v.g. appellando ad alium Superiorem ; vel,quia hic non eſt in promptu ; vel, quia timetur potentia alterius, à qoo eſt appellandum ; vel , quia non ſuppetunt ſumptus ad proſequendam appellationem; vel,quia eſt periculum in mora ; & interim imminet graue aliquod damnum , vt ex commuoi ſententia notat Sanchez *diſp. 5. cit. num. 18.*

Metus verò excommunicationis iuſtæ , tunc non eſt grauis,quando poteſt illi facilè occurri per obedientiam , & reſipiſcentiam à delicto, & contumacia , vt communiter contingit ante delictum,qoando dicitur excommunicatio eſſe ſolùm comminata, & ferendæ ſententiæ : ſi verò non poſſit facilè illi occurri , vt , v. g. poſt delictum , quando ſuperior vult illam ferre , aut declarare iam incurſam , vel noo poteſt ab illo facilè obtineri abſolutio , vel interim imminet graue damnum , vt , v. g. excluſio à beneficio, vel dignitate eccleſiaſtica, ad quam quis eſt promoueodus, non videtur negandum , quòd metus ſit grauis , etiamſi excommunicatio ſit iuſta, ſicut & communiter dicitur iuſtus metus pœnæ alterius grauis , quanuis iuſtæ , & commeritæ per delictum , quando illi non poteſt facilè occurri, & iocutitur non ab ipſo delicto ; ſed ab aliquo alio ad extorquendum alium conſenſum impertinenter ſe habentem ad delictum : & in his caſibus Panorm. *in c. cùm dilectus. num. 6. cit. in fine, de his, quæ vi.* admittit ſententiam Gloſſæ *in cap. olim. 3. de reſtit. ſpol.* Hoſtienſ. & aliorum , qui abſolutè & iodefinitè dicunt , metum excommunicationis ſemper eſſe grauem : quanuis enim id non ſit verum vniuerſaliter, vt iam diximus ; veriſſimum tamen videtur in caſibus poſitis, quando incutitur ad alium finem , quàm ad punitionem , & medelam delicti , & non poteſt aliter vitari, niſi conſentiendo in illud aliud , propter quod incutitur metus. Et expreſsè id aſſerit etiam Gabr. *in 4. d. 29. quæſt. 1. art. 1.* & Rebell. *de obligat. iuſt. p. 2. lib. 2. quæſt. 11. num. 2.* dum abſolutè docent , quòd etiam metus excommunicationis iuſtæ eſt grauis , ſi incutiatur ad extorquendum aliquem alium conſenſum:nam,quemadmodum Princeps, ſi illi , quem poteſt iuſtè punire pœna capitis, ſed habet aliunde ſpem probabilem euadendi , & quem alioqni non eſt puniturus , minetur mortem , niſi hanc duxerit in vxorem , verè incutit metum grauem , & matrimonium noo valet, vt notat Sot. *in 4. d. 29. quæſt. 1. art. 3. §. ex his.* & ex illo Sanchez *lib. 4. de matr. diſp. 12. num. 10. in fine :* ita & Epiſcopus, ſi illi , quem poteſt iuſtè excommunicare,ſed quem reuerà excommunicaturus non eſt,& qui verè habet ſpem probabilem euadendi , comminetur excommunicationem , niſi conſentiat in hoc, aut illud, diſparatè ſe habens ad excommunicationem , & punitionem , aut emendatiooem delicti , verè incutit metum grauem : quia reuerà non incutit propter delictum , cùm eius pœnam alioqui ſit condonaturus, ſed propter conſenſum , quem vult extorquere de hoc , aut illo ; & voluntas ferendi excommunicationem non cauſatur ex delicto,quod is perpetrauit; ſed ex negatione conſenſus , quem Epiſcopus vult ab illo præſtari , neque ipſe ſibi per delictum fuit cauſa huius metus ; ſed verè illum habet ab extrinſeco.

Et quod dicimus de metu excommunicatiohis, 8.
dicendum etiam eſt de metu aliarum cenſurarum, id eſt , ſuſpenſioois, & interdicti , cùm etiam hæ ſint graues pœnæ , & grauia damna ſecum afferant , iiſque ſæpè poſt delictum non facilè poſſit occurri. *Metus ſuſpenſionis & interdicti quomodo poſſit eſſe grauis.*

DISPVT. XXII.

An, & quomodo metus reuerentialis poſſit eſſe grauis, & cadere in virum conſtantem.

1. *Metus reuerentialis quis ſit.*
2. *Reuerentia quomodo afferat, vel contineat metum.*
3. *Quomodo in Beatis remaneat donum timoris.*
4. *Quomodo in Chriſto ſit donum timoris.*

5. *Rationes dubitandi, quòd metus reuerentialis ſit ex ſe grauis.*
6. *Sententia aliquorum, quòd metus reuerentialis ſit ex ſe grauis.*
7. *Metus reuerentialis non eſt ex ſe grauis, niſi habeat graues minas adiunctas, aut aliquid ſimile.*
8. *Metus reuerentialis erga patrem communiter eſt minùs grauis, quàm erga alios Superiores.*
9. *Metus paternæ maledictionis non eſt ex ſe grauis.*
10. *Ad iudicandum de grauitate metus reuerentialis debent expendi conditiones perſonarum.*
11. *Poteſt metus reuerentialis eſſe grauis, etiam ſine minis actualibus.*
12. *Sola terribilitas vultus poteſt incutere metum grauem.*
13. *Solus aſpectus diuturnus offenſi, & irati Superioris poteſt ſufficere ad metum grauem.*
14. *Soluuntur rationes dubitandi.*
15. *Metus reuerentialis poteſt aliquando eſſe grauis, etiam ex minis, aut malis adiunctis leuioribus.*
16. *Metus reuerentialis impedit conſenſum præſumptum, ſaltem in actibus nociuis, & præiudicialibus.*
17. *Contractus celebrati ex metu reuerentiali cum enormi læſione, quomodo ſint irriti.*
18. *Enormis læſio in contractibus celebratis ex metu reuerentiali arguit dolum.*
19. *Matrimonium non irritatur ex metu reuerentiali, etiam cum enormi læſione.*

1. *Metus reuerentialis quis ſit.*

PER metum reuerentialem, ille intelligitur, quem affert reuerentia alteri debita & exhibita, v.g. à filio, reſpectu patris; ab vxore, reſpectu viri; à ſeruo, reſpectu domini; & vniuerſaliter ab inferiore, reſpectu ſuperioris. Sed, cùm reuerentia directè reſpiciat perſonam excellentem, & ſecundùm diuerſas rationes excellentiæ diuerſas ſpecies habeat, vt docet S. Thomas 2.2.*q.*104.*art.*2.*ad* 4. neque in huiuſmodi perſona excellẽte per ſe reſpiciat rationem mali, quæ poſſit fundare, aut ſpecificare actum timoris; & ideò conueniat etiam Beatis, imò & Christo, reſpectu Dei, de quo dicitur ad Heb.5. *Exauditus eſt pro ſua reuerentia.* cùm tamen neque Chriſtus, neque Beati in excellentia Dei apprehendant rationem mali, quam timeant; non facilè conſtat, quomodo reuerentia metum afferat, iſque ab illa denominetur reuerentialis, imò & quomodo ipſamet reuerentia ſit actus timoris, vt docet idem S. Thomas *in* 3.*d.*9. *q.*1.*art.*1.*quæſtiunc.*1.*ad* 3.*&* 2.2.*q.*81.*art.*2.*ad* 1.

2. *Reuerentia quomodo afferat, vel contineat metũ.*

Sed breuiter rectè videtur id explicari, ſi dicamus cũ Suario *tom.*1.*in* 3.*part.diſp.*20.*ſect.*2.§.*Quocirca.* & *tom.*1.*de relig.lib.*3.*de habitu religionis, c.*2.*n.*5. nomine reuerentiæ importari multa: nam ex parte intellectus importatur interna quædam æſtimatio de excellentia, propter quam aliquis eſt dignus reuerentia: & ex hac æſtimatione in voluntate naſcitur affectus quidam habendi illum, quaſi in ordine, aut gradu ſuperiori, ſéque illi ſubiiciendi, & in omnibus exhibendi, quaſi ordinis, aut gradus inferioris: & hinc rurſus communiter prouenit metus quidam accedendi ad illum, quodammodo proprius, eóque vtendi familiariùs, quàm par ſit, & cum illo debitum ordinem non ſeruandi; & vlteriùs, ſi per hoc, aut quomodocunque aliter incurratur illius offenſio, ſequitur metus eorum malorum, quæ poſſunt inferri per excellentem, atque eminentem poteſtatem, quam habet, & cui de facili reſiſti non poteſt: atque ita duplex metus videtur afferri, aut importari per reuerentiam, & alter in illa includi quaſi intrinſecè, & formaliter, & alter ſe habere ad illam conſecutiuè: nam formaliter, & intrinſecè includitur timor non aſſequendi, vt par eſt, excellentiam perſonæ, quam reueremur, & debitum cum illa ordinẽ non ſeruandi: conſecutiuè verò ad illum ſe habet timor eorum malorũ, quæ poſſunt inferri ab excellente illius poteſtate, ſi forte ex non ſeruato huiuſmodi ordine incurratur illius offenſio: & hic vterque poteſt denominari reuereotialis, cùm alter intrinſecè includatur in reuerentia, & alter communiter conſequatur: & ratione vtriuſque poteſt intelligi, quòd reuerentia ſit actus timoris, vt *ſuprà* diximus ex S. Thoma: & primum metum non ſeruandi debitum ordinem, nec debitè aſſequeodi excellentiam perſonæ, cui exhibetur reuerentia, optimè attingit idem S. Thom. 2.2.*q.* 19.*art.*11. quãdo explicat, quomodo in Beatis remaneat donum timoris, cuius actus eſt reuerentia erga Deum: ſic enim ratiocinatur: Cùm obiectum timoris ſit malum poſſibile, & malum creaturæ rationali poſſibile maximè ſit, vt ſuum ordinem deſerat, ſicut & bonum cuiuſque maximè eſt, vt ſuum ordinẽ ſeruet, & cùm eius ordo hoc poſtulet, vt ſit ſub Deo, & ſupra cæteras creaturas, quemadmodum per donum timoris hoc timet in via, ne hunc ordioem deſerat, idque ex naturali flexibilitate liberi arbitrij in ſtatu viæ eſt omninò poſſibile; ita & idem poteſt timere in patria, non quidem in quantum abſolutè, & penſatis omnibus eſt poſſibile, ſiquidem ratione beatitudinis eſt verè impoſſibile; ſed in quantum eſt poſſibile ipſi naturæ ſecundùm ſe conſideratæ, & præſcindendo ab omni alio.

3. *Quomodo in Beatis remaneat donum timoris.*

Atque ad hoc confirmandum affert prætereà authoritatem S. Gregorij *lib.*17.*Mor.c.*15. circa principium, vbi exponẽs illud Iob 26. *Columnæ cæli contremiſcunt, & pauent ad nutum eius.* ait, tremorem, quo tremunt Beati in ipſa Dei contemplatione, eſſe admirationis: quia Deum admirãtur, vt ſupra ſe exiſtentem, & eis incomprehenſibilem. Et ſenſus eſt, quòd cùm admiratio, vt *ſuprà* diximus *diſp.*16.*n.*4. & 5. ex eodem S. Thom. 1.2.*q.*41.*art.*4. ſit ſpecies timoris, & tunc contingat, quando ex magnitudine rei diffidimus noſtræ intelligentiæ, & timemus illam non aſſequi, & ex S. Damaſc. *lib.*2.*de fide, c.*15. eadem ratione contingat ſtupor ex ingenti aliqua ſpecie animo oblata, qui ſimiliter eſt ſpecies timoris, & plerunque etiam inducit alienationem ſenſuum, & ſtupidum facit, rectè Beati per hoc contremiſcunt: quia Deum admirantur, vt ſupra ſe exiſtentẽ, & eis incõprehenſibilem, in quantum, ſcilicet, ex eius magnitudine, ſuáque infirmitate ſibi diffidunt, vt debitum ordinem ſubiectionis ad illum ſeruent, quantùm eſt ex ſua natura, cùm neque etiam fidant, mente, & intelligentia illum aſſequi; ſed, vt habet S. Dionyſius *c.*13.*de cæl.hier.* ſacram ac plenam horroris venerationem illi exhibeant, dum celſiorem myſteriorum indaginem perhorreſcunt.

Et ſimile quid ex eodem S. Thoma *ibidem* etiam habet S. Auguſtinus *lib.*14.*de ciuit. Dei, c.*9. *poſt medium*, vbi ait, timorem Domini caſtum, qui *Pſal.*18. dicitur permanere in ſæculum ſæculi, non exiſtere in Beatis, aut prouenire à malo, quod poſſit accidere; ſed teoere illos in bono, quod non poſſint amittere; & nomine iuſti timoris eam voluntatem ſignificari, qua erit neceſſe, vt nolimus peccare, & peccatũ cauebimus, non quidem ſollicitudine infirmitatis; ſed tranquillitate charitatis: dum enim his verbis etiam S. Auguſtinus actum timoris, qui manet in patria, in hoc ponit, vt caueatur peccatũ, quod Beatis, quãtùm eſt ex infirmitate naturæ, eſt poſſibile; etiamſi ex firmitate, & perfectione charitatis ſit impoſſibile, ſatis apertè in hoc ponit, vt à creatura rationali debitus ordo, & debita ſubiectio ſeruetur cum Deo: & ſatis

dncet hoc ipſum à Beatis timeri, quod eſt Den nnn ſubiici, in quantum hoc eſt pnſſibile infirmitati naruræ, ſecnndùm ſe conſideraræ, quanuis ſit impoſſibile firmitati bearitudinis, vt loquitur S. Thnmas.

4. *Quomodo in Chriſto ſit donũ timoris.* Alterum verò actum timoris, qui conſecutiuè ſe habet ad reuerentiam, in quantum, ſcilicet, ex nffenſione perſnnæ, quam reueremur, quomndocunque incurſa, timere poſſumus ea nmnia mala, quæ ab excellente illius poteſtate poſſunt inferri, ſimiliter optimè attigit idem S. Thom. *3.p.quaſt.7.art.6.* dum explicat, qunmodn in Chriſto ſit dnnum timntis, iuxta illud Iſai. 11. *Et replebit eum ſpiritus timoris Domini.* & ſic ratiocinatur: Cùm timnr reſpiciat malum, qund ab alio poteſt infligi; ſicut & ſpes reſpicit bonum, qnod auxilio alterius poteſt acquiri, neceſſariò reſpicit duo obiecta, vt etiam dicitur *2.2.quaſt. 19.art.1.* id eſt, malum ipſum, quod poteſt inferri, & poteſtatem, à qua poteſt inferri: in Chriſtn autem, quanuis actus timoris nnn fuerit, ſecundùm quod reſpicit malum, v.g. ſeparationis à Deo per culpam, vel punitionis à Deo pro culpa; fuit tamen ſecundùm quod reſpicit ipſam eminentiam poteſtatis in Deo, & ad illam anima Chriſti habuit ſpecialem affectum reuerentiæ, & timoris, in quantum eſt eminentiæ pntentis infligere malum, ſi ſpectetur ſecundùm ſe; quanuis, prout ſubſtat diuinæ vnluntati, & determinatinni de illn non infligendo, non poſſit infligere, vt exponit en loco Caiet. & ex illn Suar. *tom. 1. in 3.p.diſp.20.ſect.2.§.Tertia expoſitio.*

Atque hoc mudn ex S. Thnma etiam in Chriſto fuit actus timnris, qui ſe habet conſecutiuè ad reuerentiam, & reſpicit mala, quæ poſſunt inferri ab eminentia poteſtatis, quam reueremur. Et ſimile quid quoad hunc vtrunque actum timntis, in reuerentia agnoſcit, & explicat etiam Aznr *tom.1.lib.3.c.7.* dum ait, venerationem, ſeu reuerentiam conſurgere ex indicin, qun magnum, & excelſum aliqood bonum in alin eſſe cognoſcimus, illúdque credimus fore nnbis innoxium, & ſemper habere aliquid metus, ſeu potiùs pudoris admiſtum: quia eſt veluti animi cnmpreſſio, & contractin ex cngitatinne illius magnitudinis, & poſira eſt in conſideratione, & cnllatione illius cum exiguitate nnſtra: ſiquidem, quemadmodum ex reputatione, & exiſtimatinne ſui ipſius dilatatur animus; ita & ex cogitatione alienæ magnitodinis cnmprimitur, atque contrahitur; & ſemper, qui alterum reueretnr, ſeſe illi ſubmittit, ac ſubiicit, eius magnitudinem admiratus, cùm ſemper venerationi adiuncta ſit admiratio; & quæ nnn admiramur, ea neque reuereamur. Dum enim hic Authnr in veneratione, ac reuerentia agnnſcit admirationem, & pudnrem, id eſt, metum, ne aſſequamur intelligentia magnitudinem illius, quem reueremur, & ne illam nnn aſſequendo aliqund dedecus reporremus, vt paret ex dictis *ſuprà diſp.16.num.3.& 4.de his ſpeciebus metus*, nmninò agnnſcit primum actum metus, quem explicauimus ex Suarin, id eſt, metus non aſſequendi, & non ſeruandi debitum ordinem cum perſona, quam reueremur: & dum præterea agnoſcit alium metum, ſi perſona, quam reueremur, ſit nocitura; etiam agnoſcit ſecundum actum circa illa mala, qoæ poſſunt nnbis ab illa inferri.

5. *Rationes dubitandi, quòd metus reuerentialis ſit ex ſe grauis.* Hoc verò poſito, circa metum, qui importatur per reuerentiam, & poteſt denominari reuerentialis, quando quæritur, an, & quomodn metus reuerentialis ſit grauis, & pnſſit cadere in virum conſtantem, de vtroque hoc metu poteſt intelligi quæſtin, id eſt, de illo, qun quis ex apprehenſione eminentiæ poteſtatis, quam reueretor, diffidit ſibi qoodammodo, & timet, ne debitum nrdinem ſubiectinnis cum illa ſeruet, eámque offendat, & de illn, quo timet mala, quæ poſſunt ab illa inferri, ex ſuppoſitinne, quòd ſit nffenſa. Et ſenſus eſt, vtrùm, ſi filius, v. g. ex timore, ne debitam ſubiectionem ad partem nnn ſeruet, eiúſque offenſinnem incurrat, vel ex timore eorum malnrum, quæ patris poteſtas pnteſt inferre, aliquid faciat, quod alioqui nnn faceret, inuoluntariè faciat, & ſecundùm iura reſtitui debeat, tanquam metum iniuſtè paſſus: & idem eſt de vxnre, reſpectu viri; & vniuerſaliter de ſubditn, reſpectu Superioris. Et ratin dubitandi videtur eſſe: quia ipſa eminentia poteſtatis, quæ eſt in ſuperinre, per ſe ipſa timorem incutit, etiam ſine aliis minis, & ad illom ſe habet, tanquàm primum mouens immobile. *3.de anima, text.54.* Iſque timor ex parte illius iniuſtus eſt, ſi inducat ad aliquid alioqui indebitum: & ideò ſubditus, qui per illum inducitur ad aliquid faciendum, quod alioqui nnn faceret, verè per illum iniuriam patitur, & debet reſtitui, cùm non leuiter dicendus ſit timuiſſe, ſi timuit, Superinrem ſibi habere ſemper infenſum, & indignatum, à qun tamen maximè pendet, & cum qun ſemper victurus eſt.

Atque hoc modn *l.velle. ff. de reg.iuris*, abſnlutè dicitur, quòd velle nnn creditur, qui nbſequitur imperin patris, vel dnmini: quia, ſcilicet, metus ipſe, & reuerentia impedit vnluntarium. Et *l.1.§. qua oneraude. ff. quarum rerum actio non datur.* dicitur, quòd ſemper exceptio liberto conuenit cnntra patronum, ſi aliquid illi impnnat, quod nneret libertatem; id eſt, ſi ea lege impnnat, vt ſi libertus poſteà patrnnum nffenderit, poſſit patronus id ſemper exigere, & metu exactionis ſic eum ſemper teneat ſibi ſubiectum. Et hæc exceptin ſemper dicitur liberto conuenire, ſiue patronus tale aliquid illi imponat incontinenti, dum illum dnnat libertate, ſiue poſt interuallum, dummodo ſemper liquidò appareat, quòd libertus metu ſoln, vel nimia patroni reuerentia ſic ſe ſubiiciat, & prnmittat. Si verò ſnlus metos, & reuerentia patroni ſecundùm iura non faceret inuoluntarium in libertn, non eſſet, quare illi daretur exceptin; & patronus nnn poſſet exigere quidquid libertus ex illn metu, & reuerentia promiſiſſet. Et quod dicitur de promiſſione liberti facta patrnno, etiam intelligitur de alia quacunque facta Superinri ex metu, & reuerentia, vt notat Glnſſa *ibidem, verb. metum.* Imò & ex modo illn loquendi ſub diſiunctinne; *metu ſolo, vel nimia reuerentia.* videtur indicari, quòd nimia reuerentia æquiparetur metui, vt notat Mol. *tract.2.diſp.267.§.Duo ſunt.* & alioqui ſi tunc ſnlùm metus reuerentialis eſſet grauis, quando habet adiunctas minas, in nulln differret ab aliis metibus, & fruſtrà Doctores illum diſtinguerent, & ſpecialiter de illo tractarent. Et denique *l.penult. ſi quis, cùm ſciret. ff. de furtis.* vniuerſaliter dicitur, qoòd ſemper competit actio furti, quando quis aliquid ſcit ſibi ſubripi, ſiue poſſit id prnhibere, ſiue nnn: quia *hoc modo patronus quoque liberto; & is, cuius magna verecundia ei, quem in præſentia pudor ad reſiſtendum impedit, furtum facere ſolet.* Quòd verò ſcientia, & patientia liberti nnn excuſet patronum à furto, & ſcientia, & patientia cuiuſcunque alterius, quem pudor, & reuerentia impedit, ne reſiſtat, non excuſet quecumque alium, cui nnn reſiſtit, & contra illns adhuc detur actio furti, certè non eſt aliunde, niſi quia metus ipſe & reuerentia impedit voluntarium, quod alioqui implicitè, & interpretatiuè reperitur in ſcientia, & patientia: & cùm ex hoc metu detur actin ſecundùm iura, ſatis hinc videtur haberi, qoòd ſit grauis, & cadens in virum cnnſtantem.

Atque ex his rationibus plures, & graues Doctores 6.

res

Sententia aliquorũ, quòd metus reuerentialis ſit ex ſe grauis. res id affirmant, vt Gloſſa *in l.1. §. qua oneranda. verb.metus. ff. quarum rerum actio non datur.& in c. vnuſquiſque. verb. ſaltantium.2.2. quaeſt.4.* Bart. *in l. qui in aliena. §.fin.n.15. ff.de acquir.hared.* Menoch. *de arbitrariis, lib.2. centuria 2.caſu* 136. *num.*8. *& conſ.*1.*num.*493.*vol.*1.*& conſ.*181.*n.*88.*vol.*2. & plures alij apud Sanchez *lib.4. de matr.diſp.6.num.4.* Et idem videtur etiam velle Mol. *tract.2. de contr. diſp.*267. §. *Duo ſunt. cit.* vbi ait, metum reuerentialem, ſi faciat promiſſionem quamcunque mixtè inuoluntariam, reddere illam nullam: quia æquiparatur metui incuſſo per minas. Et Syluest. *reſtitutio.2.dicto* 7. vbi ait, ſi quid detur ſine metu contra voluntatem dantis ob timorem reuerentiæ, dari repetitionem. Et in ſpecie, quòd per huiuſmodi metum reuerentialem irritetur matrimonium, pluribus docet Nauar. *conſ.10.de his, quæ vi. lib.1.in 2. edit.* Et magis in ſpecie de metu reuerentiali erga patrem, docent alij, apud Sanchez *num.5.* propter nimiam, ſcilicet, reuerentiam, quæ illi debetur; non autem aliis. Et in vniuerſum, quòd irritentur contractus, ſi celebrentur cum illo ipſo, quem reueremur, vel in eius vtilitatem; non autem ſi celebrentur cum tertio, vel in vtilitatem tertij, docent alij apud eundem *num.*6. quia, ſcilicet, qui eſt alteri cauſa metus, non debet inde reportare lucrum; & qui ad metum non concurrit, vt cauſa, non debet inde reportare damnum.

7. *Metus reuerentialis non eſt ex ſe grauis, niſi habeat graues minas adiunctas, aut aliquid ſimile.* Sed longè eſt probabilius, quod docent alij communiter, metum reuerentialem per ſe acceptum non eſſe grauem, neque cadentem in virum conſtantem, niſi præterea habeat minas adiunctas, aut verbera, aut aliquid huiuſmodi, per quod grauis efficiatur. Ita enim ex Canoniſtis ſentit Gloſſa *in c.præſens.verb.patrem.23.quaeſt.3. & in cap.1.de deſponſat. impub.verb.conſentit.* & ibi Anchar. *num.*4. Innoc. *in cap. cauſam matrimonij. num.1. in fine, de off. deleg.* Hoſtienſ. *in Sum.tit.de matr.§. penult.n.*27. Panorm. *in c.cùm dilectus. num.7.de his, quæ vi. & in c.ex litteris.num.3. de deſponſat.impub. & in c.contingat.n.1. de iureiur.& alibi.* Couar. *in 4. Decretal.p.2.cap.3.§.6.n.4.& ſeq* Flamin.Pariſ. *de reſig.benef.lib.13.quaeſt.1.num.172.& 173.* Rota *deciſ.341.num.2. in nouiſſ. vol.2.* Syluest. *verb.metus, quaeſt.2.* Ang. *eod.n.2.* Tab. *verb. coactio, quaeſt.2. num.3.* Armilla *eod.num.2.* & Summiſtæ communiter. Et ex Theologis idem aſſerit Sot. *in 4.d.29. quaeſt.1. art.2.verſ. Eiuſmodi autem metum.& lib.7.de iuſt.q.2.art.1. ad 2.in fine.* Henriq. *lib.11.de matr.c.9.n.5.* Leſſ. *lib.2.c.17.n.35.* Reginald. *in praxi,lib.31.c.13.n.83.* Rebell. *de oblig.iuſt.part.2. lib.2.quaeſt.11.ſect.1.n.10.* Sanchez *lib.4.de matr.diſp.6.cit.n.7.*& alij apud ipſum.

Et ratio eſt: quia metus, qui formaliter & intrinſecè includitur in ipſa reuerentia ad perſonam excellentem, quo, ſcilicet, timemus, ne debitum ordinem ſubiectionis ad illam ſeruemus, potiùs naſcitur ab intrinſeco, ex interna æſtimatione de tali excellentia, quàm inferatur ab extrinſeco, & per ſe loquendo, nihil iniuriæ continet à perſona excellente, quam reueremur; ſed hæc ſolùm concurrit terminatiuè, & extrinſecè, tanquàm obiectum, & ſolùm ſe habet, vt primum mouens reſpectu æſtimationis, quam facit de ſe haberi, & ſi fortè aliquid velit, aut iubeat alioqui indebitum, non poteſt ad hoc impellere huiuſmodi metus, ne ad talem perſonam ſeruetur ſubiectio debita, cùm ſubiectio ad illam in re indebita, nullo modo ſit debita, & optimè poſſit ſeruari tota ſubiectio debita, ſi ſolùm ſeruetur in rebus debitis; non autem in indebitis: & ſi hic metus de facto impellat, vanum tantummodo, ac leuem hominem, & immeritò impellet; non autem hominem conſtantiſſimum, prout dicitur *l.metum. autem. ff. quòd metus cauſa.* Et ſi quis hoc modo meticuloſus rem hanc verè nullam fruſtrà timeat, non eſt, quòd reſtituatur, vt metum paſſus. *l.nec timerem. ff.eod.* cùm vani timoris nulla ſit excuſatio. *l.vani ff. de reg.iuris.*

Quòd ſi dicas, præter hunc metum, ne non ſeruetur ſubiectio debita, qui certè in re indebita eſt leuis, & vanus, etiam eſſe hunc alium, ne incurratur offenſio perſonæ, quam reueremur, qui certè etiam præſcindendo ab aliis malis, quæ à perſona ſic excellente, & offenſa poſſunt inferri, non eſt leuis, nec vanus: & etiam circa res indebitas meritò poteſt cadere in virum conſtantem, ſaltem quantùm eſt ex parte obiecti, etiamſi fortaſſe non poſſit, nec debeat cadere, quantùm eſt ex parte ſubiecti, iuxta ea, quæ diximus *diſp.17.num.3.* Et hunc metum huiuſmodi offenſionis præcipuè dici reuerentialem, vt notat Sanchez *lib.4 de matr.diſp.9.num.12.* & hunc intelligi per nimiam reuerentiam, ex qua *l.1. §. qua oneranda. ff. quarum rerum actio non datur.* ſemper liberto dicitur conuenire exceptio contra patronum, vt notat Nauar. *conſ.10. n.7.de his, quæ vi.lib.1.*

Contrà eſt: quia hæc ipſa offenſio perſonæ, quam reueremur, non ſemper, nec neceſſariò conſequitur ex eo, quòd aliquid non fiat ad voluntatem, aut nutum illius; & ſi conſequitur, non ſemper eſt grauis, aut diuturna; ſed facilè poteſt accidere, vt ſpes ſit, quòd breui debeat reconciliari: & ideò per ſe, & abſolutè loquendo, neque etiam hic metus ne incurratur offenſio perſonæ, quam reueremur, eſt grauis, & cadens in virum conſtantem, cùm & abſolutè huiuſmodi offenſio poſſit non incurri; & ſi incurratur, poſſit eſſe leuis, ac breuis, & metus reuerentialis, de quo loquimur, ab illa præſcindat, quantùm eſt ex ſe.

Et ex hoc eodem capite idem probatur etiam de altero metu, qui ſe habet conſecutiuè ad reuerentiam, id eſt, de metu eorum malorum, quæ poſſunt inferri ab excellente poteſtate perſonæ, quam reueremur: multa enim poſſunt contingere, quæ hunc etiam metum leuem efficiant, vt, v. g. ſi non prudenter, & rationabiliter timeantur, vt inferenda; nec perſona ſit talis, vt conſueuerit magna mala inferre, aut diu retinere memoriam offenſionis, & non facilè, aut breui reconciliari. Et quia hic etiam metus malorum, quæ poſſunt inferri, non eſt ex ſe determinatus ad eas omnes conditiones, quas *ſupra* diximus *diſp.17.num.2.* requiri ad metum grauem; ſed ab illis præſcindit, & poteſt illas tam habere, quàm non habere; ideò neque eſt ex ſe determinatus, vt ſit grauis; ſed præſcindit, & poteſt etiam eſſe leuis. At proinde, cùm neque is metus, qui ſe habet intrinſecè, & formaliter ad reuerentiam, neque ille, qui ſe habet conſecutiuè, ſit ex ſe grauis; ſed hoc ſolùm habeat ex adiunctis, & accidentibus, quæ tam poſſunt illi adeſſe, quàm non adeſſe; meritò dicitur, quòd metus reuerentialis non eſt ex ſe grauis; ſed talis efficitur ex adiunctis.

Atque hoc modo *c.1.§.porrò.de deſponſat. impub. in 6.* apertè dicitur, quòd valent ſponſalia contracta à parentibus pro filiis puberibus, aut impuberibus, ſi ipſi filij præſentes fuerint, nec contradixerint: quia, ſcilicet, non irritantur per ſolum metum reuerentialem per ſe acceptum, qui concipitur ex præſentia patris, vt notat Panorm. *in c.nónne.de præſumpt.* Felin. *ibid.n.22.& in c.cùm omnes.de conſtit.*& Nau. *conſ.10 n.7. de his, quæ vi.* & contrà *cap. ex litteris. de deſponſat. impub.* ideò irritantur ſponſalia à

parentibus contracta pro filia, quæ etiam per annum erat commorata in domo ſponſi; nec tamen ab illo carnaliter cognita: quia *de voluntate parentum potiùs, quàm de ſua, ad eam domum adducta, nolens, & inuita, minis parentum impulſa moram fecit.* Et cùm hic textus ad irritanda ſponſalia, expreſsè dicat adiunctas fuiſſe etiam minas, apertè indicat, metum Patris non futurum fuiſſe alioqui grauem, neque ſufficientem ad irritanda ſponſalia, ſi fuiſſet ſine minis.

Et eadem ratione *ex cap. quamuis pactum. de pactis, in 6.* valet renunciatio filiæ in fauorem patris, quando eſt iuramento firmata, neque vi, aut dolo eſt præſtita: quia, ſcilicet, ſola reuerentia patris non inducit ex ſe metum grauem, neque vim facit, vt proptereà irritet pactum, & renunciationem. Et idem habetur etiam in iure ciuili *l. fideiuſſor impetrauit. §. Pater Sey. ff. de pignor.* vbi obligatio domus facta à filio ad ſuaſionem patris, dicitur eſſe valida, neque irritari, vt facta per metum: quia, *nec metuere debebas,* inquit Iuriſcunſultus, *ex hoc ſolo, quòd mandante patre manu ſua præſcripſit inſtrumentum.* Et *l. ſi patre cogente. ff. de ritu nuptiarum.* dicitur, quòd ſi filius, patre cogente, ducat vxorem, quam non duceret, ſi ſui arbitrij eſſet; contraxit matrimonium, quoad inter inuitos contrahitur: quia maluiſſe hoc videtur, id eſt, quia maluit illud contrahere, quam odium patris incurrere, etiamſi à patre non aliter ſit metus adhibitus, vt ibi notat Gloſſa *fin.*

Et quamuis aliqui apud Couarr. *in 4. Decretal. par. 2. cit. cap. 3. §. 6. num. 5.* aliter legant hunc textum; id eſt, *contraxit matrimonium, quod inter inuitos contrahitur.* coactum, ſcilicet, & non liberum, & per conſequens nullum: & quod ſubditur; *maluiſſe hoc videtur.* intelligant de nouo conſenſu, quo ſaltem tacito ratum habetur ab eodem filio matrimonium eo modo contractum, & metus purgatur. Contra hoc tamen facit lectio vulgata, & communiter recepta, quæ habet particulam negatiuam, *non contrahitur,* vt notat Couarr. *ibidem:* & quia intellectio illa poſtremæ particulæ; *maluiſſe hoc videtur.* negari non poteſt, quin ſit valde extorta, & violenta.

8. *Metus reuerentialis erga patrem communiter eſt minùs grauis, quàm erga alios Superiores.*

Atque ex his, quæ dicimus de metu reuerentiali in vniuerſum, clarè colligitur, non eſſe admittendum, quod *ſuprà* retulimus ex ſententia aliquorum apud Sanchez *lib. 4. de matr. diſp. 6. n. 5.* peculiarem eſſe rationem de metu reuerentiali erga patrem, & per hunc irritari matrimonium, etiamſi non irritetur per eundem metum erga alios: contrà enim eſt ex eodem Sanchez *ibid. n. 8. & 9.* quia difficiliùs accidit, vt metus reuerentialis erga patrem ſit grauis, etiam quando habet minas adiunctas, cùm nullus affectus paternum vincat. *cap. afferre. de præſumpt.* & ideò natura non permittat præſumere, fore, vt filius grauiter offendatur à Patre. *l. omni modo. C. de inoffic. teſtam.* & iura *paulò antè* allata, dum aſſerunt, metum reuerentialem per ſe acceptum non irritare ſponſalia, aut matrimonium, aut contractus, ſpecialiter loquuntur erga patrem. Quare, vt iudicetur de grauitate metus reuerētialis erga patrem, debent benè expendi conditiones ipſius patris, & vtrùm graue malum minetur, & vtrùm prudenter credatur eſſe illud reipſa executurus in filium, vt benè notat Panorm. *in c. ex litteris. num. 3. de deſponſat. impub.* Hoſtienſ. *in Summa, tit. de matrim. §. penult. n. 27.* Henriq. *l. 11. de matr. c. 9. n. 3.* Sanchez *n. 8. cit.* vbi etiam rectè ſubdit ex Palatio *in 4 d. 29. diſp. 1. in fine,* non eſſe habendum pro graui malo, ſi minetur ſuam maledictionem, cùm hæc non ſit cauſa neceſſaria mali euentus, & ſæpiſſimè nihil afferat mali.

9. *Metus paternæ maledictionis non eſt ex ſe grauis.*

Et idem eſt etiam de aliis, ad quos habetur metus reuerentialis: debent enim benè attendi eorū conditiones, vtrùm crudeles, & ſæui ſint, & vtrùm prudenter credantur, crudelitatem, & ſæuitiam grauiter eſſe executuri. Et prætereà debent benè attendi conditiones eorum, qui metum reuerentialem ad illos concipiunt, vtrùm ſint, v. g. valdè iuuenes, aut fœminæ, aut valdè debiles, & qui non poſſint malis occurrere, vt etiam *ſuprà* diximus *diſp. 17. num. 9. & 10.* & iuxta has conditiones poteſt admitti, quod ſimiliter *ſuprà* retulimus ex ſententia aliquorum apud eundem Sanchez *num. 6.* per metum reuerentialem tunc irritari contractus, quando ſunt celebrati cum illo ipſo, vel in eius vtilitatem, ad quem metus habetur: ſi enim hic ſit atrox, & ſæuus, & minas etiam graues ſit ſolitus exequi; & contrà, qui metum concipit, ſit imbecillus, & impotens malis reſiſtere, rectè cenſetur timere grauiter, & contractus ex conſequenti eſſe irritus, ſpecialiter quando eſt cum illo ipſo, vel in eius vtilitatem: quia tunc adhuc magis credi poteſt, fore, vt ſæuiat, & minas exequatur. 10. *Ad iudicandum de grauitate metus reuerentialis, debent expēdi cōditiones perſonarum.*

Imò & grauiter cenſendus eſſet timeri, qui tali modo crudelitatem præſeferret, & ſolitus eſſet crudeliter agere, quando ſuæ voluntati non obtemperatur, etiamſi minas actualiter, & formaliter non adiungeret: quia habita ratione ſuæ crudelitatis, & ſæuitiæ, ſemper minæ adſunt virtute: & hoc ſatis eſt ad metum grauem, vt notat Panorm. *in c. cùm virum. num. 8. de regular. & in c. nónne. num. 1. de præſumpt.* & ibi Felin. *in fine.* Reginald. *lib. 31. cap. 13 num. 83. cit.* Sanchez *lib. 4. de matr. diſp. 6. num. 12.* & plures alij apud illum. Vnde & Bald. *cap. 1. §. iniuria. col. penult. de pace firmanda.* Decius *cap. 1. num. 10. de off. deleg.* Sanchez *ibidem, num. 13.* & alij apud ipſum ſpecialiter aſſerunt, quòd etiam ſolus vultus terribilis hominis potentis poteſt ſufficere ad metum grauem ſine aliis minis: quia, ſcilicet, ipſa terribilitas vultus ſatis ex ſe continet minas. Et fortaſſe de huiuſmodi hominibus ſæuis, ac trucibus poteſt admitti, quod *ſuprà* retulimus ex Mol. *diſp. 267.* quòd nimia reuerentia æquiparetur metui. *l. 1. §. quæ onerandæ. ff. quarum rerum actio non datur.* talis enim eſt patronus, de quo ibi agitur reſpectu liberti, quando aliquid liberto imponit, quod oneret libertatem, & per quod ſemper habeat illum ſubiectum; & ideò reuerentia ad huiuſmodi patronum rectè dicitur nimia, in quantum eſt onerans libertatem, & minas continet de illa ſemper tenenda onerata, & ſubiecta, & ratione huius nimietatis, & minorum æquiparatur metui, dum ex illa datur, liberto exceptio contra patronum, & contra promiſſionem illi factam, ſicut & datur exceptio ex metu. 11. *Poteſt metus reuerentialis eſſe grauis, etiā ſine minis actualibus.* 12. *Sola terribilitas vultus poteſt incutere metū grauem.*

Et quamuis aliqui apud Sanchez *lib. 4. diſp. 6. cit. num. 2.* exiſtiment, ſemper metum reuerentialem eſſe grauem, quando accedunt minæ; neque prætereà requiri, vt qui minatur, ſit ſolitus minas exequi; longè tamen eſt probabilius, quòd etiam hoc requiratur, etſi de aliquo conſtet, quòd minas inaniter iactet, & non exequatur, non poſſit rationabiliter, & per metum grauem timeri à viro conſtante, vt notat Sanchez *ibidem, num. 21.* quanquam in dubio, & quando poſitiuè non conſtat, quòd non ſit ſolitus exequi, præſumptio debeat ſtare pro minis, & metus cenſeri debeat eſſe grauis eo ipſo, quòd minæ inferuntur à viro potente illas exequi, & de quo prudenter eſt dubium, vtrùm debeat de facto exequi, vt idem ſubdit *num. 21.*

Quòd ſi contingat, eum, ad quem eſt metus reuerentialis, nec trucem eſſe aſpectu, nec ſolitum in diuerſo genere mali ſæuitiam exequi; ſed tantummodo eſſe iræ tenacem, & offenſionis, aut iniuriæ memorem; 13. *Solus aſpectus diuturnus offenſi, & irati Superioris,*

Digitized by Google

poteſt ſuffic- … metum grauem.

morem ; & ideò non eſſe ſpem , vt debeat reconciliari ; ſed prudenter timeri , quòd diu debeat præſeſerre indignationem , & manere offenſus , adhuc poteſt hic metus rationabiliter cenſeri grauis , vt notat Sanchez *diſp.6.cit.num.*14. quia nullus eſt, qui non reputet valdè graue , habere ſemper in oculis iratum, v.g. patrem , aut virum, aut alium Superiorem , à quo quis pendeat , eúmque audire grauiter illi exprobrantem inobedientiam , aut offenſionem; vel ſaltem timere , ne exprobret : & quemadmodum prudenter faceret , qui , ne diu hos videret, vel audiret , mallet abeſſe à domo , & patria , & voluntarium exilium ſibi eligeret; ita & ſignum eſt, quòd viſio illa , & auditio diuturna irati , & offenſi Superioris , eſt grauius malum , quàm ipſum exilium ; quod tamen ex ſe eſt ſufficiens ad metum grauem , vt patet ex dictis *ſuprà diſputat.* 18. *num.* 13.

14. *Soluuntur rationes dubitandi.*

Et per hæc patet ad rationem dubitandi *ſuprà* poſitam : ſi enim admittatur, quòd eminentia poteſtatis, quæ eſt in Superiore, per ſe ipſam timorem incutiat , & ad illum ſe habeat , vt primum mouens immobile , per ſe loquendo , de illo ſolùm timore debet admitti , quem *ſuprà* diximus eſſe intrinſecum reuerentiæ , id eſt , de metu non ſeruandi debitum ordinem ſubiectionis ad huiuſmodi eminentiam poteſtatis ; qui tamen metus non poteſt impellere ad rem indebitam , niſi hominem vanum , ac leuem , & verè meticuloſum, qui rem nullam fruſtrà timeat , vt *ſuprà* diximus *num.* 7. Et ſi præterea admittatur de alio metu , qui ad reuerentiam ſe habet conſecutiuè , & eſt de malis, quæ poſſunt inferri ab eminentia poteſtatis, poſtquàm eſt incurſa illius offenſio : hic etiam metus , per ſe loquendo, non eſt neceſſariò grauis : ſed talis redditur ſolùm ex accidentibus , & adiunctis , vt *ibidem* diximus.

Quod dicitur *ex l.velle.ff. de reg. iuris.* eum , qui obſequitur imperio patris , aut domini non credi velle ; ſi ad litteram admittatur, ſolùm probat, quòd ex reuerentia patris, aut domini , ſemper cauſetur aliquis metus, & hic ſemper minuat aliquid de voluntario, & faciat aliquo modo inuoluntarium; & ideò etiam excuſet aliquo modo à pœna , quæ alioqui incurreretur , vt notat Gloſſa *ibidem.* Ioan. Andr. *in cap.*2. *num.*8. *de deſponſat. impub.* Anchar. *ibid.num* 4. Sanchez *lib.*4.*cit. diſput.* 6. *num.*16. non autem probat , quòd hic metus ſemper , & ex ſe ſolo ſit grauis , vt notat Sanchez *ibidem.*

Ad illud *ex l.* 1. §.*quæ onerandæ. ff. quarum rerum actio non datur.* quòd liberto ſemper competat exceptio contra patronum, ſi hic aliquid illi impoſuit, quod onerat libertatem ; iam patet ex dictis : rectè enim dicitur in textu, huiuſmodi reuerentia liberti eſſe nimia , vtpote erga perſonam , quæ indebitè onerat libertatem ; & ideò graui metui æquiparatur quoad dandam exceptionem. Imò in rigore loquendo , neque etiam habetur ex textu , quòd huiuſmodi nimia reuerentia ſit accipienda , vt diſtincta à metu, & quatenus illum non includit ; ſed poteſt etiam accipi , prout eſt idem cum illo , eúmque includit ; & poteſt dici , quòd ſolùm addatur , non vt diſtincta , ſed ad maiorem explicationem ipſius metus : & cùm præceptum liberto impoſitum à patrono ſit onerans libertatem ipſius , vt dicitur in textu , id eſt, ea lege impoſitum, vt ſi patronum libertus offendat , poſſit patronus ab illo id petere, & metu huiuſmodi exactionis , ſic illum habeat ſemper ſubiectum ; clarè apparet , quomodo reuerentia erga patronum etiam habeat adiunctas minas, id eſt , exactionis , & libertatem tenendi ſemper oneratam, & ſubiectam, vt notat idem Sanchez *lib.*4. *diſp.*6. *num.*16.*cit.* Et quod dicitur de hac reuerentia liberti erga patronum, rectè poteſt dici etiam de reuerentia cuiuſcunque alterius erga quemcunque Superiorem , dummodo etiam illa ſit nimia, & vel actu , vel virtute minas contineat grauis mali , vt certè continet in liberto.

Neque propterea metus reuerentialis in nullo diſtinguitur ab aliis metibus, qui poſſunt incuti ab iis, quibus reuerentia non debetur. Neque fruſtrà Doctores diſtinguunt , & ſpecialiter de illo tractant: ſiquidem reuerentia verè habet obiectum diſtinctum, id eſt , eminentiam perſonæ , ad quam eſt , & ex huius diuerſitate etiam habet diuerſitatem ſpecificam , vt *ſuprà* diximus ex S. Thoma 2. 2. *quæſt.* 104.*art.*2. *ad* 4. Et cùm certum ſit, quòd aliquem metum includat intrinſecè , & aliquem dicat conſecutiuè , omninò debuit à Doctoribus explicari, an , & quomodo huiuſmodi metus ſint graues. Et præterea, quanuis ex ſe, nec poſitiuè ſint graues, nec poſitiuè ſint leues , ſed ab vtroque præſcindant , & tales efficiantur ex ſolis adiunctis , & accidentibus, vt iam diximus ; negari tamen non poteſt, quin hæc habeant peculiare ſupra alios metus , vt graues efficiantur , etiam ex aliquo adiuncto , quod alioqui ex ſe non eſt graue ; vt, v.g. ex diuturno aſpectu offenſi , atque irati ſuperioris , vt *ſuprà* diximus *num.*13. quanuis enim hæc diuturna offenſio , & indignatio in homine, ad quem reuerentia non debetur, eiúſque aſpectus , vel auditus continuus , non ſit ex ſe grauis , neque ſufficiat ad metum grauem ; ſufficit tamen aliquando , & eſt grauis in homine , quem reueremur , v.g. in patre , aut Superiore , & ex hoc ipſo accipit grauitatem , quòd ſimul coniungitur cum ipſo debito reuerentiæ, vt notat Sanchez *num.* 16. *cit.*

15. *Metus reuerentialis poteſt aliquando eſſe grauis, etiam ex minus, aut malis adiunctis leuioribus.*

Denique ad illud , quod dicitur *ex l. penult. ff. de furtis.* quòd actio furti ſemper competit , quando quis rem ſuam videt ſibi ſubripi, neque prohibet, Reſpondeo cum eod. Sanchez *num.* 16. *cit. & num.* 37. ſolùm probare , quòd ſaltem in nociuis, & præiudicialibus, qualis certè eſt actus furti ex ſcientia, & patientia , non poteſt præſumi conſenſus tacitus; & hæc præſumptio facilè impeditur per metum reuerentialem ad eandem perſonam , à qua eſt ille actus nociuus , & præiudicialis : aliud autem eſt, quòd metus reuerentialis impediat conſenſum tacitum , & præſumptum, eúmque contractum faciat irritum , qui ſolùm eſt validus ex præſumptione conſenſus , & aliud , quòd abſolutè impediat conſenſum expreſſum , prout requiritur ad validitatem contractus , ex conſenſu non præſumpto : & dum dicimus , eum ex ſe non eſſe grauem ; ſolùm dicimus , quòd non irritet eos contractus , in quibus alioqui conſtat de conſenſu vero & expreſſo.

16. *Metus reuerentialis impedit conſenſum præſumptum, ſaltem in actibus nociuis, & præiudicialibus.*

Atque hoc ipſum , quòd non irritet eos contractus , in quibus alioqui conſtat de conſenſu vero, & expreſſo, ſolùm intelligitur , quantùm eſt ex ſe, & ex vi ſua : quia , ſi præterea ſimul cum metu reuerentiali interueniat dolus, aut aliquid huiuſmodi, quod poſſit irritare contractum, erit quidem irritus contractus celebratus ex metu reuerentiali ; ſed non erit irritus ex vi metus , ſed ex vi doli , aut alterius interuenientis. Atque hoc modo contingit , quando in contractibus celebratis ex huiuſmodi metu, eſt enormis aliqua læſio , vt notat Couar. *in* 4. *Decretal.p.*2.*cap.*3. §.6.*num.*4. id eſt , vltra dimidium iuſtæ æſtimationis , vt idem explicat *in cap. quanuis pactum.p.*3.§. 4.*num.*7. Vt enim idem ſubdit, & notat Sanchez *lib.*4.*diſp.*6. *cit. num.* 15. ideò annullantur huiuſmodi contractus, quando ſunt bonæ fidei , & continent læſionem enormem , & ſunt cele-

17. *Contractus celebrati ex metu reuerentiali cum enormi læſione, quomodo ſint irriti.*

Digitized by Google

18. *Enormis læſio in contractibus celebratis ex metu reuerentiali, arguit dolum.* brati ex metu reuerentiali : quia ſunt facti ex dolo dante illis cauſam , qui communiter annullat contractus. *l. & eleganter. §.1.ff. de dolo malo.* & in illis ſolet argui ex ipſa magna læſione. *l. omnes. §.Lu. ff.quæ in fraudem credit.*& ita officit validitati actus, ac ſi ex propoſito accederet.*l.ſi quis cum aliter. ff. de verb. oblig.& l.2.ff.de doli excepc.& l.ſi ſuperſtite.ff. de dolo malo.*

19. *Matrimoniū non irritatur ex metu reuerentiali, etiam cum enormi læſione.* Et quia matrimonium non irritatur ex dolo, niſi ſit circa errorem perſonæ, aut conditionis ſeruilis, vt dicetur *ſuo loco*; ideò non eſt irritum, ſi celebretur ex metu reuerentiali , etiam cum enormi læſione , vt ſi filia , v. g. ob reuerentiam patris nubat viro longè inferioris conditionis , cui alioqui non nuberet : quamuis enim id placeat Couarr.*in 4. Decretal. p.2.cap.3.§.6.num.4.cit.* vbi ait, metum reuerentialem , quando eſt cum enormi læſione , poſſe ſufficere etiam ſine minis ad reſcindendos contractus , & ſubdit , etiam contractum matrimonij eſſe nullum , quando alij contractus ex tali metu ſunt reſcindendi. Contrà eſt tamen : quia alij contractus , ſtante huiuſmodi læſione , non reſcinduntur ratione metus , ſed ratione doli , qui ex læſione arguitur ; ex quo tamen matrimonium non reſcinditur , niſi inducat errorem perſonæ , aut conditionis ſeruilis : atque ita diuerſa eſt ratio matrimonij , & aliorum contractuum, etiam ſtante enormi læſione, vt notat Sanchez *n.15.cit.*

20. *Profeſſio religioſa non irritatur ex ſolo metu reuerentiali ſine minis.* Et quod dicimus de matrimonio carnali , quòd non irritetur per ſolum metum reuerentialem , niſi prætereà accedant minæ , aut aliquid huiuſmodi,ex quo determinetur , vt ſit metus grauis , probabiliſſimum eſt , quòd ſit dicendum etiam de matrimonio ſpirituali , quæ eſt profeſſio religioſa : nam abſolutè eadem eſt ratio vtriuſque;& quæ libertas eſt ſufficiens ad validitatem vnius , eſt etiam ſufficiens ad validitatem alterius,vt notat Gloſſa *in cap.fin.qui Cler. vel Mon.verb. metus.* Panorm. *ibid. num. 7. & in cap cùm virum.num.8.de regular.* Couar. *in 4.Decret.p.2.cap.3.§.6.num.7.& 8.*Sanchez *lib.4.de matr. diſp.6.num.18.* & plures alij apud illum. Atque hoc modo *c.fin. cit. qui Cler.vel Mon.* expreſsè dicitur, quòd votum emiſſum præcepto regio , vel parentum , non eſt nullum : & *c.puella.20.quæſt.1.* ad annullandam profeſſionem puellæ , præter imperium parentum , fit mentio etiam coactionis , dum dicitur , *quòd tunc puellæ præuaricantur , ſi nuptias eligant , quando non coactæ parentum imperio , ſed ſpontaneo iudicio virginitatis propoſitum , atque habitum ſuſceperunt.* Quia , ſcilicet , ſi ſuſceperunt ex ſolo imperio, & ſine coactione, non ſufficit, vt ſint immunes à præuaricatione , ſi nuptias eligant, etiamſi imperium per ſe afferat metum reuerentialem.

Dixi autem , id eſſe probabiliſſimum , non autem omninò certum : quia non deſunt , qui oppoſitum aſſerant , & maiorem libertatem requirant ad matrimonium ſpirituale , quàm ad carnale, vt Gloſſa *in cap præſens.verb.patrem.20.quæſt.3.* Nau. *in Man. cap.22. num.51. §. Octauum & comment.2.de regular.num.31.in fine , & conſ.30. num.2. de conuerſ.coniug.lib.3.& conſ.10. num.6. de his , quæ vi. lib. 1.* & alij apud Sanchez *diſp 6. num. 17.* & apud Couarr. *loco cit.* vbi etiam hanc ſententiam ait eſſe communem.

21. *Ad quas perſonas ſit metus reuerentialis.* Atque hæc omnia , quæ diximus de metu reuerentiali , debent intelligi de iis omnibus , in quos cadit huiuſmodi metus , quales ſunt illi omnes, qui aliquo iure ſubiectionis alteri ſubſunt , ratione cuius reuerentiam , & obſequium illi debent , vt ex communi ſententia notat Sanchez *diſput.6.cit.num. 24* vt eſt , v.g. Clericus,reſpectu Epiſcopi , laïcus, & ſæcularis, reſpectu magiſtratus ; filius , reſpectu patris ; vxor , reſpectu viri ; imò & gener reſpectu ſoceri , cùm etiam hic ſit loco patris.*l.quia parentis. ff.ſol. matr.* & non minor reuerentia illi debeatur, quàm patri , vt ſubdit Sanchez *num. 26.* & nepos reſpectu aui , aut aliorum aſcendentium , & maiorum , qui ſimiliter ſe habent , vt parentes , vt notat Ariſtot.8.*Ethic.cap.*11. Nau. *de conuerſ. coniug.conſ. 30.num.2.lib.3.* Sanch. *n.27.*& reſpectu patrui , ſiue paterni,ſiue materni , ſi præſertim cum illo habitat, & ab illo gubernatur , vt ſubdit *n. 34.* Et minor, aut pupillus reſpectu curatoris, vt notat idem Nau. *conſ.10. n. 5. de his , quæ vi.* & reſpectu tutoris , vt notat Henriq. *lib.11. de matr. cap.9. num.5.* & Sanchez *num. 28.* Et idem eſt reſpectu matris , ſi etiam hæc in filios ſæuire ſoleat, & minas exequi , vt ſubdit Sanchez *num.29.* Et de fratre , aut ſorore minore , reſpectu alterius fratris maioris , ſi præſertim cum illo habitat , & ab illo gubernatur, vt ex communi ſententia ſubdit *num. 31.* ſiquidem , quando fratres multùm diſtant inter ſe ætatibus , non ſe habent ampliùs , vt æquales ; neque eſt inter ipſos amicitia fraterna , ſaltem quoad quædam complementa talis amicitiæ , vt habet Ariſtoteles 8. *Ethic. cap.10.in fine* : & denique idem eſt de ſorore minore reſpectu alterius ſororis maioris , cum qua cohabitat , & à qua gubernatur , vt ſubdit *num. 33.*

DISPVT. XXIII.

An, & quomodo blanditiæ, & preces , ſiue importunæ, ſiue non importunæ , poſſint inducere metum grauem , & cadentem in virum conſtantem.

1. *Blanditiæ , ſecundùm aliquos , inducunt metum.*
2. *Blanditiæ , per ſe loquendo, non inducunt metum.*
3. *Blanditiæ aliquando ex accidente inducunt metum.*
4. *Vtrùm meretrix teneatur reſtituere , quod extorquet blanditiis.*
5. *Preces non importunæ , per ſe loquendo, non inducunt metum.*
6. *In dubio non eſt præſumenda conſuetudo ſæuiendi in eum, qui non flectitur precibus.*
7. *Preces importunæ, quæ ſint.*
8. *Importunitas precum ſemper inducit aliquem metum ; & tunc inducit metum grauem , quando eſt à perſona , ad quam eſt metus reuerentialis.*

QVòD blanditiæ metum inducant, aut contineant, eique æquiparentur quoad faciendum inuoluntarium miſtum, & contractus reſcindendos, videtur docere Caiet. *in ſumma , verb. reſtitutio. §. Quia vero.* & apud Nau. *in Man. cap. 17. num. 16.* vbi ait , ſi meretrices ſuis blanditiis aliquid extorqueant ſupra debitam mercedem , iniuſtè facere , & teneri ad reſtitutionem , eámque rationem ex ſe eſſe iniuſtam , & ex proprio genere damnificatiuam proximi, & facere dationem inuoluntariam , cùm non minùs neceſſitetur humanus animus ex blanditiis , ad dandum ſua , quàm ad ſoluendas vſuras ex mutuo , & paſſiones noſtræ ad proſequenda quomodocunque ſua obiecta , quaſi vim faciant ; & ideò non niſi per iniuriam, & contra ius poſſint inferri , aut excitari in alio à ſuaſore , aut agente extrinſeco. Et clariùs hoc idem aſſerit Gloſſa *in l. 1. verb.pignora. c.54. Rector prouinciæ.* vbi potentum blanditiias æquiparat potentiæ ; & ſponſalia negat 1. *Blanditiæ ſecundùm aliquos inducūt metum.*

valere,

valere, quando contraheutes inducti ſunt blanditiis Principum. Et cum Gloſſa idem aſſerunt etiam aliqui ex modernis Iuriſtis apud Felinum *in c. 1. num. 2. de off. deleg.* & ipſe Felin. *ibidem*, & aliqui alij apud Sanchez *lib. 4. de matr. diſp. 7. num. 3. in fine*, qui abſolutè pronunciant, blanditias Principum inferre metum viri conſtantis. Et ratio videtur eſſe: quia quemadmodum blanditiæ, v. g. meretricis, augent amorem, aut deſiderium illa fruendi; & blanditiæ Principis augent ſpem, ipſius beneuolentiam, & gratiam acquirendi, multóſque fructus, & commoda ex illa habendi; ita & faciunt metum de oppoſito, ſi ipſæ blanditiæ negligantur, id eſt, de meretrice, & de gratia Principis non habenda, cùm ſolùm ex amore alicuius boni cauſetur timor de malo oppoſito, vt probat S. Thomas 1. 2. *quæſt.* 43. *art.* 1. & ſemper tota cauſa metuendi, vel ſit, ne amittamus bonum adeptum, vel ne non adipiſcamur bonum ſperatum, vt docet S. Auguſtinus *lib. 83. quæſtionum, qu.* 33. *initio, tom.* 4. ac proinde non poſſunt blanditiæ, ſi multæ ſint, non inducere metum, & ſaltem per illum non facere inuoluntarium: imò & poſſunt tantæ eſſe, & tantam concupiſcentiam excitare, v. g. erga meretricem, vt ſit nimis violentum, & ſupra naturam illa carere, & ſi eius gratia, vel amore faciendum ſit aliquid, alioqui moleſtum, & quod alioqui non fieret, vt, v. g. largè profundere, atque erogare pecunias, etiam communi ſermone dicatur, coactè id fieri, & non poſſe non fieri, cogente, nimirum, ſuo modo ipſo obiecto, quod tam ardenter amatur, & concupiſcitur: ſiquidem ex Ariſtotele *lib. 2. Mor. Eudem. c. 9. poſt medium*, non is tantùm coactè agit, qui ob repulſionem maioris mali agit aliquid alioqui inuitus, & ſibi malũ; ſed etiam ille, qui agit tale aliquid amore, & gratia alicuius boni, quando ſimiliter non eſt penes ipſum, poſſe carere illo bono. *Vnde & amorem*, inquit, *& iras quaſdam, & naturalia nonnulla inter inuoluntaria connumerant: quia violenta nimis, & ſupra naturam ſunt: vnde & veniam merentur, eò quòd vi cogere naturam ſoleant.* Et ſenſus eſt, quòd non ſolùm metus; ſed etiam amores, & iræ, & aliæ huiuſmodi affectiones aliquando faciunt inuoluntarium miſtum, & ſecundùm quid, quando ſunt nimis violentæ, & ſupra naturam: & tales ſine dubio fuerunt in Samſone amores in Dalilam, ad cuius blanditias iterum, ac ſæpiùs repetitas, *tandem defecit anima eius, & ad mortem vſque laxata eſt*, vt dicitur *in lib. Iudicum, cap.* 16.

2. *Blanditiæ, per ſe loquendo, non inducunt metum.*

Sed contrà, quòd blanditiæ, etiam virorum principum, per ſe loquendo, non inducant metum grauem, & viri conſtantis, neque ſufficiant ad faciendum inuoluntarium, & ad contractus reſcindendos; docent omnes communiter, vt Scotus *in 4. d. 29. quæſt. vnica, ad* 3. S. Bonauen. *ibid. quæſt.* 1. *num.* 8. Palud. *q. 1. a. 3. num.* 20. Rich. *quæſt. 1. art. 1. ad* 3. Nau. *cap. 17. num.* 16. Rebell. *de oblig. iuſt. p. 2. l. 2. quæſt.* 11. *num.* 10. Henriq. *lib.* 11. *de matr. c. 9. num.* 5. Sanchez *lib. 4. de matr. diſput. 7. num.* 3. & alij apud illum. Et quidem, ſi blanditiæ non ſint nimiæ, neque importunæ, & voluntati accedant, prout eſt inclinatio ad aliquod bonum, potiùs augent voluntarium, quàm vt aliquid cum illo miſceant de inuoluntario; & qui eſt inclinatus ad meretricem, v. g. non modò non retrahitur per illius blanditias; ſed potiùs ad illam magis trahitur, & magis inclinatur, vt de concupiſcentia, quæ auget voluntarium, non autem minuit, docet S. Thomas 1. 2. *q. 6. art.* 7. & nos *infrà* explicabimus *diſp.* 24. Si verò huiuſmodi blanditiæ accedant voluntati, non in quantum eſt inclinatio ad aliquid, tanquàm ad bonum; ſed contraria ratione, in quantum eſt reſiſtentia, & repugnantia ad aliquid, tanquàm ad malum, & dum voluntas, v. g. non eſt inclinata ad profundendas pecunias in meretricem, ex illius blanditiis inclinetur, ideò non poſſunt dici blanditiæ facere inuoluntarium miſtum: quia faciunt omninò ceſſare priorem repugnantiam, & eius loco inducunt ſolam, & puram inclinationem oppoſitam; non autem componunt, & miſcent ſimul vtrunque, vt communiter facit metus: & benè explicat S. Thomas *ibidem, in reſponſione ad* 2. de homine incontinente, dum ex concupiſcentia, & incontinentia agit aliquid contra priorem voluntatem de illo non agendo, & nos *ſuprà* diximus *d.* 16. *num.* 8. aliquando contingere etiam in metu.

Et à fortiori, hoc idem contingit, quando blanditiæ nimiæ ſunt, & importunæ: potiori enim ratione ceſſare faciunt priorem inclinationem de non agendo, & pro illa inducunt ſolam, & puram inclinationem agendi; non autem vtranque ſimul componunt, & miſcent, ſicut requiritur ad inuoluntarium miſtum: & ideò neque etiam tunc, quando ſunt nimiæ, poſſunt facere tale inuoluntarium: vnde & pro tempore, quo tale aliquid fit ex blanditiis, nec dolor, nec triſtitia vlla ſentitur; quæ tamen eſt ſignum inuoluntarij, & violenti, illúdque ſemper comitatur, vt patet *ex 3. Ethic. cap. 1. & lib. 2. Mor. Eudem. cap. 8. & 5. Metaph. text.* 6. Et quod habet Ariſtoteles 3. *Ethic. cap. 1. cit.* contra Platonem *lib. 14. de leg.* aſſerentem, ea tantùm voluntariè fieri, quæ fiunt ſecundùm rationem, & alia omnia fieri violenter, quæ fiunt contra rationem, ex concupiſcentia, vel ex ira, aut alio appetitu, in quantum, ſcilicet, obiecta ipſa, quæ ſunt extrinſecùs, cogunt hominem ad eo modo agendum contra rationem; hoc idem poteſt dici etiam de blanditiis, ſi quis aſſerat inuoluntariè fieri, quæ ex illis fiunt; ridiculum, ſcilicet, eſſe, quòd quis in huiuſmodi blanditias, tanquàm in aliquid extrinſecum, referat actiones malas, & noxias, & non in ſe ipſum, qui tam facilè illis capitur, & contrà ſibi tribuat actiones bonas, & vtiles; quæ tamen ſimiliter nòn minùs poſſunt eſſe ex blanditiis proborum virorum, quàm ſint actiones turpes ex blanditiis improborum.

Et ad idem facit etiam illud, quod habet idem Ariſtoteles *lib. 2. Mor. Eudem. cap.* 9. dum probat, ea, quæ fiunt ex intemperantia, non eſſe dicenda inuoluntaria, aut violenta; quia non ſunt à principio extrinſeco, & contra inclinationem. *Cùm enim*, inquit, *tam in homine temperante, quàm in intemperante ſit inſitus, & intrinſecus vterque impetus, & inclinatio, id eſt, agendi ſecundùm rationem, & agendi ſecundùm cupiditatem, ſiue agat ſecundùm illam, ſiue ſecundùm hanc; ſemper agit ſponte, & volens; non autem vi, & coactus, cùm ſemper agat ſecundùm intrinſecũ impetum; quamuis agendo ſecundùm vnum, ſimul non agat ſecundùm alium, qui eſt illi oppoſitus.* Et quemadmodum in animali motus progreſſiuus, quia eſt ſecundùm inclinationem appetitus, non dicitur cõtra naturam; etſi talis ſit reſpectu corporis, quod eſt graue, 8. *Phyſ. tex.* 27. neq; eſt abſurdũ, quòd ſimul ſit ſecundùm vnam inclinationem intrinſecam, & non ſecundùm aliam: ita & actio ſecundùm cupiditatem, aut ſecundùm blanditias, non eſt dicenda inuoluntaria, & contra inclinationem agentis, cùm verè ſit ſecundùm vnam inclinationem intrinſecam, quamuis fortè non ſit ſecundùm omnem.

Dixi autem, blanditias, per ſe loquendo, non inducere metum: quia ex accidente facilè poteſt contingere, vt inducant, vt, v. g. ſi Princeps, aut alius, qui blanditias adhibet, ſæuire ſoleat in eos, 3. *Blanditiæ aliquando ex accidente inducunt metũ.*

qui

qui ſuis blanditiis non obtemperant,& de facto ſæuiturus credatur in hunc, aut illum, cui modò blanditur, ſi blanditias negligat. Atque hoc modo intelligi debet Gloſſa cit. *in l.1.C.ſi Rector prou. verb. pignora.* Felinus, & alij, qui blanditias æquiparant potentiæ, & minis; & abſolotè pronunciant, quòd inferant metum grauem, & viri conſtantis: neque enim id aſſerunt loquendo per ſe, & quantùm eſt ex natura blanditiarum, quaſi idem ſit allicere aliquem blanditiis, atque minis terrere, vel contendant ex allicientia per blanditias, ſi negligantur, neceſſariò conſequi comminationem potentiæ, & terrorem per minas; ſed ſolùm id aſſerunt ex accidente, & quantùm eſt ex conditionibus ipſius perſonæ adhibentis blanditias, vt notat Sanchez *lib.4.de matr. diſp.7.num.3.cit.*

Neque facit contra hoc totum, quod dicimus, doctrina Caiet. de blanditiis meretricum, *verb. reſtit. §.quia verò.cit.& 2.2.quæſt.32.art.7.in fine.*Med.*C.de reſtitut. quæſt.*20. *ante ſolutionem ad 1.verſ. Sequitur amplius.* Armilla *verb. reſtitutio, num.* 58. & apud Sanchez *lib.4. de matrim. diſput.* 11. *num.* 1. aliud enim eſt, quòd ſint iniuſtæ, ſi adhibeantur ad extorquendum aliquid vltra iuſtam mercedem; & ideò reſtitui debeat quicquid per illas accipitur ſupra iuſtum, quod ſolùm aſſerit *eo loco* Caiet. & aliud, quòd, per ſe loquendo, æquiparentur metui, vel metum inducant, de quo ipſe non loquitur. Et

4. *Vtrùm meretrix teneatur reſtituere, quod extorquet blanditiis.*

illud primum, quanuis Nau.non placeat *cap.17.n.16.cit.* quem ſequitur etiam Molina *de inſt. diſp.* 94. *§.ſi formcariè.*Henriq.*lib.11. de matr. cap.9. num.5. littera B*, & ipſe Sanchez *diſp.11.cit.num.2.* non tamen caret magna probabilitate, ſi meretrix ad hunc finem, & vltra modum alicui blandiatur, vt magnam concupiſcentiam, & paſſionem in illo excitet, & ſic inducat ad dandum aliquid ſupra iuſtum: quemadmodum enim, ſi hanc paſſionem excitaret maleficio, aut potione aliqua noxia, verè peccaret contra iuſtitiam: ita, etſi excitet magnis, & inuſitatis blanditiis, cùm hæc quoque dolum contineant, id eſt, machinationem, ſiue verbis, ſiue factis conſtantem ad alterum decipiendum, & circumueniendum, vt definitur *l.1.ff.de dolo.* & per conſequens ſint contra iuſtitiam. Et quòd Caietanus hoc ſolùm voluerit, videtur colligi ex eo, quòd ipſe addit 2.2.quæſt.62.a.5.§. In eadem reſponſione. *Licèt mulier poſſit ſibi retinere ex meretricio actu acquiſita ſine dolo, & fraude; quæ tamen acquiſiuit ex ſimulatis verbis, aut factis, tenetur reſtituere: huiuſmodi enim ſimulationes important dolum, & fraudē.* Si enim præterea tenentur reſtituere, quod acquiſierunt blanditiis, & illecebris, vt idem dixit *quæſt.* 32. *art.* 2. id maximè eſt, quia blanditiæ, & illecebræ continent dolum, & fraudem. Et ad hoc videtur facere id, quod habetur *l.vnica.§. pœnas autem. Cod. de raptu virginis.* quòd raptor virginis, etiam volentis, ſit puniendus pœna mortis, & amiſſionis bonorum. *Quia hoc ipſum velle virginis raptæ inducitur ab inſidiis ipſius raptoris, & hic non facit eam velle, niſi eam ſollicitauerit, & odioſis artibus circumuenerit.* Quia enim communiter huiuſmodi ſollicitatio, & circumuentio virginis maximè fit blanditiis, & promiſſis; ex hoc textu videtur clarè haberi, quòd blanditiæ, ſaltem quando ſunt magnæ, & inuſitatæ, ſunt circumuentio, & artes malæ & odioſæ, & per conſequens contra iuſtitiam.

Et confirmatur *ex l.quòd & lex. §. ſi quis volentem. ff.de libero hom.exhib.* vbi dicitur, quòd ſi quis volentem retineat liberum hominem, non tamen ſine calliditate circumuentum, vel ſeductum, vel ſollicitatum, neque bona & probabili ratione hoc faciat, rectè dicatur eum retinere dolo malo: quia, ſcilicet, etiam ſollicitatio, quæ communiter fit blanditiis, quando fit ſine bona, & probabili ratione, continet dolum malum, ſicut & circumuentio, & ſeductio, & per conſequens eſt contra iuſtitiam, & obligat ad reſtitutionem.

Et denique ad idem facit etiam illud Exod. 22. *Si ſeduxerit quis virginem, necdum deſponſatam,*&c. Vt enim notant ibi Lyranus, & Abulen. *quæſt.*12. ſeductio virginis dicitur etiam, quando fit verbis, vel donis, aut promiſſis, quando, ſcilicet, hæc ſunt inſolita, & quaſi vim faciunt, aut dolum continent, vt iam diximus: ſi enim ſint ordinaria, ſolùm faciunt, vt ſponte conſentiat; & qui illam ſic inducit, & deflorat, ad nihil tenetur, vt *ſuprà* diximus *diſput.* 16. *num.* 8. Neque fortaſſe diſſentiunt Authores citati, dum aſſerunt, meretricem non teneri reſtituere, quod extorquet blanditiis: ſolùm enim loquuntur, quando blanditiæ non ſunt inſolitæ, & extraordinariæ, & ideò neque continent dolum. Vnde & expreſsè addunt, quòd ſi meretrix admiſceat fraudes, & dicat, v.g. non ſolùm perditè ſe amare, ac deperire amatorem ſuum, quæ verba frequentiſſima ſunt omnibus fœminis, & reuerà nihil ſignificant; ſed etiam ſe eſſe virginem, vel honeſtam; aut non niſi ſemel, & à magnate fuiſſe cognitam; aut quid ſimile; omninò tenetur reſtituere, quod ſupra iuſtum pretium ſic extorquet, vt videre eſt apud Sanchez *num.2.cit.*& præter Caiet.*locus cit.* expreſsè id aſſerit etiam S.Thomas 2.2.*quæſt.*62.*art.*5.*ad* 2.*in fine*, vbi loquens de meretrice ait, eam poſſe ſibi retinere, quod ei datum eſt: ſed, ſi ſuperfluè ad fraudem, vel dolum extorſiſſet, teneri eidem reſtituere: & ex S. Thoma idem habet etiam Azor *tom.3.lib.4.c.21.quæſt.3.*

Similiter, neque facit contra hoc, quod dicimus, ratio allata, quòd ex amore habendi, aut acquirendi aliquod bonum, naſcatur metus de illo amittendo, aut non acquirendo: neque enim talis metus in omni caſu, & neceſſariò ſequitur ex tali amore; ſed ſolùm quando adſunt aliæ conditiones ex parte obiecti metus, id eſt, quando aduertitur imminere periculum huiuſmodi amiſſionis, aut non acquiſitionis: & ideò ſi tacitè, vel expreſsè meretrix, aut Princeps, dum blanditur, ſimul minetur ablationem ſuæ beneuolentiæ, & gratiæ, in caſu, quo blanditiæ negligantur; erunt quidem ſimul blanditiæ, & metus de amittenda huiuſmodi gratia & beneuolentia; hic tamen metus ſolùm per accidens ſe habebit ad blanditias, non autem per ſe, vt diximus: & ſi ex illo aliquid fiat, quod alioqui non fieret, verè fiet inuoluntariè ex vi ipſius metus, perinde ac ſi blanditiæ nullæ eſſent, eiúſque grauitas attendi debebit ex grauitate æſtimationis ipſius gratiæ, & beneuolentiæ, quæ timetur amitti, vel ex grauitate aliorum malorum, quæ probabiliter timentur conſecutura ex tali amiſſione.

Et non eſt dubium, quòd tanta poteſt eſſe paſſio & concupiſcentia ad meretricem, vt nimis violentum, & ſupra naturam exiſtimetur illa carere; & ſi quid fiat ex tali metu ea carendi, inuoluntariè fiet, vt diximus; non tamen propterea dici debet inuoluntariè fieri, ſi quid fiat illius gratia, & amore, vt dicitur in argumento: ſed potiùs contrà debet dici maximè fieri voluntariè, & ſpontaneè, id eſt, ſecundùm maximam inclinationem, & impetum, qui ad illam habetur, quanuis in alio ſenſu poſſit etiam dici coactè fieri, id eſt, ex quadam neceſſitate, & minùs liberè, cùm ex concupiſcentia communiter augeatur ſpontaneum, & voluntarium, &

& ſimul liberum minuatur, vt docet S. Thomas 1. 2. *quæſt. 6. art. 7.* & *infrà* explicabimus *diſp. 24.* Atque hoc ſolùm ſibi voluit Ariſtoteles *lib. 2. Mor. Eudem. cap. 9. cit.* quando dixit, etiam illum coactè agere, qui agit amore, & gratia alicuius boni, quo poſſe carere non eſt penes ipſum; & ideò etiam amores, & iras aliquas numerari inter inuoluntaria: quia ſunt nimis violentæ, & ſupra naturam, & vi cogere naturam ſolent: neque enim eſt ſenſus, quòd faciant inuoluntarium miſtum, ſicut & metus, cùm priorem voluntatem, quæ habebatur de oppoſito, faciant omninò ceſſare, vt diximus ex S. Thoma *quæſt. 6. art. 7. cit.* & ideò non componant, & miſceant ſimul vtranque: ſed ſolùm eſt ſenſus, quòd qui illis tenetur, agat coactè, id eſt, ex quadam neceſſitate, & minùs liberè, vt etiam *infrà* dicemus *diſp. 24. num. 8.* & ſic amores, & iræ aliquando numerentur inter inuoluntaria, id eſt, inter non libera, quando ita ſunt vehementes, vt ad vnum determinent, & quaſi vi cogant, idque ſolùm etiam contigit in Samſone ex blandiriis Dalilæ.

5. *Preces nō importunæ, per ſe loquendo, non inducunt metum.*

Atque ex his, quæ diximus de blanditiis, facilè poteſt intelligi, quid ſit dicendū etiam de precibus: nam, ſi preces non ſint importunæ, certiſſimum eſt, quòd, per ſe loquendo, non inducant metum, etiamſi alioqui ſint preces virorum principum, ac potentum; inducant verò aliquando per accidens: quando, ſcilicet, is, qui adhibet preces, eſt alioqui ſæuus, & ſæuitiam ſolitus exercere in eos, qui ſuis precibus non flectuntur: quis enim dicat viris principibus, ac potentibus, per ſe loquendo, non eſſe licitum, vt aliquid rogent? quod tamen omninò eſt dicendum, ſi eorum preces, per ſe loquendo, metum inducunt: ſicut enim non eſt licitum, vt abſolutè metum incutiant; ita neque eſt licitum, vt incutiant precibus, & per conſequens neque vt rogent, vel adhibeant preces, ſi precibus metum incutiunt. Et ratio videtur eſſe: quia, ſi preces accedant voluntati iam inclinatæ ad illud agendum, de quo ipſæ ſunt, augent inclinationem, & faciunt magis ſpontaneū, & voluntarium; ſi verò accedant voluntati iam inclinatæ ad illud non agendum; & tamen efficaciter illam moueant ad agendum, omninò faciunt ceſſare priorem inclinationem; non autem ſimul cum illa componunt, & miſcent inclinationem oppoſitam; & ideò neque faciunt inuoluntarium miſtum.

Atque ita docet Panorm. *in cap. fin. n. 8. qui Clerici, vel vou. & in cap. 2. n. 4. & in c. cum dilectus, num. 8. de his, quæ vi.* Ang. *verb. metus, num. 2.* Sylu. *eod. quæſt. 2. & verb. matrim. 8. quæſt. 11. d. 10.* Nau. *in Man. c. 17. n. 46.* Flamin. *de reſign. benef. lib. 13. q. 1. n. 177. & ſequentibus.* Sot. *in 4. d. 29. quæſt. 1. art. 2. verſ. Einſmodi autem metum. & l. 4. de iuſt. q. 6. art. 3. concl. 3.* Henriq. *l. 11. de matrim. c. 9. n. 5.* Sanchez *lib. 4. de matr. diſp. 7. num. 1.* & apud illum omnes communiter. Vnde, quod dicitur ex iure communi apud Flamin. *n. 178. cit.* quòd preces Superiorum ſint mandata; & quod habet Gloſſa *in c. conuenior. verb. morere. 23. quæſt. 8.* & aliqui alij ex Iuriſtis, quòd mandatum, aut præceptum Principis inducat iuſtum metum, ſolùm eſt verum ex accidente, id eſt, quando Princeps alioqui eſt ſæuus, & in eos ſæuire ſolitus, qui ſuum præceptum, aut ſuas preces non eudiunt: de his enim viris principibus veriſſimum eſt, quòd dum rogant, aut iubent, metum incutiunt, & vim inferunt, iuxta communem & vulgatum verſiculum:

Eſt orare, ducum ſpecies violenta iubendi.

6. *In dubio non eſt præſumendo cōſuetudo ſæuiendi in eum, qui non flectitur precibus.*

Et prætereà rectè addit idem Sanchez *n. 2.* ſi fortè de aliquo Principe ſit res dubia, vtrùm ſoleat in eos ſæuire, qui ſuis precibus non flectuntur, non eſſe id præſumendum: quia præſumptio non eſt facienda in partem deteriorem; & nemo debet præſumi malus, vt etiam notat Felin. *in c. primum n. 2. de off. deleg.* Menoch. *de præſumpt. lib. 5. præſumpt. 1.* Maſcard. *de probat. concl. 193. n. 6.*

7. *Preces importunæ, quæ ſint.*

Si verò preces ſint importunæ, id eſt, inſtantiſſimæ, & ſæpiùs repetitæ, & diu continuatæ, vt explicat Sanchez *lib. 4 de matr. diſp. 7. cit. n. 8.* & importunæ dicantur, quia ſunt ſine portu, cùm non patiantur eſſe in portu, & in quiete, vt explicat Archidiac. *in c. fin. n. 2. de reſcr. in 6.* probabiliſſimum eſt, quòd hac ipſa importunitate metum aliquem ſemper inducant, quòd hic metus tunc ſaltem ſit grauis, quando adiungitur reuerentiæ, & preces importunæ ab illo ſunt, ad quem eſt debita reuerentia, & metus reuerentialis.

8. *Importunitas precum ſemper inducit aliquem metum: & tunc inducit metū grauem, quādo eſt à perſona, ad quā eſt metus reuerentialis.*

Primum illud, quòd importunitas ipſa aliquem metum incutiat, patet ex moleſtia, quam ſecum affert, à qua viri principes, vt ſe expediant, neque diutiùs per illam vexentur, nihil non faciunt, & ſæpè ea concedunt, quæ concedenda non ſunt, vt habet Gloſſa *in cap. fin. verb. importunitatem, de reſcr. in 6.* & qui tam improba importunitate aliquid obtinent à Summis Pontificibus, plerunque non tam obtinuiſſe, quàm extorſiſſe noſcuntur, vt habet Ioann. XXII. *Extrau. execrabilis. de præben.* quia, ſcilicet, violentiā quandam iis intulerunt, prout importatur vocabulo ipſo extorquendi *l. fideicommiſſa. §. ſi rem. ff. de leg. 3.*

Atque hoc ſaltē probant authoritates, & rationes eorum, qui abſolutè affirmant, preces importunas inducere metum viri conſtantis, & ideò per illas reſcindi contractus, & matrimonia, & profeſſiones religioſas: quos certè ex Canoniſtis, & Iuriſtis plurimos citat Sanchez *lib. 4. cit. de matr. diſp. 7. num. 4.* & cum illis, quoad aliquem metum, idem aſſerit etiam ipſe *n. 9.* in reſponſione ad argumenta, etiamſi non putet ex ſola importunitate eum eſſe viri conſtantis: *& infrà diſp. 10. num. 4. & ſequentibus*, per hunc etiam metum, quamuis non grauem, ait effici inuoluntarium miſtum, & induci obligationem reſtituendi, dummodo diſplicentia, & renitentia voluntatis de eodem obiecto extra caſum metus, & importunitatis verè permaneat ſimul cum actu conſenſus; non autem ſolùm ſit ante illum, & conſenſus præſtetur merè ſpontaneè, & voluntariè, vt etiam *ſuprà* diximus *diſp. 16. n. 8.*

Alterum verò, quòd hic metus, qui ex precum importunitate inducitur, tunc ſaltem ſit grauis, quando eſt ſimul cum reuerentia, & cum metu reuerentiali, ſimiliter docent multi apud eundem Sanchez *ibidem, num. 5.* & vt probabilius idem ſequitur etiam ipſe *n. 7.* quia moleſtia, & vexatio, quam affert importunitas precum, ſine dubio maior efficitur, quando eſt ſimul cum reuerentia, cùm etiam hæc non parum faciat timidum ad contradicendum; & ideò importunitas precum ſimul iuncta cum reuerentia, maiorem vim facit conſenſui, eique creditur reſiſti non poſſe, etiam à viro conſtante.

DISPVT. XXIV.

Vtrùm inuoluntarium cauſetur ex concupiſcentia.

1. *Concupiſcentia ex S. Thoma non facit inuoluntarium ſed potiùs auget voluntarium.*
2. *Rationes dubitandi contra doctrinam S. Thomæ.*
3. *Concupiſcentia ad actum voluntatis aliquando eſt antecedens, & aliquando eſt conſequens.*
4. *Semper voluntas, quando mouetur intensè, excitat paſſionem in appetitu.*

5. *Concupiſcentia*

5. *Concupiſcentia ad actum voluntatis poteſt aliquando eſſe concomitans.*
6. *Concupiſcentia antecedens, per ſe loquendo, non facit inuoluntarium.*
7. *Non hoc ipſo, quòd aliquid fit ex concupiſcentia, aut paſſione, eſt violentum, & inuoluntarium.*
8. *Concupiſcentia antecedens aliquando ex accidente poteſt facere inuoluntarium.*
9. *Concupiſcentia antecedens, per ſe loquendo, auget ſpontaneum, & voluntarium imperfectum.*
10. *Paſſio appetitus ſenſitiui quomodo trahat voluntatem.*
11. *Concupiſcentia antecedens poteſt aliquando ex accidente minuere ſpontaneum, & voluntarium imperfectum.*
12. *Concupiſcentia ſimpliciter antecedens minuit liberum, & voluntarium perfectum.*
13. *Concupiſcentia ex parte intellectus impedit iudicium, & apprehenſionem rationis.*
14. *Et ex parte voluntatis minuit indifferentiam.*
15. *Si concupiſcentia non ſit ſimpliciter antecedens ad omnem actum, non minuit liberum, & voluntarium perfectum.*
16. *Habitus communiter non minuit liberum, & voluntarium perfectum.*
17. *Concupiſcentia conſequens, neque auget, neque minuit voluntarium, aut liberum; ſed ſolùm arguit magis voluntarium.*
18. *Si concupiſcentia non ſit ſimpliciter conſequens ad omnem actum, poteſt augere voluntarium.*
19. *Concupiſcentia concomitans, neque auget, neque minuit voluntarium.*
20. *Soluuntur rationes dubitandi.*
21. *Quomodo ſpontaneum ſit quid ſuperius, & latiùs pateat quàm liberum.*
22. *Quomodo temperans, & intemperans non agant inuoluntariè, etſi agant contra inclinationem cupiditatis, & rationis.*
23. *In eo, qui agit per concupiſcentiam, non manet voluntas, aut inclinatio ad oppoſitum.*

ILLVD idem, quod facit metus circa inuoluntarium, videtur facere etiam concupiſcentia, intelligendo hoc nomine omnes alios actus appetitus ſenſitiui, ſi pertineant ad partem concupiſcibilem, ſiue ad iraſcibilem; & ſiue ſint iucunda, & efficiantur, ex cupiditate; ſiue ſint moleſta, & efficiantur ex ira, vt loquitur Ariſtoteles 3. *Ethic.*
1. *Concupiſcentia ex S. Th. non facit inuoluntariū, ſed potiùs auget voluntarium.* *cap.*1. Hac de cauſa S. Thomas 1.2. *quæſt.*6. *art.*7. idem explicat de concupiſcentia, quod explicauerat de metu *art.*6. & duo aſſerit, id eſt, concupiſcentiam non cauſare inuoluntarium; & prætereà magis facere, vt aliquid ſit voluntarium, quàm inuoluntarium. Et vtrunque probat ex eo: quia per concupiſcentiam voluntas magis inclinatur ad volendum id, quod concupiſcitur, quàm alioqui inclinaretur: atque ita, cùm eam ſupponat per ſe inclinatam, & ſolùm addat aliquid inclinationi, non autem moueat contra inclinationem, non modò non facit inuoluntarium, ſed potiùs facit, vt ſit voluntarium.

2. *Rationes dubitandi contra doctrinā S. Thomæ.* Sed contra primum eſt difficultas: quia, quemadmodum malum imminens, de quo eſt metus, mouet ad fugam: ita & bonum, de quo eſt concupiſcentia, mouet ad proſecutionem; & certum eſt, quòd etiam bono tribuitur tractio, iuxta illud Poëtæ:

Trahit ſua quemque voluptas.

Et etiam tractio eſt ab extrinſeco: & inter ſpecies motus violenti, 7. *Phyſ. text.* 10. & ſpecialiter *Iacobi* 3. tribuitur concupiſcentiæ non ſolùm illectio; ſed etiam abſtractio: *Vnuſquiſque tentatur à concupiſcentia ſua abſtractus, & illectus.* Et, vt habet Ariſtoteles *lib.*2. *Mor. Eudem. cap.*9. Sicut dicimus, vim ſibi facere virum temperantem, dum ſe ipſum à cupiditatibus abſtrahit; ita & virum intemperantem vim pati, dum à cupiditatibus rapitur.

Secundò, quia quod fit ex impulſu paſſionis, minùs fit à principio intrinſeco, quàm quod fit à ſola ratione, & voluntate ſine tali impulſu, vt docet S. Thomas 1.2. *quæſt.*77. *art.*6. Impulſus autem paſſionis tam eſt circa malum, vt ille, qui eſt ex paſſione metus; quàm circa bonum, vt ille, qui eſt ex paſſione concupiſcentiæ: ergo impoſſibile eſt, quòd etiam hæc non minuat aliquid de voluntario, ſicut minuit de intrinſeco; & non miſceat aliquid de voluntario, ſicut miſcet de extrinſeco.

Tertiò, quia, cùm timor ſemper cauſetur ex amore boni oppoſiti, vt probat S. Thomas 1.2. *q.*43. *art.*1. neque vlla ſit cauſa metuendi, niſi ne amittamus bonum adeptum, quod fortè amamus, vel ne non adipiſcamur bonum ſperatum, vt docet S. Auguſtinus *lib.*83. *quæſtionum, q.*33. *initio tom.*4. non poterit inuoluntarium cauſari ex metu, niſi etiam cauſetur ex cauſa metus, id eſt, ex amore, & concupiſcentia boni oppoſiti, ac proinde concupiſcentia tunc ſaltē cauſabit inuoluntarium, quando erit cum metu, ne bonum, quod concupiſcitur, non acquiratur, illúdque cauſabit huiuſmodi metus; quod tamen frequentiſſimè accidit: vt quando quis ex metu non aſſequendi, v. g. honores, aut delectationes, aut commoda, facit aliquid, quod alioqui non faceret, & non parcit, v. g. laboribus, aut expenſis: ſicut enim, qui ex metu, v. g. ne vitam amittat tempore naufragij, proiicit merces, inuoluntariè proiicit: ita & qui ex metu, ne ſanitatem non recuperet, vel perſona amata non patiatur; hoc eſt, ex concupiſcentia ſanitatis, aut voluptatis, pecuniam prodigit in Medicos, aut meretrices, inuoluntariè prodigit. Vnde etiam, quæ ſunt huiuſmodi, ſæpiſſimè afferunt dolorem, ac pœnitentiam; quod tamen eſt ſignum inuoluntarij, vt *ſuprà* diximus ex Ariſtotele 3. *Ethic. cap.*1.

Quartò, quia, quæ fiunt ex concupiſcentia, non modò ſunt ab extrinſeco, ſicut & quæ fiunt ex metu, vt iam diximus; ſed etiam ſæpiſſimè ſunt contra aliam inclinationem voluntatis, vel elicitam, vel innatam, vt quando habēt adiunctam inhoneſtatem, ac turpitudinem, labores, ac pericula, iacturam bonorum, & ſimilia, vt communiter contingit, v. g. in eo, qui propter concupiſcentiam, vel appetitum vindictæ, furti, aut adulterij plures noctes ducit inſomnes, vel incidit armatus, vel pecunias prodigit, vel honorem, ac vitam in diſcrimen adducit, & cum his omnibus ab honeſtate ac virtute recedit, & Dei gratiam, & amicitiam perdit. Atque hoc modo *ad Gal.*5. dicitur, quòd concupiſcentia ſæpè eſt contra rationem, & voluntatem ſuperiorem, & qui ex illa operantur, non faciunt ea, quæ volunt. *Caro concupiſcit aduerſus ſpiritum, & ſpiritus aduerſùs carnem: vt non, quæcunque vultis, illa faciatis.* Et ad Rom.7. *Non quod volo bonum, hoc ago: ſed quod odi malum, illud facio.* Ex quibus locis apertè habetur, quòd quæ fiunt ex concupiſcentia, ſunt contra aliam inclinationem voluntatis: quod ſatis eſt, vt dicantur aliquo modo inuoluntaria.

Quintò, contra illud alterum, quòd concupiſcentia magis faciat, quod aliquid ſit voluntarium, quàm inuoluntarium, eſt difficultas: quia falſum videtur, quòd concupiſcentia augeat voluntarium, cùm ipſe S. Thomas *infrà quæſt.*77. *art.* 6. oppoſitum aſſerat, quando ait, peccata ex paſſione ea de cauſa

eſſe

eſſe minora: quia paſſio minuit voluntatium, cùm id, quod fit ex impolſu paſſionis, minùs exiſtat ex ipſa ratione,& voluotate,provt ſunt principium inttinſecum humanorum actuum.

3. *Concupiſcentia ad actum voluntatis aliquando eſt antecedēs, & aliquando eſt conſequens.* Pro ſolutione eſt ſupponendum ex S.Thom. 1.2. *q 24.art.3.ad 1.& q.73.art.6.ad 2.& q.77.art.6.* concupiſcentiam dupliciter poſſe ſe habere ad actum voluntatis, & liberi arbitrij. Primò antecedenter; quia,ſcilicet, præcedat iudicium rationis,& motum voluntatis, & ad illum inclinet, & trahat,eo modo, quo appetitus ſenſitiuus poteſt inclinare, & trahere voluntatem, de quo S. Thomas 1.2.*q.9. art.2.q.10. art.3.& q.77.art.1.& 2.*

4. *Semper volūtas, quando mouetur intensè, excitat paſſionem in appetitu.* Deinde conſequenter: quia illum ſequatur, ſiquidem motus ſuperiorum virium, ſi ſint vehementes, redundant etiam in potentias inferiores:& voluntas non poteſt intensè moueri in aliquid, quin excitetur aliqua paſſio in appetitu ſenſitiuo, vt loquitur S. Thomas *q.77.art.6.cit.* & vt docet Ariſtoteles 3.*de anima,text.*57.non ſemper ab appetitu mouetur voluntas,ſed aliquando etiam mouetur appètitus à voluntate,ſicut mouetur ſphæra inferior à ſuperiore:& de facto ſic fuerunt in Chriſto huiuſmodi motus appetitus,id eſt,non præueniendo,aut trahendo; ſed ſubſequendu diſpoſitionem rationis, vt videre eſt apud S.Thom. 3.*p.q.15.art.4.* & ſimiliter probi homines ſic illos ſæpè excitant in ſe ipſis,dum in huius vitæ peregrinatione, ſecundùm Deum viuentes,metuunt, cupiuntque, dolent, gaudéntque,vt loquitur S.Auguſtinus *lib.4.de ciuit.c.9.*

5. *Concupiſcentia ad actum volūtatis poteſt aliquādo eſſe concomitans.* Addit præterea Salas 1.2.*diſp.3.ſect.3.n.43.*etiam tertiam coocupiſcentiã,id eſt, concomitantem,quãdo, ſcilicet, in eodem ſigno naturæ, & ſiue ordine cauſæ,& effectus ſimul operatur appetitus & voluntas:ſed hæc concupiſcentia,ſine dubio,vel nunquam contingit, vel admodum ratò; & nihil facit ad voluntatium,aut inuoluntatium,vt idem ſubdit.

Dum ergo quærimus, vtrùm coocupiſcentia cauſet inuoluntatium,an verò augeat voluntatium, de vtraque concupiſcentia quærimus, id eſt,de antecedente, & de conſequente; & tam de voluntario minùs perfecto, & latè accepto, provt eſt idem cum ſpontaneo; & reperitur etiam in pueris,& amentibus;quàm de perfectu, provt eſt idem cum libero,& ſolùm reperitur in agentibus per electionem, & ex perfecta deliberatione.

6. *Concupiſcentia antecedens, per ſe loquendo, non facit inuoluntarium.* Dicendum eſt primò:Concupiſcentia antecedẽs, per ſe loquẽdo,non facit inuoluutatiũ Ita S.Thom. 1.2.*q.6.art.*7.Ariſtot 3. *Ethic.c.*1. *& lib.2.Mor.Eudem.c.*8.*&* 9. & omnes communiter apud Vaſq.1.2. *diſp.*28.*c.*4.*n.*16.&apud Salas *diſp.3.ſect.3.n.5*1.præter Platonẽ,qui *lib.14.de legibus*,cùm diceret, bonos ſponte,&malos inuitos effici,conſequenter aſſeruit,
7. *Non hoc ipſo, quòd aliquid fit ex concupiſcentia, aut paſſione, eſt violẽtum, & inuoluntariũ.* ea ſolùm voluntarie fieri,quæ fiunt ſecundùm rationem; & alia,quæ fiunt contra rationem ex concupiſcentia, vel ex ira, aut alio appetitu, fieri violenter; quia obiecta ipſa delectabilia, aut vtilia, quæ exiſtunt, extrinſecùs cogunt hominem ad agendum contra rationem.

Sed contra hoc pluribus agit Ariſtoteles 3.*Ethic. c.1.cit.* ſi enim obiecta, quia ſunt extrinſeca, faciunt violentiam,nihil fere erit, quod cuique non ſit violentum:ſiquidem communiter omnes agunt; vel,vt fugiant,quod eſt moleſtum;vel,vt aſſequantur,quod eſt iucundum: & cùm violentia ſemper contriſtet, vt ex Eueno habetur *lib.2. Moral. Eudem.c.*8 *&* 5. *Metaph.text.*6. plurimi tamẽ dum operãtur propter iucundum, operantur cum voluptate: & ridiculum eſt,quòd quis in obiecta delectabilia, actiones referat,& non in ſe ipſum,qui tam facilè illis capitur,& ſibi tantùm tribuat actiones honeſtas, non autem turpes; cùm tamen vtræque ſint ab eadem potentia rationali: quæ, ſicut poteſt honeſtè agere, ſequendo rationem; ita & poteſt agere turpiter,ſequendo cupiditatem. Et, vt ſubdit *circa finem capitis*, ſi ea,quæ fiunt ex ira, vel ex cupiditate, eſſent inuita; neque bruta, neque pueri ſponte agerent, cùm ſolùm operentur ex paſſione appetitus ſenſitiui: & cùm aliquandu ſit neceſſarium ob aliqua iraſci,v.g vt coërceantur peccata,& aliqua appetere,v.g.ſanitatem & diſciplinam; impoſſibile eſt, vt quæ fiunt ex ira,vel ex cupiditate.ſemper ſint violenta.Et,ſi ea,quæ fiunt ex ira, ideò eſſent inuoluntaria, quia ſunt turpia, & peccata; talia eſſent etiam illa,quæ fiunt ex ratione, & deliberatione,cùm aliquando etiam hæc ſint peccata. Et denique ſicut affectus irrationales, & ipſe appetitus ſenſitiuus dicitur eſſe humanus, quatenus poteſt obedire rationi; ita & operationes ex ira, & cupiditate, humanæ ſunt, nec poſſunt ſine abſurdo exiſtimari inuitæ,cùm ea,quæ inuitus quis agit,non referantur in ipſum,tanquam actiones ipſius;ſed in extrinſecum,quod facit vim.

Secundò, ad idem faciunt etiam illa, quæ habet Ariſtoteles *lib.2.Mor.Eudem.cap.9.* dum probat,ea, quæ fiunt ex intemperantia,non eſſe violenta,aut inuoluntaria:quia nõ ſunt à principio extrinſeco:cùm enim in homine temperante, & intemperante ſit poſitus,& intrinſecus vterque impetus,& inclinatio, id eſt,agendi ſecundùm rationẽ,& agendi ſecundùm cupiditatem;ſiue agat ſecundùm illa,ſiue ſecundùm hanc,ſemper agit ſponte, & volens;non autem vi,& coactus,cùm agendi principium non ſit extrinſecũ, neque vnquam moueat contra intrinſecum impetũ, & inclinationẽ ipſius mobilis: nam,quamuis eorum alter,id eſt,intemperãs,agendo ſecũdùm cupiditatẽ, dicatur non agere ſecundùm naturam;id tamen non eſt, quia ſimpliciter, & omni modo illius actio ſit violenta,& non ſecundùm naturam;ſed,quia non eſt ſecundùm naturam ſuperiorem, & præcipuam, quæ in homine eſt ad agendum ſecundùm rationem, & ex illa mouendum appetitum inferiorem, ſicut mouetur ſphæra inferior à ſuperiore. 3.*de anima, text.* 57.& abſolutè, & ſimpliciter etiam intemperans dicendus eſt agere ſecundùm naturam; ſiquidem agit ſecundùm naturam inferiorem,quamuis non agat ſecundùm eandem naturam,ſecundùm quam agit temperans,vt ſubdit Ariſtoteles *ibid.* Sicut enim motus animalis reſpectu totius,& ſimpliciter dicitur naturalis, etiamſi reſpectu corporis, quod eſt graue, ſit præter naturam. 8.*Phyſ. text.*27. neque eſt abſurdum,quòd ſimul ſit ſecundùm vnam inclinationem intrinſecam, & non ſecundùm aliam;ita & actio ſecundùm cupiditatem ſimpliciter poteſt eſſe ſecundùm naturam,etiamſi non ſit omninò,& ſecundùm omnem naturam,aut inclinationem intrinſecam.

Tertiò,ad idem facit ratio S.Thomæ 1.2.*quæſt.6. art.7.cit.* quia voluntarium ex hoc dicitur, quia voluntas in illud fertur, & inclinatur; & inuoluntarium ex hoc,quod reſiſtit,& repugnat. Concupiſcẽtia autem, cùm ſit de bono, ſi adiungatur voluntati, ſolùm adiungitur, provt voluntas eſt affecta ad bonum,id eſt, provt eſt inclinatio,non autem provt eſt reſiſtentia & repugnantia:& ideò ſolùm adiungitur ſecundùm inclinationem, ex qua denominat voluntatium.Et ſicut habitus,quando adiungitur inclinationi potentiæ, non dicitur illi inferre violentiam: ita & concupiſcentia. Et in hac re concupiſcentia oppoſito modo ſe habet,ac metus,vt ſubdit S.Thomas *in reſponſione ad* 1. ſiquidem metus, cùm ſit de malo, ſi adiungatur voluntati, ſolùm adiungitur, in quantum voluntas ſe habet ad malum, id eſt, in quantum eſt reſiſtentia, & repugnantia; & ideò ſolùm adiungitur contra inclinationem, & provt denominat inuoluntarium.

8. *Concupiſcentia antecedẽs aliquando ex accidente poteſt facere inuoluntarium.*

Dixi autem, concupiſcentiã, per ſe loquendo, non facere inuoluntarium: quia ex accidente facilè poteſt contingere, vt illud faciat: vt enim habet S. Thomas 1.2.*q.6. art.7. cit. & q.10. art.3.* concupiſcentia aliquando totaliter aufert cognitionem, vt patet in illis, qui propter vehementem concupiſcentiam, aut iram fiunt amentes, aut furioſi: & aliquando, ſi non tollit totaliter, quia non tollit poteſtatem cognoſcẽdi, tollit conſiderationem actualem, atque ita facit inuoluntarium ex defectu cognitionis, vt expreſsè concedit S. Thom. *q.6. cit. art.*8. & ſimiliter, ſi bonũ, quod concupiſcitur, ſit maximum, & maximè neceſſarium, eòque carere ſit nimis violentum, & ſupra naturam, & illius gratia, & amore ſit faciendum aliquid ex ſe moleſtum, eadem ratione concupiſcentia poteſt cauſare inuoluntarium in aliquo ſenſu, ſicut cauſat metus; etiã nõ diſſentientibus, quoad illud, ratione, & cupiditate, vt expreſsè docet Ariſtoteles *lib. 2. Mor. Eudem. c.9. cit.* neque enim in tali caſu electio mali ob tantum bonũ cenſetur eſſe penes ipſum operantem, & in poteſtate illius; ſed illius determinatio omninò refertur in aliquid extrinſecum, id eſt, in efficaciam ipſius obiecti, & hoc cùm determinet ad aliquid ex ſe moleſtum, & ad quod voluntatis non eſt inclinatio, meritò dicitur cauſare inuoluntarium, id eſt, coactum aliquo modo, & minùs liberũ; ſicut etiam cauſat metus, vt etiam *ſuprà* diximus *diſp.23. n.4. in fin.* Et hoc modo, & amores quidam, & iræ, & quædam alia huiuſmodi naturalia communiter numerantur inter inuoluntaria, vt ſubdit Ariſtoteles ibidem: *Quia*, inquit, *violenta nimis, & ſupra naturam ſunt: vnde & veniam merentur, eò quòd vi cogere naturam ſoleant.*

9. *Concupiſcentia antecedens, per ſe loquendo, auget ſpontaneum, & voluntarium imperfectum.*

Dicendum ſecundò: Concupiſcentia antecedens, per ſe loquendo, nõ modò non tollit, aut minuit; ſed potiùs auget ſpontaneum, & voluntarium imperfectum. Ita S. Thomas 1.2.*q.6. art.7.* S. Anton. 1.*p. tit.*4. *c.*3. §.4. Val. 1.2. *diſp.2. quæſt.1. puncto* 5. Salas *diſp.3. ſect.3. num.*48. & alij apud ipſum. Probatur: quia S. Thomas *art.7. cit.* expreſsè aſſerit, quòd concupiſcentia magis facit voluntarium, dum magis inclinat voluntatem ad volendum id, quod concupiſcitur: quamuis enim paſſio appetitus ſenſitiui non poſſit directè trahere, aut mouere voluntatem, quaſi per ſe ordinando, & dirigendo ſuam actionem ad actionem voluntatis; poteſt tamen eam trahere, & mouere indirectè, vt docet S. Thomas 1.2.*q.77. art.*1. id

10. *Paſſio appetitus ſenſitiui quomodo trahat voluntatem.*

eſt, ordinando, & dirigendo ſuam actionem ad aliquid aliud: ex quo deinde ſequitur motio, & actio voluntatis: nam, dum phyſicè immutat hominem ad aliquam certam diſpoſitionem, omninò facit, vt homo eo modo diſpoſitus, aliter iudicet de conuenientia, & bonitate obiecti, quàm alioqui iudicaret extra paſſionem exiſtens, vt videre eſt ex S. Thoma 1.2.*q. 9. art.2. & q.10. art.3. & q.80. art.2.* quia enim conuenientia, & bonitas ſolùm dicitur ſecundùm relationem, variatio illius æqualiter poteſt contingere ex conditione, & variatione vtriuſque extremi, id eſt, tam illius, quod eſt conueniens, quàm alterius, cui eſt conueniens: & hac ratione 3. *Ethic. c.5.* vniuerſaliter dicitur, quòd qualis quiſque eſt, talis ei finis apparet: & *cap.*4. quòd in bono diiudicando ſimiliter euenit, atque in corporibus benè habentibus, aut morbo correptis, dum iudicant de ſalubribus, aut inſalubribus, amaris, aut dulcibus: & *lib.1. Rhetor. c.6.* in fine, quòd ea videntur iucunda, & meliora, quæ vnuſquiſque cupit, & quibus maximè afficitur: & *lib.2. cap.1.* quòd Iudicibus non eadem videntur, quando diligunt, & quando oderunt; nec iratis, & quietis. Et denique experientia conſtat, quòd paſſiones ſe habent, ſicut perſpicilia colorata, quæ nõ ſinunt videri obiecta, ſicuti ſunt; vel ſicut perſpicilia alterius artificij, quæ parua repræſentant, vt magna; vel magna, vt parua; remota, vt propinqua; vel propinqua, vt remota. Et ſicut tempore hyemis, & dum frigemus, alio modo eſt nobis bonus, & conueniens ignis, quàm ſit tempore æſtatis, & dum non frigemus: ita & tempore paſſionis alio modo nobis apparent obiecta.

Dum autem cõcupiſcentia, aut paſſio directè immutando diſpoſitionem ſubiecti, indirectè immutat iudicium de conuenientia, & bonitate obiecti, & facit, vt res apprehendatur magis conueniens, & magis coniuncta, aut pertinens ad operantẽ, etiam indirectè inclinat, aut mouet voluntatem, quæ, ſicut ex ſe eſt inclinatio in bonum, & conueniens cognitum; ita & eſt maior inclinatio in magis bonum, & magis conueniens cognitum: & eo ipſo, quòd bonitati, & conuenientiæ obiecti, in quam per ſe inclinat voluntas, intelligitur adiungi hæc alia, quòd ſit expletiuum concupiſcentiæ, & appetitus, & ſedatiuum corporalis inquietudinis, & commotionis humorum, cum qua illa eſt; non poteſt non iudicari abſolutè, & ſimpliciter maior conuenientia, & bonitas, neque poteſt in illam non ferri voluntas maiori impetu, & propenſione; quod eſt in ipſo actu augeri ſpontaneum, & voluntarium imperfectum.

Et confirmatur: quia ſimili ferè ratione etiam habitus voluntatis tribuunt facilitatem, & promptitudinem ad operandum: quia, dum augent propenſionẽ potentiæ, etiam faciunt, vt cæteris paribus ſemper actus ſit perfectior, & intenſior; quæ tamen maior perfectio, & intenſio actus, ſimul eſt quoad entitatem, & ſimul quoad rationem voluntarij, cùm hæc non alia ratione poſſit augeri, quando principium eſt æquè intrinſecum, niſi per hoc, quòd augeatur propenſio, & efficacitas ex parte potentiæ, & intenſio, vel entitas ex parte actus.

Et quamuis actus ipſe concupiſcentiæ non recipiatur intrinſecè in voluntate; & ideò non poſſit directè, & per ſe augere propenſionem illius ea ratione, qua auget habitus; ad hoc tamen, vt illam augeat indirectè, & per accidens, ſatis eſt, ſi recipiatur in eodem ſubiecto operante: ſiquidem ea ratione, ſicut facit ad variandum iudicium de bonitate, & conuenientia; ita & facit ad ponendam quaſi in actu maiorem propenſionem voluntatis, vt diximus.

11. *Concupiſcentia antecedens poteſt aliquando ex accidẽte minuere ſpontaneum, & voluntarium imperfectum.*

Poteſt tamen aliquando ex accidente etiam contingere, vt concupiſcentia minuat huiuſmodi voluntarium imperfectum, & faciat voluntatem minori impetu ferri, quàm alioqui ferretur, ſi, ſcilicet, ipſa concupiſcentia tanta ſit, vt vires animæ quodammodo exhauriat, vt docet S. Thomas 1.2.*quæſt.77. art.*1. quia enim omnes potentiæ radicantur in eadem eſſentia animæ, facilè poteſt contingere, vt ſi actus vnius intendatur, remittatur actus alterius; & dũ tota virtus animæ in plura diſtrahitur, & diſperditur, fiat minor ad ſingula, vt idem ſubdit, in quantum, ſcilicet, operationes potentiarum animæ, quæ ſunt vita in actu ſecundo, ſimul dependent, tanquàm à principio totali, & adæquato, ab ipſis potentiis, & ab ipſa anima, quæ eſt vita in actu primo, & etiam hæc per ſuam ſubſtantiam habet inchoatam quandam actiuitatem, vt probabiliter dicitur *in libris de anima*, & notat Suar. *tom.1. in Metaph. diſp.*18. *ſect.*5. *num.*2. & 3.

Et quemadmodum, quando ſumus in aliqua cogitatione vehementer defixi, nimia illa attentione impedimur etiam ab actu videndi, aut audiendi, & amicum prætereuntem, aut interpellantem non videmus, aut non audimus; diſtracta, ſcilicet, vel adæquatè applicata, & quaſi exhauſta virtute animæ pro illa intenſa cogitatione: ita, etſi appetitus ſenſitiuus

tiuus vehementer operetur,poteſt ſimilitet per eandem diſtractionem virtutis animæ impedire, aut diminuere operationem voluntatis.

12. *Concupiſcentia ſimpliciter antecedẽs minuit liberum, & voluntarium perfectum.*

Dicendum tertiò:Concupiſcentia, ſi ſit ſimpliciter,& omninò antecedens,eo ipſo,quòd auget ſpontaneum, & voluntarium imperfectum, modo explicato,minuit liberum,& voluntarium perfectum. Ita S.Thomas 1.2.*q.6.art.7. ad* 3. vbi ait, concupiſcentiam, ſi totaliter auferat cognitionem, vt contingit in amentibus, & iis, qui non habent vſum rationis, totaliter aufette voluntatium:ſi verò non tollat totaliter cognitionem, tollendo poteſtatem cognoſcẽdi, ſed ſolùm tollat actualem conſiderationem; non auferre totaliter voluntarium: cùm enim loquatur de eo voluntario, quod ſolùm reperitur in habentibus vſum rationis, & ideò tollitur per ablationem huiuſmodi vſus,omninò loquitur de libero: & hoc ait aliquando tolli totaliter per concupiſcentiam,& aliquando non totaliter. Et clatiùs hoc idem docet infrà *q.73.art.6. & q.77. art.6.* vbi ait, ex paſſione ideò minui malitiá,& peccatum: quia minuitur voluntarium: & hoc ideò minui,quia minuitur motus liber ipſius voluntatis, id eſt, vt voluntas ſeipſam moueat ſecundùm iudicium rationis: quod tamen minùs accidit, quando mouetur ex impulſu paſſionis,quàm quando mouetur ſine tali impulſu, & omninò ab intrinſeco.Ita etiam Val.1.2.*diſp.2.q.1.puncto* 5. Azor *tom.1.l.1.c.17.q.2.* Vaſq. 1.2.*diſp.28.c.2.n.5.& ſeqq.*Salas *diſp.3. ſect.3.n.47.* & omnes cõmuniter. Probatur: quia,cùm ad libetum,& perfectum voluntatium duo concurrant,id eſt,perfecta deliberatio ex parte inrellectus,& perfecta indiffetentia ex patte voluntatis,ex qua,ſcilicet, ipſa ſe moueat:non autem impellatur,aut moneatur ab alio: hoc tamen vtrunque minuitur ex concupiſcentia: nam quoad

13. *Concupiſcentia ex parte intellectus impedit iudicium, & apprehenſionem rationis.*

primum,rectè dicitur 1.2.*q.77.art.*1.concupiſcentia impedire iudicium, & apprehenſionem rationis, propter vehementem, & inotdinatam apprehenſionem imaginationis, & æſtimatiuæ: & 6. *Ethic.c.*5. corrumpere,& peruertere æſtimationem prudentiæ, quatenus facit, vt minùs aduertamus ad veram rationem boni, cuius cauſa agendum eſſet, & quæ deberet eſſe principium agendi:ſed eius loco appareat nobis ipſa ratio iucundi, eáque vtamur, tanquam menſura,ac regula electionis.

14. *Ex parte voluntatis minuit differentiam.*

Quoad alterum verò rectè dicitur *q.73.a.6.* quòd minuat motum liberum voluntatis: & *q.77.art.6.* quòd quantò magis ratiu, & voluntas ex ſe ipſis agunt,& nõ ex impulſu paſſionis, tantò actio eſt magis voluntaria,& magis in nobis exiſtens.Atque hac de cauſa delicta, quæ contingunt ex vehementia amoris,aut concupiſcentiæ, mitiùs puniuntur,vt videre eſt apud Iulium Clarum *in pract.crimin.lib.5.q.60.§.eſt & amor.* & apud Farinac. ſimiliter *in praxi crimin.lib.2.p.2.tit.2.q.98.cauſa 13.n.80.* & aliquando etiam excuſantur,& abſoluuntur in totum,vt iidẽ notant.Et non deſunt,qui mulierem ex vehementia amoris facientem copiam ſui ſuo amaſio,excuſent in totũ ab infamia,vt videre eſt apud Riccium *in pract. fori eccleſiaſtici,p.1.reſol.424.n.8.*& apud Paulũ Zacchiam *in quæſtionib. Medicolegalibus, tom.1. lib.2.q.10.n.52.*quia,ſcilicet,perinde eſt,ac ſi id feciſſet ſine plena libertate, & vſu rationis,vel etiã abſolutè ſine vſu rationis,cùm amor,& furor in iure æquiparentur ex Gloſ.*in §.2.verb.bacchata,Inſtit.de ſucceſſ.ſubl.*

Delicta patrata ex vehementia amoris mitiùs puniuntur.

Fœmina,ſi ex paſſione amoris faciat copiã ſui amaſio, ſecundùm aliquos non eſt infamis.

15. *Si concupiſcentia nõ ſit ſimpliciter antecedẽs ad omnẽ actum, non minuit liberum & voluntarium perfectum.*

Dixi aotem, ſi concupiſcentia ſit ſimpliciter, & omni modo antecedens:quia,ſi ſit anteredens ad vnũ actum,& ad alterum conſequens,vt *ex* 1.2.*q.24 art.3.ad* 1.contingit, quãdo quis eligit affici aliqua paſſione, vt promptiùs opeterur cooperante appetitu ſenſitiuo; non videtur minuere voluntarium perfectum in actu,ad quẽ eſt antecedens,cùm ipſa in alio actu,ad quem eſt conſequens, ſit perfectè volũraria, & in illo eodem poſſit etiam eſſe perfectè voluntarius ipſe actus poſterior,qui poſteà ſequitur ex concupiſcentia: & tales de facto videntur fuiſſe actus Chriſti, quos elicuit ex paſſione voluntatiè, & liberè excitata.

16. *Habitus cõmuniter non minuit liberum, & voluntarium perfectum.*

Addit Salas 1.2.*diſp.3.ſect.3.cit.n.56.*eandem eſſe rationem,quoad hoc etiam, habituum,ſiue ſint virtuoſi,ſiue vitioſi:quia etiam illi minuunt liberum,& per cõſequens etiam meritum, & demeritum in ſuis actibus, dum augent inclinationẽ voluntatis ad vnã partem,& minuunt indifferentiam ad vtranque.Neque tamen hinc ſequi, quòd melius ſit non habere habitus bonos,& deterius ſit carere habitibus malis, cùm actus boni eliciti,ſiue ex habitu,ſint magis meritorij;& actns mali eliciti ex habitu ſint minùs demeritorij. Nam contrà ait eſſe:quia,quamuis ex hoc capite,id eſt, ex diminutione libertatis res ita ſe habeat;facilè tamen compenſatur hæc iactura per frequentiam actuum, ſiue bonorum,ſiue malorum,qui eliciuntur à potentia habente habitum; & qui eligit plures actus minùs liberos, non ſolùm poteſt tantundem mereri, aut demereri, quantùm ille, qui elicit vnum,aut alterũ magis liberum;ſed etiã magis.

Verùm hæc doctrina non videtur admittenda,niſi intelligatur de iis tantùm habitibus,qui fortè acquiruntur in ipſo appetitu ſenſitiuo,vt docet Azor *tom.1.lib.3.c.21.q.5.* cùm enim hi habitus communiter, & maximè moueant voluntatem, excitando concupiſcẽtiam, rectè poſſunt dici æqualiter cum ipſa minuere,vel augere rationem liberi, & voluntarij perfecti.Et de his habitibus apertè id aſſerit S.Thomas *q.3.de malo,art.12.ad* 12.vbi ait,quòd ligent rationẽ, ſicut & paſſio,nõ quidẽ per modũ paſſionis trãſeuntis;ſed per modum formæ immanentis.Et 1.2.*q.76.a.4.ad* 1. vbi vniuerſaliter de habitu inclinãte ad peccatum,ait,quòd cauſet ignorantiam,ſecundùm quam omnis prauus dicitur eſſe ignorans: hoc enim ipſo, quòd huiuſmodi habitus ligant rationem,& cauſant ignorantiã,ſicut & paſſio, vel cõcupiſcentia;minuũt etiam,ſicut & illa, rationem liberi,& voluntarij.

De aliis verò habitibus, qui acquiruntur in ipſa voluntate, quòd non minuant neceſſariò rationẽ liberi,minuendo deliberationem ex parte intellectus, ſatis indicauimus *ſuprà diſp.3. verſus finẽ,* ex Scoto, Gabr.Suar. Sanchez, & aliis:quia ſimul cum voluntate aſſueſcit etiã intellectus, & in hoc ſimul acquiritur facilitas ad deliberandum, & in illa ad agendũ. Quòd verò neque etiam minuant minuendo indifferentiam ex parte volũtatis;& eam magis determinando,& inclinando in vnã partem,probatur ex eo: quia hæc ipſa maior determinatio, & inclinatio ad vnã partem,eſt perfectè volũtaria,& libera in primis actibus,per quos habitus fuit acquiſitus,& in quibus ipſa fuit præuiſa, vt probat Ariſtot. 3.*Ethic.cap.5.* Si quis tamen in primis actibus illam non præuidiſſet, non eſſet negandum,quòd ex hoc capite minueretur libertas,& ratio meriti,& demeriti in ipſis actibus.

Verùm hoc nulli, quantumuis ſtupido, concedit *ibid.* Ariſtoteles, cùm nullus ignoret,ex operationibus exiſtere habitus, & vnumquẽque ſibi eſſe in cauſa,vt agendo iniuſtè,atque intemperanter,euadat iniuſtus,atque intẽperans.Et idem eſſet,ſi habitus eſſet acquiſitus ex actibus imperfectè deliberatis: quia tunc etiã actus cõſequentes ex habitu eſſent imperfectè deliberati: & negari non poteſt, quin huiuſmodi habitus minueret liberum ex vtroque capite, id eſt,minuẽdo deliberationem ex parte intellectus, & augendo inclinationem ex parte voluntatis, vt communiter dicitur in conſuetudine iurandi ſine

iudicio, & ſine aduertentia ad neceſſitatem, aut vtilitatem; & videre eſt apud Suar. *lib.3.de iuram.cap.6.num.*4. Et hac ratione debet intelligi S.Thomas 1.2.*quæſt.6.art.*8. quando habitum punit ſimul cum paſſione inter cauſas ignorantiæ, & inconſiderationis actualis: quia enim habitus poteſt acquiri etiam ex actibus inconſideratis, rectè dicitur, quòd ſimilem inconſiderationem poſſit cauſare in aliis actibus; & abſolutè, quòd poſſit eſſe cauſa inconſiderationis.

17. *Concupiſcentia conſequēs, neque auget, neque minuit volūtarium, aut liberum; ſed ſolùm arguit magis volūtarium.*

Dicendum quartò: Concupiſcentia conſequens, neque auget, neque minuit voluntarium, aut liberum in actu, ad quem eſt conſeqnens; ſed ſolùm arguit, quòd ille ſit magis voluntarius. Ita S.Thomas 1.2.*quæſt.24. art.3. ad 1. & quæſt.77. art.6.* & omnes communiter apud Salas *diſp.3. ſect.3. cit. num.46.* Probatur: quia, cùm ſit effectus, & puſterior actu voluntatis, nihil illi addit, aut demit quoad entitatem, aut modum entitatis; & quia conſequitur, quaſi per modum redundantiæ, vt loquitur S.Thomas 1.2.*quæſt.24.cit.* quatenus, ſcilicet, cùm intensè mouetur in aliquid pars ſuperior, motum eius etiam ſequitur pars inferior, ſicut ſphæra ſequitur ſphæram, 3. *de anima, text.* 57. omninò arguit intenſionem actus, & magnitudinem voluntarij.

18. *Si concupiſcentia nō ſit ſimpliciter conſequens ad eundem actū, poteſt augere volūtarium.*

Dixi autem, neque augere, neque minuere voluntarium in actu, ad quem eſt conſequens: quia ex eodem S.Thoma *quæſt.24.cit.* noo ſemper eſt conſequens ad aliquem actum per modum redundantiæ; ſed aliquando etiam per modum electionis, quando, ſcilicet, aliqois ex iudicio rationis eligit affici aliqua paſſione, vt promptiùs operetur cooperante appetitu ſenſitiuo, quomodo *ex 3.Ethic.cap.*8. viri fortes, vt fortiter agant, excitant in ſe ipſis impetum iræ, & tunc paſſio reſpectu alterius actus, ad quem eligitur, non ſe habet, vt conſequens; ſed vt antecedens: & poteſt in illo augere voluntarium, ſicut & auget inclinationem, & propenſionem voluntatis, vt ſubdit S.Thomas *ibidem*, imò nec etiam minuit neceſſariò liberum, vt indicauimus *concluſione præced.*

Et idem poteſt contingere, ſi actus, ad quem concupiſcentia eſt conſequens, ex ipſa adiunctione concupiſcentiæ intendatur, vel diutiùs continuetur: ſimiliter enim concupiſcentia ad huiuſmodi intenſionem, & continuationem ſe habebit antecedenter; non autem conſequenter: & ſi ille actus ſit perfectè voluntarius, etiam intenſio, & continuatio erit in illo perfectè voluntaria, non obſtante concupiſcentia, vt notant aliqui apud Salas *loco citato, num.*48. quamuis ipſe oppoſitum ſentiat.

19. *Concupiſcentia concomitans neque auget, neque minuit voluntarium.*

Dicendum quintò: Concupiſcentia concomitans, ſi aliquando datur, neque auget, neque minuit voluntarium in actu, ad quem eſt concomitans. Ita Salas *ſect.3.cit.num.*46. Et patet: quia impertinenter, & merè accidentaliter ſe habet ad actum voluntatis.

Dixi autem, *ſi datur*: quia naturaliter vix videtur poſſe contingere, quòd variando diſpoſitionem ſubiecti, non variet indirectè iudicium de conuenientia, & bonitate obiecti; neque augeat inclioationem voluntatis; & per conſequens quòd ſe habeat merè concomitanter.

20. *Soluūtur rationes dubitandi.*

Ad primam ex difficultatibus initio poſitis, Reſpondeo cum S.Thoma 1.2.*quæſt.6.art.7.ad* 1. diſparitatem inter concupiſcentiam, & metum io hoc eſſe, quòd metus ſit de malo; & ideò, per ſe loquendo, ſemper ſit contra inclinationem voluntatis: & contrà concupiſcentia ſit de bono; & ideò, per ſe loquendo, ſemper ſit ſecundùm inclinationem. Neque eſt facienda vis in vocabulo tractionis, quod tribuitur etiam bouo: neque enim tribuitur propriè, ſed metaphoticè, & ſimilitudinariè, vt patet ex iis, quæ communiter dicuntur in Phyſicis circa mottionem, & tractionem finis ex Ariſtotele ipſo 1.*de gener. text.* 55. & eadem ratione per ſolam ſimilitudinem eſt explicandum, quod additur de viro temperante, & intemperante, quòd ille vi abſtrahatur, & hic vi trahatur, & rapiatur à cupiditatibus: & ſimilitudo ex ipſo Ariſtotele *ibidem* maximè eſt ad inanimata, quando mouentur cootra inclinationem, & impetum naturalem: ſimili enim ratione etiam temperans mouetur contra reſiſtentem cupiditatem, & intemperans contra reſiſtentem rationem: quanquam diſparitas ſit, quòd inanimata extrinſecùs habeant principium ſui motus; temperans verò, & intemperans illud habeant inſitum, & intrinſecum, vt ſubdit Ariſtoteles *ibid.*

Ad ſecundam Reſpondeo, impulſum paſſionis, per ſe loquendo, ſolùm minuere illud voluntarium, ex quo menſuratur peccatum, id eſt, voluntarium perfectum, & liberum: & de hoc tantùm loquitur S.Thomas 1.2.*quæſt.77.art.6.cit.* voluntarium autem imperfectum, id eſt, ſpontaneum, tunc ſolùm minuit, quando eſt contrarius ipſi impulſui, aut inclinationi naturali voluntatis, vt contingit in paſſione metus, & circa malum; non aotem quando eſt illi conformis, vt contingit in paſſione concupiſcentiæ, & circa bonum: in quo caſu, ſicut auget inclinationem, & impetum ex parte principij; ita & auget rationem voluntarij ex parte actus. Ratio autem diſparitatis, quare minuat voluntarium perfectum; non autem imperfectum, illa eſt: quia immutando directè diſpoſitionem operantis, indirectè immutat iudicium rationis, vt diximus: & dum facit magis apparere rationem iucundi, aut vtilis, facit minùs apparere rationem honeſti, ac turpis, atque ita impedit perfectionem deliberationis, ex qua pendet libertas, & perfectio voluntarij; & contrà per hæc ipſa auget ſpontaneum, & voluntarium imperfectum, cùm ad hoc non requiratur deliberatio, & cognitio oppoſitarum rationum; ſed ſit ſatis cognitio ſingulorum, in quibus eſt actus.

Neque valet, ſi dicas, impoſſibile eſſe, vt concupiſcentia minuat liberum, niſi etiam minuat ſpontaneum, ſiquidem hoc in illo includitur, ſicut ſuperius in inferiori: & etiam electio eſt quoddam ſpontaneum; & ſpontaneum latiùs patet, cùm ſit commune etiam pueris, & brutis *ex 3. Ethic. cap.2. initio*: vt enim notat Val. *diſp.2. quæſt.2. puncto* 1. §. *Rurſus voluntarium directè. & puncto* 5. §. *Tertium argumentum.* propriè loquendo, voluntarium ad perfectum, & imperfectum, id eſt, ad liberum, & non liberum, non comparatur tanquàm genus ad ſpecies, vel tanquàm ſuperius eſſentiale ad inferius; ſed tanquàm ſubiectum ad accidentia; & ſicut comparatur, v.g. homo ad muſicum, & immuſicum: ſicut enim accidit homini, quòd ſit muſicus, vel immuſicus, etiamſi omne muſicum, & omne immuſicum ſit homo, & homo latiùs pateat, quàm moſicum, vel immuſicum: ita etiam accidit voluntario, quòd ſit liberum, vel non liberum, etiamſi omne liberum, & omne non liberum ſit voluntarium: idque ſolùm ſibi voluit Ariſtoteles, quando dixit, ſpontaneum latiùs patere, quàm electionem, aut liberum. Sicut ergo non eſt abſurdum, quòd augeatur, aut minuatur homo muſicus, aut immuſicus, id eſt, ſecundùm rationem muſici, aut immuſici, abſque eo, quòd augeatur, aut minuatur ipſe homo: ita neque eſt abſurdum, quòd augeatur, aut minuatur ſpontaneum, aot voluntarium perfectum, ſecundùm rationem perfecti, & liberi, abſque eo, quòd augeatur, aut minuatur ſecundùm ſubſtratum, id eſt, ſecundùm ipſum ſpontaneum, aut voluntarium per ſe acceptum. 21. *Quomodo ſpontaneū ſit quid ſuperius, & latiùs pateat quàm liberū.*

Ad

Ad tertiam Reſpondeo, quando dicitur concupiſcentia non cauſare inuoluntatium, ſolùm eſſe ſermonem de concupiſcentia per ſe accepta, & ſeorſim à metu: ſi enim ponatur ex actu concupiſcentiæ cauſari metus, & hic immediatè eſſe cauſa operationis alioqui moleſtæ, non eſt negandum, quòd operatio ſit abſolutè inuoluntaria ratione metus, cùm ſit ſufficienter ab extrinſeco, & contra inclinationem, vt benè probatur in argumento.

Ad quartam Reſpondeo, ex dictis conſtare, quòd principium eorum, quæ fiunt ex concupiſcentia, non ſit extrinſecum, ſed inſitum, & intrinſecum ipſi operanti, vt de homine temperante, & intemperante loquitur Ariſtoteles *lib.2. Mor. Eudem.cap.9.* & vt idem habet 3.*Ethic.cap.*1. ridiculum eſt, ſi quis iucunda, & moleſta idcitcò dixerit eſſe violenta, & nos cogere; quia extrinſecùs ſunt, & potiùs in illa cauſam referat, quàm in ſe ipſum, qui huiuſmodi rebus tam facilè capitur, & actiones honeſtas ſibi adſcribat, & actiones turpes ipſis obiectis, ac rebus, cùm tamen obiecta eodem modo ſint extrinſeca ad vtraſque actiones.

22\. *Quomodo tẽperans, & intemperans nõ agant inuoluntariè, etiã ſi agant contra inclinationem cupiditatis, & rationis.*

Atque hoc ſatis putauit idem Ariſtoteles *cap.9. cit.ex lib.2.Mor.Eudem.* ad explicandum, quomodo temperans, & intemperans non agant inuoluntariè, etiamſi ille agat contra inclinationem, & impetum cupiditatis; & hic contra inclinationem, & impetum tationis: quia enim vterque impetus eſt intrinſecus, & in poteſtate ipſius operantis eſt alterutrum ſequi, prout maluerit, omninò dicendus eſt ſponte agere, & ab intrinſeco, ſiue hunc ſequatur, ſiue illum. Et quemadmodum motus progreſſiuus in animali non dicitur violentus ex hoc, quòd ſit contra inclinationem, & impetum ſingularum partium ad motum deorſum, ſolùm quia eſt ab intrinſeco, & ſecundùm inclinationem, quæ eſt princeps, id eſt, ſecundùm appetitum, vt patet ex Ariſtotele 8.*Phyſ.text.*27. & S.Thoma 1.2. *quæſt.6.art.5.ad* 3. ita & operatio temperantis non eſt violenta ex hoc, quòd ſit contra impetum cupiditatis, & appetitus ſenſitiui: quia ſimiliter eſt ab intrinſeco, & ſecundùm inclinationem voluntatis. Atque hæc ſolùm probant loca, quæ afferuntur ex S.Paulo, quòd, ſcilicet, in nobis ſit duplex inclinatio, & ſponte ſequamur alteram contra alteram; non autem probant, quòd ſequamur per vim, & ab extrinſeco,

23\. *In eo, qui agit per concupiſcentiam non manet voluntas, aut inclinatio ad oppoſitum.*

Et magis in particulari ad illud, quod dicitur, ea, quæ fiunt ex concupiſcentia, ſæpè eſſe contra aliam inclinationem elicitam, ſicut ea, quæ fiunt ex metu, addi poteſt ex S.Thoma 1.2. *quæſt.6.art.7.ad* 3. in eo, qui agit per concupiſcentiam, non manere priorem voluntatem, qua ante concupiſcentiam repudiabat actionem; ſicut manet in eo, qui agit per metum: ſed incitari ad illam colendam ſimpliciter: & ideò quod agitur per metum, aliquo modo eſſe inuoluntarium; quod verò agitur per concupiſcentiam, nullo modo: quia illud agitur contra præſens, & actuale propoſitum non agendi; hoc verò ſolùm agitur contra propoſitum iam præteritum.

Ad quod facit etiam illud, quod habet Vaſq. 1.2.*diſp.*28.*cap.*4.*num.*17. concupiſcentiam eo ipſo, quòd verſatur circa rem delectabilem, lenire, aut etiam omninò abſumere moleſtiam, & triſtitiam, quæ alioqui eſt in operatione, & eum, qui vt potiatur, v. g. perſona amata, incedit armatus, & noctes inſomnes ducit, reuerà id facere ſine moleſtia: quia hæc à voluptate abſumitur, idque Geneſis 29. videtur accidiſſe Iacob, qui ſeptem annis

ſeruiuit pro Rachele, & videbantur illi pauci dies præ amoris magnitudine, etiamſi æſtu vrgeretur, & gelu, & ſomnus fugeret ab oculis eius, vt ipſe ſubdit *cap.*31. Idque videtur etiam velle Ariſtoteles *lib.2. Mor. Eudem.cap.9.cit.* quando ait, virum intemperantem, dum præter rationem rapitur cupiditate, minùs affligi, quàm temperantem, dum ex ratione fertur contra cupiditatem: quia *ille ſuauibus intendit, & ideò dolore vacat:* cùm tamen hic intendat difficilibus; & amor virtutis, & honeſtatis non leniat difficultates, niſi ſit valdè intenſus, & perfectus.

Et eadem ratione multò minùs hoc, quod eſt lenire difficultates, poteſt accidere in metu, qui cùm ſit de malo, nihil habet, per quod leniat, aut abſumat: quamuis enim ſimul cum metu ſit etiam ſpes de malo vitando, & fuga magni mali ſit magnum bonum, & omninò ſufficiens ad lenienda mala minora, vt experientia conſtat; ea tamen ſpes ſæpiſſimè eſt parum certa: vt patet in ſpe ſalutis, dum merces proiiciuntur ex metu naufragij, quod ſæpè etiam poſt merces proiectas non vitatur; & ſi aliquando eſt certa, ad metum ſe habet ſolùm per accidens: & cùm neceſſariò metus tantò ſit minor, quantò maior eſt ſpes de malo vitando, potiùs operatio, quando fit ſine diſplicentia, erit ex ſpe, quàm ex metu.

Et quamuis etiam ille, qui trahitur concupiſcentia, ſentiat aliquando diſplicentiam, & triſtitiam ex conſcientia turpitudinis, quam videt annexam ſuæ operationi, vel ex incommodis, quæ debet pati; ea tamen leuis eſt, quando concupiſcentia eſt vehemens, & in ipſa operatione vltima, quæ propriè eſt expletio concupiſcentiæ, omninò deſinit, cùm hæc rationem abſorbeat, & nihil ſinat intelligere, vt de delectatione venereorum habet Ariſtoteles 7. *Ethic. cap.* 11. *versùs finem:* & omnem aciem mentis, & quaſi vigiliam cogitationis obruat, vt de eadem loquitur S. Auguſtinus *lib.2.de ciuit. cap.*16. quod idem experientia conſtat etiam de delectatione ex actu vindictæ, & aliis huiuſmodi: atque ita de hac ſaltem operatione vltima veriſſimum eſt, quòd ſimul cum concupiſcentia non maneat prior voluntas repudiandi actionem, ſicut manet ſimul cum metu, vt docet S.Thomas.

Ad quintam patet ex dictis *concl.3. & in reſponſione ad ſecundam:* quòd enim aſſerit S. Thomas 1.2.*quæſt.77.art.6.* paſſionem ideò minuere peccatum, quia minuit voluntarium; ſolùm intelligitur de voluntario perfecto: & quod habet *quæſt.6.art.7.* concupiſcentiam potiùs facere voluntarium, ſolùm intelligitur de ſpontaneo, & imperfecto. Et quamuis *ibidem in reſponſione ad* 3. etiam loquatur de voluntario perfecto, quando ait, quòd ſi concupiſcentia totaliter tollat cognitionem, vt contingit in illis, qui fiunt amentes, etiam tollit voluntarium, quod certè non poteſt intelligi, niſi de voluntario perfecto, & libero quod ſolùm tollitur per amentiam: non tamen hinc ſequitur, quòd in toto articulo ſimiliter loquatur de voluntario perfecto, vt vult Vaſq. *diſp.28. cit.cap.2. num.5.* ſed clarè loquitur de voluntario in vniuerſum, & abſolutè, vt notat Salas *diſp.3. ſect.3. num.*53. illúdque ait in hoc conſiſtere, vt voluntas in aliquid feratur & inclinetur: & hanc inclinationem ſubdit augeri per concupiſcentiam, vt *ſuprà* explicauimus.

DISPVT. XXV.

De variis diuiſionibus ignorantiæ, ex qua poteſt cauſari inuoluntarium.

1. *Ignorantia concomitans, conſequens, antecedens, quænam ſit.*
2. *Ignorantia, & neſcientia quo differant.*
3. *Quid aſſerat S. Thomas de hac triplici ignorãtia.*
4. *Qualis ſit hæc diuiſio ignorantiæ.*
5. *Ignorantia conſequens debet eſſe voluntaria.*
6. *Ignorantia vincibilis, aut inuincibilis; culpabilis, aut inculpabilis, quænam ſit.*
7. *Ad hoc vt ignorantia, vel aliquis effectus poſitiuus ſit culpabilis, non eſt ſatis, ſi quomodocunque ſequatur ex re illicita, & culpabili.*
8. *Qua regula poſſit dignoſci ignorantia culpabilis.*
9. *Ignorantia probabilis, & iuſta quænam ſit.*
10. *Ignorantia affectata, craſſa, & ſupina quænam ſit.*
11. *Vtrùm omnis ignorantia mortaliter culpabilis ſit dicenda eſſe craſſa, vel ſupina.*
12. *Ignorantia iuris, & ignorantia facti quænam ſit.*
13. *Ignorantia prauæ diſpoſitionis, & puræ negationis.*
14. *Ignorantia habitualis, & ignoratio, non cogitantia, non aduertentia actualis.*

VIOLENTIA, metus, & concupiſcentia, de quibus iam diximus, ideò cauſant, vel videntur cauſare inuoluntarium; quia tollunt, vel videntur tollere primum illud, quod ponitur in definitione voluntarij, id eſt, rationem principij intrinſeci: poſt illa verò agit S Thomas 1.2.*quaſt.6.art.*8. etiam de ignorantia: quia etiam hæc cauſat inuoluntarium ex eo, quòd tollat illud alterum, quod ſimiliter ponitur in eadem definitione, id eſt, rationem notitiæ circa ſingula, in quibus eſt actio. Debemus ergo etiam nos in præſentia paucis agere de ignorantia, vt plenè agamus de inuoluntario; ſicut & *ſuprà* egimus de notitia, & deliberatione, vt plenè ageremus de voluntario.

1. *Ignorantia concomitans, conſequens, antecedens, quænam ſit.*

Et quia non quælibet ignorantia tollit eam notitiam, quæ eſt neceſſaria ad voluntarium, rectè monet S.Thom.*art.*8.*cit.* eam tripliciter poſſe ſe habere ad actum voluntatis, id eſt, concomitanter, conſequenter, & antecedenter; ſi tamen loquamur de ignorantia, provt diſtinguitur à neſcientia, & non dicit puram negationem ſcientiæ, ſed priuationem, vt notat idem S.Thomas 1.2.*q.*76.*art.*2. & Sanchez *lib.*1.*in Decal.c.*16.*n.*1. Si enim ignoretur id, quod agitur;

2. *Ignorãtia, & neſcientia quo differant.*

ita tamen vt adhuc ageretur, ſi non ignoraretur; & ideò ignorantia non inducat ad illud agendum; ſed ſe habeat merè per accidens ad actionẽ, & merè accidat, quòd ſimul res agatur, & ignoretur, dicitur ignorantia ſe habere concomitanter: vt ſi quis occidat hoſtem, v.g. quem reuerà vellet occidere; ſed occidat ignorans, & ſolùm putans ſe occidere ceruum; ſi verò ignorantia habeatur dependenter à voluntate, & hæc, vel directè in illam feratur, ſicut cùm quis poſitiuè vult ignorare; vel feratur indirectè, ſicut cùm non curat ſcire id, quod eſt neceſſarium ex ſuppoſitione, quòd velit agere, dicitur ignorantia ſe habere conſequenter, vt ſi quis, dum proiicit ſagittam, de induſtria omittat cognoſcere, vtrùm quis tranſeat; & ignorans tranſire, occidat hominem; ſiue aliàs eum eſſet occiſurus, ſiue non: ſi denique ignorantia non ſit voluntaria, & ſit cauſa agendi, quod alioqui non ageretur, dicitur ſe habere antecedenter, vt ſi quis poſt adhibitam diligentiam, vtrùm aliquis tranſeat, emittat ſagittam, & ignorans tranſire, occidat hominem, quem alioqui non occidiſſet, vt inter cæteros benè explicat Suar. *de cenſ.diſp.*4.*ſect.* 18.*num.*5.

3. *Quid aſſerat S. Thomas de hac triplici ignorantia.*

Hoc autem poſito, negat S. Thomas *art.*8.*cit.* de ignorantia concomitãte, quòd faciat inuoluntarium; & affirmat, quòd faciat non voluntarium: de conſequente negat, quòd faciat ſimpliciter inuoluntarium, & affirmat, quòd faciat ſecundùm quid inuoluntarium: & denique de antecedente ſolùm affirmat, quòd faciat voluntarium ſimpliciter.

4. *Qualis ſit hæc diuiſio ignorantiæ.*

Sed, antequàm explicemus huiuſmodi concluſiones, ſupponẽdum eſt, hanc trimembrem diuiſionem ignorantiæ, quam ponit S.Thomas in ignorantiam concomitantem, conſequentem, & antecedentem, non eſſe diuiſionem generis in ſpecies, ſed ſubiecti in accidentia, vt notat Val. 1.2.*diſp.*2.*q.*1.*puncto* 6.§. *Porro illud.* & deſumitur ex variis modis ſe habendi ad actum voluntatis, vel per modum cauſæ, vel per modum cauſati; ac proinde rectè poteſt explicari per duas diuiſiones bimembres, vt ex eodem Val. *ibidem* notat Salas 1.2.*diſp.*4.*ſect.*1.*n.*3. ſi dicamus, omnem ignorantiam, vel eſſe cauſam actus voluntatis, & eius, quod ignoranter fit à voluntate; vel non eſſe cauſam: & rurſus, ſi non ſit cauſa, vel eſſe effectum voluntatis, vel non eſſe effectum: ſi enim ſit cauſa, eſt ignorantia antecedens; ſi verò ſit effectus, eſt ignorantia conſequens; & ſi neque ſit cauſa, neque effectus, eſt ignorantia concomitans.

Et quamuis poſſit accidere, vt ignorantia, quæ eſt conſequens reſpectu vnius actus, ſit antecedens reſpectu alterius, vt in exemplo poſito de eo, qui ex induſtria omittit cognoſcere, vtrùm aliquis tranſeat, & poſteà ex tali ignorantia occidit hominem; quia tamen id eſt per accidens, neque facit per ſe ad rationem ignorantiæ conſequentis, & hæc per ſe, & formaliter ſolùm dicit habitudinem effectus ad aliquam voluntatem; ſiue prætereà ad aliquam aliam dicat habitudinem cauſæ, ſiue non, rectè aſſignatur tanquàm diſtincta ab ignorantia antecedente, quæ ſimiliter ſolùm dicit habitudinem cauſæ ad aliquam voluntatem; ſiue prætereà ad aliquam aliam dicat habitudinem effectus, ſiue non.

5. *Ignorantia cõſequens debet eſſe volũtaria.*

Verùm hæc ipſa habitudo effectus in ignorantia conſequente, non debet eſſe quæcunque; ſed tanquàm affectus voluntatij, & qui proueniat ex cognitione: ſi quis enim ex voluntaria omiſſione Sacri, v.g. contrahat ignorantiam obligationis ieiunij, quæ fortè tempore Sacri declaratur à Parocho, cùm tamen ipſe id non præuiderit, quemadmodum talis ignorantia ieiunij non eſt illi voluntaria; ita nec propriè eſt ignorantia conſequens, provt de illa hîc loquimur, vt patet ex S.Thoma *art.*8.*cit.* vbi in tantum ait, ignorantiam ſe habere conſequenter ad voluntatem, in quantum ipſa eſt voluntaria, vel directè, vel indirectè, atque ita ad ignorantiam conſequentem requirit, vt ſit voluntaria.

6. *Ignorantia vincibilis, aut inuincibilis; culpabilis, aut inculpabilis, quænam ſit.*

Atque ad hanc triplicem ignorantiam reducuntur ferè omnes aliæ diuiſiones, quæ à Doctoribus aſſignantur, vt, v. g. quòd ignorantia ſit vincibilis, aut inuincibilis; culpabilis, aut inculpabilis; affectata, craſſa, & ſupina, vel non affectata, non craſſa, non ſupina; quòd ſit iuris, vel facti; quòd ſit prauæ diſpoſitionis, vel puræ negationis. Nam ignorantia conſequens, & voluntaria tunc eſt vincibilis, quando poteſt vinci, & expelli per ſtudium in acquiſitione oppoſitæ notitiæ; & ignorantia antecedens tunc eſt inuincibilis, quando ſimpliciter nulla diligentia, vel ſtudium poteſt ſufficere ad eam vincendam; vel hîc, & nunc non venit in mentem de adhibenda diligentia, vt illa vincatur. Et ſi ignorantia vincibilis ſit de obiecto, quod obligatione morali tenemur ſcire, eſt etiam ignorantia culpabilis:

culpabilis : & ſi ſit de obiecto , quod non tenemur ſcire,eſt inculpabilis, vt patet ex S.Thoma 1.a.*quæſt.* *76.art.*2. & quemadmodum ad ignorantiam conſequentem non eſt ſatis , ſi conſequatur quomodocunque ad actum voluntarium;ſed debet etiam ipſa conſequi , vt voluntaria , vt diximus ; ita ad ignorantiam culpabilem non eſt ſatis,ſi cõſequatur quomodocunque ex actu culpabili ; ſed debet conſequi, vt culpabilis , vt notat Salas 1.2.*diſp.4.ſect.* 1. *cit.n.* 5. Sanchez *lib.*1.*in Decal.cap.*16.*num.*31. Axor *lib.*1. *cap.*13.*quæſt* 2. *in fine*. Sayr.*lib.*2.*clau.reg.cap* 9.*num.* 35. Almainus *tractatu* 1. *Mor. cap.* 4. & alij: hoc enim modo ignorantia rerum diuinarum , quæ in nobis cõſequitur ex peccato originali, & aliquando etiam ex actuali , vt quando quis propter peccata non illuminatur ſpecialiter à Deo;non eſt culpabilis, etiamſi conſequatur ex actu culpabili : quia ipſa per ſe non conſequitur vt voluntaria : & contrà , ſi ignorantia rerum fidei,v.g. quarum notitia eſt per ſe neceſſaria , poteſt eſſe voluntaria indirectè , ſine omni actu , ad quem ſequeretur , tanquam ad cauſam , vel occaſionem,de quo nunc non diſputo ; adhuc eſſet per ſe culpabilis, etiamſi non ſequeretur ex actu culpabili.

Neque ſolùm id eſt vetum , quando ignorantia non conſequitur voluntariè ex actu culpabili propter aliquam aliam obligationem , vt , verbi gratia , quando ignorantia ieiunij ſequitur ex omiſſione Sacri , quæ eſt culpabilis ex præcepto Sacri , & non ex formali obligatione ieiunij ; ſed etiamſi conſequatur ex actu culpabili propter ipſam formalem obligationem non ignorandi , vel habendi oppoſitam notitiam , vt ſubdit Sanchez *ibidem*, ex Vaſq. 1.2 *diſp.*120. *cap* 4.*num.*12. Si enim ruſticus , v.g. omittat intereſſe Catechiſmo,ad quem tenetur ex ipſa obligatione fidei;& ideò ignoret res fidei, neque præuideat in illa abſentia hanc ignorantiam , ſicut hæc non conſequitur vt voluntaria , ita neque conſequitur, vt culpabilis.

Atque hac ſolùm ratione eſt intelligendum id, quod habet S.Thomas *quæſt.*3. *de malo, art.*8. & ex illo Conradus 1.2. *quæſt.*6.*art.*8. quòd in moralibus omne illud reputetur voluntarium , quod cauſatur ex voluntario : neque enim eſt ſatis,ſi cauſetur quomodocunque ; ſed debet cauſari cauſatione propria voluntarij , id eſt, ex cognitione. Atque hinc vlte-

7. *Ad hoc, vt ignorantia, vel aliquis effectus poſitiuus ſit culpabilis , non eſt ſatis , ſi quomodocunque ſequatur ex re illicita & culpabili.*

riùs colligit idem Sanchez *lib.*1.*in Decal.cap.*16.*cit.* *num.*38. non eſſe admittendam eam regulam, quam tradit Caſtr. *lib.* 2. *de lege pœn. cap.* 14. *poſt ſecundam propoſitionem.* Couarr. *in cap. alma mater. p.*1. §.10.*num.*16. Gabr. *in* 4.*d.*15.*quæſt.*14.*art.*3. *dub.* 2. & aliqui alij , quòd quando aliquis dat operam rei illicitæ, nunquam poteſt excuſari à malitia effectus, qui fortè conſequitur ; neque ignorantia, qua fortè laborat , poteſt eſſe inuincibilis , & inculpabilis. Contrà enim eſt : quia , qui dat operam rei illicitæ, ſi nullo modo aduertat , quòd ex illa debeat conſequi talis effectus , vel ignorantia , impoſſibile eſt, quòd hæc ſint illi voluntaria , aut culpabilia. Vnde S. Thomas 1.2.*quæſt.*73.*art.*8. expreſsè ait , quòd ſi nocumentum ſequatur per accidens ad actum peccati , & non ſit in illo præuiſum , aut intentum , non aggrauat peccatum ; ſed ſolùm propter negligentiam conſiderandi huiuſmodi nocumenta, quæ poſſent conſequi , imputantur homini ad pœnam ea mala , quæ eueniunt præter eius intentionem , ſi dabat operam rei illicitæ. Et *quæſt.*26. *art.* 3. *in corp.* de eo , qui percutit , & occidit patrem, ſolùm aduertens , quòd ſit homo , non autem quòd ſit pater;ait, quòd excuſetur à patricidio : & tamen certum eſt , quòd daret operam rei illicitæ.

Et plura alia contta hanc regulam videri poſſunt apud Vaſquez 1.2 *diſput.* 101. *cap.*2.*num.*4. & apud Valentiam 1.2.*diſp.*6.*quæſt.*3. *puncto* 3. & ſpecialiter pro irregularitate ex homicidio , quod conſequitur ex actu illicito , apud Suar. *de cenſ.diſput.*45. *ſect.*6. Et quomodo pro hac regula ſic accepta vniuerſaliter , & indiſtinctè non faciat S.Thomas 2.2. *quæſt.*64.*art.*8. vbi agit de homicidio, quod accidit caſualiter, commodiùs explicabimus *infrà lib.*2.*diſp.* 32. *num.* 7. quando agemus de grauitate peccati ex eircunſtantia nocumenti per ſe , vel per accidens conſequentis ex actu illius.

8. *Qua regula poſſit dignoſci ignorantia culpabilis.*

Sed pro dignoſcenda ignorantia culpabili longè melior eſt hæc alia regula , quam tradit Salas 1.2.*diſp.*4.*ſect.*1 *num.*5.*cit.* vt aduertamus, vtrùm ſit voluntaria,vel in ſe,vel in alio,& vtrùm ſit de obiecto, quod obligatione morali tenemur ſcire ; vel abſolutè propter ſe ipſum , vt contingit in myſteriis fidei , quorum neceſſitas ſolùm eſt , vt credantur,& & propter ſeipſa , vel ſaltem ex hypotheſi , & in ordine ad aliquam actionem , quæ eſt facienda , vt contingit in eo , qui vult iacere ſagittam ; & ideò tenetur ſcire , vtrùm aliquis tranſeat ; de quo tamen abſolutè, & per ſe nullam habet obligationem.

9. *Ignorantia probabilis & iuſta , quand ſit.*

Atque hanc ignorantiam inuincibilem,& inculpabilem appellant communiter Canoniſtæ ignorantiam probabilem, & iuſtam ; quia leges, & iura eam probant : ſicut è contrà ignorantiam culpabilem, & vincibilem appellant iniuſtam , & improbabilem; quia leges illam improbant,vt notat Azor *tom.*1.*lib.* 1.*c.*12.*quæſt.*1.

10. *Ignorantia affectata craſſa , & ſupina , quanam ſit.*

Similiter , ſi ignorantia conſequens ſit voluntaria directè,& cauſetur per actum voluntatis, qui per ſe in illam feratur , dicitur ignorantia affectata , vt notat Salas *ſect.*1.*cit.num.*6. Sayr. *lib.*1.*theſ. c.*8. *n.*4. Sanchez *lib.*1.*in Decal. cap.*16.*num.*6. Nau.*in Man.* *cap.*23.*num.*45. & alij communiter , ab ipſo , ſcilicet , actu , & affectu voluntatis : vt , quando quis de induſtria vult ignorare , quomodo impij apud Iob *cap.*1. dicunt Deo : *Scientiam viarum tuarum nolumus.* Et *Pſal.*35. de impio dicitur : *Noluit intelligere , vt benè ageret.* Si verò ſit voluntaria indirectè , dicitur ignorantia craſſa : quia oritur ex magna deſidia , & negligentia ; qualem communiter habent, qui ſunt craſſi & pingues : & eandem ob cauſam appellatur etiam ſupina ; quia ſimiliter huiuſmodi deſidia, & negligenta cadit in ſupinum hominem , vt dicitur *l. etſi conſenſum. ff. de contract. empt.*

Et quamuis Suar. *de cenſ.diſp.*4. *ſect.* 10. *num.* 10. ex Cotdub. *lib.*a.*quæſt.*t. in hoc diſtinguat ignorantiam craſſam à ſupina , quòd illa proueniat ex pura negligentia, & deſidia ; hæc verò ex nimia ſollicitudine , & applicatione ad alia negotia , quæ impediunt debitam curam addiſcendi ea, quæ quis tenetur ſcire ; hoc tamen diſcrimen , neque ex iure, neque ex ratione videtur ſatis probare ; neque apparet , quare ille , qui in aliis negotiis eſt diligentiſſimus; & ideò contrahit ignorantiam eorum , quæ debet ſcire,poſſit dici ſupinus , eámque appellationem , & denominationem tribuere etiam ſuæ ignorantiæ. Et cùm S.Thomas 1.2. *quæſt.* 76. *art.*3. tam illam ignorantiam , quæ prouenit ex negligentia, & fuga laborum , quàm illam, quæ prouenit ex aliis occupationibus,appellet voluntariam indirectè, neque vllum aliud diſcrimen inter ipſas aſſignet , meliùs videtur , ſi vtraque accipiatur pro eadem ; & ſolùm dicatur diſtingui ab affectata : quia illa eſt voluntaria directè , & ſtudiosè volita , & cauſata; hæc verò indirectè , & ſolùm eſt volita , & cauſata per ipſam fugam laboris , aut per applicationem ad

alias res, quæ ſunt volitæ, & cauſatæ per ſe; & ideò appelletur craſſa, & ſupina; quia vel nulla, vel ferè nulla diligentia fuit adhibita, vt haberetur notitia oppoſita.

Vtrùm autem hæ tres ignorantiæ, id eſt, ignorantia affectata, craſſa & ſupina, adæquatè diuidant ignorantiam vincibilem, & culpabilem, videri poteſt apud Sanchez *lib.1.in Decal.cap.16.num.5.* & *7.* Primò enim certum eſt, quòd etiam ſtante grauitate alicuius præcepti, & obligationis ad habendam oppoſitam ſcientiam de aliqua re, poteſt ignorantia eſſe vincibilis, & culpabilis ſolùm venialiter; ſi, ſcilicet, negligentia, ex qua prouenit, ſit theologicè ſolùm leuis, & non ſufficiens ad peccatum mortale, vt idem habet *num.5.*

11. *Vtrùm omnis ignorantia mortaliter culpabilis, ſit dicenda eſſe craſſa, aut ſupina.*

Deinde probabile eſt, quòd poſſit aliqua ignorantia eſſe vincibilis, & culpabilis mortaliter, etiamſi, propriè loquendo, neque ſit affectata, neque craſſa, aut ſupina: cùm enim ignorantia affectata tunc ſit, quando in ſe, & directè eſt voluntaria; & tunc ſit craſſa, aut ſupina, quando eſt voluntaria indirectè, ſed pro habenda oppoſita ſcientia, vel planè nulla, vel fe■rè nulla diligentia eſt adhibita, ac proinde tunc ſit, quando prouenit ex lata culpa, & ex ſumma negligentia, vt fusè probat idem Sanchez *lib.9. de matr. diſp.12.num.32.* & *33.* ſi quis pro habenda oppoſita ſcientia non adhibeat diligentiam planè nullam, vel ferè nullam, neque ſit ſummè negligens, non habebit, propriè loquendo, ignorantiam craſſam, aut ſupinam; & tamen poterit illam habere vincibilem & culpabilem mortaliter, ſi multam diligentiam adhibeat; ſed non tantam, quanta moraliter eſt neceſſaria pro rei, & negotij qualitate, vt etiam notat Val.1.2. *diſput.6. quæſt.6. puncto* 1.§. *de ignorancia.* & Henriq. *lib.3. de excommunic.cap.23. num.2.* Salas 1.2. *quæſt.6. art.8. tract.3. diſp.4.ſect.1. num.6. in fine*, & alij apud Sanchez *lib.1. in Decal.cap. 16. cit.num.7.*

Et talis videtur eſſe illa negligentia, quæ poteſt facere confeſſionem informem: ſiquidem multi ex Doctoribus, qui illam admittunt, expreſsè reiiciunt ignorantiam craſſam, aut ſupinam, vt Canus *in relect. de pœnitentia. par.5.* Sot. *in 4.d. 18. q. 3.art.3.§. ſed eſt hic tamen.* Henriq. *l. de pœnitentia, cap. 11.n.1.* & alij apud Sanchez *ibidem.* Et ſimiliter talis eſt illa ignorantia, quæ ſecundùm aliquos excuſat à cenſuris Ordinariorum; non autem Papæ, aut iuris communis, vt idem refert, & dicemus in materia de cenſuris.

Dixi autem eſſe probabile, quòd poſſit dari ignorantia culpabilis, quæ tamen propriè non ſit affectata, neque craſſa, & ſupina: quia oppoſitum docet Suar. *de cenſ. diſput.4.ſect.10.num.10.* & alij apud Sanchez *loco cit.* qui abſolutè docent, omnem ignorantiam mortaliter culpabilem eſſe craſſam, aut ſupinam, & in rigore loquendo, potiùs videtur quæſtio de nomine, quàm de re, vt, ſcilicet, conſtet, quòd propriè debeat intelligi per ignorantiam craſſam, vt etiam dicemus in materia *de contractibus, & de cenſuris.*

12. *Ignorantia iuris, & ignorãtia facti, quanam ſit.*

Prætereà, ſiue ignorantia ſit antecedens, ſiue conſequens, ſiue vincibilis, ſiue inuincibilis, & ſiue culpabilis, ſiue inculpabilis, ſi comparetur ad res ipſas, quæ ignorantur; alia dicitur ignorantia iuris, & alia ignorantia facti: & illius etiam meminit Ariſtoteles *3.Ethic.cap.6.* & de vtraque habetur titulus in iure communi, qui inſcribitur, *De iuris, & facti ignorantia.* ſi quis enim ignoret, v.g. quòd conſortium cum homine excommunicato eſt illicitum, dicitur ignorantia iuris; ſi verò ſciat illud eſſe licitum, ſed neſciat, quòd Titius, verbi gratia, ſit excommunicatus, dicitur ignorantia facti.

13. *Ignorantia prauæ diſpoſitionis, & puræ negationis.*

Denique, ſiue ignorantia ſit iuris, ſiue facti, tunc dicitur eſſe prauæ diſpoſitionis, quando quis non ſolùm caret notitia, & ſcientia; ſed etiam per contrarium actum erroris eſt prauè diſpoſitus ad illam habendam: & tunc dicitur puræ negationis, quando quis ſolùm caret notitia, & ſcientia; non autem eſt prauè diſpoſitus per actum erroris, vt colligitur ex Ariſtotele *1. Poſterior.text.28.*

Et de his, & aliis diuiſionibus ignorantiæ plura poſſunt videri apud Scholaſticos *in 2. d. 22.* S.Th. & Thomiſtas 1.2.*quæſt.6.art.8.* & *quæſt.76.* Alphonſum à Caſtro *lib.2. de lege pœn.cap.14.* Suar. *de cenſ. diſp.4.ſect.8. num.3.* Val. 1.2. *diſp.2. quæſt. 1. puncto 6.* Vaſq. *ibidem, diſp.117.cap.1.* Salas 1.2. *part.2.d.4.ſect.1.* Azor *tom.1. lib.1.cap 12.* Sanchez *lib. 1. in Decal.cap.16.* & alios.

14. *Ignorantia habitualis, & ignorantia non cogitantia, non aduertentia actualis.*

Et quod hoc loco dicimus de ignorantia in ordine ad faciendum inuoluntarium, aut non voluntarium, non ſolùm debet intelligi de ignorantia habituali; ſed etiam de ignoratione actuali, quæ dicitur non cogitantia, vel non aduertentia, vt notat Suar. *ſect.8.cit.num.11.* Azor *quæſt. 3.* Sanchez *num. 8.* licèt enim aliquis habitualiter ſciat, quando inſtet, v.g. præceptum ieiunij: ſi tamen hodie de facto, & actualiter non aduertat illud inſtare, & ex tali inaduertentia non ieiunet, omiſſio ieiunij non eſt illi voluntaria; & ideò neque peccatum. Et de huiuſmodi inaduertentia, vel obliuione actuali rectè monet idem Sanchez *lib.1.cit. cap. 16. num.* 40. quòd faciliùs, & frequentiùs ſolet contingere & excuſare à culpa, quàm ignorantia habitualis: quia non facilè poſſumus eam præuenire, neque tenemur eam impedire per media extraordinaria; cùm tamen ſcientia habitualis facilè poſſit acquiri ſemel, & ſemel acquiſita ſit ſatis pro tota vita.

DISPVT. XXVI.

Quomodo ex ignorantia concomitante, conſequente, & antecedente cauſetur inuoluntarium.

1. *Ignorantia concomitans non facit inuoluntarium poſitiuè, ſed ſolùm negatiuè non voluntarium.*
2. *Vtrùm ignorantia concomitans excuſet à peccato.*
3. *Ignorantia concomitans quomodo excuſet ab irregularitate, v.g. homicidij, ſi hoc contingat ex illa ignorantia.*
4. *Ignorantia conſequens non facit inuoluntarium eum actum, ad quem eſt conſequens; & cum, ad quem eſt antecedens, ſolùm facit inuoluntarium ſecundùm quid.*
5. *Non omne peccatum eſt inuoluntarium conditionaliter, & ſecundùm quid, ratione ignorantiæ conſequentis.*
6. *In omni actu peccati eſt aliqua ignorantia, aut peruerſitas, & euerſio mentis.*
7. *Actus virtutum non ſunt inuoluntarij conditionaliter, & ſecundùm quid, ratione inconſiderationis ad rationes oppoſitas, per quas fortè impedirentur.*
8. *Qui dat eleemoſynam ex ignorantia conſequente, quòd hic non ſit verè pauper, non transfert in illum dominium.*
9. *Ignorantia antecedens facit ſimpliciter inuoluntarium.*
10. *Etiam actus internus voluntatis poteſt eſſe ſimpliciter inuoluntarius ex ignorantia antecedente.*

11. *An,*

11. *An, & quomodo inuoluntarium ex ignorantia antecedente poſſit dici inuoluntarium mixtum.*
12. *Inuoluntarium ex ignorantia antecedente, quare non ſenſus afferat dolorem, & diſplicentiam.*
13. *Sola obligatio, aut debitum aduertendi, vel ſciendi non eſt ſatis ad culpam, niſi præterea menti occurrat aliqua cogitatio de tali obligatione.*
14. *Quomodo ſcire, & debere ſcire dicantur eſſe paria.*
15. *Etiam ignorantia earum rerum, quæ pertinent ad proprium ſtatum, aut officium cuiuſque, poteſt excuſare.*

HIs poſitis circa diuiſiones ignorantiæ, facilè conſtant concluſiones S. Thomæ 1.2. *quæſt.6. art 8. ſuperius* indicatæ, & quomodo ex ignorantia cauſetur inuoluntarium & breuiter:

1. *Ignorantia concomitans non facit inuoluntarium poſitiuè; ſed ſolùm negatiuè, non voluntarium.*

Dicendum eſt primò: Ignorantia concomitans non facit inuoluntarium, vel inuitum poſitiuè, ſeu contrariè; ſed ſolùm negatiuè, non voluntarium, & non ſpontaneum. Ita S. Thomas 1.2. *quæſt.6. art.8.* & omnes communiter. Prima pars de inuoluntario, & inuito poſitiuè, & contrariè probatur: quia, qui ignorans occidit, v. g. inimicum, id eſt, putans occidere feram, & quem adhuc occidiſſet, ſi non fuiſſet ignorans, non occidit contra inclinationem voluntatis, neque occiſio affert illi dolorem, & pœnitentiam. quando poſteà tollitur ignorantia; quod tamen ad inuitum, & inuoluntarium poſitiuè, requirit Ariſtoteles 3. *Ethic cap.*1.

Secunda pars de inuoluntario negatiuè, id eſt, ſolùm non voluntario, probatur: quia reuerà, quod non eſt cognitum, non poteſt eſſe actu volitum; & per conſequens neque voluntarium, ſi comparetur ad voluntatem mediante actu, & ſicut effectus; non autem immediatè, & ſicut obiectum.

Et dum dicitur ignorantia comitans cauſare, vel facere non voluntarium, non eſt intelligenda aliqua poſitiua cauſatio, vel factio; ſed ſatis eſt cauſatio negatiua, id eſt, quòd actus non ſit voluntarius ſecundùm rationem ignoratam, vt notat Salas 1.2. *diſp.4. ſect.2. num.*22. Vtrùm autem ignorantia comitans minuat voluntarium, etiam ſecundùm rationes cognitas: quatenus, ſcilicet, facit, vt voluntas minori impetu in actum feratur, quàm alioqui ferretur, ſi eſſet illi propoſita etiam ratio ignorata, neque affirmat, neque negat S. Thomas *art.8. cit.* ſed, ſi affirmetur, nihil abſurdi continet: & de facto affirmat Vaſq. 1.2. *diſp.29. cap.2. num.*8.

2. *Vtrùm ignorantia concomitans excuſet à peccato.*

Sed contra concluſionem obiicies primò: quia, ſi ignorantia comitans faceret non voluntarium, omninò excuſaret à peccato: quod tamen negat S. Thomas 1.2. *quæſt. 76. art.* 3. quando ait, eam neque excuſare, neque accuſare: & *art.* 4. neque minuere peccatum, neque augere.

Secundò, quia nihil impedit, quominùs ignorantia, quæ reſpectu occiſionis, v.g. eſt concomitans, abſolutè ſit voluntaria, & culpabilis; & ideò reſpectu alicuius alterius actus ſit conſequens, vt ſi is, qui emittit ſagittam, culpabiliter omiſit diligentiam: tunc autem impoſſibile eſt, vt faciat non voluntarium, cùm reuerà etiam occiſio ſit culpabilis.

Ad primum Reſpondeo: quanuis Dur. *in* 2. *d.* 22. *quæſt.*4. *num.*5 Gabr. *quæſt.*2. *art.*1. *not.*3. Marſ. *quæſt.*15. *art.*2. Adrianus *quodl* 4. & aliqui alij apud Sanchez *lib.9. de matr. diſp.* 32. *num.*26. *& lib.* 1. *in Decal. cap.* 16. *num.*13 & apud Sayrum *lib.* 5. *clau. reg. cap.*4. *num.* 17. & apud Med. 1.2. *quæſt.6. art.* 8. abſolutè negent, ignorantiam concomitantem excuſare à peccato: quia ſolùm ſe tenet ex parte operantis, & ſe habet merè per accidens ad ipſum opus; & ideò illud relinquit in eadem bonitate, & malitia, quam ex ſe habet; ſicut relinquit etiam albedo, & muſica; & aliud quodcunque accidens eiuſdem operantis: longè tamen eſt probabilius, quòd excuſet ſecundùm circunſtantiam ignoratam, vt docet Almain. *tract.*1. *Mor. cap.*4. Cord *lib.2. de ignor. q.*19. Vaſq. 1.2. *diſput.*125. *cap* 2. Val. t.2. *diſp.6. punct.*3. Azor *lib.1. cap.14. quæſt.*4. Suar. *de cenſ. diſput.4 ſect. 8. num.*8. Sanchez *loco cit. & lib.*1. *in Decal. cap.* 16. *num.*13. Salas t.2. *diſp.4. ſect.2. num.*16. *&* 17. Med. 1.2. *quæſt.6. a.*8.

Nam, quanuis non faciat poſitiuè inuoluntarium, facit tamen non voluntarium: & hoc eſt ſatis ad tollendum peccatum, de cuius ratione eſt, vt ſit poſitiuè voluntarium, id eſt, cauſatum à voluntate deliberata, & tanquàm actio humana: & falſum eſt, quòd ſolùm ſe teneat ex parte operantis, ſicut albedo, & muſica; & nullo modo ex parte operis: ſiquidem, dum occultat ex parte obiecti circunſtantiam, ex qua habetur malitia, etiam impedit ipſam malitiam. Et quoad hoc in caſu poſito de eo, qui occidit hominem, putans ſe occidere feram, eodem modo ſe habet circunſtantia homicidij ignorata; ſiue ille, qui occiditur, ſit amicus, & alioqui non occidendus; ſiue ſit inimicus, & occidendus; cùm ratio culpæ non pendeat ex re merè extrinſeca, & ſolùm futura, vel non futura ſub conditione. Quia tamen poteſt accidere, vt qui habet huiuſmodi ignorantiam concomitantem, actu retineat malum affectum occidendi inimicum, & ex illo emittat ſagittam, non obſtante ignorantia; ideò ex accidente fieri poteſt, vt aliquando non excuſet: vt, v. g. ſi credat ibi non eſſe inimicum; putet tamen, ſe poſſe decipi in illa exiſtimatione, eúmque poſſe ibi latere, quanuis ipſe ignoret, & ex tali dubitatione explodat bombardam cum animo occidendi, ſi ibi eſt. Idque ſolùm dicendus eſt voluiſſe S. Th. 1.2. *quæſt.76. art.3. &* 4. *cit.* quando dixit, ignorantiam concomitantem, & quæ non eſt cauſa actus, non excuſare à peccato: quia non facit inuoluntarium, ſed ſolùm non voluntarium: id enim non ſignificat, quòd actus non voluntarius poſſit eſſe peccatum; ſed ſolùm quòd huiuſmodi ignorantia non excuſet ab illa malitia praui affectus, qui poteſt ſimul haberi: & ideò quòd operatio tali modo facta cum ignorantia, non poſſit dici poſitiuè inuoluntaria, & contraria voluntati: ſed ſolùm negatiuè, quantùm eſt ex vi talis ignorantiæ, vt explicat Vaſq. 1.2. *diſp.*125. *cit. cap.3. num.*8. & Sanchez *lib. 1. in Decal. cap.*16. *num.* 13. *cit.* Qui etiam *num.* 28. minùs approbat doctrinam Caietani 1.2. *quæſt.6. art.* 8. *ad finem, & in Summa, verb. conſideratio, verſ. Aduerte tamen.* quem ſequitur etiam Armilla eod. *num.*1. quòd ignorantia tunc excuſet, quando habetur propoſitum de oppoſito; & qui celebrat, v. g. contractum vſurarium ex ignorantia, inaduertentia, aut obliuione, tunc ſolùm non peccet, quando eſt ita affectus, vt ſi ſciuiſſet, non celebraſſet. Contrà enim ait eſſe: quia tale propoſitum non requiritur, & quandiu non incidit cogitatio de vincenda ignorantia, ſemper illa eſt inuincibilis, & inculpabilis, cùm impoſſibile ſit deliberare de ea vincenda, vel aliquid diligentiæ adhibere ad eam vincendam, vt dicemus *infrà*.

Verum tamen eſt, quòd tale propoſitum multùm poteſt iuuare ad ferendum iudicium, quòd ignorantia fuerit inuincibilis, quando eſt dubium, vtrùm inciderit cogitatio de illa vincenda, vel non:

in

in homioe enim timorato, & qui babebat propoſitum nihil faciendi illicitum, & contra Deum, recte poteſt iudicari, quòd non inciderit, & ignorantia, vel inaduertentia fuetit inuincibilis, & inculpabilis, vt etiam notat Val. 1. 2. *diſput.* 2. *quæſt.* 1. *puncto* 6. §. *Porrò ignorantia.* & patet ex dictis *ſupra* de voluntario perfecto, *diſputatione* 8. *num.* 6. *&* 10.

3. *Ignorantia concomitans quomodo excuſet ab irregularitate, v.g. homicidij, ſi hoc contingat ex illa ignorantia.*

Qua verò ratione ignorantia comitans excuſat in exemplo iam poſito ab homicidio, eadem etiam excuſat ab irregularitate, vt notat Salas 1. 2. *diſp.* 4. *ſect. cit. num.* 18. Vaſq. 1. 2. *diſput.* 126. *num* 9. *&* 10. Henriq. *lib.* 11. *de matr. cap.* 10. *in com. littera A.* Sanch. *l.* 9. *de matr. diſputat.* 32. *num.* 16. & alij apud ipſum, etiam non obſtante actuali affectu de occidendo, qui fortè poteſt ſimul haberi: hic enim affectus ſolùm facit, vt homicidium, quod ſequitur, ſit volitum, & vt comparetur ad voluntatem tanquàm obiectum ad potentiam; non autem, vt ſit voluntarium, & comparetur tanquàm effectus ad cauſam; & irregularitas ſolùm eſt annexa homicidio voluntario, non autem volito, vt patet, ſi quis cupiat, v. g. Petrum occidi à Paulo: neque tamen vllo modo concurrat, vt occidatur. Secùs verò eſſet ex eodem Salas *ibid.* ſi homicidium ex illo affectu, non ſolùm haberet, vt eſſet volitum; ſed etiam vt eſſet voluntatium, vt ſi exploderetur, v. g. bombarda non ex affectu venandi, & occidendi feram; ſed occideodi inimicum, ſi ibi eſt: tunc enim realis oceiſio, neque etiam negatiuè eſſet inuoluntaria, ſiquidem regularetur ex alia notiria, quòd fortè ibi eſſet inimicus; & cauſaretur à voluntate conditionata occidendi, ſi ibi eſt; quæ tamen voluntas æquiualet abſolutæ, quando conditio ponitur ineſſe.

Ad ſecundum Reſpondeo, ſi ignorantia comitans ſit voluntaria, & culpabilis, fore quidem culpabilem eum actum occiſionis, qui fit cum tali ignorantia, vt probat Val. 1. 2. *diſp.* 2. *quæſt.* 1. *puncto* 6. §. *Reſpondeo omnnò.* & Salas *diſp.* 4. *cit. ſect.* 2. *n.* 19. Eam tamen rationem culpæ non habitoram ex ignorantia, ſed ex alia notitia, qua ipſa ignorantia eſt culpabilis, & quia fuit propoſita voluntati, v.g. obligatio cognoſcendi, vtrùm aliquis tranſeat, ne alioqui emittatur ſagitta cum periculo occidendi, vt ſubdit idem Salas *ibid.* Et cùm huiuſmodi ignorantia comitans, eo ipſo, quòd eſt voluntaria, & culpabilis, conuincatur eſſe etiam conſequens; mirum non eſt, ſi neque etiam negatiuè faciat ſimpliciter non voluntarium, ſicut neque illud facit ignorantia conſequens, vt dicemus.

4. *Ignorantia conſequens nō facit inuolūtarium eum actum, ad quem eſt cōſequens; & eum, ad quē eſt antecedēs, ſolùm facit voluntarium ſecundùm quid.*

Dicendum ſecundò: Ignorantia conſequens nullo modo facit inuoluntarium eum actum, ad quem eſt conſequens; & illum alium, qui ex ipſa fit, & ad quem aliquo modo eſt antecedens, ſolùm facit inuoluntarium ſecundùm quid. Probatur: quia reſpectu illius, ad quem eſt conſequens, nullo modo eſt cauſa, neque tollit notitiam illorum, in quibus ipſe eſt; ſed ſolùm tollit pro aliis actibus, qui debent deinceps ex illa fieri; & ignorantia, v. g. affectata, vel craſſa obligationis ieiunij ſolùm tollit cognitionem pro obſeruatione ieiunij, non autem pro voluntate, ſiue directa, ſiue indirecta habendi talem ignorantiam. Et quia ipſa ignorantia eſt voluntaria, & voluntariè tollit notitiam pro actibus, qui ex illa fiunt; etiam illos facit voluntarios, dummodo ponantur eſſe præuiſi, vt ſecututi ex ignorantia, aut ablatione talis notitiæ: vt enim notat Bellarm. *lib.* 1. *de ſeptem verbis à Chriſto in Cruce prolatis, cap.* 1. qui ex tali ignorantia peccant, ſimiles ſunt homini, qui cupiens ex alto ſe præcipitare in flumen, claudit oculos, & poſtea ſe in flumen proiicit: nam, ſicut hoc, quod eſt ab huiuſmodi homine actu non videri flumen, non facit, vt proiectio in flumen non ſit voluntaria: ita.

Atque hoc modo Ariſtoteles 3. *Ethic. cap.* 1. *ſub initium*, air, ignorationem, quæ conſiſtit in electione, id eſt, quæ ſponte & liberè eligitur, non facere inuitum; ſed eſſe cauſam prauitatis, & ſecundùm illam dici, quòd omnis prauus ignoret, quid ſit agendum, & à quo ſit abſtinendum: & vt ſubdit *c.* 5. qui aliquid agunt ex ignorantia, cuius ipſi ſibi ſunt cauſa, non modò non excuſantur tanquàm inuiti, & non ſponte agentes; ſed iure ac meritò puniuntur: & ebriis ea de cauſa duplices pœnæ ſtatutæ ſunt, ſi praui aliquid agant: quia, ſicut ebrietatis principium ſibi ipſi ſunt; ita & ignorationis, quæ prouenit ex ebrietate, & prauæ actionis, quæ ſequitur ex ignoratione.

Dicuntur tamen ea, quæ fiunt ex ignorantia conſequente, tanquàm ex cauſa, eſſe inuoluntaria ſecundùm quid: quia, quanuis non ſint contra actualem, & abſolutam voluntatem; ſunt tamen contra conditionalem: ſiquidem, vt ſupponimus, non fieret actio, ſi haberetur oppoſita ſcientia: ſicvt enim quæ fiunt ex metu, dicuntur inuoluntaria ſecundùm quid; quia ſunt contra aliquam inclinationem, extra caſum metus: ita & quæ fiunt ex ignorantia. Et diſparitas ſolùm eſt, quòd inclinatio extra caſum metus eſt actualis, & præſens, quando fit operatio ex metu; & inclinatio extra caſum ignorantiæ eſt ſolùm conditionalis, provt is, qui operatur ex tali ignorantia, eſt ita diſpoſitus, vt ſi haberet oppoſitam ſcientiam, non eſſet operaturus. Ex quo etiam vlteriùs fit, vt hoc ipſum inuoluntarium ſecundùm quid, non ſit eiuſdem rationis, provt cauſatur ex metu, & provt cauſatur ex ignorantia conſequente: ſiquidem illud eſt inuoluntarium actualiter, id eſt, contra voluntatem actualem; hoc verò conditionaliter, & contra voluntatem conditionalem, vt exponit Conrad. 1. 2. *quæſt.* 6. *art.* 8. & Vaſquez 1. 2. *diſputat.* 29. *cap.* 2. *num.* 7.

Vtrùm autem ignorantia conſequens, ſaltem quando eſt affectata, augeat voluntarium, non explicat S. Thomas 1. 2. *quæſt.* 6. *art.* 8. quia pertinet ad quæſtionem 76. quæ eſt de ignorantia, in quantum eſt cauſa peccati, & malitiam, vel tollit, vel ponit, vel ex toto, vel ex parte.

5. *Non omne peccatum eſt inuoluntarium conditionaliter, & ſecundùm quid, ratione ignorantiæ conſequentis.*

Sed contra hanc partem concluſionis de inuoluntario conditionaliter, & ſecundùm quid, obiicitur primò: quia ſequitur, nullũ eſſe peccatum, quod non ſit inuoluntariũ conditionaliter, & ſecundùm quid: cùm enim *omnis prauus ignoret, quid ſit agendum, & à quo abſtinendum, & ob huiuſmodi errorem, aut ignorantiam efficiantur iniuſti, & omninò mali homines,* vt habet Ariſtoteles 3. *Ethic. cap.* 1. omne peccatum videtur includere ignorantiam conſequentem, id eſt, inuoluntariam aduertentiam, & conſiderationem eorum, quæ retrahunt à peccato; & de omni peccato videtur poſſe enunciari ſub conditione, quòd non fieret, ſi haberetur oppoſita aduertentia, & conſideratio.

Secundò, quia ſimiliter ſequitur, etiam actus virtutum, & abſolutè quicquid eſt voluntarium, ſimol eſſe inuoluntarium conditionaliter, & ſecundùm quid: ſiquidem etiam de actu temperantiæ, v.g. poteſt dici, quòd non fieret, ſi haberetur maior attentio ad rationes delectabiles, quæ impellunt ad intemperantiam; & de quolibet voluntario, quòd ſimiliter non fieret, ſi poneretur ineſſe aliqua alia conditionalis.

Tertiò, contra primam partem concluſionis, de voluntario ſimpliciter, facit inſtantia de eo, qui voluntariè

voluntariè ignorat, vtrùm is, cui dat eleemoſynam, ſit verè pauper: ſi enim huiuſmodi donatio eleemoſynæ, ex eo, quòd ſit ex ignutantia conſeqoente, & voluntaria, tanquàm ex cauſa, eſſet ſimpliciter voluntaria, is, qui accipit, non teneretur illam teſtituere, etiam quando reuerà non eſt pauper; quod tamen eſt abſurdum. Et idem eſt de eo, qui voluntariè pet ebrietatem priuat ſe vſu rationis, & ex hac ignorantia conſequente, & voluntatia uccidit hominem, quem alioqui non occidiſſet, ſi habuiſſet vſum rationis: neque enim homicidium eſt illi vuluntarium, etiamſi proueniat ex ignotantia conſequente, tanquàm ex cauſa.

Ad primum reſpondet Conr. 1.2. *quæſt.6.art.* 8. §. *Secunda pars concluſionis.* id totum poſſe concedi ſine abſurdo de quolibet actu peccati. Sed contrà eſt: quia nun omne peccatum eſt ex ignorantia, tanquàm ex cauſa; ſed plutima ſunt etiam ex infirmitate, & ex malitia, vt patet ex S. Thom. 1.2. *quæſt.* 76. *& ſequentibus.* Neque locus *ex 3. Ethic. cap.* 1. *cit.* intelligitut de ignorantia conſequente, provt de illa hîc loquimur, id eſt, provt conſequitur ad aliquem actum voluntatis, & præcedit aliquem alium, tanquàm cauſa; ſed de concomitante, vt exponit eo loco S. Thomas *lect.* 2. & patet manifeſtè ex textu, vbi, cùm Ariſtoteles docuiſſet, diuerſa eſſe, quòd quis agar ex ignotantia, & quòd agat ignorans, ſubdit, omnem prauum ignorare, quid ſit agendum. Et ſenſus eſt, quòd omnis prauus agar ignotans, etiamſi non omnis agat ex ignoranria. Et quod ſequitur, oh huiuſmodi ettorem effici homines iniuſtos, & malos, ſolùm ſignificat, quòd prauè agendo cum ignorantia, contrahant habitus prauos. Solùm ergo poteſt concedi particulariter argumento, quòd aliqua peccata ſint voluntaria conditionalitet, & ſecundùm quid, id eſt, illa, quæ ſunt ex ignorantia conſequente, tanquàm ex cauſa: in idem enim recidit, quòd ignorantia ſit cauſa operis; & quòd opus non fieret, ſi haberetur oppoſita ſcientia: ſiquidem ignorantia ſolùm cauſat per remotionem ſcientiæ, vt loquitur S. Thomas *quæſt.6. art.* 8. *cit.* id eſt, per accidens, & tanquàm remouens prohibens, vt idem explicat 1.2. *quæſt.6. art.1. & quæſt.3. de malo, a.*8. ac pruinde omnis, qui peccat ex huiuſmodi ignorantia, eſt ita diſpoſitus, vt non eſſet peccaturus extra ſtatum ignorantiæ; & peccatum rectè poteſt dici, quòd ſit illi inuoluntarium conditionaliter, & ſecundùm quid.

Si verò contingat, vt ignorantia ira ſit voluntaria, & conſequens ad aliquem actum; vt tamen non præcedat aliquem alium, tanquàm cauſa, vt *ſuprà* diximus de ignorantia concomitante, quando eſt culpabilis; actus, qui fit eum tali ignorantia, omni modo eſt voluntarius, & neque ſecundùm quid inuoluntarius, vt notat Vaſq. 1.2. *diſp.29.cap.* 2. *num.* 2. quia non modò non eſt contra internum impetum abſulutum; ſed neque etiam contra conditionalem.

6.
In omni actu peccati eſt aliqua ignorantia, aut peruerſitas, & euerſio mentis.

Vtrùm autem abſolutè, & ſimpliciter in omni actu peccati ſit aliqua ignorantia, ſaltem concomitans ex parte intellectus; an verò etiam poſita in intellectu perfecta ſcientia, & aduertentia, poſſit voluntas conſentire in malum; non eſt huius loci. Videri poteſt Fonſeca 9. *Metaph. cap.2. quæſt.*4. Certè quicqnid ſit de ignorantia, aut inconſideratione quaſi ſpeculatiua, non videtur poſſe deeſſe omnis errot, aut ignorantia, vel inconſidetatio practicè practica, cùm etiam in ratione ſit peccatum, quando dirigit, aut non prohibet actus inotdinatos, vt patet ex S. Thoma 1.2. *quæſt.* 74. *art.* 5. & cùm obiectum voluntatis per ſe, & primarium, ſolùm ſit verum bonum, & bonum apparens ſolùm cadat ſub voluntatem ex quadam mentis petnerſitate, & euerſione, vt dicitut 3. *Ethic. cap.* 4. *& lib.2. Mor. Eudem. cap.*11. videtur ſupponi aliqua peruerſitas, & euerſio mentis, & per conſequens aliqua ignorantia.

Ad ſecundum Reſpondeo, id, qnod ſit ex ignorantia conſequente, non ideò dici a S. Thoma inuoluntarium ſecundùm quid; quia ſit quumodocunque contra inclinationem poſſibilem, aut futuram ſub conditione, vt aſſumitur in argumento: ſed, quia eſt contra inclinationem habitualem, vt loquitur S. Thomas *quæſt.3. de malo, art.*8. *cit.* vel contra virtualem proximam de præſenti, quæ ſtatim fietet actualis, ſi poneretur ſcientia; id eſt, quia operans eſt ptoximè ita diſpoſitus de præſenti, vt omninò non eſſet operaturus, ſi non eſſet ignorans. Quòd verò hoc non contingat in actibus virtutum, neque vniuerſalitet in omnibus voluntariis, facilè conſtat: quia, dum aliquis opetatur temperanter, non eſt ptoximè, & de præſenti ita diſpoſitus, vt non eſſet operaturus, ſi poneretur alia cognitio; neque aliquid habet habitualiter, ratione cuius poſſit dici eſſe ita diſpoſitus, ſicut qui ex ignorantia conſequente occidit hominem, v. g. vel comedit carnes die prohibito, habet iudicium, & voluntatem habitualem, & vniuerſalem de non occidendo, aut non comedendo; eáque ſtatim fietet actualis, & particularis de non occidendo hoc, & de non comedendo tali die, ſi accedetet notitia patticularis, quòd hic ſit homo, & quòd talis dies ſit prohibitus: quemadmodum enim in ſpeculatiuis, qui habet aſſenſum vniuerſalem, quòd umne triangulum habet ttes angulos, æquales duobus rectis: & non ſubſumit, quòd hoc ſit triangulum; aliquo modo dicitur ſcire, etiam de hoc, id eſt, implicitè, & in vniuetſali; & aliquo modo dicitur non ſcire, id eſt, explicitè, & in particulari, vt patet ex Ariſtotele 1. *Poſteriorum, text.*2. ita etiam, qui habet voluntatem vniuerſalem non occidendi hominem, implicitè vult non occidere hunc; & ſi actu aduertat, quòd is, quem occidit, ſit homo, ſtatim id volet etiam explicitè.

7.
Actus virtutum non ſunt inuoluntarij conditionaliter, & ſecundùm quid, ratione inconſiderationis ad rationes oppoſitas, per quas fortè impedirentur.

Atque ex hoc facilè intelligitur, quare non concedatur de concupiſcentia, quòd faciat inuoluntarium ſecundùm quid; ſicut conceditur de ignotantia conſequente: vt enim diximus *diſputatione* 24. *num.*23. & notat Val. 1.1. *diſput.2. quæſt.1. puncto* 6. *in reſponſione ad* 5. & expreſsè S. Thomas 1.2 *quæſt.* 6. *art.7. ad* 3. in eo, qui agit ex concupiſcentia non manet prior voluntas, quæ tepudiabat actionem; ſed mutatur ad illam volendam ſimpliciter: & in eo, qui agit ex ignorantia, omninò manet ſaltem habitualiter, aut virtualiter, vel ſub conditione ſolius ſcientiæ.

8.
Qui dat eleemoſynam ex ignorantia conſequente, quòd hic non ſit verè pauper, non transfert in illum dominium.

Ad tertium Reſpondeo, ignorantiam conſequentem in eo, qui dat eleemoſynam, & negligit certiùs ſcire, vtrùm det verè pauperi, ſolùm facere voluntariam ipſam dationem materialem; non autem tranſlationem dominij: cùm enim poſſit ſimul cum actuali voluntate non adhibendi diligentiam, & dandi materialiter eleemoſynam, conſiſtere actualis voluntas non transferendi dominium, ſi ille non eſt pauper, non poteſt tranſlatio dominij referri, vt in cauſam, in huiuſmodi ignorantiam conſequenrem; & ideò mirum non eſt, ſi non ſit voluntaria per voluntatem ignorantiæ, & is, qui accipit, non acquirat dominium, ſi non eſt paoper.

Ad illud verò, quod dicitur de homicidio commiſſo ex voluntaria ebrietate, Reſpondeo, ideò illud non ſequi, vt voluntarium; etiamſi ſequatur ex ignorantia

ignorantia volontatia: quia non ſequitur, vt præuiſum: & ad hoc, vt aliquid ſit voluntarium in alio, non eſt ſatis, ſi quomodocunque ex illo ſequatur; ſed debet ſequi, vt præuiſum, vt *ſuprà* diximus.

9. *Ignorantia antecedens facit ſimpliciter inuoluntarium.*

Dicendum tertiò: Ignorantia antecedens facit ſimpliciter inuoluntarium. Ita S. Thom 1.2.*quaſt*.6.*art*.8. & Atiſtoteles 3.*Ethic.cap*. 1. qui enim putat, ſe occidere ceruum, & ex ignoraotia occidit hominem, quem abſolutè non occidiſſet, ſi habuiſſet oppoſitam ſcientiam, non modò occidit non voluntariè, id eſt, non cognoſcendo ſingula, in quibus eſt actus; ſed etiam occidit inuoluntariè, id eſt, contra internum impetum de non occidendo, vt *ſuprà* diximus de ignorantia conſequente: & inde fit, vt huiuſmodi occiſio, quando cognoſcitur; afferat illi dolorem, & pœnitentiam; quod eſt ſignum inuoluntarij ſimpliciter: ſiquidem in hoc ſolùm conſiſtit huiuſmodi anteceſſio & cauſalitas ignorantiæ, quòd tollat ſcientiã, quando hęc ſola deſideratur ad actum impediendum; & per conſequens, quando ex aliis nihil deeſt, vel ex parte appetitus vel ex parte alterius cuiuſcunque; quod tamen non eſſet, ſi non haberetur aliquo modo voluntas de oppoſito, ex qua ſola poteſt haberi ſcientia, vt dicatur cauſa per ſe: & ignorantia, vt dicatur cauſa per accidens, vt notat Salas 1.2.*diſp*.4.*ſect*.2.*num*.13. Et vt habet S.Th. 1.2.*quaſt*.76.*art*.1. ſi voluntas alicuius eſſet ita diſpoſita, quòd non prohiberetur ab actu parricidij, v.g. etiamſi patrem agnoſceret; ignorantia patris non eſſet illi cauſa particidij, neque ſe haberet antecedenter, ſed ſolùm concomitanter; & ille non eſſet dicendus occidere ex ignorantia, ſed occidere ignorans, vel cum ignorantia.

Sed contrà obiicitur primò: quia ex ignorantia antecedente non ſolùm cauſatur actus exterior; ſed etiam interior voluntatis: qui tamen non poteſt eſſe ſimpliciter inuoluntarius, cùm ſit ipſa formalis, & actualis inclinatio voluntatis, vt patet ex dictis *ſuprà* de violentia.

Secundò, quia non omne, quod fit ex ignorantia antecedente, affert dolorem, & pœnitentiam: ergo non omne eſt inuoluntarium ſimpliciter, & contra internum impetum voluntatis. Idque videtur etiam expreſsè docere Ariſtoteles 3.*Ethic.cap*.1. vbi ait, eum, qui aliquid agit ex ignoratione, & poſtquàm egit, non ægrè fert; neque ſponte agere, neque inuitum: & ex iis, qui agunt ex ignoratione, eum tantùm inuitum agere, quem facti pœnitet; & quem non pœnitet, ſolùm eſſe dicendum, non ſponte agere. Et ratio videtur eſſe: quia nihil impedit, quominùs aliquid fiat ex ignorantia: & quòd reuera non fieret, ſi haberetur oppoſita notitia; & tamen non ſit malum, & diſconueniens, ſicut requiritur ad hoc, vt afferat dolorem, & pœnitentiam: vt quando quis ſalutat, v. g. Petrum non amicum, putans eſſe Paulum amicum: & quanuis non ſalutaſſet, ſi agnouiſſet; non tamen ægrè fert, quòd ſalutarit. Et idem videtur eſſe, ſi ex modo ipſo operandi per ignorantiam tollatur in obiecto ratio diſconuenientiæ, & per conſequens in operante ratio triſtitiæ, vt quando quis ex ignorantia prohibitionis comedit carnes, neque poſteà triſtatur, quando aduertit, ſe comediſſe: quia non eſt malum comedere ex ignorantia, ſed ſolùm comedere ex aduertentia.

Tertiò, quia ad contrahendam culpam non requiritur, vt quis actu aduertat ad obligationem, aut malitiam: ſed ſatis eſt, ſi debeat aduertere: ergo neque requiritur ad voluntarium, & ignorantia antecedens, in quantum priuat actuali aduertentia, non poteſt facere inuoluntarium: quia eo ipſo, quòd quis debet, & tenetur aduertere, cõuincitur, quòd etiã poſſit, cùm nemo teneatur ad impoſſibile: & ideò nõ niſi ex culpa ipſius eſſe poteſt, quòd nõ aduertat.

10. *Etiam actus internus voluntatis poteſt eſſe ſimpliciter inuoluntarius ex ignorantia antecedente.*

Ad primum Reſpondeo, quanuis actus internus non poſſit eſſe ſimpliciter inuoluntarius ab extrinſeco, & omninò coactus, & violentus; poſſe tamen eſſe ſimpliciter inuoluntarium ex ignorantia: hoc enim eſt aliud genus inuoluntarij per ſe contradiſtinctum ab illo; neque comparatur ad violentum, ſicut inferius ad ſuperius, vt notat Vaſq. 1.2 *diſput*. 27.*cap*.1.*num*.1. & ſolùm in hoc conſiſtit, quòd ſit à voluntate, non prout eſt agens ex cognitione ſingulorum, & cum hoc, quòd ab illa non eſſet, ſi haberet cognitionem ſingulorum, in quibus ipſum eſt. Atque hoc modo, tam externa comeſtio carnium die prohibito, quàm interna voluntas eas comedendi, quando cauſatur ex ignorantia merè antecedente, eſt ſimpliciter inuoluntaria, cùm vtraque ſit à voluntate ſine cognitione ſingulorum, in quibus ipſa eſt, id eſt, ſine cognitione prohibitionis; & vtraque abſolutè non eſſet, ſi haberetur oppoſita cognitio. Vnde huic ſimpliciter inuoluntario ex ignorantia antecedente, non repugnat, quòd alio modo ſimul ſit voluntarium; etiam prout procedit ex eadem ignorantia: ſiquidem in exemplo poſito, tam externa comeſtio carnium, quàm interna voluntas, eſt per ſe à principio intrinſeco cognoſcente bonitatem carnium; & per accidens, tanquàm à remouẽte prohibens, eſt ab ignorantia prohibitionis, vt probat Salas 1.2.*diſp* 4.*ſect*.2.*num*.11. ſed ſolùm repugnat, quòd omni modo, & ſecundùm omnem rationem ſit voluntarium, id eſt, ex cognitione omnium, quæ in ipſo ſunt; ſicut & repugnat, quòd ſimul ſit ex ignorantia aliquorum, & ex cognitione omnium.

11. *An, & quomodo inuoluntarium ex ignorantia antecedente, poſſit dici inuoluntarium miſtum.*

Quòd ſi vrgeas, ſaltem ex hoc ſequi, quòd ignorantia antecedens non ſit dicenda cauſare inuoluntarium ſimpliciter, ſed inuoluntarium miſtum, ſicut contingit in metu; ſiquidem ſimul facit, vt operatio ſit voluntaria, quatenus eſt à principio cognoſcente aliqua; & ſimul inuoluntaria, quatenus eſt à principio ignorante alia. Reſpondeo, non in hoc ſenſu affirmari, quòd cauſet inuoluntarium ſimpliciter: quia ab operatione materialiter accepta ſimpliciter excludat omnem rationem voluntarij; ſed, quia illam excludit ſpecialiter, in quantum operatio ſubſtat circumſtantiæ ignoratæ: nam in exemplo poſito, quanuis ignorantia prohibitionis faciat, vt comeſtio carnium ſit voluntaria, in quantum eſt carnium, & in quantum eſt iucunda & vtilis; in quantum tamen eſt contra prohibitionem, ita facit eam eſſe inuoluntariam, vt ſecundùm hanc ipſam rationem nihil voluntarij illi relinquat admiſtum; quod tamen oppoſito modo contingit in metu: cùm enim metus iacturam mercium, v.g. ad vitandum naufragium, non faciat voluntariam, niſi formaliter ex comparatione ad malum maius: non poteſt facere voluntarium, niſi ſub ea ipſa ratione, ſub qua eſt inuoluntaria; ac proinde non poteſt facere voluntarium, niſi cum admiſtione inuoluntarij in ea ipſa ratione. Et ſi quis inuoluntarium ex ignorãtia adhuc velit appellare inuoluntarium miſtum, quatenus eadẽ operatio, quæ ſub ratione ignorata eſt ſimpliciter inuolũtaria, ſimul eſt voluntaria ſub alia ratione non ignorata, non eſt magnoperè de hoc laborandũ, & de facto id concedit Salas *ſect*.2.*cit*.*n*.13.

12. *Inuoluntariũ ex ignorãtia antecedente, quare non ſemper afferat dolorem, & diſplicentiam.*

Ad ſecundum Reſpondeo, ſi quid fiat ex ignorantia antecedente, & non afferat dolorem, & diſplicentiam, id non eſſe per ſe, id eſt, ex proprio modo cauſandi huiuſmodi ignorantiæ; ſed ſolùm per accidens, ex leuitate, aut ſimili qualitate materiæ:

teriæ: cùm enim anteceſſio, & cauſalitas ignorantiæ in hoc conſiſtat, quòd tollat ſcientiam, quando hæc ſola deſideratur ad actum impediendum; & per conſequens quando voluntas habitualiter, aut virtualiter eſt proximè diſpoſita ad oppoſitum, ſub conditione illius ſcientiæ, aut noritiæ; impoſſibile eſt, vt, per ſe loquendo, non cauſet dolorem, & diſplicentiam, ſicut cauſat omne illud, quod poſitiuè eſt contra inclinationem voluntatis, vt dicitur 5. *Metaph. text.* 6. *& lib.* 2. *Mor. Eudem. cap.* 8. quia tamen aliquando contingit, vt poſt factum, adueniente notitia, non ampliùs maneat prior inclinatio; vel ſi maneat, ſolùm leuiter illi contrarietur operatio, ideò ex accidente poteſt contingere, quòd aliquando ignorantia non cauſet diſplicentiam, & perinde ſe habeat, atque ſi ſolùm cauſaret non voluntarium; non autem poſitiuè inuoluntarium; idque ſolùm vult Ariſtoteles *loco citato*, & ſolùm probat exemplum poſitum de eo, qui ex ignorantia ſalutat non amicum: quanuis enim poſteà aduertat, ſalutationem fuiſſe contra voluntatem non ſalutandi; quia tamen ſimul aduertit huiuſmodi contrarietatem eſſe parui momenti, mirum non eſt, ſi vel parum, vel nihil triſtetur, & potiùs dicatur ſalutaſſe non volens, quàm inuitus.

Et idem eſt, ſi ex ipſo modo operandi per ignorantiam tollatur contrarietas ad voluntatem, vt, verbi gratia, ſi hæc ſolùm erat de non operando ſcienter; non autem de non operando quomodocunque: ſimiliter enim etiam tollitur tatio triſtitiæ, vt contingit in altero exemplo de eo, qui comedit carnes ex ignorantia prohibitionis; & ſimiliter etiam hic eſt dicendus comediſſe non volens, non autem comediſſe inuitus. Imò contraria ratione potiùs ponitur cauſa lætitiæ, vt notat S. Thomas *quæſt.* 3. *de malo, art.* 8. dum ponitur, quòd operatio non ſit facta ſcienter, & contra inclinationem voluntatis. Et quòd dicitur ignorantia antecedens cauſate inuitum, ſolùm debet intelligi per ſe loquendo, id eſt, poſita voluntate oppoſiti, etiam facti quomodocunque, non autem determinatè, prout ſolùm fit ex inaduertentia, vt notat Salas *diſp.* 4. *ſect.* 2. *cit. num.* 13. *in fine.*

13. Ad tertium Reſpondeo, falſum eſſe, quòd ad culpam ſufficiat ſola obligatio, aut debitum aduertendi, niſi præteteà menti occurrat aliqua actualis cogitatio, aut dubitatio, aut ſcrupulus de tali obligatione. Ita S. Thomas *quæſt.* 15. *de ver. art.* 4. *ad* 10. Val. 1. 2. *diſp.* 2. *quæſt.* 1. *puncto* 6. *ad* 6. *& diſp.* 6. *quæſt.* 6. *puncto* 1. *coroll.* 5. Vaſq. 1. 2. *diſp.* 107. *cap.* 3. *à num.* 6. *& diſp.* 123. *cap.* 2. *num.* 6. *& diſp.* 124. *cap.* 2. *num.* 5. *& diſp.* 156. *de legibus, cap.* 3. *num.* 21. Suar. *lib.* 3. *de legibus, cap.* 18. *num.* 11. *& de cenſuris, diſp.* 4. *ſect.* 8. *num.* 18. Sanchez *lib.* 1. *in Decal. cap.* 16. *num.* 21. & alij communiter apud ipſum. Et patet: quia omnes communiter illum excuſant, qui ideò ait ſe violaſſe ieiunium, verbi gratia, quando vrgebat illius præceptum: quia nullam habuit actualem cogitationem, aut dubitationem de tali obligatione. Et ratio eſt: quia impoſſibile eſt, vt quis deliberet de ſeruando, aut violando ieiunio; & per conſequens vt illius violatio ſit actio humana, & à voluntate deliberata, ſicut requiritur ad peccatum; niſi occurrat aliqua cogitatio, quæ poſſit eſſe principium deliberationis: & cùm non ſit in noſtra poteſtate primò excitare talem cogitationem; ſed proueniat, vel à natura, vel à fortuna, vt probat Ariſtoteles *lib.* 7. *Mor. Eudem. cap.* 8. id eſt, ſine nobis liberè concurrentibus, quandiu hæc non fuerit habita; neque etiam poteſt eſſe in noſtra poteſtate deliberatio, & per conſequens neque electio. Et ad idem facit, quod habet Vaſq. *diſp.* 156. *cit. cap.* 3. *num.* 21. quòd quanuis leges poſt factam promulgationem ſint obligatiuæ in actu primo; non ſunt tamen obligantes in actu ſecundo, niſi proximè applicentur per notitiam ad ipſum obligabile; & ideò per ignorantiam impeditur huiuſmodi obligatio in actu ſecundo; quia impeditur proxima applicatio, quæ eſt neceſſaria.

Sola obligatio, aut debitum aduertēdi, vel ſciēdi, non eſt ſatis ad culpā, niſi præteteà menti occurrat aliqua cogitatio de tali obligatione.

14. Oppoſitum tamen videtur docere Nauat. *in Man. præludio* 1. *num.* 17. *& cap.* 23. *num.* 47. Zumel. 1. 2. *quæſt.* 76. *art.* 3. *diſp.* 2. *dicto* 4. & alij, qui alij apud Sanchez *cap.* 16. *cit. num.* 20. qui aſſerunt, ſatis eſſe ad peccatum mortale, quòd quis, vel actu aduertat ad eius malitiam, vel teneatur aduertere: quia eo ipſo conuincitur, quòd etiam poſſit, & ipſum debitum, vel obligatio aduertendi, eſt quædam aduertentia virtualis, & interpretatiua. Vnde & *cap. ſi culpa. de iniurijs*, dicitur, quòd ignorantia non excuſat, quando quis debuit ſcire. Et *Inſtit.* §. *præterea. ad l. Aquiliam*, dicitur, quòd imperitia in re pertinente ad proprium officium non excuſat. Et *l. quod te mihi. ff. de reb. cred.* abſolutè dicitur, quòd paria ſunt, ſcire, & debere ſcire.

Quomodo ſcire, & debere ſcire, dicātur eſſe paria.

Verùm hæc, & ſimilia ſolùm intelliguntur, quando adfuit aliqua aduertentia, aut cogitatio ſufficiens ad deliberandum, ſaltem de procuranda perfectiore notitia, vt notat Sanchez *ibidem, num.* 24. & Suar. *locis cit.* quia alioqui neque etiam debitum, aut obligatio aduertendi, & ſciendi, eſt concedenda, ſi loquamur de obligatione proxima, & expedita, vt reducatur ad actum; non autem ſolùm de remota, & impedita, & quæ ex accidente, id eſt, ex defectu primæ cogitationis non poſſit reduci ad actum; vel, quod idem eſt, ſi loquamur de obligatione quoad efficaciam, & actum ſecundum, non autem ſolùm quoad ſufficientiam, & actum primum.

15. Et eadem ratione exponitur ab eodem Sanchez *lib.* 1. *in Decal. cap.* 16. *cit. num.* 27. & Vaſquez 1. 2. *diſp.* 23. *cap.* 3. *num.* 6. id, quod docet Nauat. *locis citatis*, & aliqui alij, & habetur §. *præterea. Inſtit. ad l. Aquiliam.* quòd ignorantia earum rerum, quæ pertinent ad proprium ſtatum, & officium cuiuſque, non excuſet: id enim ſolùm eſt verum; quia communiter proprius ſtatus, & officium facilè excitat cogitationem de inquirendis iis, quæ ad illud pertinent; eâque cogitatione poſita, non poteſt ignorantia eſſe inuincibilis, aut excuſare, ſi poſteà non adhibeatur maior diligentia; non autem quia abſolutè ignorantia eorum, quæ pertinent ad proprium ſtatum, aut officium, non poſſit excuſare, ſi ſit inuincibilis, & non occurrat cogitatio de procuranda, aut habenda oppoſita aduertentia, & notitia.

Etiam ignorātia earum rerum, quæ pertinent ad propriū ſtatum, aut officium cuiuſque poteſt excuſare.

DISPVT. XXVII.

Quæ ſint rationes, aut circunſtantiæ particulares, circa quas ignorantia, aut incogitantia facit inuoluntarium in vnoquoque actu.

1. *Ex cognitione, aut ignorantia circunſtantiarum maximè attenditur voluntarium, aut inuoluntarium.*
2. *Circunſtantiæ rectè dicuntur particularia actionis.*
3. *Quot ſint circunſtantiæ humanorum actuum.*
4. *Circunſtantia, quis.*
5. *Circunſtantia, quid.*
6. *Vbi.*
7. *Quibus auxiliis.*
8. *Cur.*
9. *Quomodo.*
10. *Quando.*
11. *Ignoratio circunſtantiarum minuit, aut tollit culpam.*
12. *Quomodo ignoratio circunſtantiarum faciat actum inuoluntarium.*

EX Ariſtotele 3. *Ethic.c.*1. ignorantia, quæ facit inuoluntarium, aut inuitum, non eſt illa, quæ in electione conſiſtit, & eſt per ſe voluntaria, & verſatur circa id, quod hîc, & nunc operanti conducit: quia hæc non excuſat à prauitate, & malitia, ſicut excuſat inuoluntarium; ſed verè eſt cauſa prauitatis, & malitiæ; & ſecundùm illam omnis prauus ignorat, quid ſit agendum, & à quo ſit abſtinendum, dum hîc, & nunc propter concupiſcentiam, v.g. exiſtimat ſibi eſſe fornicandum, aut furandum, & ex voluntaria negligentia conſiderandi & expendendi ea, quæ debet, ſinit ſibi obrepere huiuſmodi ignorantiam practicam, & auferri oppoſitam ſcientiam. Neque eſt illa, quæ eſt ipſius vniuerſalis: vt, ſi quis, v.g. in vniuerſum ignoret, quòd non ſit fornicandum, aut furandum: quia per hanc ignorantiam homines vituperantur; quod tamen non contingit per inuoluntarium, aut inuitum; ſed ſolùm illa, quæ verſatur circa particularia, in quibus, & circa quæ verſatur actio: quia in his miſericordia, & venia locum habet, ſicut & habet in inuoluntariis: & qui ex huiuſmodi particularibus aliquid ignorat, is verè dicitur agere inuoluntariè, & inuitus.

1. *Ex cognitione, aut ignorantia circũſtantiarum maximè attenditur voluntariũ, aut inuoluntariũ.*

Et hac de cauſa ſubdit Ariſtoteles *ibidem*, ad explicandum inuoluntarium, quod contingit ex ignorantia, debere explicari, quæ, & quot ſint huiuſmodi particularia, circa quæ poteſt contingere ignorantia, & facere inuoluntarium, cùm ſimiliter ex illorum notitia attendatur voluntarium, vt patet ex definitione, quam ſtatim ſubdit, quòd voluntarium, aut ſpontaneum ſit, quod eſt à principio intrinſeco cognoſcente particularia, in quibus eſt actio. Et eadem ratione etiam S. Thomas, cùm egiſſet 1.2.*q.*6. *art.*8. de inuoluntario ex ignorantia, agit *q.*7. de circunſtantiis humanorum actuum, eáſque *art.*1. *In argumento, Sed contra. & in corp.* ex S. Damaſceno *lib.*2. *de fide, c.*24. & S. Greg. Nicæno *lib.*5. *Philoſoph. c.*2. ex eo maximè ait pertinere ad Theologum: quia ſecundùm illarum cognitionem, aut ignorantiam, reputatur voluntarius, aut inuoluntarius humanos actus: quæ tamen rationes omninò pertinent ad Theologum, ſicut & rationes meritorij, & demeritorij, quæ illas ſupponunt.

Agendum eſt igitur de huiuſmodi particularibus, in quibus exiſtit actio, vt ea appellat Ariſtoteles, id eſt, de circunſtantiis, vt eas appellant Theologi; & ſine illis nec ratio voluntarij, nec ratio inuoluntarij poteſt benè intelligi. Et rectè ab Ariſtotele dicuntur particularia ipſius actionis: quia reuerà ſunt conditiones particulares, quæ afficiunt actum in indiuiduo, & in particulari; non autem in genere, & in vniuerſali, neque pertinent ad illius ſubſtantiam, aut ſpeciem: & ſimiliter à Theologis rectè dicuntur circunſtantiæ; quia accidentaliter circunſtant, & quaſi ambiunt actum in indiuiduo, ſicut locus, & veſtes circunſtant corpora, vt notat S. Thom. 1.2. *quæſt.*7. *cit. art.*1.

2. *Circunſtantiæ rectè dicuntur particularia actionis.*

Sunt verò ex eodem Ariſtotele *loc. cit.* huiuſmodi circunſtantiæ, aut particularia actionis, omninò ſeptem, id eſt: *Quis, quid, circa quid, in quo, cuius cauſa, & quomodo.* Et ab his ſeptem vix differunt illæ aliæ, quas ex Marco Tullio *lib.*1. *de inuent.* non longè à medio affert S. Thomas *quæſt.*7. *cit. art.*3. & memoriæ cauſa continentur hoc verſu.

3. *Quot ſint circunſtantiæ humanorum actuum.*

Quis, quid, vbi, quibus auxiliis, cur, quomodo, quando.

Cùm enim de ratione circunſtantiæ ſit, vt exiſtat extra ſubſtantiam actus, & aliquo modo illum attingat, tripliciter id poteſt contingere, ex eodem S. Thoma *ibidem*, id eſt, vel, quia attingat ipſum actum quaſi in ſe; vel, quia attingat cauſam actus; vel denique, quia attingat effectum. Primo modo attingunt actum ſecundùm ſe circunſtantiæ loci, & temporis, quæ illum attingunt, tanquàm menſura; & prætereà modus ipſe agendi, qui illum attingit, vt qualitas actus, vt, v.g. ſi ambulatio eſt velox, aut tarda; ſi percuſſio eſt fortis, aut remiſſa. Secundo modo attingit actum ex parte cauſæ efficientis principalis, circunſtantia, *quis*: ex parte cauſæ inſtrumentalis, circunſtantia, *quibus auxiliis*: ex parte cauſæ finalis, circunſtantia, *cur*: & ex parte cauſæ materialis, circunſtantia, *quid*, vel *circa quid*: & denique tertio modo attingit actum ex parte effectus euentus ipſe, qui ex actu conſequitur, vt, v.g. quòd aliquis perfundens aliquem aqua, eum infrigidet, vel calefaciat, cùm ſanet, vel in morbum inducat.

Et ſimiliter ad has circunſtantias reducuntur illæ aliæ ſeptem, ex quibus ſecundùm iura ciuilia, *l. aut facta. ff. de pœnis.* dicuntur conſiderandæ humanæ actiones, pro pœnis grauioribus, aut leuioribus infligendis, id eſt, cauſa, perſona, locus, tempus, qualitas, quantitas, & euentus. Nomine enim cauſæ intelligitur cauſa finalis, vt ſi verbera, v.g. ſunt illata, & inflicta alicui, non ad emendationem, & correctionem, vt à parente, & à magiſtro; ſed ad iniuriam, & ex ira, vt ab extraneo: & nomine qualitatis intelligitur modus ipſe actionis, vt ſi factum fuit atrocius, vel leuius, ſi furtum fuit maniſeſtum, ſi fuit rixa, non graſſatura: & nomine quantitatis intelligitur ipſum magnum, aut paruum; multum, aut paucum, quod quis ſubripuit, v.g. quod S. Thomas comprehendit ſub circunſtantia, *quid*; ſicut & circunſtantiam euentus, quæ *in loco cit.* ponitur vltimo loco.

Et denique ad has eaſdem reducuntur etiam aliæ quatuordecim, quas enumerat S. Bonauentura *in* 4. *d.*16. *dub.* 9. *ſuper litteram*, & comprehendit his verſibus:

Aggrauat ordo, locus, perſona, ſcientia, tempus,
Ætas, conditio, numerus, mora, copia, cauſa,
Eſt modus in culpa, ſtatus altus, lucta puſilla.

Vt enim explicat ipſemet S. Bonauentura *ibidem*, & notat Vaſq. 1. 2. *diſp.* 30. *cap.* 1. *num.* 7. aliquæ

Digitized by Google

quæ ex his ſe tenent ex parte perſonæ, quæ agit, aut patitur; & ideò reducuntur ad circunſtantiam, *quis:* vt, verbi gratia, ordo, perſona, ſcientia, ætas, conditio, & ſtatus. Aliquæ reſpiciunt ipſum crimen, ſiue actum, vt, verbi gratia, numerus, mora, & modus agendi; & reducuntur ad circunſtantiam, *quid*, & ad circunſtantiam, *quomodo.* Aliquæ reſpiciunt ipſam cauſam, & reducuntur ad circunſtantiam, *quis*, & *quibus auxiliis*, & *cur*, vt, v. g. copia, cauſa, & lucta puſilla. Et denique aliquæ ſunt merè extrinſecæ, & adiacentes, vt locus, & tempus.

Verùm, vt illas ſeptem, quæ communiter circunferuntur, & recipiuntur, & maximè vſu veniunt, vnico verbo explicemus, per circunſtantiam, *quis*, intelligitur qualitas, ſtatus, & conditio perſonæ, vt, verbi gratia, ſi perſona, quæ fornicatur, ſit ſacra, vel profana; ſi matrimonio
4. *Circunſtantia*, quis. iuncta, aut ſoluta: &, vt dicitur *l. aut facta. cit. §. perſona. ff. de pœnis.* in circunſtantia perſonæ ſpectari debet, tam is, qui fecit, quàm is, qui paſſus eſt; & ex iiſdem facinoribus ſerui aliter puniuntur, quàm liberi; & qui auſus eſt aliquid in dominum, aut in parentem, aliter quàm qui in extraneum; & qui in Magiſtratum, aliter, quàm qui in priuatum: & in huius rei conſideratione etiam ætatis eſt habenda ratio.

5. *Circunſtantia*, quid. Per circunſtantiam, *quid*, non intelligitur propriè ſubſtantia actus, vel obiecti, vt in furto, verbi gratia, quòd ſit acceptio rei alienæ; ſed intelligitur magnum, & paruum; multum & paucum, in re ipſa obiecta, vt patet ex S. Thoma 1. 2. *quæſt. 7. art. 3. ad* 3. vt ſi fureris, verbi gratia, centum, aut decem; ſi occidas vnum, aut plures: &, vt dicitur *l. aut facta. cit. §. quantitas. ff. de pœnis.* quantitas diſcernit furem ab abigeo; & qui vnam ſuem ſubripuit, vt fur coërcetur; qui verò gregem, vt abigeus.

6. Vbi. Per circunſtantiam, *vbi*, ſignificatur locus actionis, vt ſi fureris, verbi gratia, vel occidas in Eccleſia, aut in regia Principis, aut in foro, &, vt dicitur *l. aut facta. cit. §. locus. Locus facit, vt idem, vel furtum, vel ſacrilegium ſit, & capite luendum, vel minore ſupplicio.*

7. Quibus auxiliis. Per circunſtantiam, *quibus auxiliis*, intelligitur, quo inſtrumento, quo medio, & quo ſocio: vt, verbi gratia, ſi vtaris re ſacra ad aliquam ſuperſtitionem; ſi aliquem alium inducas ad crimen, eúmque facias tibi ſocium.

8. Cur. Per circunſtantiam, *cur*, intelligitur finis extrinſecus, & qui ſolùm intenditur ex intentione agentis; non autem eſt intrinſecus ipſi actioni, eique dat ſpeciem: vt, verbi gratia, ſi fureris, vt facias eleemoſynam, vel vt facias adulterium: vt enim habet S. Thomas 1. 2. *quæſt. 7. art. 3. ad 3. cit.* quòd fortis fortiter agat propter bonum fortitudinis, non eſt circunſtantia: quia eſt finis intrinſecus, & dans ſpeciem actui fortitudinis: ſed, quòd fortiter agat propter libertatem ciuitatis, vel populi Chriſtiani, eſt circunſtantia: quia eſt finis adiunctus, & extrinſecus: ſed, vt dicitur *l. cit. aut facta. §. cauſa.* ex finis diuerſitate puniuntur, aut non puniuntur actiones, & verbera, verbi gratia, ad finem emendationis, & correctionis illata à magiſtro, aut parente, non puniuntur; illata verò ad finem inferendi iniuriam, & per iram ab extraneo, puniuntur.

9. Quomodo. Per circunſtantiam, *quomodo*, intelligitur modus actionis, qui pertinet ad qualitatem actus; non autem qui conſequitur ad complexionem omnium, quæ ſunt in actu, vt loquitur S. Thomas *art. 3. cit. ad 2.* vt, verbi gratia, quòd aliquis ambulet velociter, aut tardè, & quòd aliquis percuſſerit fortiter, aut remiſsè; non autem quòd penſatis omnibus aliquid benè, vel malè fiat; &, vt dicitur *l. cit. aut facta. §. qualitate.* ex hac circunſtantia pendet, quòd factum ſit atrocius, aut leuius, vt ſi furtum, verbi gratia, fuit manifeſtum, aut non manifeſtum; ſi fuit rixa, non graſſatura; ſi furtum, non expilatio. Et ad idem pertinent etiam intenſio, aut remiſſio actus, quod fiat ex aduertentia, & intentione, vel ſine aduertentia, & præter intentionem.

Denique per circunſtantiam, *quando*, intelligitur circunſtantia temporis: vt ſi opus ſeruile, 10. Quando.
verbi gratia, fiat die feſto, aut feriato, & *ex l. cit. aut facta. §. tempus. ff. de pœnis.* per hanc circunſtantiam diſcernitur emanſor à fugitiuo; & effractor, vel fur diurnus à nocturno; id eſt, crimen illius militis, qui diu vagatus, ad caſtra reuertitur, & appellatur emanſor; & illius, qui per prolixum tempus, id eſt, per tempus longius euagatus reducitur, & appellatur deſertor. *l. deſertorem. §. emanſor. & §. deſertor. ff. de re militari.* & crimen illius, qui ad ſurripiendum, & furandum interdiu fores effringit; & illius, qui effringit noctu: ſiquidem atrociores ſunt, & grauiùs puniuntur nocturni effractores, & fures, quàm diurni. *l. in effractores. ff. de effractoribus.*

De his verò circunſtantiis duo poſſunt breuiter dici. Primum, quòd, quemadmodum ſi ſint 11. *Ignoratio circunſtantiarum minuit, aut tollit culpam.*
cognitæ, & voluntariæ in actione, quæ fit, augent, vel mutant malitiam; & ideò pro illarum diuerſitate, diuerſæ imponuntur pœnæ à legibus, & aliter punitur ex aliquo facinore, verbi gratia, ſeruus, & aliter liber; aliter, qui vnam ſuem, verbi gratia, ſurripuit; & aliter, qui totum gregem. *l. aut facta. cit. §. perſona. & §. quantitas. ff. de pœnis.* ita, ſi ignorentur, eam minuunt, vel omninò tollunt, vt docet Ariſtoteles 3. *Ethic. cap. 1. cit.* & patet exemplis, quæ ibi affert: ſi *Qui detegit ſecretũ, quod ignorat eſſe ſecretum, non peccat contra ſecretum.*
quis enim ſecretum detegat, quod ignorat eſſe ſecretum; non peccat contra ſecretum: & ſi quis volens amico oſtendere catapultam, aut bombardam, caſu illam explodat, & inſcienter amicum vulneret, aut occidat, non peccat peccato homicidij: & ſi quis putans ſe occidere hoſtem, occidat parentem, non peccat peccato parricidij: & hi omnes excuſantur per ignorationem circunſtantiæ, *quid.* Et ſi quis exiſtimans haſtam, quam habet in manu, non habere mucronem, cùm verè habeat; vel lapidem, quem tenet, eſſe pumicem, & non poſſe lædere; & vtrunque iaciat in amicum; & dum putat ſe ioci cauſa illum percutere, verè occidat, excuſatur per ignorationem circunſtantiæ, *quo*, vel, *quibus auxiliis.* Et ſi quis ſalutis cauſa aliquem verberet, mente deturbatum, vt illum, ſcilicet, ad mentem reducat, vel certè dum ludit cum aliquo gladiatoriè, reuera occidat; excuſatur ex ignorata circunſtantia, *cur*, vel, *cuius gratia*, & ex ignorantia circunſtantiæ, *quomodo:* quia, ſcilicet, verè ignorat, aut non aduertit modum illum verberum, & percuſſionum eſſe ſatis ad occidendum.

Qui caſu explodit bobardam, dum eã, v. g. oſtendit amico; non peccat peccato homicidij, ſi eum occidat.

Qui putans occidere hoſtem, occidit parentem, nõ eſt parricida.

Qui putat haſtã non habere mucronẽ, aut lapidẽ eſſe pumicem, & nõ poſſe lædere, & ioci cauſa iacit in amicum, eúmque vulnerat.

Qui aliquem verberat, vt eum reducat ad mentem.

Alterum, quod poteſt dici de huiuſmodi circunſtantiis, eſt, quòd ſi ignorentur, non faciunt 12. *Quomodo ignoratio circunſtantiarũ faciat actum voluntarium.*
actum inuoluntarium ſecundùm ſubſtantiam; ſed ſolùm ſecundùm illud, quod poteſt habere ab iſtis; dummodo ea, quæ pertinent ad ſubſtantiam actus,

ſint alioqui ſufficienter cognita, & ipſæ circunſtantiæ verè ſint circunſtantiæ, & actum circunſtent, quaſi accidentia; non autem ingrediantur ſubſtantiam actus.

Qui vendidit gemmã Titio inimico, quẽ putat amicũ, valet venditio.

Hac ratione, ſi vendam lapidem pretioſum Titio meo inimico, quem tamen non aduerto eſſe inimicum, valet venditio, quamuis alioqui non vendidiſſem, ſi aduertiſſem, vt notat Azor *l. 1. cap. 18. quæſt. 5. poſt medium.* quia ignorantia non cadit ſupra ſubſtantiam actus; ſed ſolùm ſupra circunſtantiam merè accidentalem: & ideò quamuis actus non ſit voluntarius ſecundùm illam circunſtantiam, & in quantum eſt venditio facta inimico; eſt tamen voluntarius ſecundùm ſubſtantiam, & in quantum ſimpliciter eſt venditio.

Qui vendis gemmam, quam putat vitrum, non valet venditio.

Secùs verò eſſet ex eodem Azor *ibidem*, ſi ignorantia caderet ſupra ſubſtantiam, vt, verbi gratia, ſi venderem gemmam, quam puto eſſe vitrum, vel ſi circunſtantia inimici ingrederetur ſubſtantiam actus, vt, v. g. ſi haberem voluntatem vendendi ſolùm amico, & explicitè haberem voluntatem non vendendi inimico: tunc enim venditio eſſet nulla; quia ſubſtantia ipſa actus de vendenda gemma, & vendenda inimico, eſſet inuolontaria: ſiquidem, vt ſupponimus, ſolùm eſt habita voluntas vendendi vitrium, & vendendi amico; non autem vendendi gemmam, & inimico.

Qui dat eleemoſynam Titio, quem putat pauperẽ, & talis non eſt.

Et ſimiliter, ſi dem eleemoſynam Titio, quem puto pauperem, cùm tamen verè non ſit pauper, donatio eſt nolla, & Titius tenetur reſtituere id, quod accepit: quia qualitas perſonæ, quæ ignoratur, in voluntate dandi eleemoſynam, non habet rationem circunſtantiæ; ſed ingreditur ſubſtantiam actus, cùm actus eleemoſynæ eſſentialiter ſit ad ſubleuandam miſeriam pauperis; quæ tamen miſeria deſideratur in Titio. Ita *ibidem* Azor. Idem eſt, ſi in aliquo Hoſpitali certa alimenta ſint conſtituta pro pauperibus certæ nationis, verbi gratia, Italis, aut Gallis; & aliquis pauper alterius nationis ſimulet ſe Gallum, aut Italum, & illa alimenta accipiat: tenetur enim ſimiliter reſtituere, vt idem ſubdit: quia circunſtantia nationis ſimiliter pertinet ad ſubſtantiam actus, quo huiuſmodi alimenta ſunt conſtituta; non autem habet rationem circunſtantiæ.

Qui vouit abſolutè ieiunare qualibet ſexta feria, & tenetur, quãdo in illam incidit Natalis Domini.

Contrario verò modo dicendum videtur de eo, qui vouit abſolutè ieiunare qualibet ſexta feria, neque appoſuit vll.m limitationem, verbi gratia, quando Eccleſia communiter abſtinet à carnibus, vel aliquid ſimile: hic enim tenetur ieiunare etiam, quando in ſextam feriam incidit natalis Domini: quia hoc in tali caſu habet rationem circunſtantiæ, & hæc, ſi ſit ignorata, non facit ſubſtantiam actus inuoluntariam, vt notat Vaſq. 1. 2. *diſp.* 30. *cap.* 4. *num.* 26. Sylu. *verb. ieiunium, num.* 27. Armilla *eod. num.* 13. Emman. Sà *eod.* & omnes communiter: & expreſsè habetur *cap. fin. de obſeruat. ieiun.* vbi dicitur, quòd ſi feſtum Natalis incidat in ſextam feriam, omnibus licet veſci carnibus, niſi voto, aut regulari obſeruantia ſint adſtricti: quamuis nec illi ſint reprehendendi, qui ob deuotionem voluerint abſtinere.

Dixi autem, *ſi non appoſuit vllam limitationem:* quia, ſi appoſuiſſet, circunſtantia Natalis Domini non habuiſſet rationem circunſtantiæ; ſed fuiſſet ingreſſa ipſam ſubſtantiam actus.

Si Epiſcopus det beneficiũ Titio, quem putat valdè ſanctum & doctum, cùm talis non ſit, valet collatio.

Et ſimiliter, ſi Epiſcopus beneficium eccleſiaſticum conferat Titio, quem putat valdè ſanctum, & valdè doctum, cùm tamen ſolùm ſit ſanctus, & doctus, quantùm ſufficit ad munera beneficij obeunda; valet collatio, neque Titius tenetur beneficium reſignare, ex eodem Azor: quia exceſſus ille maioris doctrinæ, & ſanctitatis, ſupra quem cadit error, & ignorantia, ſolùm eſt circunſtantia; & actus quoad ſubſtantiam ſolùm dicit conferre beneficium homini digno, qualis verè eſt Titius, vt ſupponimus.

Neque contra hoc, quod dicimus de circunſtantia ignorata, quòd non faciat actum inuoluntarium ſecundùm ſubſtantiam, multùm vrgent loca illa ex ſacris canonibus, in quibus ſtatuitur, quòd ſi quis in matrimonium ducat ancillam, quam putat liberam; vel eam, quæ eſt impotens ad coëundum, & putat potentem; matrimonium non valeat; etiamſi error, aut ignorantia ſolùm ſit in qualitate perſonæ, vt patet *cap. ad noſtram. de coniugio ſeru. cap. ſi quis liber. cap. ſi quis ingenuus. cap. ſi fœmina. 29. quæſt. 1. & cap. laudabilem. & cap. conſultationi. de frig. & malef.* id enim ſolùm eſt, quia ius humanum ſpecialiter ita ſtatuit, & iuſtis de cauſis voluit hæc matrimonia non valere, cùm tamen alioqui valeant, ſi ſolùm ſpectetur ius naturæ, vt notat idem Azor *lib. 1. cap.* 18. *quæſt. 5. cit.*

DISPVT. XXVIII.

Quid requiratur ad hoc, vt ignorantia poſſit dici inuincibilis, & excuſet à culpa.

1. *Certum eſt, quòd ignorantia affectata, craſſa, & ſupina non eſt inuincibilis.*
2. *Si non occurrat cogitatio de vincenda ignorantia, ſemper eſt inuincibilis.*
3. *Si occurrat cogitatio de vincenda ignorantia, debet adhiberi illa diligentia, quam communiter adhibent viri prudentes eiuſdem ſtatus, & conditionis.*
4. *Ad ignorantiam vincendam non eſt neceſſariò adhibenda ſumma diligentia.*
5. *Rudes tenentur conſulere viros doctos, & probos.*
6. *Viri docti tenentur per ſe ipſi ſufficiens ſtudium facere.*
7. *Diligentia, quæ vni eſt ſufficiens, poteſt non eſſe ſufficiens alteri.*
8. *Ad vincendam ignorantiam iuris diuini eſt opus aliquando oratione, & pœnitentia interiore.*
9. *Deus propter peccata ſæpè permittit malos Doctores.*
10. *Ignorantia duobus tantùm modis poteſt eſſe vincibilis, aut inuincibilis.*
11. *Ignorantia vincibilis non excuſat à culpa.*
12. *Ignorantia vincibilis ſemper minuit culpam aliquo modo.*
13. *Etiam ignorantia affectata poteſt aliquando culpam minuere, dummodo non affectetur ex directa intentione peccandi liberiùs.*
14. *Ignorantia culpabilis venialiter, excuſat à culpa mortali.*
15. *Ignorantia non eſt eodem modo mortaliter culpabilis circa ius humanum, quo circa diuinum, & naturale.*
16. *Ignorantia mortaliter culpabilis vtrùm excuſet à culpa mortali circa ius humanum.*
17. *Excommunicatio lata contra ſcienter legentes libros Hæreticorum, non incurritur, ſi*

quis

Digitized by Google

quis legat ex ignorantia, etiam craſſa, & affectata.

18. *Ignorantia inuincibilis ipſius pœna communiter non excuſat à culpa.*

19. *Ignorantia inuincibilis ipſius culpa ſemper excuſat, etiamſi proueniat inuincibiliter ex alia culpa.*

20. *Ignorantia vincibilis pro vno tempore, ſi pro alio tempore euadat inuincibilis, quomodo excuſet.*

21. *Effectus, qui conſequuntur ex ebrietate, & fuerunt in illa præuiſi, vtrùm ſemper ſint peccata.*

22. *Effectus, qui præuidentur, & directè intenduntur, vt ſecuturi ex ebrietate, ſemper ſunt peccata.*

23. *Conuicia, & blaſphemia, ſi ſolùm præuideantur, non autem intendantur, vt ſecutura ex ebrietate, non ſunt peccata.*

24. *Nocumentum proximi, quod præuidetur in ebrietate, eſt peccatum.*

1. *Certum eſt, quòd ignorātia affectata, craſſa, & ſupina non eſt inuincibilis.*

SI ignorantia ſit affectata, & in ſe ipſa directè volita, & voluntaria, vel etiam ſit craſſa, & ſupina, quia nulla diligentia ſit adhibita ad eam vincendam, vel ferè nulla; cùm tamen in mentem venerit de adhibenda maiore, & facilè potuerit adhiberi ſufficiens; nemini poteſt eſſe dubium, quòd talis ignorantia ſit vincibilis, & non excuſet à culpa: ſi verò ignorantia, neque ſit affectata, neque craſſa, aut ſupina, & qui ignorat, non parum adhibeat diligentiæ, vt eam vincat, & tollat, non conſtat inter Doctores, quandonam ſit dicendus adhibuiſſe ſatis; & ſi adhuc ignotet, ignorare inuincibiliter, & eſſe tutus à culpa. Sed breuiter hæ regulæ videntur poſſe tradi.

2. *Si non occurrat cogitatio de vincenda ignorantia, ſemper eſt inuincibilis.*

Primò, ſi nulla actualis cogitatio, dubitatio, aut ſcrupulus menti occurrat de procuranda oppoſita ſcientia, & ignorantia ſuperanda, ſemper ignorantia eſt inuincibilis; & opus, quod ex illa efficitur, eſt ſine culpa. Ita S. Thomas *quæſt.15.de ver.art.4 ad* 1n.& alij, de quibus *ſuprà diſp.26.num.* 13.& 14.& patet ex rationibus ibi allatis.

3. *Si occurrat cogitatio de vincenda ignorantia, debet adhiberi illa diligentia, quam communiter adhibēt viri prudentes eiuſdem ſtatus, & conditionis.*

Secundò, poſtquàm occurrit cogitatio, dubitatio, aut ſcrupulus de vincenda ignorantia, non poteſt ignorantia dici inuincibilis, niſi fuerit ab vnoquoque adhibita illa diligentia, quam communiter in ſimilibus negotiis ſolent adhibere viri prudentes eiuſdem ſtatus, & conditionis. Ita Caiet. 2.2.*quæſt.* 64.*art.* 8. Caſtr.*lib.*2. *de lege pœn. cap.*14. Suar. *de cenſ. diſp.* 4. *ſect.* 8. *num.* 12. 17. & 18. & *diſp.* 45. *ſect.* 5. *num.*7. Azor *lib.*1. *cap.* 16. *quæſt.*6. Vaſq. 1.2. *diſp.* 124. *cap.* 2. *num.*5. Sayr. *lib.*2. *clau. reg. cap.*9. *num.*22. Sanchez *lib.* 1. *in Decal. cap.*16. *num.*34.& 36. & alij apud ipſum. Probatur: quia *cap. ſi culpa. de pœnis*, expreſsè dicitur, quòd ignorantia non te excuſat, ſi quam debueras, non curaſti, diligentiam adhibere.

4. *Ad ignorantiam vincēdam non eſt neceſſariò adhibēda ſumma diligētia.*

Et quòd hæc diligentia non debeat eſſe ſumma; ſed illa ſit ſatis, quam communiter adhibent viri prudentes eiuſdem ſtatus, & conditionis, non ſolùm colligitur, quia, quod eſt ſummum, moraliter, & communiter non cenſetur poſſibile, neque ad illud eſt obligatio; ſed etiam, quia ſic habetur *l. nec ſupina. ff. de iuris, & facti ignorantia.* vbi dicitur, nec ſupina ignorantia eſt ferenda, nec ſcrupuloſa inquiſitio eſt exigenda: quia ſcientia hoc modo æſtimanda eſt, vt neque negligentia craſſa, aut nimia ſecuritas ſit expedita, neque delatoria curioſitas exigatur: & *l. regula. 6. ſed facti. ff. eod.* dicitur, quòd *facti ignorantia ita demum alicui non nocet, ſi non ei ſumma negligentia obiiciatur.* Et rectè Labeo definit, quòd ſcientia, neque curioſiſſimi, neque negligentiſſimi hominis eſt accipienda; ſed eius, qui eam rem diligenter inquirendo, notam habere poſſit.

Et communiter pro viris rudibus, & indoctis ſufficiens diligentia cenſetur, ſi conſulant viros doctos, ac probos, de quibus non ſit ſuſpicio, quòd ex malitia, aut ex ignorantia malum conſilium ſint daturi, vt notat Nauar. *cap.* 23. *num.* 46. 5. *Rudes tenentur conſulere viros doctos, & probos.*
Et cæteris paribus plùs debent fidere probitati, quàm doctrinæ: quia, vt dicitur Eccleſiaſtici 14. *Qui ſibi nequam, cui bonus?* Et *cap.* 37. veriſſimè dicitur, quòd *anima viri ſancti enunciat aliquando vera, quàm ſeptem circumſpectores, ſedentes in excelſo ad ſpeculandum.* Et reipſa ita contigit 3. *Reg.* 22. quando ſolus Michæas magis vera prædixit Regi Iſraël, quàm quadringenti alij Prophetæ.

Docti verò tenentur per ſe ipſi ſufficiens ſtudium facere, in quantum poſſunt, vt notant Suar. 6. *Viri docti tenentur per ſe ipſi ſufficiens ſtudium facere.*
& Vaſq. *locis citatis*, & ex illis Sanchez *num.*36. *cit.* quia, vt habetur *l. regula. cit. ff. de iur. & facti ignorantia.* iuris ignorantia ex Labeonis ſententia tunc non prodeſt, quando aliquis Iuriſconſulti copiam habet, vel ſua prudentia inſtructus eſt; & tunc eſt detrimento, quando illi facile eſt ſcire.

Atque hoc modo facilè poteſt accidere ex eodem Sanchez *ibidem*, vt diligentia, quæ vni eſt 7. *Diligentia, quæ vni eſt ſufficiens, poteſt non eſſe ſufficiens alteri.*
ſufficiens, non ſit ſufficiens alteri: vt, ſi vetula, v.g. vel ruſticus Parochum conſulat, eiúſque conſilio acquieſcat; cuius tamen conſilium non poteſt eſſe ſatis viro vrbano, & docto.

Tertiò, ad vincendam ignorantiam iuris diuini in re difficili, & ad ſalutem neceſſaria, non eſt ſatis, ſi conſulantur viri docti, etiam plures, iique 8. *Ad vincendā ignorantiam iuris diuini eſt opus aliquando oratione, & pœnitentia interiore.*
ſciantur eſſe probi, & non eſſe daturi malum conſilium ex malitia, aut negligentia, vt *paulò antè* diximus, & vult Nauar. *cap.*23.*num.*46.*cit.* ſed prætereà eſt rogandus etiam Deus, vt veritatem oſtendat, & ſaltem per internam pœnitentiam, & dolorem peccatorum præparanda eſt anima ad illam percipiendam. Ita S. Antoninus 1.*part.tit.*3.*cap.*10. §.10. Adr. *quodlib.* 5. *quæſt.*1. *ad* 5. & *quodlib.*4.*art.* 1. *littera D.* Caſtr. *lib.*5. *de lege pœn. cap.*14.*cit.* Vaſq. 1.2.*diſp.*120. *cap.*2. *num.*6. Val. 1.2.*diſp.*6. *quæſt.*6. *puncto* 1. Sanchez *lib.*1. *in Decal. cap.*16.*cit.num.*39. & alij: vnde & *Eccleſiaſtici* 37. *paulò antè cit.* ſubditur: *In his omnibus deprecare Altiſſimum, vt dirigat in veritate viam tuam.* Et *Eſai.*58. peccatoribus exprobrat Deus, quòd ſine iuſtitia, & bonitate petant ſcientiam viarum ipſius: *Me etenim de die in diem quærunt, & ſcire vias meas volunt, quaſi gens, quæ iuſtitiam fecerit, & iudicium Dei ſui non dereliquerit.* Et ratio eſt: quia in huiuſmodi difficultatibus ſuperandis, moraliter non eſt ſufficiens omnis humana diligentia; ſed eſt opus auxilio Dei, vt dicitur in materia de gratia: & ſicut tenemur velle, & prouocare huiuſmodi cognitionem; ita & tenemur adhibere media proportionata, id eſt, pœnitentiam, & orationem.

Sæpè enim Deus propter peccata permittit, vt 9. *Deus propter peccata ſæpè permittit malos Doctores.*
habeamus malos Doctores, & ab iis decipiamur, vt patet ex S. Paulo 2. Theſſalon. 2. *Pro eo, quòd charitatem veritatis non receperunt, vt ſalui fierent, ideò mittet illis Deus operationem erroris, vt credant mendacio.* Et 3. *Reg.*22. ita contigit reipſa, quando Deus contra Achab, Regem peſſimum, dedit ſpiritum mendacem in ore quadringentorum Prophetarum, vt idem minatur *Ezech.*14. ſe facturum contra alios: *Qui poſuerit immūditias in corde ſuo, & ſcādalū*

iniquitatis ſua ſtatuerit contra faciem ſuam, & venerit ad Prophetam, interrogans per eum me: ego Dominus reſpondebo ei in multitudine immunditiarum ſuarum. Et paulò pòſt: *Et Propheta, cùm errauerit, & locutus fuerit verbum: ego Dominus decepi Prophetam illum.* Et paulò infrà: *Iuxta iniquitatem interrogantis, iniquitas Propheta erit.* Et ſi fortè Doctores habeamus bonos, Deus non permittit eos vera dicere; ſed ſermonem doctrinæ ab illis ſubtrahit, eorúmque linguam adhærere facit palato eorum, vt ipſemet loquitur *Ezech.3:* & notat ibi S. Hieronymus.

Et denique, ſi Doctores boni ſint, & vera reſpondeant, permittit Deus, vt malè illos intelligamus, iuxta illud Iſai.6. *Excaca cor populi huius, & aures eius aggraua, & oculos eius claude, ne fortè videat oculis ſuis, & auribus ſuis audiat, & corde intelligat.* Et cap.29. *Erit vobis viſio omnium, ſicut verba libri ſignati, quem cùm dederint ſcienti litteras, dicent: Lege iſtum, & reſpondebit: Non poſſum: ſignatus eſt enim. Et dabitur liber ſcienti litteras, & reſpondebit: Neſcio litteras.* Et denique iuxta illud Pſal. 68. *Obſcurentur oculi eorum, ne videant.* At proinde, cùm peccata ſint magnum impedimentum, ne Deus emittat lucem ſuam, & veritatem ſuam, omninò debent tolli, ſaltem per contritionem, & pœnitentiam interiorem, ſi non tollantur per confeſſionem ſacramentalem: tunc enim, cùm propè ſit Dominus omnibus inuocantibus eum in veritate, deprecationem eorum exaudiet, & ſaluos faciet eos, manifeſtando veritatem, quam ignorabant. Et, quia hoc totum cum auxilio gratiæ facilè poteſt fieri ab vnoquoque, non videtur excedere mediocritatem diligentiæ, ad quam vnuſquiſque tenetur, vt vincat ignorantiam, qua laborat.

Plura de huiuſmodi diligentia adhibenda ad vincendam ignorantiam, videri poſſunt apud Caſtrum *loco cit.* Cordub. *lib.2. quaſt.2. & 4.* Zumel. *1.2. q.76. art.2. diſp.3.* Suar. *de cenſ. diſp.4. ſect.8. num.17. & ſequentibus.*

10\. *Ignorantia du[illegible] tan[illegible] modis [illegible] eſſe [illegible] aut inuincibilis.*

Quartò, ſi ignorantia non poſſit dici inuincibilis vno aliquo ex modis iam explicatis, id eſt, vel, quia non venit in mentem prima cogitatio de illa vincenda; vel, quia vinci non potuit per diligentiam, quæ prudenter eſt credita fore ſufficiens, abſolutè eſt dicenda vincibilis, neque excuſat à culpa; quamuis illam aliquo modo minuat. Quòd ſit vincibilis, patet ex dictis: quia moraliter nullus eſt alius modus, ſecundùm quem ignorantia poſſit dici inuincibilis, niſi vel quia ex defectu primæ cogitationis non potuit adhiberi diligentia ad eam vincendam; vel, quia vinci non potuit per eam diligentiam, quæ prudenter fuit credita debuiſſe adhiberi, & fuiſſe neceſſaria, iuxta communem modum operandi, & habita ratione humanæ imbecillitatis.

11\. *Ignorantia vincibilis nō excuſat à culpa.*

Et quòd in tali caſu non excuſet à culpa, eſt expreſsè doctrina S. Thomæ 1.2. *quaſt.76. art.3.* & aliorum communis, apud Sanchez *lib.1. in Decal. cap.17. num.1.* cùm enim ipſa, ſaltem indirectè, ſit voluntaria, & culpabilis, quicquid fuit præuiſum debere ex illa conſequi, debet ſimiliter dici voluntarium, & culpabile.

12\. *Ignorantia vincibilis ſemper minuit culpam aliquo modo.*

Denique, quòd aliquo modo minuat culpam, eſt eiuſdem S. Thomæ *quaſt.76. cit. art.4.* & aliorum communis, apud Sanchez *cap.17. cit. num.3.* quia ſaltem facit, vt actio, & malitia ſit voluntaria ſolùm in alio, id eſt, minùs perfectè voluntaria, quàm ſi fuiſſet cognita in ſe ipſa. Idque poteſt aliquando contingere etiam in ignorantia affectata, vt ſubdit Sanchez *num.5.* dummodo non affectetur ex directa intentione peccandi liberiùs, & ſine remorſu conſcientiæ; ſed ad bonum aliquem finem, verbi gratia, ad hunc ipſum, vt culpa ſit leuior, & præceptum non ita voluntariè violetur, & contemnatur: in priori enim caſu certum eſt, quòd potiùs augeat, vt notat S. Thomas *art.4. cit.* quia, quamuis actualiter, & in ſe occultet malitiam, & ex hoc capite illam minuat; ex aliis tamen capitibus, & præcipuè ex maiori illo affectu peccandi, ex quo affectatur, multò plùs auget; & ideò abſolutè dicitur augere, non autem minuere.

13\. *Etiam ignorantia affectata poteſt aliquādo culpam minuere, dummodo nō affectetur ex directa intētione peccandi liberiùs.*

14\. *Ignorantia culpabilis venialiter excuſat à culpa mortali.*

Quòd ſi quæras, vtrùm huiuſmodi ignorantia, etiam vincibilis, & culpabilis, ita poſſit culpam minuere, vt aliquando eam faciat ſolùm venialem, cùm tamen alioqui ex ſe eſſet mortalis. Reſpondet Sanchez *lib.1. in Decal. cap.17. cit. num.17.* ex Sylueſt. *verb. periurium, quaſt.1. verſu, Quando iuratur.* Nauar. *in Man. cap.12. num.7.* Suar. *tom.3. de Sacram. diſp.82. ſect.3.* Val. *1.2. diſp.6. quaſt.6. puncto 3. verſ. Sequitur ex his.* & aliis communiter, quando ignorantia ſolùm venialiter eſt culpabilis, omninò excuſare à culpa mortali: & qui peierat, v. g. quia venialiter fuit negligens in inueſtigando, vtrùm id eſſet verum, an falſum, ſolùm peccare venialiter: quia, ſcilicet, tale periurium non eſt voluntarium, niſi in alio; & per conſequens neque poteſt eſſe in ſe magis culpabile, quàm illud aliud, in quo eſt voluntarium.

15\. *Ignorantia non eſt eodem modo mortaliter culpabilis circa ius humanū, quo circa diuinū, & naturale.*

Et addit *num.20.* non eodem modo eſſe iudicandum de culpa ignorantiæ circa ius diuinum, aut naturale, & circa ius poſitiuum humanum; ſed illam, quæ eſſet mortalis circa ius diuinum, & naturale, non eſſe cenſendam mortalem circa ius poſitiuum humanum: quia hoc ex propria ratione, & conditione minùs obligat, quàm illud: & ideò minorem diligentiam requirit, vt probat ex multorum Doctorum ſententia, quos refert *num.19. pracedente,* qui in hoc diſtinguunt ius poſitiuum humanum à iure diuino, & naturali, quòd circa illud à culpa mortali excuſet quæcunque bona fides, & quæcunque ignorantia, dummodo non ſit craſſa, & ſupina, quæ dolo æquiparatur; non autem excuſet circa alia.

16\. *Ignorantia mortaliter culpabilis, vtrùm excuſet à culpa mortali circa ius humanū.*

Et quamuis Suar. *diſp.4. de cenſ. ſect.10. num.10.* pro eodem accipiat ignorantiam craſſam, vel ſupinam, & ignorantiam mortaliter culpabilem; & doceat, nullam eſſe culpabilem mortaliter, quæ non ſit craſſa, & ſupina, vt etiam *ſuprà* retulimus, dum ageremus de diuiſionibus ignorantiæ, *diſp.25. num.9.* ex quo principio conſequenter tenetur dicere, non poſſe eſſe aliquid peculiare in ignorantia circa ius humanum, & circa ius diuinum, & naturale, in ordine ad excuſandum à culpa mortali, cùm in omnibus æqualiter non excuſet ignorantia craſſa, & ſupina, id eſt, illa, quæ eſt culpabilis mortaliter; niſi tamen ſit quæſtio ſolùm de nomine, vt etiam *ſuprà* diximus *num.9. cit.* multò eſt probabilius, quòd aliqua ignorantia poſſit eſſe culpabilis mortaliter, quæ non ſit craſſa, & ſupina, vt probat idem Sanchez *cap.16. pracedent. num.7.* ſi, ſcilicet, aliquis non omittat omnem diligentiam, aut ferè omnem, pro acquirenda oppoſita notitia, ſicut requiritur ad ignorantiam craſſam & ſupinam; ſed tamen prætereà non tantam adhibeat, quanta moraliter eſſet ſufficiens: & ideò peccet mortaliter, & in tali caſu ex ſententia illorum Doctorum tranſgreſſio iuris humani poterit non eſſe mortalis; quamuis ignorantia ipſa, ex qua prouenit, ſit mortalis; & quamuis eſſet mortalis tranſgreſſio iuris diuini, vel naturalis, ſi proueniret ex ſimili ignorantia mortaliter culpabili.

Sed

Sed reuetà, quanuis illud primum poſſit admitti, quòd mioor diligentia requitatot pro iure homano, quàm pro diuino, & naturali; & ideò diligentia, quæ pro diuino eſſet mortalis, non ſit mortalis pro humano;hoc tamen poſtetins non videtur admittendum, quòd poſſit ignorantia aliqua eſſe mortalis, etiam pro iure humano; & tameo poſſit excuſare à culpa mortali tranſgreſſionem illius: quia enim obligatio ſciendi,vel non igoorandi tale ius, ſolùm eſt propter obligationem illud ſeruandi; imò eadem obligatio, quæ primò & per ſe eſt ad illud ſeruandum; ſecundariò, & per accidens eſt ad illud ſciendum,vel non ignorandum;impoſſibile videtur, quòd ſit peccatum mortale illud non ſcire, vel ignorare, & ſolùm ſit veniale illud tranſgredi,vel non ſeruare: & cùm tráſgreſſio,quando contingit ex ignorantia voluntaria & culpabili, ſolùm ſit voluntaria, & culpabilis io ipſa ignorantia; impoſſibile videtur, quòd poſſit eſſe culpabilis ſolùm venialiter, ſi ipſa ignorantia, à qua culpam participat, ſit culpabilis mortaliter in ſe ipſa: ſicut enim, quando ignorantia eſt culpabilis venialiter, ſolam culpam venialem poteſt refuodere in transgreſſionem, vt *ſuprà* diximus *num.* 14. ita & debet ſolam mortalem refundere, quando ipſa in ſe eſt mortalis. Neque exiſtimo, hoc voluiſſe Sanchez, quanuis *num.* 19. & 21. id ſatis indicet; ſed ſolùm aſſeruiſſe, quòd circa ius humanum craſſa tantùm, & ſupina ignorantia ſit mortalis, & non excuſet;illa verò, quæ alioqui, etiam provt contradiſtiocta à craſſa,vel ſupina, eſſet mortalis circa ius diuinum, & naturale, talis non ſit circa ius humanum: quod rectè poteſt admitti, vt diximus.

17. *Excommunicatio lata contra ſcienter legentes libros Hæreticorum, non incurritur, ſi quis legat ex ignorantia, etiam craſſa, & affectata.*

Ex qoo vlteriùs etiam poteſt inferri, qoòd talis ignorantia non craſſa, & non ſupina etiam excuſet ab excommunicatione, & aliis huiuſmodi pœnis, quæ non incurruntur, niſi per culpam mortalem, quanquam ſi ſint impoſitæ ſolùm contra eos, qui ſcienter aliquid faciunt, quomodo in Bulla Cœnæ *numero* 1. excommunicantur ſcienter legentes, aut retinentes libros Hæreticorum, probabile eſt, quòd ab illis excuſet etiam ignorantia craſſa & affectata, dummodo non contineat ingentem temeritatem, & culpam latiſſimam, vt probat Sanchea *lib.* 2. *in Decalog. cap.* 10. *num.* 38. & fuſiùs *lib.* 9. *de matrim. diſp.* 32. *num.* 36. & 39. ex Sylu. *verb. ignorantia, num.* 18. Couart. *in Epiſt.* 4. *Decret. p.* 2. *cap.* 6. §. 8. *num.* 21. & aliis præſertim Canoniſtis, vt, ſi quis, v.g. dubitans aliquantulùm de libri Aothore, aut de materia, ſtudioſè nolit legere titulum, vt illum liberiùs legat: verè enim non legit ſcienter librum Hæretici,& ideò non incurrit excommunicationem, vt idem ſubdit.

18. *Ignorantia inuincibilis ipſius pœna communiter non excuſat à culpa.*

Debent verò hæc omnia, quæ diximus de ignorantia inuincibili pro excuſanda culpa,ſolùm intelligi de illa, quæ eſt ipſios culpæ, aut malitiæ; non autem de illa, quæ eſt ipſius pœnæ: quanuis enim aliquis ignoret inuincibiliter pœnam, quam leges ſtatuunt, v.g. contra furtum; dummodo tamen non ignoret malitiam furti, peccat furando: quia ignorantia pœnæ, ſicut non tollit notitiam culpæ, ita oeque illam facit inuoluntariam. Indirectè tamen, & per accidens poteſt aliquando etiam ignorantia pœnæ minuere culpam; quia ignorata grauitate pœnæ minùs apprehenditur grauitas culpæ;& ideò minùs perfectè eſt voluntaria, vt notat Sanchez *lib.* 1. *in Dec. cap.* 16. *num.* 15. Quo aotem modo res hæc aliter ſe habeat in cenſuris; & ignorantia, v.g. excommunicationis adiunctæ ad percuſſionem Clerici, tollat rationem contumaciæ erga Eccleſiam & poteſtatem clauium, & ideò etiam excuſet ab excommonicatione, non eſt huios loci.

19. *Ignorantia inuincibilis ipſius culpæ ſemper excuſat, etiamſi proueniat inuincibiliter ex alia culpa.*

Et ſi ignorantia ſit inuincibilis ipſius culpæ, noo ſolùm excuſat, quando ipſa ignorantia non eſt cauſata per aliam culpam, ſed etiam quando eſt cauſata per aliam, dummodo in illa priore culpa non fuerit præuiſa; & ideò non fuerit cauſata, vt voluntaria, & vt culpabilis, vt etiam *ſuprà* diximus *diſp.* 25. *num.* 5. ſi quis enim culpabiliter omittat Sacrum, v.g. die feſto, eóque die fortè in Eccleſia publicetur aliqua lex, de qua ipſe non cogitauit, rectè dicitur illam ignorare inuiocibiliter; &, ſi non ſeruet, non peccat. Et idem contingit, etiamſi obligatio prioris culpæ vitandæ, ſolùm eſſet ex obligatione viocendi ignorantiam, & habendi oppoſitam ſcientiam: dommodo enim de illa non inciderit cogitatio; adhuc tamen ignorantia, quæ ex illa culpa prouenit, eſt inuincibilis, & excuſat: vt ſi ruſticus, v.g. omittat intereſſe Catechiſmo, ad quem tenetur ſub mortali;& ideò ignoret myſterium aliquod fidei, de qua tamen ignorantia priùs non cogitauit, quòd eſſet prouentura ex illa abſentia à Catechiſmo, vt *ſupra* diximus.

20. *Ignorantia inuincibilis pro vno tempore, ſi quo alio tempore euadat inuincibilis, quomodo excuſet.*

Quòd ſi contingat, vt ignorantia, quæ vno tempore potuit vinci, pro alio tempore euadat inuincibilis, tunc ſolùm excuſat à malitia actuum, qui ex illa poſteà fiunt, quando totus progreſſus ignorantiæ ad ſtatum inuincibilis, & effectus, qui poſteà in illo ſtatu erant ſecuturi, non fuerunt præuiſi in priore ſtatu ignorantiæ vincibilis, & in omiſſione voluntaria, & culpabili eam vincendi: vt, ſi quis, v.g. ex mortali negligentia non diſcat aliquid, ad quod tenetur, & qnod poteſt diſcere; & poſteà illud tranſgrediatur ex ignorantia, quando hæc eſt facta inuincibilis, & non eſt ampliùs, à quo poſſit diſcere. Ita Sanchez *lib.* 1. *in Decal. cap.* 16. *num.* 41. Et patet ex dictis: quia poſterior ſtatus ignorantiæ, & effectus in illo ſtatu conſecutus ex ignorantia, non fuerunt voluntarij in priore negligentia, & omiſſione, oiſi fuerint in illa præcogniti.

21. *Effectus, qui conſequuntur ex ebrietate, & fuerunt in illa præuiſi, vtrùm ſemper ſint peccata.*

Atque hoc modo etiam effectus, qui conſeqoontur ex ebrietate voluotaria, & culpabili, tunc ſolùm imputantur culpæ, quando aliqno modo fuerunt in illa præcogniti; & poſteà non fuit adhibita ſufficiens diligentia, vt cauerentur, vt notat Vaſq. 1. 2. *diſp.* 127. *cap.* 3. *num.* 8. & *ſequentibus*, & ex illo Sanchez *lib.* 1. *in Decal. cap.* 16. *num.* 42. qoi etiam monet *num.* 44. ex eodem Vaſq. *ibid. num.* 11. & Sayr. *lib.* 2. *clau. reg. cap.* 9. *num.* 42. & Maiore *in* 4. *diſt.* 17. *quæſt.* 8. *concluſ.* 4. non eodem modo eſſe damnanda omnia illa, quæ fiunt, aut dicuntur tempore ebrietatis, & alioqui ſunt ex ſe mala, & fuerunt præuiſa: verba enim, & facta contumelioſa, provt veniunt ab homine ebrio, communiter non accipiontur, vt talia; ſed potiùs, vt facetiæ, & ludicra: & ideò potiùs mouent ad viſum, quàm ad iram: & idem etiam eſt de multis aliis, quæ vt imputentur culpæ, poſtulant fieri ſcienter, & ex certa aduertentia, qualia ſunt ex eodem Vaſq. *ibidem* etiam periuria, blaſphemiæ, & infidelitates: ac proinde ſi quis præuideat, quòd tempore ebrietatis tale aliquid proferet, non propterea eſt damnandus periurij, aot blaſphemiæ: quia ſolùm potuit præuidere, quòd materialiter futurus eſſet periurus, aut blaſphemus, id eſt, ſolùm materialiter, & in ſuppoſitione tantùm materiali, vt dicitur in Summulis; non autem in ſuppoſitione formali, eſſet prolaturus illa verba, ſicut proferret etiam dormiens, aut amens, vel pſittacus; quod tamen non eſt mortale.

Verùm hoc de hoiuſmodi peccatis periurij, & blaſphemiæ, non probat Sanchez *ibidem, num.* 44. *cit.* quia contumeliæ contra Deum prolatæ ab homine

ebrio, non eodem modo accipiuntur à Deo, vt facetiæ, ſicut accipiuntur ab homine prolatæ contra hominem: & ad contrahendam ex illis culpam mortalem ſatis eſt, ſi ſint voluntariæ in alio, vt patet etiam io eo, qui peierat, vel blaſphemat ex conſuetudine, vt vult Caietanus 2.2. *quæſt.* 150. *art.* 4, *dub.* 2. *verſ. Ad horum euidentiam.*

Sed tota hæc res maximè videtur pendere ex doctrina de circunſtantiis peccatorum, & de malitia, quæ ex illis habetur, aut non habetur, etiam quando ſunt præcognitæ, & præuiſæ; & ſpecialiter de circunſtantia euentus: & tota difficultas in huc maximè eſt, vt explicetur, quomodo ebrietas ex hac circunſtantia, quòd ex illa ſint euentura conuicia, vel blaſphemiæ, contrahat, vel non contrahat ſpecialem malitiam: ſicut & contrahit ex hoc, quòd ſit euenturũ homicidium, aut furtum, aut aliquid proximi nocumentum. Et quidem, ſi huiuſmodi euentus non ſolùm præuideantur, ſed etiam iotendantur, vt ſecuturi ex ebrietate, & ad hunc finem quis ſe inebriet, vt iactet conuicia, & blaſphemias in Deum, aut homines, certum eſt, quòd ebrietas habet ex illis ſpecialem malitiam, & ipſa in ſe non excuſantur per ignorantiam, quæ contingit in ebrietate: ſic enim S. Thomas 1.2. *quæſt.* 72. *art.* 9. *&* 2.2. *quæſt.* 148. *art.* 4. *& quæſt.* 14. *de malo, art.* 3. vniuerſaliter docet de omnibus circunſtantiis, quòd ſemper tribuant ſpeciales malitias, quãdo in ſeipſis ſunt volitæ ex diuerſis motiuis: vt ſi guloſus præproperè comedat, & cum circunſtantia indebiti temporis, ex motiuo irrationabili non ferendi famem, vel comedat lautè & cibos indebitos ex motiuo inordinatæ delectationis, & ſic de aliis. & *quæſt.* 73. *art.* 8. ſpecialiter idem aſſerit de nocumento proximi, quod aliquando conſequitur ex actu peccati; quòd, ſcilicet, ſemper addat nouam malitiam, ſi ſit præuiſum & intentum. Et *quæſt.* 2. *de malo, art.* 6. addit, quòd quando circunſtantiæ fundant per ſe diſconuenientiam, & diuerſum ordinem ad rationem, & diſparatè ſe habent ad illum actum, quem circunſtant, ſemper ſpecificant actum diuerſum; & eum, qui furatur, v. g. propter homicidium, ait habere duos actus voluntatis, id eſt, alterum de furto, & alterum de homicidio, & hunc ſe habere, vt circunſtantiam illius; quia ſe habet vt amor, & intentio finis, propter quem ille eſt. Eadem ergo ratione, ſi qois velit inebriari propter blaſphemias, & conuicia, duplicem actum habebit, id eſt, circa ebrietatem, & circa blaſphemias; nec poterit vterqne non eſſe malus ex malitia proprij obiecti, & ex ordine, quem habent ad ſe inuicem. Et cùm certum ſit, quòd directa intentio iactandi blaſphemias, & conuicia eſt mala, certum ſimiliter eſt, quòd ſiue ad illam adhibeatur ebrietas, ſiue aliud quodcunque medium, ſemper habebit ſuam malitiam. Neqne in hoc caſu videtur iotelligendum, quòd coouicia prolata ab ebrio reputentur facetiæ, & moueant riſum, vt docent Authores citati: ſed, ſi ſciretur ebrietas ad hunc finem eſſe inducta, vt illa grauiùs, & liberiùs iactarentur, vel æqualem, vel fortè maiorem iram mouerent, ſaltem in eo, cootra quem iactarentur.

22. *Effectus, qui præuidentur, & directè intenduntur vt ſecuturi ex ebrietate, ſemper ſunt peccata.*

23. *Conuicia, & blaſphemia, ſi ſolùm præuideantur; non autem intendantur vt ſecutura ex ebrietate, non ſunt peccata.*

Si verò conuicia, & blaſphemiæ ſolùm præuideantur, non autem per ſe inteodantur, vt ſecutura ex ebrietate; probabile eſt, quòd poſſint non damnari, vt peccata, quando poſteà ſequuntur: & quòd ebrietas non habeat ex illis nouam malitiam, vt docent Authores citati, quia manent, vt puræ circunſtaotiæ ad actum ebrietatis, & quatenus conſiderantur, vt prolatæ ſolùm materialiter, & ſine animo iniuriandi, vtpotè prolatæ ſine animo ſignificandi internum conceptum, ad quem ſunt impoſitæ, non fundant ſpecialem diſconuenientiam, neque reſpiciunt ſpecialem ordinem rationis, pro, vel contra, id eſt, præcipientis, vel prohibentis, ſicut requiritur ad habendam malitiam ex circunſtantiis, quando oon intenduntur ex diuerſis motiuis, vt docet S. Thomas 1.2. *quæſt.* 18. *art.* 5. præſertim *ad* 4. *& a.* 10. *in fine cor.* & nos *infrà* explicabimus *ſuo loco.*

Et quemadmodum huiuſmodi verba aduertenter, & voluntariè in ſeipſis prolata, v. g. ad effectum docendi; noo autem ad effectum ſignificandi internum conceptum ipſius proferentis, & per conſequens ſine animo iniuriandi, non fundant diſconuenientiam ad rationem, neque tribuunt vllam malitiam; ſed hanc ſolummodo fuodant & tribuunt, in quantum proferuntur voluntariè, & deliberatè, vt iniurioſa, & modo iniurioſo: ita nec videntur illam fundare, in quantum proferuntur voluntariè in alio, id eſt, in ipſa ebrietate, & in illa ſolùm præuidentur vt proferenda, non tanquàm ioiurioſa, & modo iniurioſo, ex animo iniuriandi deliberato; ſed ſolùm vt proferẽda materialiter ex vini incaleſcentia, ſicut & proferrentur tempore ſomni, aut longioris amentiæ. Et quia hæc ratio eodem modo videtur valere de blaſphemiis erga Deum, atque de conuitiis, aut contumeliis erga homines, rectè videntur Authores citati æqualiter condemnare, aut excoſare vtraſque.

Et contrà, quia circunſtantia mali euentus, quoad proximi nocumentum, v. g. quoad furtum, aut homicidium, omni modo fundat diſconuenientiam, & maliriam; ſiue præcognoſcatur, & intendatur in ſe, ſiue in alio, ſemper damnatur vt peccatum; & etiam ebrietas, ex qua præuidetur ſeqoi homicidium, aut furtum, habet ex illo ſpecialem malitiam. Et idem eſt ex Sanchez *lib.* 1. *in Decal. cap.* 16. *cit. num.* 44. etiam de fornicatione & pollutione tactibus procurata; non autem ſolùm prouenientе ex copia humorom, & tenum debilitate: quia enim ſimiliter eſt contra bonum prolis, non ſolùm fundat diſconnenientiam, & malitiam, ſi in ſe ipſa præuideatur, & intendatur; ſed etiamſi præoideatur in ebrietate, aut alio quocunque, quanuis Vaſquez 1.2. *diſput.* 127. *cap.* 3. *num.* 11. *cit.* oppoſitum aſſerat.

24. *Nocumentum proximi, quod præuidetur in ebrietate, eſt peccatum.*

Et hanc ob cauſam, qui ſic præuidet ex ſua ebrietate debere conſequi huiuſmodi effectus, qui fundant malitiam, provt præcogniti, & voluntarij etiam in alio, vel debet adhibere diligentiam, & omninò impedire, vt non ſequantur ſecuta ebrietate; vel ſi hoc non poteſt, duplici obligatione debet vitare ebrietatem; id eſt, altera ex malitia illi intrinſeca, & eſſentiali; & altera ex malitia extrinſeca, & accidentali per circunſtantiam huius mali euentus: & ſicut ebrietas, provt ſubſtat huic circunſtantiæ huius mali euentus, verè habet malitiam duplicem; ita & qui ſpoote in illam conſentit, verè contrahit malitiam duplicem, & dupliciter peccat, vt infrà conſtabit, quando agemus de diſtinctione ſpecifica peccatorum ex circunſtantiis.

DISPVT. XXIX.

Quorum iurium poſſit haberi ignorantia inuincibilis.

1. *Ignorantia facti ſæpè eſt inuincibilis.*
2. *Iuris humani poſitiui poteſt dari ignorantia inuincibilis.*
3. *Ignorantia iuris pro aliquibus generibus perſonarum*

rum admittitur etiam in foro externo.

4. *Ignorantia quomodo poſſit probari in foro externo.*
5. *Promiſſus de canonicatu non tenetur in conſcientia reſtituere fructus, ſi fortè ex ignorantia omiſit profeſſionem fidei.*
6. *Ignorantia, quæ excuſat à culpa contra aliquam legem poſitiuam, etiam excuſat à pœna per illam legem ſtatuta.*
7. *Idq́, eſt verum etiam de cenſuris, & de irregularitate.*
8. *Ignorantia alicuius legis etiam excuſat à reſeruatione caſus, quando hæc per legem imponitur, tanquàm pœna.*
9. *Et præterea à nullitate actus, ſi etiam hæc per aliquam legem ſtatuatur, vt pœna.*
10. *Beneficia ignoranter collata ab Epiſcopo perſonis prohibitis ſub pœna nullitatis, non ſunt in conſcientia collata nulliter.*
11. *Quomodo circa ius naturale poſſit dari ignorantia inuincibilis.*
12. *Quomodo circa ius diuinum poſſit dari ignorantia inuincibilis.*
13. *Ignorantia rerum fidei aliquando eſt pœna peccati.*
14. *Apoſtoli quomodo prædicarunt Euangelium in vniuerſo mundo.*
15. *Ignorantia inuincibilis rerum fidei poteſt eſſe etiam in homine fideli.*
16. *In rudibus qualis notitia rerum fidei poſſit ſufficere.*

1. *Ignorantia facti ſæpè eſt inuincibilis.* DE ignorantia facti cettiſſimum eſt, quòd ſæpè ſit probabilis, & inuincibilis: nam *c. ignor. de reg. iur. in* 6. exptesſè admittitur ignotantia facti, & dicitur, quòd excuſet: & *l. regula. ff. de iur. & facti ignor.* tunc ſolùm nocere dicitur ignorantia facti, quando ei ſumma negligentia poteſt obiici. Et confirmatur: quia facilè poteſt accidete, vt factum aliquod ita lateat aliquem, vt vel nulla rei occurrat cogitatio de illo inueſtigando; vel, ſi occurrat, nulla diligentia ei ſufficiat ad illud aſſequendum. Quare, qood ait Gloſſa *in cap. cùm itaque. d.* 38. *& in c. quod dicitis. d.* 17. & Anchar. *in cap. vt animarum. n.* 3. *de conſtit. in* 6. non poſſe aliquem ſine negligentia craſſa, & ſupina ignorare id, quod publicè factum eſt in ciuitate, ſolùm debet intelligi, quando id, quod publicè factum eſt, facilè potuit etiam ab illo cognoſci: alioqui enim nemo non videt, quòd etiam Iudex facilè poteſt inuincibilirer ignorate authorem criminis, publicè commiſſi in medio foro, ſi ad illum nullus rumor petueoit, & qui interfuerunt, omnes coniurarunt de ſeruando ſecreto; neque vllus eſt, qui minis, aut promiſſis velir manifeſtare: vt notat Caſtr. *lib. 2. de lege pœn. cap.* 14.

2. *Iuris humani poſitiui poteſt dari ignorantia inuincibilis.* Maior eſt difficultas de ignorantia iuris, tam humani, quàm naturalis, & diuini. Sed etiam de hoc certum eſt ſecundò, quòd ignorantia iuris humani poſitiui poteſt aliquando eſſe inuincibilis. Ita Caſtr. *l. 2. de l. pœn. c. 14. cit.* Azor *tom. 1. l. 1. c. 13. q.* 3. Vaſq. 1. 2. *d.* 123. Sanch. *lib. 9. de matr. d. 32. num.* 10. *& lib.* 1. *in Dec. cap. 16. num.* 26. & alij communiter, quicquid dicat Guillel. Pariſ. *tract. de leg. cap.* 21. & apud Vaſq. 1. 2. *diſp. 123. cap. 1. num.* 1. vbi nullam videtur admittere ignorantiam inuincibilem. Probatur: quia iura humana tam multa ſunt, vt vix poſſint ab vnoquoque teneri omnia, etiam loquendo de illis, quæ alioqui pertinent ad officium illius, vt, v. g. ab Epiſcopo illa, quæ pettinent ad cenſuras, & irregulatitates. Vnde & apud Caſtrum *loco cit.* multi viri doctiſſimi, & verè pij ſæpiùs conqueſti ſunt, & deplotarunt tantam multitudinem cenſurarum, & multò grauius putarunt teddi ex illis iugum Euangelij, quàm olim eſſet legis Moſaicæ: & ex Ioann. Gerſone, viro doctiſſimo, & verè pio *lect. 4. de vita ſpirituali, coroll.* 4. Vrbanus V. hoc nomine peculiaritet dicitur gloriatus, quòd eſſet Papa: quia nullis cenſutis ampliùs teneretur. Et benè ſubdit *ibidem* Gerſon, & ex illo Caſtrus *cap. 14. cit.* quòd ſi dilexiſſet proximos ſuos, ſicut ſe ipſum, & hoc aduertiſſet, relaxaſſet fortaſſe tot laqueos, tot onera, tot pericula animarum. Et præterea, ſi loquamut, non de omnibus homanis iuribus, quaſi collectiuè; ſed de aliquibus indefinitè, & diſtributiuè de ſingulis, quòd poſſint aliquando ignorari inuincibiliter, probatur ex eo: quia fieri poteſt, vt quando conſtitutio aliqua Pontificis, v. g. de nouo fertur, inculpabiliter illius notitia ad illum non ptoueniat, vt putà ſi tunc temporis longè abetat à loco publicationis, vel grauiter ægrotabat, vel erat in carcere, vt notat Sylu. *verb. ignorantia. num.* 13. & Angelus *eod. num.* 13. ex S. Thoma *quodl. 1. a.* 19.

Neque obſtat, quòd iura, tam canonica, quàm ciuilia, ignotantiam iuris communiter non admittant, *cap. ignorantia, de reg. iur. in 6. l. conſtitutiones. C. de iur. & fact. ignor. & l. leges ſacratiſſimæ. C. de legibus.* hæc eoim, & ſimilia ſolùm intelliguntur pro foro externo, in quo leges communes ſolenniter promulgatæ commuuiter præſumuntur non ignorari, vt notant Authores citati; non autem pro foto conſcientiæ, in quo prçſumptio locum non habet niſi quando in illo eodẽ foto nõ conſtat de veritate, vt certè ſupponimus poſſe non ſtare in re præſenti.

Imò etiam pro foro externo admittitur aliquando igoorantia iuris in aliquibus geoeribus perſonarum, vt notat Andr. *quodl. 4. art.* 1. Vaſq. 1. 2. *diſp. 123. cap. 2. num.* 5. & alij, vt, v. g. in militibus, *l.* 1. *C. de iur. & facti ignorantia.* In mulieribus, *l. quamuis. & l. fin. eod.* In pupillis, & in minoribus 25. annis, *l. quamuis. cit. & l. cum indebito. ff. de probat.* In ruſticis, & agricultotibus, ſi non potuerunt conſulere peritos. *l. regula. §. ſed iuris. ff. de iur. & facti ignorantia. & l. cum indebito. cit. de probat.* & notat Gloſſa *in l. 1. cit. verb. armata. C. de iur. & facti ignor.* Et denique ioiis omoibus, qui forenſium rerum ſunt expettes, vel aliàs ſimplicitate gaudent, vt dicitur *l. cum indebito. cit. ff. de probat.* Et tales ſunt etiam Monachi, vt notat Sylu. *verb. ignor. num.* 16. ex Archid. Butrio, & aliis, & vniuerſaliter regulares, quibus opprobrium eſt, ſi velint videri periti forenſium diſceptationum, vt notat Gloſſa *in c. 2. verb. Eccleſiaſtici, de poſtul.* & ex illa Nau. *conſ. 23. num. 4. de reg. lib.* 3. & vniuerſaliter de Clericis, & defenſotibus Eccleſiarum habetur *l. repetita. C. de Epiſc. & Cler. & l. conſulta. C. de teſtam.* 3. *Ignorantia iuris pro aliquibus generibus perſonarum admittitur etiam in foro externo.*

Et pro his omnibus ſi probatio ignorantiæ in foro externo non poſſit haberi omnino lucida, vt vult Innoc. *in c. cognoſcentes. de conſtitut.* ſatis eſt, ſi habeatur pet iuramentum ipſiuſmet allegantis ignorantiam, vt vult Gloſſa *in cap. propoſuiſti. verb. non probatur. d* 82. *& in cap. qui dicimus. verb. ignorare.* 12. *quæſt.* 2. vel ſaltem relinqui id debet arbitrio Iudicis, vt vult Panormit. *in cap cognoſcentes. cit. num.* 9. ſpectatis, ſcilicet, circumſtantiis, & genere ipſo ignorantiæ, & qualitate facti, & conditione perſonæ. 4. *Ignorantia quomodo poſſit probari in foro externo.*

Sempet autem ignorantia inuincibilis citca huiuſmodi leges ſimul excuſat à culpa, & à pœna per illas ſtatuta, vt notat Gloſſa *in cap. 2. verb. culpa, de conſtit.* & ibi Innocentius *num.* 1. Panormit. *num.* 7. & alij apud Sanchez *lib. 9. de matrimonio, diſput.* 32. *num.* 6. quia non debent in damnum vocari, quæ carent culpa. *cap. 2. cit. de conſtit.* Nec ſine culpa eſt

aliquis

Digitized by Google

aliquis puniendus. *cap. ſine culpa, de reg. iur. in 6.* & pœnæ, quæ ſtatuuntur per leges, aut per decreta; ſolùm parantur aduersùs ſcientes. *l.fin.de decretis ab ord.faciendis.*

5. *Prouiſus de beneficio curato, aut canonicatu, non tenetur in conſcientia reſtituere fructus, ſi fortè ex ignorantia omiſit profeſſionem fidei.*

Atque hoc modo, quod habetur *in Trid. ſeſſ. 24. de reform.* vt prouiſi de beneficiis quibuſcunque curam animarum habentibus, teneantur à die adeptæ poſſeſſionis, vel ad minus intra duos menſes, facere publicam profeſſionem ſuæ fidei orthodoxæ in manibus Epiſcopi, aut eius Vicarij generalis, & prouiſi de canonicatibus, & dignitatibus in Eccleſiis cathedralibus; teneantur præterea illam facere in Capitulo, alioqui prædicti omnes prouiſi non faciant fructus ſuos, nec illis poſſeſſio ſuffragetur: hoc, inquam, in foro conſcientiæ non habet locum in iis, qui talem profeſſionem omittunt ex ignorantia, vel incogitantia, aut inaduertentia, vt notat Nau. *conſ.7.num.3. & conſ.12.num.1. de iureiur.lib.2.* & apud Quarantam *verb. beneficij poſſeſſio. §.inter alia.* Et quemadmodum ex tali ignorantia, vel incogitantia, & inaduertentia excuſantur à culpa, contra illud decretum concilij; excuſantur à pœna, & in conſcientia non tenentur reſtituere fructus, & poſſeſſio iis ſuffragatur.

6. *Ignorantia, quæ excuſat à culpa contra aliquam legem poſitiuam, etiam excuſat à pœna per illã legem ſtatuta.*

Idque eſt verum, etiamſi quod prohibetur & punitur per huiuſmodi leges humanas, quarum habetur ignorantia inuincibilis, ſimul etiam prohibeatur per legem diuinam, aut naturalem, eæque leges non ignorentur; atque ita, qui illas tranſgreditur, non excuſetur ſimpliciter à culpa; ſed ſolùm ab illa, quæ eſt ſpecialiter contra legem humanam, vt probat idem Sanchez *lib.9.cit. de matr. diſput. 32. num.9.* ex communiori ſententia, & ſpecialiter ex Suar. *de cenſ.diſput.4.ſect.8. num.2.* Azor *lib.1. Inſtit. mor. cap. 15. quæſt.3.* Henriq. *lib. 13. de excommunic. c.23. num.2.* ſic enim *c.propoſuiſti d.82.* poſtquàm eſt dictum, vt Preſbyteri, & Diaconi incontinentes deponantur, & omni eccleſiaſtico honore priuentur, iuxta conſtitutionem Siricij Papæ, ſubditur, quòd ſi ad aliquos ea conſtitutio non peruenit, iis ignorantibus venia non eſt neganda; quia, ſcilicet, quamuis per incontinentiam peccarint contra legem diuinam, & naturalem; non tamen peccarunt contra legem eccleſiaſticam: & ideò nec debent puniri pœna depoſitionis, quæ ſolùm per illam, & contra illam ſcientes, eámque tranſgredientes, eſt lata; non autem per legem diuinam, & naturalem. Et quod ſubditur *eodem capite, propoſuiſti.* eos ita poſſe retinere ſuos gradus, in quibus inuenti fuerint; vt tamen non poſſint ad alios gradus ſuperiores aſcendere, non eſt ex eo, quia ſaltem ex hac parte puniri debeant pœna ignoratæ conſtitutionis Siricij; ſed, quia de nouo ſtatuitur, vt Clerici incontinentes promoueantur ad gradus ſuperiores; & licitè id ſtatuitur *per illud ipſum cap. propoſuiſti.* vt notat Sanchez *num.9.cit.*

7. *Idque eſt verum etiam de cenſuris, & de irregularitate.*

Neque id eſt intelligendum de pœnis tantummodo corporalibus, aut temporalibus; ſed etiam de ſpiritualibus, & abſolutè de omnibus: ac proinde, ſi quis ignoret legem eccleſiaſticam, v. g. de Clerico non percutiendo ſub pœna excommunicationis, vel de aliquo alio faciendo, aut non faciendo ſub pœna cenſuræ cuiuſcunque, vel irregularitatis; ſemper poteſt aliquis ex ignorantia talis legis ſe reputare immunem à cenſura, vel irregularitate, quando poteſt ex eadem ignorantia ſe reputare immunem à culpa contra eandem legem eccleſiaſticam, etiamſi fortè non ſit immunis à culpa ſimpliciter, v.g. contra legem diuinam, & naturalem, vt ſpecialiter de pœna excommunicationis probat Sanchez *lib.9.de matr diſp. 32.num.13.* & de aliis cenſuris, & de irregularitate *num.17.* cùm etiam irregularitas, quando eſt ex delicto, non autem ſolùm ex defectu, ſit pœna contemptus legis eccleſiaſticæ, vt notat Panorm. *in c.paſtoralis.num.15. de appellat.* & Nau. *in c.cùm contingat.cauſa 14.nullitatis, remedio 2.num.7. & in c.accepta. de reſtit. ſpol. oppoſit. 8. illat.9.num. 35.* imò & dolum ſupponat, ex Nau.& Sanchez *ibidem,* & ideò deficiente contemptu, & dolo, non poſſit incurri, vt notat Panorm. *loc. cit. ex cap.2. de conſtit.in 6.* & Nau. *in Man. cap. 27. n. 252. verſ.8.* qui tamen contemptus, & dolus omninò deficit, quando deficit notitia legis, cùm non poſſit legem contemnere, prohibentem, v. g. ne cum milite contrahatur, qui hunc, cum quo contrahit, ignorat eſſe militem. *l. ſi ignorans ff.locati.* & ſemper ignoratio particularium, circa quæ verſatur actio, faciat actionem inuoluntariam, & excuſet à culpa & dolo, vt *ſuprà* explicauimus *diſput.27.* ex Ariſtotele *3.Ethic.cap.1.*

Sed in hac re benè videtur conſiderandum, vtrùm leges, quæ pœnas ſtatuunt, intendant punire determinatè ipſos ſcientes, & tranſgredientes tales leges, & pœnas determinatè velint eſſe contra ſui contemptum; an verò intendant ſimpliciter punire factum, & delictum, ſiue contineat contemptum ipſarum, ſiue non: ſi enim ſtatuant primo modo, veriſſimum eſt, quòd ignorantia, quæ excuſat à culpa contra ipſam legem, & ab illius contemptu, etiam excuſet à pœnis per illam ſtatutis: ſi verò ſtatuant ſecundo modo, qui ex ignorantia excuſatur à culpa contra ipſas leges; non propterea excuſatur à pœnis per illas ſtatutis; & qui ignorat, v. g. aliquod peccatum mortale eſſe prohibitum iure diuino, & ſolùm putat eſſe prohibitum iure naturæ, non propterea erit liber à pœna Inferni, quæ ſtatuitur per ius diuinum: & qui ignorat, furtum eſſe prohibitum iure ciuili, non propterea erit liber à pœna ſuſpendij, quæ ſtatuitur per ius ciuile; quia hæc pœna nõ punit formaliter tranſgreſſionem & contemptum iuris ciuilis; ſed delictum furti ſimpliciter: ſicut & pœna Inferni punit ſimpliciter peccatum mortale; non autem tranſgreſſionem formaliter iuris diuini.

8. *Ignorantia alicuius legis etiam excuſat à reſeruatione caſus, quando hæc per legem imponitur, tanquàm pœna.*

Et ex hoc principio etiam colligit idem Sanchez *lib.9.de matrim.diſput.32.cit.num.18.* quòd ſi in aliqua lege inter alias pœnas delinquentis in legem, etiam ponatur reſeruatio caſus, & vt delinquens non poſſit abſolui extra mortis articulum, niſi à Papa; non incurratur hæc reſeruatio ab illo, qui verè & propriè eſt delinquens in legem, eámque nouit: quia hæc reſeruatio, cùm ſit pœna, & acceſſoria ad legem, ſequitur naturam ipſius legis, & eos tantummodo afficit, quos punit lex, id eſt, ſcientes; & quoad hoc eſt diuerſæ rationis, & conditionis, à reſeruatione caſus ſimpliciter facta, quæ reſpicit bonã gubernationem Eccleſiæ, circa grauiora delicta; non autem pœnam huius, aut illius delinquentis: hæc enim reſeruatio ſimpliciter facta abſolutè, & ſimpliciter tollit facultatem abſoluendi inferioribus Confeſſariis, & eſt pro omnibus, ſiue norint huiuſmodi legem reſeruationis, ſiue non: cùm tamen hæc alia ſolùm tollat in pœnam, & ſit ſolùm pro illis, pro quibus eſt pœna, & per conſequens pro non ignorantibus legem.

Et idem eſt, ſi reſeruatio ſit in pœnam alicuius delicti non ſimpliciter, ſed cum aliquo addito: vt, v.g. ſi dicatur, qui accipit rem Eccleſiæ, non abſoluatur, niſi facta priùs reſtitutione in re: ſenſus enim eſt, quòd non ſit reſeruata ſola acceptio, ſed cum addito, *retentionis*: & ideò ſi quis in hoc addito non ſit culpabilis, vt, v.g. quia excuſatur à reſtitutione ratione impotentiæ, non videtur teneri illa

reſeruatione;

Digitized by Google

reſeruatione; ſed liberè, & licitè poteſt abſolui ab acceptione.

Et idem eſt de annullatione actus, ſi etiam hæc per aliquam legem ſtatuatur vt pœna; non autem ſtatuatur ſimpliciter propter defectum alicuius ſolennitatis: ſimiliter enim eos tantùm afficit, quos afficit pœna legis; id eſt, ſcientes, & propriè peccantes in legem, vt ſubdit Sanchez *lib. 9. de matrim. diſp. 32. num. 18. cit.* ex Anton. *in cap. 2. num.*

10. *Beneficia ignoranter collata ab Epiſcopo per reſignationem perſonis prohibitis ſub pœna nullitatis, non ſunt in conſcientia collata nulliter.*

19. de conſtit. & tales dicuntur eſſe aliquæ leges in Ethruria, quæ præcipiunt ſolui gabellas ex certis contractibus, eóſque irritant, ſi non ſoluantur gabellæ. Et *ex Bulla* Pij V. 58. *Quanta Eccl.* vbi præcipit, quòd Epiſcopi, & collatores beneficiorum de beneficiis ſimpliciter reſignatis extra Curiam, non audeant prouidere conſanguineos, aut affines, vel familiares: & ſubdit: *quod ſi ſecùs, ac etiam quicquid præter, vel contra formam prædictorum fuerit à quoquam temerè attentatum; id totum ex nunc vires, & effectum decernimus non habere.* Vt enim circa hanc Bullam notat Pariſ. *de reſig. benef. par. 1. lib. 5. quæſt. 6. num. 221. ex cap. ſi beneficia. de præben. in 6.* & ibi Archidiac. *not. 2.* & communis ſententia per Gabr. *de clauſ. concluſ. 3. num. 8. & ſequentibus*, ſi quis ignoranter, & ſine culpa contulerit tale aliquod beneficium perſonis prohibitis, collatio non eſt nulla; quanuis addat Pariſ. in praxi vidiſſe ſe ſeruari oppoſitum, & etiam pro caſu ignorantiæ peti abſolutionem à Papa, ídque dicat eſſe tutius, & conſulendum.

Vtrùm autem notitia legis, quæ eſt neceſſaria ad incurrendam culpam, & pœnam legis, debeat eſſe non ſolùm de ipſo actu per legem præcepto, aut prohibitu; ſed etiam de ipſa pœna per legem ſtatuta, & ideò ignorantia inuincibilis ipſius pœnæ ab illa excuſet, etiam ſine ignorantia actus præcepti, aut prohibiti; dicemus *alibi in materia de legibus, & de cenſuris*: de his enim eſt peculiaris ratio, vt non incurrantur; niſi habeatur de illis notitia, cùm ſolùm incurrantur propter contumaciam, & contemptum poteſtatis clauium. Et ſecundùm aliquos eſt comprehendenda quoad hoc, nomine cenſuræ, etiam irregularitas, vt notat Sanchez *lib. 9. cit. de matrim. diſp. 32. num. 20. & 21.* Quanuis alij eam non comprehendant, vt videre eſt apud Salas 1. 2. *diſp. 15. ſect. 9. num. 110. & 113.* & dicemus alibi. Contrà verò de aliis pœnis non apparet, quare debeant ſpecialiter eſſe præcognitæ in ſe ipſis, & non poſſint incurri etiam per hoc ſolùm, quòd ſit cognita, & voluntaria tranſgreſſio legis, cùm ex hac ſequatur quaſi naturaliter obligatio ad pœnam ſtatutam per legem, vt patet *Inſtit. de obligat.* quæ ex delicto, *initio, & l. Imperatores. ff. de iure fiſci.*

11. *Quomodo circa ius naturale poſſit dari ignorantia inuincibilis.*

Tertiò, circa ignorantiam iuris naturalis certũ videtur, quòd non poteſt eſſe inuincibilis circa prima principia talis iuris, vt, v.g. quòd malum ſit fugiendum, & bonum ſit proſequendum; poſſit tamen circa alia, quæ deducuntur ex his principiis. Ita S.Th. 1. 2 *q. 94. a. 6.* Sylu. *verb. ignor. n. 13.* Cordub. *lib. 2. quæſtionar. quæſt. 4. concluſ. 1.* Val. 1. 2. *diſput. 6. quæſt. 6. punct. 1.* Azor *lib. 1. cap. 13. quæſt. 1.* Vaſq. 1. 2. *diſput. 122. cap. 2.* Sayr. *lib. 2. clau. reg. cap. 9. num. 17.* Sanch. *lib. 1. in Decal. cap. 16. num. 32.* & alij apud ipſum. Quòd prima principia non poſſint ignorari inuincibiliter, patet ex eo: quia ipſa lumine naturæ ſunt ita manifeſta, vt nullus ratione vtens illa non videat; & ideò omnis negligentia, quæ circa illa adhibeatur, debet cenſeri ſumma. Et ſaltem de his præceptis intelligitur illud S. Pauli ad Rom. 2. *Gentes, quæ legem non habent, naturaliter, quæ legis ſunt, faciunt; eiuſmodi legem non habentes, ipſi ſibi ſunt lex: qui oſtendunt opus legis ſcriptum in cordibus ſuis.* Inter hæc prima principia, quoad hoc numerãtur à Val. & Sanch. *locis citatis*, etiam illa præcepta Decalogi, quæ nullo negotio poſſunt deduci ex primis principiis, vt, v. g. Deum eſſe colendum, parentes eſſe honorandos: quia, ſcilicet, etiam in his omnis negligentia cenſenda eſt ſumma, cùm ex ſe ſint maximè clara & manifeſta.

De aliis verò præceptis, quæ difficiliùs deducuntur ex primis principiis iuris naturæ, non eſt negandum, quòd poſſit ſaltem ad breue tempus haberi ignorantia inuincibilis, id eſt, quouſque per diſcurſum deducantur, & de aliis, quòd poſſit haberi etiam ad longum tẽpus: vt, v.g quòd ſimplex fornicatio, & quòd vxorum pluralitas ſit illicita, imò fortaſſe etiam poteſt haberi ad totam vitam, ſi proponantur menti, vt affecta bona aliqua circunſtantia finis honeſti; vt, v. g. quòd liceat mentiri propter ſaluandam vitam alterius; quòd liceat furari, vt detur eleemoſyna: hæc enim, quanuis deducantur ex principiis notis lumine naturæ; ita tamen difficilè deducuntur, vt etiam multi ex viris doctis in iis errarint, vt patet ex Platone *lib. 3. de repub.* & Caſſiano *collat. 17. à cap. 17. vſque ad 21.* qui aſſeruerunt, licere aliquando vti mendacio propter vitandum magnum aliquod malum, vel propter aſſequendum magnum aliquod bonum: & ex Dur. qui *in 4. ſent. d. 33. quæſt. 1.* contendit, pluralitatem vxorum non eſſe contra ius naturæ: & *quæſt. 2.* idem contendit de ſimplici fornicatione.

Et quanuis apud hiſtorias multi populi ea etiam dicantur ignoraſſe, quæ videntur de iure naturæ primo modo, & vnicuique nota per ſe; ea tamen ignorantia, vel non fuit inuincibilis, & ſine culpa, vt notat Caſtr. *lib. 2. de lege pœn. c. 14.* quia, ſcilicet, nimia eorum malitia ſic obſcurauit inſipiens cor eorum, vt ea etiam videre deſierint, quæ docente, ac demonſtrante natura erant omnibus per ſe clariſſima; vel certè huiuſmodi populi non debent credi illa ignoraſſe, ſed ſolùm oppoſita crimina permiſiſſe, & nõ puniuiſſe, vel propter gentis malitiam, vel ad vitanda maiora incommoda, aut maiora commoda aſſequenda, vt notat Azor *lib. 1. cap. 13. quæſt. 1. cit.* Et hac ratione Cæſar *lib. 6. de bello Gall.* refert, latrocinia apud Germanos nullam infamiam habuiſſe, & iuuentutis exercendæ, & deſidiæ vitandæ cauſa extra fines cuiuſcunque ciuitatis laudabiliter fieri conſueuiſſe. Et Plutarchus *in Vita Lycurgi* refert, Lacedæmones non ſolùm furta non prohibuiſſe, ſed etiam perſuaſiſſe; ea tamen lege, vt qui in furto deprehenſus fuiſſet, grauiter cæderetur; non quia furatus eſſet; ſed quia incautè, & imprudenter furatus eſſet, & ideò potuiſſet deprehendi: & prætereà eoſdem conſueuiſſe ſuas vxores communicare amicis; & probum quenque, vbi pulchram, & fœcundam mulierem aſpexiſſet, maritum rogare ſolitum, vt ſibi liceret cum illa concumbere, & bonos filios in ſolo fertili, ac pulchro ſerere; & plura alia his ſimilia de aliis populis legi poſſunt, apud Pomp Melam *lib. 1. cap. 8.* Solinum *cap. 43.* & Euſebium *lib. 6. præpar. euangel. cap. 8.* & de omnibus eſt dicendum, quòd ſolùm fuerint permiſſa, & non punita; non autem ignorata inuincibiliter, & ſine culpa.

Quartò, circa ignorantiam iuris diuini certum videtur, quòd poſſit eſſe inuincibilis, non ſolùm circa præcepta de Sacramentis, v.g. de Baptiſmo, & Pœnitentia ſacramentali; etiam circa myſteria maximè principalia, Trinitatis, & Incarnationis. Ita S.Thom. 2. 2 *quæſt. 10. art. 1.* Scot. *in 3 d. 259. quæſt. 1.* Dur. *ibid. quæſt. 1. ad 1.* Caſtr. *lib. 2. de lege pœn. cap. 14.* Canus *in relect. de Sacram. in genere, par. 2.* 12.

Quomodo circa ius diuinum poſſit dari ignorantia inuincibilis.

Digitized by Google

par.2.concl.3. Sot. *in 4.d.5.queſt.vnica,art.2.*Val.1.2. *diſput.6.queſt.6.puncto 1.coroll.3.* Azor *lib.1. cap.13.* Vaſq.1.2.*diſput.120.cap.3.*Sayr. *lib.2.clau.reg.cap.9. num.13. & 14.* Sanchez *lib.1.in Decal.cap.16. num. 32. & lib. 2. cap. 3. num. 18. & 20.* & alij: quamuis non deſint ex antiquioribus Theologis, qui oppoſitum aſſerant, vt Adrianus *quodl. 4. queſt.1.* Gabr. *in 2.d.22.queſt.2.* Alex. *2.part.Summæ, queſt.112.n. 8. & queſt.153.num.3.*S.Bonau.*in 3.d.25.art.1.queſt. 2. ad vltimum,& queſt.3. ad penult.*Sylu. *verb.ignorantia, queſt.13.*& alij apud Vaſq.*diſp.120.cit.cap.1.* Probatur: quia Ioan. 15. de Iudæis dicitur, quòd ſi Chriſtus non veniſſet,& locutus eis non fuiſſet,peccatum non haberent: quia, ſcilicet, inuincibiliter ignoraſſent res fidei; & ideò infidelitas non fuiſſet illis imputata ad peccatum. Vt autem notat S. Auguſt.*tract. 89. in Ioan.*circa illa verba: *Si non veniſſem.* idem eſt etiam de aliis omnibus infidelibus, quibus Chriſtus, neque per ſe, neque per Apoſtolos, aut per Eccleſiam locutus eſt, quales certè multi ſont.

Et qui nihil audierunt de Chriſtiana religione, nullam potuerunt habere ſuſpicionem, aut cogitationem, quòd ipſi tenerentur adhibere diligentiam pro habenda notitia rerum fidei; & ideò ignorantia, quam habebant, omninò fuit inuincibilis. Et hac de cauſa Sancti Patres,dum loquuntur de damnatione eorum infidelium, qui nihil audierunt de rebus fidei, apertè aſſerunt, eos non eſſe damnandos propter fidelitatem, ſed propter alia peccata,vt patet ex S.Thoma 2.2.*queſt.10.art.1.*S. Auguſt. *lib. de natura, & gratia,cap.4.* & aliis. Et confirmatur: quia certum eſt,pueros infidelium, quando veniunt ad vſum rationis, ignorare inuincibiliter res fidei: ſi ergo contingat, vt poſteà eorum aliquis perpetuò detineatur in carcere, neque vllum alloquatur, niſi infidelem, omninò eueniet, vt tota vita nunquam cogitet, de mutanda religione, & ſemper ignoret inuincibiliter res noſtræ fidei.

13. *Ignorantia rerum fidei aliquando eſt pœna peccati.*

Neque vrget in contrarium id,quod aſſerunt,qui oppoſitum ſentiunt, facienti quod in ſe eſt, Deum non denegare gratiam;& ideò ſi quis infidelis perfectè ſeruet legem naturæ à Deo ipſo illuminatum iri de veritate religionis, vel per ſe, vel per Angelos, vel per Prædicatores; ac proinde ſolùm accidere ex eius culpa, quòd de facto non illuminetur: quia non facit, quod in ſe eſt, neque ſeruat legem naturæ. Nam contrà eſt: quia, ſi id admittatur,ſolùm probat, quòd ignorantia rerum fidei contingat in homine infideli ex aliquo voluntario, & culpabili, id eſt, ex violatione legis naturæ: non autem probat, quòd ipſa ignorantia ſit illi voluntaria, & culpabilis, etiam in illo alio: ſiquidem nullo modo fuit præuiſa debere conſequi ex tali violatione legis naturæ. Et hac ratione S.Auguſtinus *epiſt.105.* & S.Thomas 2.2. *queſt. 110. art. 1. cit.* diſtinguunt duplicem ignorantiam de rebus fidei; alteram in iis, qui noluerunt illas audire, cùm poſſent; & alteram in iis, qui non potuerunt: & illam dicunt eſſe peccatum; hanc verò eſſe pœnam peccati: quæ tamen, non eſt neceſſarium, vt ſit præcognita, & voluntaria. Et ſicut, ſi Iudæus, v.g. in die Pentecoſtes Hieroſolymam adiiſſet voti cauſa, quo fortè tenebatur, facilè potuiſſet accipere ab Apoſtolis notitiam Euangelij; & ex eo, quòd non iuiſſet, ſolùm conuinceretur peccaſſe contra votum, & ex peccato diceretur caruiſſe notitia Euangelij, quam alioqui habuiſſet, ſi votum ſeruaſſet; non tamen poſſet dici peccaſſe contra præceptum fidei; ſiquidem nullo modo putabat teneri ſe illa die ex tali præcepto adire Hieroſolymam: ita ſimiliter, ſi infidelis quicunque peccet contra legem naturæ, & ex tali peccato deneget illi Deus peculiarem illuſtrationem de rebus fidei, non peccat contra præceptum fidei,ad cuius notitiam acquirendam non ſcit ſe teneri ſeruare legem naturæ, vt rectè notat Azor *lib.1. cap. 13.queſt.2.cit.*

14. *Apoſtoli quomodo prædicarint Euangelium in vniuerſo mundo.*

Similiter, quod addunt, nullum eſſe hoc tempore, qui non audierit Euangelium, ſiquidem de Apoſtolis dicitur ad Rom.11. *In omnem terram exiuit ſonus eorum.* parum vrget: vel enim id intelligitur per hyperbolen, quæ ſæpè eſt vſitata in ſacris Scripturis, vt notat S. Chryſoſtomus, & Orig. in eum locum: quo etiam modo *Lucæ* 2. edicto Cæſaris Auguſti dicitur fuiſſe deſcriptus vniuerſus orbis: & *Act.* 2. in die Pentecoſtes dicuntur fuiſſe Hieroſolymis omnes gentes, quæ ſub cœlo ſunt:& 2. *Reg.* 18. de prælio, quod fecit exercitus Dauid contra populum Iſraël in ſaltu Ephraim, dicitur, fuiſſe diſperſum ſuper faciem omnis terræ:vel certè intelligitur de mundo tunc cognito, vt vult Caiet. & Cathar.Vel denique debet exponi,tanquã dictum propheticè; quia, ſcilicet, ab Apoſtolis,ſaltem mediatè,id eſt,mediantibus Prædicatoribus, & apoſtolicis viris debebat prædicari per vniuerſum mundum,vt vult S.Auguſtinus *epiſt.70.*Quòd enim tempore Apoſtolorum non peruenit Euangelium ad omnes gentes, non ſolùm docet S. Auguſtinus *ep. 70.cit.* ſed etiam colligitur *ex Matth.* 13. vbi tunc dicitur eſſe futurus finis ſæculi, quando prædicatum fuerit Euangelium in vniuerſo mundo.

15. *Ignorantia inuincibilis rerum fidei poteſt eſſe etiã in homine fideli.*

Neque ſolùm in homine infideli;ſed etiam in homine fideli poteſt dari ignorantia inuincibilis aliquorum myſteriorum fidei.Ita Scot. *in 3.d.25.queſt.* 1. vbi ait, poſſe eſſe aliquem ita rudem, vt non poſſit concipere, v.g. pro myſterio Trinitatis, quid eſt natura, & quid eſt perſona; & hunc, non eſſe neceſſarium, vt habeat actum fidei explicitum de vnitate eſſentiæ, & Trinitate perſonarum; ſed ſatis eſſe, ſi credat, ſicut credit Eccleſia, & explicitè teneat, quæ ſunt groſſa ad capiendum, vt quod Chriſtus ſit natus, paſſus. Ita etiam Val.2.2. *diſp.1.queſt. 2.puncto 4.* Azor *tom.1. lib.8. cap.2.queſt.6. cap.6. q. 7.c.7.queſt.3. & cap.8.q. vlt.* Vaſq. 1.2.*diſp.121.cap. 2.* Nau. *in Man.cap.11.num.22.* Sayr.*lib.2. clau.reg. cap.9. num.15.* Sanchez *lib.2. in Decal.cap. 3. num. 18. & 20.*& alij apud ipſum.Probatur ex dicto Scoti: quia multi ex fidelibus ſunt ita rudes, vt non poſſint capere, aut retinere aliqua myſteria ex difficilioribus; quamuis adhibeant maximam diligentiam, & fortaſſe eorum aliqui nihil vnquam de illis audierunt; vel ſi audierunt, nihil omninò perceperunt,& aliis occupationibus diſtenti, non modò non potuerunt maiorem operam ponere, vt ea diſcerent, v.g. à Parochis, & Doctoribus; ſi tamen illos habebant;ſed etiam totius obligationis diſcendi obliti ſunt, neque poſteà dubium, aut ſcrupulus de illa incidit. Et ſi admittantur peccaſſe, quando erant teneriutis ætatis, & magis apti, vt illa diſcerent; ſi tamen hoc peccatum per pœnitentiam deleant, quando poſteà ſunt duriores, & omninò inepti, nihil ampliùs manet, quo poſſint ignorantiam vincere, & ideò inculpabiliter eam retinent pro reliqua vita. Et ſi præterea accidat, vt etiam ipſi filios habeant, eóſque nequeant tradere Parocho inſtruendos de rebus fidei; quia,ſcilicet, etiam feſtis diebus debent illos mittere cum armentis, & gregibus, facilè eueniet, vt huiuſmodi filij, etiam tota vita inuincibiliter ignorent aliquos articulos fidei.

16.

Illud tamen circa huiuſmodi rudes non eſt omittendum, eorum ignorantiam non eſſe facilè iudicandam

In rudibus qualis notitia rerum fidei poſſit ſufficere.

candam inuincibilem, & inculpabilem, etiam circa præcipua myſteria fidei, verbi gtaria, circa Trinitatem, & Incarnationem: quia, ſi non poſſunt diſtinctè, & pet proprios terminos illa capere, intelligendo, verbi gtatia, in myſterio Trinitatis vnitatem in natura, & Trinitatem in perſonis; & in myſterio Incarnationis aſſumptionem naturæ humanæ in vnitatem perſonæ diuinæ; ſatis tamen eſt, ſi illa capiant magis confusè, & per tetminos magis craſſos, vt ſi credant, verbi gratia, Patrem, Filium, & Spiritum ſanctum non eſſe tres Deos, ſed vnum Deum; & Chtiſtum eſſe verum Deum, & verum hominem, vt docet Gabr. *in 3. d. 25. quaſt. vnica, art. 2. poſt 5. concluſ.* Vaſquez *diſp. 121. cit. cap. 2. num.* 3. Sanchez *lib. 2. in Decal. cap. 3. num. 17.* qui etiam rectè addit *num.* 18. quando dicitur fides explicita Trinitatis, & Incarnationis eſſe de neceſſitate medij, ſolùm intelligi ex patte obiecti; quia, ſcilicet, non eſt ſatis, ſi ſulùm credantur huiuſmodi articuli, vt contenti, & impliciti in aliquo alio, verbi gratia, in eo, quod credit Eccleſia; ſed vnuſquiſque eſt credendus in ſe, & vt diſtinctus ab alio, quod ipſe appellat explicitè credere ex parte obiecti; quanuis ex parte actus poſſit ſufficete craſſa illa, & confuſa credulitas; non autem ſit neceſſaria notitia clarior, & per ptoprios terminos, qui poſſint reddi quærenti rationem, quod ipſe appellat explicitè credere, aut ſcite ex parte actus.

Dixi autem, in homine fideli poſſe dari ignorantiam inuincibilem aliquotum myſteriorum fidei, non autem omnium: quia multi articuli inter fideles ſuut ita noti, vt facillimè ab vnoquoque ſciri poſſint: vt, verbi gtatia, quòd Deus ſit; quòd reddat præmia, & ſupplicia; quòd Chtiſtus ſit natus, ſit crucifixus: & ideò in his nulli fidelium videtut poſſe contingete ignorantia inuincibilis, vt notat Scotus *loco cit.* & Syluest. *verb. fides, quaſt. 3.*

Quòd ſi quætas, quid eſſet de illo, qui per Baptiſmum iuſtificatus, obſetuatet cum auxilio gratiæ totam legem; & tamen ignoratet inuincibiliter aliqua ex iis, quæ dicuntur de neceſſitate medij. Reſpondeo, idem eſſe dicendum de hoc fideli, quod *paulò antè num. 9.* indicauimus de infideli, qui ſimiliter ſetuet totam legem naturæ; ſpectare, ſcilicet, ad diuinam prouidentiam, vt illi prouideat de mediis neceſſariis, cúmque doceat, vel per ſe, vel per Angelos, vel per Prædicatores.

DISPVT. XXX.

An, & quomodo inter ea, quæ cauſant inuoluntarium, poſſit numerari conſuetudo, & habitus?

1. *Ratio dubitandi.*
2. *Habitus, qui ſunt in appetitu ſenſitiuo, ſolùm minuunt rationem liberi.*
3. *Habitus, qui ſunt in imaginatione, aut memoria, ſolùm poſſunt minuere rationem liberi.*
4. *Habitus, qui ſunt in voluntate, non faciunt inuoluntarium, & per ſe loquendo non minuunt rationem liberi.*
5. *Habitus voluntatis poſſunt ex accidente minuere rationem liberi, ſi, ſcilicet, operatio ſimul fiat ex habitu, & ex paſſione.*
6. *Peccata, quæ fiunt ex habitu ſimul & ex paſſione, vtrùm ſint leuiora.*

7. *Si malus habitus ſit interruptus per pœnitentiam, aut per internum propoſitum, poſſunt excuſari a culpa actus ſequentes.*

1\. *Rationes dubitandi.*

INTER ea, quæ cauſant inuoluntarium, videtur numeranda etiam conſuetudo; vel habitus: quia ſæpè tanta propenſione voluntatem inclinat, vt videatur illam determinare, quaſi altera natura, & præueniendo perfectam deliberationem, & iudicium rationis, impedire libertatem operationis, & perfectam rationem voluntarij.

Et quanuis de hac re inciderit ſermo, etiam *ſuprà diſp. 3.* dum ageremus de perfecto voluntario, & *diſp. 24. num. 16.* dum ageremus de concupiſcentia: vt tamen pleniùs, & diſtinctiùs eam explicemus, de triplici genere habituum id poſſumus quærere, id eſt, de illis, qui ſecundùm communiorem ſententiam acquiruntur in appetitu ſenſitiuo, vt notat Azor *tom. 1. lib. 3. cap. 21. quaſt. 5.* & excitando vehementem aliquem motum, vel concupiſcentiam appetitus, faciunt quodammodo vim voluntati: de illis, qui acquiruntur in imaginatione, & memotia, & pet ſimulacra, & ſpecies, non ſolùm faciunt, vt aliquod obiectum inteusè apprehendatur à ſenſu iuterno, & efficacitet proponatur appetitui; ſed etiam, vt apprehendatur ab intellectu, & ptoponatur voluntati: & denique de illis, qui ſunt proprij ipſius voluntatis.

2\. *Habitus, qui ſunt in appetitu ſenſitiuo ſolùm minuunt rationem liberi.*

Primò autem de habitibus appetitus eadem eſt ratio, quæ de concupiſcentia, vt *ſuprà* diximus *diſp. 24. cit.* ſi de illis loquamur, quatenùs mouent excitando concupiſcentiam: & ideò quemadmodum hæc non facit inuoluntarium, ſed ſolùm minuit rationem liberi, minuendo cognitionem partis oppoſitæ; ita & habitus.

3\. *Habitus, qui ſunt in imaginatione, aut memoria, ſolùm poſſunt minuere rationem liberi.*

Secundò, idem ferè eſt dicendum de habitibus imaginationis, aut memoriæ: ſolùm enim poſſunt efficete, vt ab intellectu magis apptehendatur ratio illa, quam ipſi repræſentant; & minùs apptehendatur ratio oppoſita, quæ poſſet voluntatem tetrahere: ac ptoinde ſolùm poſſunt minuere liberum; non autem ſimpliciter cauſare inuoluntarium.

Vtrùm autem poſſint eſſe ptincipium electionis, & operationis etiam alio modo, quàm excitando actum concupiſcentiæ, & paſſionis, id eſt, reddendo per ſe ipſos, & immediatè ipſum obiectum magis conueniens opetanti, & ideò magis diligibile, & eligibile, etiam ptæſcindendo a paſſione, dicemus *infrà, lib. 2. diſp. 42. num. 6.* quando agemus de malitia, ptovt dicitur eſſe cauſa peccati ex parte voluntatis.

4\. *Habitus, qui ſunt in voluntate, non faciunt inuoluntarium, & per ſe loquendo non minuunt rationem liberi.*

Tertiò de habitibus voluntatis certum ſimiliter videtur, quòd non faciant inuoluntarium: & prætereà, quòd, per ſe loquendo, neque etiam minuant rationem liberi: ſicut enim habitus virtuoſi, verbi gtatia, temperantiæ, liberalitatis, &c. ita inclinant voluntatem ad ſuos actus, vt eam relinquant omninò liberam, neque impediant perfectam deliberationem intellectus, imò potiùs illam iuuent, vt faciliùs, & citiùs fiat, & ſæpè etiam ſine aduertentia quaſi reflexa, vt notat Scot. *in 2. d. 39. quaſt. vnica, art. 1. ad finem.* Gabr. *ibidem, quaſt. 2. art. 1. not.* 2. Suar. *tom. 2. de relig. tract. de iuramento, lib. 3. cap. 7. num. 11.* Sanchez *lib. 3. in Decal. cap. 5. num. 31.* quia, ſcilicet, ſimul cum voluntate, aſſueſcit etiam intellectus; ita etiam habitus praui intemperantiæ, auaritiæ, &c. & ideò S. Thomas 1. 2. *q. 78. art. 2.* peccata, quæ fiunt ex habitu, docet fieri ex certa malitia: quia, quanuis, poſtquàm habitus eſt acquiſitus, non ſit in noſtra poteſtate ſtatim illum expellere, aut

non habere; vſus tamen illius ſemper eſt in noſtra poteſtate, cùm habitus definiatur eſſe ille, quo quis vtitur, cùm voluerit: & qui, neque ex paſſione, neque ex ignorantia peccat; ſed ſolùm ex mala conſuetudine, quam contraxit; ſolùm peccat ex propriæ electione: quia illa ipſa maior propenſio ad peccandum, quam habet ex habitu, voluntaria illi eſt, cùm vnuſquiſque ſit ſibi ipſi illius cauſa, dum ſponte actus frequentat, ex quibus efficitur habitus, vt probat Ariſtoteles 3. *Ethic. cap.* 5. neque enim vllus eſt, vt ipſe loquitur, ita ſtupidus, vt ignoret ex actibus ſæpiùs repetitis exiſtere habitus; ac proinde, qui hoc non ignorans ſæpiùs agit, verbi gratia, iniuſtè, aut intemperanter, omninò ſponte euadit iniuſtus, aut intemperans; & ſponte dici debet talis eſſe, qualem ſe ipſe ſponte effecit; & illa ipſa propenſio, quam habet ad iniuſtè, vel intemperanter agendum, eſt illi voluntaria, cùm ſit ab illo ipſo tanquàm à principio intrinſeco, & cognoſcente: quamuis deinde, poſtquàm contraxit habitum, & talis effectus eſt, non ſit ampliùs in ipſius poteſtate, vt ſtatim talis non ſit; ſicut neque in poteſtate illius, qui ſponte ægrotat, & ſibi ipſi prudens, ac ſciens fuit cauſa morbi, eſt, vt non ægrotet, neque in poteſtate illius, qui lapidem è manu emiſit, aut proiecit, eſt, vt illum habeat, & reſumat.

Atque hoc, quod dicimus, ideò habitus voluntatis non facere inuoluntarium, &, per ſe loquendo, non minuere liberum; quia non tollunt notitiam, & deliberationem intellectus, imò iuuant, vt faciliùs, & citiùs fiat; eſt multò probabilius, quàm quod aſſerit Caietanus 2.2. *quæſt.* 98. *art.* 3. *circa reſponſionem ad* 2. quòd huiuſmodi habitus voluntatis, ideò non faciant inuoluntarium, neque excuſent à peccato: quia inaduertentia, quam habet, v.g. is, qui iurat ex conſuetudine, & eſt aſſuetus iurare, ſiue vera, ſiue falſa; non eſt antecedens ad talem actum iurandi; ſed ſolùm concomitans; quæ tamen non excuſat, vt patet ex S.Thoma 1.2. *quæſt.* 26. *art.* 3 *&* 4. Nam contrà eſt: quia inaduertentia, ſiue ignorantia, etiam concomitans, facit non voluntarium, & ſemper excuſat à peccato ſecundùm rationem, aut circunſtãtiam ignoratam, vt ex communiore, & veriore ſententia *ſuprà* docuimus *diſp.* 26. *num.* 1.2. *&* 3. ac proinde, qui ex conſuetudine actu iurat, ſiue verum, ſiue falſum, verè excuſabitur, ſi verè malitiam non aduertit: quod tamen etiam Caietanus ibi negat Neque S.Thomas *art.* 3. *&* 4. *cit.* aliud aſſerit, niſi quòd poſſit, etiam cum ignorantia concomitante, ſtare peccatum; ſi, ſcilicet, malitia aliunde habeatur quàm ex ratione, aut circunſtantia ignorata, vt ibi diximus, vt, v.g. ſi habeatur actualis voluntas occidendi inimicum, ſub conditione, ſi ibi lateт, quamuis de facto & abſolutè ignoretur ibi latere.

5. *Habitus voluntatis poſſunt ex accidente minuere rationem liberi, ſi, ſcilicet, operatio ſimul fiat ex habitu, & ex paſſione.*

Dixi autem, *habitum, per ſe loquendo, non minuere rationem liberi:* quia per accidens, ſeu per aliud facilè poteſt accidere, vt, qui operatur ex habitu, operetur minùs liberè, vt putà, ſi ſimul operetur ex habitu, & ex paſſione: tunc enim, quia paſſio minuendo cognitionem de oppoſita ratione, minuit liberum, vt *ſuprà* diximus, etiam operatio ex habitu eſt minùs libera, non quidem ratione habitus; ſed ratione paſſionis, cum qua habitus ſe habet concomitanter. Et idem etiam eſt, ſi habens huiuſmodi habitum, operetur ex naturali inaduertentia, aut obliuione, & aliunde proueniat, vt actus ſit indeliberatus, quàm ex habitu.

6. *Peccata, quæ fiunt ex habitu ſimul, & ex paſſione, vtrùm ſint leuiora.*

Quòd ſi quæras, vtrùm peccata, quæ tali modo fiunt ex habitu ſimul cum paſſione, ſint leuiora ex eo, quòd fiant cum minori libertate, & poſſint aliquando excuſari, etiam ex toto, ſi paſſio omninò impediat libertatem. Reſpondeo cum diſtinctione: ſi enim, qui voluntariè acquiſiuit habitum, præuidit, facilè euenturum, vt deinde per illum operaretur tempore paſſionis, quando haberet minorem cognitionem, vel etiam omnimodam ignorantiam, & inaduertentiam; & quòd voluntariè acquirendo habitum, multùm adiumenti conferet paſſioni ad voluntatem trahendam ad malum, imò etiam quòd habitus aliquo modo poſſet euadere quaſi altera natura, & operari præueniendo deliberationem; non excuſatur: quia operationes, quas facit ex habitu tempore paſſionis, ſunt voluntariæ, & liberæ ſufficienter in alio, id eſt, in primis actibus, per quos acquiſiuit habitum, etſi ratione paſſionis non ſint voluntariæ & liberæ in ſe: & eadem omninò eſt ratio de ipſis, atque de aliis peccatis, quæ contingunt tempore voluntariæ ebrietatis, & ex illa fuerunt præuiſa debere contingere.

Si verò quando habitum acquiſiuit, id non præuidit, vel ignorauit inuincibiliter, verè excuſatur: quia illæ operationes nõ poſſunt dici voluntariæ, & liberæ in primis actibus, cùm in illis nõ fuerint præcognitæ; & ideò menſura malitiæ, ſi quam habent, ſolùm debet eſſe ratio voluntarij, & liberi, quam habent in ſe; & ſi hæc ex paſſione minuatur, vel omninò tollatur, etiam minuetur, vel omninò tolletur malitia operationum: & quia communiter vix accidit, vt qui voluntariè acquirit habitum, inculpabiliter non aduertat, quòd operabitur deinde ex habitu, etiam tempore paſſionis; ſiquidem nullus eſt ita ſtupidus, qui ignoret vim habitus, & aſſuetudinis, vt *ſuprà* diximus ex Ariſtotele 3. *Ethic. c.* 5. ideò etiam communiter vix accidit, vt excuſetur, niſi fortè per pœnitentiam debuerit priorem culpam, à qua omnes alij actus conſequentes deberent participare malitiam, vel ſaltem per internum propoſitum interruperit conſuetudinem, & adhibuerit ſufficientem diligentiam, ad expellendum habitum, neque hic ſit ampliùs voluntarius, vt notat Gabr. *in* 3. *d.* 30. *quæſt.* 2. *art.* 2. *concl.* 1. Tol. *lib.* 4. *Summæ, cap.* 13. *num.* 7. Suar. *lib.* 3. *de iuramento, cap.* 16. *n.* 8. Sanchez *lib.* 3. *in Decal. cap.* 5. *n.* 19. & alij apud ipſum: ſicut enim, qui voluntariè proiecit Breuiarium, peccat deinde peccato cõſummato ſingulis diebus, quando omittit Officiũ, donec per pœnitentiam tollat malitiam primæ proiectionis, eáque ſublata omiſſiones aliæ, quæ poſteà conſequuntur, non imputantur peccato; quia malitia primæ proiectionis, ex qua deberent participare ſuã malitiam, non manet ampliùs, neque carentia Breuiarij eſt ampliùs voluntaria: ita etiam, qui voluntariè acquiſiuit habitum, & ex illo deinde operatur tempore paſſionis, & quando non habet aduertentiam, tandiu peccat peccato conſummato, quandiu manet malitia primæ acquiſitionis, & primorum actuum, & totus habitus malus eſt volũtarius; eáque ſublata, operationes, quæ deinceps illo modo fiunt ex habitu, non imputantur ampliùs culpæ, cùm in ſe non ſint liberæ; & alij actus, in quibus erant liberæ, & à quibus participabant malitiam, non remaneant ampliùs in ratione culpabilis, & ipſe totus habitus non ſit ampliùs voluntarius, poſt adhibitam ſufficientem diligentiam ad illum expellendum, vt pluribus explicabimus *in tractatu de iuramento*, circa conſuetudinem iurandi.

7. *Si malus habitus ſit interruptus per pœnitentiam, aut per internum propoſitum, poſſunt excuſari à culpa actus ſequentes.*

Illud prætereà circa conſuetudinem non eſt omittendum, quod facilè poteſt accidere, vt quæ ex illa fiunt, euadant mortalia ex accidente, quamuis alioqui per ſe accepta ſint venialia: vt, ſi quis, v. g. ex conſuetudine committat plura furta modica, vel

ſæpiùs

ſæpiùs laboret ad breue tempus in die feſto, vel ſæpiùs comedat aliquid modicum in eodem die ieiunij, vel eodem die ſæpiùs ſponte omittat aliquid ex Horis canonicis: in his enim, & ſimilibus, plures materiæ leues continuantur in vnam materiam grauem, & ex hoc accidente poteſt committi peccatum mortale, vt notat Sanchez *lib.1. in Decal.cap.4. num.9. & ſequentibus*, & dicemus *infrà* circa diſtinctionem numericam peccatorum.

Atque hæc omnia, quæ diximus *hoc loco* de habitibus, quòd, per ſe loquendo, non minuant rationem voluntarij, aut liberi, videntur multò probabiliora, quàm oppoſitum: quod docet Salas 1.2.*quæſt. 6.diſp.3.ſect.3.num.36.in fine*, vbi ait, quòd habitus, ſiue ſint vitioſi, ſiue virtuoſi, ſemper minuunt rationem liberi, quatenus augent inclinationem voluntatis, eámque magis determinant ad vnam partem; & ideò tam actus bonos factos ex habitu, quàm actus malos eſſe minùs meritorios, & demeritorios; quamuis non propterea fiat, quòd ſit melius carere habitibus bonis, quàm non carere, cùm ex maiori frequentia, & intenſione, cum qua fiunt actus boni ab habentibus habitum, compenſetur ille defectus maioris meriti, & magis voluntarij.

Contrà enim eſt: quia, per ſe loquendo, habitus non tollunt deliberationem, & hæc ipſa maior inclinatio voluntatis, quæ habetur ex habitu, eſt voluntaria, & libera in primis actibus, vt iam diximus; ac proinde nihil eſt, ex quo, per ſe loquendo, minuatur libertas, & meritum, vel demeritum, vt etiam *ſuprà* explicauimus *diſp.26.num.16.*

THEOLOGICARVM
DISPVTATIONVM
MORALIVM
LIBER SECVNDVS.

De vitiis, & peccatis in vniuerſum.

PROOEMIVM.

POST tractationem de humanis actionibus, agendum eſt de illarum principiis, præſertim intrinſecis, quales ſunt habitus, tam virtutum, quàm vitiorum, quomodo agit de illis S. Thom. 1. 2. *à quæſt. 49. vſque ad 90.* Sed, vt ſimul conſulamus breuitati, & vtilitati, conſultò omittemus, quæ dici poſſent de habitibus in vniuerſum, & de virtutibus; & ſolùm dicemus aliqua de ipſis vitiis, non quidem abſolutè, & per ſe illa conſiderando, cùm hac ratione vix habeant aliquid peculiare, ac proprium; ſed comparando cum ipſis virtutibus, & cum ipſa natura rationali, & cum ſuis actibus, quæ proprio nomine appellantur peccata; eáque occaſione etiam explicabimus ipſam naturam, & eſſentiam peccatorum, quæ notitia ad totum opus morale eſt maximè neceſſaria. Videri poteſt Magiſter, & Scholaſtici *in 2. à d. 30.* Alex. *2. p. quæſt.* 105. 106. *&* 107. S. Thom. *in quæſtionibus de malo, & p. 2. à quæſt.* 71. Thomiſtæ *ibidem.* Bellarminus *tomo 4. controu. 2. generali,* Azor. *tomo 1. Inſtit. moral. lib.* 4. & alij.

DISPVT. I.

Quo differant peccatum, & vitium: & vtrùm ratio vitij aut virtutis eſſentialiter conueniat habitui?

1. *Vitium, & peccatum quo differant.*
2. *Ratio vitij vtrùm ſit eſſentialis habitui, qui eſt vitioſus.*
3. *Probabilius eſt, quòd ratio virtutis, & vitij ſit eſſentialis.*
4. *Si actus internus ex conformi ad rationem incipiat eſſe difformis, non poteſt eſſe ab eodem habitu.*

ANTEQVAM explicemus contrarietatem virtutis, & vitij cum S. Thoma 1. 2. *quæſt.* 71. ſupponendum eſt

1\. *Vitium, & peccatum quo differant.* Primò, ex eodem S. Thom. *eadem quæſt. 71. art. 1. 2. & 4. & ſuprà quæſt. 21. art. 1. & quæſt. 49. & 55. initio, & aliis locis,* peccatum, & vitium, prout de illo hîc loquimur, hoc præcipuè inter ſe differre, quòd peccatum accipitur pro ipſo actu, & vitium pro habitu: quamuis enim aliquando nomine vitij intelligatur omnis defectus rei bonæ, ac debitæ, ſiue in genere naturæ, ſiue in genere moris, quomodo Ariſtoteles 7. *Phyſic. text.* 18. vitium ait, eſſe remotionem, & corruptionem earum perfectionum, quæ maximè ſunt vnicuique ſecundùm naturam; & S. Auguſt. *lib. 3. de lib. arbitr. cap. 14. tom. 1.* ait, id eſſe vitium, quod deeſt perfectioni naturæ: ſi tamen ſumatur ſtrictiùs, prout ſolùm vſurpatur in genere moris, maximè propriè accipitur pro habitu prauo: quia etiam in corporalibus non appellamus vitium equi, ſi ſemel, aut iterum calcitret; ſed ſolùm ſi hoc faciat ſæpiùs, & ex conſuetudine. Et Ariſtoteles 7. *Ethic. cap.* 8. prauitatem, aut vitium comparat hydropiſi, & tabi, qui morbi ſunt continui, & permanentes; incontinentiam verò, quia potiùs conſiſtit in actu, & non continua improbitas eſt, ſed ſolùm ex paſſione, vt notat S. Thom. *ibidem, lect.* 8. comparat morbo comitiali, qui ſimiliter non continuò vexat. Et S. Auguſt. *lib. de perfect. iuſt. cap. 4. tom. 7.* vitium comparat curuitati tibiæ; peccatum verò claudicationi, vt notat Bellarm. *lib. 1. de ſtatu peccati, cap. 1. tom. 4.* Imò ex Medina 1. 2. *quæſt. 71. cap. 1.* & aliis apud Salas *tom. 2. in 1. 2. tract. 13. diſp. 1. ſect. 1. num. 4.* neque etiam omnis habitus prauus, ſtrictè loquendo, eſt vitium; ſed ille ſolùm, qui eſt confirmatus, & difficilè mobilis; non autem is, qui ſolùm habet modum diſpoſitionis. Vnde & Ariſt. 7. *Ethic. cap. 8. cit.* manifeſtum ait eſſe, quòd incontinentia non ſit vitium, niſi fortaſſe ex quadam parte,

parte,id eſt,inchoatum,& imperfectum : *& in Prædicam. cap.de qualitate*, negat, iuſtitiam, temperantiam, & huiuſmodi eſſe virtutes, niſi ſint habitus,id eſt,qualitas difficilè mobilis.

2. *Ratio vitij vtrùm ſit eſſentialis habitui, qui eſt vitioſus.*

Supponendum ſecundò,hanc ipſam rationem vitij ſecundùm aliquos non conuenire eodem modo omnibus habitibus, qui appellantur vitioſi : ſed aliquibus conuenire eſſentialiter ; aliis verò ſolùm accidentaliter, & ſeparabiliter : nam, ſi actus, ad quos inclinant, ſint de obiectis intrinſecè malis, & à quibus, ſi non deſit ſufficiens aduertentia,nunquam poſſit ſeparari malitia, vt eſt, v. g. locutio contra mentem, odium Dei, &c.etiam habitus ſunt intrinſecè,& eſſentialiter vitia:ſi verò actus non ſint de obiectis intrinſecè malis, ſed ſolùm propter extrinſecam prohibitionem, aut aliam circunſtantiam accidentalem; neque etiam habitus ſunt intrinſecè, & eſſentialiter vitia, ſed ſolùm accidentaliter. Et quemadmodum fieri poteſt, vt idem numero actus, ex bono euadat malus, per ſolum acceſſum nouæ prohibitionis, aut circunſtantiæ depcauantis, vt quando quis vult celebrare Miſſam, & Eccleſia de nouo interdicitur ; vel è contrà ex malo euadat bonus, vt in exemplo poſito, ſi tollatur interdictum Eccleſiæ : ita & fieri poteſt, vt idem habitus ex virtute euadat vitium,& è contra:& ſi obiectum ſit indifferens, & ſolùm per adiunctionem bonæ, aut malæ circunſtantiæ, fiat bonum, aut malum, etiam habitus erit indifferens ad rationem virtutis, aut vitij.Ita Dur. *in 2.diſt.40.quæſt.3.num.5. & in 3.diſt. 33.quæſt.2.num.*8. Salas 1.2.*tract.*11. *ſect.*2. *& tract.* 13. *ſect.*2. & aliqui alij apud ipſum. Et pro eadem ſententia, quòd ratio vitij ſit accidentalis habitui, poteſt referri etiam Scot. *in* 1. *diſt.* 17. *quæſt.*2.§. *Quantùm ad iſtum articulum. & §. Ad argumenta adducta pro 5. opinione.& quæſt.*18.*art.*1.vbi aſſerit, nullum habitum acquiſitum in appetitu eſſe eſſentialiter virtutem, aut vitium ; ſed id habere ſolùm ex coniunctione cum recta ratione, & prudentia, aut ex ſeparatione ab illa:& ſicut actus,v.g.ſumendi cibum, qui re ipſa in mediocritate conſiſtat, euadit vitioſus ex hoc, quòd fiat ex conſcientia erronea, quòd non conſiſtat in mediocritate ; & ex ſola depoſitione huiuſmodi conſcientiæ, poteſt deſinere eſſe vitioſus,& contraria ratione alius actus, qui reuerà non conſiſtat in mediocritate, poteſt euadere virtuoſus ex hoc, quòd fiat ſimiliter ex conſcientia erronea mediocritatis, & deſinere eſſe virtuoſus ex ſola depoſitione huiuſmodi conſcientiæ ; ita & acquiſitus habitus per huiuſmodi actus poteſt euadere, & non euadere virtus, aut vitium, ex ſola coniunctione cum habitu prudentiæ, aut ſeparatione ab illo.

3. *Probabilius eſt, quòd ratio virtutis, & vitij ſit eſſentialis.*

Sed negari non poteſt, quin oppoſitum ſit probabilius, & tam ratio virtutis conueniat eſſentialiter habitibus virtuoſis, quàm ratio vitij, vitioſis, ſi per virtutem intelligamus ipſam ſubſtantiam habitus, qui voluntatem habilitat ad obſequendum rectæ rationi circa ſuam materiam, & quantùm eſt ex ſe poſtulat ab illa regulari, & per vitium ſubſtantiam habitus, qui contra habilitat ad operandum, non ſecundùm rationem, & præſcindamus ab iis omnibus, quæ fortè connotantur, & requiruntur ad ſtatum perfectum virtutis, vt eſt, verbi gratia, certa firmitas, & immobilitas ex Ariſtotele *in cap. de qual. initio,* & connexio cum aliis habitibus, ex eodem Ariſtotele *lib.2.magn.Mor.cap.* 4. vt notat Suar. *in Metaph. tom.* 2. *diſp.* 44. *ſect.* 13.*num.* 18. ſic enim idem Ariſtoteles 2. *Ethic.cap.* 5. virtutes, & vitia ait eſſe habitus, quibus benè, vel malè nos habemus ad paſſiones, verbi gratia,ad iraſcendum mediocriter, aut vehementer ; & quibus boni, vel mali dicimur, laudamur, vel vituperamur : & *cap.* 6. virtutem definit, quòd ſit habitus, qui bonum facit habentem, & opus eius reddit bonum : & *lib.6. cap.* 3. opinionem, & exiſtimationem ideò excludit à ratione virtutis intellectualis; quia non ſemper per illas verum dicimus, ſed aliquando etiam mentimur : atque ita ad virtutem requirit, vt ſemper, & ex ſua natura diſponat ad optimum; non autem ſolùm aliquando, & ex coniunctione accidentali cum aliquo extrinſeco, quomodo etiam opinio poſſet dici virtus, quando haberet correſpondentiam obiecti : & *lib.2.magn. Mor.cap.4.cit.* ait, virtutem hoc habere agnatum, atque inſitum, vt rationi obtemperet, & eò decliuet, quò ipſa ducit ; & ideò poſtulare adiunctionem prudentiæ, & nec virtutes ſine prudentia eſſe perfectas, nec prudentiam ſine virtutibus; ſed ſe inuicem comitari, & adiuuare : & *paulò poſt*, neminem poſſe malè vti virtute ; & ſi quis probus non benè illa vtatur, omninò conuinci, quòd probus non eſſet : quod tamen ſimiliter falſum eſſet, ſi ratio virtutis ſolùm accidentaliter conueniret habitui virtuoſo, & idem habitus eſſet principium actus boni, quando eſſet coniunctus cum recta ratione; & actus mali, quando eſſet ſine illa. Et eodem modo S. Thom. 1.2.*quæſt.*55. *art.*1. docet, virtutem eſſentialiter eſſe habitum : & *art.*3. eſſe habitum bonum, quia diſponit ad optimum potentiæ : & *art.*4. in hoc, quòd communiter dicitur ex S. Auguſt. *lib.2.de lib. arb. cap.*18. *&* 19.*tom.* 1.quòd ſit bona qualitas,aſſignari genus,& differentiam illius. Et ratio eſt ex Caiet. 1.2.*quæſt.*55.*art.*1. *cit.*quia proprium munus virtutis moralis eſt, habilitare appetitum ad obſequendum rationi : neque hoc eſt illi accidentale,ſed innatum, atque inſitum, vt loquitur Ariſt. *lib.2. magn. Mor. cap.4.cit.* id eſt, maximè eſſentiale : & ideò idem eſt, aliquem eſſe continentem, atque perſtare in conſilio rationis ; & aliquem eſſe incontinentem, atque ab illo recedere, vt dicitur 7. *Ethic.cap.*1. & virtus eſſentialiter nihil eſt aliud, niſi habitus electiuus in ea mediocritate conſiſtens, quam recta ratio, & prudentia deſinioit, vt dicitur 2. *Ethic.cap.*6.

Neque ex eo, quòd conformitas cum iudicio rationis ſit fortè accidentalis in ipſo actu ſecundùm entitatem phyſicam, & eadem voluntas faciendi Sacrum,v.g.in hac Eccleſia,ex conformi ad rectam rationem poſſit incipere eſſe difformis, per ſolam mutationem ipſius iudicij rationis ex nouo acceſſu, verbi gratia, eccleſiaſtici interdicti, de quo tamen in præſentia non diſputo, & poteſt videri Cont. 1.2 *quæſt.*19. *art.*1. *& quæſt.*20. *art.*6. & fusè Vaſq.1.2.*diſp.*55.*&* 56. ſequitur, quòd etiam ſit accidentalis in ipſo habitu, cùm poſſit hic eſſentialiter reſpicere actum,prout conformem cum ratione, ſiue hæc conformitas ſit illi accidentalis, ſiue eſſentialis, ſicut ars, v. g. fabrilis eſſentialiter reſpicit lignum,aut ferrum,in quantum eſt figurabile,ſiue hoc ſit illi accidentale,ſiue eſſentiale ; & relatio paternitatis eſſentialiter reſpicit hominem, prout genitum ab hoc,quamuis id ſit illi accidentale.

Atque ex hoc veriſſimum videtur id, quod docet Vaſq.1.2.*diſp.*84.*c.*2 *n.*10.quòd ſtatim atque aliquis actus internus ex conformi ad iudicium rationis,videtur incipere eſſe difformis,& ex bono fieri malus, deſinit eſſe à priori habitu virtutis ; quia deſinit eſſe in illo ratio formalis ſpecificatiua habitus. Vnde & experientia conſtat,quòd mutato iudicio rationis de bonitate,retardatur affectus voluntatis,neque actum continuat ita promptè, & delectabiliter,ſicut priùs. 4.

Si actus internus ex cõformi ad rationem incipiat eſſe difformis,nõ poteſt eſſe ab eodẽ habitu.

Et quanuis hoc idem concedat Vaſq. *ibidem,n.*11. etiam de actu virtutis, ſi fortè,dum elicitur ex iudicio rationis, incidat aliquis ſcrupulus de illius bonitate, & aliquo modo turbetur certitudo iudicij; id tamen videtur minùs neceſſarium: quia reuerà, etiam ſcrupulo non obſtante,adhuc remanet in actu bonitas, & conformitas ad rationem, quæ eſt ratio ſpecificatiua habitus; & ideò adhuc poteſt eſſe ab habitu, quouſque ſcrupulus ita creſcat, vt omninò mutet iudicium,ex qoo actus elicitur.

Neque illud, quod addit Scotus de conſcientia erronea circa malitiam,aut bonitatem, magis vrget: ſicut enim voluntas eſſentialiter reſpicit bonum, & patum refert, ſiue illud ſit verum, ſiue apparens, vt patet ex Ariſt. 2.*Phyſic.text.*31. 5.*Metaph.text.*3.*& ſapè alibi:* ita & virtus eſſentialiter reſpicit honeſtatem,ſiue ſit vera, ſiue apparens;ac proinde falſum eſt,quòd actus,v.g.ſumendi cibum,ſemper ſit ab eodem habitu temperantiæ; ſiue ſit ex dictamine erroneo de mediocritate; ſiue ex dictamine erroneo de exceſſu, aut defectu: ſed in primo caſu verè eſt ab habitu temperantiæ; quia habet honeſtatem apprehenſam, quæ eſt eſſentiale ſpecificatiuum illius: & in ſecundo eſt ab habitu oppoſito.

Non tamen eodem modo videtur dicēdum,quòd actus deſinat eſſe ab habitu virtutis, ſi deſinat eſſe deliberatus,& liber,ſicut deſinit,quando deſinit eſſe honeſtus, & conformis rationi, vt notat Vaſq. *ibid. n.*13. quia non eodem modo reſpicit habitus eſſentialiter in ſuo actu deliberationem,ſicut reſpicit honeſtatem: vnde & ex motibus ſubitis facilè videtur poſſe colligi, qualem habitum quiſquis habeat; & habitus charitatis poteſt eſſe operatiuus etiam in patria; vbi tamen dilectio Dei non poteſt eſſe deliberata.

Poſſet tamen fortaſſe ex alio capite admitti doctrina Scoti de ratione virtutis, & vitij accidentali habitibus, ſi, nimirum, admitteremus cum ipſo Scoto *in* 2.*diſt.* 41. *quaſt.vnica*, *&* *q.*18.*art.*1. Alex. Bunauent. Gabriel. & aliis apud Vaſq. 1.2.*diſp.*52. *cap.*2. dari actus indifferentes in indiuiduo: ex illis enim etiam habitus eſſent indifferentes, & per adiunctionem alicuius extrinſeci poſſent fortaſſe dici virtus,aut vitium, & inclinare ad actum bonum,aut malum. Verùm,quia hæc ſententia eſt minùs probabilis, & parum conformis doctrinæ Chriſti *Matth.* 12.& expoſitioni Sanctorum Patrum de verbo otioſo;neque etiam illud eſt admittendum de indifferētia habitus, niſi fortè ex accidente, quòd quis indifferenter operetur ex illa ſententia, & ex actibus indifferentibus bona fide elicitis,acquirat habitum ſimiliter indifferentem: de quo tamen,quia eſt ſolùm per accidens,& ex hoc,quòd ille ſic opinetur,nō eſt habenda ratio: imò,quemadmodum ille habitus eſſentialiter eſſet indifferens, & poſitiuè excluderet à ſuo actu, & obiecto conformitatem, aut difformitatem ad rectam rationem; ita nec poſſet per adiunctioοem extrinſeci euadere virtus, aut vitium;ſiquidem eo ipſo, quòd actus per illud extrinſecum euaderet conformis,aut difformis rationi,deſineret eſſe intra ſpecificatiuum habitus indifferentis, neque poſſet ab illo eſſe.

DISPVT. II.

Quomodo actui virtutis, & vitij conueniat ratio ſtudioſi,& praui.

1. *Ratio ſtudioſi, & praui eſſentialiter conuenit actus virtutis,& vitij.*
2. *Bonitas, & malitia quomodo ſint differentia per ſe, & eſſentiales in actibus internis voluntatis.*
3. *In actibus exterioribus imperatis à voluntate bonitas, & malitia non eſt differentia per ſe,& eſſentialis.*
4. *Veritas,& falſitas quomodo ſint differentia per ſe aliquorum actuum rationis.*
5. *Sola malitia primaria poteſt eſſe differentia per ſe actus vitioſi.*
6. *Ratione extrinſeca aduertentia quomodo actus poſſit ex non bono fieri bonus, vel ex non malo malus, aut è contrà.*
7. *Idem actus internus, inuariatus ſecundùm ſubſtantiam, non poteſt ex bono fieri malus, aut ex malo bonus.*
8. *Non poteſt eadem ſpecie malitia competere pluribus actibus malis diuerſis ſpecie.*

1. *Ratio ſtudioſi, & praui eſſentialiter cōmunis actui virtutis, & vitij.*

QVoo diximus de habitibus virtuoſis,& vitioſis,proportionaliter videtur dicendum etiā de actibus interioribus voluntatis, ad qoos ipſi habitus immediatè diſponunt; eſſe,ſcilicet, de eſſentia ipſorum, vt ſint ſtudioſi, & virtuoſi,aut vitioſi, honeſti, vel turpes, ſi per hoc intelligatur, quòd ferantur in ſua obiecta formalia, & in ſuos fines proximos, & intrinſecos: cùm enim formale obiectum, & ſpecificatiuum actus virtuoſi ſit honeſtas, & de eſſentia cuiuſcunque talis actus ſit, vt fiat propter honeſtatem, vt patet ex Ariſtotele 2.*Ethic. cap.*4. non poteſt huiuſmodi actus oon eſſe eſſentialiter talis, & contrà cùm obiectum formale, & ſpecificatiuum actus vitioſi, aut non virtuoſi, ſit aliqua alia ratio boni, contradiſtincta ab honeſtate, etiam hic dicendus videtur eſſentialiter talis, vndecunque tandem habeat huiuſmodi ratio boni, vt ſit contradiſtincta ab honeſtate; id eſt, ſiue id habeat ex intrinſeca ſua ratione, & intrinſecè illi repugnet, ſiue ſolùm ex accidente extrinſeco, v. g. ex prohibitione, aut præcepto Superioris: nam in hac re benè videntur diſtinguenda motiua formalia, & ſpecificatiua proxima, & intrinſeca ipſorum actuum, à rationibus obiectiuis, & ſpecificatiuis extrinſecis eorundem; & quanuis non ſit negandum, quòd ſæpè rationes obiectiuæ, & ſpecificatiuæ extrinſecæ ſolùm differant accidentaliter in ratione entis, vt eſt, verbi gratia, celebrare Miſſam in hac Eccleſia, durante interdicto eccleſiaſtico, & celebrare io eadem Eccleſia non durante ioterdicto; non tamen propterea eſt concedendum, quòd etiam rationes formales, & ſpecificatiuæ intrinſecæ actus virtuoſi, & actus vitioſi, ſolùm differant accideotaliter in ratione entis: ſiquidem actus virtuoſus volendi celebrare Miſſam, non durante interdicto, eſſentialiter eſt propter honeſtatem formalem talis actus; & actus vitioſus volendi celebrare durante interdicto, eſſentialiter eſt propter vtilitatem, vel aliquam aliam rationem booi, contradiſtinctam ab honeſtate. Videri poteſt Azorius *tom.*1.*lib.*1.*cap.* 5.*quaſt.*1.*&* 2. & apud illum Conr. 1.2. *quaſt.*19. *art.*1. *& quaſt.*20.*art.*6. Capr. *in* 2.*diſt.*40. *quaſt.*1. *art.*1.*concl.*3.*& art.*3.*in reſponſ. ad argum. contra* 3. *concluſionem.* Ferrat.3. *contra Gen.cap.*10.§. *circa* 3. Rice. *in* 2.*diſt.*40. *art.*2. *quaſt.*1. Occam. & Gabr. *in* 2.*diſt.*41. *quaſt.*1.*art.* 2. Almaynus *tract.*1. *Moral.cap.* 6. qui omnes abſolutè docent, bonum, & malum eſſe differentias per ſe, & ſecundùm ſubſtantiam actuum interiorum voluntatis; & ideò non poſſe vnum, & eundem huiuſmodi actum ex bono fieri malum, vel ex malo bonum; ſed neceſſariò variari ſecundùm ſubſtantiam, quando hoc modo variatur ſecundùm bonitatem,

2. *Bonitas, & malitia quomodo ſint differētia per ſe, & eſſentiales in actibus internis voluntatis.*

nitatem, & malitiam: cùm enim hoc non poſſit intelligi de malitia funnaliter accepta, provt dicit negationem debitæ rectitndinis, & integritatis; ſi quidem hęc oon eſt de eſſentia vllius actus poſitiui, omninò debet intelligi de malitia fundamentaliter, id eſt, de tendentia actus in ſuum obiectum ſub aliqua alia ratione, boni quàm ſub ratione boni honeſti. Et clariſſimè, & ex profeſſo idem docer S. Thomas *in 2. diſt. 40. quæſt. 1. art. 1. in corp. & ad 5.* vbi ait, quòd, quemadmodum actiones in vniuerſum differunt ſpecie, & eſſentialiter ſecundùm diuerſitatem formarum, quæ ſunt illarum principia, vt, v.g. calefacere, & frigefacere ſecundùm diuerſitatem calotis, & frigoris, à quibus ſunt; ita & actiones voluntatis differunt ſpecie, & eſſentialiter ſecundùm rationem formarum, quæ ſunt in voluntate, vt principia ipſarum, id eſt, ſecundùm diuerſitatem finium: & ideò actio bona, & actio mala non poteſt non differte eſſentialiter, cùm ſemper differat ex diuerſo fine, qui eſt in voluntate, & tatio agendi, & vt principium motus, *5. Metaph. text. 1.* Et addit bas differentias eodem modo ſe habere ad actus voluntaris, ſicut ſe habent differentiæ coloris ad albedinem, & nigredinem, quæ per ſe continetur ſub genere coloris; & non eodem modo, quo ſe habent differentiæ entis artificialis ad cultellum, & clauem, quæ ſolùm per accidens continentur ſub ente artificiali, id eſt, per figuram. Et *in reſp. ad 2.* docet, quòd quando dicitur, quòd etiam malum eſt differentia eſſentialis actus voluntatis; non intelligitur de malo, provt dicit priuationem tantùm; ſed provt fundatur in aliquo fine indebito, qua ratione malum eſt contrarium bono, & non ſolùm priuatio illius. Et *& in reſp. ad 3.* ſubdit, quòd malum non pertinet ad eſſentiam actionis, ratione priuationis adiunctæ, cùm hæc non ſit de eſſentia vllius entis, & nihil entis poſſit eſſe non ens, ſed ſolùm pertinet, quantùm ad hoc, quod eſt ibi aliquid de entitate. Et 1.2. *quæſt. 19. art. 1.* ex profeſſo docer, quòd bonum, & malum ſunt differentiæ per ſe actus voluntatis; & voluntas bona, & mala ſunt actus differentes ſecundùm ſpeciem, ſicut & opinio vera, & falſa, id eſt, illa, quæ vno tempore dicit rem eſſe, & illa, quæ dicit eodem tempore rem non eſſe, vt exponit *eo loco* Conradus.

Et negari non poteſt, quin hæc ſententia hoc modo iotellecta, & explicata ſit valdè probabilis, tum propter authorirates allatas ex S. Thoma, tum propter rationes; imò & videtur multò probabilior, quàm oppoſita, quòd bonum, & malum ſolùm ſint differentiæ accidentales actuum voluntatis, vt vult Caiet. 1.2. *quæſt. 19. art. 1.* Dur. *in 2. d. 40. quæſt. 3.* Mar. *in 2. d. 41. quæſt. 2. in 2. parte.* S. Bonau. *eadem d. 41. art. 1. quæſt. 2.* & ex recentioribus Vaſquez 1.2. *diſputatione 55. cap. 2. & ſeq. & diſputat. 56. cap. 2.*

3. *In actibus exterioribus imperatis à voluntate, bonitas, & malitia non eſt differentia per ſe, & eſſentialis.*

Debet autem, vt diximus, id ſolùm intelligi de actibus interioribus voluntatis, & non de exterioribus aliarum potentiarum imperatis à voluntate: quia id expreſſè aduertit S. Thom. *in 2. d. 40. quæſt. 1. art. 1. cit.* & Azor *lib. 1. cap. 5. quæſt. 1.* & omnes communiter. Et ratio eſt: qoia actus exteriores imperati à voluntare, & eliciti per alias potentias, non pertinent eſſentialiter ad genus motis, & voluntarij, euius ſunt differentiæ per ſe bonum, & malum modo explicato; ſed pertinent ſolùm per accidens, ſeu per alſud, id eſt, ratione actuum interiorum, per quos imperantur; & ideò non poſſunt diſtingui ſecundùm ſpeciem, & per ſe, per illas differentias, ſed ſolùm per accidens, ſeu per aliud, id eſt, in quantum ſiunt, & imperantur per hos, aut illos actus interiores. Atque hac de cauſa fieri poteſt, vt vnus, atque idem ſucceſſiuè poſſit eſſe bonus, & malus: vt ſi quis, v.g. ex intentione audiendi Sacrum, & Deum colendi, eat ad Eccleſiam; & in media via mutata intentione proſequatur ambulationem ad furandum, vel fornicandum.

4. *Veritas, & falſitas quomodo ſint differentia per ſe aliquorum actuum rationis.*

Neque obſtat primò, quod ex Caietano obiicit Vaſquez 1.2. *diſput. 55. cap. 2. num. 8.* quòd S. Thom. 1.2. *quæſtione 19. art. 1. cit.* dicat, eodem modo bonum, & malum eſſe differentias per ſe actuum voluntatis, quo verum, & falſum ſunt differentiæ per ſe actuum intellectus: cùm enim ex Ariſtotele *in c. de ſubſtantia*, certiſſimum ſit, quòd veritas, & falſitas ſunt accidentia; non autem differentiæ eſſentiales actuum intellectus, & eadem opiniò, vel oratio immutata, v. g. quòd Socrates ſedeat, poſſit ſucceſſiuè eſſe vera, & falſa per ſolam mutationem, quæ contingat in Socrate, & extra ipſam, etiam bonitas, & malitia ſolùm erunt accidentia actuum voluntatis; non autem differentiæ eſſentiales propriè dictæ. Et quòd appellentur à Sancto Thoma *eo loco* differentiæ per ſè, ſolùm eſt, quia non conueniunt actibus voluntatis interioribus per aliquid aliud; ſicut conoeniunt actibus exterioribus aliarum potentiarum, qui ſolùm per ipſos actus interiores, à quibus imperantur, dicuntur boni, & mali: hoc, inquam, non obſtat. Nam contrà eſt: quia, cùm aſſerat S. Thomas *eo loco*, quòd verum, & falſum ſint differentiæ per ſe actuũ intellectus, ſicut bonum, & malum ſunt differentiæ per ſe actuum voluntatis; & *alio loco*, id eſt, *in 2. diſt. 40. quæſt. 1. art. 1. de bono, & malo,* clariſſimè explicet illud per ſe, & quòd ſint differentiæ eſſentiales, & ſpecificæ, ſicut & differentiæ albedinis, & nigredinis ſunt per ſe ſub colore, & non ſicut differentiæ clauis, & cultelli ſunt ſub ente artificiali, potiùs ex eo locu debet inferri, quòd putarit veritatem, & falſitatem poſſe eſſe differentias verè eſſentiales, & ſpecificas actuum intellectus, quàm quòd putarit bonitatem, & malitiam modo explicato eſſe differentias accidentales. Et reuerà quamuis veritas non ſit de eſſentia actus intellectus, quatenus eſt in illo, vt in quadam re vera, quomodo etiam eſt in prima operatione, imò & in actibus ſenſuum exteriorum, *3. de anima, text. 26.* omninò tamen eſt de eſſentia, quatenus eſt in illo, ſicut cognita in cognoſcente, quomodo ſolùm eſt in ſecunda operatione, *6. Metaph. text. 8.* vt benè explicat S. Thom. 1.1. *quæſt. 16. art. 2. & in 1. ſent. diſt. 19. quæſt. 5. art. 1. ad 7.* nam, cùm proponitur intellectui, v. g. iudicandum, ſi homo eſt animal, & per ſecundam operationem, quæ eſt compoſitio, dicit, quòd eſt, & dum proponitur iudicandum, ſi eſt lapis, & per aliam ſecundam operationem, quæ eſt diuiſio, dicit, quod non eſt, per hoc eſſe, & non eſſe, nihil aliud ſignificat, niſi veritatem, & falſitatem, & ſolùm dicit, illud ens, & non ens, de quo agitur *6. Metaph. text. 8.* & ſe habet vt verum, & vt falſum, & ſolùm repetitur circa compoſitionem & diuiſionem, & omninò circa partitionem contradictionis, & tale verum in propoſitionibus affirmatiuis importatur per affirmationem ipſius eſſe, dum dicimus, *eſt*; & in negatiuis per negationem, dum dicimus, *non eſt*; & quærenti, v.g. ſi homo eſt animal, reſpondemus affirmatiuè, *eſt*; & quærenti, ſi eſt lapis, reſpondemus negatiuè, *non eſt*: & falſum è contrà in propoſitionibus affirmatiuis importatur per negationem, & in negatiuis per affirmationem, dum quærenti, v.g. affirmatiuè, ſi homo eſt animal, reſpondemus negatiuè, *non eſt*; & quærenti negatiuè, ſi

non eſt lapis, reſpondemus affirmatiuè, *eſt*. Hæc verò omnia, quæ docet Ariſt. *eo text.* 8. apertè oſtendunt, quòd quemadmodum eſt de eſſentia ſecundæ operationis, vt cognoſcat rem eſſe, aut non eſſe; ita & eſt de eſſentia, vt cognoſcat veritatem, & falſitatem; & hæc ſit in illa, ſicut cognita in cognoſcente: ſiquidem hoc ipſum, *eſt*; aut, *non eſt*, in quo formaliter conſiſtit iudicium ſecundæ operationis, nihil aliud importat, niſi verum, aut falſum ipſius actus rationis, vt vult ibi Ariſt. & benè explicat S. Th. *in eum locum lect.* 4. Et eandem ob cauſam oratio enunciatiua, quæ eſt proximum genus ad affirmationem, & negationem, 1. *Perihermen. cap.* 4. definitur eſſe illa, in qua eſt verum, & falſum, & per hoc diſtinguitur ab omnibus aliis: quia, ſcilicet, quamuis etiam aliæ orationes poſſint eſſe conformes ſuis obiectis, & habere veritatem, tanquàm res veræ; non tamen poſſunt illam cognoſcere, eámque habere, vt cognoſcentes, & enunciantes; cùm tamen ex propria ſua ratione enunciatio & ſecunda operatio, hoc ipſo, quòd cognoſcit, & dicit, *eſt*, aut, *non eſt*, cognoſcat, & dicat verum, aut falſum, non quidem in actu ſignato, & ſub his ipſis vocabulis; ſed in actu exercito, aſſentiendo, & dicendo, quòd ita ſit, vt benè explicat Caiet. 1. 1. *quaeſt.* 16. *art.* 2. *cit.* §. *Ad euidentiam horum. verſu, Tertiò, nota.* Hoc ergo dicendus eſt ſibi velle S. Thom. 1. 2. *quaeſt.* 19. *art.* 1. *cit.* dum ait, actus rationis per ſe diſtingui differentia veri, & falſi: & eadem ratione etiam diſtingui per ſe actus voluntatis differentia boni, & mali: ſolùm enim loquitur de veritate, & falſitate, prout ſpecialiter reperitur in actu compoſitionis, & diuiſionis, & eſt in actu rationis, ſicut cognita in cognoſcente; non autem prout reperitur quomodocunque in omni actu, ſicut qualitas, vel ſicut accidens in ſubiecto, vt ipſe explicat 1. 1. *q.* 16. *art.* 2. *cit.* Neque contra hoc facit doctrina Ariſtotelis *in cap. de ſubſtantia.* quòd enim oratio ſine vlla ſui mutatione, & per ſolam mutationem obiecti extrinſeci, poſſit mutari ex vera in falſam, vel è contrà; ſolùm probat, quòd veritas, prout eſt in illa, vt in re vera, non ſit differentia eſſentialis; non autem probat, quòd talis non ſit ipſa veritas, & falſitas, prout ſpecialiter ſolùm eſt in ſecunda operatione, id eſt, ſicut cognita in cognoſcente modo explicato.

Et fortaſſe ab hac ſolutione præſentis difficultatis non differt illa alia, quam affert Conr. 1. 2. *quaeſt.* 19. *art.* 2. & apud Vaſquez *diſp.* 55. *cap.* 2. *num.* 8. *cit.* quòd veritas, & falſitas accepta formaliter pro ipſa conuenientia, aut diſconuenientia intellectus cum re, ſit accidens, & non differentia eſſentialis actus rationis: accepta verò fundamentaliter pro ipſa affirmatione, & negatione, ſit differentia eſſentialis, & hoc modo de illa loquatur S. Thomas *eo loco*: idem enim videtur Conrad. intelligere per veritatem acceptam formaliter; atque nos per veritatem, quæ eſt in actu rationis, vt in re vera: & idem per veritatem acceptam fundamentaliter; atque nos per veritatem, quæ eſt ſicut cognita in cognoſcente. Et minùs benè ſolutionem Conrad. de veritate, fundamentaliter impugnat Vaſquez *ibidem, num.* 9. quia nuſquam apud probatos Philoſophos inuenitur ſumi veritas pro ipſa affirmatione, & falſitas pro negatione: nam contrà eſt: quia expreſsè id inuenitur apud ipſum Ariſtotelem 6. *Metaph. text.* 8. *cit.* illis verbis: *Verum etenim affirmationem in compoſitis habet, negationem verò in diuiſis: falſum verò huius partitionis contradictionem.* Et ſenſus eſt, quòd verum, prout eſt ſpecialiter in ſecunda operatione, ſicut cognitum in cognoſcente, ſit in affirmatiuis ipſa affirmatio verbi, *eſt*; & in negatiuis ipſa negatio, *non eſt*: & è contrà falſum in affirmatiuis ſit contradictio, & negatio; & in negatiuis ſit affirmatio, vt ibi explicat S. Thom. *lect.* 4. *cit.*

5. *Sola malitia primaria poteſt eſſe differentia per ſe actus vitioſi.*

Secundò, neque obſtat contra doctrinam allatam de bonitate, & malitia, quod ex eodem Caiet. obiicit idem Vaſq. *diſp.* 55. *cap.* 2. *cit. num.* 9. vnum, & eundem actum interiorem voluntatis poſſe eſſe in duabus ſpeciebus peccati: vt, v.g. ſi quis velit furari propter adulterium; quod tamen non eſſet, ſi malitia eſſet differentia eſſentialis, cùm impoſſibile ſit, vt vnus actus ſit in duplici ſpecie ſecundùm naturam, & conſtituatur per duplicem differentiam eſſentialem. Nam contrà eſt primò: quia ex S. Th. *quaeſt.* 2. *de malo, art.* 6. qui furatur propter adulterium, vel propter homicidium, non habet vnum tantùm actum internum, ſed duos, id eſt, alterum de furto, & alterum de adulterio, aut homicidio, & hic ſe habet ad illum, vt circumſtantia; quia ſe habet, vt amor, & intentio finis reſpectu illius: & ſemper, quando circumſtantiæ fundant per ſe diuerſam diſconuenientiam, & diuerſum ordinem ad rationem, & diſparatè ſe habent ad alium actum, quem circumſtant, ſpecificant actum diuerſum, vt etiam *ſuprà* diximus *l.* 1. *d.* 28. *n.* 22. & meliùs declarabimus, quando agemus de diſtinctione ſpecifica peccatorum ex circumſtantiis. Atque ita falſum eſt in exemplo poſito, quòd actus internus ſit vnus & idem, & ſit in duabus ſpeciebus peccati. Si tamen in alio exemplo id contingat, adhuc non facit contra doctrinam allatam: quia, dum dicimus, malitiam, prout dicit tendentiam actus in ſuum obiectum ex fine indebito, & contradiſtincto ab honeſtate, eſſe differentiam eſſentialem ipſius; ſolùm id intelligimus de malitia primaria, & quæ habetur ex fine intrinſeco, & primario, qualis eſt in exemplo poſito ipſa habitio rei alienę inuito domino: & præter hanc non negamus, quòd aliqua alia, ſi adueniat ſecundariò, poſſit eſſe accidentalis eidem actui, qualis eſt in exemplo poſito malitia adulterij; idque eſt commune in Phyſicis etiam aliis pluribus, vt, v. g. ſi intellectus per ſuam differentiam eſſentialem primò conſtituatur eſſentialiter ſub genere qualitatis, & deinde per habitum ſuperuenientem conſtituatur accidentaliter ſub eodem genere, & per aliquam relationem ſub genere ad aliquid. Et de hoc pluribus agemus *infrà*, quando agemus de diſtinctione ſpecifica peccatorum, & quomodo habeatur, vel non habeatur ex circumſtantiis.

6. *Ratione extrinſeca aduertentia, quomodo actus poſſit ex non bono fieri bonus, vel ex non malo malus, aut è contrà.*

Tertiò, non obſtat, quòd eadem actio poſſit fieri ex bona mala, vel ſaltem non bona, & è contrà poſſit fieri ex mala bona, vel ſaltem non mala, vt probat Vaſquez 1. 2. *diſp.* 55. *cap.* 2. *cit. num.* 10. & *cap.* 3 *num.* 12. & *diſp.* 56. *cap.* 2. *num.* 5. & *ſeq.* & alij *ſuprà cit.* v.g. ſi ex non libera fiat libera, vel ex libera fiat non libera per ſolam variationem perfectæ aduertentiæ, vt contingit in motibus primò primis, vel ſi ex ignorantia aliqua culpabili relinquatur propoſita voluntati eadem honeſtas, quæ prius, & ex illa actus continuetur ſicut priùs, vt ſi velis, v.g. ex fine honeſto Miſſam celebrare in hac Eccleſia, & interim hęc Eccleſia interdicatur, & tu ex negligentia, & ignorantia culpabili id ignores: ſtante enim hac ignorantia non variabitur ex parte intellectus prior notitia, & propoſitio honeſtatis, & per conſequens neque ex parte voluntatis variabitur prior affectus, & voluntas celebrandi ex motiuo honeſto: & tamen, quia ignorantia eſt culpabilis, incipiet eſſe mala, & culpabilis ex circumſtantia interdicti, & per malitiam ſolùm accidentalem.

Nam contrà eſt: quia, quod *ſuprà* diximus de habitibus

habitibus *diſp.* 1. *num.* 3. per eorum bonitatem, & malitiam, hoc loco ſolùm intelligi ipſorum ſubſtantiam, præſcindendo ab aliis, quæ fortè requiruntur, vt conditiones, vel vt connotata ad completam rationem virtutis, & vitij, idem hoc loco eſt intelligendum de actibus; oomine, ſcilicet, eorum bonitatis, & malitiæ ſolùm intelligi eorum ſubſtantiam, id eſt, tendentiam in propria obiecta ſub propriis finibus, & motiuis formalibus; præſcindendo ab aliis omnibus, quæ prætereà poſſunt requiri ad completam rationem actus virtutis, & vitij, vel peccati, inter quæ ſine dubio eſt aduertentia, ita perfecta, vt ſufficiat ad libertatem: ſiquidem certum eſt *ex* 2. *Ethic. cap.* 4. quòd actus virtutis debeat eſſe ex electione: quod idem etiam eſt de actu vitij. Quare, etiamſi concedatur poſſe actus ex non bono fieri bonus, & ex non malo fieri malus per ſolam variationem aduertentiæ extrinſecæ; non tamen hinc ſequitur, quòd bonitas, & malitia actus, provt de illa hîc loquimur, ſit illi accidentalis: ſiquidem oon loquimur, provt includit has conditiones, vel complementa extrinſeca; ſed ſolùm, provt dicit ſubſtantiam actus modo explicato.

7. *Item actus internus, inuariatus ſecundùm ſubſtantiam, non poteſt ex bono fieri malus, aut ex malo bonus.*

Quòd verò additur, eundem actum internum inuariatum ſecundùm ſubſtantiam poſſe fieri ex bono malum, nulla ratione eſt admittendum: id enim expreſsè negat Ariſt. *in Præd. in c. de ſubſtantia*, vbi ait, quòd, quemadmodum color, qui eſt vnus, & idem numero, non dicitur alhus, & niger; ita neque eadem actio, & vna numero poteſt dici praua, & ſtudioſa. Et clariſſimè id demonſtrant rationes allatæ ex S. Thoma, eiúſque authoritas, præſertim *in* 2. *diſt.* 40. *quæſt.* 1. *art.* 1. qui locus tam eſt clarus, & tantam vim facit pro hac ſententia, vt ipſemet Vaſq. qui eſt in oppoſita ſententia, *diſp.* 55. *cit. cap.* 4. *num.* 18. ingenuè fateatur, ſe prorſus neſcire aliquo modo ipſum explicare. Quare ad caſum poſitum de eo, qui volt celebrare in hac Eccleſia, & culpabiliter ignorat, quòd ſit interdicta, dicendum eſt, impoſſibile eſſe, vt ſtante hac ignorantia culpabili, remaneat ex parte intellectus eadem propoſitio honeſtatis; & ex parte voluntatis idem affectus, & idem amor erga illam: uam eo ipſo, quòd venit in mentem de obligatione adhibendæ diligentiæ pro cognoſcendo interdicto, ſicut certè debet venire, ſi ignorantia eſt culpabilis, etiam venit de obligatione deſiſtendi à Miſſa, ne alioqui exponatur periculo, vt celebretur in Eccleſia interdicta: ac proinde impoſſibile eſt, vt maneat notitia, & exiſtimatio honeſtatis, & conuenientiæ ſimpliciter, & ignorantia in hoc caſu ſolùm facit, vt inhoneſtas, & malitia celebrationis non cognoſcatur in ſe, & explicitè, non autem vt non cognoſcatur in alio, & implicitè, id eſt, in ipſa ignorantia, ex qua conſequitur.

8. *Non poteſt eadem ſpecie malitia competere pluribus actibus malis diuerſis ſpecie.*

Quartò non obſtat, quod obiicit Vaſq. *diſp.* 55. *cit. cap.* 3. *n.* 16. eandem malitiam ſpecie poſſe competere pluribus actibus diuerſis ſpecie in eſſe phyſico, vt, v.g. malitiam homicidij voluntati, quæ fertur directè in homicidium, & voluntati, quæ fertur directè in venationem, & non adhibet diligentiam ad vitandum bomicidium; & ideò dicitur in illud ferri indirectè: quod tamen non eſſet, ſi competeret, vt differentia per ſe, & eſſentialis, cùm hæc ſit ſemper diuerſa, quando ſpecies actuum eſt diuerſa. Nam contrà eſt: quia, ſi per malitiam intelligamus tendentiam actus in ſuum obiectum ſub fine iodebito, & ſub ratione alterius boni, quàm honeſti, provt de illa hîc loquimur; falſum eſt, quòd talis malitia vna ſpecie poſſit competere pluribus actibus diuerſis ſpecie: nam eo ipſo, quòd vnus aliquis finis indebitus eſt forma vltima voluntatis, & principium proximum, & formale actionis, ſolùm conſtituit illam in vna ſpecie, & vno modo illam ſpecificat, quidqoid ſit de entitate materiali, vt patet ex doctrina Sancti Thomæ *in* 2. *diſtinct.* 40. *quæſt.* 1 *art.* 1. iam *ſuprà* explicata. Et ſicut triangulum in ratione trianguli eſt vnum ſpecie, ſiue materialiter ſit ex ferro, ſiue ex ligno; & imago Socratis in ratione imaginis eſt vna ſpecie, ſiue materialiter ſit ex auro, ſiue ex cera; quia figura, quæ tribuit ſpeciem, eſt vna ſpecie: ita & voluntas occidendi, verbi gratia, ex odio eſt vna ſpecie, ſiue occiſio futura ſit per bombardam, ſiue per gladium, aut per veneoum; quia odium, quod eſt proximum, & formale principium volendi occidere, eſt vnum ſpecie. Sed magis in particulari ad exemplum poſitum de voluntate, quæ fertur directè in homicidium, & de illa, quæ fertur directè in venationem, & indirectè in homicidium, dico ſimiliter, quòd in ratione actus vitioſi poſſunt eſſe in eadem ſpecie, & ab eodem habitu, cùm proximi fines cuiuſque, à quibus ſpecificantur, non differant ſpecie in ratione finis indebiti; & tam odium inimici, quàm voluptas ex venatione in tali caſu, ſit ſolùm indebita propter homicidium. Et quemadmodum tam iugulatio, quàm lapidatio, v.g. poſſunt eſſe ab eodem habitu vitioſo occidendi homines, & in ratione actus vitioſi poſſunt eſſe in eadem ſpecie, quia proueniunt, vt diximus, ab eadem forma, & fine indebito voluntatis: ita & iugulatio, & venatio, in qua homicidium non cauſetur, poſſunt ſimiliter eſſe in eadem ſpecie actus vitioſi propter eandem rationem, & in hac re benè debet aduerti, vt conſideretur ipſe finis indebitus, qui formaliter conſtituit, & ſpecificat actum vitioſum vt ſic; non autem illa, ex quibus habet, vt ſit indebitus, & poſſunt eſſe extrinſeca, & accidentaliter ſe habere, tam ad rem illam, quæ eſt finis indebitus, quàm ad actum voluntatis, qui ex illo ſpecificatur, vt vitioſus, vt *ſuprà* diximus.

DISPVT. III.

Quomodo vitium contrarietur virtuti.

1. *Tres concluſiones S. Thomæ.*
2. *Virtus, & vitium ſecundùm ſuos actus contrariantur inter ſe.*
3. *Virtuti ſecundùm bonitatem contrariatur malitia vitij.*
4. *Quomodo bonitas, & malitia dicantur ſe habere conſequenter ad virtutem, & vitium.*
5. *Non datur in vnoquoque ente malitia tranſcendentalis, quæ ſit paſſio, ſicut bonitas.*
6. *Virtus, & vitium contrariantur ſecundùm eſſentiam.*
7. *In habitibus intellectus, & voluntatis, oppoſitio, & contrarietas poteſt prouenire ex multis.*
8. *Virtus, & vitium in gradu remiſſo non exercent contrarietatem.*
9. *Ad contrarietatem poteſt ſufficere genus remotum.*
10. *Quomodo virtus, & vitium maximè à ſe inuicem diſtent ſub eodem genere proximo.*
11. *Quomodo virtus dicatur eſſe quid medium inter vitia extrema; & tamen illis perfectè contrarietur.*

AGIT de hoc S. Thomas 1.2. *quæſt.* 1 *art.* 1. & primò monet, duo in virtute poſſe conſiderari, id eſt eſſeotiam, & id, ad quod virtus ordinatur,

quæ

quæ eſt operatio, & actus virtuoſus : & ſubdit, in eſſentia poſſe aliquid conſiderari directè, & aliquid ex conſequenti; id eſt, poſſe illam conſiderari ſecundùm aliquod prædicatum, quod ipſi conueniat ex conceptu primario, vt, v. g. quòd ſit diſpoſitio iam perfecti, & benè ſe habentis ſecundùm naturam ad optimum, & ad operationem, maximè conformem eidem naturæ, vt definitur ab Ariſt. 7. *Phyſicorum, text.* 17. & præterea poſſe conſiderari ſecundùm aliquod prędicatum, quod eidem conueniat ex conceptu ſecundario, vt, v.g. quòd ſit quædam bonitas ſui ſubiecti, illúdque faciat benè, & conuenienter ſe habere ſecundùm modum ſuæ naturæ.

1\. *Tres concluſiones S. Th.*

Deinde ponit tres concluſiones. Et prima eſt, quòd virtuti, ſecundùm id, ad quod ordinatur, contrarietur peccatum; non autem vitium : id eſt, actus ipſe inordinatus, & vitioſus, non habitus. Secunda, quòd eidem virtuti, provt eius eſſentia conſideratur ex conſequenti, id eſt, ſecundùm quod eſt bonitas quædam ipſius habentis, contrariatur malitia. Tertia, quòd eidem, in quantum conſideratur directè, & ex conceptu primario, contrariatur vitium.

2\. *Virtus, & vitium ſecundùm ſuos actus contrariantur inter ſe.*

Atque vt clariùs conſtet de veritate harum concluſionum, dicendum eſt primò : Virtus, & vitium ſecundùm ea, ad quæ ordinantur, id eſt, ſecundùm actus virtuoſos, & vitioſos, ſeu peccata, contrariantur inter ſe. Ita S. Thom. 1.2. *q.* 71. *a.* 1. *cit.* Et probatur : quia actus virtuoſi conſiſtunt in medioctitate, vt probat Ariſt. 2. *Ethic. c.* 7. & ſunt conformes rationi, & conuenientes naturæ rationali : actus verò vitioſi conſiſtunt in exceſſu, aut defectu; & ſunt difformes, & diſconuenientes : ergo, ſi ſint circa idem obiectum, impoſſibile eſt, vt ſint ſimul, nec ſe expellant ab eadem potentia, vt infert S. Thom. *quæſt.* 71. *cit. art.* 4. *ad* 1. Quia tamen huiuſmodi difformitas ad rationem, & diſconuenientia ad naturam non ſemper prouenit ex ipſa ſubſtantia & natura actus, quomodo ſe habent, v.g. mendacium, & veracitas, odium, & dilectio, & ij actus, qui ſunt intrinſecè mali; ſed aliquando ſolùm prouenit ex aliqua circunſtantia accidentali, & proximè, & formaliter ſolùm habetur ex aliquo priuatiuo; ideò non ſemper huiuſmodi contrarietas eſt phyſica, & poſitiua; ſed aliquando eſt ſolùm moralis, & priuatiua, vt quando vnus actus externus, v. g. manens immutatus ſecundùm ſubſtantiam, ex bono, & conformi ad rectam rationem, incipit eſſe malus & difformis propter ſolum defectum alicuius circunſtantiæ, quæ de nouo aduenit, vel cognoſcitur, & actus non fit, v. g. quando, & vbi, & ſicut oportet.

3\. *Virtuti ſecundùm bonitatem contrariatur malitia vitij.*

Dicendum ſecundò : Si virtus conſideretur conſequenter, id eſt, ſecundùm bonitatem, rectè dicitur illi contrariari malitia vitij.

4\. *Quomodo bonitas & malitia dicantur ſe habere conſequenter ad virtutem, & vitium.*

Concluſio hæc apud Interpretes S. Thomæ multas habet expoſitiones, vt videre eſt apud Salas 1.2. *tract.* 13. *diſput.* 2. *ſect.* 12. *num.* 142. & apud Vaſquez 1.1. *in Commentario ad art.* 4. *quæſt.* 71. Et ratio difficultatis eſt : quia ex eodem S. Thom. 1.2. *quæſt.* 55. *art.* 3. & 4. bonitas directè pertinet ad eſſentiam virtutis, cùm ponatur in eius definitione, quando dicitur, virtus eſſe bona qualitas mentis : & ideò non apparet, quomodo *quæſt.* 67. *art.* 1. dicatur ad illam ſe habere conſequenter.

Sed optima videtur expoſitio, quam *ſuprà* indicauimus, vt bonitas ad virtutem dicatur ſe habere conſequenter : quia ſolùm ſe habet ex conceptu quodam ſecundario, cùm priùs in illa intelligatur, quòd ſit diſpoſitio ad actum conformem rationi, quàm quòd ſit bona, & conueniens homini : ſicut etiam in frigore aquæ, v. g. priùs intelligitur, quòd ſit qualitas illam afficiens, quàm quòd illi ſit bona, & conueniens : vt enim docet idem S. Thom. 1.2. *quæſt.* 54. *art.* 3. habitus non ſolùm poſſunt conſiderari in ordine ad obiecta, & in quantum ſunt principia actuum circa ipſa; ſed etiam in ordine ad naturam, quam habilitant : & ex hoc capite diuiduntur in bonos, & malos, provt fuerint conuenientes, aut diſconuenientes naturæ, eámque diſpoſuerint ad actum ſibi conuenientem, vel diſconuenientem. Vnde & habitus virtutis, & vitij primò poteſt conſiderari in ordine ad obiectum, & provt circa illud eſt principium actus conformis, aut difformis rationi, & regulæ; ſed cum præciſione ab hoc, quòd huiuſmodi actus ſit conueniens, vel diſconueniens naturæ operanti : & deinde poteſt conſiderari in ordine ad ſubiectum, & naturam; provt illi fuerit conueniens, aut diſconueniens, eámque diſpoſuerit ad actum ſibi conuenientem, aut diſconuenientem. Et ſi conſideretur primo modo, rectè dicitur eius eſſentia conſiderari directè, & primariò : & ſi conſideretur ſecundo modo, conſiderari conſequenter, & ſecundariò; & quoniam virtus etiam ſecundùm primariam conſiderationem in ordine ad actum conformem regulæ, participat de bonitate, ſiquidem intelligitur, vt principium actus boni in ſe, quanuis nondum intelligatur, vt principium actus boni per bonitatem relatam ad ipſum operantem; ideò ponitur in illius definitione, vt ſit bona qualitas, intelligendo bonitatem rationis, vt notat S. Thomas 1.2. *qu.* 55. *art.* 4. *ad* 2. Et ſenſus eſt, quòd ex conceptu primario ſit qualitas diſponens ad actum bonum ſecundùm rationem; ſiue præterea ille actus ſit bonus, & conueniens ipſi operanti; ſiue non. Quod totum fortaſſe clariùs explicabitur, ſi dicamus cum Medina, & Zumel *in* 1. 2. *quæſt.* 71. *art.* 1. Val. 1.2. *diſput.* 6. *quæſt.* 1. *puncto* 2. & aliquibus aliis, quos non reiicit etiam Salas *tract.* 13. *diſp.* 2. *ſ.* 12. *cit. n.* 147. virtutem dupliciter dici bonam, id eſt, in ordine ad actum bonũ, cuius eſt principium, & in ordine ad ſubiectum, cui ex hoc ipſo intelligitur bona, & conueniens : quia eſt principium actus boni : & in definitione ſolùm poni bonitatem in ordine ad actum, non autem in ordine ad ſubiectum; & illam ſe habere directè ad eſſentiam virtutis, & hanc ſolùm ſe habere conſequenter.

Et quòd reuera S. Thomas *quæſt.* 77. *art.* 1. *cit.* per bonitatem conſequentem intelligat illam, quæ eſt in ordine ad ſubiectum, patet ex ratione, qua probat, eam ſe habere conſequenter. *In hoc enim*, inquit, *conſiſtit cuiuſque rei bonitas, quòd conuenienter ſe habeat ſecundùm modum ſuæ naturæ.* Et ſenſus eſt, quòd ideò virtus ex conceptu ſecundario ſit quædam bonitas : quia per illam conuenienter ſe habet ipſum ſubiectum, ſecundùm modum ſuæ naturæ, & per conſequens ipſa eſt conueniens ſuo ſubiecto. Quod idem clariùs docet idem S. Thom. 1. 2. *q.* 5. *art.* 5. *ad* 2. vbi ait, quòd habitus virtutum non tam ſunt dicendi eſſe bona quædam, quàm bonitates quædam : quia illis benè afficitur voluntas, iiſque affecta dicitur bona, vt etiam notat Suar. *tom.* 1. *in Metaphyſ. diſputat.* 11. *ſect.* 1. *num.* 12.

Non datur in vnoquoque ente malitia tranſcendentalis, quæ ſit paſſio, ſicut bonitas. 5.

Neque vrget, quod contra huiuſmodi expoſitionem bonitatis conſequentis obiicit Vaſquez *in Comm. ad art.* 1. *num.* 12. *quæſt.* 71. *ex prima* 2. quòd ſi conuenientia vniuſcuiuſque rei cum aliqua alia, dicatur ex illa conſequi, tanquàm paſſio, & in hoc conſiſtere ratio bonitatis trāſcendentalis, & diſconuenientia vniuſcuiuſque cum pluribus aliis, dici debeat ſimiliter conſequi tanquàm paſſio; & ideò admitti debeat etiam malitia tranſcendentalis, cùm

vnumquodque

vounquodque ens ita ſit conneniens alicui alteri,vt ſemper plurimis aliis ſit diſconueniens. Contrà enim eſt : quia, vt dicitur *in Metaphyſicis*, ea ſolùm prædicata aſſumuntur, vt paſſiones in vnoquoque ente, quæ ad propriam rationem illius entis ſe habent per ſe, non autem pet accidens : vnde & ad tranſcendentem bonitatem auri, v.g. non dicitur pertinere, quòd valeat tanti, aut pluris, vel minoris; quia id ſolùm habet ex accidente, id eſt, ex voluntate Principis, non autem per ſe, & ex natura:cùm autem tatio entis non ſit per ſe communicata vnicuique,vt ſit diſconueniens aliis;ſed hoc conueniat ſolùm ex accidente, & quia eſt conueniens, v.g. vni, rectè excluditur diſcoouenientia, & malitia à prædicatis, & paſſionibus ttanſcendentalibus.

Hoc autem poſito circa intelligentiam bonitatis, quam S.Thom. ait ſe habere conſequenter ad eſſentiam virtutis,quòd rectè illi dicatur contrariari malitia accepta ſimiliter,prout ſe babet cõſequentet ad eſſentiam vitij, & in quantum hoc comparatur, vt diſconueniens ad naturam rationalem, probatur ex co : quia, tam bonitas virtutis, quàm malitia vitij, ſunt aliquid poſitiuum, nec poſſunt eſſe ſimul in eodem ſubiecto in ordine ad idem obiectum : & ſicut bonitas tranſcendens non præſcindit ab eote, ſed dicit formaliter ipſum ens, in quantum connotat aliquid aliud, cum qoo tali modo comparatur, eáque connotatio explicatur à nobis per relationem rationis, quæ dicitur conuenientia, vt probatur *in Metaphyſicis* : ita,& bonitas virtutis non præſcindit à virtute; ſed dicit ipſam virtutem, provt compatatur ad naturam rationalem tanquàm conueniens : & ideò, quemadmodum illi per ſe acceptæ contrariatur vitium per ſe acceptum, vt dicemus *concluſ.ſequente*; ita & illi, in quantum eſt bona, & conueniens, idem contrariatur, in quantum eſt malum, & diſconueniens. Et hac etiam ratione iis conuenit definitio contrariorum; & ita ſunt ſub eodem genere habitus moralis, vt in ordine ad ſubiectum maximè à ſe inuicem diſtent,cùm vnus ſit illi conueniens, & illud diſponat conuenientet ad ſuam naturam; & alter ſit diſconueniens, & diſponat diſconueoientet, & per conſequens etiam bonitas virtutis contrariatur malitiæ vitij.

Et confirmatur : quia etiam relationi ineſt contrarietas, quando ineſt fuodamento, vt patet ex Ariſt. *in cap.ad aliquid*. Ergo, cùm fundamentum conuenientiæ, & bonitatis, quæ eſt io vittute, ſit ipſa integritas, & perfectio ſecundùm regulam rectæ rationis, quam eſſentialiter reſpicit in ſuo actu;id eſt,ipſe ordo tranſcendentalis,quem dicit ad actum in ſe perfectum, & integrum, ſecundùm huiuſmodi regulam, quemadmodum virtus ex tali ordine contrariatur vitio, quod contraria tatione eſſentialitet reſpicit actum, provt deficientem ab huiuſmodi regula; ita bonitas, vel relatio conuenientiæ conttariatur malitiæ,vel relationi diſconuenientiæ, qoæ eſt in vitio.

6. *Virtus, & vitium contrariantur ſecundùm eſſentiam.*

Dicendum tertiò:Si virtus conſidetetur eſſentialiter,& directè,in quãtum eſt diſpoſitio ad actum in ſe boneſtum,rectè dicitur contrariari vitio,in quantom ſimiliter eſt diſpoſitio ad actum io ſe turpem. Ita S.Thom. 1.2.*queſt*.71.*art*. 1. & omnes communiter, eum Mag. *in* 2. *d*. 25. Probatur : quia Ariſt. *in c.ad aliquid*, ait, virtutem contrariari vitio, ſicut ſcientia contrariatur errori, aut ignotantiæ prauæ diſpoſitionis : & *in cap. de qualitate*, iuſtitiam eſſe conttariam iuſtitiæ, ſicut albedo nigredini : & *in c. de oppoſitis*, prauum & ſtudioſum eſſe ex conttariis habentibus medium, & quorum noo eſt neceſſe ineſſe alterum : & 2. *Ethic.cap*.8.vitium per exceſſum, & per defectum non modò contratiari inter ſe, ſed etiam cum virtute media : & *lib*.7.*cap*.8. tempetanti contrarium eſſe intemperantem:& *cap*.14.malum bono eſſe contrarium. Et tatio eſt : quia, cùm vterque habitus virtutis, & vitij ſit poſitiuus,ſiue conſideterur in ordine ad actum, ſiue in otdine ad ſubiectum, ſemper habent oppoſitionem,& alter ſemper importat negationem alterius, cùm ille in ſuo actu eſſentialiter reſpiciat honeſtatẽ, & mediocritatem ſecũdùm regulã rationis;hic vetò aliquod aliud motiuum, mediocritati oppoſitum ſecundùm impetum paſſionis, & per exceſſum, vel per defectum: & inde fit, vt ille ſit bonus, & conueniens naturæ rationali; & hic malus, & diſconueniens: & ideò, cùm vterque ſit poſitus ſub eodem genete habitus moralis, maximè à ſe inuicem diſtant, tam in ordine ad actum, quàm in ordine ad ſubiectum; & primo modo conttariantur directè ſecundùm eſſentias, & ſecundo contrariantur conſequenter ſecundùm bonitatem, & malitiam,vt diximus.

7. *In habitibus intellectus, & voluntatis, oppoſitio, & contrarietas poteſt prouenire ex multis.*

Et quemadmodum in habitibus intellectus ex S. Thom. 1.2.*quaſt*.67.*art*.3. oppoſitio, & contrarietas aliquando ptouenit ex parte obiecti materialis, vt in habitu ſcientiæ,& erroris, quorum ille dicit rem eſſe, & hic non eſſe, aliquando ex parte medij, vt in habitu ſcientiæ, & opinionis, quorum ille ex vi medij neceſſarij dicit rem non poſſe non eſſe, & hic ex vi medij probabilis dicit rem poſſe non eſſe, & denique aliqoando ex parte ſubiecti, vt in habitu ſcientiæ,& fidei, quorũ ille ſubiecto tribuit euidentiam, & hic obſcuritatem; ita etiam in habitibus volũtatis uppoſitio,& contrarietas aliquando prouenit ex actu materiali, vt quando vnus inclinat, v.g. ad actum amoris; & alter ad actum odij,circa idem obiectum; vel vnus ad actum gaudij, & alter ad actum triſtitiæ circa idem obiectum : vt,v.g. charitas, quæ gaudet de bono alterius, & inuidia, quæ de eodem triſtatur:& ex hoe capite ad inuicem contrariantur ex S.Thom. 2.2. *quaſt*.36.*art*.3. *ad* 3. aliquando ex motiuis formalibus, vt quando vnus ad idem aliquid inclinat ex affectu amoris, & alius ex affectu odij erga eandem perſonam : & denique aliquando ſolùm ex parte ſubiecti, vt quando vnus illud diſponit ad vnum modum operandi circa aliquod obiectum, vetbi gratia, conformiter tectæ rationi; & alius ad oppoſitum, v. g. ad opetandum difformitet ad rarionem, & conformiter ad impetum paſſionis, & ſemper inter virtutem, & vitium reperitur vnus aliquis, vel plutes ex his modis oppoſitionis,vt notat Salas 1.2.*tract*.13. *diſp*.1.*ſect*. 2.*num*.28.

8. *Virtus, & vitium in gradu remiſſo non exercent contrarietatem.*

Quod tamen dicitur de aliis conttariis,quòd non exerceant ſuam cootrarietatem, niſi in certis gradibus intenſionis, debet intelligi etiam de babitibus virtutis, & vitij, vt notat Salas *tract*.13.*cit*. *diſput*. 2.*ſect*.12.*num*.148. *&* *ſect*. 14. *num*. 162. quia poſſunt in gradu temiſſo etiam illi eſſe ſimul; quanuis noo poſſiot in gtadu intenſo : & hoc ipſum debet intelligi, ſaltem de virtutibus moralibus, quæ dicuntur acquiſitæ; quia de aliis, quæ dicuntur infuſæ, fortaſſe eſt alia ratio, vt videte eſt apud Salas *diſp*.2.*cit*. *ſect*. 13. & de illis in præſentia oon diſputamus, vtrùm habeant, & exerceant phyſicam contrarietatem cum vitiis, neque poſſint de potentia abſoluta eſſe ſimul.

Sed cootrà obiicies : quia contraria debent eſſe ſub eodem genere ptoximo, & maximè diſtare à ſe inuicem, vt patet ex illorum definitiooe, *in cap.de quant.&* 10. *Metaphyſ.text*. 13. quod tamen minimè conuenit auatitiæ, v.g. & liberalitati, quæ ſolùm ponuntur ſub eodem genere remoto, id eſt,ſub

habitu

habito motali, & minùs diſtant, quàm auaritia, & prodigalitas.

Et confitmatur: quia ex Ariſt. *in cap. de qual.* flauo, & fuſco, aut aliis qualitatibus mediis nihil eſt conttarium: quia eo ipſo, quòd ſunt mediæ, non maximè à ſe inuicem diſtant ſub eodem genere: ergo nec liberalitati, aut virtuti, quæ eſſentialiter eſt habitus medius inter vitia extrema, poteſt auaritia eſſe contraria, cùm ſimiliter ſub eodem genete non maximè ab illa diſtet.

9. *Ad contrarietatem ſufficere poteſt genus remotum.* Reſpondeo primò, falſum eſſe, quòd ad contrarietatem non ſufficiat genus remotum: ſiquidem, quòd contraria debeant eſſe ſub eodem genere, ſolùm ponitur in eorum definitione, vt diſtinguantut ab oppoſitis priuatiuè, & contradictorie; ad quod tamen ſatis eſt quodcunque genus poſitiuum, ſiue ſit proximum, ſiue remotum.

10. *Quomodo virtus, & vitium maximè à ſe inuicem diſtent ſub eodem genere proximo.* Deinde dico, ſi ad contrarietatem requiritur genus proximum, rectè poſſe aſſignari, vt proximum genus innominatum auaritiæ, & liberalitatis, habitum, qui diſponit ad largitiones, & ſub illo rectè dicitur liberalitas maximè diſtare ab auaritia: quia participat de altero extremo, id eſt, de prodigalitate, & in quantum opponitur anaritiæ, eſt quodammodo illa: quia enim medium eſt quodammodo ipſa extrema, vt dicitur *5. Phyſic. texs. 6.* ſi accipiatur, provt participat de vno, omninò accipitur, vt contrarium alteri, & vt maximè ab illo diſtans: & hac tatione in Phyſicis ipſe motus dicitur vti medio, tanquàm extremo, vt patet ex Ariſt. *5. Phyſicorum, text. 6. cit. & text.* 52. & motus, v.g. ex fuſco in album eſſe accipiendus, tanquàm ex nigro, & motus ex nigto in fuſcum, tanquàm in album; quia fuſcum in primo accipitur, tanquàm oppoſitum albo, & in ſecundo tanquàm oppoſitum nigro. Et hac eadem ratione ipſe Ariſt. *2. Ethic. c.* 8. *& 1. magn. Mor. cap.* 9. ſpecialiter explicat oppoſitionem virtutis ad vitia extrema: quia, quemadmodum æquale, ſi comparetur minori, dicitut maius; & ſi comparetur maiori, dicitur minus; & provt opponitur vni, ſemper accipitur cum participatione alterius: ita & fortis, v.g. ſi comparetot ignauo, dicitur excedere in periculis, & eſſe audax; & ſi comparetur audaci, dicitut deficere, & eſſe ignauus, & vni opponitur ſolùm, provt accedit ad alterum.

Neque hanc contrarietatem, quæ conuenit qualitatibus mediis, negat Ariſt. *in c. de qualitate*, quando ait, flauo, & fuſco nihil eſſe contrarium: ſed ſolùm negat conttatietatem, quæ illis perfectè, & primò conueniat ratione ſui; non autem ſolùm ratione alterius extremi, de quo participant, vt benè notat Tol. *in cap. de qual. num.* 12. Vnde idem Ariſt. 2. *Ethic. cap.* 8. *cit.* maximam contrarietatem, & diſtantiam à ſe inuicem, ſolùm ait eſſe inter vitia extrema; & vnunquodque ex illis cum virtute media ait ſolùm habere contratietatem, & diſtantiam minorem, imò aliquando vnum ab illa magis diſtare, quàm aliud, vt, v.g. ignauiam magis diſtare à fortitudine, quàm ab eadem diſtet audacia; & à temperantia magis diſtare intempetantiam, quę eſt per exceſſum, quàm ſtupiditatem, quæ eſt per defectum; quia actui fortitudinis, v.g. qui eſt aggreſſio, quando oportet, minorem habet affinitatem actus ignaoiæ, qui eſt non aggreſſio, quàm actus audaciæ, qui eſt aggreſſio, quando non oportet: & nos ipſi maiorem habemus inclinationem ad actum intempetantiæ, quàm ad actum ſtupiditatis; & ideò ratione noſtri dicimus illum magis opponi mediocritati, quàm hunc, quia à mediocritate magis nos auocat.

Et eadem ratione intelligitur id, quod habet idem Ariſt. 1. *cæli, text.* 10. *&* 10. *Metaph. text.* 14. *&* 17. quòd vnum vni ſit conttarium: nam etiam ignauiæ, v.g. quatenus deficit in periculis, vnum tantùm eſt contrarium contrarietate perfecta, id eſt, habitus, qui non deficit, ſiue prætereà in iiſdem periculis excedat, qualis eſt audacia; ſiue non excedat, qualis eſt fortitudo.

Verùm hæc ipſa contrarietas imperfecta, & ratione alterius extremi, de quo virtus participat, non tollit, quominùs eadem virtus ſecundùm aliam rationem perfectè, & per ſe contrarietur vtrique extremo, & habeat etiam ipſa per ſe rationem extremi; non autem medij: vt enim benè explicat S. Th. 1.2. *quæſt.* 64. *art.* 1. *ad* 1. ex Ariſtot. 2. *Ethic. cap.* 6. quòd virtus dicatur eſſe quid medium, ſolùm habet per compararionem ad materiam, in ordine ad quam benè diſponit, id eſt, in ordine ad paſſiones, & operationes, quas moderatur, quatenus facit, ne in illis contingat defectus, aut exceſſus contta rationem; ſi tamen comparetur ad regulam ipſam rationis, à qua proximè habet bonitatem, perfectè habet rationem extremi, & poteſt ſimpliciter appellari bonum, & conforme rationi, eique opponitor tam exceſſus, quàm defectus, tanquàm alterum extremum, quod poteſt appellari malum, & difforme rationi: idque ſolùm intendit Ariſt. *cap. 6. cit.* quando ait, virtutem ſecundùm ſubſtantiam eſſe medietatem, id eſt, in quantum ponit medietatem in ſua materia; ſed ſecundùm optimum, & id, quod benè ſe habet, eſſe extremitatem, id eſt, in quantum eſt bonum, & conforme rationi: & quia nomine vitij intelligitur omnis habitus, qui non diſponit ad conformitatem cum ratiooe, & ad bonum; ſed ad conformitatem cum impetu paſſionis, & ad malum, rectè accipitur tanquàm vnum extremum, eique rectè dicitur virtus contrariari per ſe, & immediatè tanquàm alterum extremum. 11. *Quomodo virtus dicatur eſſe quid medium inter vitia extrema, & tamen illis perfectè contrarietur.*

DISPVT. IV.

Quomodo vitium ſit contra naturam.

1. *Concluſio eſt S. Thomæ, quòd vitium ſit contra naturam.*
2. *Proponuntur difficultates in contrarium.*
3. *Probatur, & declaratur, quòd vitium ſit contra naturam.*
4. *Quomodo obiectum voluntatis ſit verum bonum; & tamen ipſa verſetur circa bonum apparens.*
5. *Voluntas ſolùm ex mentis peruerſitate, & euerſione, & ex errore, & deceptione, & ex corruptione exiſtimationis prudentia verſatur circa bonum apparens.*
6. *Quomodo vitium in homine ſit contra naturam ſenſitiuam.*
7. *Appetitus ſenſitiuus in homine eſt natus ſequi rationem.*
8. *Anima in homine habet in corpus dominium deſpoticum, & in appetitum dominium ciuile.*
9. *Ex hoc, quòd voluntas eſſentialiter ſit ad oppoſita, non ſequitur, quod per ſe ſit ad malum.*
10. *Ex hoc, quòd actus mali eſſentialiter ſint à voluntate, non ſequitur, quòd ſint ab illa per ſe.*
11. *Quomodo aliqua vitia, & peccata ſpecialiter ſint contra naturam.*
12. *Quomodo vitia, quæ opponuntur virtutibus infuſis, ſint contra naturam; & ipſæ virtutes infuſæ ſint ſecundùm naturam.*
13. *Contrarietas vitiorum ad naturam optimè explicatur per ipſam naturam voluntatis.*

Ex

1. *Concluſio eſt S. Thomæ, quòd vitium ſit contra naturam.*

EX eo,quòd vitium contrarietur virtuti, infert S.Thom.1.2.*quæſt.*71.*art.*2. quòd etiam ſit contra naturam hominis, prout homo eſt: cùm enim virtus ex Ariſtotele 2. *Ethic. cap.*6. in vnaquaque re ſit illi maximè ſecundùm naturam,ſiquidem illam diſponit ad optimum, ſecundùm modum conuenientem naturæ; non poteſt etiam virtus in homine non eſſe illi maximè ſecundùm naturam, cùm illum diſponat ad operandum ſecundùm rationem,qui eſt modus maximè illi ſecundùm naturā,quà homo eſt: & cùm vitium in vnaquaque re contrarietur virtuti, & diſponat ſecundùm modum non conuenientem naturæ, rectè dicitur eo ipſo, quòd vitium eſt, eſſe in vnaquaque re contra naturam,vt docet S.Auguſt. *lib.*3.*de lib.arb.cap.*13. *tomo* 1.& per conſequens dici debet,etiam in homine eſſe contra naturam,prout homo eſt. Vnde & à vitio generaliter ſumpto creditur eſſe deriuata appellatio,& vocabulum vituperationis, ex eodem S. Auguſtino *ibidem*:quia non niſi de vitio vnumquodque vituperatur, id eſt, de eo,per quod diſponitur non conuenienter naturæ.

2. *Proponuntur difficultates in contrariū.*

Sed contrà eſt difficultas primò: quia non apparet,quomodo vitium in homine diſponat potentiā, nō ſecundùm modum ſuæ naturæ:cùm enim in homine, præter gradum rationalem, ſit etiam gradus ſenſitiuus,dum intemperantia,v.g.illum diſponit,vt ſequatur impetum ſenſus,& paſſionis, omninò diſponit ſecundùm modum naturæ ſenſitiuæ,quidquid ſit de natura rationali. Et quemadmodum in motu animalis non ſolùm eſt ſecundùm naturam, quòd partes attollantur,& promoueantur ratione potentiæ loco motiuæ; ſed etiam quòd attollantur cum reſiſtentia ratione intrinſecæ grauitatis ex elemento prædominante: ita & in motu,vel actu hominis non ſolùm videtur ſecundùm naturam, vt ſit ſecundùm rationem,& contra impetum appetitus,vt cōtingit per habitum temperantiæ;ſed etiam vt ſit ſecundùm impetum appetitus, vt contingit per habitum intemperantiæ. Et ratio videtur eſſe: quia ipſa natura ſenſitiua,quantùm eſt ex ſe,ſolùm habet, vt ſit principium operandi circa ſenſibile,eíque omninò accidit, vt operatio ſit ſecundùm rationem, vel non ſit;& ideò ex ſolo hoc defectu,merè accidentali,non debet dici eſſe contra naturam. Et ex Ariſtotele 2.*Phyſic.text.*5.certum eſt,quòd omnia illa dicuntur eſſe alicui ſecundùm naturam, quæ illi inſunt ſecundùm ſe,quomodo ineſt igni ferri ſurſum. Et ex altera parte certū eſt *ex Geneſis c.*6.*&* 8 quòd ſenſus hominis ſunt proni in malum ab adoleſcentia ſua;& ex S.Paulo *ad Rom.*7. quòd inclinatio ad peccatum inſit nobis ſecundùm nos ipſos:ſiquidem non habitat in carne noſtra bonum, & ſentimus in membris noſtris aliam legem repugnantem legi mentis noſtræ,& captiuantem nos in legem peccati.Et ex Trid.*ſeſſ.*5.*in decr.de peccato originali,can.*5. fomes peccati,qui eſt ipſe appetitus ſenſitiuus, non ſolùm eſt à peccato;ſed etiam inclinat ad peccatum, & ideò appellatur peccatum.

Deinde, ſi loquamur de ſolo gradu,& natura rationali, quòd ſimiliter habitus intemperantiæ non ſit homini contra naturam,probatur ex eo:quia potētia rationalis, v.g.voluntas,eſſentialiter eſt ad oppoſita,9.*Metaph.text.*3. & quantùm eſt ex ſe indifferenter, & æqualiter ſe habet ad vtrunque oppoſitorum;& ideò etiam ſtāte eodem dictamine,& actu rationis, non magis vnum oppoſitorum poteſt illi eſſe ſecundùm naturam,quàm aliud,cùm eſſentialiter ſolùm ſit appetitus boni cum ratione, 3.*de anima,text.*50. id eſt, ſolùm habeat operari circa bonum repræſentatum per rationem, & intellectum; ſiue illud ſit honeſtum,& ſecundùm dictamē rationis;ſiue ſolùm ſit vtile, aut iucundum,& contra rationem. Vnde tam actus temperantiæ,quàm intemperantiæ, eſſentialiter ſunt actus voluntatis,& ſunt conformes naturæ illius,non ſolùm ſecundùm ſubſtantiam; ſed etiam ſecundùm modum operandi connaturalem, cùm ſint volitio,& nolitio libera ſui obiecti:& quemadmodum negari non poteſt, quòd ſint tranſcendentaliter boni; ita nec poteſt negari, quòd ſint conuenientes ſuæ potentiæ, & principio.

Neque hoc videtur ſolùm eſſe verum, quatenus voluntas eſt principium huiuſmodi actuum oppoſitorum in genere naturæ;ſed etiam in genere moris, cùm ſimiliter genus moris æqualiter ſe habeat ad actus bonos,& malos; & ex natura voluntatis ſolùm ſit eſſe principium actuum in genere moris, non autem potiùs actus boni in illo genere,quàm actus mali.

Confirmatur: quia actus vitioſi verè,& propriè ſunt voluntarij, & à principio intrinſeco,& ad illos magnam experimur inclinationem, & propenſionem;quæ tamen non eſſet,ſi eſſent contra naturam: & ſi admittantur ipſi actus vitioſi non eſſe contra naturam, non poteſt id non admitti etiam de habitibus, qui & eſſe,& oppoſitionem,vel conuenientiam cum natura, ſolùm habent ex actibus, & propter actus, quomodo etiam Ariſtoteles 3. *Ethic.cap.*5.ex eo,quòd actus tam virtutum, quàm vitiorum ſint ſpontanei, idem aſſerit etiam de habitibus.

Tertiò, eſt difficultas: quia eſſe contra naturam eſt ſpeciale aliquibus vitiis, vt patet ex S.Paulo *ad Rom.*1. de ſodomia: ergo non poteſt eſſe commune omnibus.

Quartò,quia ſaltem vitia, quæ opponuntur virtutibus per ſe infuſis,& ſupernaturalibus, non videntur poſſe dici contra naturam,cùm neque virtutes illis oppoſitæ ſint ſecundùm naturam, ſed ſupra naturam; & in tantum aliqua forma dicatur alicui ſubiecto contra naturam, in quantum eſt contraria alteri,quæ eſt illi ſecundùm naturam, & ad quam inclinat natura.Sed breuiter

3. *Probatur, & declaratur, quòd vitium ſit contra naturam.*

Dicendum eſt,vitium rectè dici contra naturam hominis, vt homo eſt. Ita S.Thomas 1.2.*quæſt.*71. *art.*2.*cit.& quæſt.*94.*art.*3.*ad* 5.Damaſcen. *lib.*2.*de fide,cap.*30. & omnes communiter apud Salas 1.2. *tract.*13. *diſput.*2. *ſect.*16. *num.*188. Probatur ratione S.Thomæ: quia bonum hominis, vt homo eſt, & differt à brutis, eſt bonum rationis, vel ſecundùm rationem eſſe; & malum hominis, prout homo eſt, eſt malum rationis, vel præter rationem eſſe, vt loquitur S. Dionyſius *cap.*4. *de diu. nominibus.* Sicut autem virtus, quia diſponit ad bonum rationis, dicitur homini ſecundùm naturam:ita & vitium,quia diſponit ad malum rationis, dici debet contra naturam.Quæ ratio optimè,& faciillimè videtur explicari ex doctrina Ariſtotelis 3, *Ethic.cap.*4.vbi agens de voluntate,& eius obiecto, affert primò duplicem ſententiam,id eſt, quòd aliquibus videatur obiectum voluntatis ſolùm eſſe verum bonum, & aliquibus ſolùm eſſe apparens bonum.

4. *Quomodo obiectum volūtatis ſit verū bonum;& tamen ipſa verſetur circa bonum apparens.*

Et obiicit contra primam: quia,qui non rectè eligunt,ſæpè appetunt etiam malum; quod tamen non eſſet, ſi appetibile ſolùm eſſet verum bonum. Et contra ſecundam: quia ſequitur, ex natura nullam eſſe determinationem in obiecto voluntatis, cùm bonum apparens, diuerſis diuerſum ſit, imò & aliquando etiam contrarium. Deinde verò, vt ſoluat quæſtionem, ex propria ſententia ſubdit, ſimpliciter, & reuerà obiectum voluntatis,

voluntatis, & appetibile eſſe bonum, ſed ſecundùm qoid, vt loquitur *eo loco* S. Thom. *lect.* 1. & per reſpectum ad hunc, vel ad illum, eſſe id, quod huic, vel illi videtur bonum; & viro probo id ſemper bonum videri, quod reuerà eſt boou m; & viro improbo bonum videri, quodcunque contigerit, id eſt, pro diuerſa ipſius diſpoſitione: ſicut enim corporibus benè affectis ea ſunt ſalubria, amara, dulcia, calida, aut grauia, quæ reuerà talia ſunt, & hæc reſpectu omnium ſemper ſunt eadem; & contrà corporibus malà affectis ea ſunt ſalubria, quæ ſunt temperatiua complexionis eorum, & hæc reſpectu diuerſorum ſuut diuerſa, & pro diſpoſitione guſtus, aut tactus, aut virium corporis ea ſunt amara, & dulcia, & ealida, & grauia, quæ reuerà talia oon ſunt: ita & improbis. Et tandem infert, quòd ſolus vir probus rectè de ſingulis iudicat, & agendorum quaſi regula, & menſura eſt, cùm ſemper ei appareat, quod verè eſt bonum, & aliis pleriſque è vulgo propter voloptatem ſubrepat deceptio, & ipſa voluptas, aut dolor videatur illis ſimpliciter bonum, aut malum, quanuis reuerà tale non ſit.

5. *Voluntas ſolùm ex mentis peruerſitate, & auerſione, & ex errore, & deceptione, & ex corruptione exiſtimationis prudẽtiæ verſatur circa bonum apparens.*

Idque totum aliquantò clariùs etiam explicat *lib.* 2. *Mor. Eudem. cap.* 11. vbi ait, bonum apparens, & quod ſimpliciter, & reuerà non eſt bonum, ſolùm ex accidente, & ex quadam peruerſitate, & euerſione mentis pertinere ad voluntatem, & hanc ſecundùm naturam ſolùm eſſe circa illud, quod verè, & abſolutè eſt bonum. Eiúſque rei eam addit cauſam: quia, quanuis vſus quorundam eotium non poſſit applicari niſi ad illa, quibus facta natura ſunt; & vſus, verbi gratia, poteotiæ viſiuæ, vel auditiuæ non poſſit applicari ad illa, quorum oulla eſt viſio, aut auditio; vſus tamen aliquorum aliorum omoinò poteſt ex accidente applicari ad alia, vt eſt, verbi gratia, ſcientia medicinæ, quæ, cùm per ſe ſolùm ſit ad faciendam ſanitatem; ex accidente tamen, & contra naturam, poteſt etiam eſſe ad faciendum morbum, ſi, ſcilicet, non benè aduertantur particulares rationes, & conditiones ægroti, vel voluntariè vſurpetur ſcientia in vſus contrarios, vt dicitur 8. *Phyſic. text.* 8. Idque non eſt per ſe, & ex natura ſcientiæ, ſed ex accidente, vt dicitur 9. *Metaph. text.* 3. eiúſque generis ait eſſe etiam voluntatem, quæ per ſe, & ſecundùm naturam ſolùm eſt ad verum bonum, quale eſt illud, quod ſimpliciter eſt ſecundùm rationem, & ex accideote, & præter naturam poteſt ferri etiam in bonum apparens, quale eſt illud, quod eſt contra rationem, ſi, ſcilicet, etiam hoc ex peruerſitate, & euerſione mentis, quæ ſæpè contingit ex paſſione, aut ex alio accidente, proponatur hîc, & nunc, vt ſimpliciter bonum.

Ex hoc autem, quòd voluntas ſecundùm naturam ſolùm habet ferri in verum bonum, & ſolùm ex accidente, & ex quadam peruerſitate, & euerſione mentis habet ferri in bonum apparens, optimè colligitur, quomodo virtus ſit illi ſecundùm naturam, & vitium ſit contra naturam, ſiquidem per illam diſponitor circa verum bonum, & per hoc circa bonum apparens, quod reuerà eſt malum. Et hoc modo contrarietatem peccati ad naturam explicat S. Thom. 1. 2. *q.* 78. *art.* 1. *&* 3. Et ſimile qoid etiam cõtingit in intellectu, qui cùm per ſe ſolum ſit inſtitutus ad cognoſcendum ens verum, & reale, & ab illo ſpecificetur, tanquàm ab obiecto primario, & per ſe; ex accidente tamen, & ratione illius poteſt verſari etiam circa ens apparens, & veriſimile, quatenus etiam in hoc aliquo modo relucet, & apparet ratio obiecti primarij, & per ſe, qua eadem ratione etiam verſatur circa ens rationis, vt probatur *in libris de anima.* Et quemadmodum hac de cauſa habitus erroris rectè dicitur contra naturam iotellectus: quia ex accideote, id eſt, ex apparentia veri, illum diſponit ad falſum: ita & habitus vitij rectè dicitur contra oaturam voluntatis; quia ex accidente, & ex appatentia boni, eam diſponit ad malum. Ad quod facit idem Ariſtoteles etiam 6. *Ethic. cap.* 5. vbi ait, iucundum, & moleſtum, id eſt, concupiſcentiam, quæ circa illa verſatur, corrumpere æſtimationem prudentiæ, & facere, vt oon appareat verum principium agendi, id eſt, vera bonitas finis: hæc enim corruptio æſtimationis, eadem eſt cum peruerſitate & euerſione meotis, cuius memioit *lib.* 2. *Mor. Eudem. c.* 11. & cum deceptione, quam pleriſque è vulgo ait obrepere ob voluptatem, *lib.* 3. *Ethic. cap.* 4. & cum errore, quem *ibidem, cap.* 1. omnibus prauis ait contingere, & quem admittit in ſacris Litteris etiam Salomon *Prou.* 24. dum ait: *Errant, qui operantur malum.* & ſatis oſteodit, quomodo vitium coooeniat homini contra naturam, ſiquidem ſolùm conuenit ex ſuppoſitione alicuius corruptionis contra naturam. Et ſicut virtus ideò eſt ſecundùm naturam, quia eſt diſpoſitio perfecti, id eſt, conuenienter ſe habentis ſecundùm ſuam naturam, vt exponit S. Thom. 1. 2. *quæſt.* 71. *art.* 1. ita & vitium non poteſt non eſſe cootra naturam, cùm ſit diſpoſitio imperfecti, id eſt, inconuenienter ſe babentis ad ſuam oaturam per actum erroris, aut deceptionis, quem neceſſariò ſuppooit vitium.

6. *Quomodo vitium in homine ſit contra naturam ſenſitiuam.*

Ad primam ex difficultatibus in contrarium propoſitis Reſpondeo, eam non facere contra concluſionem S. Thomæ: neque enim aſſerit, quòd vitium ſit abſolutè contra omnem naturam; ſed contra naturam bomiois, vt bomo eſt: imò *in reſponſ. ad* 3. *ead. quæſt.* 72. *art.* 2. expreſsè ait, qoòd in homine eſt duplex natura, id eſt, rationalis, & ſenſitiua; & ex hoc vitia, & peccata proueoiant in pleriſque, quia ſequũtur inclinationem naturæ ſenſitiuæ, contra ordinem rationis. Addo ex eodem S. Thoma 1. 2. *quæſt.* 74. *art.* 3. etiam appetitum ſenſitiuum io bomine, natũ eſſe moueri à voluntate, & ratione, & vt habet Ariſtoteles 3. *Ethic. c.* 1. *in fine*, etiam affectus irrationales ſuot humani, quatenus poſſuot obedire rationi; & ideò vitia, quæ hominem deordinant, ne ſecundùm appetitum ſequatur rationem, ex hoc etiam capite ſunt contra naturam, vt notat Med. 1. 2. *q.* 71. *art.* 2. vt enim rectè Ariſtoteles 1. *Polit. c.* 3. cùm in qoolibet animali anima imperet ſecundùm naturam, & corpus pareat; ſpecialiter io homioe reſpectu corporis habet animus dominium deſpoticum, & in appetitum habet mens dominium ciuile, & regium: & quia, quæ ſunt naturæ, non ſuot conſiderãda in iis, qui corruptè ſe habent ſecũdùm naturam, ſed in iis, qui beoè; imperium hoc ooo eſt attendendom in hominibus prauis, aut prauè diſpoſitis, in quibus contraria ratione corpus imperat animo, quia peruerſè, & præter naturam ſe habent; ſed in hominibus probis, in quibus ſecundùm naturam aoimus imperat corpori; & ea pars, quæ habet rationem, illi, quæ habet perturbationem. Et quanuis ex eodem Ariſtotele 3. *de anima, text.* 53. huiuſmodi appetitus ſint contrarij, quando ratio, & concupiſcentia ſunt contrariæ, & aliquando appetitus inferior vincat voluntatem, vt idem habet *text.* 57. ex natura tamen ſuperior, & principalior debet vincere inferiorem; ſicut ſphæra ſuperior mouet inferiorem, vt ibi dicitur.

7. *Appetitum ſenſitiuum in homine eſt natum ſequi rationem.*

8. *Anima in homine habet in corpus dominium deſpoticum, & in appetitum dominium ciuile.*

Vnde, quanuis naturæ ſenſitiuæ per ſe acceptæ omninò accidat, vt operatio ſit ſecundũ ratiooem; non tamen accidit naturæ hominis, quæ etiam in

operationibus

operationibus ſenſus,& in affectibus irrationabilibus, quatenus humani ſunt, vt dicitur 3. *Ethic. c. 1. cit.* poſtulat conformitatem ad rationem, etiamſi illam non poſtulet natura ipſa ſenſitiua per ſe accepta. Et eadem ratione falſum eſt, quòd operari ſecundùm impetum paſſionis,& contra rationem, cõueniat homini ſecundùm ſe, ſicut requiritur *ex 2. Phyſic. text. 5.* ad hoc, vt dicatur ſecundùm naturam: potiùs enim hoc modo illi conuenit operari ſecundùm rationem;& modus contrarius operandi ſecũdùm paſſionem, ſolùm conuenit ex mentis peruerſitate,& euerſione, ex errore,& deceptione, ex corruptione, quæ omnia ſunt contra naturam. Neque ex verbis Geneſis, aut S. Pauli *ad Rom. 7.* aliud habetur, niſi, quòd in membris noſtris ſit inclinatio ad malum,& lex peccati, id eſt, concupiſcentia; non tamen habetur, quòd huiuſmodi inclinatio ſit nobis ſecundùm naturam, prout homines ſumus. Et eodẽ modo ex Trid. ſolùm habetur, quòd fomes peccati inclinet ad peccatum, non autem, quòd ſit ſecũdùm naturam. Imò ex S. Paulo *eod. c. 7.* potiùs habetur, quòd peccatum ſit ex deceptione,& ex errore,& per conſequens contra naturam: ſiquidem, quando ait: *Quod enim operor, non intelligo: non enim quod volo bonum, hoc ago; ſed quod odi malum, illud facio.* ſatis indicat, quòd homines, dum peccant, agunt ex ignorãtia,& deceptione; & cùm per ſe intendant bonum ſimpliciter, ideò incidunt in malum, quia per errorem illud nõ intelligunt. Et quemadmodum ex hoc ipſo, quòd conſtamus ex materia,& ex cõtrariis, neceſſariò ſequitur, quòd habeamus in nobis principium corruptionis; neque tamen propterea dicimur corruptionem habere ſecundùm naturam: ita etiam ex hoc, quòd habemus intellectum ſubiectum incõſiderationi,& deceptioni,& voluntatem ſubiectam defectui,& prauitati, ſequitur, quòd inſtante concupiſcentia,& paſſione, inclinemur ad peccatũ; neque tamen propterea dici debemus, quòd inclinemur ſecundùm naturam,& vt homines ſumus: vnde & Stoici hac potiſſimùm de cauſa perturbationes, & paſſiones animi appellabant morbos, & ægritudines: quia proportionaliter ita ſe habent ad animum, ſicut morbi ad corpus, vt patet ex M. Tullio *lib. 4. Tuſcul.* & S. Thom. 1. 2. *qu.* 71. *art.* 1. *ad* 3.

9. *Ex hoc, quòd voluntas eſſentialiter ſit ad oppoſita, non ſequitur, quòd per ſe ſit ad malũ.*

Ad ſecundam Reſpondeo, potentiam rationalem non ideò dici, eſſentialiter eſſe potentiam ad oppoſita, quia poſſit quomodocunque ferri in oppoſita; ſed, quia ratio boni, quæ eſt primariũ ſpecificatiuũ, poteſt reperiri, aut repræſentari in vtroque oppoſitorum: & ſi reuerà in vtroque reperiatur, potentia rationalis in vtrunque fertur per ſe, & ſecundùm naturam: ſi autem reuerà nõ reperiatur niſi in vno, & in altero ſolùm reperiatur ſecundùm apparentiã, in vnum tantùm fertur per ſe, & ſecundùm naturã, & in alterum ſolùm ex accidente, & contra naturam. Et quòd dicitur voluntas eſſentialiter ſolùm eſſe appetitus boni cum ratione, non intelligitur, quòd primariò,& per ſe feratur in bonum repræſẽtatum quomodocunque per intellectum; ſed quòd feratur in verum bonum, vt patet ex Ariſt. 3. *Ethic. c. 4. & lib. 2. Moral. Eudem. c. 11.* Neque ex eo, quòd actus intẽperantiæ ſit voluntarius,& liber, ſequitur, quòd perfectè,& omni modo ſit conformis potẽtiæ, & ſecundùm naturam voluntatis; ſiquidem hæc, in quantum eſt hominis, ex ſua natura non ſolùm poſtulat eſſe principium volitionis non coactæ, aut nõ neceſſariæ; ſed etiam circa bonum ſimpliciter, quale eſt illud, quod eſt ſecundùm rationem: & quemadmodum actus intemperantiæ quoad hoc deficiunt à ratione entis, cùm non ferantur in bonum ſimpliciter, neque habeant huiuſmodi conformitatem cum ratione: ita & deficiunt à ratione boni tranſcendentalis, ſi hæc dicatur cõſiſtere in ratione conueniẽtiæ ad voluntatem. Et eadẽ ratione reſpõdetur ad illud, quod additur de genere moris: ſimiliter enim volũtas per ſe, & ſecundùm naturam non eſt æqualiter principium oppoſitorũ in genere moris; ſed ſolùm actuum bonorũ, & qui ſunt circa bonũ ſimpliciter.

10. *Ex hoc, quòd actus mali eſſentialiter ſint à voluntate, non ſequitur, quòd ſint ab illa per ſe.*

Ad confirmationem patet ex dictis: nam actus vitioſi non ſunt volũtarij,& à principio intrinſeco benè ſe habente ſecundùm naturã, ſed corruptè; id eſt, ex peruerſitate, & deceptione mẽtis, aut alia quauis praua diſpoſitione: & ideò rectè dicũtur eſſe homini contra naturã, quod idem eſſe dicendũ etiam de habitibus, patet ex Ariſt. 3. *Ethic. c. 1.* vbi ait, iniuſtos,& omninò malos habitualiter ſolùm effici homines ob errorẽ, quo vnuſquiſque prauus, dũ prauè agit, ignorat, quid ſimpliciter ſit agendum,& à quo abſtinendũ. Et ſenſus eſt, quòd, ſicut actio praua ſolũ contingit ex accidente erroris,& ignorationis; non autẽ ſecundùm naturã: ita & ſolùm ex accidente,& non ſecundùm naturam contingunt habitus praui.

11. *Quomodo aliqua vitia, & peccata ſpecialiter ſint contra naturam.*

Ad tertiam Reſpondetur, nihil obſtare, quominùs aliqua vitia, præter contrarietatem generalem, quã habent ad naturam hominis, etiam habeant aliquã aliã ſpecialem, quatenus ſpecialiter ſunt cõtra certa dictamina eiuſdem naturæ, imò & contra naturam, prout eſt communis etiam brutis; & ideò antonomaſticè dicantur contra naturam, vt notat Med. 1. 2. *q.* 71. *art.* 2. Salas *tract.* 13. *diſp.* 2. *ſect.* 16. *n.* 191. Vaſq. *diſp.* 90. *c.* 3. *n.* 6. Azor. *lib.* 4. *c.* 1. *qu.* 3. Et hoc modo ſe habet ſodomia, beſtialitas, feritas,& ſimiles ex ipſo S. Thom. 1. 2. *q.* 94. *art.* 3. *ad* 2. & 2. 2. *q.* 142. *art.* 4. *ad* 3. & Ariſt. 7. *Ethic. c.* 5. quatenus, ſcilicet, ſunt contra commiſtionem maris,& fœminæ, quæ eſt naturalis omnibus animalibus,& excedũt illas paſſiones, quæ communiter ſolent accidere homini, vt ſi quis delectetur, v. g. in comeſtione carnium humanarum, aut carnium crudarum, cõtra id, quod communiter homines faciunt. Atque hæc vitia aliquando dicuntur ſimpliciter contra naturam, prout hæc accipitur tanquàm communis etiam brutis; quando, ſcilicet, neque etiam in brutis communiter reperiuntur: vt eſt, v. g. beſtialitas, & ſodomia, & aliquando dicuntur ſpecialiter vitia ferina, quando apparent ſolùm in brutis, ac feris; non autem in hominibus, vt eſt comeſtio crudarum carnium, aut humanarum, & in hominibus, vel acquiruntur ex vſu,& aſſuetudine, vel habentur ex morbo,& inſania, vt notat Ariſt. 7. *Ethic. c. 5. cit.* vel etiam aliquando ex ipſa prauitate naturæ,& ab ipſo ortu, vt idem ſubdit *c.* 7. accidere aliquando etiam in beſtiis. Et in aſſuetudinem refert, quòd dicitur quædam mulier cõſueuiſſe reſcindere vẽtres grauidarũ, atque inde fœtus comedere; & quædam efferatæ nationes circa Pontum conſueuiſſe crudis,& humanis carnibus veſci, imò & infantes ſibi accommodare ad epulandum; & denique Phalaris intra æneum taurum damnatos cõſueuiſſe immittere,& ſubiecto igne cremare, vt bouis mugitum redderent; & in inſaniam,& morbum refert, quòd dicitur quidam mactaſſe matrem,& in cibum ſumpſiſſe; & alius conſerui iecur comediſſe. Et certũ eſt, quòd à Medicis inter ſpecies, ac modos inſaniæ etiam illa numeratur, quam vocant lycanthropiam, aut cynanthropiam, id eſt, lupinam, aut caninam inſaniam; eò quòd, qui illa laborãt, inculta, atque horrida loca, luporum, aut canum more, luſtrare ſolent,& cadauera è ſepulcris, aut ſentinis eruere, & circa illa miſerabiliter inſanire, & hanc ob cauſam plures ex illis, antiquiores Poëtæ commenti ſunt, in lupos, aut vrſos à Diis fuiſſe conuerſos, vt Hecubam, verbi gratia, in canem, Lycaonem

in lupum, Calypſum in vrſam; imò tale aliquid contigiſſe Nabuchodonoſori, de quo dicitur apud Dan. *cap*.4 quòd fuerit cum feris, & fœnum comederit quaſi bos, tradit Valleſ. *de ſacra Philoſophia, cap*. 80. Mercurialis *lib*.1 *ſua practica, c*.11. & aliqui etiam ex ſanctis Patribus.

12. *Quomodo vitia qua opponũtur virtutibus infuſis, ſint cõtra naturam, & ipſa virtutes infuſa ſint ſecundùm naturam.* Ad quartum Reſpondeo, etiam vitia, quæ opponuntur virtutibus infuſis, eſſe contra naturam, ex ſuppoſitione, quòd iam ſint, & habeantur tales virtutes: quia, quamuis virtutes ſupernaturales non ſint abſolutè ſecundùm naturam, id eſt, ſecundùm vires, & naturalem inclinationem, quaſi natura per ſe illas appetat, ſuiſque viribus eas poſſit acquirere; ex ſuppoſitione tamen, quòd à Deo infundantur, & per notitiam ſupernaturalem proponantur illarum obiecta, maximè ſunt ſecundùm naturam, id eſt, maximè conuenientes naturæ, prout iam informatæ per talem notitiam, & earum operationes maximè ſunt conformes rectæ rationi, qui modus operandi ex ipſo genere eſt ſecundùm naturam hominis, prout homo eſt. Atque hoc modo S.Thomas 1.2.*quaſt*.94.*art*.3. vniuerſaliter aſſerit, quòd omnes actus virtuoſi, in quantum ſunt virtuoſi, pertinent ad legem naturæ: quia ſunt ſecundùm inclinationem naturæ, quæ eſt ad agendum ſecundùm rationem, quando per illam eſt proximè conſtituta ad agendum: & 2.2.*q*.10. *art*.1 *ad* 1. ait, infidelitatem eſſe contra naturam: quia, quamuis fides non ſit in natura humana; eſt tamen in illa, vt mens non repugnet interiori inſtinctui, & exteriori prædicationi. Et eadem ratione contrarietatem omnium vitiorum ad naturam hominis, ſiue ſint contra virtutes acquiſitas, ſiue contra infuſas, explicat Vaſq.1.2. *diſp*.90. *c*.2. *num*.4. *&* 5. quatenus, ſcilicet, omnia vitia ſunt illi diſconuenientia, & mala, & omnes virtutes ſunt conuenientes, & bonæ, ſiue ad illos ſit appetitus, & facultas naturalis, ſiue non.

13. *Contrarietas vitiorum ad naturã optimè explicatur per ipſam naturam voluntatis.* Verùm, quia hæc ipſa conuenientia maximè videtur fundari in hoc, quòd voluntas ex inſtitutione naturæ ſolùm ſit facta ad verum bonum, & non niſi ex accidente, & ex quadam corruptione feratur in bonum apparens, ideò magis fundamentaliter videtur explicari contrarietas vitiorum per ipſam naturam voluntatis, vt diximus: & idem videtur eſſe de aliis modis, qui afferuntur ab aliis: vt, v.g. quòd ideò vitium ſit contra naturam, quia ipſius actus eſt contra dictamen rationis, quæ dicitur ipſa natura, in quantũ dictat, quid ſit agendum, vel non agendũ, vt vult Azorius *tom*.1.*lib*.4.*c*.1.*q*.3. vel, quia nocet naturæ, priuando illam appoſita facilitate, & promptitudine ad bonum, vt vult Salas 1.2. *tract*.13. *diſp*.2. *ſect*.16 *n*.189. vel, quia eſt contra inclinationem naturæ, quæ ſaltem habetur ad carendum re mala, & diſconueniente, vt vult Victoria *in relect. de homicidio, n*.2. hæc enim omnia ſolùm fundantur in hoc, quòd voluntas per ſe non ſit facta, niſi ad verum bonum: & inde prouenit, vt quod eſt contra rationem, & ſolùm apparens, non autem verum, ſit contra naturam; & quod ad illud diſponit, naturæ noceat, & ſit contra illius inclinationem.

DISPVT. V.

Quomodo vitium non ſit peius, quàm actus vitioſus.

1. *Concluſio eſt S.Thomæ, quòd vitium, & habitus vitioſus non eſt peior, quàm actus.*
2. *Proponuntur difficultates in contrarium.*
3. *De qua bonitate, & malitia loquatur S.Thomas.*
4. *Quomodo maior, aut minor duratio faciat ad perfectionem rei, qua durat.*
5. *Habitus virtutum propriè ſunt inter bona laudabilia, non inter honorabilia.*
6. *Ex eo, quòd habitus ſint cauſa actuum, non probatur maior perfectio.*
7. *Quomodo cauſa æquiuoca ſit perfectior ſuo effectu.*
8. *Habitus acquiſiti non ſunt cauſa principalis ſuorum actuum.*
9. *Vtrùm habitus ſupernaturales infuſi ſint cauſa principalis ſuorum actuum.*
10. *Etiam potentia eſt minùs bona, quàm ſuus actus primarius, & adæquatus.*

1. *Concluſio eſt S.Thom. quòd vitiũ, & habitus vitioſus non eſt peior actu.* SI habitus vitioſos comparetur quoad malitiam cum ſuo acto, negat S.Thom. 1.2.*q*.71. *art*.3. quòd illo ſit peior: ſed contrà affirmat, quòd ſit minùs malus: idque probat dupliciter. Primò, quia habitus in vniuerſum, ſiue ſit bonus, ſiue malus, eſt quid medium inter potentiam, & actum: & cùm ſit certum, quòd actus quoad bonitatẽ, & malitiam excedit potentiam, non poteſt eam non excedere etiam habitus; ſiquidem, cùm ſit medius, magis accedit ad naturam extremi excedentis, id eſt, ad actum, & minùs ab illo deficit, quàm alterum extremum, id eſt, potentia: vt enim rectè Ariſtoteles 9. *Metaph. text*.19. potentia, cùm ſimul ſit ad contraria; ita eſt ad illud contrarium, quod eſt bonum, vt etiam ſit ad alterum, quod eſt malum; & potentia, v.g. animalis, ita eſt ad ſanitatem, vt etiam ſit ad ægritudinem: & cùm ſimpliciter, & actu neutrum habeat; habet tamen vtrunque ſecundùm quid, & in potentia; & hac ipſa ratione ita participat de bonitate vnius, vt etiam participet de malitia alterius. Contrà verò ipſa contraria per ſe accepta ſunt ſimpliciter, & actu talia, & impermiſta ad inuicem, & ſanitas, v.g. eſt ſimpliciter, & actu bona ſine admixtione malitiæ ſibi oppoſitæ, & ægritudo eſt ſimpliciter, & actu mala ſine admixtione bonitatis. Sicut ergo, poſſe valere, & potentia ad ſanitatem eſt minùs bona, quàm ipſum valere, vel ipſa ſanitas; & poſſe ægrotare, vel potentia ad ægritudinem, eſt minùs mala, quàm ipſum ægrotare, vel ipſa ægritudo: ita & poſſe virtuosè agere eſt minùs bonum, quàm ipſum agere virtuosè; & poſſe vitiosè agere eſt minùs malum, & per conſequens potentia exceditur ab actu quoad malitiam, & bonitatem. Et ſicut habitus eſt quid medium inter potentiam, & actum: ita etiã eſt quid medium quoad bonitatem, & malitiam; & ſimul eſt melior, aut peior, quàm ſit ipſa potentia, & minùs bonus, aut malus, quàm ſit ipſe actus.

Secundò probat: quia habitus non dicitur bonus, aut malus, niſi ex bonitate, aut malitia actus, ad quem inclinat: quod tamen eſſe non poteſt, niſi ipſe actus per ſe ſit melior, aut peior: ſiquidem propter quod vnumquodque tale, & illud magis, 1. *Poſter. text*.5. & vnumquodque id ipſum maximè aliorum eſt, ſecundùm quod aliis vniuocatio ineſt. 2. *Metaph. text*.4.

2. *Proponuntur difficultates in contrarium.* Sed contrà eſt difficultas: quia, dum comparat S.Thom. habitum virtutis, aut vitij, quoad bonitatem, aut malitiam, cum ſuo actu, non apparet de qua bonitate, aut malitia loquatur: vtrùm, ſcilicet, de illa bonitate, aut malitia, quæ eſt primaria, & denominat actum, vel habitum bonum, aut malum in ſe, præſcindendo ab hoc, quòd ſit bonus, aut malus alteri, id eſt, ſubiecto; & ſolùm attenditur ex obiecto bono, aut malo ſecundùm ordinem rationis: an verò loquatur de illa, quæ eſt ſecundaria,

&

& eſt relatiua ad ſubiectum, & tam habitum, quàm actum virtutis denuminat bonum alteri, quia eſt conueniens illius naturæ; & tam habitum, quàm actum vitij denominat malum, quia eſt diſconueniens, vt patet ex dictis *ſuprà, diſp.3.num.3.& 4.* an denique accipiat bonitatem, quaſi abſolutá ab omni ordine, id eſt, pro ſola tei nobilitate, & dignitate, quomodo dicimus, aurum eſſe melius plumbo, & plumbum eſſe peius auro: quod enim loquatur de bonitate, aut malitia, ptimo modo, videtur colligi ex argumento. Sed contrà, vbi ex eo probat, actum vitioſum eſſe peiorem, quàm habitum: quia actus eſt dignus pœna, non autem habitus; & ex illis verbis in corpore articuli: *Melius eſt benè agere, quàm poſſe benè agere: & vituperabilius eſt malè agere, quàm poſſe malè agere.* quæ tamen maximè videntur competere habitui, & actui ſecundùm ſe, & præſcindendo à ſubiecto. Atque huc modo ſenſus quæſtionis eſt, vtrùm habitus virtutis, aut vitij in ſe ipſo ſit melior, aut peior, quàm actus. Quòd verò loquatur de bonitate, aut malitia ſecundo modo, probatur ex eo: quia, vt *ſuprà* diximus ex S. Thoma 1. 2. *quæſt.* 54. *art.* 1. diuiſio habitus in bonum, aut malum, ſolùm attenditur ſecundùm conuenientiam, & diſconuenientiam ad naturam operantis. Et ſenſus quæſtionis eſt, vtrùm habitus virtutis, aut vitij ſit magis conueniens, aut diſconueniens naturæ operantis, quàm actus. Denique, quòd loquatur de bonitate, & malitia tertio modo pro rei nobilitate, & ignobilitate videtur probari; quia hunc etiam ſenſum admittit titulus articuli, vtrùm vitium ſit ignobilius, quàm actus vitioſus; & de facto hunc etiam ſenſum quæſtionis diſputant aliqui, vt Zumel 1.2. *quæſt.*71.*art.*3. Salas 1.2.*tract.*13.*diſp.*3.*ſect.*17.*num.* 203. & aliqui alij apud Vaſq. *in Commentario illius articuli* 3.

Secundò eſt difficultas: quia falſum videtur, quòd actus ſit melior, aut peior, quàm habitus: ſiquidem hic ex ſua natura eſt permanens, & diuturnior; cùm tamen actus ſit tranſiens: nam, quanuis duratio, & permanentia, quando prouenit ſolùm ab aliquo accidentali, & extrinſeco, nihil faciat ad perfectionem intrinſecam, vnde & Ariſtoteles 1. *Ethic. cap.*6. abſolutè negat, ex eo, quòd aliquid ſit ſempiternum, poſſe habere, vt ſit melius: ſiquidem, neque album ex eo, quòd duret diutiùs, poteſt habere, vt ſit albius: ſi tamen proueniat ab intrinſeco, & ex naturæ ipſius exigentia, omninò arguit perfectionem, vt patet in æternitate reſpectu Dei, & in incorruptibilitate reſpectu ſubſtantiarum ſeparatarum: & talis eſt ſine dubio permanentia habitus ſupra actum, cùm ille, in quantum eſt habitus, & ex ſe ſit difficilè mobilis, & permanentior, vt patet ex Ariſtotele *in cap. de qualitate*, & ideò ſiue ſit bonus, ſiue malus, omninò videtur præſtare actui bonitate, & malitia, ſicut præſtat diuturnitate. Vnde, & habitus virtutum videntur numerari inter bona honorabilia, ſicut etiam habitus ſcientiarum, 1. *de anima, text.* 1. cùm tamen actus ſolùm ſint inter bona laudabilia, & virtutis laus omnis in actione conſiſtat, vt eſt apud M. Tullium *lib.* 1. *Officior.* idque videtur clarè confirmari etiam ex cauſalitate, quam habitus exercet in actus: cùm enim in cauſis æquiuocis non niſi ex perfectione illius rei, quæ eſt cauſa, ſupra illam, quæ eſt effectus, communiter proueniat, vt illam cauſet, vt patet, verbi gratia, in lumine, quod eſt cauſa caloris; quia illi eminet ſecundùm naturam, etiam in habitu ex ſola perfectione ſupra actum, videtur prouenire, vt illum cauſet, ſiquidem alioqui non eſſet ratio quare illum contineret in ſua virtute, ſi illi non emineret in ſuo eſſe. Et quemadmodum in virtute habitus continentur omnes actus, qui ex illo eſſe poſſunt, iſque vnus poteſt dici virtualiter eſſe illi omnes; ita & in illius natura videntur contineri omnes illorum naturæ, & in illius bonitate, & malitia omnes illorum bonitates & malitiæ.

Tertiò eſt difficultas: quia rationes S. Thomæ non videntur concludere. Primò enim, ſicut eſt falſum, quòd ſit melius actu videre, v. g. hoc, vel illud obiectum, quàm poſſe videre; & melius actu ædificare, quàm poſſe ædificare; ideò nullus eligeret carere oculis, & potentia viſiua, ne careret hoc, vel illo actu viſionis: ita & falſum eſt, quòd ſit melius benè agere, quàm poſſe benè agere; & ſimiliter nullus eligeret carere principio benè agendi, ne careret hac, vel illa bona actione.

Neque authoritas Ariſtotelis 9. *Metaph.text.*19. ſatis fauet: ſiquidem ex eo probat, quòd actus ſit melior, aut peior potentia: quia potentia, cùm ſit ad contraria, neque de bonitate vnius poteſt purè participare, nec de malitia alterius; ſed ſimul & permiſtè participat de vtraque. Id verò totum, ſi admittatur de ipſa voluntate, quæ eſt potentia ad actus oppoſitos; non tamen videtur poſſe admitti de habitibus, qui ſunt determinati ſolùm ad actus vnius rationis, id eſt, ſolùm ad bonos, ſi ſint habitus virtuoſi; vel ſolùm ad malos, ſi ſint vitioſi: & ideò purè participant de bonitate, aut de malitia, ſicut & participant ipſi actus.

Altera verò ratio, quòd habitus ſunt boni, aut mali propter actus, & propter quod vnumquodque tale, &c. ſi quid probat de habitibus, etiam probat de potentiis animæ, quæ, cùm eſſentialiter ſint propter actus, & ſolùm propter illos à natura tribuitæ, ſimiliter non habent, niſi ex illis, vt ſint bonæ, & conuenientes viuenti: neque tamen proptereà ſunt minùs bonæ, aut conuenientes, quàm ipſi actus. Et ratio eſt: quia non ſemper id, cuius gratia eſt aliquid, abſolutè eſt illo melius; nec ſemper finis, qui dicitur cuius gratia, præſtat iis, quæ ſunt ad finem, niſi fortè accipiatur ſimul cum altero fine, qui dicitur, cui: vt, verbi gratia, operatio ſimul cum ſuppoſito operante, vt dicitur *in Phyſicis*: & ideò neque actus boni, ex eo, quòd ſint id, cuius gratia ſunt habitus boni, ſequitur, quòd illis ſint meliores; neque actus mali, quòd ſint peiores, ex eo, quòd ſimiliter illorum gratia ſunt habitus mali.

3. *De qua bonitate, & malitia loquatur S.Thom.*

Ad primam Reſpondeo, certum videri, quòd S Thom. non loquatur de bonitate, & malitia tertio modo accepta, pro rei nobilitate, & dignitate: quia hæc quæſtio, vtrùm natura habitus ſit nobilior, quàm natura actus, non pertinet ſpecialiter ad materiam de vitiis; ſed eſt generalis ad omnes habitus, etiam intellectiuos, imò nec propriè huic bonitati opponitur malitia: ſiquidem vnum ens, quanuis dicatur minùs bonum, quàm aliud; non tamen dicitur abſolutè malum. Neque Ariſtoteles 9. *Metaph. text.* 19. de hac bonitate, & malitia loquitur, dum ait, potentiam eſſe minùs bonam, aut malam, quàm ſit actus; ſed ſolùm de bonitate, prout circa illam poteſt verſari affectus, & ſtudium, qualis eſt ſola bonitas honeſta, vtilis, aut iucunda, id eſt, bonitas relatiua: & ideò ſignanter ait, quòd actus ſit melior, quàm ſtudioſa potentia, id eſt, illa, quæ eſt digna affectu, & ſtudio, vt notat Fonſeca *in eum locum.* Et quanuis aliqui ex Interpretibus S. Thomæ *circa articulum* 3. *cit. ex quæſt.* 71. etiam diſputent de bonitate abſoluta actus, & habitus; id tamen ſolùm eſt ad maiorem doctrinam:

ſiue autem dicatur loqui S. Thom. de bonitate, & malitia primaria, quæ actum, & habium denominat bonum, aut malum in ſe, & ſolùm in ordine ad obiectum; ſiue de ſecundaria, quæ denominat bonum, aut malum alteri, & in ordine ad ſubiectum, parum refert: inferunt enim ſe mutuò huiuſmodi bonitates, & malitiæ, cùm illa ſit de eſſentia, & hæc ſit proprietas: & de vtraque veriſſima eſt concluſio, quòd habitus ſit minùs bonus, aut malus, quàm actus: cùm enim ex S. Thom. 1. 2. *quaſt.* 71. *art.* 3. *cit.* & *quaſt.* 54. *art.* 3. habitus non dicatur bonus, aut malus, niſi ex hoc, quòd inclinet ad actum bonum, aut malum, id eſt, per ſolam attributionem ad bonitatem, aut malitiam actus; & eadem bonitas, & malitia, quæ vt intrinſecè habita denominat actum bonum, aut malum, denominet ſimiliter habitum, quatenus ab illo habetur extrinſecè, & tanquàm cauſata, ſiue loquamur de bonitate, aut malitia primaria, ſiue de ſecundaria, ſemper priùs, & perfectiùs participatur ab actu, quàm ab habitu, cùm habitus ideò ſolùm dicatur bonus, aut malus in ſe, quia eſt principium actus boni, aut mali in ſe; & ideò ſolùm dicatur bonus, aut malus in ſe, quia eſt principium actus boni, aut mali in ſe; & ideò ſolùm dicatur bonus, aut malus habenti, quia eſt principium actus boni, aut mali eidem habenti. Et de vtraque bonitate, & malitia primaria, & ſecundaria, ſimiliter procedunt rationes S. Thomæ. Primò enim, quia voluntas, in quantum potentia, eſt ad contraria, id eſt, ad actus bonos, & malos in ſe propter conformitatem, aut diſformitatem ad rationem, & bonos, & malos habenti propter conuenientiam, aut diſconuenientiam ad illius naturam; negari non poteſt, quin ſolùm permixtè participet de illorum bonitate, & malitia, & ita dicatur bona, in quantum eſt principium actus boni, & ſimul dicatur etiam mala, in quantum eſt principium actus mali, vt patet ea doctrina Ariſtotelis 9. *Metaph. text* 19. *cit.* Et quia habitus non ſunt ad contraria, ſed determinatè ſolùm ad actus bonos, ſi ſunt habitus virtuoſi; vel ſolùm ad malos, ſi ſunt vitioſi; ſimiliter negari non poteſt, quin participent magis purè de bonitate, vel malitia actuum, & medium gradum obtineant inter potentiam, quæ participat ſolùm permiſtè, & inter actus ipſos, qui participant per ſe ipſos, & intrinſecè; cùm præſertim etiam habitus, qui comparantur ad actus, tanquàm principia, ad voluntatem, & potentiam comparentur tanquàm actus, & formæ intrinſecæ; & ideò ex hoc etiam capite illam excedant, cùm ſemper actus excedat potentiam iuxta doctrinam Ariſtotelis *cit.* Et quia ex altera parte etiam habitus quoad eandem participationem bonitatis, & malitiæ, exceduntur ab actibus, rectè dicuntur medium gradum obtinere inter potentiam, & actum. Deinde verò, quia habitus, tam primariam, quàm ſecundariam bonitatem, & malitiam ſolùm deriuant ab actibus, eámque ſolùm participant per extrinſecam attributionem ad illos, id eſt, per ſolam habitudinem, quam dicunt principij; non poſſunt actus, tam in primaria, quàm in ſecundaria, non eſſe potiores, quàm habitus: ſicut & animal in ſanitate non poteſt non eſſe potiùs, quàm medicina, cùm propter quod vnunquodque tale, &c.

4. *Quomodo maior, aut minor duratio faciat ad perfectionem rei, quæ durat.*

Ad ſecundam difficultatem Reſpondeo cum S. Thoma *art.* 3. *cit. ad* 1. *ex quaſt.* 71. nihil obſtare, quominùs actus ſit ſimpliciter melior habitu: & tamen ſecundùm quid ab illo deficiat ratione diuturnitatis, & permanentiæ: ſic enim etiam forma in phyſicis eſt ſimpliciter perfectior, quàm materia; & tamen ſecundùm quid, id eſt, in quantum materia eſt incorruptibilis, eſt imperfectior; & viuentia ſimpliciter ſunt perfectiora, quàm cœlum, & ſecundùm quid ex multis capitibus ſunt imperfectiora. Simpliciter autem dicitur actus eſſe potior habitu, inquit S. Thomas: quia præeminet, quantùm ad id, quod facit per ſe ad rationem actus; & contrà habitus ſolùm dicitur eſſe potior actu ſecundùm quid; quia præeminet, quantùm ad id, quod facit per accidens; & per ſe ad rationem actus maximè facit, vt participet bonitatem, & malitiam, vt ſibi propriam, eámque ex ſe refundat in habitum, & potentiam; & ad eandem rationem ſolùm facit per accidens, vt duret, vel non duret diutiùs; ſiquidem hoc ſolùm prouenit ex eo, quòd actus reperitur in natura, quæ non poteſt ſemper agere, ſed habet actionem in motu tranſeunte; quod tamen actui, vt actus eſt, omninò accidit, & quantùm eſt ex ſe melius ſe haberet cum oppoſito, ſicut contingit in voluntate diuina, & Beatorum, quæ ſemper eſt in actu. Vnde, ſi concedatur argumento, quòd diuturnitas durationis, quando conuenit, vel non conuenit ab intrinſeco, arguat exceſſum, aut defectum perfectionis, non eſt concedendum, quòd ab intrinſeco non conueniat actui; ſiquidem ſolùm illi non conuenit ex conditione ſubiecti, eáque conditio ad ipſum actum ſolùm ſe habet per accidens: & quemadmodum ex hoc accidente, quod contingit communiter, & vt plurimùm, habet actus, vt non ſit diuturnus; ita etiam ex grandi aliqua mutatione, quæ aliquando contingat ex ægritudine, vel ex aliquo huiuſmodi, poteſt idem habere habitus, vt patet ea Ariſtotele *in cap. de qual. sntio.*

5. *Habitus virtutũ propriè ſunt inter bona laudabilia.*

Quòd verò additur de habitibus virtutum, quòd ſint inter bona honorabilia, apertè eſt contra Ariſtotelem 1. *Ethic. c.* 12. vbi eos maximè propriè ait eſſe inter bona laudabilia, quia diſponunt ad actus, qui per ſe laudantur. Neque oppoſitum habetur *ex* 1. *de anima, text.* 1. quia ibi ſolùm dicitur, quòd notitia ſit inter bona, & honorabilia; neque explicatur, vtrùm ſit ſermo de notitia habituali, an de actuali, qualis conuenit etiam Deo: & prætereà, quia bona honorabilia non ſumuntur preſsè, prout contradiſtinguuntur à laudabilibus; ſed latè, prout ſignificant excellentiam, & nobilitatem.

6. *Ex eo, quòd habitus ſint cauſa actuũ, non probatur maior perfectio.*

Ad illud, quod additur de cauſalitate, quam habitus exercet in actum, Reſpondet S. Thom. *q.* 71. *art.* 3. *cit. ad* 3. rationem boni, & mali non conſiderari ſecundùm cauſalitatem efficientis, quæ cõuenit habitui reſpectu actus; ſed ſecundùm cauſalitatem finis, quæ conuenit actui reſpectu habitus: ſic enim etiam ſanitas, quia eſt finis ambulationis, & medicinæ, melior eſt, quàm ambulatio, & medicina, etiamſi ab illa efficiatur in genere cauſæ efficiẽtis, atque ita indicat hanc etiam efficientiam non ſe habere per ſe ad bonitatem; ſed ſolùm per accidens; & ideò ſolùm facere, vt habitus ſit melior ſecundùm quid, non ſimpliciter. Neque vrget id, quod additur de cauſa æquiuoca: nam in primis, quemadmodum habitus eſt cauſa æquiuoca actus; ita & actus ſunt cauſa æquiuoca habitus, qui per illos acquiritur; & ideò ex huiuſmodi cauſalitate non magis poteſt probari bonitas habitus ſupra actum, quàm bonitas actus ſupra habitum.

7. *Quomodo cauſa æquiuoca ſit perfectior ſuo effectu.*

Deinde verò falſum eſt, quòd quæcunque ratio cauſæ æquiuocæ arguat excellentiam, atque eminentiam ipſius eſſe in re, quæ eſt cauſa, vt patet in exemplo poſito de ambulatione, & medicina, quæ eſt cauſa æquiuoca ſanitatis; ſed id ſolùm accidit, quando eſt cauſa æquiuoca principalis, & ſe ſola, ſuíſque viribus effectum cauſat: ſicut autem tales non ſunt ipſi actus, quando cauſant habitum, ſiquidem illum non cauſant per ſe, ſed ſolùm

8. *Habitus acquiſiti non ſunt cauſa principalis ſuorũ actuũ.*

ptovt

provt procedunt à potentia & ſimul cum illa, vt docet S.Thom. 1.2. *quæſt.*51. *art.*2.*ad* 3.*& quæſt.* 63. *art.*2. *ad* 3. id eſt, tanquàm inſtrumentum potentiæ, vt exponit iis locis Conrad. *& quæſt.* 71. *art.*3. *cit.* ita nec tales ſunt ipſi habitus, quando cauſant actus: ſiquidem etiam illi ſolùm cauſant ſimul cum potentia, & tanquàm inſtrumentum illius, ſi loquamur de habitibus acquiſitis, vt notat Caprcol. *in* 4.*diſt.*47. *quæſt.*1. *art.*3. *ad* 2. *Scoti contra primam concluſionem*, Caiet. & Medin. 1.2. *quæſt.* 71. *art.*3. *cit.* Val.1.2.*diſput.*6.*quæſt.*1.*punct.*2.

9. *Vtrùm habitus ſupernaturales infuſi ſint cauſa principalis ſuorum actuum.* Dixi autem, ſi loquamur de habitibus acquiſitis: quia de habitibus infuſis, & ſupernaturalibus eſt alia ratio. Et ſicut actus ſupernaturales non ſunt debiti ipſis potentiis; ita neque habitus, qui ad illos diſponunt, ſunt inſtrumenta potentiarum; ſed vel ſunt per ſe rationes agendi principales, vel ſunt inſtrumenta ipſius Dei: quanquam etiam de habitibus ſupernaturalibus negat Salas 1.2. *tract.* 13. *diſput.*2. *ſect.* 19. *num.* 206. ex cauſalitate æquiuoca, quam exercent in actus, ſufficienter colligi exceſſum in bonitare, & perfectione, cùm etiam ipſi non ſint per ſe principium totale actuum; ſed ſimul cum potentia, & abſolutè, etiam illos eſſe minùs bonos habenti, quàm ſint eorum actus, docet Salas *ibid. num.*208. Medin. *in articulum* 3.*cit.* Vaſq. *in Comm. ad eundem articulum*, *& diſp.*220. *c.*2. Et ſi vniuerſaliter dicamus, omne accidens eſſe inſtrumentum ſubſtantiæ, neque vllam actionem ab illo eſſe tanquàm à cauſa principali: ſed, ſicut eſſentialiter eſt ens alterius; ita, & eſſentialiter eſſe virtutem alterius: neque etiam in habitibus ſupernaturalibus ea cauſalitate æquiuoca, quam exercent in actus, poteſt colligi maior perfectio, cùm etiam ipſi ſint inſtrumenta, ſaltem ipſius Dei.

Denique ad illud, quod dicitur, In virtute habitus contineri omnes actus; & ideò etiam in bonitate illius contineri omnes bonitates: Reſpondet S. Thomas 1.2. *quæſt.* 71. *art.* 3. *cit. ad* 2. actus non contineri ſimpliciter, ſed ſolùm ſecundùm quid in habitu, id eſt, contineri ſolùm virtute, non autem actu: & ſi concedatur eodem modo etiam contineri in bonitate illius bonitates actuum; non tamen hinc ſequitur, quòd habitus ſit ſimpliciter melior actu: ſiquidem modus hic continendi virtute, & ſecundùm quid, non eſt melior, quàm modus continendi actu, & ſimpliciter.

10. *Etiam potentia eſt minùs bona, quàm ſunt actus primarii, & adæquatu.* Ad tertiam difficultatem Reſpondeo, non comparari hoc loco habitum bonum, aut malum, cum hoc, aut illo actu in indiuiduo, qui eſt ſpecificatiuum inadæquatum, & ſecundarium; ſed cum actu per ſe, & in ſpecie, qui eſt ſpecificatiuum adæquatum, & primarium: & hoc modo veriſſimum eſt etiam de potentia viſiua, quòd ſit minùs bona, quàm viſio; ſiquidem ſolùm propter illam eſt bona: & ideò ſolùm eligit aliquis non carere potentia viſiua; quia non eligit carere ſimpliciter viſione; & ſi ab hac præſcindamus, nulla omninò bonitas, aut appetibilitas intelligitur remanere in ipſa potentia, ſed manet omninò fruſtrà, iuxta ea, quæ dicuntur de ipſo fruſtrà 2. *Phyſic.text.*62.

Neque S.Thom. ad probandum, quòd habitus ſit minùs bonus, aut malus, quàm actus, vtitur ratione Ariſtot. qua idem probat de potentia ex eo, quòd ſit ad contraria, & ſolùm permiſtè participet de vtroque; ſed ſolùm aſſumit, tanquàm ab ipſo probatum, quòd actus ſit melior; & ſubſumendo ex ſe, quòd habitus medium locum obtineat inter potentiam, & actum, concludit, quòd ſit melior, aut peior, quàm potentia; & minùs bonus, aut malus, quàm actus: quæ argumentatio optima eſt.

Altera verò ratio, ſi admittatur idem probare de potentiis animæ, quod probat de habitibus, ſolùm debet intelligi de bonitate relatiuè accepta ad rectam rationem, vel ad ipſum habentem; non autem de bonitate entitatiua, accepta abſolutè, provt dicitur ſecundùm illam hoc ens eſſe melius, & illud deterius, vt notat Vaſq. *in Commentario art.*3.*cit. ex quæſt.*71. atque ita, ſiue entitas potentiæ ſit in ſe minùs bona, & perfecta, bonitate entis, quàm entitas actus, ſiue non, rectè poteſt dici, quòd ſit minùs bona bonitate relatiua, id eſt, minùs perfectè participans de conformitate ad rectam rationem, quæ eſt bonitas primaria; & minùs de conuenientia ad naturam rationalem, quæ eſt bonitas ſecundaria: ſiquidem de vtraque ſolùm participat ſecundariò, & ratione actus, cùm tamen actus participet primariò, & ratione ſui.

Et quod additur, non ſemper id, cuius gratia aliquid eſt, eſſe melius eo, quod eſt gratia ipſius, ſolùm eſt verum de bonitate entitatiua, & abſoluta; non autem de bonitate relatiua, ſi hæc intrinſecè participetur ab eo, cuius gratia; & ſolùm extrinſecè ab eo, quod eſt gratia ipſius, vt contingit in caſu noſtro de actu, & de potentia.

DISPVT. VI.

Vtrùm peccatum, & actus vitioſus poſſit eſſe ſimul cum virtute.

1. *Prima concluſio eſt S.Thomæ, quòd peccatum poteſt eſſe ſimul cum virtute.*
2. *Secunda, quòd actus peccati mortalis non poteſt ſimul eſſe cum aliquibus virtutibus.*
3. *Peccatum mortale, ſecundùm multos, non opponitur charitati, & virtutibus per ſe infuſis, niſi moraliter, & demeritoriè.*
4. *Secundùm alios, peccatum mortale opponitur phyſice charitati.*
5. *Quomodo poſſit defendi oppoſitio, & contrarietas phyſica inter peccatum, & charitatem, ſiue gratiam.*
6. *Quomodo dicatur à S.Thoma, quòd peccatum, non ſolùm meritoriè, ſed etiam effectiuè deſtruat charitatem.*
7. *Soluuntur, quæ poſſunt obiici contra phyſicam contrarietatem peccati, & gratiæ.*
8. *Quomodo peccatum mortale ſit contra Deum, & opponatur charitati in eo, qui Deum ignorat inuincibiliter.*

QVIA vitium ſecundùm ſuam naturam, & quidditatem maximè innoteſcit per virtutem, cui opponitur, quemadmodum S. Thom. 1.2. *qu.* 71. *art.* 1. explicauit oppoſitionem actus cum actu, & habitus cum habitu, tam ſecundùm ea, quæ in eſſentia virtutis, & vitij poſſunt conſiderari directè, vt eſt, v.g. quòd ſint diſpoſitio ad actus conformes, aut difformes rationi; quàm ſecundùm ea, quæ poſſunt conſiderari ex conſequenti, vt eſt bonitas, & malitia, ſeu conuenientia, aut diſconuenientia ad ſubiectum: ita *art.*4. inueſtigat oppoſitionem actus cum habitu, & quærit, vtrùm peccatum poſſit eſſe ſimul cum virtute, & ponit duas concluſiones. Prima eſt, quòd, ſiue peccatum comparetur ad virtutem, tanquàm actus malus ad habitum bonum, ſiue tanquàm actus contrarius ad habitum contrarium, præſcindendo ab hoc, quòd ſit bonus, aut malus, poteſt ſimul eſſe cum virtute: neque enim habitus bonus exiſtens in anima producit ex neceſ- 1. *Prima concluſio eſt S. Thom. quòd peccatum poteſt eſſe ſimul cum virtute.*

ſitare ſuum actum; ſicut formæ naturales exiſtentes in ſubiectis, producunt ex neceſſitate ſuas operationes, v.g. calor calefactionem; & leuitas, ſeu virtus motiua ſurſum, ipſum motum ſurſum; ſed tunc ſolùm illum producit, quando quis voluerit vti habitu: & ſicut nihil impedit, quominùs homo, dum habet habitum bonum, nolit illo vti, ſed velit exire in actum contrarium; ita & nihil impedit, quominùs actus malus poſſit ſimul eſſe cum habitu bono: & quemadmodum vnicus actus non eſt ſufficiens in appetitu generare habitum, & peruincere omnes difficultates, quæ poſſunt eſſe circa particularia actionum, vt videre eſt apud eumdem S.Th. 1.2. *quæſt.* 51. *art.* 3. ita neque vnicus actus malus eſt ſufficiens corrumpere habitum bonum contrarium, cùm id ſolùm poſſit generando habitum ſibi proportionatum, vt idem docet *eadem* 1.2. *quæſt.* 63. *a.* 2. *ad* 2. & ideò ex hoc etiam capite poteſt eſſe ſimul cum illo, ſi ad ipſum comparetur, tanquàm actus contrarios ad habitum contrarium.

2. *Secunda, quòd actus peccati mortalis non poteſt ſimul eſſe cum aliquibus virtutibus.*

Secunda verò concluſio S. Thomæ eſt, quòd ſi actus peccati comparetur ad cauſam virtutum, aliquis actus peccati non poteſt ſimul eſſe cum aliquibus virtutibus, id eſt, actus peccati mortalis cum virtutibus moralibus per ſe infuſis: quia enim quodlibet peccatum mortale contrariatur charitati, quæ eſt radix omnium virtutum infuſarum, in quantum virtutes ſunt, & habentem benè diſponunt ad vltimum finem ſupernaturalem, ſi charitas excludatur per vnum actum peccati mortalis, non poſſunt ex conſequenti non excludi virtutes infuſæ, ſaltem in quantum ſunt in ſtatu, & perfectione virtutis, etiamſi fortaſſe eorum aliquæ maneant extra ſtatum virtutis, vt contingit in fide, & ſpe, quæ non tolluntur per quodlibet peccatum mortale, ſed ſolum per infidelitatem, & deſperationem.

Et quidem prima concluſio, quòd actus peccati poſſit ſimul eſſe cum habitu acquiſito oppoſitæ virtutis, non eget explicatione, cùm ſit in ſe facilis, & à nemine reuocetur in controuerſiam, & ex eodem principio ſæpiùs tradita à S.Thoma, vt 1.2. *quæſt.* 52. *art.* 3. *&* *qu.* 63. *a.* 2. *ad* 2.

3. *Peccatum mortale ſecundùm multos non opponitur charitati, & virtutibus per ſe infuſis, niſi moraliter, & demeritoriè.*

Secunda verò concluſio, quòd quilibet actus peccati mortalis non poſſit ſimul eſſe cum virtutibus moralibus per ſe infuſis; quia contrariatur charitati, quæ eſt radix virtutum; ſi intelligatur de ſola contrarietate, & incompatibilitate morali, & demeritoria, vt eam intelligit Conr. 1.2. *quæſt.* 71. *art.* 4. *cit.* *&* *ſuprà quæſt.* 63. *art.* 2. Salas 1.2. *tract.* 13. *ſect.* 15. & alij apud ipſum, ſimiliter facilis eſt: & hunc habet ſenſum, quòd ideò actus peccati mortalis non poſſit ſimul eſſe cum habitibus virtutũ infuſarum: quia, ſicut meretur, vt Deus ex illo auferat gratiam, & charitatem; ita & meretur, vt auferat etiam alias virtutes, quæ illam comitantur. Atque hoc modo contrarietatem peccati mortalis, & gratiæ, vel charitatis, aut aliarum virtutum infuſarum, ſolùm eſſe moralem & meritoriam, præter Authores cit. aſſerit etiam Scot. *in* 2. *diſtinct.* 37. §. *Ex iſta ſolutione in fine*, *&* *in* 3. *d.* 23. *quæſt.* 1. *in reſp. ad* 3. *argumentum*, *&* *in* 4. *diſt.* 15. *quæſt.* 1. *art.* 2. *verſus finem*, *&* *diſt.* 16. *quæſt.* 2. §. *Reſpondeo.* S. Bonau. *in* 3. *diſt.* 31. *art.* 1. *quæſt.* 1. *&* *diſt.* 39. *quæſt.* 1. *&* 2. Ricc. *in* 1. *diſt.* 17. *art.* 2. *quæſt.* 5. *&* *in* 3. *diſt.* 31. *art.* 1. *quæſt.* 1. *&* *diſt.* 39. *art.* 1. *quæſt.* 1. Gabriel *in* 1. *diſt.* 17. *q.* 4. *art.* 3. *dub.* 3. *concluſ.* 3. Dur. *in* 1. *diſt.* 17. *quæſt.* 10. *num.* 4. *&* *in* 3. *d.* 31. *quæſt.* 1. *num.* 6. Almalnus *tr.* 2. *Mor. cap.* 5. & alij apud Vaſq. 1.2. *diſp.* 91. *cap.* 1. & apud Salas *ſect.* 15. *cit. num.* 180. & videtur etiam haberi ex S. Thoma 1.2. *quæſt.* 79. *art.* 3. vbi loquens de ſubtractione gratiæ, quæ importatur per excæcationem, & indurationem, in quantum, ſcilicet, ex illa ſequitur, vt mens diuinitùs non illuminetur ad rectè videndum, & cor non emolliatur ad rectè viuendum; ait, eam eſſe, tanquàm ex cauſa, ex ipſa voluntate, & iudicio Dei, à quo ſubtrahitur; non autem ex efficacitate ponentis obicem; ſicut contingit in ſubtractione illuminationis materialis domus per poſitionem impedimenti, & clauſionem feneſtræ; atque ita aſſerit, impedimentum, quod ponitur per actum peccati mortalis, non eſſe ſufficiens ex ſe, ſuáque natura ad tollendam, vel deſtruendam gratiam, & per conſequens non habere cum illa oppoſitionem phyſicam; ſed ad ſummum ſolùm habere oppoſitionem moralem, in quantum eſt ratio, vt diuina voluntas ex ſe illam deſtruat.

4. *Secundùm alios peccatũ mortale opponitur phyſicè charitati.*

Si verò concluſio intelligatur de cõtrarietate phyſica, & ſenſus ſit, quòd ex ipſa rei natura, & præſcindendo ab omni lege, & libera voluntate diuina, de charitate auferenda ad poſitionem peccati mortalis, ipſamet charitas poſtulet auferri, ac deſinere, ſicut poſtulat frigus ad poſitionem caloris, plurimas habet difficultates, & hoc modo eam intelligit Caiet. 1.2. *quæſt.* 113. *art.* 2. *&* 2.2. *quæſt.* 24. *art.* 10. *&* 12. S. Antoninus 4. *part. tit.* 6. *cap.* 2. §. 6. Medina 1.2. *quæſt.* 113. *art.* 2. §. *Aliud dubium eſt.* Sot. *lib.* 2. *de natura, & gratia, c.* 18. Palud. *in* 3. *diſt.* 28. *art.* 3. Vaſq. 1.2. *diſput.* 91. *cap.* 2. *cit.* Azor. *tom.* 1. *lib.* 4. *cap.* 24. *q.* 4. Val. 2.2. *diſput.* 3. *quæſt.* 2. *puncto* 4. §. *Sed, cùm ſit certum.* & alij apud Salas *loco citato*, *num* 189. Imò & ipſe S.Thom. qui 1.2. *quæſt.* 63. *art.* 2. abſolutè ait, quòd virtus infuſa non compatitur ſecum peccatum mortale: & clariùs 2.2. *q.* 24. *art.* 10. vbi ait, quòd peccatum mortale totaliter corrumpit charitatem, non ſolùm moraliter, ſed etiam effectiuè: & *ibidem*, *art.* 12. *&* *quæſt.* 2. *de virtutibus*, *quæ eſt de charitate*, *art.* 13. vbi ait, quòd omne peccatum mortale contrariatur charitati ſecundùm propriam rationem, & de ſe habet, vt illam poſſit excludere: & ſicut lumen ex ſe deficit poſito obſtaculo ad illuminationem, & influxum corporis luminoſi; ita & charitatem poſito peccato mortali. Neque fortaſſe oppoſitum aſſerit 1.2. *quæſt.* 79. *art.* 3. *cit.* quando agit de excæcatione: neque enim loquitur de ſubtractione gratiæ habitualis, aut virtutum, & donorum, quæ illam comitantur; ſed de ſubtractione illuminationis actualis, ſecundùm quam Deus dicitur eſſe lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum: ſicut & Sol eſt cauſa vniuerſalis illuminationis corporum: & quoad hanc illuminationem, ait eſſe diuerſam rationem Solis, & Dei, cùm ille illuminet ex neceſſitate naturæ, & hic ex voluntate, & iudicio ſuæ ſapientiæ; & ideò ſubtractio luminis materialis non ſit referenda in Solem, vt in cauſam; ſed in ponentem impedimentum: ſubtractio verò luminis ſpiritualis ſit referenda in Deum, vt etiam dicemus *infrà hoc eodem lib.* 2. *diſp.* 49. quando agemus de excæcatione.

Verùm, quia hæc difficultas de contrarietate phyſica, aut morali inter peccatum mortale, & charitatem, commodiorem habet explicatum in materia de charitate, & ad præſentem concluſionem, quòd actus peccati mortalis non poſſit ſimul eſſe cum habitu charitatis, & virtutum per ſe infuſarum, perinde eſt, ſiue id proueniat ex contrarietate morali, ſiue ex phyſica; non eſt, quòd circa illam diutiùs immoremur.

5. *Quomodo poſſit defendi oppoſitio, & contrarietas phyſica inter*

Si quis tamen, vt probabiliorem, defenderet contrarietatem phyſicam, vocabulum contrarietatis non deberet ſtrictè accipere, prout ſolùm reperitur inter extrema poſitiua, quæ ſub eodem genere proximo maximè à ſe inuicem diſtant; ſed latè pro-

vt

Peccatum, & charitatem, ſiue gratiam.

vt dicit qoancunque veram, & realem incnmpoſſibilitatem: ſic enim etiam S.Thom.2.2.*quæſt.*14 *art.* 12.*cit.* ſolùm ait, quòd peccatum eo modo contrarietur charitati, quo obſtaculum cõtrariatur illuminationi, aut conſeruationi luminis: & hac ratione huinſmodi contrarietas non ſolùm eſt admittenda in peccatis commiſſionis, quæ materialiter ſunt aliquid poſitiuum; ſed etiam in peccatis omiſſionis, quæ ſunt aliquid negatiuum. Et ſimiliter, per eſſe phyſicum, ſecundùm quod peccatum dicitur cõtrariari charitati, oon eſt intelligenda ſola realis eſſentia, aut ſubſtantia actus, v.g furti, quæ ſæpè eſt eadem, ſiue actus ſit deliberatus, ſiue non, & ſiue ſit de materia leui, & ſolùm peccatum veniale, ſiue de graui, & peccatum morrale; ſed eſt intelligenda huiuſmodi ſubſtantia, provt verè eaiſtit in illis omoibus circunſtantiis, quæ illam conſtitount io ratione mortalis, vt notat Azor.*lib* 4 *c.*24.*q.*4.*cit.* Neque erit quæſtio niſi de nomine. ſi quis contendat, peccatum hac ratione ſolùm eſſe quid morale; & ideò non poſſe contratiari niſi moraliter: quanuis enim ſit quid morale, id eſt, in genere moris, & oon ſit quid phyſicum, id eſt, ſimplicis & determinatæ naturæ; ſed conſiſtat in certa quadam compleaione, & coniunctione pluriom circunſtantiarum, vt, v.g. quòd ſit ex voluntate deliberata, contra præceptum, ac legem, & circa materiam grauem: quia tamen hæc ipſa compleaio, & coniunctio plurium circunſtantiarum realis eſt, & non ficta ab intellectu, rectè poteſt appellari eſſe phyſicum; & tota quæſtio de phyſica contrarietate peccati cum charitate, in boc conſiſtir, vt quæratur, vtrùm peccatum, provt verè eaiſtit in his omnibus circunſtantiis, ſit cum illa incompoſſibile, idque ipſum poterit diſputari adhuc in duplici ſenſu, id eſt, in ordine ad poteotiam Dei ordinariam, quomodo ſe habent calor, & frigus, & aliæ qualitates contrariæ; & iu ordine ad potentiam abſolutam, quomodo ſe habent priuario, & forma: & ſenſus erit; vtrùm peccatum, & gratia ſolùm ſe eacludant de potentia ordinaria, an verò etiam de potentia abſoluta: & ſiue dicantur ſe excludere in ordine ad banc, ſiue in ordine ad illam, eaplicandum erit vlteriùs, vtrùm id immediatè, & formaliter proueniat ex ipſis formis, & peccatum mortale ex ſua ratione pugnet formaliter cum charitate, & hæc formaliter cum peccato mortali; an verò proueniat ex potentia ipſa Dei agentis, & producentis, vel conſeruantis charitatem, quæ, ſcilicet, ea propria ratione ſit determinata ad illam non producendam, vel non conſeruandam, quando in anima eſt peccatum mortale: ſicut potentia illuminatiua Solis eſt determinata ad lumen non producendum, & non conſeruandum in parte aëris remota, quando babet in parte proaima corpus opacum interpoſitum, etiamſi hoc corpus non habeat formalem oppoſitionem cum ipſo lumine, quod exiſteret in parte illa remota.

Et quidem S.Thom. 1. 2. *queſt.*14. *art.*12.*cit.* & *queſt.*2.*de virtut.art.*13. maaimè videtur velle, quòd huiuſmodi contrarietas proueniat ea ipſa potentia Dei conſeruantis, non autem ex natura peccati, & charitatis: ſiquidem, cùm dixiſſet, quemlibet actum peccati mortalis contrariari charitati; quia hæc ea propria ratione facit, vt Deus diligatur ſuper omnia, & homo totaliter ſe illi ſubiiciat, omnia ſua referendo in ipſum, & regulam præceptorum ipſius in omnibus ſequendo, ſubdit, quòd ſi charitas eſſet habitus acquiſitus, & dependens ex virtute ſubiecti, non oporteret, quòd ſtatim per vnum actum cootrarium tolleretur; quia actus directè ſolùm contrariatur actui, non autem habitui: & ideò ea eo, quòd ſtatim tollat actum contrarium, non ſequitur, quòd etiam habitum ſtatim tollat, cùm hic, vt continuetur in ſubiecto, non requirat continuationem ſui actus; ſed ſolùm corrumpatur per generationem habitus oppoſiti; & iidem actus ſint corruptiui vnius hahitus, qui ſunt generatiui alterius, 2. *Ethic.c.*1.2. & 4 Quia tamen charitas, cùm ſit habitus infuſus, dependet ea actione Dei infundentis: & hic eodem modo ſe hahet in infuſione, & conſeruatione illius, ſicut ſe habet Sol in illuminatione aëris, vt etiam docet S.Auguſt *lib.*8 *de Gen. ad literam, cap.*12.*tomo* 3. inde ait eſſe, quòd ſtatim deſinat eſſe in anima, quando ponitur aliquod obſtaculum influentiæ Dei in anima; ſicut lumen ſtatim deſinit eſſe in aëre, quando ponitur aliquod obſtaculum influentiæ Solis: & concludit, tale obſtacolum infuſionis, & influentiæ eſſe omne peccatum mortale; quia ex hoc ipſo, quòd homo voluntariè præfert peccatum diuinæ amicitiæ, & Dei voluntatem, ipſo exercitio ſui actus peccaminoſi, noo vult in omnibus ſeqoi, conſequens eſt, vt ſtatim perdat habitum charitatis: quaſi potentia Dei, à qua ille habitus dependet in conſeruari, non poſſit ampliùs in illum influere, & ſolùm ſit determinata ad iofluendum, quando in voluntate non eſt contraria diſpoſitio ad non influendum, ſicut potentia illuminatiua Solis eſt ſolùm determinata ad cooſeruandum lumen in parte remota aëris, quando in patte propinqua non eſt interpoſitum corpus opacum.

Quòd ſi vlteriùs quætatur, vnde hoc ipſum habeat diuina potentia, vt ſit determinata ad nou influendum, quando voluntariè ponitur peccatum mortale, addi poteſt ea eodem S.Thoma *ibidem, in reſp.ad* 2.4. & 5. id habere ex his, quæ intrinſecè, & ex propria natora conueniunt peccato mortali, in quantum eſt mortale: quanuis enim quædam peccata mortalia directè poſtuleut ceſſationem diuinæ influentiæ ad conſeruandam charitatem, vt, v. g. peccatum actualis, & formalis contemptus erga ipſum Deum, ſiquidem nullus magis poſtulat priuari babituali principio diuinæ amicitiæ, quàm qui actualiter, & formaliter Deum contemnit, aut odit: & de hoc S.Th.*quæſt.*2.*de virtut.art.*13.*cit.ad* 2. affert verba illa apud Iob cap.21. *Qui dixerunt Deo: Recede à nobis: ſcientiam viarum tuarum nolumus.* Omnia tamen eandem ceſſationem poſtulant indirectè, dum ſcienter, & aduertenter bonum creatum præferunt Deo, vel omittunt præferre bonum diuinum bono creato; & dum deliberatè eligitur circa aliquod obiectum inordinatio voluntatis, maximè reſpuitur diuina ordinatio eiuſdem voluntatis, quæ eſt charitas; & dum quis per actum peccati ſponte, & ſcienter ſe auertit à Deo, ſponte cedit vnioni, & coouerſioni ad euodem Deum, quam tribuit charitas: & ideò ex eodem S.Thom. *quæſt.*2.*cit de virt. art.*12.*ad* 11. de omnibus peccatis mortalibus dicitor Iſa.59. quòd diuidant inter nos, & Deum, & abſcondant faciem eius à nobis: *Iniquitates veſtræ diuiſerunt inter vos, & Deum veſtrum, & abſconderunt faciem eius à vobis.* Et ea his omnibus capitibus quodlibet peccatum mortale determinat diuinam potentiam ad non influendum in conſeruatiooem charitatis, ſaltem ſi debeat operari iuata exigentias rerum, & conformiter earum naturis: & quemadmodum ſi vnus amicus haberet actualiter à ſe dependentem babitum amicitiæ in altero amico, maximè determinaretur ad deſiſtendum ab illius conſeruatione, per hoc, quòd in illo videret, vel formalem coutemptum eiuſdeni amicitiæ, vel interpretatiuum;

terpretatiuum; & virtualem, qualis eſſet in quolibet actu grauis iniuriæ erga ipſum; ita & Deus maximè determinatur ad charitatem non conſeruandam, per hoc, quòd videat quencunque actum peccati mortalis.

6. *Quomodo dicatur à S.Th. quòd peccatum non ſolùm meritoriè, ſed etiam effectiuè deſtruat charitatem.*

Atque hoc totum rectè dicitur ab eodem S.Th. 2.2.*quæſt*.24. *cit. art*.10. præſtari à peccato non ſolùm meritoriè, ſed etiam effectiuè: quia, quòd Deus deſiſtat à conſeruanda charitate, non ſolùm eſt ex Dei lege, qui ſic decreuit, & comminatus eſt illam auferre in pœnam peccati; ſicut decreuit, & comminatus eſt torquere igne: ſed ex ipſa rei natura, vt benè explicat Medina 1.2.*quæſt*.113.*art*.2.*verſùs finem*, §. *Aliud dubium eſt*. Et ſi per impoſſibile peccatum mortale in aliquem caderet, qui iam eſſet extra ſtatum meriti, adhuc corrumperet charitatem, vt notat Caiet. 2.2.*quæſt* 24.*art*.10.*cit*.§.*Ad obiectionem*. Qui etiam rectè explicat *art*.12.per hác particulam, *effectiuè*, non ſignificari, quòd peccatum mortale ſecundùm prioritatem naturæ iam exiſtens in anima, exerceat aliquam efficientiam in corruptionem charitatis; id enim eſſet falſum; cùm accidens non agat effectiuè in ſuo ſubiecto ad deſtructionem oppoſitæ formæ, vt docet S. Thom. 1.2.*quæſt*.85.*art*.1.*ad* 4. ſed ſolùm ſignificari, quòd formaliter, in quantum eſt actio hominis peccantis, ſit ipſa actiua poſitio obſtaculi ad conſeruationem charitatis; quanuis ipſum per ſe, & quaſi in facto eſſe, ſit ipſum formale obſtaculum. Et quemadmodum, qui interponendo corpus opacum ponit obſtaculum ad conſeruationem luminis in parte remota, dicitur abſolutè corrumpere lumen; quia eſt illi primum principium, vnde corruptio: ita & qui opponendo peccatum, ponit obſtaculum ad conſeruationem charitatis, dici debet abſolutè corrumpere charitatem; quia ſimiliter eſt illi primum principium, vnde corruptio, vt notat Vaſquez 1.2. *diſp*.91.*cap*.2.*num*.4. Et hoc modo etiam S.Thom. *quæſt*.2. *de virt.cit. art*.12.*ad* 13. expreſsè ait, quòd charitas non expellitur à peccato, ſicut ab agente, ſed ſicut à contrario.

Atque hic modus explicandi particulam, *effectiuè*, negari non poteſt, quin ſit multò aptior & conformior S.Thomæ, quàm ille alius, quem ponit Salas 1.2.*tract*.13. *ſect*.15.*cit.num*.185. ex Palud.*in* 2. *diſt*.18.*quæſt*.3.*art*.3, quòd peccatum mortale dicatur corrumpere charitatem, non ſolùm meritoriè, ſed etiam effectiuè: quia non ſolùm meretur, vt Deus illam aliquando corrumpat; ſed etiam, vt ſtatim corrumpat; & quia hoc per ſe non habetur ex vi formalis, ac ſolius cauſalitatis meritoriæ, & communiter maximè habetur ex vi cauſalitatis effectiuæ, dicitur peccatum, quoad hunc modum ſtatim inducendi corruptionem charitatis, illam inducere effectiuè.

Sed contra hoc non ſolùm facit, quia augmentum gratiæ, quod meremur, ſtatim dandum, neque à S.Thoma, neque ab aliis communiter dicitur per noſtros actus produci effectiuè; ſed etiam, quia S. Thomas *ibidem* expreſsè ait, ideò charitatem corrumpi effectiuè per peccatum mortale; quia hoc ſemper contrariatur charitati: & ideò corrumpi meritoriè; quia, qui peccando voluntariè agit contra charitatem, dignus eſt, vt Deus ei ſubtrahat charitatem, atque ita eam omnem vim corrumpendi cõprehendit ſub meritoria, quæ poteſt prouenire ex dignitate peccantis, & eam omnem comprehendit ſub effectiua, quæ poteſt prouenire ex contrarietate, prout diſtinguitur à dignitate. Et non eſt dubium, quòd etiam ex dignitate poteſt prouenire, vt charitas ſtatim corrumpatur, ſicut in augmento eiuſdem per actus meritorios, ex eorum dignitate prouenit, vt ſtatim producatur: & alioqui nihil diuerſum aſſignaſſet S.Thomas pro corruptione effectiua aſſignando contrarietatem, & pro morali aſſignando dignitatem, ſi etiam ex hac reuerà prouenit corruptio effectiua.

Et confirmatur: quia idem S.Thom. *quæſt*.2.*de virtut.art*.12.*ad* 11. cùm dixiſſet, accidens quatuor modis poſſe deficere, id eſt, ad deſitionem ſubiecti, ad deſitionem influxus cauſæ efficientis, ad deſitionem termini ad quem refertur, & ad actionem, vel poſitionem contrarij; ſubdit, his omnibus modis deficere charitatem propter peccatum mortale: ſiquidem ſubiectum illius incipit eſſe poſitiuè indiſpoſitum; & impeditur influxio Dei, peccato diuidente inter nos & Deum; & deſinit Deus in ratione terminantis conuerſionem voluntatis; & denique peccatum ipſum eſt illi contrarium: quæ certè omnia multò plùs probant, quàm ſolam vim meritoriam, vt ex ſe patet.

Atque ex his facilè videntur ſolui, quæ in contrarium obiici ſolent. Primò enim, quod obiicit Salas *tract*.13.*cit.diſp*.2.*ſect*.15.*num*.181. peccatum, & charitatem non eſſe in eodem ſubiecto, ſicut requirunt contraria phyſica, cùm peccatum ſit in voluntate, & charitas, vel gratia, ſit in ſubſtantia animæ; non eſſe ſub eodem genere, cùm peccatum ſit actus, & virtus ſit habitus; & non eſſe einſdem ordinis, cùm peccatum ſit naturale, & charitas ſupernaturalis, ſolùm probat, quòd non ſint contraria per contrarietatem ſtrictè acceptam; non autem, quòd non ſint ad inuicem incompatibilia, ſicut eſt interpoſitio corporis opaci in parte propinqua, & conſeruatio luminis in parte remota. Et idem eſt, ſi addatur, quòd peccata non ſemper ſunt aliquid poſitiuum, ſed ſæpè conſiſtunt in omiſſione actus: ſimiliter enim illa omiſſio, eo ipſo, quòd eſt voluntaria, & peccatum, per ſuam realitatem negatiuam eſt incompatibilis cum charitate; ſicut & eſſet incompatibile cum conſeruatione luminis in parte remota, ſi in parte propinqua interponeretur particula vacui; & ideò neque etiam eſt, quòd huiuſmodi contrarietas, aut oppoſitio dicatur propriè eſſe poſitiua, & tanquàm entis cum ente, qualis eſt oppoſitio contraria, & relatiua, vel propriè eſſe negatiua, & tanquàm non entis cum ente, qualis eſt oppoſitio priuatiua, & contradictoria; ſed poteſt reduci ad vtranque, ſicut & reducitur in exemplo poſito de corruptione luminis, interpoſitio obſtaculi poſitiui, aut negatiui. 7. *Soluuntur, quæ poſſunt obiici contra phyſicam contrarietatem peccati, & gratia.*

Deinde, quod obiicit, habitui charitatis minùs contrariari peccatum, quàm virium; ſiquidem actus minùs contrariatur habitui, quàm actui; falſum eſt, ſi contrarietas accipiatur in ordine ad impediendam diuinam potentiam ab actu influendi in charitatem; non autem in ordine ad ipſam charitatem formaliter, vt patet ex dictis. Et prætereà, quanuis peccatum, in quantum formaliter eſt operatio & actus, minùs contrarietur habitui; in quantum tamen eſt forma quædam formaliter conſtituens odibilem Deo, maximè contrariatur cuicunque alteri formæ, quæ formaliter facit amabilem Deo, ſiue hæc forma ſit charitas, ſiue gratia.

Tertiò; quòd ait, ſpecies peccatorum eſſe infinitas; abſurdum autem eſſe, quòd charitati infinita ſint contraria, facilè ſoluitur, ſi dicamus, contrarietatem omnibus huiuſmodi ſpeciebus conuenire ſecundùm rationem communem peccati, quæ eſt analoga ad omnia peccata inferiora; atque ita charitati contrariari rationem peccari, tanquàm vnam.

Et

Er ſimiliter, quòd virtures ioſuſæ ſint plures, & ideò nõ poſſit vnũquodque peccatũ cõtrariari omnihus,ſolùm prohat,quòd ooo coottarierur illis ratione ipſarũ,ſed ratione charitatis,cui ſunt annexæ, & ſiue qua remanere oõ poſſunt,vt ſuppooimus *ex 1.2.q.65.art.2.* Vnde etiã S.Th.1.2.*q.71.art.4.& 2.2.q.24.art.12.ad 5.& ſæpè alibi*,clarè excipit ab huiuſmndi cõrratietate fidẽ, & ſpẽ,quæ poſſunt remanere etiam ſine charitate, & in homine peccatore; quãuis nõ remaneant niſi informes, & extra ſtatum virtutis: & de his ſpecialiter aſſerit *art.12.cit.*quòd ſolùm tollãtur per quædã determinata peccata,ſicur charitas tollitur per omne mortale,id eſt,ſolùm per illa,quæ ſpecialiter Deum determinãt ad deſiſtendũ ab illarum conſeruatione; ſicut omne mortale ratione voluntariæ auerſionis, quam continet, determioat ad deſiſtendum à conſeruatione charitatis.

Quartò,quod ait,cõtraria phyſica poſſe eſſe ſimul in gradu remiſſo;peccatũ verò mortale, & charitatẽ,ſiue ſint in gradu intenſo,ſiue remiſſo,non poſſe; falſum eſt,ſi intelligatur vniuerſaliter,& poſitiuè de omnibus contrariis phyſicis:quod enim id nõ pertineat ad rationem huiuſmodi contrarietatis,patet manifeſtè in actibus aſſenſus,& diſſeoſus,amoris,& odij, & ſimilibus, quæ neque etiã in gradu remiſſo poſſunt eſſe ſimul:ac proiode cùm aliqoibus cõtrariis id conueniat,vt ſiot ſimul in gradu remiſſo; & aliquibos non conueniat,de vnoquoque in particulari ex propria illius ratione eſt attendendũ,vtrùm id habeat,vel non habeat: & ſicut actus aſſenſus,& diſſenſus circa idem obiectum ex propria ratione ſe excludunt in omni gradu;ita & peccatum,& charitas. Et præterea, quidquid ſit de contrariis propriè dictis,vtrùm poſſint eſſe ſimul io gradu remiſſo,nõ debet mirum videri, quòd hoc non habeant peccatum,& charitas; ſiquidem neque id habet obſtaculum, aut vacuum interpoſitum in parte propinqua reſpectu luminis,quod tollit in parte remota.

Quintò, qoòd peccatum mortale ſecundùm eſſe phyſicum ſæpè ſit eiuſdem rationis cum veniali, imò etiam cum actu indifferente, & hono; ſolùm prohat, quòd contrarietatem non habeat cum nuda eſſentia, & ſubſtantia actus, prout præſciodit à certa complexione circunſtantiarum; ſed prout reperitur ſimul cum circunſtantiis. Et ſi hoc appelletur eſſe motale, & ſolùm dicatur fundare contrarietatem moralem, non eſt magnoperè laborandum, dummodo conſtet, quòd totum hoc eſſe morale ſit verum, & reale, & ex illius natura proueniat contrarietas,etiam præſcindendo ab omni lege,ac libero decreto ipſius Dei, ex quo ſolùm capite negatur huiuſmodi contrarietas eſſe propriè meritoria.

Sextò,quòd charitas, & habitus per ſe infuſi ſolùm à Deo producãtur, & cnoſeruentur,& ideò ſolùm à Deo poſſint corrumpi, non autem à contrario;ſolùm probat,quòd à Deo poſſint corrumpi per ſobtractionem poſitini concurſus; non autem probat, quòd etiam ah aliis non poſſint corrumpi per oppoſitionem obſtaculi: & quemadmodum ex eo quòd lumen tantùm à Sole producatur in aëre,non ſequitur, quòd tantùm à Sole poſſit corrumpi, & nullo modo ab aliis,qui interponunt corpus opacũ; & ex eo quòd anima rationalis ſolùm à Deo producatur, & conſeruetur, non ſequitur, quòd etiam ab igne, & aliis agentihus naturalibus non poſſit ſeparari à corpore, & quòd noo poſſet etiam corrũpi ſimpliciter, ſi eſſet forma à ſubiecto dependẽs, vt notat Caiet.2.2.*q.24.a.*10. ita neqoe ex eo,quòd charitas ſolùm producatur,& conſeruetur à Deo.

8. Denique,ſi obiicias, poſſe contingere,vt aliquod peccatũ mortale nullam habeat oppoſitionem cum charitate, vt,v.g.ſi quis ignoret iouincibiliter Deũ, vel abſolutè,vel tanquàm finẽ ſupernaturalẽ; & tamẽ peccet mortaliter cõtra legẽ naturæ;& addas, in hoc caſu nõ præferri honũ creatũ bono diuino,nec ſponte eligi inordinationẽ voluntatis erga Deũ,aut ſponte reſpui ordinationẽ oppoſitã, quæ eſt charitas;nec cedi vnioni,& conuerſioni, quæ ad illũ habetur,cùm Deus,& bonũ diuinom ſub his omnihus modis inuincibiliter ignoretur;facilè poteſt reſpõderi,impoſſihile eſſe,vt peccatum,ſaltẽ implicitè,& in actu exercito,nõ habeat oppoſitionẽ com charitate:quia, quanuis fortaſſe nõ implicet,vt Deus inuincibiliter ignoretur,quoad explicitã,& formalem rationẽ Diuinitatis, aur finis ſupernaturalis;non tamen poteſt inulocibiliter ignorari,quoad rationem implicitã,& confuſam, ſaltẽ materialẽ primæ regulæ:& eo ipſo, quòd quis peccando morraliter cõtra lumẽ naturæ,ſponte eligit inordinationẽ cum recta ratione; & ſponte auertitur à regula operationis,& prauitatẽ in actu exercito voluntariè præfert rectitudini, ſponte eligit inordinationem cum Deo, & auerſionem ah ipſo, qui primò & maximè eſt recta ratio,& prima regula operationis, vt docet S.Th. 1.2.*q.71.art.6.* Et ſicut rectè dicimur,quòd quidquid volumus, volumus propter vltimũ finem:quia omnia bona particularia ſunt quædã participationes, & inchoationes vltimi honi;& hoc in mouẽdo appetitũ,ſe habet ſicut mouens ſimpliciter primum,à quo dependent alia omnia mouentia ſecundaria, vt probat S.Th.1.2.*q.1.a.6.* ita & rectè dicimur, quòd dum peccamus cõtra regulã proximã noſtratũ operationũ,etiã peccamus contra regulã primã,quæ eſt Deus;cùm ſimiliter etiã regula proxima ſit quædam participatio primæ regulæ, neque poſſint regulãtia proxima regulare operationes,niſi depẽdenter à regulãte ſimpliciter primo;& impoſſibile ſit, vt quod eſt contra vnã aliquã rectam rationẽ,non ſit contra omnẽ, circa idem obiectũ;& quod eſt contra vnam regulã,non ſit contra omnẽ, vt notat Greg. Arimin. *in 2.diſt.34.q.1.art.2.poſt initium.* Neque ad hoc eſt neceſſariũ,vt explicitè & ſignanter huiuſmodi ratio primæ regulæ apprehendatur io Deo;ſed ſatis eſt,ſi aduertatur, quòd hîc, & nunc operatio exerceatur contra rationẽ, & contra regulam, & cum hac difformitate ad rationem,& regulam voluntariè exerceatur, quæcunque tandem ſit huiuſmodi ratio, & regula,cui eſt difformis:ſicut enim filius,ſi pareotes confusè cognitos maledictis inceſſat,verè peccat in veros parentes peccato impietatis,etiamſi diſtinctè ignoret,quòd hic, aut ille ſit ſuus parens; ita & qui peccat in verã regulam rectè agendi,ſolùm confusè & implicitè cognitam,peccat in illum, qui eſt ſimpliciter vera regula,id eſt,in Deum,etiamſi diſtinctè ignoret, quòd ipſe ſit huiuſmodi regula. De qoa re plura poſſunt videri apud Salas 1.2.*tract.*13.*diſp.*2.*ſect.4.præſertim n.63.* & apud Azor. *tom.1.lib.4.c.1.q.4.& c.21.q.6.in fine*,& apud Vaſq. 1.2.*diſp.96.*

Quomodo peccatũ mortale ſit contra Deum, & opponatur charitati in eo, qui Deum ignorat inuincibiliter.

DISPVT. VII.

Vtrùm in omni peccato ſit aliquis actus.

1. *Duplex opinio relata à S.Thoma.*
2. *Conciliatur vtraque opinio ab eodem S.Thom.*
3. *Ex S.Thoma abſolutè eſt dicendum, quòd poſſit eſſe omiſſio ſine omni actu, etiamſi ſemper ſit cum aliquo actu,qui ſit illius cauſa,vel occaſio.*
4. *Secundùm multos ſimpliciter, & omni modo poteſt eſſe omiſſio ſine omni actu.*
5. *Probatur primò ex ratione voluntarij,& liberi.*

6. *Et*

6. *Et ex ratione contingentiæ,quæ eſt formale ſpecificatiuum potentiæ liberæ.*
7. *Et ex ratione voluntarij indirecti.*
8. *Et ex ratione deliberationis, & conſultationis.*
9. *Et ex propria ratione ipſius omiſſionis.*
10. *Et ex abſurdo.*
11. *Explicatur ſtatus quæſtionis.*
12. *Omiſſio poteſt eſſe ſine omni actu , qui per ſe ad illam pertineat.*
13. *Peccatum, tam in natura , quàm in ratione , ſolùm attenditur ex declinatione à regula operationis;non autem ex declinatione à fine intento per operationem.*
14. *Omiſſio non poteſt eſſe ſine omni actu , qui ſaltem ex accidente ad illam pertineat.*
15. *Omiſſio externa non poteſt eſſe ſine omni actu externo, & ſine omni interno.*
16. *Omiſſio interna non poteſt eſſe ſine omni actu interno, ſaltem intellectus.*
17. *Omiſſio interna non poteſt eſſe ſine omni actu interno voluntatis.*
18. *Quia non poteſt de nouo comparari cum voluntate, vt effectus,niſi contingat aliqua variatio in ipſa voluntate.*
19. *Potentia contradictionis non reſpicit negationem æquè primò,& per ſe cum affirmatione, ſed ſolùm mediante affirmatione.*
20. *Negatio actus non poteſt per ſe,& ratione ſui mouere voluntatem.*
21. *Pura omiſſio non poteſt cauſari à fine ſine aliquo actu voluntatis.*
22. *Ad primum pro prima ſententia.*
23. *Ad ſecundum.*
24. *Quomodo Deus poſſit præcipere ſuſpenſionem omnis actus, vel prohibere omnem electionem.*
25. *Non poteſt Deus circa peccata, & mala ſuſpendere omnem actum.*
26. *Ad tertium.*
27. *Quomodo peccato omiſſionis debeatur pœna ſenſus.*
28. *Ad quartum.*
29. *Ad quintum.*
30. *Ad ſextum.*
Quomodo actus , cum quibus reperitur omiſſio, participent , aut non participent ab illa malitiam.

CONTRA id,quod *ſuprà* diximos ex S.Thom. 1.2.*quæſt.*71. *art.* 1.3.& 4. peccatum à vitio hoc differre, quòd conſiſtat in actu malo ; non autem in habitu;facilè poteſt dubitari:quia peccatum omiſſionis non conſiſtit in actu malo, ſed in ſola negatione actus præcepti : & ideò cum eodem S. Thom.*art.*5.hoc ipſum ſpecialiter eſt explicandum, an , & quomodo ſemper ſit aliquis actus , etiam in peccato omiſſionis. Et quidem S.Thom.*eo art.*5.affert primò duplicem opinionem. Alteram , quòd etiam in illo ſemper ſit aliquis actus , vel interior, vel exterior,vt cùm quis per actum interiorem poſitiuè vult non ire ad Eccleſiã, quando tenetur,v.g. audire Sacrum ; vel per actum exteriorem eo ipſo tempore , quo ire tenetur, occupat ſe, v.g.ludo, aut aliis impedimentis. Alteram verò, quòd non ſemper ſit aliquis actos,ſiue interior, ſiue exterior ; ſed aliquando ſolùm ſit ipſum non facere , quod quis tenetur. Et primam opinionem *quæſt.*2.*de malo,art.*5.addit,maximè inniti communi definitioni S.Aug. *lib.*22. *contra Fauſtum , cap.*27.*tomo* 6. quòd peccatum ſit dictum , vel factum , vel concupitum contra legem Dei : & ſecundam eidem definitioni non repugnare ; quia nomine dicti , facti , & concupiti etiam comprehenditur , non dictum , non factum, non concupitum, cùm ad genus,in quo eſt affirmatio , referatur etiam negatio ; & tam debere , quàm non debere pro eodem accipiantur.

1. *Duplex opinio relata à S.Thom.*

2. *Conciliatur vtraque opinio ab eod. S. Thom.*

Deinde conciliat S.Thomas vtranque ſententiam, ponendo duas concluſiones. Et prima eſt, quòd ſi conſideretur peccatum omiſſionis ſecundùm id, quod per ſe pertinet ad rationem illius,& tanquàm de eſſentia, poteſt eſſe ſine omni actu. Secunda, quòd ſi conſideretur ſecundùm id , quod ad ipſum requiritur, tanquàm cauſa , vel occaſio, non poteſt eſſe ſine omni actu:quia,quòd voluntas alioqui indifferens ad faciendum aliquid, & non faciendum, declinet determinatè ad non faciendum , & ipſum non facere ſit formalis determinatio indifferentiæ ipſius,& referatur in illam,tanquàm in cauſam,non poteſt prouenire , niſi ex aliqua cauſa, aut occaſione,id eſt, ex aliquo, cum quo naturaliter ſit connexum tale non facere , & quod per ſe ſit poſitum in poteſtate voluntatis : quia enim hoc, quod eſt,v.g. non audire Sacrum , non poteſt referri in voluntatem,tanquàm in cauſam,niſi quia directè per ſe conſequitur ex actu nolendi audire,vel indirectè,& per accidens ex actu volendi ludere , aut aliter domi manere , omninò debet eſſe annexum alicui actui, neque poteſt per ſe ipſum cauſari ſine omni actu. Verùm , quia iudicium de rebus abſolutè eſt dandum ex iis,quæ ad res pertinent per ſe, & ex intentione agentis ; non autem ex iis, quæ pertinent ſolùm per accidens,& præter intentionem,ideò concludit, quòd abſolutè omiſſio poteſt eſſe ſine omni actu : quia , quanuis ſemper ex neceſſitate requirat aliquem ; non tamen ſemper talis actus ad omiſſionem ſe habet per ſe,ita vt directè, & ex intentione agentis ſuper illam cadat ; ſed aliquando ſe habet ſolùm per accidens : quia directè , & per ſe ſolùm cadit ſuper aliquid aliud , vt quando quis ex intentione ludendi omittit Sacrum;non autem ex intẽtione omittendi : & alioqui ſi ad eſſentiam peccati omiſſionis pertinerent cauſæ,vel occaſiones per accidens , etiam ad eſſentiam aliorum peccatorum actualium dicendæ eſſent pertinere occaſiones , & actus circonſtantes, v.g.ad peccatum furti,actus videndi, aut loquendi, qui fortè contingit, dum quis furatur : quod tamen eſt falſum.

3. *Ex S.Th. abſolutè eſt dicẽdum, quòd poſſit eſſe omiſſio ſine omni actu; etſi ſemper ſit cum aliquo actu , qui ſit illius cauſa, vel occaſio.*

4. *Secundùm multos ſimpliciter , & omni modo poteſt eſſe omiſſio ſine omni actu.*

Sed contra hanc doctrinam huius articuli 5. ſentit Ricc.*in* 2.*diſt.*35.*art.*1.*q.*1.& *quodlib.*1.*quæſt.*22. Dur.*in* 2.*diſt.*35.*cit.quæſt.*2.Marſ.*in* 2.*quæſt.*21.*art.* 2.Adrian.*in* 4 *quæſt.*3.*de Euchar.*quæ incipit : *Vlterius videndum.in ſolut.*7. Almain.*tract.*3. *Mor.c.*15. Baſſolus *in* 2.*diſt.*35.*quæſt.vnica,art.*1. Argent.*ibidem,quæſt.*1.*art.*1. Ægid.*quæſt.*1.*art.*2. & ex recentioribus Med. 1.2.*q.*71. *art.*5. Val.1.2. *diſp.*2.*q* 1 & *diſp.*6.*q.*1.*puncto* 2.Suar. *tomo* 1.*in Metaph.diſp.*19. *ſect* 4.*n.*8. Azor.*tomo* 1.*lib.*4.*cap.*3.*quæſt.*3.Salas 1.2. *tract.*13.*diſp.*2.*ſect.*5. & plures alij apud ipſum,qui abſolutè pronunciant,poſſe eſſe puram omiſſionem ſine omni actu ; quanuis communiter,& moraliter ſemper ſit cum aliquo actu. Et pro hac ſententia hæc videntur præcipuè facere.

5. *Probatur primò ex ratione voluntarij,& liberi.*

Primò , quia omiſſio non indiget actu poſitiuo ad hoc , vt ſit voluntaria , & libera : ergo , ſi ſit de re præcepta , neque etiam indiget actu poſitiuo, ad hoc, vt ſit peccatum : ſicut enim, tam actus, quàm negatio , ſunt immediatè ſub poteſtate , & dominio voluntatis , & potentiæ liberæ , non autem ſolùm mediante alio ; ita & poſſunt ab illa immediatè cauſari ; non autem ſolùm mediante alio. Vnde Ariſtoteles 3.*Ethic.cap.*5.*initio*,docet,quòd quando in poteſtate noſtra ſitum eſt agere , ſitum eſt etiam non agere;& ſimili modo eſt ſitum vtrunque,id eſt,

æquè

æquè immediatè, & per ſe. Et quemadmodum potentia rationalis, 9. *Metaph. text.* 3. definitur eſſe illa, quæ, eadem cùm ſit, eſt principium contrariorum: ita & voluntas, quæ eſt potentia, oon ſolùm ad contraria; ſed etiam ad contradictoria, æqualiter ſe habet, tam ad contraria, quàm ad contradictoria: & ſicut immediatè eſt principium oppoſitorum contrariè; ita & debet eſſe principium oppoſitorum contradictoriè, id eſt, actus, & negationis actus, vel omiſſionis: & alioqui ſi ad actum, v.g. volendi audire Sacrum compararetur immediatè, & ad negationem actus volendi audire, ſolùm comparatur mediante alio actu, v. g. mediante voluntate ludendi, non poteſt dici reſpectu vtriuſque ſe habere, vt potentia contradictionis; ſiquidem velle audire Sacrum, & velle ludere non audiendo Sacrum, non ſunt contradictoria.

6.
Secundò ex ratione contingētia, quæ eſt formale ſpecificatiuū potentia liberæ.

Secundò, quia libertas, vel potentia contradictionis formaliter reſpicit actum, vt contingentem, id eſt, vt potentem eſſe, & potentem non eſſe, & ab illo formaliter, vt contingente, ſpecificatur: ergo, ſicut actus in ſua contingentia non inuoluit mediationem alterius actus, ita vt eum eſſe contingentem, ſit per ſe ipſum immediatè poſſe eſſe, & mediante alio actu poſſe non eſſe; ita neque eam inuoluet potentia contradictionis. Vnde, etſi voluntas ad nullum alium actum ſit conſtituta in actu primo cum indifferentia, niſi ad volendum audire Sacrum; quia, ſcilicet, nullam habet actualem notitiam ludi, vel alterius incompoſſibilis cum illo actu; vel Deus poſitiuè ſuſpendat concurſum ad omnem alium actum, imò ſi abſolutè per impoſſibile nullus alius actus ſit poſſibilis, niſi voluntas audiendi Sacrum; adhuc ad illum ſe habebit, vt potentia contradictionis, & potens elicere, & non elicere, ac proinde potens omittere ſine alio actu: neque enim in tali caſu poterit Sacrum ſe habere, ſicut Deus clarè viſus, & tanquàm obiectum purè bonum, & ſine vlla admixtione mali, tam in ſe, quàm in ordine ad actum; ſicut requiritur ad hoc, vt neceſſitet voluntatem, quoad exercitium actus, & omninò determinet ad non omittendum. Et quod diximus de hoc obiecto particulari, poteſt ſimiliter dici de tota collectione plurium obiectorum, quæ ſimul ab intellectu repræſentantur voluntati; neque enim etiam tota collectio voluntatem neceſſitat: & ſicut poteſt liberè operari, & non operari circa ſingula; ita & poteſt liberè operari, & non operari circa omnia: & de facto liberè omitteret operari circa omnia, ſi Deus illi præciperet ſuſpenſionem omnis actus, & ipſa præceptum ſeruaret, vel præciperet poſitiuam elicitionem alicuius actus indeterminatè, & ipſa præceptum tranſgrederetur: neque enim poteſt ſeruare præceptum de nullo actu eliciendo, niſi ceſſando ſimpliciter ab omni; neque poteſt violare præceptum de eliciendo aliquo indeterminatè, niſi omittendo elicere omnem ſimpliciter. Et eadem ratione Deus ipſe circa aliquod obiectum videtur habere puram omiſſionem actus, id eſt, omnimodam ſuſpenſionem, v.g. circa peccata, & mala; ſiquidem hæc neque vult fieri, cùm non poſſit eſſe illorum author; neque vult non fieri, ne alioqui eius voluntas conuincatur non eſſe efficax, ad perfectè implendum id totum, quod vult; ac proinde negatiuè ſe habet circa fieri, & circa non fieri, & ſuſpendit vtrunque actum.

7.
Tertiò ex ratione voluntary indirecti.

Tertiò, quia ad voluntarium indirectum, quod eſt à voluntate, in quantum non eſt agens, ex ipſo S. Thom. 1. 2. *quæſt.* 6. *art.* 3. ſatis eſt, ſi voluntas poſſit, & debeat illud agere: &, vt idem habet *quæſt.* 71. *art.* 5 *ad* 2. & *quæſt.* 2. *de malo, art.* 1 *ad* 2. non ſolùm dicitur aliquid voluntarium, quia actus voluntatis cadit ſuper ipſum; ſed etiam, quia eſt in poteſtate noſtra, vt fiat, vel non fiat; & ipſum etiam non velle poteſt dici voluntarium, in quantum eſt in poteſtate hominis velle, & non velle: ergo, cùm voluntarium indirectum non ſupponat neceſſariò voluntarium directum, neque actu ab illo dependeat, poterit ipſum non velle per ſe, & immediatè eſſe voluntarium indirectè, id eſt, à voluntate, vt non agente; non autem ſolùm mediante alio velle; & per conſequens etiam omiſſio poterit eſſe ſine omni actu. Atque hac ratione in ſacris Literis ad peccatum omiſſionis nihil aliud requiritur, niſi poteſtas ad oppoſitum, & aduertentia, vt patet Iac. 4. *Scienti bonum, & non facienti, peccatum eſt illi.* & Lucæ 12. *Seruus ſciens voluntatem Domini, & non faciens, vapulabit multis.* Et eandem ob cauſam S. Thom. 2. 2. *quæſt.* 79. *art.* 4. *ad* 4 dum ait, peccato omiſſionis deberi pœnam ſenſus, iuxta illud Matth 7. *Omnis arbor, quæ non facit fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur.* addit, eam ſolùm deberi propter radicem, ex qua procedit; non autem propter actualem conuerſionem, quam neceſſariò habeat ad bonum commutabile: quod tamen falſum eſſet, ſi neceſſariò ſemper haberet aliquem actum; imò etiamſi habeat, impoſſibile eſt, quòd ſemper ratione illius debeatur omiſſioni pœna ſenſus: ſiquidem fieri poteſt, vt ille ſit intrinſecè bonus, vt ſi quis, v.g. velit Deum diligere, aut laudare; & ideò impediatur, ne honoret parentes, aut proximo ſuccurrat in extrema neceſſitate.

8.
Quartò, ex ratione deliberationis, & conſultationis.

Quartò, quia voluntas, in quantum eſt potentia libera, eſt agens per electionem, id eſt, ex præcedente conſultatione, cùm electio nihil aliud ſit, niſi ſpontaneum præconſultatum, 3. *Ethic. cap.* 1. *in fine:* ergo & id ſolum, & id omne poteſt eligere, de quo præcedit conſultatio; & ideò ſi hæc præcedat ſolùm de actu, & de negatione actus, non autem de aliquo tertio, poteſt voluntas non ſolùm actum, ſed & negationem actus eligere, ſine vllo tertio. Quòd autem conſultatio poſſit aliquando reuerà præcedere ſolùm de actu, & de negatione actus ſine vllo tertio, ſatis videtur conſtare experientia ipſa; & quia 3. *de anima, text.* 57 ſolùm dicitur conſiſtere in menſuratione plurium per vnum; quæ tamen menſuratio optimè poteſt fieri ſuper actum, & negationem, ſi hæc ſola, & abſque tertio conferatur in ratione boni, & conuenientis ipſi operanti. Et denique, quia nihil apparet, vnde poſſit oriri huiuſmodi neceſſitas adhibendi etiam tertium in conſultationem, & deliberationem: & quare is, qui deliberat, v.g. de Sacro audiendo, aut non audiendo, omninò debeat ſimul deliberare de ludendo; ſiquidem neque poteſt id prouenire ex parte ſpecierum intelligibilium, & phantaſmatum, quæ ſint ad inuicem ita connexa, vt viſus vnius ſecum trahat neceſſariò etiam viſum alterius; neque ex parte obiectorum, quæ poſtulet ſimul cognoſci; neque ex parte intellectus, qui ex proprio modo operandi ſit ita determinatus. Imò, ſi intellectus ad hoc, vt proximè conſtitueret voluntatem ad duas partes contradictionis, v.g. ad volendum audire Sacrum, & non volendum audire, deberet illam ſimul conſtituere ad actum tertium, v.g. ad volendū ludere; apertè ſequitur, quòd ſimul debeant eſſe in intellectu infinitæ deliberationes, neque poſſit proximè conſtituere voluntatem ad vnam contradictionem, niſi conſtituat ſimul ad infinitas; quia enim ad actum tertium volendi ludere, ſimiliter conſtituitur voluntas, tanquàm potentia libera, ſimul cum illo omninò conſtituitur etiam ad negationem illius: & ſi ad cauſandam hanc ipſam negationem volendi ludere, indiget alio actu, v. g. volendi ſtudere,

ſtudere, ſimul erunt in intellectu tres deliberationes, id eſt, de audiendo, vel non audiendo Sacro; de ludendo, vel oon ludendo; & de ſtudendo, vel oon ſtudendo: & ſi vlteriùs ad hoc ipſum, quod eſt, non ſtudere, iodiget alio actu, v.g. volendi orare, ſimul erit etiam quarta deliberatio de orando, vel non orando, & ſic io infinitum; quod tamen eſt maximè abſurdum, & contra experientiam.

9. *Quintò, ex propria ratione ipſius omiſſionis.*

Quintò, ad hoc, vt negatio actus conueniat voluntati, oon eſt opus actu tertio: ergo neque ad hoc, vt conueniat priuatio actus, & vera omiſſio. Antecedeos apertè conceditur à S. Thom. 1.2.*q.*71.*art.*5.*cit.* qoando ait, omiſſionem actus aliquando eſſe ſine omni actu, tam interiore, quàm exteriore, vt cùm quis hora, qua tenetur ire ad Eccleſiam pro audiendo Sacro, nihil cogitat de eundo, vei non eundo. Et ratio eſt: quia hoc, quod eſt, v.g. non velle audire Sacrum, eſt qoid maximè iodefinitum, & ex ſe ipſo ſimiliter ineſt tam illi, quod eſt, quàm illi, quod non eſt, vt habet Ariſtoteles *in cap. de oppoſitis*, & ſpecialiter de verbo infinito, 1.*periherm. cap.*3. Et ſicut, vt ipſum exiſtat, non requirit ſubiectum exiſtere: ita oec poteſt requirere actum tertium. Conſequentia verò probatur: quia huiuſmodi oegatio actus, quæ conuenit voluntati ſine actu tertio, poteſt ſimiliter ſine vllo ordine ad actum tertium incipere eſſe prioatio, per hoc ſolùm, qood voluntati accedat cognitio, & per illam proximè conſtituatur ad actum oppoſitum: ſicut enim per hoc ſolum, quòd ſubiecto carenti viſo, accedat aptitudo ad viſum, incipit carentia viſus ad illud comparari, vt priuatio, cùm anteà ſolùm compararetur, vt negatio; ita & carentia actus volendi audire Sacrum, per hoc ſolùm, quòd accedat cognitio, & proxima aptitudo ad volendum audire, poteſt incipere eſſe prioatio, & vera omiſſio, etiam præſcindendo ab actu tertio. Neque ex eo, quòd cognitio, & potentia proxima voluntatis ſolùm ſit ad volendum aodire, nullo autem modo ad volendum ludere, ſequitur, quòd ſit determinata ad actum volendi audire, & non maneat indifferens etiam ad omiſſionem actus: quia ex Trideot. *ſeſſ.*6.*can.*4.*de iuſtific.* ſemper voluntas, quando ad aliquid à Deo mouetur, & excitatur, poteſt, ſi velit, ooo aſſentiri; & ideò etiam, quando eſt excitata, vel proximè conſtituta ad volendum audire, poteſt non velle audire.

10. *Ex abſurdo.*

Sextò, ſi omiſſio ſemper eſſet cum aliquo actu, ſemper illi communicaret malitiam, atque ita qui domi manens, & Sacrum omittens, priuatim oraret, aut ſtuderet, oon ſolùm peccaret formaliter omittendo Sacrum; ſed etiam orando, ant ſtudendo: quod tamen eſt falſom.

11. *Explicatur ſtatus quæſtionis.*

Pro ſolutione aduertendum eſt, quando quæritur, vtrùm omiſſio poſſit eſſe ſine omni actu, de duplici omiſſione, & de duplici actu poſſe eſſe quæſtionem, id eſt, de omiſſione actus exterioris, qualis eſt, v.g. auditio Sacri; & de omiſſione actus interioris, qualis eſt volitio audiendi Sacrum: & de vtroque poteſt quæri, vtrùm requirat aliquem actum exteriorem, & vtrùm requirat aliquem actum interiorem: & loquendo de actu interiore, ſimiliter poteſt quæri, vtrùm reqoirat actum intellectus, & vtrùm requirat actum voluntatis: & ſi dicatur requirere aliquem, vtrùm requirat per ſe, & tanquàm cauſam, quæ directè in illam feratur; an verò ſolùm per accidens, & tanquàm occaſionem, quæ ſolùm ex accidente, & indirectè habeat omiſſiooem ex ſe conſequentem.

12. *Omiſſio poteſt eſſe ſine omni actu, qui per ſe ad illam pertineat.*

Dicendum eſt primò: Omiſſio, tam externa, qoàm interna, non requirit aliquem actum, ſiue internum, ſiue externum, qui per ſe ad illam pertineat. Ita expreſsè S. Thom. 1.2. *quæſt.*71. *art.*5. *& in* 4. *diſt.*35. *quæſt.*1. *art.*3. *& quæſt.*2. *de malo, art.*1. vbi ait, ſi in peccato omiſſionis intelligatur illud ſolum, quod per ſe pertinet ad rationem illius, aliqoando poſſe eſſe ſine omni actu, ſiue interiori, ſiue exteriori: ſicut, cùm aliqois hora, qua tenetur ire ad Eccleſiam, nihil cogitat de eundo, vel non eundo, & ex hac actuali incogitantia omittit ire: quanuis enim, vt idem ſubdit, de ratione peccati ſit volontarium, & ratio voluntarij neque etiam debeat deeſſe in peccato omiſſionis; non tamen eſt neceſſarium, vt habeatur ex aliquo actu voluntatis, qui per ſe cadat in ipſam omiſſiooem; ſed poteſt haberi etiam ex actu, qui per ſe cadit io ignorantiam, & incogitantiam, vel in cauſam illius, qoando in ipſa incogitantia eſt præuiſa omiſſio: & huiuſmodi actus, qui non cadit per ſe in omiſſionem, dicitur pertinere per accidens ad peccatum omiſſionis, vt explicat S. Thom. *in* 3. *d.*35. *quæſt.* 5. *art.*3. *cit.* qoia, qui Sacrum omittit, verbi gratia, non ideò peccat, qoia iudat, aut ſtudeat, cùm hæc ex ſe non ſint illicita; ſed, qoia omittit id, quod debet non omittere: & in hoc proximè, & formaliter fundatur malitia, & deformitas omiſſionis, non in illis; eámque ob cauſam dicuntur ad huiuſmodi malitiam pertinere per accidens, cùm non pertineant per ſe. Atque hoc modo certiſſimum eſt, quòd multæ contingant omiſſiones ſine actu, qui per ſe ad illas pertineat, qualis eſſet, verbi gratia, directa volitio omittendi, & externa operatio, quæ formaliter fieret ad omittendom. Idque ipſum efficaciter probat illa ratio, quam pluribus explicat idem S. Thom. *quæſt.* 2. *de malo, art.* 1. *cit.*

13. *Peccatũ tam in natura, quàm in ratione, ſolùm attẽditur ex declinatione à regula operationis; non autem ex declinatione à fine intẽto per operationem.*

quòd peccatum, tam in iis, quæ fiont ex natura, quàm in iis, quæ fiunt ex arte, & ex ratione, contingat ex hoc, quòd declinetur à regula, & menſura operationis, quæ io oaturalibus eſt ipſa inclinatio conſequens formam, & io artificialibus, & rationalibus eſt ipſum dictamen artis, & rationis; & ab hoioſmodi declinatione à regula operationis magis dependeat ratio peccati, quàm à declinatione à fine, propter quem eſt operatio: quia, quanuis Medicus non conſequatur ſalutem ægroti; adhuc tamen non eſt dicendus peccare, ſi det potionem ſecundùm artem: & contrà maximè peccat, ſi diuertat à regula dandæ potionis, etiamſi fortaſſe ex aliquo alio accidente non diuertat à fine, & ſalus ægroti adhuc ſequatur: quia enim regula operationis in moralibus eſt recta ratio, & hæc, vt conſtituat medium inter ſuperfluum, & diminutum, ſimul debet prohibere, & negare aliqua, ne quid contingat ſuperfluom, & aliqua præcipere, & affirmare, ne quid contingat diminotum; non ſolùm poteſt ab illa recedi per affirmationem, & poſitiooem actus, quæ eſt contra prohibitionem, & negationem regulæ; ſed etiam per oegationem, & omiſſionem, quæ eſt contra affirmationem, & præceptionem, ac proinde peccatum poteſt conſiſtere etiam io omiſſione; non autem eſt oeceſſarium, vt ſemper conſiſtat in actu, & poſitione.

14. *Omiſſio non poteſt eſſe ſine omni actu, qui ſaltẽ ex accidente ad illam pertineat.*

Dicendum ſecundò: Probabiliſſimum eſt, quòd omiſſio, tam interna, quàm externa, neceſſariò reqoirat aliquem actom, qui vel per ſe, vel ſaltem ex accidente ad illam pertioeat, tanquàm cauſa, vel occaſio. Ita S. Thom. *locis cit. & in* 2. *ſentent. d.*35. *quæſt.*1. *art.*3. Cont. & Thomiſtæ 1.2. *quæſt.* 71. *art.* 5. Caiet. 1. 1. *quæſt.* 63. *art.* 5. *in fine.* Capr. *in* 2. *diſt.* 35. *quæſt.* 1. *art.* 1. *concluſ.* 2. *& art.* 3. *in reſponſ. ad argumenta contra* 2. *concluſionem.* Mag. *in* 2. *diſt.* 35. *cit.* Albert. *art.* 13. *ad* 2. *contra primam definitionem peccati: & in Summa, par.* 2.

tract.

*tract.*19.*quæſt.*124.S.Bonau.*in* 2.*d.*35.*cit.dub.*1.*circa textum*. Henr. *quodlib.*12.*quæſt.*24. Gabr. *in* 2.*d.*41. *quæſt.*1.*art.*3. *dub.*3. Vaſq.1.2. *diſp.*24.*cap.*1.& *diſp.* 92.*cap.*2.& alij apud Salas 1.2.*tract.*13.*diſp.*2.*ſect.*5. *cit.num.*80.

15. *Omiſſio externa non poteſt eſſe ſine omni actu externo, & ſine omni interno.*

De omiſſione externa, quòd neceſſariò requirat aliquem actum externum, comprehendendo nomine actus, etiam illos, qui ſe habent ad modum actus, id eſt, omne illud, quod poteſt prohiberi, aut præcipi, quale eſt etiam ſtare in aliquo loco, armatum; aut tonicatum eſſe, & ſimilia, vt explicat Vaſq.*cap.*2.*cit. num.*4. & Azor. *tomo* 1. *lib.* 4. *cap.*3. *quæſt.*3. *in fine*. quòd, inquam, talem aliquem actum requirat, videtur conſtare experientia: neque enim fieri poteſt, vt quis omittat ire ad Eccleſiam, verbi gratia, niſi ſaltem conſiſtat alicubi, vt ex ſe patet. Vnde & quies in Phyſicis ideò dicitur *lib.*3. *Phyſic. text.*16. & *lib.* 5. *text.* 10. & 53. & *lib.* 6. *text.* 68. & *lib.*8. *text.*7. & 71. & *ſæpè alibi*, eſſe priuatio motus; non autem pura negatio: quia neceſſariò ſupponit aptitudinem ſubiecti ad motum; & per conſequens exiſtentiam ipſius in ipſo termino, à quo deberet motus incipere: & ideò, quemadmodum eſt impoſſibile, vt detur quies ſubiecti in aliquo termino, id eſt, priuatio, vel omiſſio motus ab ipſo termino, niſi detur exiſtentia illius in illo termino; ita eſt impoſſibile, vt detur omiſſio eundi ad Eccleſiam, id eſt, priuatio motus ad Eccleſiam, niſi detur exiſtentia, & permanentia ipſius omittentis in aliquo alio oppoſito loco: & cùm ſimiliter tale aliquid ſemper contingat in quauis alia omiſſione externa, vniuerſaliter eſt impoſſibile, quòd detur puta omiſſio externa ſine omni actu externo: & quia hic ipſe actus externus, qui eſt cauſa, vel occaſio omittendi, debet eſſe in poteſtate hominis, neque poteſt omiſſio eſſe voluntaria, ſi proueniat, verbi gratia, ex corporali ægritudine, & impotentia; rectè ſubdit S.Thom. *locis citatis*, neceſſarium eſſe ad omiſſionem externam etiam actum internum voluntatis, qui vel cadat directè ſupra ipſam omiſſionem, vel ſaltem ſupra aliquid aliud, id eſt, ſupra actum externum, cum quo eſt omiſſio. Et patum refert, ex eodem S. Thoma *ibidem*, ſiue huiuſmodi actus internus ſit ſimul coniunctus cum omiſſione, vt quando quis inſtante hora eundi ad Eccleſiam, vult domi manere; ſiue illam præcedat, vt quando quis dici voluit vigilare de ſero, & ex hoc ſequitur, vt manè non euigilet, neque eat ad Eccleſiam.

16. *Omiſſio interna non poteſt eſſe ſine omni actu interno, ſaltem intellectus.*

De omiſſione verò interna, quòd ſimiliter non poſſit eſſe ſine omni actu interno, ſaltem intellectus, ſi debeat eſſe voluntaria, & libera, res videtur omninò certa: neque enim poteſt alicui conuenire ratio voluntarij, ſiue illud ſit actus, ſiue omiſſio actus, niſi procedat ex cognitione ſingulorum, in quibus ipſum eſt, vt patet ex dictis *ſuprà* de voluntario in vniuerſum. Et quamuis fortaſſe ex huiuſmodi actu intellectus non ſequatur, tanquàm ex cauſa propriè dicta, vel ipſe actus voluntatis, vel omiſſio actus; negari tamen non poteſt, quin ſequatur, tanquàm ex cauſa largo modo: ſiquidem 3. *de anima*, *text.*46. etiam intellectus dicitur mouere appetitum, id eſt, intellectus actiuus; vt ſubdit *text.* 49. & huius principium dicitur eſſe ipſum appetibile, quod *text.* 54. comparatur ad intellectum, & appetitum, ſicut primum mouens immobile ad mouentia intermedia, quæ non mouent, niſi mota; & qua ratione à Philoſophis præcognitio principiorum in ſyllogiſmis dicitur præcognitio agens reſpectu concluſionis, vt patet ex Auerr. 1.*Poſter.com.*1. eadem poteſt cognitio intellectus appellari agens reſpectu actus, vel omiſſionis in voluntate.

17. *Omiſſio interna non poteſt eſſe ſine omni actu interno voluntatis.*

Quare ſolùm manet difficultas de huiuſmodi omiſſione interna, vtrùm requirat neceſſariò aliquem actum, etiam voluntatis.

18. *Probatur quia non poteſt de nouo comparari cū voluntate, vt effectus, niſi contingat aliqua variatio in ipſa voluntate.*

Et quidem, quòd S.Thom. hunc etiam actum requirat, patet manifeſtè ex 1.2.*quæſt.*71.*art.*5.*cit.* vbi ait, omiſſionem tunc ſolùm habere rationem peccati, quando actus, qui eſt illius cauſa, vel occaſio, eſt ſub poteſtate voluntatis: & ſubdit, quòd *tunc ſemper oportet, quòd illa cauſa, in quantum eſt voluntaria, habeat aliquem actum ad minus interiorem voluntatis*. Idque ipſum *quæſt.*1. *de malo, art.*1. *cit.* ait, patere ex eo, quia, vt docet Ariſtoteles 8.*Phyſic. text.*7. quod ex ſe eſt indifferens, vt moueatur, & vt quieſcat, vel non moueatur, neceſſariò indiget aliquo determinante potiùs ad vnum, quàm ad aliud; & ideò ſi mouens, & mobile ſimul exiſtant, neque ſit aliquid, quod determinet modò ad motum, & modò ad quietem; vel ſemper erit motus, vel ſemper non erit; neque poterit poſt quietem incipere motus, neque quies poſt motum. Neque ſolùm id eſt verum in iis mouentibus, quæ mouent ſingulariter, vt ſubdit *text.*8. id eſt, vno tantùm modo, ſicut ſunt agentia per naturam; ſed etiam in iis, quæ mouent ſecundùm contrarios motus, vt ſunt agentia per intellectum: ſicut enim frigidum, ſi forte aliquando calefacit, ſolùm calefacit ex aliquo accidente, id eſt, vel quia tali modo conuertitur ad corpus, quod calefit, vt contingit in antiperiſtaſi; vel, quia omni modo ab illo abſcedit, ac proinde omninò indiget aliquo determinante, vt calefaciat: ita & Medicus, cuius ſcientia eſt principium contrariorum, id eſt, inducendæ ſanitatis, & ægritudinis, ſimiliter indiget aliquo determinante, ſi vtatur ſcientia ad ægritudinem, id eſt, indiget nouo actu ſuæ voluntatis, & ſecundùm hunc voluntarius, & ſponte peccat, quia vtitur medicina ad finem contrarium: eiúſque rei eandem addit rationem, *text.*9. quia in iis, quæ ſunt ad aliquid, impoſſibile eſt, vt contingat mutatio, niſi contingat, vel in vtroque extremo, vel ſaltem in altero: & ſi aliqua duo, quæ paulò antè non comparabantur ad inuicem, verbi gratia, vt duplum, & vt dimidium, nunc incipiant comparari, impoſſibile eſt, quòd vel vtrunque, vel alterum non ſit mutatum: eadem verò ratione, ſi quies, verbi gratia, modò incipiat comparari, vt effectus ad hoc mouens, & ad hoc mobile, cùm anteà non compararetur, vel è contra, deſinat comparari, cùm anteà compararetur; impoſſibile eſt, quòd non contigerit aliqua mutatio, vel in ipſa, vel in mouente, & mobili, vel ſimul in omnibus. Ergo ſimiliter in caſu noſtro, impoſſibile eſt, quòd omiſſio, vel negatio actus incipiat comparari ad voluntatem, vt effectus, vel vt electio, & determinatio libertatis, & indifferentiæ ipſius, cùm anteà non compararetur; ſicut certè incipit comparari, quando incipit eſſe voluntaria, & libera, niſi contingat aliqua variatio, vel in ipſa, vel in voluntate: & cùm in ipſa certum ſit, quòd non poteſt contingere, omninò continget in voluntate, itque erit aliquis actus internus. Et hæc eadem ratio etiam videtur indicari à S.Thoma 1.2. *quæſt.* 71. *art.* 5. *cit.* quando ait, *quòd quis declinet ad non faciendum id, quod poteſt facere, & non facere, nunquam eſſe niſi ex aliqua cauſa, aut occaſione.* Senſus enim eſt, quòd omiſſio actus non poteſt incipere comparari ad voluntatem, tanquàm actualis inclinatio illius, niſi ratione alicuius actus.

Neque eſt ſatis ad fundandam huiuſmodi comparationem de nouo, ſi dicatur de nouo accedere

nouus actus aduertentiæ ex parte intellectus, & ratio debiti, vel præcepti ex parte oppoſiti actus: ſtante enim hoc ipſo actu aduertentiæ, & hac ipſa ratione debiti, & præcepti, adhuc voluntas poteſt intelligi eſſe indiffetens ad actum, & ad oegationem actus, vt patet, quando intelligitur proximè coostituta in actu primo ad vtrunque: quod ſignum eſt, neque aduertentiam, neque rationem præcepti determinare ſufficienter negationem actus, vt comparetur ad voluntarem, tanquàm effectus, cùm alioqui ex ſe id non habeat: quando enim intelligitur voluntas proximè conſtituta in actu ptimo, v.g. ad diligeodum Deum, & non diligendum; ſicut intelligitur nondum babere actum dilectionis; ita & intelligitur illo carere, vel habere illius carentiam & negationem; & cùm in illo priori certum ſit, quòd huiuſmodi negatio actus non comparetur ad voluntatem, tanquàm effectus; quòd deinde incipiat comparari in alio ſigno poſteriore, omninò prouenit ex aliqua alia mutatione, vel in ipſa voluotate, vel in negatione, vel in vtroque; quæ tamen mutatio eſt ipſe actus poſitiuus internus, vt diximus.

19\. *Potentia cõtradictionis nõ reſpicit negationẽ æquè primò, & per ſe cum affirmatione; ſed ſolùm mediante affirmatione.*

Secundò probatur: quia nulla potentia contradictionis æquè primò, & per ſe poteſt reſpicere vtrunque conttadictorium, id eſt, affirmationem, & negationem; ſed ptimò, & per ſe ſolùm reſpicit affirmationem, & ſolùm ſecundariò, & per accidens poteſt reſpicete negationem, id eſt, mediante affirmatiooe, & in quantum ex illa conſequitur: ergo neque voluotas, in quantum eſt potentia, vel libertas conttadictionis, poteſt æquè primò, & per ſe reſpicere actum, & negationem actus; ſed per ſe ſolum actum, & negationem actus, ſolùm per accidens, & mediante actu; & per conſequens oon niſi mediante actu poteſt illam cauſare. Antecedens patet in materia prima, quæ primò, & maximè dicitur potentia contradictionis: neque enim priuationem reſpicit æquè primò, ac formam; ſed tãquàm ſpecificatiuum per ſe, ſolùm reſpicit formam; & ſolùm per accidens, & ſecundariò teſpicit priuationẽ, in quantum priuatio vnius ſotmæ conſequitur ex receptione altetius. Atque hac ratione ab Ariſt. 1. *Phyſic. text. 66.* dicitur priuatio eſſe accidens materiæ: & *text. 75.* ex ptiuatione non eſſe aliquid, niſi ſecundùm accidens, id eſt, in quantum accidit materiæ, conſequendo formam; quod tamen non eſſet, ſi materia illã teſpiceret per ſe. Et vniuerſalitet, quòd nulla potentia coutradictionis æquè primò, & per ſe poſſit reſpicere vtrunque contradictorium, probatur ex eo: quia contradictoriis nihil poteſt aſſignari cõmune, qnod ſe habeat tanquàm primarium, & adæquatum ſpecificatiuũ poteotiæ, neque hæc à oatura debuit tribui per ſe ad nõ ens, & ſatis vnunquodque potuit cõſtitui ad non ens, vel ſimpliciter per negationẽ omnis potentiæ, vel per potẽtiam ad vnũ ens, quod ttahat ſecum aliud non ens. Vnde & Ariſt. 9. *Metaph. text.* 3. tam potentiã paſſiuam, quàm actiuã, & tam irrationalẽ, quàm ratiooalẽ vniuerſaliter definit per aliquid poſitiuũ, id eſt, per hoc, quòd ſit principium tranſmutãdi aliud, vel tranſmutandi ab alio; neque facit mentionem de negatiuo, quod fortè cõſequitur ex poſitiua ttanſmutatione. Et 1. *Cæli, text.* 116. *&* 117. vniuerſaliter docet, quòd potentiæ ſunt definieodæ ſolùm per exceſſum poſitiuum, & per maximum, in quod poſſunt; neque eſt habenda ratio defectus, & minimi, in quod non poſſunt; quod tamen ſimiliter eſſet falſum, ſi negatio, & non ens poſſet ad illas pertinere per ſe.

20\. Tertiò, impoſſibile eſt, quòd omiſſio, & negatio actus per ſe, & ratione ſui moueat voluntatem: ergo impoſſibile eſt, vt per ſe, & ratione ſui cauſetur à voluntate. Antecedens probatur: quia adæquatum motiuũm voluntatis nihil eſt aliud, niſi bonum, vt patet ex Ariſt. 3. *Ethic. cap. 4. & lib. 2. Mor. Eudem. c. 11.* Et quia ipſa voluntas eſſentialiter eſt appetitus, vt dicitur 3. *de anima, text.* 50. qui tamen non mouetur, niſi à bono, & appetibili, quod ea de cauſa *ibid. text.* 54. dicitur ſe habete, vt primum mouens immobile, quatenus, ſcilicet, immediatè mouet intellectum actiuum, & hic motus ab appetibili, mouet voluntatem, vt explicatur *ibi, text.* 49. Omiſſio autem, & negatio actus, ſicut per ſe, & ratione ſui nihil habet de ente; ita & nihil habet de bono, & appetibili, & per conſequens neque poteſt mouere voluntatem. Conſequentia verò probatur: quia non poteſt voluntas per ſe illam cauſare, niſi moueatur ad illam cauſandam; ſicut neque poteſt per ſe cauſare actum oppoſitum, niſi ſimiliter moueatur ad illum cauſandum.

Negatio actus non poteſt per ſe, & ratione ſui mouere voluntatem.

Quòd ſi dicatur ipſe intellectus in omiſſione, & negatione actus concipere aliquam rationem boni, & hæc eſſe ſatis ad voluntatem mouendam, contrà eſt: quia ratio boni, ſicut eſt poſitiua; ita & mouet motione poſitiua, & ad actum poſitiuum: & ſi apprehendatur tanquàm propria, & inttinſeca ipſius omiſſionis, & negationis actus, mouet ad actum, qui per ſe, & directè ſeratur in omiſſiooem, qualis eſt, v.g. voluntas omittendi Sacrum: quia omiſſio caret labore eundi ad Eccleſiam, & audiendi: ſi verò apprehendatur tãquàm aliena, id eſt, in aliquo alio, ex quo præuidetur ſequi omiſſio, mouet ad actum, qui per ſe, & directè feratur in illud aliud, & in omiſſionem ſolùm ex accidente, & indirectè, qualis eſt, v.g. voluntas ludendi tempore Sacri; non, quia Sacrum per ſe diſpliceat; ſed, quia placet ipſe luſus; & ex hoc præuidetur ſequi omiſſio Sacri.

Quartò, pura omiſſio non poteſt canſari à fine in genere cauſæ finalis: ergo neque à voluntare in genere cauſæ efficientis. Conſequentia patet: quia cauſalitas efficiẽtis ſemper eſt propter finem, cùm omne agens agat propter finem; & eadem actio, quæ in quantum eſt ab agente, eſt cauſalitas agentis, in quãtum eſt à fine, & ttactio metaphorica illius, eſt cauſalitas finis, vt dicitur in Phyſicis. Et ſpecialiter de voluntate cettiſſimum eſt, quòd ſemper eſt propter finem, cùm omois appetitus ſit propter aliquid, vt dicitur 3. *de anima, text.* 49. & ideò, ſi puta omiſſio non eſt capax, vt immediatè, & per ſe cauſetur à fine, ſine omoi actu; oeque etiam eſt capax, vt cauſetur à voluntate, & ab efficiente. 21.

Pura omiſſio nõ poteſt cauſari à fine ſine aliquo actu voluntatis.

Antecedens probatur: quia, ſi omiſſio Sacri, v.g. proponatur volũtati, tanquàm vtilis ad plures fines, v.g. ad ludendum, ſtudendum, ſurandum, &c. eo ipſo dici deberet cauſari ab omnibus, cùm omnes eodem modo proponantur; & ſi illi omnes eſſent mali, ab omnibus participaret malitiam, & eſſet peccatum in multiplici ſpecie; quod tamen diei non poteſt, cùm fines non eo ipſo cauſent, quòd per intellectum proponũtur volũtati; neque cauſatio finis ſit ſola cognitio; ſed prætereà reqniratur rractio poſitiua, & vt poſitiuè intendatnr à voluntate: & hac ſolùm ratione conſerat malitiam, aut bonitatem: nam alioqui, ſi pura omiſſio ex ſola ptopoſitione finis honeſti, aut turpis, poſſet patticipare de boneſtate, aut turpitudine, etiã poſſet ex ſola huiuſmodi ptopoſitione finis, eſſe meritoria, aut demetitotia; quod tamẽ eſſe nõ poteſt, cùm tota determinatio metiti, aut demeriti, quoad tantum, vel tãtum præmium, aut pœnã, ſolùm poſſit haberi ex determinatione actus, qui eſt tantus, vel tantus circa tale obiectum. Vnde & S. Thom. 1. 2. *quæſt. 71. art. 5. ad 1. & quæſt. 2. de malo, art. 1. ſimiliter* *ad*

ad primum, diſertè negat, quòd meritum poſſit eſſe ſine omni actu.

22. *Ad primum pro prima ſententia.* Ad primum pro contraria ſententia patet ex dictis: falſum enim eſt, quòd omiſſio, ad hoc vt ſit voluntaria, & libera, non indigeat actu poſitiuo; ſiquidem non continetur per ſe, & primariò ſub poteſtate voluntatis, ſed ſolùm per accidens, & ſecundariò ratione actus, ad quem conſequitur. Atque hoc modo S.Thom. 1.2. *quaeſt.72.art.6.* ait, quòd ſemper negatio, quando eſt in aliquo ſubiecto, fundatur in affirmatione; & hæc aliquo modo ſemper eſt illius cauſa: & ideò in naturalibus eiuſdem rationis eſt, quòd ignis calefaciat, & quòd non infrigidet: nam, quanuis abſolutè negatio non fundetur in affirmatione ſubiecti, vt notat S.Thom. *quaeſt.2. de malo, art. 1. cit. ad 9.* & ideò quantùm eſt ex ſe, tam poſſit prædicari de eo, quod eſt, quam de eo, quod non eſt, vt habet Ariſtoteles *in cap. de oppoſitis*, & *1. periherm. cap.3.* ſi tamen loquamur de negatione, prout conuenit determinatè alicui ſubiecto, ſemper fundatur in affirmatione, & poſitione alicuius alterius formæ.

Et quod dicitur *ex 3. Ethic. cap.5.* quòd ſitum ſit in noſtra poteſtate, tam agere, quàm non agere; & quòd ſimili modo ſit ſitum vtrunque; ſolùm ſignificat, quòd nunquam in noſtra poteſtate eſt ſitum agere: quia etiam ſit ſitum non agere; non autem, quòd eadem prorſus ratione quoad omnia, & æquè primò, & per ſe, poteſtas noſtra ſit ad vtrunque, vt patet ex ipſo textu.

Similiter, quod affertur *ex 9. Metaph. text.3.* quòd potentia rationalis, eadem cùm ſit, ſit principium contrariorum, ſolùm probat, quòd etiam voluntas ſit principium actus, & omiſſionis; non autem, quòd æquè primò, & per ſe ſit principium vtriuſque. Neque eſt eadem ratio de voluntate, in quantum eſt libertas contrarietatis; & in quantum eſt libertas contradictionis: quia vtrunque actum contrarium reſpicit per ſe: ſicut & materia per ſe reſpicit formas contrarias; non autem per ſe reſpicit vtrunque contradictorium; ſicut neque materia per ſe reſpicit priuationem. Et quemadmodum optimè ſaluatur in materia, quòd ſit potentia contradictionis ex hoc, quòd ſit capax priuationis, & formæ, etiamſi illam non recipiat, niſi, vt conſequentem ex alia forma: ita & in voluntate poteſt ſaluari, quòd ſit libertas contradictionis ex hoc, quòd poſſit habere actum, & negationem; etiamſi hanc non habeat, niſi vt conſequentem ex alio actu. Et ratio eſt: quia formaliter in ipſa oppoſitione contradictoria non inuoluuntur cauſæ, ex quibus oritur contradictio; ſed ſolùm habetur ratio de ipſis extremis contradicentibus, vndecunque tandem illa cauſentur.

23. *Ad ſecundũ.* Ad ſecundum Reſpondeo, ſi admittatur libertas contradictionis reſpicere actum, vt contingentem, id eſt, vt potentem eſſe à voluntate, & vt potentem non eſſe; quanuis per hoc non importetur explicitè, & quoad actum ſignatum, mediatio alterius actus; importatur tamen implicitè, & quoad actum exercitum, cùm hac tantùm ratione poſſit actus voluntariè non eſſe, & hac tantùm ratione cadat ſub voluntatem negatio actus, vt probauimus.

Ad caſum verò, qui ponitur, quòd voluntas ſolùm ſit conſtituta ad audiendum Sacrum, & nullam habeat actualem cogitationem ludi, aut alterius; verum quidem eſt, quòd non neceſſitatur in tali caſu ad volendum audire; neque auditio Sacri habet ſe, ſicut Deus clarè viſus, & tanquàm obiectum purè bonum: ſed dico, quòd vt liberè velit audire, ſatis eſt, ſi in actu primo ſimiliter ſit conſtituta ad liberè volendum nõ audire; non autem requiritur, vt ſimul

ſit conſtituta ad liberè volendum ludere; & ad illud ſatis conſtituitur per notitiam ſolius boni, aut mali, quod eſt in auditione Sacri; non autem indiget notitia, quaſi reflexa ſupra hunc ipſum actum volendi liberè non audire; atque ita omiſſio volendi audire, ſolùm poterit in tali caſu eſſe illi voluntaria per ſe, & directè, id eſt, ratione actus, qui per ſe in illam cadit; non autem indirectè, & per accidens, id eſt, ratione actus diſparati, ex quo conſequitur. Atque hac tantùm ratione videtur poſſe admitti id, quod habet Vaſq. 1. 2. *diſp.92. cap.2. cit. num.8.* quòd poſſit voluntas conſtituta in actu primo ad aliqua duo per aliquod breue tempus ſe ſiſtere, ne aliquod illorum aliquo affectu proſequatur: ſolùm enim id poteſt directè, volendo ſe ſiſtere, aut diutiùs continuare deliberationem, & alioqui neque etiam ad breuiſſimum tempus eſt illi concedenda pura omiſſio, vt patet ex dictis. Quòd ſi ponatur hic ipſe actus volendi ſe ſiſtere, aut volendi, verbi gratia, non audire Sacrum, eſſe impoſſibilis; vel, quia Deus ſpecialiter ad illum ſuſpendit concurſum, vel aliunde; non erit negandum, quòd voluntas in tali caſu neceſſitetur ad ſolum actum volendi audire; ſed ea neceſſitas non proueniet formaliter ex obiecto, quod ſe habeat, ſicut Deus clarè viſus, & tanquàm obiectum purè bonum; ſed ex aliis extrinſecis, per quorum ſubtractionem voluntas conſtituitur extra illum modum, quo poteſt liberè cauſare omiſſionem actus.

Et eadem ratione eſt reſpondendum ad argumentum, ſi fiat de tota collectione plurium obiectorum, quæ ſimul ab intellectu repræſentantur voluntati: ſimiliter enim ſolùm poteſt voluntas liberè non operari circa omnia, habendo directam voluntatem non operandi circa illa.

Neque Deus alia ratione poteſt præcipere ſuſpenſionem omnis actus, aut prohibere elicitionem, niſi relinquendo voluntati poteſtatem implendi talem prohibitionem, aut præceptionem; quæ tamen poteſtas ſolùm eſt, vt per actum poſitiuum velit conari ad nullum eliciendum: vt, v.g. conando dormire, aut aliter in ſe impedire omnem huiuſmodi actum, vt benè notat Capr. *in 2. diſt.35. quaeſt.1. art.3. cit. in reſp. ad 4. contra ſecundam concluſionem*: & alioqui non eſt concedendum, quòd poſſit Deus præcipere ſuſpenſionem omnis actus, ſi hoc eodem præcepto dicatur prohibere etiam voluntatem illud implendi: apertè enim repugnat, quòd velit præcipere, & præceptum ſeruari; & tamen nolit haberi actum acceptandi præceptum, & volendi ſeruare. Et idem eſſet, ſi Deus præciperet poſitiuam elicitionem alicuius actus indeterminatè: ſolùm enim tale præceptum poſſet violari per actum poſitiuum volendi nullum elicere, & conandi, v.g. dormire. Et certum eſt, quòd in tali caſu poſitiua voluntas nullum eliciendi, haberet malitiam contra illud præceptum eliciendi aliquem, ſicut poſitiua voluntas non audiendi, v. g. Sacrum, habet malitiam contra præceptum audiendi. Neque voluntas diuina circa peccata, & mala concedi debet ſuſpendere omnem actum, cùm huiuſmodi pura omiſſio reſpectu cuiuſque voluntatis repugnet: & quanuis neque velit illa fieri, neque velit non fieri; vult tamen permittere, & non impedire, vel, vt loquitur S.Thom. *q.2. de malo, art.1. ad 4. contra 2. opinionem*, hoc ipſum vult, quod eſt ſe non velle mala fieri, & non velle mala non fieri, id eſt, neque efficaciter operari, vt fiant, neque vt non fiant.

24. *Quomodo Deus poſſit præcipere ſuſpenſionẽ omnis actus, vel prohibere omnem elicitionem.*

25. *Non poteſt Deus circa peccata, & mala ſuſpendere omnem actum.*

Ad tertium Reſpondeo, quando dicitur voluntarium indirectum eſſe illud, quod eſt à voluntate, in quantum non eſt agens, non eſſe ſenſum, quòd de 26. *Ad tertium.*

tatione voluntatij indirecti ſit eſſe à voluntate ſine omni prorſus actione; ſed ſolùm, quòd ſit eſſe à voluntate, in quantum non eſt agens illud ipſum, id eſt, in quantum non eſt dirigens ſuam actionem ad illud, vt *ſuprà* explicauimus *lib.1.diſp.5.* Vtrùm autem ad hoc, vt aliquid ſit à voluntate, in quantum non eſt dirigens ſuam actionem ad illud, requiratur neceſſariò, vt eadem voluntas ſit dirigens ſuam actionem ad aliquid aliud; & vtrùm voluntarium indirectum neceſſariò ſupponat voluntatium directum, ſicut effectus per accidens, v.g. inuentio theſauri, ſupponit effectum per ſe, v.g. foſſionem ad agrum colendum, vel ad extruendum ſepulcrum, vt loquitur S.Thom.*quaſt.2.de malo, art.1.cit.ad finem corp.* aliunde eſt inueſtigandum. Neque aliud ſibi vult S.Thom. 1. 2. *quaſt.71.art.5. ad* 2. quando ait, poſſe aliquid eſſe voluntarium, non ſolùm, quia actus voluntatis cadit ſuper ipſum; ſed etiam, quia eſt in poteſtate voluntatis, vt fiat, vel non fiat; niſi quod ad voluntatium non requiritur actus, qui per ſe in illud cadat; ſed ſatis eſt, ſi quomodocunque ſit in poteſtate voluntatis, & ab illa dependeat, etiam per accidens, & mediante alio actu.

Et ſimiliter in ſacris Literis ad peccatum omiſſionis, quanuis non requirant poſitiuè, & explicitè aliquid aliud, niſi aduertentia, & potentia ad oppoſitum; non tamen poſitiuè negatur requiri aliud, atque ita loca Scripturæ nec noſtram ſententiam, neque oppoſitam probant, aut improbant.

27. *Quomodo peccato omiſſionis debeatur pœna ſenſus.*

Quod verò additur ex S. Thoma, pœnam ſenſus non deberi peccato omiſſionis, ratione actualis conuerſionis ad aliquod bonum commutabile, quam ex neceſſitate habeat adiunctam; ſed ſolùm propter radicem, ex qua procedit; non ſignificat, quòd ſimpliciter in peccato omiſſionis nullus ſit actus; ſed ſolùm, quòd poſſit nullus eſſe actus, qui per ſe ad illam pertineat: ſicut enim 1.2. *quaſt.71.art.5.* abſolutè aſſerit, dicendum eſſe, quòd poſſit dari omiſſio ſine omni actu; quia iudicium de rebus ferendum eſt ſecundùm illud, quod eſt per ſe; non autem ſecundùm illud, quod eſt per accidens: ita & ibi abſolutè aſſerit, non reperiri in omiſſione ex neceſſitate actualem conuerſionem ad commutabile bonum: quia, ſcilicet, aliquando reperitur ſolùm ex accidente, & poteſt illius non haberi ratio. Et abſolutè, quòd ſemper ſit aliqua conuerſio, ſiue per ſe, ſiue per accidens, patet manifeſtè: quia ſemper eſt aliqua radix, ex qua procedit omiſſio, & ratione cuius illi debetur pœna ſenſus; quæ tamen radix digna puniri huiuſmodi pœna, nulla eſt alia, niſi ipſe actus, qui per ſe, vel per accidens eſt cauſa, vel occaſio omiſſionis: qui enim tempore Sacri, v.g. vult ludere, hanc ipſam voluntatem ludendi præfert voluntati Dei præcipientis Sacrum, & hæc ipſa conuerſio ad ludum, ex circunſtantia mali effectus, id eſt, ipſius omiſſionis, eſt mala, & digna puniri pœna ſenſus. Et ex S.Thoma *quaſt.2. de malo, art.1. cit. in reſp. ad 7. contra 2. opinionem*, idem eſſet etiam in caſu, quo quis ex voluntate Deum amandi, aut laudandi, omitteret honorare parentes, aut ſubuenire extremè egenti: quia etiam actus amoris, & laudis in tali caſu malus eſſet; ſiquidem non eſſet debitè regulatus, vt fieret, quando oportet, & prout oportet.

28. *Ad quartũ.*

Ad quartum patet ex dictis in reſponſione ad ſecundum: neque enim eſt negandum, quòd voluntas ſit agens per electionem, & id omne, & ſolum poſſit eligere, de quo præcedit deliberatio, & conſultatio; & quòd hæc poſſit præcedere ſolùm de actu, & negatione actus, abſque eo, quòd ſimul præcedat de aliquo tertio: nego tamen hinc ſequi, quòd quando præcedit conſultatio ſolùm de actu, & negatione actus, poſſit voluntas exire in puram negationem actus; ſed tunc vel exibit in ipſum actum, de quo eſt conſultatio, vel in voluntatem, quæ per ſe, & directè cadat ſuper negationem illius. Neque, vt intelligatur eſſe proximè conſtituta ad huiuſmodi voluntatẽ directam, eſt opus alia conſultatione; ſed ſatis eſt illa ipſa, quæ eſt de actu, & negatione actus, vt diximus.

Quod verò additur, debere in intellectu ſimul eſſe infinitas conſultationes, quando ſimul cum actu, & negatione actus, conſultatur etiam de aliquo tertio, v.g. ſimul cum auditione, & omiſſione Sacri, conſultatur de ludo; falſum omninò eſt: ſicut enim per formalem conſultationem de auditione, & omiſſione Sacri, conſtituitur voluntas proximè potens ad omiſſionem, vt voluntariam directè per ipſum formalem actum volendi omittere, & per adiunctionẽ conſultationis de ludo, conſtituitur proximè potens ad eandem omiſſionem, vt voluntariam indirectè, & per accidens per ipſum formalem actum volendi ludere, ex quo conſequitur: ita & per formalem conſultationem de ludo, & de omiſſione ludi, conſtituitur potens ad omiſſionem ludi, vt voluntariam directè, & per adiunctionem alterius conſultationis de auditione Sacri, cõſtituitur potens ad eandem omiſſionẽ ludi, vt voluntariã indirectè; atque ita non eſt opus conſultatione tertia, v.g. de ſtudendo, cùm illæ duæ ſufficiant ſibi inuicem pro volũtario indirecto.

29. *Ad quintũ.*

Ad quintum Reſpondeo, ſi negatio actus debeat conuenire voluntati, vt ſuo modo cauſata ab ipſa, neceſſarium omninò eſſe aliquem actum, ex quo cõſequatur: ſiquidem ſemper negatio, quæ eſt in aliquo ſubiecto, fundatur ſuper aliqua affirmatione, vt *ſuprà* diximus ex S.Thom.1 2 *q.72.art.6.* quanuis abſolutè, & ratione ſui, quæ ſimpliciter eſt non ens, neque etiam requirat ſubiectum, & tam poſſit prædicari de eo, quod eſt, quàm de eo, quod non eſt, vt ſimiliter diximus ex eod. S.Thom.*q.2. de malo, art.1.ad 9.* ſi autem prætereà debeat conuenire, vt voluntaria, neceſſarium eſt prætereà, vt ſit præcognita conſequi ex illo actu, vt patet ex dictis *lib.1.de voluntario in vniuerſum* Neque hoc negatur à S.Thoma 2.2.*q.7.art.5.* quando dicitur, poſſe eſſe omiſſio ſine omni actu, tam interiori, quàm exteriori, vt cùm quis hora, qua tenetur ire ad Eccleſiam, nihil cogitat de eundo, aut non eundo: ſolùm enim loquitur de actu, qui per ſe pertineat ad rationem peccati, vt patet ex textu; & ſolùm aſſerit, quòd poſſit eſſe peccatum omiſſionis ſine voluntate directa, & per ſe omittendi, & abſque actu externo, qui per ſe ordinetur ad omittendum; non autem aſſerit, quòd non debeat peccatum omiſſionis eſſe præcognitum, ſaltem in alio, ex quo conſequitur. Si autem concedatur, quòd negatio actus, quæ conuenit voluntati, vt cauſata, & conſequens ex aliquo actu, poſſit incipere eſſe priuatio, per hoc ſolùm, quòd accedat cognitio, & aduertentia; non tamen hinc ſequitur, quòd vt priuatio, ſit ſine actu, cùm adhuc ſequatur ex actu priore, & ratione aduertentiæ, quæ de nouo accedit, ſolùm incipiat conuenire, vt voluntaria ſecundùm reliquam durationem, qua permittitur ſequi ex illo actu.

30. *Ad ſextum. Quomodo actus, cum quibus reperitur omiſſio, participent, aut non participent ab illa malitiã.*

Ad ſextum Reſpondeo, non conſtare inter Doctores, vtrùm actus, qui ſunt incompoſſibiles cum oppoſito omiſſionis, eo ipſo, quòd ſimul ſunt cum omiſſione, ſint mali; & vtrùm eadẽ malitia ſint mali, qua eſt mala ipſa omiſſio; an verò aliqua alia, vt videre eſt apud Azor. *lib.4.c.3.q.5.* Salas 1.2.*tract.13. diſp.2.ſect.6.7.8.* Vaſq.1.2.*diſp.93.cap.1.* Sed verior ſententia eſt, quam defendunt, & explicant iidem Authores, quòd actus incompoſſibiles cum oppoſito omiſſionis; tunc ſolùm ſint mali per malitiam omiſſionis,

omiſſionis, quando ſunt caoſa ipſius omiſſionis, & abſulutè eliguntur cum præuiſione omiſſionis conſequentis ex ipſis; non autem ſulùm ex ſuppoſitione omiſſionis iam exiſtentis, & cauſatæ ex aliquo alio actu; & ſtudium, v.g. vel oratio, quæ fit domi tempore omiſſionis Sacri, tunc ſolùm ſit malum, quando aſſumitur directè ad omittendum Sactum, vel alio modo etiam indirectè eſt cauſa, vel occaſio, vt omittatur Sactum; non antem, quando ſolùm aſſumitur ex ſuppoſitione, quòd Sacrum omittatur: quia enim bonum eſt ex integra cauſa, & malum poteſt eſſe ex ſingulis defectibus, non poteſt ſtudium, v.g. quando eſt cauſa, vel occaſio omittendi Sacrum, non eſſe malum; cùm habeat malam circunſtantiam temporis, & euentus, & aſſumatur, quando non debet, & cum euentu, cum quo non debet: & contrà, ſi non ſit cauſa, neque occaſio, ſed ſolùm aſſumatur ex ſuppoſitione omiſſionis iam puſitæ in eſſe, nullum habet defectum, ex quo ſit malus, cùm neque habeat circunſtantiam mali eueotus, neque mali temporis, & omiſſio ad illud non comparetur, vt enentus; ſiquidem reverà noo ex illo euenit: ſed ſupponitur iam eueniſſe ex aliquo alio; & tempus reſpectu illius non ſit maluin; ſiquidem non habet reſpectu illius, vt ſit vacuum ab auditione Sacri, à qua deberet non eſſe vacuum.

Et confirmatur: quia tempore omiſſionis, melius eſt ſtudere, aut orare, quàm otioſum eſſe: & fieri poteſt, vt actus orandi ſit debitus etiam ex voto: & vniuerſaliter falſum eſt, quòd omuis actus, qui fit tempore actualis peccati, ſit peccatum.

Neque vrget in contrarium, ſi dicas cum Val. 1. 2. *diſp.6.quæſt.1. puncto* 4. *dub.* 2. & Sayro *lib.*2.*clau. reg.cap.6.num.* 11. *& ſeq.* eo ipſo, quòd ſtudium, aut alius quicuuque actus ponitur incompoſſibiliter ad actum præceptum, eſſe cauſam omiſſionis: quia eo ipſo eſt ſufficiens ad illam cauſandam, etiamſi ponatur, eam ſimul cauſare etiam aliquid aliud.

Contrà enim eſt: quia, ſi ſolùm eligatur ex ſuppoſitione, quòd omiſſio iam ſit poſita in eſſe, impoſſibile eſt, quòd de facto concurrat ad illam cauſandam; quanuis abſolutè poſſit concurrere, ſi eligatur, antequàm illa ſit poſita: ſic enim etiam ille, qui cor transfigit alteri ex ſuppoſitione, quòd iam ſit mortuus, impoſſibile eſt, quòd de facto concurrat ad mortem illius, quanuis abſolutè, & extra caſum ſuppoſitionis, poſſit concurrere. Et quemadmodum, qui per vim domi retineretur tempore Sacri, & ex ſuppoſitione huiuſmodi retentionis, ſtuderet, aut oraret, nullo modo actum ſtudij, aut orationis malè eliceret; quia ſolùm aſſumeret ex ſuppoſitione retentionis, & omiſſionis Sacri iam ex illa cauſatæ; ita & qui ſimiliter ſtudet ex ſola ſuppoſitiune, quòd iam velit Sactum omittere ex aliis cauſis, aut occaſionibus, non malè ſtudet.

Rectè tamen monet Vaſquez *diſput.*93. *cit.cap.*2. *n.*5. id non eſſe intelligendum de actu, qui primò & per ſe elicitur, incompoſſibilis cum actu præcepto, vt eſt, v.g. domi manere, vel alibi eſſe, tempore Sacri: quia talis actus non poteſt non eſſe cauſa omiſſionis, etiamſi eligatur poſt voluntatem, aut propoſitum omittendi, cùm voluntas non poſſit ſe ſola cauſare omiſſionem externam; ſed ſemper indigeat aliquo actu externo incompoſſibili; & hic ſemper inuoluatur, ſaltem implicitè, in ipſa voluntate omittendi, ſicut inuoluitur in voluntate occidendi vſus gladij, vel alicuius alterius inſtrumenti. Et quemadmodum ex eo, quòd vſus huius inſtrumenti potiùs, quàm illius determinetur poſt voluntatem, & propoſitum occidendi, non ſequitur, quòd reuerà illud inſtrumentum non ſit cauſa occiſionis: ita neque ex eo, quòd poſt voluntatem omittendi eligatur determinatè manere domi, aut alibi eſſe, ſequitur, quòd huiuſmodi actus non ſit cauſa, vel medium ad omittendum; ſed, quod aſſerimus, actum ſtudendi, vel orandi, qui exercetur tempore omiſſionis, non eſſe malum, ſolùm debet intelligi, quando eligitur omninò ſecundariò ad omiſſionem, & ſupponit aliquem alium actum incompoſſibilem, iam priùs electum, vt, v.g. quando quis iam decreuit omittere Sacrum, & domi manere propter frigus, aut pluuiam, & poſteà ſtudet; neque ideò domi manet, vt ſtudeat, in quo caſu etiam ſtudium ſimul cum exiſtentia in domo, eſſet cauſa omiſſionis; ſed vt vitet frigus, aut pluuiam.

Neque eſt eadem ratio de illo, qui ſtudet, ex ſuppoſitione, quòd iam velit domi eſſe, & Sacrum omittere ex aliis cauſis; & de eo, qui proiicit Breuiarium, ex ſuppoſitione, quòd iam velit ex aliis cauſis omittere Horas canonicas; vel de eo, qui contrahit matrimonium ex ſuppoſitione, quòd iam velit non ſeruare votum caſtitatis, quo tenetur; vel denique de eo, qui diſtrahit bona aliena ex ſuppoſitione, quòd iam velit illa non reſtituere: qui enim ſtudet ex ſuppoſitione, quòd iam velit omittere Sacrum, & domi eſſe, nihil facit de nouo circa omiſſionem, præter id, quod factum iam erat, & ex cuius ſuppoſitione dat operam ſtudio; cùm tamen alij multùm faciant; & qui proiicit Breuiarium, v. g. reddat recitationem impoſſibilem, etiam io caſu, in quo mutetur voluntas non recitandi, & qui contrahit matrimonium, reddat obſeruationem voti magis difficilem, & violationem magis periculoſam; & qui diſtrahit rem alienam, reddat reſtitutionem, vel impoſſibilem, vel magis difficilem.

Dixi autem, actum incompoſſibilem cum præcepto, quando eſt cauſa, vel occaſio omiſſionis, eſſe malum per malitiam omiſſionis: quia, ſi ex ſe, & intrinſecè non ſit malus, neque aliàs ſit prohibitus, vnum tantùm peccatum facit cum omiſſione, neque eſt ſpecialiter confitendus, vt probat Salas 1.2. *tract.*13. *diſp.*2.*cit.ſect.*7. Et quanuis aliqui in contrarium dixerint, quòd ſtudium, v.g. quod fit tempore Sacri, ſint duo peccata, & vnam malitiam habeat contra ſtudioſitatem, quæ ex S. Thom. 2.2.*quæſt.*166. ponit modum in ſtudio, & alteram contra religionem, quæ præcipit tunc temporis audiri Sacrum: contrà tamen eſt: quia huiuſmodi ſtudium non eſt malum intra limites ſtudioſitatis, cùm neque ſit excedens, neque deficiens; ſed ſolùm intra limites religionis, à cuius actu, & debito facit deficere; & quia ipſius malitia ſolùm eſt contra præceptum affirmatiuum, & per attributionem ad formalem malitiam omiſſionis, ideò rectè dicitur eſſe peccatum omiſſionis, etiamſi ſubſtratum talis malitiæ ſit ipſe actus poſitiuus ſtudendi, vt docet Vaſq. 1.2.*diſput.* 93. *cap.*4. Et quanuis Salas *loco cit. ſect.* 8. ex Henr. Gabr. Val. & aliquibus aliis, contendat, propriè loquendo, tale ſtudium eſſe peccatum commiſſionis; tum, quia nō opponitur primò & per ſe præcepto affirmatiuo, ſicut opponitur ipſa formalis omiſſio; tum verò, quia in quolibet præcepto affirmatiuo virtute continetur etiam præceptum negatiuum, non apponendi impedimentum actioni præceptæ per præceptum affirmatiuum: idem tamen Salas *ibidem* apertè fatetur, quòd hæc non eſt quæſtio, niſi de nomine; & cùm malitia actui ſtudij non conueniat, niſi extrinſecè, & per attributionem ad malitiam intrinſecam omiſſionis, rectè dicitur ſimul cum illa eſſe vnum peccatum, quod appellatur omiſſio.

DISPVT. VIII.

Vtrùm peccatum rectè definiatur: *Dictum, factum, vel concupitum contra legem æternam.*

1. *Explicatur propoſita definitio.*
2. *Quomodo conueniat peccato omiſſionis.*
3. *Dictum, & factum, & concupitum quomodo accipiantur in dicta definitione.*
4. *Quare peccatum dicatur eſſe contra legem æternam.*

1. *Explicatur propoſita definitio.* AD explicandum, quid ſit peccatum, hæc definitio communiter offertur, quam tradit S. Auguſt. *lib. 22. contra Fauſtum, c. 27. tom. 6.* quòd ſit *dictum, vel factum, vel concupitum contra legem æternam*; eámque definitionem S. Th. 1. 2. *quæſt. 71. a. 6.* ex eo probat eſſe conuenientem: quia continet, quidquid pertinet ad rationem peccati: cùm enim peccatum nihil ſit aliud, niſi actus humanus inordinatus, & malus; & ratio actus humani ſe habeat in illo, quaſi materiale, & ratio inordinati, & mali ſe habeat quaſi formale; ratio actus humani ſufficienter explicatut pet dictum, factum, vel concupitom; & ratio mali per hoc, quòd ſit contra legem

2. *Quomodo cõueniat peccato omiſſionis.* æternam. Et ſi accipiatur huiuſmodi definitio, vt communis etiam peccato omiſſionis, non autem vt propria ſolius peccati commiſſionis, nomen dicti, facti, vel concupiti debet intelligi etiam ooo dictum, non factum, non concupitum, vt ſubdit S. Thom. *in reſponſ. ad* 1. cùm affirmatio, & negatio reducantut ad idem genus, vt patet etiam ex Sancto Auguſtino *lib. 1. de Trinitate, cap. 3. 6. 7. & 8. tomo* 3. vbi ingenitum, quæ in diuinis eſt ptoprietas Pattis, reducit ad relationem, ad quam ptopriè pertinet genitum, quæ eſt proprietas Filij. Et quemadmodum etiam omiſſio, quando eſt voluntaria, communiter accipitur tanquàm actus humanus; ita & poteſt accipi tanquàm dictum, vel

3. *Dictum, & factum, & concupitum quomodo accipiantur in dicta definitione.* tanquàm factum, &c. Quanquam hæc ipſa vocabula, & concreta non ſunt accipienda grammaticaliter pto eo, quod dicitur, fit, aut concupiſcitur; ſiquidem peccatum, v. g. faciendi opus ſeruile die feſto, vel concupiſcendi rem alienam, non eſt ipſum opus ſeruile, quod fit, vel res ipſa aliena, quæ concupiſcitur; ſed debet accipi moraliter pro ipſa dictione, factione, &c.

Et quanuis omne peccatom ſit voluntarium; & ideò etiam illud, quod conſiſtit in dicto, vel facto, ſit concupitum, latè accipiendo concupiſcentiam pro quolibet appetitu; & hoc modo idem S. Auguſtinus *lib. de duabus animabus, cap. 11. tomo 6. & lib. 1. retract. cap. 15. tom. 1.* peccatum definiat per ſolam voluntatem, dum ait, illud eſſe voluntatem retinendi, vel conſequendi, quod iuſtitia vetat: rectè tameo exprimitur io definitione allata etiam dictum, & factum; quia etiam actus exteriores participant de ratione peccati, quanquam non niſi dependenter ab actu interiore, à quo imperantur, vt ſubdit S. Thom. *art. 6. cit. ad* 2.

Et cùm inſtrumenta generalia humanarum actionum ſint lingua, manus, & cor, & ipſæ actiones ſiot triplicis generis, id eſt, vel purè ſpirituales, vt deſideria; vel porè corporales, vt facta; vel partim ſpirituales, & partim corporales, vt dicta; conuenienter S. Auguſtinus in definitione peccati expreſſit omnia, vt omnia comprehenderet, quæ in peccato poſſunt ſe habere vt materiale, vt ootat Bellarm. *lib. 1. de amiſſione gratiæ, & ſtatu peccati, cap. 1. tom. 4.*

Addidit verò, *contra legem æternam*; vt ſignificaret id, quod ſe habet in peccato, vt formale, id eſt, malitiam, & inordinationem; tum ad vltimum finem, ad quem lex æterna primò & principaliter ordinat; tum ad ea, quæ ſunt ad finem, ad quæ ordioat conſequenter. Nec voluit ſimpliciter dicere, contra rationem, quomodo peccatum conſideratur à Philoſopho morali; nec ſimpliciter, contra legem, aut determinatè, cootra legem Dei, vt loquitur S. Ambroſius *lib. de Paradiſo, cap. 8.* ſed abſolutè, *contra legem æternam*, intelligeodo hoc nomine ipſam rationem diuinam, aut voluntatem, omnem ordinem naturalem conſeruari iubentem, & perturbari vetantem, vt ipſe S. Auguſtinus *ibidem* ſubdit: quia per illam, quæ eſt prima radix omnium legum, ſiue inſitatum ab ipſa natura, ſiue poſitatum à Deo, vel ab homine, voluit comprehendere omnes: ſiquidem in tantum aliqoa lex poteſt eſſe lex, in quantum congruit cum lege æterna, quæ eſt ipſa Dei ratio, & in quantum eſt adumbratio quædam, & participatio illius, vt patet ex eodem S. Thom. *ad* 3. 4. *&* 5. & Bellarm. *loco cit.* 4. *Quare peccatum dicatur eſſe contra legem æternam.*

Quo autem modo omne peccatum dicatur eſſe contra hanc ipſam legem æternam, ſatis indicauimus *ſupr. diſp. 6. num.* 8. neque enim ad hoc requiritur, vt ſemper, qui peccat, actu cogitet de violanda lege æterna, & de recedendo à directione, & rectitudine Dei; ſed ſatis eſt, ſi aduertat, ſe recedere à recta ratione, quæ eſt proxima tegula operationis: & hoc ipſo dicitut operatio eſſe contra legem ætetnam, quæ eſt tegula ſimpliciter prima, & cuius adumbratio quædam, & participatio eſt omnis recta ratio, vel naturale iudicatorium rationis humanæ, vt loquitur S. Thom. *in reſponſ. ad* 4. & à qua tanquàm à regulante ſimpliciter primo actu dependet omnis regulatio ſecunda, ſicut dependent ſecunda mouentia à mouente ſimpliciter primò, & fines non vltimi à fine vltimo, vt *ſuprà* diximus ex S. Thom. 1. 2. *quæſt. 1. art. 6.* cùm impoſſibile ſit, aliquid eſſe contra vnam regulam, & non ſimpliciter contra omnes, quæ ſunt regula reſpectu eiuſdem, vel contra vnam rectam rationem, & non contra omnem, quæ rectè præcipiat de eodem obiecto.

Atque ex hoc, quòd omne peccatum tali modo debeat eſſe contra legem æternam, illud poſtremò colligit Bellarm. *cap. 1. cit.* non deſiderari in definitione allata etiam illud, quod maximè pertinet ad rationem peccati, id eſt, vt ſit voluntarium: ſicvt enim lex propriè non datur, niſi iis, qui habent vſum rationis; ita nec propriè violatur, niſi per actum, qui ſit ex vſu rationis, & perfectè voluntarius. Atque hac ratione excluditur non modò etroc Gentilium apud S. Ambroſium *lib. 2. de Caïn, & Abel, cap.* 6. quòd omnia peccata eueniant ex fato, & ex neceſſitate; ſed etiam error Hæreticorum, apud Bellarm. *lib. 1. de amiſſione gratiæ, cap. 4. &* 5. & apud Salas 1. 2. *tract. 13. diſp. 2. ſect. 2. num.* 5. quòd motus appetitus etiam in pueris non habentibus vſum rationis, propriè, & formaliter ſint peccata, quanuis à Deo illis noo imputentur; quod tamen falſiſſimum eſſe, & contra fidem, fusè probat idem Salas *ibidem, num. 6. & ſeq.* ex Scriptura, Conciliis, & Patribus.

***

DISPVT.

DISPVT. IX.

An, & quomodo ratio formalis peccati conſiſtat in contrarietate, aut relatione difformitatis ad legem, vel ad naturam rationalem, & vniuerſaliter in aliquo relatiuo.

1. *Explicatur titulus diſputationis.*
2. *Secundùm aliquos ratio formalis peccati conſiſtit in relatione difformitatis.*
3. *Malitia, & ratio formalis peccati non conſiſtit in relatione reali difformitatis, aut diſſonantia.*
4. *Difformitas ad legem non poteſt eſſe relatio realis.*
5. *Neque difformitas ad rectam rationem ipſius operantis.*
6. *Neque ad naturam rationalem.*
7. *Difformitas, aut diſſonantia non eſt relatio, niſi ſecundùm vocabulum, & ex modo ſignificandi.*
8. *Malitia non conſiſtit formaliter in relatione rationis.*
9. *Quomodo aliqua prædicata realia dicantur conſiſtere in relatione rationis.*
10. *Malitia rectè explicatur per relationem rationis.*
11. *Malitia non conſiſtit in relatione deordinationis ad vltimum finem.*
12. *Ad primam.*
13. *Ad ſecundam.*
14. *Ad Confirmationem.*

1. *Explicatur titulus diſputationis.* CIRCA primam partem ſuperioris definitionis, qua docet S.Thom. 1.2. *quæſt.*71 *art.*6. contineri id, quod eſt quaſi materiale in peccato, id eſt, ſubſtantiam actus humani, cùm dicitur: *Dictum, factum, vel concupitum.* vix vlla eſt difficultas, præter eas, quæ afferuntur, & ſoluuntur à S. Thoma in argumentis, & quas indicauimus *ſuperiori diſputatione.* Circa alteram verò partem, qua continetur id, quod eſt quaſi formale, id eſt, deordinatio, & malitia, cùm dicitur, *contra legem æternam*; duplex eſt difficultas. Prima, vtrùm malitia, quæ eſt ratio formalis peccati, & actus mali, conſiſtat in aliquo relatiuo, qualis eſt, v. g. relatio difformitatis, aot diſconuenientiæ ad legem, aut rectam rationem, vel etiam ad ipſam naturam rationalem, quæ operatur; an verò conſiſtat in aliquo abſoluto, quod conueniat actui in ſe ipſo, & ante omnem comparationem cum alio, aut relationem ad aliud. Et prætereà, poſito, quòd conſiſtat in aliqoo abſoluto; vtrùm conſiſtat in aliquo poſitiuo, qualis eſt, v. g. ipſa ſobſtantia actus, provt fit deliberatè in hac certa complexione circunſtantiarum: an verò ſolùm in aliquo priuatiuo, v. g. in hoc, quòd actus careat debita perfectione, & integritate, ſecundùm omnes circunſtantias, & fiat, verbi gratia, quando non debet, vbi non debet, quomodo non debet.

2. *Secundùm aliquos ratio formalis peccati conſiſtit in relatione difformitatis.* Et quidem quoad primam difficultatem, quam ſolam *præſenti diſputatione* examinamus, partem affirmatiuam defendit Vaſq.1. 2. *diſp.* 95. *cap.* 9. & citat pro illa Gregorium *in* 2. *diſt.* 34. *quæſt.*1. *art.*1. & 2. & Scotum *quæſt.* 18. *art.* 1. & ait, malitiam actualem, ſeu rationem formalem peccati commiſſionis conſiſtere in relatione diſſooantiæ, aut diſconuenientiæ cum natura rationali; ſicut & bonitas actualis conſiſtit in relatione conſonantiæ, aut conuenientiæ ad eandem naturam. Et pro eadem ſenteutia facit Canus apud Medinam 1.2. *quæſt.*71. *a.* 6. Mol. 1.1. *quæſt.*5. *diſp. vnica*, §. *Alio modo ſumitur.* Zumel, & alij apud Salas 1.2. *tract.*13. *diſp.*2. *ſect.*3. *num.*11. qui dicunt, malitiam actualem conſiſtere in relatione difformitatis ad legem, vel ad rationem: quod probabile putat etiam Azor. *tom.* 1. *lib.* 4. *cap.* 1. *quæſt.* 6. quanuis putet multò probabilius, quòd conſiſtat in aliquo priuatiuo, & in carentia rectitudinis debitæ.

Et quòd conſiſtat formaliter in relatione difformitatis ad legem, probatur ex eo: quia formaliter hoc important poſtrema verba definitionis allatæ, *contra legem æternam*; & ex hoc præcisè, quòd aliquis actus intelligitur contra legem; & ad illam comparatur, tanquàm difformis, intelligitur eſſe malus: & quemadmodum falſitas in actu intellectus, ſolùm conſiſtit in relatione ad ſuum obiectum, provt in re aliter ſe habet, quàm cognoſcatur: ita & malitia in actu volontatis, conſiſtit in relatione ad obiectum, provt ſubſtat legi id prohibenti, & verè ſe habet contra præſcriptum legis.

Quòd verò conſiſtat in relatione difformitatis ad rationem, videtur expreſsè docere S.Thom. 1.2. *qu.* 18. *art.*5. *in corp.* vbi ait, in actibus, bonum, & malum dici per comparationem ad rationem: qoia ex S.Dionyſio *c.*4. *de diu. nom.* bonum hominis eſt ſecundùm rationem eſſe; malum autem, quod eſt præter rationem.

Et denique, quòd conſiſtat in relatione diſſonantiæ, aut diſconuenientiæ ad ipſam naturam rationalem, provt antecedit omne actuale dictamen rationis, probatur: quia mendacium, v. g. & alij actus intrinſecè mali, non ideò ſunt mali, quia ratio dictet, eos eſſe malos; ſed potiùs è contrà, ideò ratio dictat, eos eſſe malos, quia ſunt mali: & ſicut in Phyſicis non ideò quantitas dicitur recta, quia ſit confurmis regulæ, aut menſuræ; ſed ideò eſt conformis regulæ, aut menſutæ, quia in ſe ipſa eſt recta; & menſura ſolùm facit, vt cognoſcatur, vtrùm ſit recta, cùm ſolùm definiatur eſſe illud, quo primu vnunquodque cognoſcitur, 10. *Metaph. text.* 3. ita & in moralibus, non ideò actus eſt bonus, aut malus, quia ſic dictat recta ratio; ſed è cootrà ideò ratio dictat, quòd ſit bonus, vel malus, quia in ſe ipſo eſt bonus, aut malus: & quemadmodum ab obiecto deſumit ſuum eſſe; ita & bonitatem, & malitiam, in quantum, ſcilicet, ipſum obiectum, comparatum ad naturam rationalem, eſt illi conueniens, vt attiugatur per actum fugæ, aut per actom proſecutionis: hinc enim proximè fit, vt etiam actus ſit conueniens eidem naturæ, imò & recta ratio ab illo dependeat in ſua rectitudine, cùm hæc quoque ideò ſolùm ſit recta, quia rectè iudicat de obiecto, eique confotmatur, provt eſt in ſe. Atque hac ratione per huiuſmodi relationem diſſonantiæ, aut diſconuenientiæ ad naturam rationalem, optimè explicatur, quomodo peccatum, vel actus virij contrariè opponatur cum actu virtutis, vt *ſuprà* diximus; quomodo peccata deſumant ſpeciem ex obiectis, vt *infrà* dicemus cum S.Thom. 1.2. *quæſt.*72. *a.* 1. quomodo peccata per exceſſum nun ſint eadem cum peccatis per defectum, & plura alia, quæ alioqui difficilè explicantur.

Et confirmatur: quia, ſicut bonitas tranſcendens formaliter conſiſtit in relatione cunuenientiæ; ita & malitia debet conſiſtere in telarione diſconuenientiæ.

Neque ex hoc, quòd ratio formalis malitiæ conſtituator in huiuſmodi relatione, & dicatur eſſe quid poſitiuum, vereri poſſumus, ne Deum conſtituamus

mus cauſam malitiæ, cùm non poſſit non eſſe cauſa omnis rationis poſitiuæ: contrà enim eſt, ex eodem Vaſq. 1.2.*diſp.*129.*cap.*7. quia huiuſmodi relatio diſſonantiæ, aut diſconuenientiæ ad naturam, non fundatur in actu peccati, provt eſt à Deo, tanquàm à cauſa vniuerſali; ſed ſolùm provt eſt à libero arbitrio, & includit hanc denominationem liberi, in genere cauſæ formalis.

Contraria tamen ſententia, quòd ratio formalis malitiæ actualis non conſiſtat in relatione difformitatis, & diſſonantiæ, ſiue ad legem, provt dicit ordinationem ſuperioris, quæ habet vim obligandi, ſiue ad rectam rationem, provt dicit iudicium practicum ipſius operantis, quòd hoc, vel illud ſit faciendum, ſiue ad ipſam naturam rationalem ipſius operantis; eſt communis, vt conſtabit *diſp. ſequenti*: & ſecundùm illam

3. *Malitia, & ratio formalis peccati nō conſiſtit in relatione reali difformitatis, aut diſſonantia.*

Dicendum eſt primò: Malitia actualis non conſiſtit in relatione reali difformitatis, aut diſſonantiæ ad legem, vel ad rectam rationem, vel ad naturam rationalem. Eſt contra aliquos apud Salas 1.2. *tr.*13. *diſput.*2. *ſect.*3. *cit. num.* 11. & 14. qui abſolutè aſſerunt, huiuſmodi relationem eſſe realem; & ſpecialiter eſt contra Scotum, & Tartaretum apud eundem *ibidem*, qui aſſerunt, eam eſſe realem, & ex genere illarum, quas ipſi appellant extrinſecùs aduenientes, quatenus, ſcilicet, non ſequuntur neceſſariò ad ſolam poſitionem fundamenti, & termini: ſed prætereà requirunt aliquid aliud extrinſecùs, quomodo in caſu noſtro relatio difformitatis, & diſſonantiæ, quæ eſt in actu ad naturam rationalem, non ſequitur præciſè ad poſitionem actus; ſed prætereà requirit poſitionem, & non reuocationem præcepti. Noſtram tamen concluſionem admittit Vaſq. *diſp.* 95. *cit. cap.* 10. & alij communiter apud Salas *num.* 14. *cit.*

4. *Difformitas ad legem non poteſt eſſe relatio realis.*

Et quidem de relatione diſſonantiæ ad legem, quatenus lex eſt actualis ordinatio ſuperioris, & habet vim obligandi; probat Salas *ibidem*: quia communiter tunc eſt relatio diſſonantiæ in actu, quando iam deſiit ordinatio, & lex; & per conſequens impoſſibile eſt, quòd ſit relatio realis, cùm ſit ad terminum actu non exiſtentem: & prætereà, quia ad malitiam actualem ſatis eſt, ſi ordinatio ſuperioris ſolùm ſit apprehenſa, & per conſcientiam erroneam applicata, & propoſita: quod tamen ſimiliter eſſe non poteſt, ſi relatio eſt realis, cùm hæc eſſentialiter ſit ad terminum verum, non autem ſolùm ad apprehenſum.

5. *Neque difformitas ad rationem ipſius operationis.*

De diſſonantia verò ad rectam rationem, quatenus dicit dictamen practicum eiuſdem operantis, idem probat: quia ſimiliter peccata, quæ fiunt ex ignorantia culpabili, & præuiſa, tunc habent diſſonantiam ad rectam rationem, quando actu non exiſtit recta ratio; ſed vel priùs extitit, vel poſitiuè fuit volita non exiſtere, & per cōſequens etiam ipſa eſt ad terminum non exiſtentem. Et prætereà, quia, cùm huiuſmodi recta ratio, vel dictamen practicum de operatione, verſetur circa ipſam operationem, vt circa obiectum, relatio diſſonantiæ, quæ eſt in operatione ad rectam rationem, reuerà nō eſt aliud, niſi relatio obiecti ad actum, id eſt, menſurabilis ad menſuram; quæ tamen ex Ariſtotele 5. *Metaph. text.*20. realis non eſt, cùm menſura ideò ſolùm dicatur ad aliud, quia aliud dicitur ad ipſam; & ſicut obiectum intellectus ſpeculatiui, ſiue ſit conſonum, ſiue ſit diſſonum actui, per quem cognoſcitur, non refertur ad illum realiter; ita neque obiectum intellectus practici, qualis eſt ipſe actus virtutis, aut vitij. Et denique, quia huiuſmodi diſſonantia in actu peccati, non tam eſt ad ipſum actum, & dictamen rationis, acceptum formaliter, quàm ad obiectum illius, id eſt, ad illud, quod per actum repræſentatur, vt faciendum: & ſicut ex eo, quòd huiuſmodi obiecto ſit conſonus, vel diſſonus, ipſe actus rationis habet, vt dicatur recta ratio, & dictamen rectum, vel prauum; ita & ex eo, quòd eidem ſit conſonus, aut diſſonus ipſe actus voluntatis, videtur habere, quòd ſit rectus, aut prauus, id eſt, bonus, aut malus.

6. *Neque ad naturam rationalem.*

Denique, de diſſonantia ad naturam rationalem, quòd non ſit relatio realis, probat Salas *ſect. cit. num.* 15. ex Vaſq. *diſput.*95. *cap.*10. *num.* 47. quia ſolùm competit actui peccati, quatenus ſubeſt alicui alteri actui animæ, vel in eodem operante, & peccante, vel in alio; ac proinde nō poteſt competere realiter, cùm actus animæ non ſint ſufficientes fundare, aut inducere relationem realem in aliquid aliud, quod ipſis ſubſtat, vt docet S. Thom. 1. 1. *quæſt.*13. *art.*7. & patet in relationibus generis, ſpeciei, & ſimilibus, quæ hac maximè de cauſa non ſunt reales; quia fundantur in actibus animæ: ij enim actus, qui ideò dicuntur eſſe mali, quia ſunt prohibiti, in relatione diſſonantiæ ad naturam rationalem omninò pendent à voluntate prohibentis, & quoad illam variantur, provt hæc fuerit variata, vt ex ſe patet: in aliis verò, qui dicuntur eſſe mali ex iure naturæ, vt eſt, v.g. furtum, adulterium, &c. multa ſimiliter includuntur, quæ dependent à voluntate alterius, vt, v.g. quòd hæc res, quæ eſt materia furti, ſit ſub dominio certi hominis, & ad illum pertineat ex contractu emptionis, ex donatione, ex teſtamento, vel alio modo inuoluente conſenſum, & voluntatem alicuius alterius; & hæc mulier, cum qua committitur adulterium, ſit vxor illius, ſimiliter ex conſenſu, voluntariè ab illo præſtito in contractu matrimonij; & vniuerſaliter in omnibus ſaltem requiritur aduertentia, & deliberatio, & ſolùm ſunt diſſoni, aut diſconuenientes naturæ, in quantum fiunt ex actuali aduertentia ad malitiam.

Atque ex his rationibus non modò excluditur à ratione formali malitiæ relatio realis prædicamentalis; ſed etiam tranſcendentalis, & quæcunque, ſiue intrinſecùs, ſiue extrinſecùs ſit adueniens: quia actus animæ, ſicut non habent realiter immutare extrema realia, quæ ipſis ſubſtant; ita neque habent realiter illa referre ad inuicem: & ſicut ſolùm habēt illa immutare ſecundùm eſſe apprehenſum, & ſecundùm rationem; ita & ſolùm habēt illa referre ſecundùm rationem, vt patet ex S. Th. 1. *1. quæſt.* 13. *a.*7. *cit.* cùm præſertim huiuſmodi relationes extrinſecùs aduenientes à ſolis Scotiſtis admittantur, & per ſolum modum ſuæ originis, ac reſultantiæ, non poſſint ſatis differre à relationibus prædicamentalibus, vt videre eſt apud Suarium *in Met. diſp.* 48. *ſect.*1.

7. *Difformitas, aut diſſonantia non eſt relatio, niſi ſecundùm vocabulum, & ex modo ſignificandi.*

Et noſtra concluſio videtur prætereà poſſe confirmari ex eo: quia falſum eſt, quòd difformitas, aut diſſonantia ſit relatio, niſi fortè ſecundùm vocabulum, & ſolùm ex modo ſignificandi, qualis eſt etiam diſtinctio, & oppoſitio, vt notat Capr. *in* 1. *diſtinct.* 30. *quæſt.*1. *ad* 6. *Greg. contra* 1. *concluſionem*: cùm tamen reuerà nihil ſit aliud, niſi negatio, & incompoſſibilitas Vnde & Ariſtoteles *in cap. de quant.* expreſsè ait, quòd vnum contrarium non dicitur ad alterum; & magnum, & paruum, ideò non ſunt contraria, quia ſunt ad alterum: & *in cap. de oppoſ.* quòd contraria, ea ipſa, quæ ſunt, nullo modo ad ſe inuicem dicuntur: & 5. *Metaph. text.*27. quòd eſſe inæquale eſt non habere æqualitatem, ſicut & eſſe inuiſibile eſt non habere colorem: & S. Thom. 1. 1. *quæſt.* 42. *art.* 1. *ad* 4. oppoſitionem, quæ eſt inter aliqua, non eſſe relationem. Et ratio

videtur

videtur eſſe : quia ex eodem S. Thom. 1.1.*quæſt*. 28. *art*. 1. *in corp. & alibi*, relatio, vel reſpectus nihil eſt aliud niſi ioclinatio aliquorum ad inuicem ; & proprium munus relationis in hoc conſiſtit, vt referat ſubiectum, & quodammodo ferat ad terminum, eíque formaliter tribuat eſſe ad aliud ; quod tamen impoſſibile eſt, vt habeatur formaliter à ratione diſtinctionis, oppoſitionis, contrarietatis, diſſonantiæ, difformitatis, & ſimilibus, quæ non modò non ordinant, noo conuertunt, non ferunt ſubiectum ad terminum ; ſed potiùs ab illo deordinant, auertunt, & retrahunt, vt ex ſe patet.

8. *Malitia non conſiſtit formaliter in relatione rationis.*

Dicendum ſecundò : Malitia actualis non conſiſtit formaliter in relatione rationis ad legem, ad rectam rationem, vel ad naturam rationalem, ad quam actus peccati comparatur, vt difformis, & diſſonus. Ita omnes communiter, qui illam conſtituunt in aliquo negatiuo, vt dicemus *diſput. ſeq.* Probatur ; quia relationes rationis non conueniunt rebus ſecluſa operatione intellectus ; bonitas verò & malitia moralis omninò conuenit, cùm inter cætera hoc differat bonum, & malum à vero, & falſo, quòd illud ſit in rebus, & hoc in intellectu, 6. *Metaph. text.* 8.

9. *Quomodo aliqua prædicata realia dicantur conſiſtere in relatione rationis.*

Quòd ſi dicas ex Vaſq. *diſp*. 95. *c*. 10. *n*. 49. ideò dici peccatum, & malum eſſe reipſa; quia reipſa ſunt omnia, ex quibus intellectus determinatur ad concipiendam relationem rationis: ſicut & ratio Creatoris, & Domini ideò dicitur eſſe in Deo reipſa ; & ratio vxoris, & mariti eſſe reipſa in hominibus, quia reipſa ſunt omnia, ex quibus proximè conſurgunt huiuſmodi relationes, quæ importantur, id eſt, creaturæ Deo ſubiectæ, & hoc, qood eſt matrimonium inter aliquos fuiſſe contractum : & eadem ratione etiam veritatem, & bonitatem, quæ eſt paſſio entis, communiter dici, quòd cooſiſtat in relatione rationis ; quia re ipſa enti conuenit, vt poſſit concipi tali modo relatum.

Contrà eſt : quia ex boc apertè ſequitur, quòd ratio formalis peccati non couſiſtat formaliter in relatione rationis ; ſed in proximo fundamento, ex quo illa conſequitur : ſiquidem formaliter in eo ſolo conſiſtit, quòd conuenit operanti, ſecluſa operatione intellectus, quod tamen ſolùm eſt fundamentum, provt antecedit relationem, & ab illa præſcindit, tanquàm à re conſequente ; non autem ipſa relatio, provt concipitur conſequi in poſteriore rationis : idque ipſum debet concedi etiam in exemplis allatis de ratione formali Creatoris, ac Domini ; vxoris, ac mariti ; ſicut & conceditur de paſſionibus entis : ſicut enim ratio veri, & booi tranſcendentalis, eſt ipſa ratio cuiuſque entis, provt tali modo eſt conceptibilis, conceptu quodam ſecundario, vel in ordine ad intellectum, vel in ordine ad aliquod aliud ens; non autem eſt formaliter ipſa relatio mente concepta in vnoquoque ente: ita & ratio Creatoris, ac Domini, eſt habere creaturas à ſe productas ex nihilo, & ſibi ſubiectas. Et ratio vxoris, & mariti eſt, ſibi mutuò tradidiſſe, & acceptaſſe poteſtatem corporum ; non autem formaliter ipſa relatio, quæ ex hoc fundamento poteſt confingi. Vnde & Deus, & Angeli, qui res intelligunt, ſicuti ſunt, neque formant entia rationis, perfectiſſimè intelligunt paſſiones entis, id eſt, ſecundarias conceptibilitates ſine relatione rationis, ratione Creatoris, ac Domini, ratione mariti, & vxoris, & ſimiles, & inter has etiam intelligunt rationem malitiæ, & peccati, quæcunque tandem illa ſit. Et quemadmodum in relatiuis realibus id, quod conuenit ratione proximi fundamenti, non dicitur formaliter conuenire per relatiooem realem, quæ ex illo conſequitur : ita & in relatiuis rationis non eſt dicendum conuenire formaliter per relationem rationis id, quod conuenit ratione proximi fundamenti. Neque aliud ſibi voluit S. Thom. 1.1. *quæſt*. 13. *art*. 7. *& aliis locis*, quando dixit, ea nomina, quæ ſolùm in tempore dicuntur de Deo, vt nomen Creatoris, ac Domini, importare relationem rationis : vt enim ipſe ſe explicat *in reſponſ. ad* 1. eam non importaot, niſi præſupponendo diuinam eſſentiam, vel actionem realem, & ſolùm ratione illius dicuntur conuenire realiter, vt ſubdit *in reſponſ. ad* 3.

Secundò probatur concluſio : quia poteſt intelligi aliquis actus eſſe malus formaliter, abſque eo, quòd vllo modo cogitetur de relatione, id eſt, ex hoc præcisè, quòd intelligatur carere rectitudine debita: & ſicut omiſſio actus debiti intelligitur eſſe mala formaliter, per hoc ſolùm, quòd ſit negatio actus ; neque eſt opus cogitare de relatione rationis, vt etiam concedit Vaſq. *diſp. cit. cap*. 9. *num*. 44. *& cap*. 10. *num*. 50. ita & poſitio actus indebiti poteſt intelligi, vt formaliter mala, abſque eo, quòd cogitetur de relatione.

Dicendum tertiò : Malitia actualis rectè poteſt explicari per relationem rationis, ſiue ad legem, ſiue ad dictameo rationis, ſiue ad naturam rationalem. Probatur : quia conceptus relatiui, & comparatiui ſæpè nobis ſunt notiores, & magis familiares, quàm abſoluti : & vt notat S. Thom. 1.1. *quæſt*. 13. *a*. 7. *cit. ad* 1. ſæpè vtimur nominibus relatiuis, non ad ſignificandas formaliter ipſas relationes, ſed res, ad quas conſequuotur relationes : vt quando dicimus, v. g. mouens, & motum, & qua ratione per relationes rationis explicamus paſſiones entis, & rationem Creatoris, ac Domini, provt conueniunt Deo; & in Phyſicis per difformitatem ad regulam explicamus obliquitatem, & curuitatem vnius quantitatis ; & per conformitatem explicamus rectitudinem, & ſic de aliis, eadem poſſumus explicare etiam malitiam actualem, vel comparando actum peccati ad legem, quæ eſt regula, & menſura remota bonitatis, vel ad rectam rationem, quæ eſt regula, & menſura proxima, vel ad naturam rationalem, quæ eſt finis cui, & menſura vltima. 10. *Malitia rectè explicatur per relationē rationis.*

Atque boc ſolùm exiſtimo voluiſſe S. Thom. 1.2. *quæſt*. 18. *art* 5. *cit*. vbi ait, malum io actionibus dici per comparationem ad rationem ; & pleróſque ex tis, qui citantur pro contraria ſententia : ſiquidem abſolutè concedunt, quòd malitia conſiſtat in negatione rectitudinis debitæ, vt dicemus *diſputatione ſequente*.

Dicendum quartò : Ex his colligitur, quòd ratio formalis peccati neque etiam conſiſtat in relatione deordinationis ad vltimum finem : neque enim huiuſmodi deordinatio eſt relatio, ſiue realis, ſiue rationis ; ſed poteſt ſufficienter intelligi per aliquid negatiuum, id eſt, per carentiam rectitudinis debitæ : nam eo ipſo, quòd aliquis actus inordinatè ſe habet ad honeſtatem, quæ eſt finis proximus, inordinatè ſe habet etiam ad Deum, & ad finem vltimum : ſiquidem ad hunc eſt ordinabilis ſolùm per finem proximum. 11. *Malitia non conſiſtit in relatione deordinationis ad vltimum finem.*

Et quemadmodum in actu virtutis idem eſt, quòd ſit conuerſus ad honeſtatem, quæ eſt finis proximus ; & quòd ſit conuerſus ad Deum, qui eſt finis vltimus; ita & in actu vitij, idem eſt, quòd ſit auerſus ab honeſtate, eámque non reſpiciat; & quòd ſit auerſus à Deo, & ſimiliter non reſpiciat Deum. Vnde & huiuſmodi auerſio, vel deordinatio à fine non ſolùm conuenit peccato commiſſionis ; ſed etiam amiſſionis, in qua tamen ratio malitiæ, etiam

ſecundùm

Digitized by Google

ſecundùm aduerſarios, non eſt aliquid relatiuum. Quòd ſi per huiuſmodi deordinationem ad vltimùm finem intelligatur poſitiuum demeritum illum habendi, vel poſitiua dignitas illa carendi, negari non poteſt, quin ſupponat rationem peccati, vt priorem, & io illa fundetur; ſicut & ratio meriti, vel poſitiua dignitas poſſidendi finem vltimum, ſupponit rationem honeſti in actu virtutis, vt ootat Salas 1.2. *tr.13.diſp.2.ſect.3.cit.num.16.*

12. *Ad primam.* Ad primam ex rationibus *initio* poſitis, Reſpondeo, falſum eſſe, quòd verba illa definitionis, *contra legem æternam*; importent formaliter relationem difformitatis ad legem; ſed ſolùm important realem negationem conformitatis, & proximum fundamentum, ex quo poteſt concipi poſitiua relatio difformitatis: & ſicut peccatum amiſſionis eſt contra legem æternam, & tota definitio peccati illi etiam conuenit, etiamſi illius malitia, non ſit relatio, etiam ex Vaſquez *num.* 44. & 50. *cit.* ita & peccatum commiſſionis. Et ſimiliter falſum eſt, quòd ex hoc formaliter actus intelligatur eſſe malus, quia comparatur ad legem, tanquàm difformis: ſicut enim in Phyſicis, aut Mathematicis, nõ ex hoc formaliter intelligitur aliqua quantitas eſſe obliqua, quia comparatur ad regulam, tanquàm difformis; ſed ex hoc, quòd conſtat ex partibus talem, vel talem poſitionem habentibus, & quæ non ex æquo ſua interiacent puncta, vt loquitur Euclides *lib.1.definit.4.* & hinc etiam prouenit, vt poſſit comparari ad regulam, tanquàm difformis: & io artificialibus, non ex hoc formaliter intelligitur domus, v. g. eſſe mala, quia comparatur ad artem, tanquàm difformis; ſed quia caret, v. g. tecto, aut aliquo alio ſibi debito: & hinc ſimiliter habet, vt comparetur ad artem, tanquàm difformis: ita & in moralibus non ex hoc formaliter habet actus, vt ſit malus; quia comparatur ad legem tanquàm difformis; ſed, quia caret aliquo ſibi debito, ex qua carentia etiam habet, vt comparetur ad legem, tanquàm difformis. Et ſi loquamur de malo, non ſolùm accepto ſubſtantiuè pro ipſa malitia; ſed etiam adiectiuè, & denominatiuè pro ipſo actu peccati, qui dicitur malus; rectè poteſt concedi, quòd conſiſtat in relatione, & tendentia ad ſuum obiectum, provt ſubſtat legi prohibenti; ſicut veritas in actu intellectus conſiſtit in tendentia ad ſuum obiectum, provt ſimiliter ita ſe habet, ſicut cognoſcitur. Per illud tamen, quod dicitur, obiectum ſubſtare legi prohibenti, non importatur formaliter relatio difformitatis ad legem; ſed carentia alicuius ex iis, quæ lex requirit, ad hoc, vt actus circa illud verſetur; & ex hac carentia formaliter prouenit, vt circa illud prohibeat actum, & ipſum obiectum dicatur ſubſtare legi prohibenti.

13. *Ad ſecundam.* Ad ſecundam Reſpondeo, rectè probare, quòd malitia eorum actuum, qui ſunt intrinſecè mali, non conſiſtat formaliter in relatione difformitatis ad rectam rationem; ſed in aliquo, quod antecedat huiuſmodi relationem; non tamen probare, quòd formaliter conſiſtat in relatione difformitatis ad naturam; ſiquidem poteſt conſiſtere in aliquo alio, quod ſimiliter antecedat comparationem actus ad naturam, ſicut antecedit comparationem eiuſdem ad dictamen rationis. Et quemadmodum in artificialibus malitia domus, v. g. carentis tecto, formaliter conſiſtit in carentia tecti, & hæc æqualiter antecedit relationem difformitatis ad regulas artis, & relationem diſconuenientiæ ad homines, vt illam habitent: ita & in moralibus, malitia actus poteſt formaliter conſiſtere in carentia alicuius ex iis, quæ requiruntur ad rectitudinem; & hæc carentia poteſt æqualiter antecedere vtranque comparationem, ad dictamen rationis, & ad naturam. Quo autem modo hæc ipſa malitia habeatur ex obiecto, dicemus *infra.* Et ſimiliter falſum eſt, quòd ſolùm ex huiuſmodi relatione ad naturam poſſit explicari contrarietas poſitiua actus virtutis, & vitij, quando reuerà eſt; non autem ſolùm eſt contrarietas priuatiua, vt ſæpè contingit; &, quòd ſolùm ratione illius relationis poſſint peccata deſumere ſpeciem ex obiectis, & differre ab inuicem, quando ſunt contra eandem virtutem per exceſſum, & per defectum: vt enim diximus *ſuprà*, contrarietas in actu vitij ad actum virtutis, ſolùm eſt ratione illius, quod in peccato ſe habet, vt materiale, id eſt, ratione ipſius actus; & hic aliquando contrariatur ſtrictè, & propriè, vt actus amoris, & actus odij, circa eandem perſonam; affirmatio, & negatio de eodem obiecto; voluntas habendi alienum, & voluntas non habendi: aliquando verò ſolùm contrariatur largo modo, & impropriè, provt contrarietas dicit quancunque incompoſſibilitatem in eodem ſubiecto pro eodem tempore, ſiue proueniat ex aliquo poſitiuo, ſiue ex priuatiuo, quomodo etiam Ariſt. 1. *Phyſic. text. 56. & 66.* ait, priuationem, & formam eſſe prima contraria: & *5. Phyſic. text. 9. Priuatio*, inquit, *dicatur contrarium.* & 2. *de anima, text.* 70. tenebræ dicuntur contrariari lumini. Et quemadmodum obiecta poſſunt eſſe diuerſa, etiam præſcindendo à relatione conuenientiæ, aut diſconuenientiæ ad naturam: ita & poſſunt tribuere ſpeciem, & diuerſitatem peccatis. Et denique, quia peccatum non eſt ſola carentia rectitudinis; ſed ipſe actus, provt caret rectitudine, vel carentia rectitudinis, provt eſt in actu; etiam actus, qui eſt contra virtutem per exceſſum, poteſt eſſe diuerſum peccatum ab actu, qui eſt contra eandem per defectum, ſi vterque ſit ex diuerſis motiuis; cùm verè vterque etiam, provt fundat carentiam eiuſdem rectitudinis, eíque ſubſtat, ſit diuerſus; ſicut & homo, & equus diuerſus eſt, etiam provt fundat negationem lapidis, eíque ſubſtat, de qua re plura dicemus *infrà.*

14. *Ad confirmationem.* Ad confirmationem patet ex dictis. Primò enim falſum eſt, quòd bonitas tranſcendens formaliter conſiſtat in relatione rationis, quamuis per illam rectè explicetur, vt diximus: & ideò neque eſt, quòd malitia formaliter conſtituatur in relatione: deinde, quidquid ſit de bonitate, quæ eſt paſſio entis, bonitas moralis, provt primò denominat actum bonum in ſe, & abſolutè, non ſe habet proportionaliter ad bonitatem, quæ eſt paſſio, & ſecundaria; ſed ad illam, quæ eſt primaria, & pertinet ad ipſam primariam rationem entis, & dicit integritatem, & perfectionem eorum omnium, quæ pertinent ad vnuoquodque: quo modo 5. *Metaph. text.* 21. perfectum deſcribitur eſſe illud, extra quod non eſt vllam accipere particulam: & Deus dicitur ſummè bonus, quia eſt ſummè perfectus, & extra illum non eſt accipere perfectionem, quæ in ipſo non ſit: & *Gen.* 1. dicitur Deus vidiſſe cuncta, quæ fecerat, quòd eſſent valdè bona: & ex Dionyſio *cap. 4. de diu. nominibus*, bonum eſt ex vna, totáque cauſa, & malum ex ſingulis defectibus: & denique ex communi vſu, quod eſt imperfectum ex ſuo genere, & caret aliquo, quod ad ipſum pertinet, dicitur malum; vt domus, v.g ſi careat tecto: & contrà, quòd eſt perfectum, & nullo caret, dicitur bonum: ſic enim etiam actus, ſi nullo careat ex iis, quæ ad ipſum pertinent, in quantum eſt à natura rationali, dicitur bonus; & ſi careat aliquo, dicitur malus: ac proinde malitia formaliter conſiſtit

io

in huiuſmodi carentia, & defectu, quidquid ſit de diſſonantia, & diſcoouenieotia ad naturam, vt dicemus.

DISPVT. X.

Vtrùm ratio formalis peccati conſiſtat in aliquo poſitiuo abſoluto.

1. *Sententia Caietani, & aliorum, quòd ratio formalis peccati conſiſtat in ipſo actu poſitiuo, prout proximè fundat negationem rectitudinis.*
2. *Probatur ſecundùm aliquos, quòd peccatum conſiſtat in aliquo poſitiuo.*
3. *Contraria ſententia communis, quòd peccatum formaliter non conſiſtat in aliquo poſitiuo.*
4. *Ratio formalis peccati non conſiſtit in ſola entitate phyſica actus.*
5. *Quomodo peccatum rectè dicatur eſſe quid complexè ſolùm enunciabile.*
6. *Ratio formalis peccati non conſiſtit in entitate actus, etiam prout eſt deliberata, & libera.*
7. *Sancti Patres communiter non agnoſcunt aliam rationem mali, niſi illam, quæ conſiſtit in negatione, aut priuatione.*
8. *Idem eſt etiam de Scholaſticis.*
9. *Ex Scriptura non habetur, niſi, quòd ratio mali conſiſtat in aliquo negatiuo.*
10. *Malitia malè diuiditur à Caietano in malitiam ſimpliciter, & malitiam moralem, ſeu ſecundùm quid.*
11. *Non datur purum malum, & quod nullam habeat admixtionem boni.*
12. *Omnis malitia conſiſtit in negatiuo; ſiue per illam dicatur aliquid eſſe malum in ſe, & abſolutè; ſiue dicatur eſſe malum alteri, & relatiuè.*
13. *Malum phyſicum non conſiſtit formaliter in poſitiuo.*
14. *Si malitia formaliter conſiſtit in entitate poſitiua, vel Deus propriè eſt cauſa malitiæ, vel non eſt propriè cauſa omnis entitatis poſitiuæ.*
15. *Malitia non poteſt conſiſtere ſimul in poſitiuo, & negatiuo.*
16. *Quomodo bonum, & malum dicantur opponi contrariè.*
   Ad primam.
   Ad ſecundam.
17. *Quomodo bonum, & malum ſint differentiæ actuum humanorum.*
18. *Quomodo aliqui actus dicantur mali intrinſecè, & eſſentialiter.*
19. *Ad tertiam.*
   Ad quartam.
20. *Quomodo pœna ſenſus debeatur peccato ratione conuerſionis, & pœna damni ratione auerſionis.*
21. *Ad quintam.*

1. *Sententia Caietani, & aliorũ, quòd ratio formalis peccati conſiſtat in ipſo actu poſitiuo, prout proximè fundat negationem.*

PRIMA ſententia eſt Caietani 1.2. *quæſt.* 18. *art.* 5. *& quæſt.* 71. *art.* 6. quem ſequitor etiam Medina *in art.* 6. *cit. ex quæſt.* 71. & apud illum Victoria, & quidam alij recentiores apud Vaſq. 1.2. *diſp.* 95. *cap.* 2. *num.* 3. & apud Salas *ibidem*, *tract.* 13. *diſp.* 2. *ſect.* 3. *num.* 11. & præſertim ex Academia Salmantienſi, & Complutenſi, apud eumdem *num.* 19. Imò, & idem aſſeruerunt etiam aliqui ex veteribus, vt apud Salas *ibidem*, *num.* 11. *cit.* refert Maior *in* 2. *d.* 37. *quæſt.* 1. *art.* 1. & Altiſiodoren. *lib.* 2. *tract.* 26. *cap.* 3. rationem formalem peccati, aut mali moralis, conſiſtere io ipſo actu poſitiuo, qui proximè fundat negatiooem rectitudiois, eámque antecedit: quanuis enim noo ſit negandum, quòd malum ſimpliciter conſiſtat in aliquo negatiuo; malum tamen morale ex Caietano non continetur ſub malo ſimpliciter, tanquàm ſpecies ſub genere; ſed eſt certum quoddam genus mali per ſe; & ad diſtinctionem mali ſimpliciter, poteſt appellari malum ſecundùm quid, & cum addito, & de vtroque nõ niſi æquiuocè dicitur ratio mali. Et vt addit Caiet. peccatom dupliciter dici poteſt, quòd ſit actus malus; id eſt, contrariè, & priuatiuè; & peccatum intemperantiæ, v.g. dicitur malum contrariè, in quantum habet obiectum formale contrarium obiecto temperantiæ; & prætereà dicitur malum priuatiuè, in quantum caret rectitudine, qoam deberet habere: & inter has doas malitias hoc eſt diſcriminis, quòd illa ſit res poſitiua, & à Deo, & fundamentum huius, & pertineat ad conuerſionem, quæ dicitur eſſe in actu peccati: hæc verò ſit priuatio, & nihil, & non à Deo, & fuodetur in illa, & pertineat ad auerſionem: & quanuis io quolibet peccato commiſſionis reperiatur hæc vtraque malitia; illa tamen, quæ eſt contraria, & poſitiua eſt potior: quia magis per ſe eſt voluntaria, & ex illa attenditur ſpecies peccatorum; quanuis hæc, quia intelligitur poſtremò aduenire actui, dicatur à S. Thoma, ſe habere in peccato quaſi formale.

Ad eandem ſententiam poteſt reduci etiam illud, quod aſſerunt Sotus, & Victoria, apud Salas *n.* 11. *cit.* & aliqui alij apud Vaſq. *cap.* 9. *n.* 7. quòd ratio peccati formaliter conſiſtat in aliquo poſitiuo, & in aliquo negatiuo ſimul, id eſt, in ipſa entitate actus, & in priuatione rectitudinis debitę: qood ex veteribus videtur aſſerere etiam S. Bonau. *in* 2. *d.* 42. *art.* 3. *quæſt.* 1. & Ferrar. 3. *contra Gent. c.* 9 §. *Secundum eſt.* qui dicunt, quòd ſi peccatum ſumatur concretiuè, vel prout eſt in concretione; non autem ſolùm prout eſt in abſtractione; non tantùm dicit priuationem; ſed etiã actum: & Gregor. *in* 2. *d.* 34. *q.* 1. *art.* 1. *concluſ.* 3. *& art.* 2. *coroll.* 1. vbi ait, peccatum non eſſe aliquid incomplexè enunciabile; ſed ſolùm poſſe enuociari complexè: quia, ſcilicet, neque eſt ſolus actus poſitiuus, neque ſola priuatio, ſed ſimul vtrunque.

Rationes pro Caiet. hæ ſunt præcipuæ. Primò, quia alioqui bonum, & malum morale ſolùm opponerentur priuatiuè; non autem contrariè, contra Ariſtotelem 2. *Ethic. cap.* 8. *& lib.* 7. *cap.* 8. *&* 14. *& in cap. ad aliquid, & in cap. de qualitate, & in cap. de oppoſ. & ſæpè alibi*: & cùm bonitas, & malitia eodem modo videantur ſe habere in actibus voluntatis, ſicut ſe habet veritas, & falſitas in actibus intellectus, vt colligitur ex eodem Ariſtotele *in cap. ad aliquid, cit.* vbi ait, actum virtutis eodem modo cõtrariari actui vitij, quo contrariatur actus ſcientiæ actui erroris; quemadmodum falſitas in actu intellectus conſiſtit in aliquo poſitiuo, id eſt, in ipſa entitate actus, prout habet obiectum aliter correſpondens in re, quàm per ipſum repræſentetur; ita & malitia in actu voluntatis conſiſtet in aliquo poſitiuo, id eſt, in ipſa entitate actus. Et ſicut contrarietas inter actum erroris, & actum ſcientiæ non exercetur formaliter ratione priuationis, quam habet actus erroris; ſed ratione entitatis poſitiuæ, quæ fundat talem priuationem: ita & contrarietas inter actum virtutis, & vitij, non exercetur formaliter ratione priuationis, quæ eſt in actu vitij; ſed ratione entitatis: ac proinde in entitate conſiſtit malitia, ſicut & in entitate conſiſtit bonitas. Vnde & qui elicit actum odij, verbi gratia, erga Deum, non ideò formaliter peccat, quia non eliciat actum amoris, & careat bonitate illius; ſed, quia poſitiuè elicit actum odij, & habet illius malitiam, eámque ob cauſam

2. *Probatur ſecundùm aliquos, quòd peccatum cõſiſtat in aliquo poſitiuo.*

deteriùs ſe habet eliciendo poſitiuè hunc actum, quàm ſi ſolùm ſe haberet negatiuè ad actum amoris: ſicut & intellectus deteriùs ſe habet per actum erroris, quàm per ſolam negationem ſcientiæ; & ſenſus per actum doloris, quam per ſolam negationem voluptatis.

Secundò, quia ſpecies peccatorum non poſſunt deſumi niſi ex aliquo poſitiuo: ſicut enim ratio actus moralis, quæ eſt genus ad actum bonum, & malum, eſt poſitiua; ita & ſolùm poteſt diuidi per differentias poſitiuas, quæ reducantur ad idem genus, & aliquo modo ſint ipſa ratio generica, vt patet ex doctrina Ariſtotelis *7. Metaph. text.* 43. *& lib.* 1. *de par. cap.* 3. vbi etiam ſpecialiter dicitur, quòd priuationis, quà priuatio eſt, nulla poteſt eſſe differentia: quia eſt impoſſibile, vt eius, quod non eſt, dentur ſpecies: & ſicut diuiditur, verbi gratia, pennatum, & pedatum, in illud, quod habet pennas, aut pedes fiſſos, aut non fiſſos; ita & diuidatur impennatum, & impedatum. Quod idem etiam habet 4. *Phyſic. text.* 67. vbi ſimiliter dicit, quòd nihili, & non entis nulla eſt differentia: quæ doctrina optimè quadrat in rem præſentem, ſi ratio formalis peccati dicatur eſſe priuatio: ſimiliter enim erit impoſſibile, vt peccatorum, & malitiæ dentur ſpecies. Vnde & S. Thom. 2.2. *quæſt.* 10. *art.* 5. *ad* 1. expreſsè docet, quòd ſpecies peccati deſumantur ex obiecto, ad quod peccans conuertitur: & cùm ſæpiùs aſſerat, bonum, & malum eſſe differentias conſtitutiuas humanorum actuum, vt 1. 1. *quæſt.* 48. *art.* 1. *ad* 2. *&* 1. 2. *quæſt.* 19. *art.* 1. *& lib.* 3. *contra Gent. cap* 9. ſimul tamen etiam aſſerit, quòd differentiæ conſtitutiuæ actuum debeant eſſe poſitiuæ, vt 1. 1. *loco cit. &* 1. 2. *quæſt.* 18 *art.* 5. *ad* 2. *& quæſt* 72. *art.* 1. Quod argumentum maiorem vim videtur habere in iis actibus, qui dicuntur eſſe mali intrinſecè, & eſſentialiter, vt eſt, verbi gratia, velle mentiri, & odium Dei: ſi enim malitia eſt illis eſſentialis, impoſſibile videtur, quòd non ſit aliquid poſitiuum, cùm priuatio non poſſit eſſe alicui eſſentialis. Et confirmatur: quia priuatio rectitudinis, aut honeſtatis, verbi gratia, temperantiæ, eadem eſt, tam in actu inſenſibilitatis, quæ eſt vitium illi oppoſitum per defectum, quàm in actu intemperantiæ, quæ eſt vitium oppoſitum per exceſſum: ergo impoſſibile eſt, vt illa tribuat ſpeciem his peccatis.

Tertiò, actus vitioſi producunt habitus poſitiuè inclinantes ad malitiam actus, & habitus ab illa formaliter ſpecificantur: quod tamen eſſe non poſſet, niſi malitia actus eſſet quid poſitiuum, ſiquidem alioqui neque poſſet concurrere ad productionem, neque ad ſpecificationem ſui habitus.

Quartò, id, quod eſt poſitiuum in actu, etiam prout præſcindit à priuatione, quæ ex illo conſequitur, eſt voluntarium, & liberum; & fundat ſufficienter relationes diſconuenientiæ ad legem, ad rectam rationem, & ad naturam ipſius operantis, eique quatenus eſt quid poſitiuum, debetur pœna ſenſus; ſiquidem hæc ſolùm debetur peccato ratione conuerſionis; ſicut & pœna damni debetur ratione auerſionis, vt docet S. Auguſt. *lib* 2. *de lib. arbitr. cap.* 19. *& lib.* 3. *cap.* 1. & S. Thom. *hac quæſt.* 71. *art.* 1. *ad* 3. *& quæſt.* 72. *art.* 3. *ad* 2. ergo id, quod eſt poſitiuum, etiam prout præſcindit a priuatione, eſt malum moraliter, & malitia formaliter eſt quid poſitiuum.

Et confirmatur ex S. Hieronymo *in illud Michea* 2. iuxta verſionem Septuaginta Interpretum: *Fugiſtis nemine perſequente.* carpit enim eos, qui aſſerunt, peccatum eſſe nihil: quia alioqui ſequeretur, quòd etiam damnum nobis illatum à Dæmone eſſet nihil, & Deus pro nihilo homines poneret in Inferno; & quando remittit peccata, nihil remitteret: & Chriſtus ipſe pro nihilo eſſet mortuus, dum eſt mortuus pro peccato: & contra nihilum prædicarent Scripturæ, & Sancti Viri, dum prædicant contra peccatum: quæ tamen omnia ſunt maximè abſurda.

Quintò, pro ſententia aliorum, qui rationem peccati ſimul conſtituunt in aliquo poſitiuo, & in aliquo priuatiuo, videtur facere S. Thom. 1. 2. *q.* 71. *art.* 6. vbi ait, actum humanum ſe habere in peccato, tanquàm materiale; & contrarietatem ad legem æternam ſe habere tanquàm formale: ſenſus enim videtur eſſe, quòd ſicut ex materiali, & ex formali conſtituitur ratio totius: ita & peccatum conſtituitur ex entitate actus, & ex priuatione conformitatis ad legem. Et prætereà videtur facere illud Hieremiæ *cap.* 2. vbi peccatum reſoluitur in duo, id eſt, in receſſum à Deo, & in acceſſum ad creaturam: *Duo mala fecit populus meus: dereliquerunt Deum, fontem aquæ viuæ: & foderunt ſibi ciſternas.* Et ratio videtur eſſe: quia, ſicut motus in phyſicis conſtituitur ex receſſu ab vno termino, & ex acceſſu ad alium, ſique definitione, & ratione ſunt duo, quamuis re, & ſubiecto ſint vnus, vt dicitur 5. *Phyſic. text.* 47. ita & peccatum conſtituitur ex receſſu à Deo, & acceſſu ad creaturam.

Secunda ſententia eſt aliorum communis apud 3.
Salas 1. 2. *tract.* 13. *diſp.* 2. *ſect.* 3. *cit. num.* 12. & apud Azor. *tom* 1. *lib.* 4. *cap.* 1. *quæſt* 6. rationem formalem peccati non conſiſtere in ipſo actu, aut aliquo alio poſitiuo; ſed ſolùm in negatione rectitudinis debitæ, vt explicabimus *infrà.*

Cõtraria ſententia commun, quòd peccatū formaliter non cõſiſtat in aliquo poſitiuo.

Dicendum eſt primò: Ratio formalis peccati, 4.
aut mali moralis, non conſiſtit in ſola ſubſtantia, & entitate phyſica ipſius actus. Probatur: quia ſaltem ad rationem peccati, & mali moralis requiritur, vt ſit deliberatus, & liber; quod tamen, præter nudam ſubſtantiam, & entitatem actus, dicit extrinſecam denominationem ab indifferentia, & libertate potentiæ, & certum modum cognitionis, vt *ſuprà* diximus. Atque hoc modo certiſſimum eſt id, quod docet Gregorius *in* 2. *d.* 24. *quæſt.* 1. *art.* 1. *concluſ.* 3. 5.
& art. 2. *coroll.* 1. quòd peccatum ſit quid complexè ſolùm enunciabile: verè enim non conſiſtit in aliqua entitate ſimplici; ſed includit complexionem plurium, & plures denominationes extrinſecas ab actu intellectus, & à libertate potentiæ.

Ratio formalis peccati nõ cõſiſtit in ſola entitate phyſica actus.

Quomodo peccatum rectè dicatur eſſe quid cõplexè ſolùm enunciabile.

Dicendum ſecundò: Ratio formalis peccati non 6.
conſiſtit in entitate actus, etiam prout eſt deliberata, & libera, vt vult Caiet. Probatur primò: quia Sancti Patres communiter nullam aliam agnoſcunt rationem formalem mali, ſiue phyſici, ſiue moralis, niſi illam, quæ conſiſtit in negatione, aut priuatione, vt videre eſt apud Suar. *in Metaph diſp.* 11. *ſect.* 1. *num.* 3. Salas *ſect.* 3. *cit. num.* 19. Vaſq. 1. 2. *diſp.* 95. *cap.* 4. Azor. *quæſt.* 6. *cit* & omnes communiter. Atque hoc modo S. Dionyſ. *cap* 4 *de diu. nominib. part.* 4. poſtquàm propoſuit difficultatem Caietani, quòd ma- 7.
lum contrarietur bono, & vitium virtuti, diſertè aſſerit, quòd malum, vt malum, nullam habet eſſentiam, ſed ſolùm deprauat, & deſtruit ea, quæ ſunt: & *infrà*, quòd, omnia, quæ ſunt, quatenus ſunt, bona ſunt: & *adhuc inferiùs*, quòd etiam Dæmones ſola declinatione, & prolapſione à malo, & quatenus pulchri non ſunt, mali ſunt: & *paulò poſt*, quòd etiam animi ſola priuatione bonarum actionum, atque affectionum ſunt mali, ſicut aër eſt tenebroſus ſola priuatione, & abſentia luminis: & quòd, ſicut bonum exiſtit ex integra cauſa;

Ratio formalis peccati nõ cõſiſtit in entitate actus, etiam prout eſt deliberata, & libera.

Sancti Patres communiter non agnoſcũt aliam rationem mali, niſi illã, quæ conſiſtit in negatione, aut priuatione.

Digitized by Google

cauſa ; ita & malum ex ſingularibus defectibus: & quòd mali non dantur cauſæ efficientes, ſed deficientes, id eſt, infirmitas, & imbecillitas: & quòd Dæmoni ſolùm eſt malum, quòd deflexit à Deo ; & animo, quòd deflexit à ratione ; & corpori, quòd à natura: & quòd malum eſt defectus boni, & quòd non eſt aliquid ; & quòd eſt ſolùm infirmitas, & imbecillitas ; & ſimilia.

Et S. Baſil. *hom. quòd Deus non eſt author malorum*, ex eo aſſerit, quòd *prauitas non ſubſiſtit, neque poſſumus illius eſſentiam ſubſtantem proferre, aut producere, id eſt, realem, & poſitiuam: quia malum eſt priuatio boni*. Quod idem etiam aſſerit S. Damaſc. *lib. 2. de fide, cap. 4. & lib. 4. cap. 2.* S. Athanaſius *orat. contra idola*. S. Naaianz. *orat. 9. & 38.* S. Epiphan. *hæreſi 24. & 66.* S. Chryſoſtom. *hom. 2. in Acta*, & Iuſtinus *quæſt. 46. ad Gentes*, vbi ex profeſſo probat, quòd non eſt res aliqua poſitiua: & *quæſt. 73.* vbi probat, quòd non ſit pura negatio.

Et ex Latinis S. Auguſtinus *lib. 11. de Ciuit. cap. 9.* vbi ait, mali nullam eſſe naturam ; ſed eo nomine ſolùm appellari amiſſionem boni: & *in Enchir. cap. 11.* vbi ait, quòd res, in quantum ſunt quædam naturæ, malæ eſſe non poſſunt: & *cap. 24.* agens de peccato ait, quòd eſt primum malum creaturæ rationalis, id eſt, prima priuatio boni: & *lib. 2. de lib. arbitrio, cap. vlt.* vbi diſputans de malo culpæ ait, quòd ideò non eſt à Deo, quia eſt nihil: & accommodat illud Ioan. 1. *Sine ipſo factum eſt nihil.*

S. Ambroſ. *lib. de Iſaac, & anima, cap. 7.* S. Hier. *Matth. 27. Iſa. 18. Amos 30.* S. Gregor. *lib. 36. Mor. cap. 24. aliàs 32.* S. Fulgentius, S. Anſelm. S. Bernard. & alij plures.

8. *Idem eſt etiã de Scholaſticis.* Quam doctrinam etiam ſequuntur Scholaſtici communiter *in 2. diſt. 34. & ſequent.* & præcipuè S. Thom. *1. part. quæſt. 48. art. 1. & 1. 2. quæſt. 54. art. 3. & quæſt. 71. art. 1. & quæſt. 72. art. 1. quæſt. 2. de malo, art. 2. & 9. & 3. contra Gentes, cap. 7. & ſeqq. & alibi ſæpè.*

9. *Ex Scriptura non habetur, niſi, quòd ratio mali conſiſtat in aliquo negatiuo.* Et confirmatur: quia etiam in Scriptura ſæpè ſignificatur peccatum nominibus negatiuis auerſionis, & receſſus à Deo, & à lege, vt Ieremiæ 14. *Multæ ſunt auerſiones tuæ.* & Ezech. 18. *Cùm auerterit ſe iuſtus à iuſtitia ſua.* imò & nomine vanitatis, & mendacij, Pſalm. 4. *Vt quid diligitis vanitatem, & quæritis mendacium.* vt notat Val. 1. 2. *diſp. 6. quæſt. 1. puncto 1.* Nomine tenebrarum, Iſa. 5. *Væ, qui dicitis tenebras lucem.* vt explicat ibi S. Baſil. & S. Auguſt. *lib. de agone Chriſt.* Nomine nihili Ioan. 1. *Sine ipſo factum eſt nihil.* vt exponit S. Auguſt. *tract. 5. in Ioan. & lib. 2. de lib. arbitr. cap. vlt. cit.* & Ioan. 15. *Sine me nihil poteſtis facere.* vt exponit B. Laur. Iuſtin. *in faſcic. amoris, cap. 8.* Et eandem ob cauſam peccatores dicuntur aliquando abſolutè non eſſe, vt Eſther 14. *Ne tradas, Domine, ſceptrum iis, qui non ſunt.* id eſt, peccatoribus, vt exponit S. Hieronymus *in cap. 7. Oſeæ.*

Neque ad loca Sanctorum Patrum videtur ſufficienter reſpondere Vaſquez *diſp. 95. cit. cap. 11.* dum ait, pleroſque ex illis ſolùm improbare doctrinam Manichæi, qui aſſerebat, malum eſſe aliquam ſubſtantiam, & naturam per ſe, vt refert S. Auguſtinus *lib. 2. de morib. Manich. cap. 2. & alibi* ; vel certè explicare per negationem, tanquàm per aliquid nobis notius, ipſam naturam peccati, & mali. Contrà enim eſt: quia non omnes, nec ſemper agunt contra Manichæos, ſed plerique abſolutè agunt de malo, & ſpecialiter de peccato, & malo culpæ ; & non ſolùm aſſerunt, quòd non ſit aliqua natura, id eſt, ſubſtantia ; ſed quòd ſit nihil, & ſola priuatio, vel defectus boni: & ex hoc inferunt, quòd nullam habeat cauſam efficientem ; ſed ſolùm deficientem ; & quòd Deus non ſit cauſa peccati: quæ tamen omnia falſa eſſent, ſi reuerà conſiſteret in aliquo poſitiuo, ſiue illud eſſet ſubſtantia, ſiue accidens. Et quamuis hoc rectè poſſet explicari per negationem, ſicut & per irrationale explicantur differentiæ poſitiuæ brutorum; non tamen poſſet rectè dici, quòd non ſit aliud, niſi negatio, & quòd nullam habeat cauſam.

Et eadem ratione impugnatur reſponſio Caietani *locis citatis*, quòd Sancti Patres ſolùm loquantur de malo ſimpliciter ; non autem de malo morali, & ſecundùm quid: loquuntur enim ſpecialiter etiam de malo culpæ, & abſolutè nullum aliud malum agnoſcunt, niſi illud, quod eſt defectus, & priuatio boni, & non habet cauſam efficientem, ſed ſolùm deficientem. Et quamuis Caiet. ad ſaluandam præcipuè Patrum doctrinam, excogitarit duplex illud genus mali, quorum alterum ſit quid negatiuum, id eſt, malum ſimpliciter; & alterum quid poſitiuum, id eſt, malum morale, & ſecundùm quid; re tamen vera id non ſatis aſſequitur, vt diximus.

Secundò probatur concluſio: quia diuiſio duplicis mali, quam aſſignat Caiet. ficta omninò, & commentitia, & ſuperuacanea eſt, vt notat Vaſq. *diſp. 95. cit. cap. 2. num. 5.* malè enim diſtinguit malitiam moralem à malitia ſimpliciter, eáſque ſolùm æquiuocè ait conuenire in ratione malitiæ: nam etiam malitia ſimpliciter, quam ipſe admittit in actu peccati, & formaliter, ait eſſe quid negatiuum ; eſt malitia moralis ; ſiquidem conuenit actui in genere moris, & prout actus humanus eſt dignus laude, aut vituperatione. Neque videtur Caietanus loqui cohærenter, dum admittit, quòd omne malum naturale ſit malum ſimpliciter, & ſolùm conſiſtat in aliquo negatiuo, ídque ipſum poſteà negat de omni malo morali: hoc enim tantùm videtur differre malum morale à malo naturali, quòd determinatè ſit malum hominis, prout homo eſt, & determinatè repugnet eius naturæ, prout tale eſt: non autem repugnet naturæ ſimpliciter, & cuicunque: ac proinde ſicut natura hominis, prout homo eſt, eſt quædam natura, & ſpecies naturæ in vniuerſum ; ita & malum determinatè repugnans naturæ hominis, videtur quædam ſpecies mali repugnantis naturæ, & continetur ſuo modo ſub communi ratione mali naturalis, & per conſequens impoſſibile eſt, vt formaliter conſiſtat in aliquo poſitiuo, ſi ratio formalis mali in vniuerſum conſiſtit formaliter in aliquo negatiuo. Et contrà, ſi ratio mali moralis, id eſt, determinatè repugnantis naturæ hominis, poteſt conſiſtere in aliquo poſitiuo, & ratio mali naturalis determinatè repugnantis, verbi gratia, naturæ aquæ, dicenda eſt conſiſtere in aliquo poſitiuo ; & calor, verbi gratia, non ſolùm dicetur eſſe illi malus, ratione priuationis frigoris, quam inducit ; ſed etiam ratione ſuæ entitatis poſitiuæ, per quam aqua malè ſe habet, etiam præſcindendo à priuatione frigoris, etſi ponatur ſimul habere etiam frigus: & quoad hoc eadem omninò videtur eſſe ratio de actu vitij, qui ex Caiet. poſitiuè repugnat naturæ hominis, & de calore, qui poſitiuè repugnat naturæ aquæ, vt notat Suar. *in Metaph. diſp. 11. ſect. 1. cit num. 6.* & denique nulla eſt ratio, quare Caiet. malum naturale, & quod conſiſtit in negatione, appellet malum ſimpliciter ; & malum morale, quod conſiſtit in affirmatione, appellet malum ſecundùm quid, vt ſubdit ibi Suar. *num. 7.* ſi enim malum ſimpliciter dicatur illud,

10. *Malitia malè diuiditur à Caiet. in malitiã ſimpliciter, & malitiã moralem, ſeu ſecundùm quid.*

quod inter mala eſt maximum, & quaſi antonomaſticè, abſolutè, & ſine addito meretur appellationem mali, multò conuenientiùs malum morale debet dici malum ſimpliciter, cùm alia omnia mala oatutalia reſpectu illius. ſint longè minora: ſi verò per malum ſimpliciter intelligatur malum in comiouni, prout abſtrahit aliquo modo ab omnibus differentiis, aut modis malorum inferiorum, ſi hoc dicatur conſiſtere in aliquo oegatiuo, impoſſibile eſt, vt malum morale, quod eſt inferius, & comparatur ad illud, tanquàm ſpecies, dicatur conſiſtere in aliquo poſitiuo.

11. *Non datur purum malū, & quod nullā habeat admixtionem boni.*

Et denique, ſi per malom ſimpliciter intelligatur illud, quod eſt purè malum, & nullam habet admixtionem boni, hoc in rebus omninò non reperitur, vt probat S. Dionyſ. *cap.4.cit. de diu.nominibus*, & ex Scholaſticis, Gregor. Arimin. *in 2.diſt.34.quæſt.*1. *cit.art.*1. *concluſ.*2. & ideò non modò malum morale; ſed neque etiam malum naturale poterit dici malum ſimpliciter: vt enim habet S. Auguſtinus *in Enchir.cap.*13. ſi oullum ſit bonum, oulla eſt natora, in qua ſit corruptio, aut defectus, & per conſequens nullum eſt malum: &, vt ſubdit *ibidem, cap.*26. quanuis bona poſſint eſſe ſine malis; mala tamen nec ſioe bonis, nec niſi io boois eſſe poſſunt: & quanuis homo, vel Angelus poſſit non eſſe iniuſtus; iniuſtus tamen oon poteſt eſſe, niſi vel homo, vel Angelus: & cùm ſit bonum, quòd ſit homo, & quòd ſit Aogelus; malum tantùm eſt in vtroque, quòd ſit iniuſtus. Et hac eadem ratione S.Thom. 4.*Ethic.ſect.*13.*&* 1.2.*quæſt.*49.*art.*3.*&* 1.2.*quæſt.*73.*art.*2.*ad* 2. exponit illud Ariſtotelis 4. *Ethic.cap.* 5. quòd non poſſit alicui conuenire omnis defectus boni; & eſſe aliquid, quod ſit iotegrè, & perfectè malum: quia malum etiam ſeipſum perdit; & ſi ſit integrum, intolerabile euadit: quanuis enim fortaſſe plures aliæ poſſint afferri expoſitiones horum verborum Ariſtotelis, vt dicemus *alibi*; hanc tamen affert S.Thom. *loco cit.* quæ ſaltem propter illius authoritatem non eſt improbanda: & maximè facit ad præſens negotium, quòd ideò aliqmid non poſſit eſſe integrè, & perfectè malum, & habere in ſe omnem defectum, aot deſtructionem boni; quia tale malum omninò conuinceretur ſeipſum deſtruere, & fieret ſimpliciter importabile, aut intolerabile, deſtruendo etiam ſubiectum ſuæ malitiæ, eiúſque defectum, aut deſtructionem inducendo, à quo tamen portari, & ſoſtentari deberet, ſi eſſet; ſiquidem, quod oihil eſt, malum noo eſt, cùm ſemper malum ſit priuatio boni; & ideò connotet, aut ſupponat ſubiectum; oon autem poſſit inducere, aut importare defectum illios, ſicot requireretur, ad hoc, vt importaret omnem defectum boni, & eſſet malum perfectè, & integrè; vel, quod idem eſt, ad hoc, vt eſſet purum malum.

12. *Omnis malitia cōſiſtit in negatiuo, ſiue per illam dicatur aliquid eſſe malū in ſe, & abſolutè; ſiue dicatur eſſe malū alteri, & relatiuè.*

Tertiò probatur: quia, tam malitia, per quam actus abſolotè, & in ſe dicitur malus, quàm illa, per quam dicitur malus alteri, & relatiuè, impoſſibile eſt, vt conſiſtat formaliter in ipſa entitate actus, aut in aliquo poſitiuo: nam, quemadmodum aliquid dupliciter dicitur booum; id eſt, vel, quia eſt bonuio in ſe; vel, quia eſt bonum alteri, vt colligitur ex S. Auguſt. *lib.* 8. *de Trinitate, cap.*3. & S.Thom. 1.2.*quæſt.*26.*art.*4. *&* *quæſt.*1.*de virtut. art.*2.*ad* 1. & notat Suarez *in Metaph. diſp.*10.*ſect.* 1.*num.*13. ita, & dupliciter aliquid dicitur malum; id eſt, vel, quia eſt malum in ſe; vel, quia eſt malum alteri, vt docet idem Suarez *diſp.* 11. *ſect.* 1. *num.* 8. & S. Thom. *quæſt.* 1. *de malo, art.* 1.*ad* 1. Et quemadmodum ratio boni in ſe coincidit cum ratione perfecti, vt patet ex Ariſtotele 5.*Metaph. text.* 21. & ſolùm conſiſtit in iotegritate eorum omnium, quæ alicui debentur ſecundùm eam rationem, ſecundùm quam dicitur bonum, aut perfectum, & potiùs pertinet ad primariam rationem, & conſtitutionem entis, quàm vt ſit paſſio tranſcédens, vt ſubdit Suarez *diſp.*10.*citat.ſect.*1.*num* 14. *&* 15. ita & ratio mali in ſe, conſiſtit in hoc, quòd res priuetur aliquo particulari bono, quòd eſt ex debito ſuæ perfectionis; ſicut animal per ægritudinem priuatur æqualitate humorum, quæ requiritur ad perfectum eſſe animalis, vt loquitur S. Thom. *loco cit.* Et ratio eſt ex eod. Suarez *diſp.*11. *ſect.*1. *num.*8. *cit.* quia res à propria entitate, ſicut formaliter habet, vt in ſe ſit; ita & habet, vt in ſe benè ſit: & ſicot apertè implicat, vt à propria perfectione entitatiua, & ab integritate illorum, quæ ipſi debentur, ſit formaliter in ſe imperfecta; ita & implicat, vt ab eadem ſit formaliter in ſe mala. Vnde & io iis, quæ dicuntur peccata naturæ, & in iis, quæ dicuntur peccata artis, indoctiooe conſtat, quòd ratio formalis conſiſtit in aliquo negatiuo, id eſt, io defectu alicuius ex iis, quæ debentur, vel ſecundùm oaturam, vel ſecundùm artem, vt docet Ariſtoteles 2. *Phyſic. text.*82. & notat S. Thom.*quæſt.*2.*de malo;art.*1. quod ſignum eſt, idem eſſe etiam in iis, quæ dicuntur peccata ſecundùm rationem. Ex hoc autem, quòd malitia, qua actus dicitur malus in ſe, & abſolutè, noo conſiſtat in aliquo poſitiuo, idem probatur etiam de malitia, qua dicitur malos alteri, & relatiuè: quia, vt ſubdit S.Thom. *quæſt.*1.*de malo, art.*1. *cit. ad* 1. ſicut aliqoid ideò dicitur malum in ſe, qoia priuatur aliquo, quod eſt ex debito ſuæ perfectionis; ita & dicitur malum alteri, quia priuatur aliqoo, quod eſt ex debito perfectionis illius alterius: & ignis, verbi gratia, ideò dicitur malus aquæ; quia, quanuis ſit bonus in ſe, nullóque careat ex iis, quæ debentur ſuæ perfectioni; caret tamen iis, quæ debentur perfectiooi aqoæ. Et ratio eſt ex Suar. *diſp.*11. *in Metaph. ſect.*1. *cit.num.*12. & Salas 1.2. *diſp.*2.*ſect.* 3.*num.*23. qoia entitas, quæ eſt bona in ſe, non poteſt ratione booitatis præciſè eſſe alteri mala; neque bonitas ex eo, quòd intelligatur aduenire alteri, poteſt intelligi, quòd illud faciat malè ſe habere: & ſi calori ignis, verbi gratia, adueniendo aquæ, facit illam malè ſe habere, id oon habet formaliter ratione bonitatis, qua eſt bonos in ſe, id eſt, ratione ſuæ entitatis, & perfectionis; ſed ratione alicuius alterius extra entitatem, & bonitatem in ſe, id eſt, ratione damni, & nocumenti, qood illi affert, priuando eam frigore, vel ſaltem ratiooe improportionis, & ineptitudinis, quam habet, vt benè cum illa componatur; quæ tamen improportio, & ineptitudo ſimiliter eſt aliquid negatiuum, & reſpondet ex parte aquæ etiam negationi inclinationis, & propenſionis ad calorem.

Atque hoc modo S. Aoguſt. *lib.*2. *de morib. Manich. cap.* 3. *tom.* 1. ait, malum eſſe vnicuique id, quod nocet illi; & quidquid nocet, bono aliquo priuare rem, cui nocet; & ſi nullum booum adimat, nihil protſus nocere: & S. Thom. 1. 1. *quæſt.* 5.*art.*5. *ad* 4. ex eodem S. Auguſtino *lib. de natura boni, cap.* 3. *&* 4. *tomo* 6. modum, ſpeciem, & ordioem, in quibus communiter conſiſtit ratio boni, ideò ait aliquando dici mala; quia non iis rebus accommodantur, quibus accommodanda ſunt, iíſque ſunt aliena, & incongrua: & S. Diooyſ. *cap.*4. *cit. de diu. nominib. pag.* 125. *col.* 2. expreſsè aſſerit, quòd ſi quid interit ex aliquo ſibi malo, ſolùm interit; quia illi, quod dicitur malum, deeſt

ratio

Digitized by Google

ratio conuenientiæ, & aptæ compoſitionis reſpectu ipſius, atque ita formalem rationem etiam mali relatiuè accepti, refert in negationem, & defectum conuenientiæ, & aptæ compoſitionis: & *paulò poſt, pag. 129. col. 1.* tanquàm cauſas mali enumerat infirmitatem, imbecillitatem, & non aptam diſſimilium compoſitionem: & *infrà, col. 2.* vniuerſaliter de malo ait, quòd ſit priuatio defectus, imbecillitas, & vacuitas aptæ compoſitionis: ex quo loco habetur, quòd non ſolùm malitia abſoluta, qua aqua, v.g. carens frigore, aut alia perfectione ſibi debita, dicitur in ſeipſa malè ſe habens, conſiſtit in carentia huiuſmodi perfectionis; ſed etiam malitia relatiua, qua calor, verbi gratia, dicitur malus aquæ, conſiſtit in defectu, aut vacuitate aptæ compoſitionis cum aqua; & ſi aqua ſimul cum calore conſideretur, vt quoddam compoſitum in ſe malum, ſimiliter malitia talis compoſiti formaliter conſiſtat in carentia partium aptè componibilium inter ſe, vel in vacuitate aptæ compoſitionis in ſuis partibus; non autem in ipſa formali entitate caloris, aut aquæ: ſiquidem per hanc, huiuſmodi totum, ſicut formaliter habet, vt in ſe ſit; ita & habet, vt in ſe benè ſit, qualecunque tandem ſit eſſe, quo dicitur in ſe eſſe; & per conſequens, quòd omnis ratio mali, ſiue abſoluta, & in ſe, ſiue relatiua, & reſpectu alterius, formaliter ſolùm conſiſtat in aliquo negatiuo; non autem in entitate poſitiua, vt vult Caiet.

Et quanuis Gregor. Arimin. *in 2. diſt. 34. quaſt. 1. art. 1. ad 2. contra primam concluſionem*, & Salas 1. 2. *diſp. 2. cit. ſect. 3. num. 23. & 37.* affirment, quòd quæ ſunt alteri mala, ſolùm participant huiuſmodi denominationem, per attributionem ad malitiam abſolutam, quam in illo inducunt; id eſt, per defectum, aut priuationem alicuius ex perfectionibus illi debitis; & calor, v.g. non alia ratione ſit malus aquæ, niſi quia inducit carentiam frigoris, ſecundùm quam in ſeipſa malè ſe habet, idque communiter, & de facto ita ſe habeat: ſi tamen dicamus, quòd etiam ratione ſui poſſint aliqua eſſe alteri mala; & quanuis calor per Dei potentiam non deſtrueret frigus, adhuc aquæ eſſet malus, adhuc poſſumus, ac debemus dicere, quòd formaliter ſint mala per aliquid negatiuum, id eſt, per defectum, & vacuitatem aptæ compoſitionis, vt iam diximus ex S. Dionyſio, & formaliter ideò calor ſit malus aquæ, quia non eſt cum illa aptè componibilis.

Atque hoc eſt multò probabilius, quàm quod docet Val. 1. 2. *diſp. 2. quaſt. 13. puncto 3. ad 4.* & indicat S. Anſelm. *lib. de caſu Diaboli, cap. 26.* & refert Salas *ſect. 3. cit. num. 41.* & Vaſquez 1. 2.
13. *Malum phyſicum non conſiſtit formaliter in poſitiuo.* *diſp. 95. cap. 4. num. 17.* quòd malum phyſicum conſiſtat formaliter in aliquo poſitiuo; & calor, verbi gratia, ſit malus aquæ, & dolor ſit malus animali formaliter, in quantum eſt calor, & dolor: contra enim eſt: quia, vt docet Capr. *in 2. diſt. 34. quaſt. 1. art. 3. ad 2. contra primam concluſionem*, Gregor. Suar. Salas *locis cit.* nihil poteſt formaliter, quà eſt ens, & quà eſt bonum, facere, vt aliud malè ſe habeat; neque deeſt etiam in calore, & dolore aliquid negatiuum, ratione cuius formaliter ſit malus aquæ, & animali, vt diximus.

14. *Si malitia formaliter cõſiſtat in entitate poſitiua, vel Deus propriè eſt cauſa malitiæ, vel non eſt propriè cauſa omnis entitatis poſitiuæ.* Quartò, contra Caiet. maximè facit commune abſurdum, quod infertur, id eſt, quia ſequitur, vel Deum formaliter eſſe cauſam malitiæ, vel non eſſe cauſam omnis entis poſitiui; cuius tamen vtriuſque abſurditas clariſſima eſt, cùm hoc ſecundum repugnet S. Ioanni, cap. 1. *Omnia per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factum eſt nihil.* & illud primum, quanuis concedatur à Caietano, apertè repugnet Concilio Trident. *ſeſſ. 6. can. 6.* vbi dicitur anathema iis, qui dixerint, Deum operari mala opera, non ſolùm permiſſiuè; ſed etiam propriè, & per ſe, ſicut operatur bona: ſi enim malitia eſt ipſa entitas poſitiua actus mali, ſicut & bonitas eſt entitas poſitiua actus boni; æquè propriè, & per ſe cauſabitur vtraque, non autem malitia ſolùm cauſabitur permiſſiuè, & bonitas propriè, & poſitiuè.

Propter quod abſurdum non deſunt, qui putent, ſententiam Caietani non modò eſſe falſam, & improbabilem; ſed etiam periculoſam, & temerariam, vt videre eſt apud Salas *diſp. 2. ſect. 3. cit. num. 24.* & apud Azor. *tomo 1. lib. 4. cap. 1. q. 6.* Neque ſoluit hoc argumentum Med. 1. 2. *quaſt. 71. art. 6.* dum ait, malitiam moralem ideò non eſſe à Deo, quanuis ſit aliquid poſitiuum; quia, cùm ſit quid morale, ſolùm refertur in cauſam moralem, qualis eſt ſola voluntas creata; non autem in cauſam merè naturalem, qualis eſt Deus. Contrà enim eſt: quia ex hoc apertè ſequitur, quòd neque etiam bonitas moralis ſit dicenda eſſe à Deo, cùm etiam ipſa ſit quid morale, & debeat referri in cauſam moralem; non autem in cauſam merè naturalem; vel certè ſi bonitas poteſt eſſe à Deo, non obſtante, quòd ſit moralis, ab eodem etiam erit malitia, non obſtante ſimiliter, quòd ſit moralis.

Similiter, neque ſoluitur argumentum, ſi dicas, entitatem poſitiuam, verbi gratia, actus odij Dei, ſolùm habere rationem malitiæ, prout eſt à voluntate creata, eámque connotat; non autem prout eſt à Deo: quia ſolùm ad voluntatem creatam comparatur, vt debens ab illa non eſſe; non autem hoc modo comparatur ad Deum; & ſicut per ſolam comparationem ad voluntatem creatam habet formaliter, vt ſit vitalis, & libera; non autem per comparationem ad Deum; ita & ſolùm per comparationem ad illam, habet, vt ſit malitia. Nam contrà eſt: quia, quòd comparetur ad cauſam, vt debens, vel non debens ab illa non eſſe, non facit, vt ſimpliciter ab illa non ſit, & ad illam ſimpliciter non comparetur, vt ad cauſam; ſed ſolùm, vt comparetur tanquàm ad cauſam reverà cauſantem; ſed quæ præterea debeat, vel non debeat non cauſare: ac proinde, cùm ratio debiti ſit extrinſeca cauſationi, ſicut malitia comparatur ad voluntatem, tanquàm ad cauſam, quia verè ab illa cauſatur; ita & comparabitur ad Deum ſimiliter, tanquàm ad cauſam, cùm ſimiliter cauſetur etiam à Deo; quanuis præterea cauſetur à voluntate, debente non cauſare, & à Deo non debente non cauſare. Neque ex eo, quòd malitia moralis, vt ſic, dicatur conſiſtere in entitate poſitiua, prout connotat voluntatem creatam, tollitur ſufficienter, quòd non cauſetur à Deo: quia, ſicut Deus dicitur eſſe cauſa ſimitatis, per hoc, quòd cauſet curuitatem, quæ prout connotat naſum, dicitur ſimitas; ita & dicetur eſſe cauſa malitiæ, per hoc, quòd cauſet entitatem, quæ prout connotat voluntatem creatam, dicitur malitia: & eadem ratione etiam dicitur eſſe cauſa actus vitalis, & liberi; quia eſt cauſa illius entitatis, quæ prout eſt à potentia vitali, & libera, denominatur vitalis, & libera: & quòd huiuſmodi denominationes non habeantur formaliter per ordinem ad Deum, non probat, quòd Deus non ſit cauſa efficiens illius entitatis, quæ per illas denominatur; ſed ſolùm, quòd non ſit cauſa formalis, nec formaliter illas tribuat.

Dicendum tertiò: Ratio formalis peccati non

Malitia non poteſt conſiſtere ſimul in poſitiuo, & negatiuo.

conſiſtit ſimul in poſitiuo,& negatiuo.Ita Vaſq *diſp.* 95.*c.*3.*n.*8. quia impoſſibile eſt,vt negatiuum, ſimul cum poſitiuo, conſtituat aliquid ; &, vt habet Ariſt. *lib.*1.*de par.cap.*3. ens contrahatur per non ens. Et quamuis actus malus denominatiuè acceptus dicat actum,& malitiam,id eſt, poſitiuum, & negatiuum; non tamen dicit vtrunque , tanquam rationem formalem eſſendi malum:& rationes allatæ concluſione præcedente , quòd malitia non ſit aliquid poſitiuum,etiam probant,quòd non includat formaliter aliquid poſitiuum.

16.
Quomodo bonum, & malum dicatur opponi contrariè.
Ad primam.

Ad primam pro ſententia Caiet. Reſpondeo cum S.Thom. *q.*1.*de malo,art.*1.*ad* 2.*&* 3. *contra Gentes, cap.*9.veriſſimum eſſe,quòd bonum, & malum,ſi accipiantur formaliter pro ipſa bonitate , & malitia, ſolùm opponantur priuatiuè: ſiquidem bonum in moralibus dicitur ſecundùm ordinem ad finem, qui eſt bonum hominis ſecundùm rationem , & prout homo eſt:& malum dicitur ſecundùm priuationem talis ordinis;quia tamen bonum,& malum in moralibus communiter non ſumuntur formaliter prò ipſa bonitate, & malitia;ſed denominatiuè pro ipſis actibus voluntatiis,qui dicuntur boni,aut mali,prout habent , vel non habent debitum ordinem ad finem ; ideò dicuntur ab Ariſtotele opponi contrariè. Et idem dici poteſt etiam de veritate, & falſitate in actibus intellectus: ſimiliter enim , ſi accipiantur formaliter , ſolùm dicunt conformitatem, & negationem conformitatis ad obiectum , & opponuntur priuatiuè , vt notat Salas 1. 2. *tract.*13. *diſp.*2.*ſect.*3.*num.*36. ſi verò accipiantur denominatiuè , & materialiter pro ipſis actibus , qui dicuntur veri,aut falſi;dicunt aliquid poſitiuum,& opponuntur contrariè. Neque ex hoc, quòd bonum, & malum denominatiuè acceptum,id eſt,actus ipſi voluntarij exerceant contrarietatem propriè dictam nomine entitatis, & poſitiui, ſequitur,quòd etiam bonum, & malum accepta eſſentialiter, id eſt,ipſa bonitas, & malitia illam exerceant, & per conſequens vtraque ſint aliqoid poſitiuum : ſiquidem accepta formaliter ſolùm exercent oppoſitionem priuatiuã, vt diximus:& ſicut calor, & frigus,in quantum ſunt qualitates, exercent oppoſitionem contrariam,& in quantum ſunt formaliter bonæ, vel malæ, v.g.aquæ, exercent oppoſitionem priuatiuam ; quia frigus habet cum illa aptam compoſitionem, & ideò dicitur illi bonum ; & calor habet defectum , aut vacuitatem huiuſmodi aptæ compoſitionis, & ideò dicitur illi malus : ita & actus virtutis , & vitij , verbi gratia , dilectionis , & odij erga Deum , in quantum ſunt proſecutio , & fuga eiuſdem obiecti, exercent oppoſitionem contrariam ; & in quantum ſunt formaliter boni , & mali , ſiue in ſe , & per bonitatem abſolutam , ſiue ipſi homini , & per bonitatem relatiuam , exercent oppoſitionem priuatiuam : quia actus dilectionis eſt in ſe integer , & perfectus , & aptè in ſe compoſitus , & componibilis cum homine; actus verò odij non eſt in ſe integer , neque aptè compoſitus , aut componibilis, vndecunque tandem proueniat huiuſmodi negatio , aut vacuitas aptæ compoſitionis , id eſt , vel, quia actus odij naturaliter poſtulat in ſubiectum inducere priuationem amoris,etiam quando eſt debitus,vel conueniens;vel,quia tollit conformitatem operationis , cum proxima , & cum vltima regula, quæ eſt recta ratio,& Deus;vel,quia inducit reatum pœnæ, inimicitiam cum Deo , &c. vt in re ſimili de actu doloris,& triſtitiæ,qui non eſt aptè cõponibilis cum voluntate ; & de actu erroris , qui non eſt aptè componibilis cum intellectu , videre eſt apud Salas *ſect.*3.*cit.n.*43.*&* 44.

Quod verò additur, eum , qui elicit actum odij, non ideò peccare,quia non elicit actum amoris;ſed, quia poſitiuè elicit actum odij;& ideò ſe habere deterius ; ſi concedatur,ſolùm probat,quòd peccatum commiſſionis habeat propriam malitiam,diſtinctam ab illa , quam habet peccatum omiſſionis , & quòd ſecundùm illam ſit grauius peccatum,vt etiam probat S.Thom. 1.2.*quæſt.*79. *art.*4. *& quæſt* 2 *de malo, art.*1.*ad* 4.*& art.*9.*in corp.*non autem,quòd illa malitia ſit formaliter quid poſitiuum. Vnde,ſi per impoſſibile ſimul haberet actum odij , & actum amoris, adhuc peccaret per actum odij , iſque actus adhuc eſſet dicendus malus in ſe , & malus habenti; quia in ſe deficeret ab integritate eorum , quæ ſunt debita actui humano circa tale obiectum, & ſaltem careret apta compoſitione cum ipſo habente.

17.
Ad ſecundã. Quomodo bonum, & malum ſint differẽt.a actuũ humanorum.

Ad ſecundam Reſpondeo , ad ſummum ſolùm probare, quòd ſpecies peccatorum non deſumantur per ſe à malitia formaliter accepta , & ratione ſui ; non autem probare , quòd non deſumantur per accidens, id eſt, ratione fundamenti , ex quo conſequitur : vt enim docet S.Thom.1.1.*quæſt* 48. *art.*1. *ad* 2.bonum, & malum non eodem modo ſunt differentiæ conſtitutiuæ in moralibus : ſed bonum eſt differentia per ſe ; quia habet rationem finis ; & malum eſt differentia per accidens , in quantum eſt remotio debiti finis,quę ſemper adiungitur alicui alteri fini indebito:& ſicut in naturalibus remotio,vel priuatio vnius formæ ſubſtantialis ſemper adiungitur alicui alteri formæ ſubſtantiali, & ratione illius aliquando aſſumitur ad explicandam differentiam poſitiuam,vt quando dicimus, irrationale eſſe differentiam animalis;ita & in moralibus priuatio boni, aut finis debiti ſemper conſequitur ex aliquo alio fine. aut bono indebito,& ratione illius aſſignatur,vt differentia actus moralis.Quod totum clariùs explicat idem S.Thom.3.*contra Gentes,cap.*9.quando ait, malum morale dici genus ad ſpecialia mala moralia,& dici differentiam actus moralis in vniuerſum, *non ſecundùm quod eſt priuatio boni rationis , ex quo dicitur malum ; ſed ex natura actionis ordinata ad aliquem finem, qui repugnat debito fini rationis : ſicut & irrationale eſt differentia animalis,non propter priuationem rationis , ſed ratione talis natura, ad quam ſequitur remotio rationis.* Atque hoc modo ſi admittamus , quòd malitiæ acceptæ formaliter non dentur ſpecies , ſicut vniuerſaliter de priuatione, & non ente aſſumitur in argumento , ex Ariſt. *lib.* 1.*de par. cap.*3. *& lib.* 4. *Phyſic. text.* 62. optimè tamen poſſunt aſſignari ſpecies ratione fundamenti, ſicut & aſſignantur, v.g.equus,& bos, tanquàm ſpecies animalis irrationalis , ratione naturæ, ad quam ſequitur in vnoquoque priuatio rationalitatis , vt diximus.

18.
Quomodo aliqui actus dicantur mali intrinſecè, & eſſentialiter.

Et idem eſt etiam de iis actibus , qui dicuntur mali intrinſecè,& eſſentialiter : neque enim per hoc ſignificatur , quòd malitiam acceptam formaliter includant intrinſecè , vt de eſſentia ; ſed , quòd eſſentialiter habent, vt illam fundent , neque poſſunt vllo modo ab illa abſolui , ſi ſint actus deliberati, & humani ; & in hoc differunt ab aliis actibus , qui ſolùm dicuntur eſſe mali ex circunſtantiis , non autem ex obiecto:quia poſſunt ex aliqua variatione circunſtantiarum omninò abſolui à fundanda malitia.

Ad confirmationem Reſpondeo eodem modo : ſi enim dicamus , quòd tam in actu inſenſibilitatis, quàm in actu intemperantiæ ſit carentia eiuſdem rectitudinis , & honeſtatis temperantiæ ; in vtroque tamen eſt ex diuerſo fundamento : & ideò ratione illius poteſt vtrique tribuere ſpeciem , vt dicemus *ſuo loco.*

Ad

19. *Ad tertiam.* Ad tertiam patet ſimiliter : neque enim actus vitioſi producunt habitus ratiooe malitiæ formaliter acceptæ ; ſed tatione fundamenti,ex quo conſequitut malitia : & cadem ratione etiam habitus dicuntur inclinare ad malitiam, in quantum inclinant ad actus habentes malitiam.

Ad quartam. Ad quartam Reſpoudeo, id , quod eſt poſitiuum in actu , ſi præſcindatur omninò a priuatione integritatis , vt aptæ compoſitionis in ſe ipſo , & cum ipſo habente , noo poteſt intelligi, velut malum in ſe , vel vt malum habeoti , ſicut enim domus, v.g. ſi præſcindatut à catentia tecti , aut altetius ſibi debiti , non poteſt intelligi, vt mala in ſe,neque poteſt fundare compatationem difformitatis ad regulas artis , vel ad fioem habitationis ; & vniuerſaliter eſt impoſſibile, vt vnunquodque,in quantum eſt ens , intelligatut , vt malum ; ita & actus. Et quando dicitnr pœna ſenſus illi deberi ratione conuerſionis , ſolùm intelligitur , in quantum conuerſio eſt ad finem indebitum , & cum inordinatione ad finem debitum. Er ſenſus eſt , quòd cum vtraque pœna, id eſt, ſenſus , & damni, debeatur peccato,in quantum eſt actus inordinatus ; illa tamen ſpecialiter debeatur , in quantum buiuſmodi actus eſt acceſſus inordinatus ad bonum vtile , aut iucundum ; & hæc in quantum eſt receſſus à buno rationis , & honeſto ; quanuis hæc ipſa duplex tatio acceſſus, & receſſus , ſit vna realitas , ſicut & contingit in qualiber mutatione phyſica , quæ ſit inter terminoa contradictorios.

20. *Quomodo pœna ſenſus debeatur peccato ratione conuerſionis , & pœna damni ratione auerſionis.*

Ad confirmationem ex S. Hieronymo Reſpondeo , eum non carpere , niſi quoſdam , qui aſſeruot , malitiam eſſe ipſum Diabolum ; & hunc addunt eſſe nihil : & de hoc exponunt illud Ioanuis 1. *Sine ipſo factum eſt nihil.* vt videre eſt apud ipſum.

Quòd verò additur in argumento , ſi malitia peccati ſit quid negatiuum , & nihil , apertè ſequi, quòd damnum illatum nobis à Dæmone ſit oihil, quòd Chriſtus ſit mortuus pro nihilo,&c. ſi intelligatur in bono ſenſu , non eſt abſurdum : ſatis enim damni eſt nobis illatum à Dæmone , dum inſtigando nos ad peccatum , & ad actum carentem rectitudine debita , inducta eſt priuatio gratiæ, id eſt, amicitiæ, & filiationis diuinæ , & ablatum eſt ius ad æternam hæreditatem ; & Chtiſtus Dominus pro tollendo hoc nibilo, & gratia nobis tecuperanda, eſt mortuus.

21. *Ad ſextam.* Ad ſextam Reſpondeo, non eſſe negandum,quòd ſi peccatum , & malum motale ſumatur denominatiuè , & concretiuè , pto actu deordinato , & malo ; non autem formalitet , & abſtractiuè pro ipſa deordinatione , & malitia , ſimul includat actum poſitiuum , & priuationem , vt diximus : id enim ſibi vult S.Thom. 1.2. *quæſt.*71.*art.*6.quando ait, actum humanum ſe habere in peccato , vt materiale , & contrarietatem ad legem , vt formale. Et clariùs hoc idem explicat *quæſt.* 2. *de malo* , *art.* 2. vbi ait, quòd in peccato non ſolùm eſt conſideranda deformitas ; ſed etiam actus , qui deformitati ſubſternitur : quia peccatum non eſt deformitas , ſed actus deformis ; & deformitas eſt per hoc , quod diſcordat à debita tegula rationis,vel legis Dei.Sed contra illam ſententiam ſolùm eſt oegandum,quòd ex actu, & ex malitia, vel priuatione æqualiter cooſtituatur ratio formalis , & eſſentia peccari , ſicut eſſentia compoſiti phyſici æqualiter cooſtituitur ex materia , & forma ; & compoſiti metaphyſici ex genete , & differentia. Neque oppoſitum habetur ex verbis Ieremiæ cap. 2. *Duo mala fecit popnlus meus.* Neque enim eſt ſenſus , quòd vnunquodque peccatum formalitet conſter ex oegatiuo , & poſitiuo ; ſed quòd reuetà ille populus duo peccata commiſerat , id eſt, verum Deum negauetat , & idola coluerat , vt notat Vaſq. 1.2. *diſp.*95. *cit.cap.*2.*num.* 6. & Salas *tract.*13. *diſpnt.*2.*ſect.*3. *num.* 22. vel certè, ſi ille locus intelligatur de vno tantùm peccato , dici debet , ſignanrer mentio fieti duorum malorum , non autem duatum malitiarum ; quia in peccato duo poſſunt aſſignari , vt mala ; id eſt , malum denominatiuè , quod eſt ipſe actus dcordinatus ; & malum eſſentialiter , quod eſt ipſa deordinatiu ; non autem poſſunt aſſignari duæ malitiæ.

Neque in peccato,ſi ſolùm conſidetetur tanquàm actus inotdinatus, debent reipſa diſtingui duæ illæ rationes, quæ diſtinguuntur in motu phyſico,quando eſt inter terminos contratios , id eſt, acceſſus ad vnum terminum , & receſſus ab alio : ſed ſatis eſt, ſi diſtinguantnr ſola tatione , & per conceptus inadæquatos , ſicut contingit in mutatione propriè dicta , quando eſt inter terminos contradictotios : ſicut enim, quando aër illuminatur,idem eſt , quòd accedat ad lumen, & quòd recedat à tenebris;& ſolùm diſtinguitnt, quatenus huiuſmodi tranſitus non concipitut vno conceptu adæquato , provt verè eſt inter vtrunque terminum contradictotium;ſed duplici & inadæquato : ita & in peccato idem omninò eſt , quòd actus ſir acceſſus deotdinatos ad bonum, quod eſt contra regulam , & quòd ſit receſſus à bono ſecundùm regulam , in quo includitut etiam receſſus à Deo , qui eſt vltimum bonum , & vltima regula , vt *ſnprà* diximus. Et hac ratione , quemadmodum dicitur, quòd tario formalis peccati conſiſtat in aliquo negatiuo , id eſt, in carentia rectitudinis ; & quia in hac fuodatur etiam carentia conformitatis ad regulam , & acceſſio à bono , vel à fine ; ſimiliter dicitur , quòd conſiſtat in huiuſmodi difformitate : ita & poteſt diei , quòd conſiſtat in auetſione à Deo , cùm etiam hæc implicitè includatur in auetſione à fine , & io receſſu à tegula , vt videre eſt apud Salas *tract.*13. *cit.diſpntat.*2.*ſect.*3. *num.*46.

DISPVT. XI.

Quomodo ratio formalis peccati conſiſtat in priuatione.

1. *Quot ſint explicanda præſenti diſputatione.*
2. *Malitia , qua peccatum dicitur malum in ſe,non conſiſtit in pura negatione.*
3. *Malitia , qua peccatum dicitnr malnm alteri, non conſiſtit in pura negatione.*
4. *Malitia commiſſionis eſt attendenda immediatè in ipſo actu , non autem in ſola voluntate & potentia.*
5. *Malitia commiſſionis in ipſo actu eſt priuatio.*
6. *Ratio priuationis in actu peccati non ſaluatnr ſufficienter per capacitatem , & debitum ipſius potentia.*
7. *Neque per capacitatem , qua ſit in actu , ſed ſolum ex hypotheſi impoſſibili.*
8. *Malitia moralis non conſiſtit in priuatione per contradictorium actus, vel omiſſionis , qua dicitur mala.*
9. *Negationes , & priuationes ſolùm tolluntur per formas oppoſitas ; non aatem per alias negationes.*
10. *Malitia rectè dicitur eſſe priuatio,non autem pura negatio : quia determinat ſibi certum actum pro ſubiecto.*
11. *Malitia eſt priuatio apta cõpoſitionis in ipſo actu.*

12. *Quomodo actus peccati poſſit dici priuatus ratione generis.*
13. *Proponuntur variæ difficultates contra prædictum modum explicandi priuationem in actu.*
14. *Malitia, quamuis ſit priuatio ratione partis; poteſt tamen denominare malum ipſum actum totum.*
15. *Talpa videtur habere oculos, & quomodo per cæcitatem malè ſe habeat.*
16. *Quomodo priuatio rectitudinis debitæ ſit diuerſa in peccatis per exceſſum, & per defectum.*
17. *Quomodo priuatio rectitudinis ſit diuerſa in diuerſis peccatis contra iuſtitiam.*
18. *Quomodo actui ſecundùm rationem genericam magis ſit debita vna bonitas ſpecifica, quàm alia.*
19. *Quomodo bonitas ſpecifica poſſit eſſe debita rationi genericæ, antequàm intelligatur vltimò conſtituta per differentiam ſpecificam.*
20. *Ad quintam.*
21. *Ad ſextam.*

1. *Quot ſint explicanda præſenti diſputatione.*

MALITIAM, ſeu rationem formalem peccati conſiſtere in priuatione rectitudinis, & bonitatis debitæ, eſt communis ſententia non modò Scholaſticorum, ſed etiam Sanctorum Patrum, vt *ſuprà* indicauimus, & videre eſt apud Suar. *in Metaph. d.11.ſect.1.num.3.* Azor. *tom.1.lib.4.cap.1.quæſt.6.* Salas *1.2.tract.13.diſp.2.ſect.3.num.12.* Neque eſt, quòd pluribus *hoc loco* probetur, cùm ſatis maneat probata ex dictis *ſuprà*; ſed ſolùm eſt explicanda, & quæ contra illam poſſunt obiici, ſunt diluenda. Atque, vt clariùs de illa conſtet, duo videntur indigere explicatione, id eſt, quare dicatur conſiſtere in priuatione, non autem ſufficiat pura negatio; & vtrùm hæc priuatio ſit attendenda immediatè in ipſo actu peccati, an verò in voluntate, & in potentia. Et pro vtraque difficultate reuocanda eſt in memoriam duplex illa malitia, ſecundùm quam peccatum dicitur malum, vt *ſuprà* diximus ex S.Thom. *quæſt.1. de malo, art.1. ad 1.* & Suar. *ſect.1.cit.num.* 8. id eſt, malitia abſoluta, ſecundùm quam dicitur malum in ſe; & malitia reſpectiua, ſecundùm quam dicitur malum alteri, id eſt creaturæ rationali: eáque diſtinctione poſita,

2. *Malitia, qua peccatum dicitur malum in ſe, non conſiſtit in pura negatione.*

Dicendum eſt primò: Malitia abſoluta, qua peccatum dicitur malum in ſe, & ſimpliciter, non conſiſtit in pura negatione. Ita expreſsè S. Thomas *1. 1. quæſt.5.a.3. ad 2. & quæſt.48. art.1. ad 2. & art.3. in corp. & 1.2. qu.18.art.5. ad 2. & art.8.ad 1. & qu.21.a.1. & q.54.art.3. ad 2. & q.71.art.6. & q.72.art.1.ad 2. & quæſt.75. art.1. & quæſt.79.art.2.ad 3. & 2.2.quæſt.6. art.2. ad 2. & quæſt.118.art.5. & q. 1. de malo, art.1.ad 1. & art.2.in fine corp. & art.4.ad 6. & 7. & quæſt.2.art.2. in corp. & pluribus aliis locis.* Et probatur: quia de bono, & malo in actionibus eodem modo loqui debemus; ſicut de bono, & malo in rebus, vt notat S.Thom. *1.2. quæſt.18. cit. art.1.* Res autem non dicuntur malæ in ſe per puram negationem illius perfectionis, quam non debent habere, vt ignis, v. g. per hoc, quòd careat perfectione aquæ; & domus per hoc, quòd careat perfectione animalis: ſed ſolùm per hoc, quòd deficiant à plenitudine eſſendi ſibi debita, vt, ſi ignis, v.g. careat calore, & domus tecto; & per conſequens etiam actiones humanæ, ex eo ſolùm ſunt malæ, quòd deficiunt à plenitudine ſui eſſe: vt, v.g. ſi deficiant à debito modo tendendi in obiectum, vel à debito fine, loco, tempore; & vt benè argumentatur S. Thom. *1. 1. quæſt.48. art.3. cit.* ſi remotio boni, in qua formaliter conſiſtit ratio mali, acciperetur purè negatiuè, non autem priuatiuè, apertè ſequeretur, quòd ea etiam, quæ nullo modo ſunt, eſſent mala: ſiquidem pura negatio tam conuenit iis, quæ ſunt, quàm iis, quæ non ſunt, vt habet Ariſt. *in c. de oppoſitis, & 1. periherm. c.3.* & colligitur *ex 4. Met. text.4.* & præterea ſequeretur, quòd ex iis, quæ ſunt, nihil eſſet, quod non eſſet malum, imò & quod non haberet infinitas malitias: ſiquidem nihil eſt, quod non habeat negationes infinitas omnium aliorum entium, tam actualium, quàm poſſibilium, quæ ipſum non eſt; & homo, v.g. dicendus eſſet malè ſe habere, & eſſe in ſe malus, per hoc, quòd non habet velocitatem capreæ, fortitudinem leonis, &c.

3. *Malitia, qua peccatum dicitur malum alteri, non conſiſtit in pura negatione.*

Dicendum ſecundò: Malitia relatiua, qua peccatum dicitur malum alteri, id eſt, creaturæ rationali, non conſiſtit in pura negatione perfectionis, quam habeat in ordine ad illam. Ita S. Thom. expreſsè *quæſt.1. de malo, art. 1. cit. ad* 1. vbi vniuerſaliter ait, quòd, ſicut aliquid ideò dicitur malum ſimpliciter, vel ſecundùm ſe; quia priuatur aliquo particulari bono, quod eſt ex debito ſuæ perfectionis; ita & malum alteri ideò dicitur, quia priuatur aliquo bono, quod eſt ex debito perfectionis illius. Et ratio videtur eſſe: quia ſimiliter pura negatio perfectionis, quæ ſit in ordine ad creaturam rationalem, etiam conuenit iis, quæ nullo modo ſunt; & vnumquodque peccatum, ſicut habet plures negationes huiuſmodi perfectionum; ita & eſſet plura peccata, cùm neceſſariò habeat plures huiuſmodi negationes; & actus charitatis, v. g. careat perfectione iuſtitiæ, temperantiæ, &c.

4. *Malitia commiſſionis eſt attendenda immediatè in ipſo actu, non autem in ſola voluntate, & potentia.*

Dicendum tertiò: Tam malitia abſoluta, quàm reſpectiua, quæ eſt in peccato commiſſionis, eſt attendenda immediatè in ipſo actu; non autẽ in ſola voluntate, & potentia. Eſt contra Gabr. *in 2.diſt.35. qu.1.art.1.* Almaynum *tr.1. Mor.cap.* 13. & aliquos alios, qui peccatum commiſſionis ex hoc formaliter dicunt eſſe malum; quia inducit in voluntatem priuationem actus, & bonitatis oppoſitæ. Sed contrà probatur concluſio: quia S. Thom. 3. *contra Gent.cap.6.* expreſsè aſſerit, quòd malum in actione eſt ſola priuatio commenſurationis, & ordinis illi debiti, & hæc in ipſa actione exiſtit: & *quæſt.1. de malo, art.4. ad 6. & 7.* quòd malum culpæ formaliter eſt priuatio modi, ſpeciei, & ordinis in ipſo actu voluntatis. Et ratio eſt: quia alioqui non poſſet peccatum dici malum intrinſecè, & formaliter; ſed ſolùm extrinſecè, & cauſaliter, per malitiam, & priuationem, quam cauſat in ipſa potentia: & ſi hanc non cauſaret, nullo modo poſſet dici malum. Ac proinde, ſi per impoſſibile, ſimul cum actu odij Dei maneret actus charitatis, ſicut poteſt per potentiam Dei ſimul cum frigore manere etiam calor, quemadmodũ actus odij in tali caſu non induceret in voluntatem carentiam actus amoris; ita neque poſſet dici actus malus. Et idem eſſet, ſi carentia charitatis prouenitet in voluntate ex aliquo alio principio antecedente actum odij, vt, v.g. quia ex vi alterius peccati negaretur illi à Deo auxilium neceſſarium ad illum actum eliciendũ, vt de facto contingit in Dæmonibus, & damnatis: ſimiliter enim in tali caſu actus odij non eſſet malus in actu ſecundo; quia non eſſet actu cauſans in voluntate carentiam charitatis, & malitiam: quod tamen eſt abſurdum. Et confirmatur: quia alioqui malitia commiſſionis non poſſet diſtingui à malitia omiſſionis; ſiquidem in voluntate negatio rectitudinis, v. g. charitatis, quam inducit actus odij, & in qua formaliter conſiſtit malitia commiſſionis, non poteſt diſtingui à negatione ipſius ſubſtantiæ actus, in qua conſiſtit peccatum omiſſionis: & ſicut voluntas non eſt in

potentia

Digitized by Google

potentia ad rectitudinem charitatis, niſi mediante ipſa ſubſtantia actus, in cuius adęquatione, & plenitudine conſiſtit rectitudo; ita neque eſt in potentia ad priuationem talis rectitudinis, niſi mediante priuatione ipſius actus, & per conſequens nunquam peccabit peccato commiſſionis, niſi etiam peccet peccato omiſſionis, & è contrà: quod tamen eſt abſurdum.

5. *Malitia commiſſionis in ipſo actu eſt priuatio.*

Dicendum quartò: Malitia, quæ eſt in peccato commiſſionis, etiam prout attenditur immediatè in ipſo actu, eſt priuatio. Ita S. Th. 3. *contra Gent. cap.* 6. *cit.* vbi, cùm dixiſſet, malum in vnoquoque eſſe priuationem illius formæ, quam poteſt, & debet habere; ſubdit, malum in actione eſſe priuationem illius ordinis, & commenſurationis, quam actio debet habere: & 1. 2. *quaeſt.* 18. *art.* 1. vbi ait, actionem in tantum eſſe malam, in quantum deficit à plenitudine eſſendi, quæ illi debetur. & *quaeſt.* 21. *art.* 1. *&* *quaeſt.* 71. *art.* 6. *&* 1. 1. *quaeſt.* 48. *art.* 5. *&* *q.* 1. *de malo, art.* 4. *ad* 6. *&* 7. vbi ait, actionem in tantum eſſe malam, in quantum caret debito ordine ad finem, debita commenſuratione ad regulam, debito modo, & debita ſpecie: cùm enim his, & ſimilibus locis carentiam, in qua eſt malitia, ponat in ipſa actione, eámque eſſe dicat, illius commenſurationis, ordinis, ſpeciei, & plenitudinis eſſendi, quæ eſt illi debita; ſimul etiam dicit, quòd hæc omnia poſſunt haberi ab ipſa actione; ſiquidem alioqui non poſſent illi eſſe debita: ac proinde apertè aſſerit, illorum carentiam in ipſa actione eſſe priuationem, id eſt, carentiam formæ paſſibilis, ac debitæ ab illa haberi. Vnde & 1. 2. *quaeſt.* 72. *art.* 1. *ad* 2. *&* *quaeſt.* 2. *de malo, art.* 1. *ad* 4. *& ſæpè alibi,* formaliter prædicat priuationem de actu peccati, eúmque ait eſſe actum priuatum debito ordine: quod tamen non eſſet, niſi carentia debiti ordinis, prout eſt in actu, eſſet priuatio. Et confirmatur: quia alioqui, ſi talis carentia, prout eſt in actu, non eſſet priuatio, non poſſet actus per illam formaliter dici malus, ſiquidem ex eodem S. Thom. 3. *contra Gent. cap.* 6. *cit.* ad malum non eſt ſatis, ſi aliquid aliquo careat; ſed requiritur, vt poſſit, & debeat illud habere; & quamuis homo, v.g. non habeat alas, ex earum tamen carentia, non dicitur malus: quia non poteſt illas habere: & quamuis Petrus non habeat capillos flauos; ſimiliter tamen non dicitur malus: quia non debet illos habere: ac proinde ſi actus, v.g. odij Dei, ita caret rectitudine charitatis, vt hæc vel non ſit in illo poſſibilis, vel non ſit debita, non poteſt per illam dici malus: quod tamen eſt manifeſtè abſurdum.

Sed in explicanda huiuſmodi priuatione in ipſo actu peccati, eſt maxima difficultas, & maxima ſententiarum varietas: nam, quamuis in actu externo, v. g. occidendi hominem, quando imperatur ab actu interno malo, v. g. ex motiuo odij, facilè poſſit explicari capacitas ad bonitatem, ſiquidem quantùm eſt ex ſe, eſt aptus imperari ab alio actu bono, & ex motiuo, v. g. iuſtitiæ, aut obedientiæ; in ipſo tamen actu interno, qui illum imperat ex malo motiuo, non poteſt explicari, cùm impoſſibile ſit, vt talis actus, prout eſt formaliter ex tali motiuo, ſit bonus; & ideò nec poſſit dici habere capacitatem ad bonitatem, & hæc eſſe illi debita: & per conſequens neque illius carentia poſſit habere rationem priuationis.

6. *Ratio priuationis in actu peccati non ſaluatur ſufficienter per capacitatem & debitum ipſius potentiæ.*

Neque valet primò, quod aliqui dicunt apud Vaſq. 1. 2. *diſp.* 95. *c.* 5. *n.* 21. ex Gabriele, & Almaino *loc. cit.* ſatis eſſe, ſi capacitas, & debitum ad illam habendam, ſit in ipſa potentia; & actum ſufficienter dici malum, quia voluntariè fit cum negatione bonitatis, quam voluntas poteſt, ac debet habere. Quod videtur etiam non diſplicere Suar. *diſp.* 11. *in Metaph. ſect.* 1. *num.* 14. vbi ait, quòd, quamuis carentia perfectionis in re, quæ dicitur mala, videatur eſſe negatio; habet tamen rationem priuationis reſpectu ſubiecti: quia eſt carentia perfectionis illi debitæ, & reſpectu rei poteſt dici priuatio, non quidem ſimpliciter; ſed ex hypotheſi, vel in ordine ad talem effectum: quia, licèt illi non debeatur abſolutè talis perfectio; debetur tamen ex ſuppoſitione, ſiue poſſibili, ſiue impoſſibili, quòd debeat conuenienter afficere tale ſubiectum.

Hoc, inquam, non valet: quia contrà faciunt rationes allatæ in tertia concluſione: nam, ſi per impoſſibile voluntas ſimul haberet actum odij, & actum amoris; vel aliunde careret principio ſufficiente ad actum amoris, ſequeretur, quòd actus odij non eſſet malus; quia non eliceretur cum negatione bonitatis, quam voluntas poſſet habere, id eſt, cum negatione actus oppoſiti in eadem volũtate; ſed eliceretur cum poſitione & affirmatione illius. Et ſimiliter huiuſmodi negatio bonitatis poſſibilis, & debitæ haberi à voluntate, ſemper eſſet negatio ipſius actus; & nunquam eſſet negatio bonitatis, prout contradiſtinguitur à negatione actus; & per conſequens nunquam malitia commiſſionis poſſet diſtingui à malitia omiſſionis. Et præterea, quia capacitas, & debitum, quod eſt in potentia ad habendam bonitatem, poteſt quidem facere, vt carentia illius, ſi ſit in potentia, ſit malitia ipſius potentiæ, & hæc per illam formaliter malè ſe habeat; non tamen poteſt facere, vt ſi ſit in actu, ſit malitia ipſius actus, & per eandem etiam hic malè ſe habeat, & ſit malus in ſe: quia eadem ratione etiam capacitas, & debitum, quod eſt in aqua, v.g. dum habet calorem, ad habendum frigus, poteſt quidem facere, vt carentia frigoris, quæ eſt in eadem aqua, ſit aliqua malitia aquæ, & hæc per illam malè ſe habeat; non tamen poteſt facere, vt illa, quæ eſt in calore, ſit malitia ipſius caloris, & per illam etiam hic dicatur malus in ſe, aut malè ſe habens, & vniuerſaliter ad rationem priuationis requiritur, vt in illo ipſo ſubiecto, in quo eſt negatio, ſit capacitas; & in quo eſt capacitas, ſit negatio. Et denique, quia hæc capacitas, & debitum potentiæ, vel eſt ad habendam bonitatem, v.g. amoris in ipſa ſubſtantia actus odij, vel eſt ad eam habendam ſimpliciter, & in ſe ipſa, eliciendo actum amoris; quorum tamen neutrum poteſt ſufficere, cùm ad habendam bonitatem amoris in ipſa ſubſtantia actus odij, neque etiam in voluntate ſit capacitas, aut debitum, vtpote ad aliquid omninò impoſſibile, & alia capacitas, aut debitum habendi actum amoris, non faciat, vt carentia illius ſit malitia actus, per quam dicatur malus in ſe, vt iam diximus. Atque in hoc idem recidunt etiam illa, quæ obiicit Salas contra hunc ipſum modum explicandi priuationem in actu peccati, 1. 2. *tract.* 13. *diſp.* 2. *ſect.* 3. *cit. num.* 30. nam carentia rectitudinis, quæ eſt, v.g. in actu odij, ſicut immediatè excludit rectitudinem ab ipſo actu; non autem à voluntate; ita & debet immediatè reſpectu actus habere rationem priuationis; non autem reſpectu voluntatis: & ſicut voluntas non habet capacitatem, aut debitum habendi rectitudinem charitatis in actu odij; ita nec poteſt talis negatio, quæ eſt in actu odij, dici priuatio reſpectu voluntatis, cùm ſolùm ſit negatio rectitudinis in actu odij, & ad rectitudinem in actu odij voluntas non habeat capacitatem, aut debitum. Et ſi negatio huiuſmodi rectitudinis charitatis in actu odij, ideò eſſet priuatio, & malitia; quia ad malitiam ſatis eſt pura negatio in

actu,

actu, prout connotat capacitatem & debitum voluntatis; eadem ratione talis negatio poſſet dici priuatio, & malitia in actu, v.g. temperantiæ, aut alterius virtutis, ſi accipiatur ſimiliter, prout connotat capacitatem, & debitum voluntatis ad eandem rectitudinem charitatis; & cùm in vnoquoque actu virtutis ſint negationes aliarum plurium rectitudinum, ſi vnuſquiſque actus accipiatur, prout caret rectitudine plurium virtutum, & prout connotat capacitatem, & debitum voluntatis ad illas plures, ſimul erit plura peccata, & habebit plures malitias; quod tamen dici non poteſt.

7. *Neque per capacitatem, quæ ſit in actu, ſed ſolùm ex hypotheſi impoſſibili.*

Neque illud, quod addit Suar. *loco cit.* quòd pura negatio, quæ eſt in actu, poſſit dici priuatio reſpectu illius, non quidē ſimpliciter, ſed ex hypotheſi, videtur admittendum; ſiquidem ea ratione nulla erit negatio in rebus, quæ non poſſit dici priuatio; & etiam lapis, v.g. poterit dici priuatus forma equi ex ſuppoſitione, ſiue poſſibili, ſiue impoſſibili, quòd debeat eſſe hinnibilis, & habere alias proprietates, & operationes equi. Et prætereà, quia, ſi negatio rectitudinis charitatis, ſolùm eſt priuatio in actu odij ex ſuppoſitione, & hypotheſi impoſſibili, quòd talis actus debeat eſſe actus amoris, vel alio modo conueniens voluntati, prout operatur circa bonum diuinum; ſimiliter ſolùm erit malitia ex tali hypotheſi, & per conſequens actus odij abſolutè, & de facto, non erit malus; quod tamen dici non poteſt.

8. *Malitia moralis non conſiſtit in priuatione per contradictorium actus, vel omiſſionis, quæ dicitur mala.*

Secundò, neque valet pro explicandá huiuſmodi priuatione in actu, id, quod habet Salas *ſect. 3. cit. num.* 31. ex Molina 1.*part.quæſt.5.diſputat.vnica*, §. *Malum morale.* & aliquibus aliis, qui dicunt, malitiam moralem conſiſtere in priuatione conformitatis ad rectam rationem, vel legem Dei, per contradictorium actus, vel omiſſionis, quæ eſt mala moraliter: & ſicut conformitas, v.g. ad rectam rationem negatiuam de non furando, conſiſtit in hoc, quod eſt non furari; & conformitas ad rectam rationem affirmatiuam de diligendo Deo conſiſtit in hoc, quod eſt Deum diligere; ita & priuationem conformitatis ad vtranque conſiſtere in contradictorio vtriuſque, id eſt, in ipſo furari, quod eſt contradictorium ipſius non furari; & in ipſo non diligere Deum, quod eſt contradictorium ipſius diligere. Et quamuis conformitas ad rectam rationem, vel ad præceptum negatiuum de non furando, id eſt, ipſum non furari, non ſit formaliter, & integrè bonitas, neque ex hoc dicatur aliquis formaliter bonus, quòd non furetur: quia tamen eſt conditio, ſine qua non eſt formalis, & integra bonitas, ſiquidem ad hoc, vt aliquis dicatur bonus, non ſolùm requiritur, vt faciat bonum, quod eſt eſſe conformem rectæ rationi affirmatiuæ; ſed etiam, vt declinet à malo, quod eſt eſſe conformem rationi negatiuæ: ideò oppoſita difformitas eſt ſufficiens ad conſtituendam malitiam; & ſatis poteſt aliquis dici malus per hoc, v.g. quòd furetur, & careat conformitate ad rectam rationem de non furando.

Verùm, quòd hoc quoque non valeat, probatur primò, quia malitia cōmiſſionis non poteſt formaliter conſiſtere in priuatione conformitatis ad præceptū negatiuum, niſi conſiſtat formaliter in aliquo poſitiuo; quod tamen eſt recidere in ſententiam Caietani, quam *ſuprà* reiecimus: ſicut enim conformitas ad præceptum negatiuum non furandi, formaliter conſiſtit in hoc, quod eſt non furari; ita & difformitas, vel priuatio conformitatis ad idem præceptum, conſiſtet in negatione huius, quod eſt non furari, id eſt, in contradictorio illius, quod eſt formaliter ipſum furari. Et quamuis Salas *num. 31. cit. in fine*, contendat, tam in phyſicis, quam in moralibus, negationes tolli, non ſolùm per affirmationes oppoſitas; ſed etiam per alias negationes, quæ ſimiliter negatiuè, vel priuatiuè opponuntur prioribus negationibus; & cæcitatem, v.g. non modò poſſe tolli per viſum, tanquàm priuationem per formam, aut habitum; ſed etiam per aliam carentiam cæcitatis, tanquàm formam, aut habitum per priuationem; & ideò etiam hoc, quod eſt non furari, in quo conſiſtit conformitas ad præceptum negatiuum de non furando, non ſolùm poſſe tolli per ipſum furari, tanquàm per formam; ſed etiam per aliam carentiam ipſius non furari, quæ carentia illi opponatur tanquàm formæ: id tamen non videtur poſſe intelligi, ſi ſit ſermo de eo, quod eſt in re; non autem ſolùm de eo, quod poteſt fingi per intellectum, & per entia rationis, quibus reſpondent etiam communes locutiones grammaticales, per quas adiungimus particulas negatiuas, etiam terminis negatiuis, vt quando dicimus non cæcum, non tenebroſum, non nihil: vt enim notat Vaſq. 1.2.*diſput.95. cap. 6. num.*27. negationi non poteſt contradictoriè opponi, niſi affirmatio; & impoſſibile eſt, quòd ipſum non eſſe tollatur realiter, niſi per eſſe, & vt docet S. Thom. *in* 1. *d.* 24. *quæſt.* 1. *art.*3. *ad* 1. ex Auic. *in Metaph. tr.* 3. *cap.* 6. negationis, aut priuationis non datur negatio, aut priuatio, niſi rationis, & per intellectum, qui ſicut concipit vnam negationem per modum entis, ita & poteſt eam negare per aliam negationem conceptam ad modum alterius entis; & huiuſmodi conceptus multiplicando in infinitum poteſt facere negationes negationum finitas in infinitum; cùm tamen à parte rei nulla de facto ſit, aut poſſit eſſe infinitas negationū.

9. *Negationes, & priuationes ſolùm tolluntur per formas oppoſitas, non autem per alias negationes.*

Secundò probatur: Quia priùs eſt, quòd furari ſit malum, quàm quòd non furari ſit bonum: ergo impoſſibile eſt, quòd malitia ipſius furari conſiſtat in priuatione bonitatis ipſius non furari: cùm enim non furari ea ſolùm ratione ſit bonum, quia eſt declinatio, & receſſus à malo, vt etiam concedunt Molina, & Salas; omninò ſupponit, quòd furari ſit malum; ac proinde non poteſt illud conſtituere in ratione mali per negationem ex ſe conſequentem.

Tertiò, contra hunc etiam modum explicandi priuationem in actu, faciunt multæ ex rationibus iam allatis contra modum ſuperiorem: nam carentia huius, quod eſt, non furari, ſolùm poteſt habere rationem priuationis, & malitiæ reſpectu potentiæ, non autem reſpectu actus; & ſolùm poteſt facere, vt voluntas ſit mala; non autem vt actus ſit malus: ſiquidem ſola voluntas eſt capax in ſe ipſa negationis furti; non autem ipſe actus furti; eáque negatio ſoli voluntati eſt debita, non autem actui: imò, cùm nec voluntas habeat capacitatem, aut debitum ad non furandum, mediante actu furti, neque etiam voluntas poterit dici formaliter mala per actum furti; ſed ſolùm per negationem huius, quod eſt, non furari: quæ tamen negatio non ſolùm formaliter, ſed etiam realiter dicitur eſſe diſtincta ab actu furti.

10. *Malitia rectè dicitur eſſe priuatio, non autem pura negatio: quia determinat ſibi certum actū pro ſubiecto.*

Sed, his omiſſis, duo videntur poſſe afferri, quæ explicent ſufficienter præſentem difficultatem de priuatione bonitatis in ipſo actu. Primò, ſi dicamus, in eo tantùm ſenſu eam eſſe priuationem: quia determinat ſibi certum ſubiectum, ſiue illud ſit capax formæ oppoſitæ, ſiue non: vt enim habetur 4. *Metaph.text.*4. hoc maximè differt priuatio à negatione, quòd hæc remouet formam à quibuſcunque; & ideò tam poteſt prædicari de ente, quàm de non ente: in illa verò ſubiecta quædam natura ſit, de

qua

qua determinatè priuatio dicitur. Et quemadmodum ratio vnius tranſcendentalis, 10. *Metaph. text.* 9. ex hoc tantùm capite dicitur eſſe priuatio, non autem pura negatio diuiſionis; quia determinat ſibi ipſum ens; quamuis in illo non dicat neceſſariò aptitudinem ad diuiſionem oppoſitam: ita & in moralibus ratio mali poteſt dici priuatio; quia in vnaquaque ſpecie determinat ſibi pro ſubiecto certum actum; vt, v. g. malitia contra charitatem, actum odij; malitia contra temperantiam, actum intemperantiæ. Atque hoc modo S.Th. 1. 1. *q.* 48. *a.* 3. ex eo probat, quòd ratio mali non conſiſtat in remotione boni, accepta negatiuè, ſed priuatiuè: quia alioqui etiam illa, quæ nullo modo ſunt, eſſent mala; & quælibet res ex iis, quæ ſunt, ſimiliter eſſet mala ex hoc, quòd non haberet bonitatem alterius, vt homo, v.g. quia non habet velocitatem capreæ, aut fortitudinem leonis; atque ita rationem priuationis, in hoc maximè videtur reducere, vt determinat ſibi certum ſubiectum.

11. *Malitia eſt priuatio aptæ compoſitionis in ipſo actu.*

Deinde verò, ſi admittamus in actu peccati, qui eſt ſubiectum malitiæ, debere eſſe capacitatem ad formam oppoſitam, vt vniuerſaliter de ſubiecto mali, ſubdit S. Thom. *loco cit.* dicere poſſumus, vnunquenque actum peccaminoſum ideò eſſe malum in ſe, quia caret apta, & conueniente compoſitione, aut modo ſuarum partium ad inuicem, quam poſtularet, & poſſet habere; & inde etiam effici, vt ſit malum alteri, id eſt, naturæ rationali: quia ſimiliter ratione partium caret apta compoſitione, & modo, cum ipſa natura: vt enim docet S.Thom. 1. 1. *quæſt.* 5. *art* 5. & *quæſt.* 21. *de ver. art.* 6. ex S. Auguſt. *in lib. de natura boni, cap.* 3. *tom* 6. quemadmodum ratio boni in vnoquoque conſiſtit in modo, ſpecie, & ordine; ita & ratio mali in priuatione modi, ſpeciei, & ordinis: nam, cùm vnunquodque in tantum dicatur bonum, in quantum eſt perfectum, nullóque caret ſecundùm modum ſuæ naturæ; & vnunquodque, in eo ipſo, quòd eſt, conſtituatur per ſuam formam, & eſſentiam, omninò debet, neque iis carere, quæ præſupponuntur ad formam, neque iis, quæ ad eandem conſequuntur: & quia ad formam, vel eſſentiam maximè præexigitur apta determinatio, & commenſuratio partium, quæ ad illam ſe habent, tanquàm principia materialia, vt, ſcilicet, aptè ſibi cohæreant, & commenſurentur, omninò debet ad bonitatem & perfectionem cuiuſque haberi modus, intelligendo hoc nomine debitam proportionem, & commenſurationem ipſarum partium ad inuicem: ſiquidem id, quod modum vnicuique præficit, eſt ipſa menſura, vt habet S.Aug. *lib* 4. *ſuper Gen. ad literam, cap.* 3. *tom.* 3. & ſi alicui hic modus non deſit, neque etiam deerit debita ſpecies, aut forma, quæ ex illo conſequitur, neque debitus ordo, aut inclinatio ad finem, vel ad operationem, quæ conſequitur formam; & ideò erit in ſuo eſſe vndequaque perfectum, & bonum, eáque bonitas rectè dicetur conſiſtere in modo, ſpecie, & ordine. Et ad hæc reducuntur ex eod. S. Auguſt. *lib.* 4. *de Gen. ad litteram, cap.* 3. *cit.* etiam illa tria, in quibus *Sap.* 11. dicitur Deus diſponere omnia, id eſt, numerus, pondus, & menſura, reducendo, ſcilicet, menſuram ad modum propter rationem iam indicatam; numerum ad ſpeciem, quia ſpecies ſe habent, vt numeri, 8. *Metaph. text.* 10. & pondus ad ordinem, quia pondus cuiuſque eſt inclinatio, & ordo cuiuſque, vt benè explicat S. Th. *art.* 5 *cit.* Et contrà, ſi talis modus alicui deſit, impoſſibile eſt, vt in ſe ipſo non male ſe habeat, etiam ſecundùm formam, & ſecundùm ea, quæ conſequuntur formam.

Ita autem ſe res habet in caſu noſtro de actu peccati: caret enim actus odij Dei, v.g. & quicunque alius actus peccati apta proportione, & commenſuratione ad inuicem ſuarum partium, id eſt, ſui generis, & differentiæ; & inde etiam caret apta ſpecie, & eſſentia, & apto ordine ad naturam rationalem; & ex formali carentia talis modi, ſpeciei, & ordinis, eſt formaliter malus in ſe, & malus alteri: cùm enim ex propria ratione generica proxima ſit actus voluntatis circa bonum Dei; & hæc ratio, quantùm eſt ex ſe, ſolùm poſtulet aptè coniungi cum differentia proſecutionis, ita vt totus actus, quaſi compoſitus ex genere, & differentia, aptè ſibi correſpondentibus, ſolùm ſit actus proſecutionis, non autem poſtulet coniungi cum differentia fugæ, non poteſt actus odij, in quo coniungitur cum differentia fugæ, non carere apta compoſitione ſuarum partium, & ex tali defectu non eſſe malus, cùm idem viciſſim accidat etiã ex parte differentiæ: ſiquidem ratio fugæ, ſecundùm rationem ſaltem confuſam, & analogam, ſolùm poſtulat aptè coniungi cum actu voluntatis, v. g. circa malum Dei, tanquàm cum ratione generica, non autem circa bonum: & ſicut, ſi iungeretur forma equi cum materia hominis, vel forma hominis cum materia equi, totum, quod reſultaret, omninò careret apta compoſitione vtriuſque partis; ita & actus odij, non modò caret apta compoſitione generis cum differentia, ſed etiam apta compoſitione differentiæ cum genere, & abſolutè malè ſe habet ratione vtriuſque. Atque hac ratione S.Thom. 1. 1. *q.* 48. *a.* 5. vniuerſaliter docet, quòd malum in operationibus, vel contingit, quia operatio omninò non eſt, vt in peccato omiſſionis; vel, quia debitum modum, & ordinem non habet, vt in peccato commiſſionis: & *quæſt.* 1. *de malo, art.* 4. *ad* 6. & 7. ſimiliter ait, quòd malum culpæ formaliter eſt priuatio modi, ſpeciei, & ordinis in ipſo actu voluntatis: & 3. *contra Gen. cap.* 6. quòd malum actionis eſt priuatio ordinis, & commenſurationis debitæ in actione: & 2. 2. *quæſt.* 10. *art.* 5. *ad* 1. quòd peccatum ſecundùm rationem mali non habet ſpeciem, imò eſt priuatio ſpeciei.

Neque hoc loco eſt curandum de apta compoſitione phyſica in genere entis; ſed ſolùm de compoſitione morali, & in genere moris, in quantum, ſcilicet, natura rationalis cum hac ratione generica ſolùm poteſt, ac debet componere hanc differentiam ſpecificam; non autem aliam. Et quamuis debitum aptè componendi huiuſmodi partes, & rationes, ſolùm cadat in ipſam potentiam, tanquàm in principium effectiuum, à quo compoſitio eſt facienda; cadit tamen ſuo modo etiam in ipſas partes, tanquàm in principium materiale, & ſubiectiuum, in quo eſt facienda: & ideò non ſolùm dicimus de potentia, quòd debeat benè agere; ſed etiam de actu, quòd debeat benè fieri; & leges, & præcepta, ex quibus proximè naſcitur debitum, ſimul ſunt ad ipſum operantem, & de ipſo opere: & ſicut diuerſo modo ſimul cadunt in vtrunque, ita & diuerſo modo producunt debitum ſimul in vtroque.

Neque videtur pluribus explicandum, aut probandum hoc loco, quòd hæc carentia aptæ compoſitionis ſit vera priuatio in ſubſtantia actus, ſi actus conſideretur ratione partium; non autem ratione totius: ſicut enim malitia, ſecundùm quam in ſe ipſo malè ſe habet hoc totum, v. g. quod conſtituitur ex aqua & calore, & dicitur aqua calida, non eſt priuatio aptæ compoſitionis ratione totius; ſed ſolùm ratione partium; quia, ſcilicet, ipſæ partes ſunt priuatæ compoſitione, quam poſtulant;

non

non autem totum, quod eam ipſam compoſitionem maximè poſtular; & per eam formaliter eſt illud ipſum, quod eſt: ita & malitia in actu odij eſt priuatio ratione partium, quia partes malè ſibi cohærent; qoanuis totum, quod per hanc malam compoſitionem, & cohærentiam partium conſtituitur, in eo ipſo, quod eſt, non malè ſe habeat.

12. *Quomodo actus peccati poſſit dici priuatus ratione generis.*

Et ſimile, quod videtur poſſe afferri, etiam in naturalibus ex Ariſt. 5. *Metaph. text.* 26. vbi enumerans varios modos ptiuationis, ſecundo loco ponit illum, ſecundùm quem aliquid dicitur priuatum: quia, quanuis ipſum non ſit natum habere id, quod non haber; eſt tamen oatum genus ipſius: vt quando talpa dicitur cæcus, non, quia ipſe ſit natus videre; ſed, quia id habet genos ipſius: ſimili enim ratione viderur in moralibus ſe habere actus odij: ſiquidem, quanuis ipſe, vt iam conſtitutus ex tali genere, & differentia, non ſit aptus habere aliam aptiorem compoſitionem; ſunt tamen aptæ illam habere partes ipſius, id eſt, genus, & differentia: ſicut accideret etiam in exemplo poſito, ſi anima rationalis teciperetur in corpore equi, vel anima equi in corpore hominis.

Et ne hic modus explicandi ptiuationem in actu peccati exiſtimetur nouus, poteſt pro illo citari non modò Suar. *in Metaph. diſp.* 11. *ſect.* 1. *cit. præſertim num.* 12. *&* 13. vbi ex hac negatione aptæ compoſitionis vniocrſaliter explicat, quomodo aliquod totum, qnod conſtituitur ex entibus poſitiuis, poſſit in ſe ipſo dici malum, vt manus, v.g. ſi componatur ex pluribus digitis, quàm quinque: ſed etiam poteſt citari S. Thom. 1. 1. *quæſt.* 5. *art.* 5. *cit. & quæſt.* 21. *de ver. art.* 6. vbi ſic explicat id, qood habetur ex S. Auguſt. *lib. de natura boni, cap.* 3. *tom.* 6. quòd bonitas conſiſtat in modo, ſpecie, & ordine; & malitia in priuatione modi, ſpeciei, & ordinis: & *in reſp. ad* 2. docet, quòd modus, ſpecies, & ordo ſolùm dicuntur entia, & bona, vt quo, id eſt, in quantum iis alia habent, vt ſint entia, & bona: & *ad* 4. quòd tunc ſolùm dicuntur mala, quando minora ſunt, quàm eſſe deberent; vel non iis rebus accommodautur, quibus accommodanda ſunt; vel ſunt aliena, & incongrua: & 1. 1. *quæſt.* 48. *art.* 5. *& quæſt.* 1. *de malo, art.* 4. *ad* 6. *&* 7. vbi ait, malum in actione contingere ex eo, quia non babet debitum modum, & ordinem, vel debitam commenſurationem, vt paulò antè diximus. Et quod maximi eſt faciendum, poteſt citari S. Dionyſius *cap.* 40. *de diu. nominibus*, vbi ex profeſſo agens de malitia, ſæpiùs ait, eam conſiſtere in priuatione, defectu, & vacuitate conuenientis, & aptæ compoſitionis, quæ eſt rerum diſſimilium, vt retulimus *diſp. præcedente, num.* 7. Et denique poſſunt citari omnes illi, qui aſſerunt, malitiam in peccato commiſſionis eſſe priuationem ratiooe generis, ſicut ex Ariſt. 5. *Metaph. text.* 26. *cit.* in talpa eſt cæcitas: ex quibus Authoribus plores recenſet Salas 1. 2. *tract.* 13. *diſp.* 2. *ſect.* 3. *cit. num.* 28. quibus poteſt addi etiam Azor. *tomo* 1. *lib.* 4. *cap.* 1. *quæſt.* 6.

13. *Proponuntur variæ difficultates contra propoſitũ modum explicandi priuationem in actu.*

Sed abſolutè contra concluſionem, qoòd malitia formaliter ſit priuatio in ipſo actu, multa videntur poſſe obiici. Primò ex Vaſq. 1. 2. *diſp.* 95. *cap.* 6. *n.* 23. quia, quanuis carentia rectitudinis faciat, v.g. malè ſe habere rationem genericam in actu odij; quia illa ad rectitudinem habet capacitatem, & debitum; non tamẽ facit malè ſe habere ipſum actum odij, qui contraria ratione neque habet capacitatem, neque debitum: & tamen certum eſt, quòd etiam ipſe eſt malus: ſic enim neque carentia viſus facit talpam malè ſe habere, quanuis fortaſſe faciat malè ſe habere rationem generis in talpa, id eſt, gradum, & naturam animalis, quæ ex ſe eſt nata habere viſum: & ſi per impoſſibile is, qui elicit actum odij Dei, careret ſufficiente principio ad eliciendum actum amoris, & aptè coniungendam rationem genericam cum differentia ſpecifica, adhuc peccaret per actum odij; in quo tamen caſu, hoc, quod eſt non aptè componere rationem genericam cum differentia ſpecifica, non haberet rationem priuationis; & per conſequens neque illam haberet ex parte ipſius generis, & differentiæ: hoc, quod eſt, non aptè componi.

Secundò, ex eodem Vaſquez *ibidem, cap.* 7. *num.* 30. quia carentia vnius bonitatis, ſiue ponatur in ipſa tota ſubſtantia actus, ſiue ſolùm in gradu generico, voa tantùm cùm ſit, & vnius ſpeciei infimæ, non poteſt ſufficienter diſtinguere peccata, qoæ verè ſont diuerſa, & opponuntur, v. g. eidem virtuti per exceſſum, & per defectum: & ſi malitia, v.g. auaritiæ dicatur conſiſtere in priuatione bonitatis, quæ eſt debita liberalitati; eadem erit cum malitia prodigalitatis, quæ ſimiliter eſt dicenda conſiſtere in priuatione eiuſdem bonitatis. Idque ipſum *cap* 8. *num.* 35. addit Vaſquez clariùs conſtare in peccatis contra iuſtitiam, vt, v. g. in furto, & homicidio, quæ reuerà diuerſa ſunt, etiamſi careant eadem rectitudine, & bonitate ioſtitiæ.

Tertiò, obiici poteſt ex Salas 1. 2. *tract.* 13. *diſput.* 2. *ſect.* 3. *num.* 19. quia dationi pecuniæ, v. g. neque ſecundùm rationem ſpecificam, neque ſecundùm rationem genericam, magis debetur booitas liberalitatis, quàm iuſtitiæ, aut miſericordiæ: ergo oullius carentia poteſt in illa habere rationem malitiæ. Et præterea, quia cùm ratio generica ex ſe ſit indifferens ad omnes differentias ſpecificas, neque illi debeatur magis vna, quàm alia; non magis careotia vnius, quàm alterius poteſt in illa habere rationem priuatioois, & malitiæ.

Quartò, poteſt addi, quia rectitudo, & bonitas charitatis, v. g. ſolùm prouenit ab obiecto ſpecifico charitatis; & antequàm intelligatur actus charitatis, vltimò conſtitutus per ſuam differentiam ſpecificam, & in ordine ad obiectum ſpecificum, non poteſt intelligi bonitas illius: ergo impoſſibile eſt, vt ſit debita rationi genericæ, provt hæc intelligitur eſſe prior conſtitutione ſpecifica: ſicut enim riſibilitas non poteſt eſſe debita rationi genericæ animalis; quia ſecundùm quod ipſum, & tanquàm prædicatum primum ſolùm conuenit homini: ita & bonitas, vel integritas charitatis non poteſt eſſe debita rationi genericæ actus, provt eſt prior natura ſpecifica; quia primo huic tantùm conuenit: & 1. *Poſter. text.* 11. illud dicitur eſſe prædicatum primum, qood ſubiecto non conuenit ratione alterius, eoi conueniat prius, & omni alteri ſecundariò conuenit, & dependenter à ſubiecto, cui dicitur conuenire primò.

Quintò, quia rationi genericæ iam contractæ per certam differentiam ſpecificam, non poteſt aliquid eſſe debitum, quod ſit reipſa incompoſſibile cum tali differentia ſpecifica, vt patet: quia animalitati, v.g. quæ eſt in homioe, non poteſt eſſe debita hinnibilitas: ergo neque rationi genericæ, quæ iam eſt in actu odij, poteſt eſſe debita rectitudo amoris, cùm æquè ſit impoſſibile eam coniungi cum ipſa differentia amoris; & alioqui ſi aptitudo, quam ratio generica habet ex ſe ad aliquam perfectionem, eſſet ſufficiens ad ptiuationem, nulla omninò eſſet in rebus pura negatio; ſiquidem in qualibet re eſt aliqua ratio generica, quæ ex ſe eſt apta habere oppoſitam formam; & ideò etiam in homine negatio lapidis, aut equi, eſſet priuatio, cùm ad formam lapidis,

pidis habeat aptitudinẽ ex tatione generica corporis,& ad formam equi ex tatione generica animalis.

Sextò, quia tatio generica in odio Dei eſt ipſa communis tatio odij, quæ poſteà contrahitut ad hoc, vel illud odium: ſicut autem tationi odij non poteſt eſſe debita ratio amoris; ita neque bonitas, aut tectitudo amoris; ſed ad ſummum ſolùm poteſt eſſe debita tectitudo odij;& tamen cettum videtur, quòd odiuio Dei non eſt ideò malum, quia caret tectitudine odij; & non verſatut citca obiectum odibile,v.g.circa Diabolum,aut peccatum: ſed,quia caret rectitudine amoris, & non vetſatur debito modo circa Deum; quæ tamen carentia noo poteſt in illo eſſe priuatio.

14. *Malitia, quanuis ſit priuatio ratione partis, poteſt tamen denominare malũ ipſum actum totũ.* Ad ptimum Reſpondeo, carentiam tectitudinis tribuere denominationẽ mali ipſi toti actui;non autem ſolùm ratiooi geneticæ actus: quia malitia, & defectus ex quacunque tandẽ parte proueniat, & in quacunque parte ſit, vt in ſubiecto immediato, ſemper denominat ipſum totũ,cùm ſit ex iis formis,quæ non poſſunt afficere totum,niſi tatione partis,qualis eſt,v.g.ſimitas,& cæcitas;& indifferenter ſe habent, vt tantùm afficiant tatione vnius partis, vel tatione plurium,qualis eſt,v.g. ratio vulneris,aut contactus, quæ,ſiue contingat tãtùm in vna parte,ſiue ſimul in pluribus, ipſi toti tribuit denominationẽ vulnetati, aut contacti: eadẽ enim tatione, quia malitia commiſſionis non poteſt eſſe defectus ipſius actus ſecũdùm totum,ſiquidem ſemper ſupponit tãquàm matetiale,& ſubſtratum,ipſum actum; quod tamen nõ eſſet,ſi eſſet carentia,vel defectus totius actus,omninò debet eſſe defectus ſecundùm partẽ; & hoc tantummodo poteſt afficere,& denominare totũ. Idque ipſum optimè explicat S.Dionyſ.*c.4.de diu.nominib. par.4.*exemplo motbi: ſicut enim morbus ita eſt defectus bonæ conſtitutionis;vt tamen nõ ſit defectus omnis bonæ conſtitutionis, quia alioqui ne motbus quidem eſſet,ſi omnem conſtitutionem ſubiecti omninò tolletet;ita & malum,quod eſt in actibus,ita eſt defectus aptæ compoſitionis ipſarum partium;vt tamen non ſit defectus ſecundùm ipſum actum totum; quia ſimiliter ne malum quidem eſſet, ſi eſſet defectus ipſius actus ſecundùm totũ. Et idem poteſt explicati etiam ex eo, quod communitet contingit in omnibus priuationibns phyſicis, quæ,quannis in vna tantùm parte dicant capacitatem, & aptitndinem; denominant tamen priuatum, & malè ſe habens ipſum totum,vt,v.g.ptiuatio frigoris in aqua.

15. *Talpa videtur habere oculos, & quomodo per cæcitatẽ malè ſe habeat.* Quòd ſi quis dixerit,carentiam viſus,quia cooueuit talpæ ratione generis, etiam talpæ tribuete denominationem mali, fortaſſe non malè dixerit,cùm habeamus ex Ariſt.2.*de anima*, *text.*131. perfectum animal, & non mutilum omnes ſenſus habere; & ideò etiam talpam videri ſub pelle habere oculos:& *lib.1.de hiſt.animalium, cap.9.* omnia genera animalium habere ocnlos, prætetquàm teſta intecta, & ſi quid aliud eſt imperfectum, & ea ptæſertim quæ animal genetant, præter talpam; imò hanc etiam modo quodam dici poſſe illos habete; quanuis ſimpliciter,& omninò habere negetur:quia, ſi detrahatur membtana,quæ ad locum oculorum illi prætenditur, non modò appatet huiuſmodi locus; ſed & pars nigta, & ſitus, & deſcriptio eadem oculorum, quæ communiter eſt in aliis animalibus, & ſolùm videntur in ipſa procreatione, & formatione,ex obductione illa cutis oculi eſſe comptesſi, conficti, & oblæſi; & ideò nec ſunt petſpicui, neque apti ſimplicitet ad videndum: ſi autem carentia oculotum, aut viſus non conuenit talpæ, niſi qua eſt animal imperfectum, & mutilum; poteſt etiam ratione illius oon incongruè dici, quòd ſit animal in ſe malum, & quòd ipſa catentia ſit quædam malitia talis animalis. Et quanuis ex eodem Ariſtotele 3. *de anima,text.*67.non ſit neceſſe,vt animal aliquem alium habeat ſenſum, præter tactum, & quòd hunc neceſſariò habeat,eo ipſu,quòd eſt animal, & qnòd ſi illo priuetut, neceſſatiò moriatur;hinc tamen ſolùm efficitur, quòd alij ſenſus minùs ſunt neceſſarij ad eſſe animalis, non autem, quòd ſimpliciter non requirantur; & ſi animal aliquo catear, non ſit imperfectum,ac mutilum,vt iam diximus ex *lib.2.de anima, text.*131.*& lib.1.de hiſt.animalium,c.9.* ſic enim neque ex eo, quòd animal eſſe non poſſit ſine corde, eóque ſi cateat,vel malè ſe habeat,ſtatim motiatur, poteſt inferri,quòd non tequirat etiam pedes,& alia huiuſmodi membra,aut pattes integrales.

Quòd ſi abſolutè admittatur, priuationem viſus, quæ eſt in talpa, nõ facere illũ malè ſe habere,& teſpectu illius nõ eſſe malitiã, dici debet id ſolùm eſſe, quia, quanuis viſus ſit natus baberi in natura animalis; uoo eſt tamen poſitiuè illi debitus,& ad malitiam non eſt ſatis ſola carentia formæ, quæ poſſit haberi; ſed præterea requiritut,vt poſitiuè ſit debita haberi, vt docet S.Thom.3.*contra Gent.cap.6.* & patet in matetia, quæ hac ſolùm de cauſa ex priuatione formarum non malè ſe habet; quia formæ noo ſunt illi ſpecialiter debitæ. Atque hac ratione idem S. Thom. *in 1.diſt.28. quæſt.1.art.1.ad* 2. expreſsè ait, quòd carentia eius, quod aliquid eſt natum habere ratione generis, qualis eſt carentia viſus in talpa, non dicit imperfectionem in illo, aut malitiam; quanuis dicat ptiuationem: quia, ſcilicet, non eſt aliquid poſitiuè illi debitum: ſed ratio animalis, quæ eſt in talpa, v. g. ſe habet indifferenter ad viſum; ſicut & ſe habet indiffetentet ad differentiam perfectiorem, quæ poſtulet viſum. Quòd verò id totum in caſu noſtro de actu peccati non poſſit hahere locum,patet ex dictis, cùm ratio generica, v. g. in actu odij Dei non ſolùm babeat capacitatem, quantùm eſt ex ſe; ſed etiam debitum habendi modum ptoſecutionis pto differentia; non autem modum fugæ.

Ad illud verò, quod additut de eo, qui elicetet actum odij, neque haberet ſufficiens principium ad eliciendum actum amoris, dico, quòd quanuis non poſſet aptè componere tationem genericam actus volantatis circa bonum Dei, cum differentia ptoſecutionis; adhuc tamen peccaret, quia poſſet ſimilitet illam non componere ineptè cum differentia fugæ, & ſaltem habetet libertatem conttadictionis, & quoad exercitium; quanuis non habetet contrarietatis, & quoad ſpecificationem: & hoc eſt ſatis,vt defectus modi, vel aptæ compoſitionis in actu odij habeat tationem peccati, cùm ptæſertim io aſſerenda aliqua priuatione non ſit attendendum ad potentiam alicuius agentis determinati, quod fortè poſſit, aut non poſſit cauſate formam oppoſitam; ſed ſatis ſit, ſi attendatur capacitas ipſius ſubiecti, quantùm eſt ex ſe, quæ certè etiam in caſu poſito non deeſſet in illa tatione generica actus voluntatis citca bonum Dei. Et quemadmodum ex eo, quòd in homine cæco non ſit potentia ad ponendum viſum oppoſitum, non ſequitut, quòd cæcitas in illo non ſit priuatio; ita neque ex eo, quòd in tali homine non ſit potentia ponendi bonitatem charitatis, ſeqnitur, quòd illius carentia in actu odij non ſit priuatio. 16. *Quomodo priuatio rectitudinis debita ſit diuerſa in peccatis per exceſſum, & per defectum.*

Ad ſecundum Reſpondeo: Qua tatione tepetitur diuetſitas iu ipſis actibus pet exceſſum, aut pet defectum,eadẽ teperitur etiam in ipſa carẽtia modi,aut aptæ cõpoſitionis,in qua conſiſtit malitia:quia enim libetalitas, v. g. vetſatur eitea dationes, & ſumptus,

vt patet ex S.Thom. 2.2.*q.*117.*art.*3. ratio generica actus voluntatis circa huiuſmodi dationes faciendas,quãdo oporter,quibus oportet,& provt oportet, ſolùm poſtulat aptè cõponi com differentia proſecutionis;non aotem cum differentia fugæ:& ideò rectè djcitur , quòd actus auaritiæ, qui eſt actus fugæ ab huiuſmodi dationibus,careat apta cõpoſitione ſuarũ partium , eáque carentia conſtituatur malus per defectum.Et contrà:quia ratio generica eiuſdem actus voluntatis circa dationes faciendas,quãdo õ oportet,quibus non oporter, & provt non oporter,ſolùm poſtulat aptè componi cum differentia fugæ; non aurem cum differentia proſecutionis ; rectè dicitur, quòd actus prodigalitaris, qui eſt proſecutio , carear huiuſmodi apta cõpoſitione,& per hoc eouſtituatur malus per exceſſum. Vnde malitia in huiuſmodi actibus,qui excedunt , vel deficiunt à mediocritate mareriæ , circa quam benè diſponir virtus oppoſita, non eſt attendenda,ex carentia actus medij,qui poſſet, & deberet eſſe in potentia, ſed ex carentia bonitatis,id eſt,debiti modi,ſpeciei,& ordinis,qui poteſt, & debet eſſe in ipſo actu , quantùm eſt ex ratione partium ipſius,vt iam explicauimus;& hæc ſine dubio diuerſa eſt in peccatis per exceſſum , & per defectum , vt diximus: & ideò hoc argumentum pro ſententia Caietani, quòd malitia conſiſtat in aliquo poſitiuo , vel contra communem ſeutenriam , quod conſiſtat in priuatione;nullius momenti eſt,vt notat
17. *Quomodo priuatio rectitudinis ſit diuerſa in diuerſis peccatis contra iuſtitiam.*
Salas 1.2.*tract.*13.*diſp.*2.*ſect.*3.*n.*49.Et proportionaliter idem accidit etiam in peccatis contra iuſtitiam, ſi in vnoquoque accipiatur propria ratio generica circa ſuum obiectum:vt,v.g.in furto actus volũtatis circa res alienas accipiendas , & in homicidio actus voluntatis circa vitam alterius auferendam : quia enim ratio generica ſemper poſtulat aptè componi cum differentia fugæ,rectè dicitur voluntas furandi, aut occidendi , in qua coniungitur cum differentia proſecutionis,carere apta compoſitione, & eſſe mala : & ſicut huiuſmodi carentia eſt diuerſa in vtroque actu propter diuerſitatem obiecti,quod in vtroque reſpicit ratio generica ; ita & poteſt ſufficienter illis tribuere diuerſam rationem peccati.

18. *Quomodo actui ſecundùm rationē genericā magis ſit debita vna bonitas ſpecifica, quàm alia.*
Ad tertiam Reſpondeo , darioni pecuoiæ ex hoc ipſo,quòd eſt actus humanus, deberi bonitatem alicuius virtutis,ſaltem indeterminatè ; & ſi omni huiuſmodi bonitate eareat,eo ipſo eſſe malam ex negatione aptæ compoſitionis,cum aliquo motiuo honeſto,quod ex ſe poſtulat.Deinde dico,ex circũſtantiis ſæpe determinari , vt potiùs debeatur vna bonitas, quàm alia,vt,v.g.ſi ſit danda pecunia occaſione miſeriæ ſubleuandæ , determinatur bonitas miſericordiæ;& ſi occaſione faciendæ æqualitatis,bonitas iuſtitiæ, &c. Et quamuis ratio generica ſecundùm eſſe phyſicum ſit indifferens ad omnes differentias ſpecificas;& ratio actus volũtatis, v.g.dandi pecuniam, quando eſt ſubleuanda miſeria proximi, phyſicè loquendo, iodifferenter ſe habeat , vt contrahatur per differentiam proſecutionis,& fiat volitio dandi, atque vt cootrahatur per differentiam fugæ,& fiat nolitio ; non eſt tamen indifferens ſecundùm eſſe morale , quando vrget præceptum, & obligatio : quod addo, quia præſcindendo ab obligatione, & debito, huiuſmodi carentia aptæ compoſitionis non eſt malitia,cùm ad hanc requiratur priuatio aptæ compoſitionis, quæ non modò ſit poſſibilis ; ſed etiam debita,vt *ſuprà* diximus.

19. *Quomodo bonitas ſpecifica poſſit eſſe debita rationi genericæ, an-*
Ad quartam Reſpondeo:Si rectitudo, & bonitas, v. g. charitatis , accipiatur formaliter pro ipſa integritate,& perfectione,quæ reſultat,tanquàm ſpecies, & forma totius , ex debito modo, & apta compoſitione,& commenſuratione ad inuicem ipſarum partium actus, veriſſimum eſt , quòd vltimò proueniat ab obiecto ſpecifico,neque poſſit intelligi ante conſtitutionem ſpecificam ipſius actus eſſe debita ſoli ratiooi geoericæ:ſic enim etiam integritas, & bonitas domus non poteſt intelligi , niſi vt reſultans ex omnibus partibus ſimul iunctis,ad quam cõparatur, tanquàm forma ad materiã totius. 2.*Phyſic.text.*31. ſi verò accipiatur materialiter pro iis ipſis,ex quibus reſultat,& in quibus cõſiſtit integritas;poteſt partialiter eſſe debita etiã partibus,provt ſecundùm rationem antecedunt conſtitutionẽ totius, & per conſequens etiã poteſt eſſe debita rationi genericæ : ſicut enim ad bonitatẽ,& integritatem domus,rectè dicitur,quòd materiã poſtulet aptè cõiungi,& componi cum forma, & huiuſmodi apta cõiunctio ſit illi debita,& ideò negatio,aut vacuitas huiuſmodi cõpoſitionis,etiam provt ſe tenet ex parte materiæ,dicitur eſſe formalis defectus integritatis in ipſa domo : ita & in caſu noſtro ad integritatẽ , & bonitatem actus rectè dicitur,quòd ratio generica poſtulet aptè cooiungi cum ratione ſpecifica;& huiuſmodi apta cooiunctio ſit illi debita, eámque ob cauſam etiã negatio,& vacuitas huiuſmodi aptæ coniunctionis,provt ſe tenet ex parte rationis genericæ , rectè dicitur, quòd ſit formalis defectus integritatis , & bonitatis in ipſo actu. Et de huiuſmodi integritate, aut bonitate accepta materialiter, falſum eſt, quòd tanquàm prædicatum primum conueniat ipſi actui,provt iam vltimò conſtituto in ſuo eſſe ſpecifico, ſiquidem illi non conuenit , niſi dependenter à ratione ſpecifica, cui conoenit priùs. *tanquàm intelligatur vltimò conſtituta per differentiã ſpecificam.*

Ad quintam Reſpondeo , etiam rationi genericæ iam contractæ per differentiã ſpecificam,manere debitum id,quod illi eſt debitũ ratione ſui,& quantum eſt ex ſe:& quod ex ſuppoſitione,quòd iam ſit cõtracta,non poſſit ampliùs illud habere,non tollit,quòd abſolutè,& per ſe illud non poſtulet, eiúſque carẽtia non ſit illi priuatio : quemadmodum,& ex ſuppoſitione, quòd aliquod animal in indiuiduo , per defectum,& peccatum oaturæ careat oculis,& ideò viſus ſit illi impoſſibilis, non tollitur, quominùs carentia viſus ſit illi priuatio,& vera cæcitas. Sicut autem ad priuationem in iodiuiduo ſatis eſt capacitas ex parte naturæ , etiamſi non ſit proximè ex parte ipſius indiuidui : ita & ad priuatiooem in oatura ſpecifica poteſt eſſe ſatis ſola capacitas ex parte generis, etiamſi non ſit capacitas ex parte differentiæ. 20. *Ad quintam.*

Neque hinc ſequitur, quòd tollantur puræ negationes à rebus:quia ad rationem priuationis oon eſt ſatis ſola non repugoantia , vel aptitudo logica ad formam oppoſitam , qualis eſt in ratioue generica, v.g. corporis ad differentiam lapidis , & in ratione generica animalis ad differentiam equi:ſed eſt opus poſitiua inclinatione, & aptitudine phyſica, quæ ab Ariſt. communiter ſignificatur per eſſe aptum natura,vel eſſe aptum oatum.Vnde & 5.*Metaph.text.*27. vt maximè improprius ponitur modus ille priuationis , ſecundùm quem planta dicitur eſſe priuata oculis : quia,quamuis oculi ſint apti haberi à viuente, & poſitiuè ſibi poſtulent , & determinent gradum viuentis ; non tamen è contrà gradus viuentis per ſe acceptus, eſt aptus oatura illos habere, neque illos poſitiuè ſibi determinat : & ſtatim ſubditur, quòd ſaltem ratione generis ſubiectum , quod dicitur priuatum , debeat eſſe natum habere formam, ſicut talpa eſt nata habere viſum.

Ad ſextã Reſpondeo:Si in actu odij Dei,tanquàm ratio generica , aſſiguetur ipſa communis ratio odij, hæc quoque dicenda eſt carere apta compoſitione, ſiquidem ex ſe poſtulat eſſe coniuncta cum aliqua differentia circa verũ odibile;non autem circa Deũ. 21. *Ad ſextam.*

Et

Et quamuis actus odij Dei non ſit formaliter malus ex defectu non eſſendi ſpecialiter circa Diabolū, aot aliud verom odibile determinatum; ſatis tamen eſt malus ex defectu eſſendi circa verū odibile indeterminatū: quia ex ſuppoſitione, quòd actus odij exerceatur, debitus omninò eſt exerceri circa aliquod verum odibile, quodcunque ſit: nam, ſicut ex ſuppoſitione, quòd aliquis oret, eſt illi debita attentio, etiāſi abſolutè neque oratio, neque attentio ſit illi debita; ita & ex ſuppoſitione, qoòd quis exercear actum odij, habet debitum exercendi circa aliquod verum odibile, etiamſi abſolutè, neque actus odij, neque operatio circa verum odibile ſit illi debita.

Quòd ſi vrgeas, impoſſibile eſſe, vt differētia, cum qua de facto coniungitur, non ſit mala, ſiquidem nō eſt ratio fugæ quæcunque, ſed ratio fugæ à bono Dei, & vltimò contrahit rationem genericam in ordine ad idem obiectum. Reſpondeo, etiam in differentia vltima reperiri conceptus, & rationes analogas, quæ quia non poſſunt præſcindi à conceptu, & ratione vltima, niſi ſecundùm confuſionē; non faciunt ſimul cum illa pluralitatē graduū, & ſecundùm huiuſmodi rationes analogas, & confuſas, etiā differentia vltima habet debitum, & capacitatem bonitatis oppoſitæ: ſiquidem etiam fuga à bono Dei, ſecundùm rationē confuſam fugæ ab obiecto, debet, & poteſt eſſe fuga ab obiecto malo; nō autē à bono: & qua ratione ipſe totus actus odij Dei dicitur malus ratione generis verè præciſi a differentia, & ſimul cum illa malè cōpoſiti; ita & differentia vltima dicitur mala ratione generis analogi, & ratione determinationis, & expreſſionis, quam illi ſuperaddit per cōceptum diſtinctum: quanquam huiuſmodi genus analogum, prout ſolùm dicit conceptibilitatem confuſam, non facit propriè compoſitionem cum ratione vltima, prout ſimiliter dicit conceptibilitatē diſtinctam, cùm verè non cōparentur ad inuicem, tanquàm gradus, aut cōpartes; ſed ſolùm tanquàm diuerſæ conceptibilitates einſdem gradus, & cōpartis: & ideò, propriè loqoendo, ipſa differentia vltima, ſicut non dicitur abſolutè compoſita ſecundùm huiuſmodi conceptibilitates, ſed ſolùm expreſſa, & determinata; ita nec debet dici malè compoſita, ſed malè expreſſa, & malè determinata; quia conceptibilitas prima, & coofuſa, quæ ſolùm dicit rationem fugæ ab obiecto, non poſtulat determinari, & exprimi per hanc conceptibilitatem vltimam, & diſtinctam, quam dicit ratione fugæ à bono Dei; ſed per aliam, quæ ſit fuga à malo Dei.

DISPVT. XII.

Quomodo peccata differant ſpecie ſecundùm obiecta.

1. *Peccata rectè dicuntur diſtingui ſecūdùm obiecta.*
2. *In idem recidit, quod diſtinguantur ſecundùm fines, vel ſecundùm virtutes oppoſitas.*
3. *Proponuntur difficultates in contrarium.*
4. *Etiam peccata omiſſionis poſſunt diſtingui ex obiectis.*
5. *Quomodo in peccatis principaliùs ſe habeat ipſe actus, quàm deordinatio.*
6. *Ad tertium.*
7. *Ad quartum.*
8. *Ad quintum.*
9. *Ad ſextum. Peccata diſtinguūtur ſecundùm obiecta formalia: & quomodo hæc ſint accipienda.*
10. *Finis in humanis actionibus ſe habet, vt forma, & ratio agendi.*
11. *Obſeruationes, & tranſgreſſiones omniū votorū, omnes ſunt eiuſdē ſpeciei, ſi accipiātur formaliter.*

1. *Peccata rectè dicuntur diſtingui ſecundùm obiecta.*

POſt viſa, & peccata abſolutè conſiderata, vt illa conſideret S. Thom. etiam comparate ad ſe inuicem, agit 1.2. *q* 72. de diſtinctione illorum ſpecifica: & primò docet *art.* 1. eam maxime aptè deſumi ex ipſis obiectis: quia enim ad rationem peccati duo concurrunt, id eſt, actus voluntarius, & inordinatio eius; & ratio actus per ſe comparatur ad peccantem, qui verè intendit ſic agere circa talem materiam, & inordinatio ſolùm comparatur per accidens, id eſt, quia accidit actui per ſe intenſo; non autem comparatur per ſe, cùm ex S. Dionyſ. *c* 4 *de diu. nominib. par.* 4. nemo ſit, qui ad malum reſpiciens, operetur; diſtinctio ſpecifica in peccatis potiori ratione debet attendi ex parte actus, quàm ex parte inordinationis, cùm vnunquodque ſpeciem conſequatur ſecundùm illud, quod eſt per ſe; non autem ſecundùm illud, quod eſt per accidēs, & ſemper, quæ ſunt per accidens, ſint extra rationem ſpeciei: & quia actus ſpecificationem, & diſtinctionem ſpecificam ſolùm deſumunt ex obiectis, vt ab eodem S. Thoma probatum eſt *ſupra, eadem* 1.2. *q.* 18 *art.* 2. etiam peccata dici debent propriè diſtingui ſecūdùm obiecta: & vt ſubdit *in reſponſ. ad* 1. in idem recidit, ſi peccata dicantur diſtingui ſecundùm fines, ſiquidem finis, cùm habeat principaliter rationem boni, ſolùm cōparatur ad actum voluntatis, qui eſt primordialis in omni peccato, tanquam obiectum: imò etſi dicamus, peccata diſtingui ſecundùm virtutes, quibus opponuntur, in idē ſimiliter recidit, cùm hoc, quod eſt diſtingui ſecundùm obiecta, vt ſubdit *in reſponſ. ad* 2. quia etiā virtutes diſtinguuntur ſecūdùm obiecta, vt probatū eſt *ſupra, q* 60. *art.* 5. & impoſſibile eſt peccata diſtingui per oppoſitionem ad virtutes, niſi habeant diuerſa obiecta, quanquā hoc totum debet intelligi ſolùm de obiectis formaliter acceptis, & ſecundùm eſſe morale, id eſt, in quantū fundāt moralē diſconuenientiā vnius rationis; non autē de obiectis acceptis materialiter, & ſecundùm eſſe phyſicum, vt tandē cōcludit *in reſponſ. ad* 3. quia certum eſt, poſſe peccatum eſſe idem ſpecie, etiam circa obiecta materialiter diuerſa: vt, v.g peccatum ſuperbiæ circa res ſpirituales, & corporales; & peccatum auaritiæ circa diuerſa genera rerum, vt tradit S. Gregorius *lib.* 33. *Mor. cap.* 19. *& lib.* 34 *cap.* 8.

2. *In idem recidit, quòd diſtinguantur ſecundùm fines, vel ſecūdùm virtutes oppoſitas.*

Sed contra eſt difficultas: quia peccata omiſſionis, cùm ſolùm conſiſtant in negatione actus, neque includant pro materiali ipſum actum voluntatis, nullo modo poſſunt diſtingui ex obiectis, ac proinde concluſio S. Thomæ, quòd peccata diſtinguantur ex obiectis, non poteſt eſſe vniuerſalis.

3. *Proponuntur difficultates in contrariū.*

Secundò, quia etiam loquendo de peccato cōmiſſionis, falſum eſt, quòd in illo ratio actus ſit magis per ſe, quàm deordinatio: nā, quamuis actus magis per ſe cōparetur ad ipſum operantem, vtpote ab illo per ſe intentus; non tamen poteſt magis per ſe cōparari ad ipſum peccatū, cùm ad hoc ſolùm comparetur, vt materiale, & deordinatio ad idē comparetur, vt formale, vt *ſuprà* diximus ex eodē S. Thom. 1.2. *q.* 71. *ar.* 6. & ideò ſi diſtinctio eſt deſumenda ex eo, quod in peccato eſt magis per ſe, potiori ratione eſt deſumēda ex deordinatione, quàm ex actu, vt vult Scot. *in* 2. *diſt.* 34. *q. vnic.* §. *Ex iſta ſolut.* cùm etiam in aliis omnibus diſtinctio ſpecifica potiùs deſumatur à forma, quàm à materia: imò id videtur expreſsè ducere etiam S. Thom. 1.2 *q.* 72. *cit. art.* 9. *ad* 1. vbi ait, malum, in quantum huiuſmodi, eſſe priuationem, & ideò diuerſificari ſpecie ſecundùm ea, quæ priuantur, ſicut & cæteræ priuationes.

Tertiò, quia peccatum, ſicut eſſentialiter neque eſt ſolus actus, neque eſt ſola deordinatio; ſed ſimul vtrunque, id eſt, actus deordinatus; ita & ſimul debet

diſtingui ex parte vtriuſque, id eſt, ex obiecto ratione actus, & ex oppoſita bonitate, ratione deordinationis, vt vult Val. 1.2.*diſp.6.q.2.puncto* 1. idque videtur expreſsè haberi etiam ex ipſo S.Thom.2.2.*q.* 10.*art.5.ad* 1. vbi ait, formalem rationem alicuius peccati poſſe accipi dupliciter, id eſt, vno modo ſecundùm intentionem peccãtis; & ſecundùm hoc, id, ad quod conuertitur peccans, eſſe formale obiectum peccati, & ex hoc diuerſificari illius ſpecies; alio modo ſecundùm rationem mali, & ſic illud bonum, à quo receditur, eſſe formale obiectum peccati.

Quartò, falſum videtur, quòd in idem recidat, peccata diſtingui ex fine, & ex obiecto, vt docet S. Thom. 1.2.*q.72.cit.art.1.ad* 1.*& art.3. ad* 2. certum enim videtur, quòd peccatum ſacrilegij in acceptione rei ſacræ, non diſtinguitur ex fine a peccato ſimplicis furti, cùm in vtroque finis ſit idem, id eſt, vtilitas ad proprios vſus; & tamen malitia ſit diuerſa.

Quintò, falſum ſimiliter eſt, quòd in idem recidat, peccata diſtingui ſecundùm obiecta, & diſtingui ſecundùm virtutes oppoſitas, vt dicitur *in reſponſ.ad* 2. furtum enim, & rapina, v. g. opponuntur eidem iuſtitiæ; & auaritia, & prodigalitas opponuntur eidem liberalitati; & tamen diſtinguuntur ſpecie ſecundùm obiecta, cùm furtum ſit de re aliena, prout clam accipienda, & ſine vi, quæ infertatur domino; & rapina, prout palam accipienda, & per vim; & ſimiliter auaritia de dationibus, prout non faciendis, quando oportet; & prodigalitas de iiſdem, prout faciendis, quando non oportet.

Denique id, quod dicitur *in reſponſ.ad* 3. obiecta, ex quibus diſtinguuntur peccata, eſſe accipienda formaliter; adhuc non explicat ſufficienter, quomodo peccatum ſuperbiæ ſit idem ſpecie circa res ſpirituales, & circa res corporales: ſiquidem excellentia, quæ illis quæritur, non videtur eſſe eadem ſpecie; & per conſequens, neque appetitus huiuſmodi excellentiæ, in quo formaliter conſiſtit peccatum ſuperbiæ, poteſt eſſe idem ſpecie; ſed ad ſummum ſolùm videtur poſſe habere vnitatem, aut identitatem genericam, cùm vterque in hoc conueniat, quòd ſit appetitus excellentiæ; & ſimul differat, quòd ille ſit de rebus ſpiritualibus, & hic de corporalibus: quod idem dici poteſt etiam de peccato auaritiæ circa res diuerſas, & de peccato intemperantiæ, v.g circa cibum, & potum, vel circa carnes, & piſces, & de aliis pluribus.

4. *Etiam peccata omiſſionis poſſunt diſtingui ex obiectis.*

Ad primum Reſpondeo, concluſionem, propriè loquendo, ſolùm intelligi de peccatis commiſſionis: quia hæc ſola habent obiectum, & pro materiali propriè includunt actum voluntatis, vt dicitur in argumento; impropriè tamen, ſicut etiam omiſſio in definitione peccati comprehenditur nomine dicti, aut facti, aut concupiti, vt *ſuprà* diximus; & ſi procedat à voluntate deliberata, poteſt etiam ipſa appellari actus humanus: ita etiam largo modo poteſt admitti, quòd diſtinguatur ſecundùm obiecta: vt, v.g. omiſſio auditionis Sacri, ſecundùm ipſum Sacrum, quod omittitur: & ſicut ex S.Thom.*q.72.art.1.ad* 2. in idem redit etiam de peccatis commiſſionis, quòd ex parte actus diſtingui dicantur ſecundùm obiecta, & quòd ex parte inordinationis dicantur diſtingui ſecundùm oppoſitas virtutes; quia etiam virtutes diſtinguuntur ſecundùm obiecta; & ideò etiam inordinatio, quæ eſt in peccatis mediate, & vltimatè diſtinguitur ſecundùm obiecta, id eſt, mediante virtute oppoſita: ita & de peccatis omiſſionis dici poteſt, quod in idem redit, vt dicantur diſtingui ſecundùm actus oppoſitos, & ſecũdùm obiecta; quia mediate & vltimate tandẽ diſtinctio eſt reſoluenda in obiecta, cùm diſtinguantur ſecundùm illa ipſi actus oppoſiti.

Ad ſecundum Reſpondeo, in idem recidere, quòd actus in peccato commiſſionis magis per ſe cõparetur ad ipſum peccãtem, & quòd magis per ſe cõpararetur ad ipſum peccatum: communiter enim nomen peccati, & actus mali non accipitur formaliter pro ipſa malitia; ſed materialiter, & denominatiuè pro ipſo actu, in quo ineſt malitia, vt notat Caiet. 1.2.*q.* 72.*art.*1. & ideò magis principaliter in illo ſe habet ratio actus, ſicut & in aliis denominatiuis, prout accipiuntur materialiter pro ipſis ſubiectis, quæ ſubſtãt formis denominãtibus. Et ratio eſt: quia, cùm totum genus moris maximè reſpiciat rationem, & voluntatem, & ab illis depẽdeat totum eſſe morale, & tota ratio actus humani, vt patet ex S.Th.1.2.*q.*18.*art.5.* rectè illud conſideratur, vt principalius in actu morali, quod principaliùs ſe habet ad rationem, & ad voluntatem, & ad intentionem ipſius operantis; qualis tamen eſt ipſe actus, non autem deordinatio, aut malitia formaliter accepta: & quamuis hæc dicatur à S.Thom. ſe habere in peccato, vt formale; id tamen ſolùm eſt, quia vltimò intelligitur aduenire actui, & tanquàm forma accidentalis illum afficere, & denominare in ratione mali; non autem, quia eſſentialiter, & per ſe illum cõſtituat: ſiquidem, vt *ſuprà* diximus ex eodem S.Th.1.1.*q.*48.*art.1.ad* 2.*&* 3.*contra Gent.c.*9. bonum, & malum non eodem modo ſunt differentiæ conſtitutiuæ in moralibus; ſed bonum eſt differentia per ſe, quia habet rationem finis; & malum eſt differentia per accidens, in quantum eſt remotio debiti finis, quæ ſemper adiungitur alicui alteri fini indebito, & ideò ſumitur loco illius, & ad illius explicationem; ſicut & irrationalitas aſſignatur per accidens, vt differentia, in brutis, id eſt, ratione naturæ, ad quam conſequitur. Hoc autem modo ſi ſumatur malitia fundamentaliter, & ratione actus poſitiui, ad quem conſequitur; ſicut non diſtinguitur ab ipſo actu, ita & diſtinctio ſecundùm obiecta eodẽ modo illi conuenit, atque conueniat actui. Neque S. Th.*eadem q.72.art.9.ad* 1. oppoſitum aſſerit, quando ait, malum, in quantum huiuſmodi, eſſe priuationẽ, & diuerſificari ſpecie ſecundùm ea, quæ priuantur, ſicut & cæteræ priuationes: nam ex dictis *art.* 1. ſtatim ſubdit, peccatum non ſortiri ſpeciem ex parte priuationis, vel auerſionis; ſed ex parte actus, & conuerſionis ad obiectum: & primum illud, de diuerſitate ſpecifica priuationum ſecundùm ea, quæ priuantur, non modò non aſſerit in ordine ad diuerſitatem ſpecificam ipſorum peccatorum; ſed neque etiam de diuerſitate ſpecifica propriè dicta, quaſi hanc priuationibus tribuat, ſiquidem priuationis, & non entis nullæ ſunt differentiæ, aut ſpecies, vt *ſuprà* diximus ex Ariſt.*lib.1.de par.c.3.& 4. Phyſic.text.*67. & clarè explicat ipſe S.Thom.*eadem quæſt.*72.*art.*6. vbi facta mentione de differentia ſpecifica peccati omiſſionis, & commiſſionis, ſtatim ſubdit, circa omiſſionem non eſſe loquendum de ſpecie, niſi largè, ſecundùm quod priuatio, vel negatio poteſt habere ſpeciem: & 2.2.*q.*10.*art.5 ad* 1. vbi, cùm dixiſſet, rationem formalem alicuius peccati poſſe dupliciter accipi; primò, ſecundùm intentionem peccantis, & ſic peccata differre ſpecie ſecundùm obiecta; & deinde ſecundùm rationem mali; ſubdit, ex hac parte peccatum non habere ſpeciem, imò eſſe priuationem ſpeciei, ex quo principio poteſt deſumi etiã alia ratio præſentis doctrinæ de diſtinctione peccatorum ex obiectis: ſi enim ſolùm ratione actus poteſt illis cõuenire diſtinctio ſpecifica propriè dicta; non autem ratione malitiæ, & priuationis, dum eſt ſermo de diſtinctione ſpecifica, rectè dicitur eſſe attendenda ex obiectis, cùm ſemper in vnoquoque principaliùs conſideretur diſtinctio propriè, quam impropriè dicta.

5. *Quomodo in peccatis principalius ſe habeat ipſe actus, quàm deordinatio.*

Ad

Digitized by Google

6. *Ad tertium.* Ad tertium patet eodem modo: nam peccatum eſſentialiter eſt ſolus actus, in quantum fundat malitiam; non autem includit, vt de ſui ratione, ipſam malitiam acceptam formaliter: ſiquidem illam includit ſolùm, vt formam denominantem; & actum includit, tanquàm ſubiectum denomiuatum, pro quo communiter ſupponitur ipſum nomẽ peccati: atque ita non erat, quòd diſtinctio traderetur æqualiter ex parte vtriuſque, cùm peccatum non includat vtrumque æqualiter, vt etiam *ſuprà* diximus *diſp.* 10. *n.* 15. Neque illud, quod affertur ex S. Thom. 2. 2. *q.* 10. *art.* 5. *ad* 1. facit ad rem: ſiquidem, quanuis aſſerat, quòd formalis ratio alicuius peccati poteſt accipi dupliciter, id eſt, ſecuodùm intentionem peccantis, & ſecundùm rationem mali; apertè tamen ſubdit, quòd ſolùm ex illa diuerſificantur ſpecies peccatorum; non autem ex hac, cùm peccatum ex parte priuationis, & formaliter in quantum eſt malum, non habeat ſpeciem, ſed ſit priuatio ſpeciei.

7. *Ad quartũ.* Ad quartum Reſpondeo, in furto, & ſacrilegio circa acceptionem rei ſacræ in idem recidere, quòd ſumatur diſtinctio ſecundùm obiecta, & quòd ſumatur ſecundùm fines: quia, quemadmodum obiectum ſacrilegij non eſt quomodocunque res aliena, ſed res ſacra aliena; ita & finis nõ eſt quomodocunque vſus rei alienæ, ſed rei ſacræ: vt enim docet S. Thom. 1. 2. *q.* 18. *art.* 5. *ad* 4. *&* *art.* 10. *ad* 1. *&* 2. circunſtantia, quando dat ſpeciem peccato, non accipitur tanquàm accidens; ſed tanquàm differentia eſſentialis obiecti; & ideò non poteſt non cadere ſub eadem intentionem proximi finis.

8. *Ad quintum.* Ad quintum Reſpondeo primò: quando ait S. Th. quòd ſi peccata diſtinguantur ſecundùm oppoſitas virtutes, in idem recidit, atque ſi diſtinguantur ſecũdùm obiecta, ſolùm velle, quòd etiamſi attendatur diſtinctio peccatorum ex parte malitiæ formaliter acceptæ, adhuc eſt concedendum, quòd tandem deſumatur ex obiectis: ſiquidẽ priuationes immediatè diſtinguuntur ex virtutibus, quarum ſunt priuationes, & mediatè, vel vltimatè ex earum obiectis, vt diximus *in reſponſ. ad* 1. ex hoc autẽ non ſequitur, quòd ſemper peccata, vt diſtinguuntur ſpecie, debeant eſſe contra virtutes diſtinctas ſpecie; neque poſſint eſſe diſtincta cõtra vnam, & eandem virtutem, ſed ſolùm conditionaliter: quòd ſi diſtinguantur ſecundùm oppoſitas virtutes, etiam diſtinguantur ſecundùm obiecta: quod totum veriſſimum eſt etiam de furto, & rapina, & aliis, quæ opponuntur eidem virtuti: hoc enim ſolùm facit, vt abſolutè, & de facto non diſtinguãtur ſecũdùm oppoſitas virtutes; nõ autẽ cõditionaliter, vt nõ diſtinguãtur ſecũdùm obiecta, ſi diſtinguũtur ſecundùm virtutes, quod ſolùm aſſerit S. Th.

Secundò Reſpõdeo, nomine virtutis oppoſitæ, ex qua dicitur poſſe attendi diſtinctio peccatorum, & in idem recidere, atque ſi attendatur ex obiectis, non eſſe intelligẽdum ipſum habitum, quaſi genericum, v. g. iuſtitiæ, temperantiæ, &c. aut rationem quaſi cõmunẽ ſpecificatiuam illius; ſed ipſum bonũ rationis circa vnumquodque obiectũ in ſpecie, vel vnumquodque obiectum ſpecificum, provt fundat ſpecialem ordinem ad rationem: ſic enim propriè diuerſificantur virtutes ex S. Thom. 1. 2. *q.* 60. *art.* 5. & veriſſimũ eſt, quòd in idem recidat, peccata diſtingui ſecũdùm obiecta, & diſtingui ſecundùm virtutes oppoſitas: ſiquidem aliud eſt bonum rationis, cui opponitur, v. g. furtum; & aliud, cui opponitur rapina: quanuis vtrũque ſit bonum iuſtitiæ, & pertineat ad iuſtitiam; & aliud eſt bonum rationis, cui opponitur auaritia; & aliud, cui opponitur prodigalitas, etiamſi vtrunque pertineat ad liberalitatẽ. Et ſi hoc modo accipiatur virtus, rectè etiam explicatur, quod alibi aſſerit S. Thom. grauitatem peccatorũ rectè attendi ex virtutibus oppoſitis, & hoc etiã in idem recidere, atque ſi attendatur ex obiectis, vt infrà explicabimus *diſp.* 28.

9. *Ad ſextum. Peccata diſtinguuntur ſecundùm obiecta formalia, & quomodo hæc ſint accipienda.* Ad vltimum Reſpondeo, intentum S. Thom. hoc loco non eſſe, vt ſpecialiter explicet, vtrùm peccata ſuperbiæ, vel auaritiæ differant ſpecie; ſed ſolùm, vt doceat vniuerſaliter, in diſtinctione ſpecifica peccatorum, non tam eſſe habendam rationem obiecti materialis, quàm formalis; & non tam eſſe conſiderandum obiectum ſecundùm eſſe phyſicum, quàm ſecundùm eſſe morale, id eſt, provt ſubſtat certo dictamini, & rationi: vt enim docet idem S. Th. 1. 2. *q.* 60. *art.* 1. quemadmodum in phyſicis materia patiẽtis recipit formam ab ipſo agente, & aliquando eam recipit eiuſdem rationis cum ea, quæ eſt in agente, vt accidit in agentibus vniuocis, & aliquando diuerſæ rationis, vt in æquiuocis; ita & in moralibus, obiecta appetibilia, & ipſa vis appetitiua, quæ eſt ſicut imperata, & mota, recipit ſpeciem à ratione, quæ eſt ſicut imperans, & mouens: & provt hæc in re appetibili repræſentarit hanc, vel illam rationem boni, & ad illam ordinauerit hunc, vel illum actum appetitus, tribuit formam, aut ſpeciem obiecto materiali, & actui, idque ſolùm docet S. Thom. *q.* 72. *art.* 1. *cit.* quando ait, in diſtinctione peccatorum eſſe habendam rationem obiecti formalis: ſic enim quanuis cibus, & potus, imò & hic, & ille cibus, v. g. carnes, & piſces, ſecundùm eſſe phyſicum, ſpecie differant; quia tamen recta ratio in omnibus apprehendit vnam rationem boni honeſti propter eandem habitudinem, quam dicunt ad eundem finem, qui eſt conſeruatio, & ſuſtentatio vitæ, & omnibus præſcribit eandem mediocritatem in ordine ad eundem finem, omnibus tribuit eandem formam, ſiue rationem formalem obiecti, quæ eſt bonitas, aut honeſtas obiectiua, & facit, vt ſecundùm illam omnia pertineant ad eandem virtutem temperantiæ, & tam actus temperantiæ circa hunc cibum, quàm circa illum, ſint vnus ſpecie ſecundùm eſſe morale, & ſecundùm conformitatem ad regulam, & ad rationem; quanuis differant ſecundùm eſſe phyſicum.

10. *Finis in humanis actionibus ſe habet vt forma, & ratio agendi.* Et contrà: quia in his omnibus immodicè ſumptis apprehendit vnam rationem malitiæ, & turpitudinis obiectiuæ propter vnam deordinationem, quam omnia habent ad eundem finem, etiam facit, vt omnia pertineant ad idem vitium intemperantiæ, & ſecundùm eſſe morale ſint peccata vnius rationis, quod idem proportionaliter contingit etiam in peccatis auaritiæ, & ſuperbiæ, & ſimilibus, quæ quanuis differant ſecundùm eſſe phyſicum; ſunt tamen vnius rationis ſecundùm eſſe morale per ordinem ad idem bonum rationis, vt poteſt colligi ex iis, quæ docet S. Thom. de diſtinctione virtutum ſecundùm obiecta formalia, 1. 2. *q* 60. *cit. art.* 5. & in hac re benè eſt aduertendum, vt eſſe morale non confundatur cum eſſe phyſico, neque ex illo quoad omnia reguletur, ſiquidem fieri poteſt, vt aliqui duo actus ſecundùm eſſe phyſicum ſint diuerſi ſpecie; & tamen ſecundùm eſſe morale non ſint diuerſi, vt eſt, v. g. inordinata comeſtio carnium, & piſcium; & contrà aliqui actus ſecundùm eſſe phyſicũ ſint vnus ſpecie, & ſecundùm eſſe morale non ſint vnus, vt eſt, v. g. rapina, & furtum, id eſt, acceptio rei alienæ, domino ipſo vidente, ac repugnante, quæ eſt rapina; & acceptio eiuſdẽ rei, domino nõ vidente, & non repugnãte, quæ eſt furtũ. Et ratio eſt: quia malitia, & turpitudo obiectiua, quæ explicatur per diſcõuenientiã ad naturam rationalẽ, in vna, & eadẽ ſpecie phyſica actus humani, poteſt non eſſe vna, ſed multiplex, vt in exemplo poſito de rapina, & furto; & contrà in multiplici ſpecie phyſica poteſt eſſe non multiplex; ſed tantùm vna, vt in exemplo allato

de inordinata comeſtione carnium, & piſcium, de inordinato appetitu habendi res alienas diuerſas, & furandi, v.g. aurum, frumentum, &c. & proportionaliter idem accidit etiam in bonitate, aut honeſtate oppoſita, quæ ſimiliter in actibus phyſicè diuerſis poteſt non eſſe diuerſa, & in actibus non diuerſis poteſt eſſe diuerſa: vt, v.g. in datione frumenti, & auri ad ſubleuandam miſeriam pauperis, & in datione eiuſdem auri, modò ad ſubleuandam miſeriam ex virtute miſericordiæ, & modò ad faciendam æqualitatem ex virtute iuſtitiæ. Et ex hoc principio veriſſimum eſt, quòd obſeruationes votorum formaliter acceptæ, in quantum pertinent ad fidelitatem erga Deum, omnes ſunt eiuſdem ſpeciei; ſicut & obſeruationes iuramentorum, vt notat Vaſq. t.2. *diſp.99.cap.4.num.*20. neque in illis eſt attendenda materia, circa quam ſunt. Et conſequenter idem eſt etiam de tranſgreſſionibus, quæ ſimiliter omnes ſunt eiuſdem ſpeciei, ſiue ſint de hac materia, ſiue de illa, cùm omnes careant eadem rectitudine fidelitatis debitæ Deo ratione voti, aut iuramenti cuiuſcunque, quidquid aliqui dicant apud eundem Vaſq. *ibidem.* Et quamuis ſæpè contingat, vt in tranſgreſſione alicuius voti, præter malitiam iam explicatam, & quaſi formalem contra virtutem religionis, ſit etiam alia malitia quaſi materialis, vt, v. g. in fornicatione contra votum caſtitatis, malitia intemperantiæ, & in donatione, aut alienatione contra votum paupertatis, malitia iniuſtitiæ, cùm diſponatur de eo, quod non eſt diſponentis, & ſine conſenſu proprij domini; non tamen propterea malitiæ formales contra votum differunt ſpecie, id eſt, carentia rectitudinis debitæ ex fidelitate erga Deum in caſtitate, & in paupertate illi promiſſa per votum.

11. *Obſeruationes, & tranſgreſſiones omnium votorũ, omnes ſunt eiuſdẽ ſpeciei, ſi accipiãtur formaliter.*

DISPVT. XIII.

Quomodo diſtinguantur peccata ſpiritualia à carnalibus.

1. *Diuiſio peccatorum in carnalia, & ſpiritualia.*
2. *Peccata ſpiritualia, & carnalia quænam ſint.*
3. *In aliquo ſenſu omnia peccata poſſunt dici carnalia.*
4. *Omnia peccata in aliquo ſenſu poſſunt dici ſpiritualia.*
5. *Solum peccatum luxuriæ ſpeciali ratione eſt peccatum carnale.*
6. *Peccata ſpiritualia, & carnalia diſtinguuntur eſſentialiter.*

1. *Diuiſio peccatorum in carnalia, & ſpiritualia.*

EX doctrina iam tradita de diſtinctione peccatorum ſecundùm obiecta, explicat S.Thom. 1.2.*q.72.art.2.& ſeq.* varias diuiſiones peccatorum: & 1.*art.*2. illam, quam tradit S.Gregor. *lib.*31.*Moral.c.*31. in peccata carnalia, & ſpiritualia, quando ex vitiis capitalibus quinque ait eſſe ſpiritualia, id eſt, ſuperbiam, auaritiam, iram, inuidiam, & acediam; & duo carnalia, id eſt, gulam, & luxuriam. Quam diuiſionẽ clarè indicat etiam S.Paulus 2.Cor.7. vbi facit mentionem inquinamenti carnis, & ſpiritus: *Emundemus nos ab omni inquinamento carnis, & ſpiritus.* Et circa huiuſmodi diuiſionem docet S.Thom. ea propriè dici peccata ſpiritualia, quæ perficiuntur ſola delectatione animali, vel ſpirituali; & illa carnalia, quæ perficiuntur delectatione naturali, vel carnali: cùm enim omne peccatũ ſit appetitus inordinatus alicuius boni cõmutabilis, & hoc, quãdo eſt præſens, etiam cauſet inordinatam delectationem, & quieſcentiam appetitus in ipſo, quemadmodum delectationes ſunt duplicis generis, ex eodem S.Thom. 1.2.*quæſt.*30.*art.*1.*& quæſt.*31.*art.*3. S.Damaſc. *lib.*2.*de fide, cap.*13.*&* 22.& S.Gregor. Nicæn. *lib.*4.*c.*10.*&* 12. id eſt, animales, vel ſpirituales, quæ ſunt de bono ſolùm interiùs apprehenſo, vt eſt, v.g. honor, & laus: & dicuntur animales, & ſpirituales; quia pertinent ſolùm ad animam, & ad naturam ſpiritualem; & præterea delectationes naturales, vel corporales, quæ ſimiliter, quia maximè pertinent ad naturam corporalem, & ſunt de bono apprehenſo per corpus, & per ſenſus exteriores, dicuntur naturales, & corporales; imò & carnales, quia conſummantur delectatione carnis: ita & peccata dicuntur eſſe duplicis generis, id eſt, ſpiritualia, & carnalia, prout perficiuntur delectatione ſpirituali, vel carnali.

2. *Peccata ſpiritualia & carnalia quænam ſint.*

Et quamuis omnia peccata poſſint dici carnalia, ſi appellatio carnis alio ſenſu ſumatur, id eſt, pro ipſo homine, qui non ſpiritu fidei, ſed appetitu viuit, &, vt habet S.Auguſt. *lib.*14.*de ciuitat.c.*2.*&* 3. dum viuit ſecundùm ſe ipſum, dicitur viuere ſecundùm carnem, id eſt, ſecundùm id, quod in ipſo eſt minùs principale, vt videre eſt apud S.Th. 2.2.*q*25.*art.*7.& hoc modo *ad Gal.*5. inter opera carnis numerantur etiam inuidiæ, & diſſenſiones: & *ad Rom.*8. omnis peccans dicitur viuere ſecundùm carnẽ: *Si ſecundùm carnem vixeritis, moriemini.* quia, ſcilicet, corruptio carnis eſt prima radix omnis peccati, in quãtum aggrauat animam, & facit intellectum faciliùs decipi, & impediri à ſua operatione; ſi tamen appellatio carnis ſumatur preſſiùs pro ipſo corpore, certiſque organis, in quibus ſpecialiter conſummantur aliqua peccata, rectè dicitur, quòd non omnia ſunt carnalia, vt ſubdit S.Thom. *q.72.art.2.cit.ad* 1.

3. *In aliquo ſenſu omnia peccata poſſunt dici carnalia.*

Et eadem ratione, quamuis omnia poſſint dici ſpiritualia, in quantum requirunt aliquem actum ſpiritualem intellectus, & voluntatis: quia tamen nõ omnia habent pro fine delectationẽ in huiuſmodi actu ſpirituali, abſolutè loquendo, nõ omnia dicũtur ſpiritualia, ſumpta denominatione ab huiuſmodi fine.

4. *Omnia peccata in aliquo ſenſu poſſunt dici ſpiritualia.*

Neque hinc ſequitur, quòd etiam aliqua ex iis peccatis, quæ habent pro fine delectationẽ ſpiritualem, & animalẽ, non poſſint ex aliquo alio capite dici carnalia: ſic enim *ad Epheſ.*5. ſimul cum fornicatione, & immunditia, quæ ſunt peccata carnalia, numeratur etiam auaritia: *Fornicatio autẽ, aut immunditia, aut auaritia, nec nominetur in vobis, ſicut decet Sãctos.* quia, ſcilicet, quamuis eius delectatio propriè cõſummetur in ſola apprehenſione poſſeſſionis pecuniæ, vt docet S.Thom. 2.2.*q.*118.*art.*6.& ideò à S.Gregorio numeretur inter peccata ſpiritualia; eſt tamen de obiecto verè corporali, & quod percipitur ſenſatione exteriore; & ideò poteſt ab illo denominari peccatũ carnale, quamuis à fine, & à delectatione ſimul denominetur ſpirituale, vt docet S. Thom. *in cap.*5.*cit. Epiſt.ad Epheſ.lect.*2.*&* 1.2.*q.72.art.2.cit.ad* 4. quãquam fortaſſe, vt idem ſubdit, & notat S.Hieronym. *in eum locum*, nomine auaritiæ, *ad Epheſ.*5. intelligitur adulterium, qui eſt vſus iniuſtus alienæ vxoris; ſicut auaritia propriè dicta ſæpè eſt vſus iniuſtus alienæ pecuniæ: qua ratione certiſſimum eſt, quòd ſit peccatum carnale, etiam maximè propriè, & ſumpta denominatione à delectatione carnali, tãquàm à fine.

5. *Solum peccatum luxuriæ ſpeciali ratione eſt peccatũ carnale.*

Et ſimiliter non eſt negandum, quòd ex peccatis carnalibus propriè dictis, quæ conſummantur in delectatione carnali, vnũ aliquod ex aliquo capite poſſit ſpecialiter, & ſupra alia tale denominari: ſic enim 1.*Cor.*6. de ſola fornicatione, aut peccato luxuriæ dicitur, quòd ſit peccatum in proprium corpus; & de omnibus aliis, quòd ſint peccata extra corpus: *Omne enim peccatum, quodcunque fecerit homo, extra corpus eſt: qui autẽ fornicatur, in corpus ſuum peccat.*

vel,

vel, quia ſola luxuria abſorbet vſum rationis, & facit, vt tota anima ſoli corpori ſeruiat, vt exponit Gloſ. *ibid.* & peccando euadat quodammodo in ſolam carnem, cùm eo momento nihil aliud cogitari permittat; quod tamen non accidit in delectatione gulæ: vel, quia ſpecialiter facit iniuriam proprio corpori, & carni, dum inordinatè, & præter verum vſum rationis, eam maculat, & corrumpit; quod ſimiliter non contingit in aliis peccatis, vt notat S. Thom. *quæſt.72. art.2. ad 4. cit.* Atque ita, cùm peccatum luxuriæ hoc habeat commune cum peccato gulæ, quòd vtrunque perficiatur delectatione carnali, & ab illa, tanquàm à fine, denominetur peccatum carnale; hoc tamen præterea habet peculiare, quòd faciat totam animam ſeruire carni, & in illam quodammodo tranſire, eique ſimul iniuriam faciat inordinatè illam maculando: ex quibus capitibus nihil repugnat, quominùs ſpecialiter, & ſupra peccatum gulæ, dicatur luxuria peccatum carnale.

6.
Peccata ſpiritualia & carnalia diſtinguuntur eſſentialiter.

Ex his autem, quæ tradit S. Thom. circa explicationem peccatorum carnalium, & ſpiritualium, apertè colligitur reſponſio ad quæſtionem de diſtinctione huiuſmodi peccatorũ, quam ipſe indicat *eodem articulo 2. initio corp.* quia enim ex dictis *art. 1.* diſtinctio peccatorũ ſecundùm obiecta eſt diſtinctio eſſentialis, & peccata ſpiritualia, & carnalia diſtinguuntur ſecundùm obiecta, cùm illa ſint de obiectis delectabilibus, ſecundùm ſolam apprehenſionem internam; & hæc de delectabilibus ſecundùm carnem, & ſenſationem exteroam, omninò diſtinguuntur eſſentialiter, vt notat Contadus, & Vaſq. *in art. 2. cit.* Bellarm. *lib. 1. de amiſſ. gratiæ, & ſtatu peccati, cap. 2. tomo 4.* & alij.

Et quanuis Val. 1.2. *diſp.6. quæſt.2. punct.2. §. Porrò.* Sayr. *lib.2. clau. reg. cap.6. num. 3.* & Salas 1. 2. *tr.13. d.3. ſect.3. n.29.* hanc diuiſionem peccatorum in ſpiritualia, & carnalia, enumerent inter diuiſiones accidentales, quia ſolùm deſumitur ex diuiſione materiali, & phyſica obiectorum, & actuum; non autem ex diuerſitate formali; id tamen, vt ipſi ſtatim ſe explicant, ſolùm aſſerunt ratione illius, ſecundùm quod explicitè traditur hæc diuiſio; non autem abſolutè, & penſatis omnibus, cùm huiuſmodi diuerſitas materialis, & phyſica obiectorum neceſſariò etiam trahat diuerſitatem formalem, & in genere moris, vel per ordinem ad rationem, & ad bonum rationis.

Vtrùm autem peccata carnalia ſolùm ſint in hominibus, an verò poſſint eſſe etiam in Dæmonibus; vel quia ad illa nos inducunt; vel, quia etiam ipſi vellent, ſi poſſent, ea peccata committere; non eſt huius loci, & inſtituti. Videri poteſt S. Thom. 1. 1. *quæſt.63. art.2.* & ibi Thomiſtæ.

DISPVT. XIV.

Quomodo inter ſe differant peccata cordis, & peccata oris, aut operis.

1. *Peccata cordis, oris, & operis aliquando non differant eſſentialiter; ſed ſe habent ſolùm ſicut diuerſi gradus vnius peccati.*
2. *Explicantur aliqua loca S. Thomæ.*

EX hac diuiſione ſic explicata peccatorum ſpiritualium, & carnalium, videtur poſſe explicari etiam illa alia, quam tradit S. Thom. 1. 2. *quæſt.72. art.7.* ex S. Hieronymo *in cap. 43. Ezech.* in peccata cordis, peccata oris, & peccata operis: vt enim notat Caiet. Conrad. Med. *ibidem*, Val. 1. 2 *diſp.6. quæſt.2. puncto 2. § Hac autem differentia.* Azor. *tom.1. lib.4. cap 4 quæſt. 1.* Vaſquez *in Comment. ad art.7. cit.* Salas 1.2. *tract.13. diſput.3. ſect.3. num.45.* Sayr. *lib.2. clau. reg. cap.6. num.4.* & omnes communiter, ſi talis diuiſio intelligatur de iis peccatis, quæ ex propria ratione non poſtulant conſummari ſolùm interiùs; ſed poſſunt prodire etiam exteriùs ad verba, & ad facta, non eſt diuiſio eſſentialis, ſed ſolùm accidentalis ex ſola diuerſitate materiali ipſius actus: & hoc modo voluntas, v. g. fornicandi, quando prodit exteriùs ad verba, mulierem ſollicitantia, & ad actum ipſum fornicationis, non eſt peccatum diuerſum ſpecie; ſed integrat ſimul cum locutione, & opere vnum peccatum vltimò perfectum, & conſummatum in ſua ſpecie; & omnes illi tres actus, qui phyſicè ſunt diuerſi, ſe habent ſicut diuerſi gradus vnius actus, aut peccati moraliter; ſicut & ſe habent in vno, eodémque peccato cordis, cogitatio de obiecto, delectatio de cogitatione, & ipſe conſenſus, vt docet S. Aug. *lib. 12. de Trinit. cap. 12. tomo 3.* Si verò intelligatur de iis peccatis, quæ ex propria ratione conſummantur ſolùm interiùs, vt eſt, v. g. peccatum hæreſis, odij Dei, iudicium temerarium, &c. & de iis, quæ conſummantur ſolis verbis, vt eſt mendacium, detractio, & blaſphemia; & denique de iis, quæ conſummantur ipſis factis, vt eſt furtum, & homicidium; omninò eſt eſſentialis, vt docet S. Thomas 3. *p. quæſt.90. art.3. ad 1.* quanuis explicitè non tradatur, niſi per conditiones materiales, & phyſicas: quia ſimiliter hæc diuerſitas materialis & phyſica neceſſariò trahit diuerſitatem formalem, & moralem, vt ex ſe patet: neque enim poteſt eſſe dubium, quòd peccatum infidelitatis eſſentialiter diſtinguatur à peccato mendacij, aut detractionis; & hoc à peccato furti, aut homicidij; ſiue hæc reipſa conſummentur exteriùs ore, aut opere, ſiue ſolùm inchoentur, & contrahantur interiùs per voluntatem mentiendi, aut detrahendi, & per voluntatem furandi, aut occidendi.

1.
Peccata cordis, oris, & operis aliquando non differunt eſſentialiter; ſed ſe habent ſolùm, ſicut diuerſi gradus vnius peccati.

Quòd ſi vrgeas, S. Thom. 1. 2. *quæſt. 72. art. 7.* etiam de peccatis cordis, & operis, quando ſunt quaſi diuerſi gradus eiuſdem peccati, aſſerere, quòd differant ſpecie, non quidem completa, & vltima; ſed incompleta, & non vltima; ſicut differunt in ædificatione domus, collocatio fundamenti, & erectio columnæ, aut parietis, & aliæ huiuſmodi ædificationes partiales, ex Ariſt. 10. *Ethic. cap.4. ſub initium*; & in generatione hominis, generationes illæ præuiæ, ſecundùm quas priùs viuit vita plantæ, & poſteà vita animalis, ex eodem Ariſt. *lib.2 de gener. animal. cap.3.* & eodem S. Thom. 1. 2. *quæſt. 118. art. 2.* quod tamen ſtare non poteſt cum eo, quod diximus, huiuſmodi peccata in tali caſu non differre ſpecie, & moraliter conſtituere vnum tantùm peccatum.

2.
Explicantur aliqua loca S. Thomæ.

Reſpondeo primò ex Caiet. & Cont. *ibid.* & Salas *ſect.3. cit. num.46.* & aliis, S. Thomam non aſſerere, quòd tres illi gradus differant propriè ſpecie incompleta; ſed ſolùm aſſerere negatiuè, quòd ſecundùm illos diuiduntur peccata, non ſicut ſecundùm ſpecies completas: & ſenſus eſt, quòd diuiduntur, ſicut diuiditur ſpecies, ſecundùm quod eſt magis, vel minùs completa: quia, ſcilicet, ſecundùm illos magis, ac magis completur ſpecies peccati, & vnuſquiſque per ſe eſt eadem ſpecies; ſed incompleta. Neque exempla de ædificationibus, aut generationibus partialibus afferuntur ad explicandam diuerſitatem ſpecificam incompletam; ſed ſolùm ad explicãdam imperfectionem, quę poteſt ali-

Digitized by Google

cui conueoite, etiam in eadem ſpecie: ſicur enim collocatio fundamenri eſt inchoara ædificatio domus, & erectio parietum eſt prouectio ædificationis,& taodem impoſitio tecti eſt conſummatio; ita & voluntas, v. g. fornicandi, eſt prima inchoatio fornicarionis, & quaſi fundatio illius iu corde, vt ipſe loquitur; & ſollicitatio mulieris, quæ fit verbis, eſt maior perfectio, & proſecutio; & denique opus ipſum eſt conſummatio: ídque totum clariùs explicat idem S. Thom. 1.2. *in proœmio*, vbi ait, in vitiis, & peccatis eam tantùm diuerſitatem eſſe eſſentialem, quæ eſt ſecundùm matèrias, & obiecta; *non autem ſecundùm alias differentias, putà cordis, oris, & operis, vel ſecundùm infirmitatem, ignorantiam, & malitiam, & alias huiuſmodi differentias.* Et *3.p.quæſt.90. art.3.cit.ad*1.vbi ait, *peccatum, quod in ſolo corde perficitur, eſſe vnam ſpeciē peccati; aliam verò ſpeciem eſſe peccatum, quod perficitur in corde, & ore; & tertiam ſpeciem eſſe peccatum, quod perficitur in corde, & opere; & huiuſmodi peccatorum partes quaſi integrales eſſe, quòd ſimul ſint in corde, & in ore, vel ſimul in corde, & in opere.* Senſus enim videtur eſſe, quòd ſicut poſitio fundamenti, & erectio parietum ſunt partes integrales totius ædificationis perfectæ; ita & actus cordis, & actus oris, vel operis, ſunt partes integrales huiuſmodi peccatorum; ex quo tamen non ſequitur, quòd ſicut partes integrales ædificationis perfectæ differunt ſpecie; ita & differant partes integrales peccatorum; imò hác diuerſitatem ſpecificam in huiuſmodi peccatis clariùs videtur tollere S. Thom. 1.2. *quæſt.*72. *art.7.cit.* dum huiuſmodi partes ſolùm appellat gradus peccati, non autem ſpecies incompletas. Et quanuis *initio corporis* etiam diuerſitatem ſecundùm ſpeciem incompletā dicat deſumi ſecundùm diuerſos gradus in aliqua generatione, vel motu, atque ita etiam collocationem ſundameoti & erectionem parietum appellet gradus eiuſdem ædificationis; non tamen eodem modo quoad omnia accipit nomen gradus, quando illud rribuit peccatis oris, & operis, cùm aliis locis apertè in illis neget diuerſitatem eſſentialem, vt diximus. Nec multùm vrget, quòd ipſe S. Thom. *in fine corporis*, ponit exemplum de iracundo, qui primò perturbatur io corde ad appetitum vindictæ; & poſteà protumpit in verba contumeliuſa; & tandem procedit vſque ad facta iniurioſa: quæ tamen peccata verè, & propriè differunt ſpecie, cùm peccatum iræ maximè conſiſtat in odio, & hoc ſit aptum conſummari ſolùm interiùs, ſicut & peccatum hæreſis; & ſimiliter peccatum contumeliæ ſolùm conſummentur in verbis, vt docet idem S. Thom. 1.2. *quæſt.72.art.1.* Contrà enim eſt: quia per peccatum iræ non intelligitur peccatum odij, quod dicitur conſummari interiùs: quia in illo malum alterius comparatur ad voluntatem ſolùm, vt volitum, & tanquàm obiectum; non autem, vt voluntarium, & tanquàm effectus: ſed intelligitur ipſe appetitus vindictæ, & voluntas, v.g. percutiendi, aut occidendi, ad quam malom alterius comparatur, vt voluntarium, & tanquàm effectus; & ſimilirer per verba contumelioſa noo intelligitur locutio, quæ ſit ſpecialiter contra honorem alterius, & ex hac aduertentia proferatur; ſed, quæ imperetur quomodocunque ex priore voluntate vindictæ: in quo caſu certum videtur, quòd non differant ſpecie, ſed ſolùm ſint inchoatio, & proſecutio, & conſummatio eiuſdem peccati.

Deinde Reſpondeo ex Vaſq. *in comment. ad illum art.7.num.*15. ſi admittatur, quòd S. Thom. affirmet, peccata cordis, oris, & operis propriè differre ſpecie iocompleta, ſicut differunt partiales ædificationes, aut generationes; id non eſſe accipiendum pro eo caſu, in quo ex eodem motiuo proceditur ab actu cordis ad actum oris, & operis, & actus priores ſolùm ſunt præparatio, aut gradus ad actus poſteriores; ſed, quia abſolutè fieri poteſt, vt etiam quando ſunt peccata diuerſa, & ex diuerſis motiuis, diſponant ad ſe inoicem, & quoad hoc proportionentur ædificationibus, aut generationibus partialibus: facilè enim poteſt accidere, vt qui peccat peccato odij, propriè dicto, ſuúmque peccatum conſummat interiùs volendo alteri malum, occaſione oblata etiam prorumpat in verba contumelioſa ex directa intentione dehonorandi, & ſimiliter ex hoc ſecundo peccato oris procedat ad tertium ſpecie diuerſum ipſius operis: in quo caſu quanuis huiuſmodi peccata verè, & propriè differant ſpecie; dicuntur tamen differre ſpecie incompleta; & ſicut ædificatiooes, aut generationes partiales, quia ex accidente vnum diſponit ad aliud modo explicato.

Denique, ſi S. Thom. dicatur loqui de huiuſmodi peccatis, quando fiunt ex eodem motiuo; & concedatur in illis agnoſcere diuerſitatem aliquam ſpecificam incompletam; dici poteſt eo nomine ſolùm intelligere ipſam diuerſitatem materialem, quæ reperitur in huiuſmodi actibus; ooo autem formalem, & in genere moris, cùm hæc reuerà nulla ſit, & moraliter, tanquàm actus vnus humanus, & vnum peccatum exiſtimetur, v. g. velle furari, & ipſum furari, id eſt, peccatum cordis, & operis. Nam, quemadmodum *eadem quæſt. 72. art. 6.* agnoſcit diſtinctionem ſecundùm ſpeciem materialem in peccato omiſſionis, & commiſſionis, quatenus conſiderantur ſecundùm eſſe naturæ; & diſtinctionem ſecundùm ſpeciem formalem, quatenus ſubſtant eidem motiuo, & fini, vt explicabimus *infrà*: ita dici poteſt *art. 7.* illam eandem appellare ſpeciem incompletam, quæ eſt ſpecies materialis; & illam completam, quæ eſt formalis; & peccata cordis, vel operis differre ſpecie incompleta, quia differunr ſpecie materiali, & ſecundùm eſſe naturæ, non autem ſpecie completa & formali, quatenus ſubſtant eidem motiuo; quod ſatis eſt, vt abſolutè non differant in ratione peccati.

DISPVT. XV.

Vtrùm peccata eſſentialiter differant ex hoc, quòd proueniant ex diuerſis cauſis efficientibus, aut finalibus.

1. *Diſtinctio peccatorum ex cauſis finalibus eſt eſſentialis; non autem ex cauſis efficientibus.*
2. *Finis in actibus voluntatis coincidit cum obiecto.*
3. *Peccata ex ignorantia, ex infirmitate, & ex malitia non differunt eſſentialiter.*
4. *Proponitur difficultas contra primam concluſionem.*
5. *Finis in actionibus ſe habet, ſicut principia indemonſtrabilia in ſcientiis.*

SI diſtinctio peccatorum deſumatur ex cauſis efficientihus, quæ ad illa mouent; negat S. 1.
Thom. 1.2. *quæſt.72.art.3.* eam eſſe eſſentialem; ſecùs verò, ſi deſumatur ex cauſis finalibus, propter quas ſunt: quia, quanois in naturalibus diſtinctio operationum poſſit eſſe eſſentialis, etiam ex parte principij actiui; quia huiuſmodi principia eſſentialiter ſunr determinata ad certas actiones, vt, v. g. calor ad calefacere, & frigus ad frigefacere; &

Diſtinctio peccatorum ex cauſis finalibus eſt eſſentialis, nō autē ex cauſis efficientibus.

Digitized by Google

& contrà ipſæ actiones ſint determinatæ ad certa agentia,ſicut & ſpatium,ptovracc!iue,eſt eſſentialiter inter ſuperius,& inferius;& habitudo dimidij eſſentialiter eſt intet vnum,& duo, 3.*Phyſ.text.*18 in voluntariis tamen non eſt eſſentialis;quia contraria ratione, neque principia ſibi determinant cettos actus voluntarios, neque certi actus ſibi determinant certa principia: cùm enim ex Sancto Auguſtino in illud Pſalm. 79. *Incenſa igni, & ſuffoſſa.* omne peccatum vel ſit ex timore malè humiliante, vel ex amore malè inflammante; id eſt, vel ex metu inordinatè animum deiiciente, ac deprimente ad fugam mali; vel ex cupiditate inordinatè mouente, atque inſtigante ad aſſecutionem boni, vt explicat S.Thom. 1.2. *quæſt.77.art.4.ad* 3. neque tamen metus, neque cupiditas determinat ſibi certa peccata, ad quæ impellat; neque certa peccata determinant ſibi metum,aut cupiditatem,à qua ſint; & homicidium, v.g. aut furtum, poteſt tam committi ex metu, ſi hic extrinſecùs ad eum effectum incutiatur;quàm ex copiditate vindictæ,aut habendi rem alienam, ſi hæc ſimiliter voluntatem alliciat: & ſicut metus, aut cupiditas, poteſt impellere ad homicidium, aot ad furtum; ita & poteſt ad periurium, ad blaſphemiam, ad fornicationem, & quodcunque aliud peccatum.

2. *Finis in actibus voluntatis coincidit cum obiecto.* Contra verò, quia cauſa finalis in voluntariis, maximè determinat, ſi ex illa aſſignetur diſtinctio peccatorum, & maximè eſt eſſentialis,cùm vniuerſaliter actus humani dicantur habere ſpeciem à fine, vt probatur 1.2. *quæſt.*1. *art.*3. & *quæſt.*18. *art.*4. & 6. & finis reſpectu voluntatis in idem recidat cum obiecto; ſaltem, ſi loquamur de fine proximo, & intrinſeco ipſius actus;non autem de remoto, & extrinſeco ipſius agentis.

3. *Peccata ex ignorantia, ex infirmitate, & ex malitia, non differunt eſſentialiter.* Atque ex his colligitur, qualis ſit illa diuiſio, qua peccata diuiduntur in ea, quæ fiunt ex ignorantia; & ea, quæ fiunt ex infirmitate; & ea, quæ fiunt ex malitia: ſiue enim homicidium, v.g. fiat ex ignorantia tempore voluntariæ ebrietatis; ſiue ex ira, & paſſione, quæ intelligitur nomine infirmitatis; quia non ſunt potentias animæ perfectè ſubdi virtuti earum regitiuæ,quæ eſt recta ratio;ſicut neque infirmitas corporis ſinit membra perfectè ſubdi virtuti regitiuæ totius animalis, vt notat S. Thom. 1.2.*quæſt.77.art.*3.ſiue denique fiat à ſola voluntate, quæ pro arbitrio ex certa ſcientia, & ſine vllo impetu paſſionis aliquando ſe determinat ad malum; & ſumpta denominatione à malitia actus exterioris, cuius ſola ipſa eſt cauſa per actum interiorem, vel à malitia habitus, ex quo operatur, denominatur malitia, vt notat S.Thom. 1.2. *cit.quæſt.* 78. *præſertim art.* 3. & 2.2. *quæſt.* 14. *art.*1. & *qu.*3. *de malo, art.*12.*in fine corp.*& *ad* 8.& *ſæpè alibi*, ſemper eſt idem ſpecie, & caret eadem rectitudine, & bonitate, vt idem docet 1.2. *quæſt.*78.*art.*2.*ad* 2. & 2.2.*in proœmio.*

4. *Proponitur difficultas contra primam concluſionem.* Sed contrà eſt difficultas: quia in idem videtur recidere, quòd peccata diſtinguantur ex fine, cuius gratia ſunt, & quòd diſtinguantur ex principio, à quo ſunt, cùm in humanis actibus idem ſit principium, & terminus, ſeu finis, vt docet S. Th. 1.2. *qu.*1. *art.*3. Et quemadmodum bonum, in quantum eſt vltimum in executione, habet rationem finis;ita & in quantum eſt primum in apprehenſione & intentione, habet rationem principij: & in exemplo, quod ponit S.Thom. de timore, & amore, certum videtur, quòd non ſolùm ſint principium actiuum; ſed etiam finis; cùm fuga mali, aut aſſecutio boni ſint id, cuius gratia mouetur voluntas ad actum peccati.

Sed breuiter Reſpondeo ex Conr. 1.2. *quæſt.* 72. *art.* 3. §. *Nota ſecundo.* & Vaſq. *in dub. circa doctrinam eiuſdem art.* 3. quando S.Thom. ait, peccata non diſtingui eſſentialiter ex principiis actiuis, ſolùm loqui formaliter, in quantum actiua ſunt, & non habent ex fine determinationem ad vnum: ſic enim veriſſimum eſt, quòd furtum, v.g. & homicidium, non diſtinguuntur eſſentialiter per hoc, quòd fiant ex eodem timore incuſſo extrinſecùs; ſed ſolùm diſtinguuntur ex propriis obiectis formalibus: ſi verò principia actiua contineant apprehenſionem, & intentionem finis, & ex illa determinentur ad vnum actum peccati potiùs, quàm ad alium, non negat S. Thomas, quòd tribuant ſpeciem, & diſtinctionem eſſentialem; imò hac ratione 1.2. *quæſt.*1.*art.*3. *cit.* expreſsè docet, quòd actus humani ſumant ſpeciem ex principio; & hoc eſt ipſe finis, prout apprehenſus, & repræſentatus voluntati: quia ſic apprehenſus proportionaliter ſe habet ad actus conſequentes voluntatis, ſicut ſe habet in naturalibus forma generantis ad generationem ſibi ſimilis, & eſt illi principium appetendi, & agendi, ſicut forma in generante eſt principium generandi. Idque totum clarè colligitur ex Ariſt. 9. *Metaph text.*10. vbi ait, potentias rationales, ad hoc vt exeant determinatè in actum, indigere aliquo, quod dominetur, & determinet magis ad vnum, quam ad aliud; & hoc eſſe ipſam electionem, & appetitum boni: & 7. *Ethic. cap* 8. vbi ait, finem in actionibus eſſe principium, ſicut ſuppoſitiones in Mathematicis,aut principia indemonſtrabilia in ſcientiis, vt exponit S.Thom. 1.2. *qu.*72. *art.*5. 5. *Finis in actionibus ſe habet, ſicut principia indemonſtrabilia in ſcientiis.*

Atque hac ratione, quanuis fuga mali, & aſſecutio boni, ſecundùm eſſe reale futurum, & quatenus eſt quid vltimum in executione, verè, & propriè exerceat cauſalitatem finis; quatenus tamen eſt actualiter apprehenſa, & volita, & eſt quid primum in intentione, etiam exercet cauſalitatem principij, & efficientis; & in quantum eſt determinata ad vnum, poteſt tribuere ſpeciem, & diſtinctionem eſſentialem, quanuis communiter non tribuat, quia communiter non eſt tali modo determinata: & ex eodem principio timoris, vel amoris poteſt procedere, vt quis furetur, & vt occidat, vel deſerat gregem ſibi commiſſum, vt loquitur S. Thom. *quæſt,* 72. *a.*3.*cit.* Idque totum in eo fundatur, quod communiter dicitur à Philoſophis circa cauſalitatem, & motionem metaphoricam finis: & habet Auerr. 12. *Metaph. comm.*36. quòd res, quæ eſt finis, duplicem habet comparatiooem ad volontatem, id eſt, vnam, in quantum eſt extra, & re ipſa eſt comparabilis; & alteram, in quantum eſt intra animam ipſius agentis, & eſt apprehenſa, & volita: & primo modo ſe habet, vt finis; & ſecundo, vt efficiens: ſiquidem ſe habet, vt proxima ratio agendi hanc potiùs ſpeciem actionis, quàm illam. Et hoc totum in idem recidit, ſi dicamus, apprehenſionem, & volitionem illius rei, quæ eſt finis, eſſe principium actiuum: quia realiter, & actu exiſtit, quando mouet; & eſt actus ipſius animæ circa tale obiectum; rem verò ipſam, quæ apprehenditur, & intenditur, vt realiter futura, & acquirenda, eſſe finem: quia non actu exiſtit, quando mouet; ſed trahit agens per tractionem metaphoricam, & finalizat per ipſum eſſe reale futurum, non autem per eſſe reale actuale, & præſens.

***

DISPVT. XVI.

Quomodo peccata inter ſe differant ex hoc, quòd ſint in Deum, vel in ſeipſum, vel in proximum.

1. *Diuiſio peccatorum in ea, quæ ſunt contra Deum, contra ſeipſum, vel contra proximum, eſt valdè conueniens.*
2. *Eſt etiam diuiſio eſſentialis, & ſecundùm obiecta.*
3. *Proponuntur difficultates in contrarium.*
4. *Ad primam. Quòd peccatum ſit contra Deum, contra ſeipſum, & contra proximum, non ſunt rationes permixtæ in vno, & eodem peccato.*
5. *Ad ſecundam.*
6. *Ad tertiam. Peccata in Patrem, in Filium, aut in Spiritum ſanctum, quanam dicantur.*
7. *Peccata in Spiritum ſanctum, quomodo dicantur irremiſſibilia.*

DIVISIO peccatorum in ea, quæ ſunt contra Deum, contra ſeipſum, & contra proximum, traditur à S.Th. 1.2.q.72. a.4. ex S.Iſidoro *in lib. de ſummo bono.* Sed eo libro talem diuiſionem haberi negat Val. 1.2. *diſput.6. quæſt.2. puncto 2. §. De qua differentia.* & Salas *tract.13.diſp.3.ſect.3.num.31.* & affirmant poſſe illam clariùs colligi ex Beda *in cap. 6.1. ad Cor.*

1. *Diuiſio peccatorum in ea, quæ ſunt cõtra Deum, contra ſeipſum, vel contra proximum, eſt valdè conueniẽs.* Sed, quidquid ſit de anthoritate S. Iſidori, duo aſſerit S. Thomas circa huiuſmodi diuiſionem; id eſt, eam eſſe conuenientem, & prætereà eam eſſe ſecundùm obiecta, & ſecundùm ſpecies peccatorum. Conuenientiam ex eo probat: quia, quemadmodum tres ſunt ordines, quibus actus humani benè ordinantur; ita & per defectus, aut corruptiones huiuſmodi ordinum conuenienter aſſignantur tres inordinationes, & tria genera peccatorum. Primò enim eſt ordo rationis diuinæ, quæ directè, & explicitè benè nos ordinat erga Deum, etiam excedenter ad rationem humanam, vt patet in iis, quæ ſunt fidei: & contra hæc qui peccat, dicitur ſpecialiter peccare in Deum, vt hæreticus, ſacrilegus, aut blaſphemus. Secundò eſt ordo rationis humanæ: & hic duplex; id eſt, ille, qui directè, & explicitè benè nos ordinat erga nos ipſos, hoc eſt, ſecundùm ea, quæ ſunt debita vnicuique accepto per ſe, & ſolitariè, vt ſunt ea, quæ pertinent ad temperantiam, & fortitudinem; & ille, qui directè, & explicitè benè nos ordinat erga proximum, hoc eſt, ſecundùm ea, quæ vnicuique ſunt debita, in quantum eſt animal politicum, vt dicitur 1. *Politic.cap.*2. & in quantum habet ſocietatem cum aliis, vt ſunt ea, quæ pertinent ad iuſtitiam: & qui peccat contra illa, dicitur ſpecialiter peccare in ſeipſum; & qui contra hæc, ſpecialiter peccare in proximum. Et quamuis primus ordo rationis diuinæ, ſi generaliter, & latè accipiatur, contineat alios duos, cùm omne illud, quod eſt ſecundùm rectum ordinem rationis humanæ, ſit etiam ſecundùm ordinem rationis diuinæ: quatenus tamen illos excedit, & aliqua continentur ſub ordine ipſius Dei, ad quæ non pertingit humana ratio, rectè aſſignatur, vt diſtinctus. Et idem eſt etiam de ſecundo ordine erga ſeipſum, ſi comparetur cum tertio erga proximum: ſiquidem omne, quod eſt ſecundùm ordinem erga proximum, eſt aliquo modo etiam ſecundùm ordinem erga ſeipſum, cùm etiam actus iuſtitiæ ſint honeſti, & boni ipſimet operanti, non autem omne, quod eſt ſecundùm ordinem erga ſeipſum, ſit etiam ſecundùm ordinem erga proximum.

2. *Eſt etiam diuiſio eſſentialis, & ſecundùm obiecta.* Quòd verò huiuſmodi diuiſio ſit eſſentialis, ex eo probat S. Thom. quia eſt ſecundùm obiecta: ſiquidem diuerſa ſunt, quibus homo ſpecialiter ordinatur ad Deum, & quibus ſpecialiter ordinatur ad proximum, vel ad ſeipſum: & quemadmodum virtutes theologicæ, quibus homo ordinatur ad Deum, diſtinguuntur ſpecie, & ſecundùm obiecta à temperantia, & fortitudine, quibus ordinatur ad ſe ipſum; & à iuſtitia, qua ordinatur ad proximum: ita & peccata, quæ huiuſmodi virtutibus opponuntur, cùm in peccatis in idem recidat diſtinctio ſecundùm virtutes, & ſecundùm obiecta, vt habet S. Thom. *quæſt.72 art.1. ad 2.* & *ſuprà* explicauimus *diſp.12.num.2.*

3. *Proponuntur difficultates in contrariũ.* Sed contrà eſt difficultas: quia omnes iſtæ rationes eſſendi contra Deum, contra ſeipſum, & contra proximum, videntur inter ſe poſſe miſceri, & confundi in vno, & eodem peccato; quod tamen non eſſet, ſi eſſent eſſentiales: nam non ſolùm omne peccatum eſt contra Deum, à quo auertit, & contra ipſum operantem, cui maximè nocet; ſed etiam omne peccatum poteſt eſſe contra proximum, ſi ſit ſcandaloſum; eáque permixtio, & confuſio huiuſmodi rationum videtur poſſe eſſe etiam ſpecialiter, & directè, vt, v.g. ſi peccatum iniuſtitiæ, quod ex ſe eſt contra proximum, ſpecialiter fiat ad diſplicendum Deo, vel ad ſibi nocendum, vel etiam directè eligatur ad nocendum proximo; & peccatum contra fortitudinem, quod propriè eſt contra ſeipſum, ſpecialiter fiat in damnum proximi.

Secundò, ratio offenſæ, quæ importatur per hoc, quod eſt peccatum eſſe contra Deum, etiam in peccato hæreſis, ſacrilegij, aut blaſphemiæ, quæ dicuntur propriè & ſpecialiter contra Deum, non eſt ratio primaria, ſed ſolùm ſecundaria, & conſequens ad propriam illorum malitiam: ideò enim Deum offendunt, & lædunt ius Dei, quod habet, vt illi credatur, & vt colatur; quia carent rectitudine debita circa ſuum obiectum: ergo non poteſt primariò, & per ſe pertinere ad diſtinctionem eſſentialem: hac enim ratione idem probat S.Thomas 1.2. *quæſt.72.art.5.* de reatu pœnæ, qui conuenit peccato mortali, & veniali: quia, cùm ſequatur ad rationem primariam, non poteſt tribuere ſpeciem, & diſtinctionem ſpecificam. Et idem eſt de ratione damni, aut nocumenti contra ſeipſum, aut contra proximum, quod importatur per hoc, quod eſt peccatum eſſe contra ſeipſum, vel contra proximum: quia enim formaliter ſolùm conſiſtit in malitia ſecundaria, & relatiua, quæ ex S. Aug. *lib. 2. de morib. Manich. cap.3. tom.1.* in hoc ſolùm conſiſtit, quòd alteri noceat, ſimiliter ſupponit malitiam primariam, & non poteſt primariò tribuere diſtinctionem eſſentialem. Et propter hanc rationem, diuiſionem peccatorum in ea, quæ ſunt contra Deum, contra ſeipſum, & contra proximum, ſolùm eſſe accidentalem, affirmat Val. 1.2. *diſputat.6.quæſt. 2. §. Secundò, illa etiam proprietas.* & Sayr. *lib. 2. clau. reg.cap.6.num.2.* quia, ſcilicet, ſolùm deſumitur ex effectu, id eſt, ex hoc, quòd lædant Deum, aut proximum, aut ſeipſum.

Tertiò, ſi hoc, quod eſt, peccatum aliquod eſſe in Deum, eſſet differentia eſſentialis, etiam hoc, quod eſt peccatum aliquod eſſe ſpecialiter in Spiritum ſanctum, vel in Patrem, aut Filium, eſſet differentia eſſentialis, cùm ſub illo contineatur; quod tamen eſſe falſum patet ex S.Thoma 2. 2. *quæſt. 14. art.1.* vbi ait, peccatum in Spiritum ſanctum eſſe

idem

idem cum peccato ex malitia; & peccatum in Patrem, eſſe idem cum peccato ex infirmitate; & peccatum in Filium, cum peccato ex ignorantia: quæ tamen ſolùm ſunt cauſæ extrinſecæ, & non faciunt per ſe ad diſtinctionem eſſentialem, vt diximus *diſputatione præcedente.*

4. *Ad primam. Quòd peccatum ſit contra Deum, contra ſeipſum, & cõtra proximũ, non ſunt rationes permixta in vno, & eodẽ peccato.*

Ad primam Reſpondeo, falſum eſſe, quòd huiuſmodi rationes permiſceantur in vno, & eodem peccato, ſi rectè intelligantur: neque enim per eſſe contra Deum, intelligi debet ab illo auertere, tanquàm ab vltimo fine, & tanquàm à prima regula operandi; quomodo hoc eſt commune in omni peccato; ſed ſpecialiter eſſe circa Deum modo indebito, & contrario illi, quo eſſe deberet, vt, v. g. per modum fugæ, nolendo illi credere, nolendo illum colere; vel per modum proſecutionis, volendo verba, aut facta dehonoratiua, & blaſphema, vel ſacrilega; & ſimiliter per eſſe contra ſeipſum, aut contra proximum, non debet intelligi quomodocunque nocere ſibi, aut proximo, ſed ſpecialiter eſſe modo indebito circa bonum, quod reſpicit ipſum operantem, aut proximum. Atque hoc intelligit S. Thom. per illum triplicem ordinem erga Deum, erga ſeipſum, & erga proximum, ex cuius corruptione aſſignat diuiſionem peccati in Deum, in ſeipſum, & in proximum, & ideò concludit, quòd ſit diuiſio ſecundùm obiecta, qualis eſt etiam virtutum oppoſitarum, quæ modo debito verſantur circa Deum, circa ſeipſum, & circa proximum. Et quia hæc ipſa bona poſſunt viciſſim conſiderati in ſe inuicem, vt, v. g. bonum Dei in bono proximi, & bonum ſui in bono Dei, & proximi; mirum non eſt, ſi poſſunt ſimul repetiri plures deordinationes, aut priuationes huiuſmodi ordinum, & poſſit aliquis, dum inordinatè ſe habet, v. g. ad bonum proximi, per peccatum iniuſtitiæ, ſimul etiam ſpecialiter, & directè ſe habere inordinatè ad bonum ſui, vel Dei, ſi in illo ipſo bono proximi apprehendat bonum ſui, & Dei; & ſimul ad hoc vtrunque inordinatè ſe habeat, volendo peccatum iniuſtitiæ, etiam ex odio ſui, & Dei, & in quantum eſt ſibi noxium, & diſplicet Deo; in quo caſu ſimul peccabit ſpecialiter, & directè contra proximum, contra ſeipſum & contra Deum; & verè in illo actu erunt tres deordinationes, aut modi indebiti, & tria obiecta formalia, quanuis materialiter non ſint tria.

5. *Ad ſecundam.*

Ad ſecundam Reſpondeo eodem modo: neque enim per eſſe contra Deum intelligitur ratio offenſæ, aut violatio iuris diuini, ſi hæc acceipiatur, prout diſtincta à deordinatione iam explicata, & à tendentia in Deum modo indebito, & tanquàm ex illa conſequens: & ſimiliter neque per eſſe contra ſeipſum, aut contra proximum, formaliter intelligitur malitia relatiua, & ſecundaria; ſed ipſa realis deordinatio, vel tendentia deordinata in bonum, quod reſpicit ipſum operantem, vel proximum. Neque eſt, quòd multùm curemus de aliorum authoritate, ſi qui afferunt, præſentem diuiſionem ſolùm eſſe accidentalem, cùm in contrarium ſit manifeſta authoritas S. Thom. *art. 4. cit* quem ſequuntur communiter alij, vt Conrad. Medina, Vaſquez *ibidem.* Azor. *tomo 1. lib. 4 cap. 2. quæſt. 9.* & alij apud Salas *t. 1. tr. 13. diſp 3. ſect. 3. num. 33.* & manifeſta ratio, vt diximus.

6. *Ad tertiam. Peccata in Patrem, in Filium, aut in Spiritum ſanctũ quanam dicãtur.*

Ad tertiam: Si peccata in Patrem, aut Filium, aut Spiritum ſanctum ſpecialiter deordinent circa aliquod bonum ſpeciale huiuſmodi perſonarum, fortaſſe ſine abſurdo concedi poteſt, quòd differant ſpecie, ſub hoc ipſo genere peccati in Deum, vel contra Deum; communiter tamen non hoc modo accipiuntur hæc peccata; ſed peccatum in Patrem dicitur illud, quod eſt ex infirmitate, quia Patri ſpecialiter appropriatur potentia: & peccatum in Filium, illud, quod eſt ex ignorantia; quia Filio appropriatur ſapientia: & peccatum in Spiritum ſanctum, illud, quod eſt ex malitia; quia Spiritui ſancto appropriatur bonitas, ſi præſertim per contemptum reſpuantur ea, quæ poſſunt à peccato retardare, vt ſpes, & timor, per deſperationem, & præſumptionem, & alia huiuſmodi, quæ ſunt dona Spiritus ſancti, vt patet ex S. Thom. *2. 2. loc. cit. & quæſt. 3. de malo, art. 14.* & hoc modo non eſt neceſſarium, vt differant ſpecie. Et vt explicat Bellarminus *lib. 1. de verbo Dei, cap. 17. §. Porrò dicuntur.* 7. *Peccata in Spiritum ſanctum quomodo dicantur irremiſſibilia.* *tomo 1.* rectè dicuntur hæc peccata in Spiritum ſanctum, *Matth. 12.* eſſe irremiſſibilia, tam in hoc ſæculo, quàm in futuro; quia vtplurimùm non remittuntur, & peccatores, qui illa peccant, communiter non conuertuntur; quanuis abſolutè illa poſſint remitti, & hi conuerti: ſic enim etiam morbi corporales, qui vtplurimùm non curantur, dicuntur communiter incurabiles, etiamſi abſolutè non repugnet eos curari, & interdum curentur. Et præterea, quia qui peccant in Spiritum ſanctum, directè reſiſtunt gratiæ; qua tamen ſola poſſunt eis remitti peccata; eadem enim ratione etiam ægrotus, qui ſolùm poſſet curari, v. g. per venæ ſectionem, eique reſiſteret, rectè diceretur non poſſe curari. Et denique, quia qui peccant in Spiritum ſanctum, hoc eſt, ex mera malitia, nihil habent ex ſe, vnde remiſſionem vllo modo mereantur; cùm tamen alij, qui peccant in Patrem, hoc eſt, ex infirmitate; aut in Filium, hoc eſt, ex ignorantia; aliquid habeant ex parte ſui, vnde prouocent Dei miſericordiam, & aliqua excuſatione ſint digni; id eſt, ipſam infirmitatem, & ignorantiam, iuxta illud *1. ad Tim. 1. Miſericordiam conſecutus ſum: quia ignorans feci.* Plura poſſunt videri apud Bellarm. *loco cit.* & apud S. Thom. *in cap. 12. S. Matth.*

DISPVT. XVII.

Quomodo differant peccata, in quantum ſunt mortalia, aut venialia; hoc eſt, ſecundùm reatum pœnæ æternæ, aut temporalis.

1. *Denominatio mortalis, & venialis, in peccatis, vnde habeatur.*
2. *Diuiſio peccati in mortale, & veniale, non eſt eſſentialis.*
3. *Reatus ad pœnam æternam, aut temporalem, non conſequuntur ex eſſentiis peccatorum.*
4. *Quomodo aliqua peccata dicantur mortalia, & aliqua venialia ex proprio genere.*
5. *Proponuntur difficultates contra doctrinam iam poſitam ex S. Thoma.*
6. *Ad primam. Denominatio mortalis, & venialis melius deſumitur ex reatu pœnæ, quàm ex priuatione gratiæ.*
7. *Ad ſecundam. Quomodo reatus pœnæ cauſetur ex ordinatione diuina iuſtitiæ.*
8. *Quid ſit reatus pœnæ in ipſo actu peccati.*

EX S. Thoma 1. 2. *quæſt. 72. art. 5.* diuiſio peccatorum ſecundùm reatum eſt illa ipſa, qua diuiduntur in mortalia, aut venialia; quemadmodum enim in corpore animalis, inordinatio complexionis, quando procedit ad deſtructionem principij vitæ, dicitur mors, & eſt ſecundùm naturam irreparabilis; 1. *Denominatio mortalis, & venialis, in peccatis, vnde habeatur.*

irreparabilis; & inordinatio, quæ non procedit ad huiuſmodi deſtructionem, dicitur ægritudo, & eſt reparabilis per ipſum principium vitæ, quod remanet; & ſimiliter in ſpeculatiuis error, qui ſolùm contingit circa concluſiones, eſt reparabilis per prima principia; & qui contingit circa ipſa prima principia, eſt irreparabilis, quia non dantur alia prima principia, ex quibus repararetur; ita & in actionibus inordinatio, quæ procedit vſque ad auerſionem ab vltimo fine, qui ſe habet in moralibus, ſicvt prima principia in ſpeculatiuis, 7. *Ethic. cap.* 8. & quæ deſtruit charitatem, quæ ſe habet, ſicut principium vitæ in animali, denominatur mortalis: quia inducit reatum pœnæ æternæ, quæ à Sãctis Patribus appellatur mors ſecunda; quia eſt irreparabilis, ſicut mors: & inordinatio, quæ non auertit ab vltimo fine, neque deſtruit charitatem, dicitur venialis; quia non inducit reatum pœnæ æternæ, & eſt reparabilis, & veniam habet, quando ſoluitur, aut tollitur pœna, vt loquitur S. Th. *1. 2. cit. q.* 88. *a.* 1.

2.
Diuiſio peccati in mortale, & veniale, non eſt eſſentialis.

De hac autem diuiſione peccati ſecundùm reatum irreparabilem, aut reparabilem, quantùm eſt ex natura peccati, negat S. Thom. *quæſt. 72. art. 5. cit.* quòd ſit eſſentialis: quia diuerſitas huiuſmodi reatus, neque formaliter conſtituit in peccatis diuerſitatem ſpecificam; ſicut conſtituit rationale, & irrationale, animatum, & inanimatum in animalibus, & in corporibus; neque illam neceſſariò ſupponit, ſed poteſt reperiri etiam ſine illa: ſicut & diuerſitas albi, & nigri poteſt reperiri ſine diuerſitate cygni, & corui, intra vnam, & eandem ſpeciem hominis: cùm enim diuerſitas ſpecifica in peccatis ſolùm attendatur ex diuerſitate ſpecifica actuum, & hæc ex diuerſitate ſpecifica obiectorũ formalium, vt patet ex dictis *ſupr. diſp.* 11. ſicut reatus pœnæ ſe habet per accidens ad ipſum actum, & ad obiectum; ita & ſe habet per accidens ad diuerſitatem ſpecificam, cùm vniuerſaliter ea, quæ accidunt præter intentionem agentis, dicantur per accidens, 2. *Phyſicor. text.* 50. & talis ſit reatus pœnæ, qui à peccante nullo modo intenditur; ſed ſolùm extrinſecùs ordinatur ex iuſtitia Dei iudicantis, & ſecundùm diuerſas conditiones peccatorum diuerſas pœnas infligentis. Et ad idem facit etiam ratio S. Thomæ *ibidem in argumento*. Sed contrà: quia reatus ſequitur culpam iam conſtitutam, & contractam, & ad illam comparatur, tanquàm effectus; quod tamen non eſſet, ſi pertineret ad differentiam eſſentialem, quæ ſemper eſt prior ipſa eſſentia.

3.
Reatus ad pœnam æternã, aut temporalem, non conſequuntur ex eſſentiis peccatorum.

Neque ex eo, quòd huiuſmodi reatus differant in infinitum, & non ſint ad inuicem comparabiles; ſicut neque ſunt comparabiles, ſaltem in duratione ipſæ pœnæ, ad quas ſunt reatus; ſequitur, quòd etiam peccata ſecundùm eſſentias differant in infinitum; & non ſint comparabilia: quia, vt dicitur *in reſponſ. ad* 1. reatus non conſequuntur ad eſſentias actus, ſed ad deordinationes, prout procedunt, vel non procedunt ad ſubtractionem primi principij ordinis, id eſt, ad auerſionem ab vltimo fine, cui coniungitur per charitatem; quæ tamen diuerſitas inordinationem non facit per ſe ad diuerſitatem ſpecificam peccatorum; ſed poteſt conuenire etiam intra eandem ſpeciem; vt patet, v. g. in ſpecie adulterij, in qua motus deliberatus habet inordinationem, quæ procedit vſque ad auerſionem à fine; & motus indeliberatus non habet; & in ſpecie verbi otioſi, quod ſimiliter, ſi ſolùm dicatur ex otioſitate, non deordinat ab vltimo fine; & ſi dicatur ex odio Dei, deordinat.

4
Et eadem ratione neque ex eo, quòd aliqua peccata ex proprio genere fundent huiuſmodi deordinationem ab vltimo fine, & dicantur mortalia ex ſuo genere, in quantum genus, vel ſpecies deſumitur ab obiecto, vt homicidium, & adulterium, & aliqua illam non fundent; & contraria ratione dicantur venialia ex genere, vt verbum otioſum, & riſus ſuperfluus, vt probatur 1. 2. *circa quæſt.* 88. *art.* 2. ſequitur, quòd eſſentialiter differant ex formali ratione huiuſmodi deordinationis, aut reatus, quem fundant, cùm hæc eadem deordinatio, & reatus, poſſit reperiri etiam ſine differentia eſſentiali, vt ſubditur *in reſp. ad* 2. & quemadmodum ex eo, quòd cygnus, & coruus ex proprio genere, & natura fundent diuerſitatem ſecundùm albedinem, & nigredinem, non ſequitur, quòd eſſentialiter differant ex formali ratione albedinis, & nigredinis; cùm hæc eadem differentia poſſit reperiri etiam intra eandem ſpeciem, v. g. hominis: ita neque ex eo, quòd homicidium, & verbum otioſum ex proprio genere, & natura fundent diuerſitatem ſecundùm deordinationem ab vltimo fine, & ſecundùm reatum pœnæ, ſequitur, quòd ex illis eſſentialiter differant.

Quomodo aliqua peccata dicantur mortalia, & aliqua venialia, ex proprio genere.

5.
Proponuntur difficultates contra doctrinam iam poſitam.

Sed contrà obiicitur primò: quia falſum videtur, quòd diuiſio peccatorum ſecundùm reatum formaliter ſit diuiſio ſecundùm mortale, & veniale: vt enim explicat S. Thom. 1. 2. *quæſt. 72. art. 5. cit. & qu.* 88. *art.* 1. cùm peccatum ſit quædam infirmitas animæ, mortale, aut non mortale ſolùm dicitur ad ſimilitudinem morbi, ex hoc, quòd inducat, vel non inducat defectum irreparabilem principij vitæ ſpiritualis, qui eſt ordo, & conuerſio ad vltimum finem per charitatem: & quamuis ad huiuſmodi defectum conſequenter ſe habeat etiam reatus; non tamen ex illo poteſt deſumi diuiſio in mortale, & veniale, cùm deſumatur ex ipſo defectu gratiæ, & vitæ ſpiritualis, qui eſt quid prius.

Secundò, quia falſum videtur, quòd peccatum ſolùm ab extrinſeco ordinetur ad pœnam, id eſt, ex iuſtitia Dei iudicantis, qui ſecundùm diuerſas conditiones peccatorum diuerſas pœnas infligit, vt loquitur Sanctus Thomas: cùm enim peccatum ex propria deordinatione auertat, vel non auertat ab vltimo fine, & peccator per illud inſurgat in ipſum ordinem diuinum; ex ſe ipſo meretur à Deo puniri, qui eſt Princeps in illo ordine: ſicut & quia inſurgit in ordinem rationis, punitur à ſe ipſo per remorſum conſcientiæ; & quia inſurgit in ordinem exterioris regiminis, punitur à Iudice, vel à Principe, vt docet idem S. Thom. 1. 2. *quæſt.* 87. *art.* 1. ac proinde non ideò eſt reus pœnæ, quia ad illam extrinſecùs ordinetur, ac deſtinetur; ſed potiùs è contrà, ideò deſtinatur, atque ordinatur extrinſecùs, quia ex ſe ipſo eſt reus: & quamuis Deus nulla ſupplicia ſtatuiſſet peccatis; adhuc tamen eſſent mortalia, & venialia, in quantum ipſa ex ſe eſſent digna ſuppliciis: & S. Dionyſius *cap. 4 de diu. nominibus*, apertè negat, quòd puniri à Deo ſit malum; ſed ſolùm fieri dignum pœna: & ipſe S. Thomas 1. 2. *quæſt. 72. art. 5. in argumento, Sed contrà. & quæſt.* 87. *art.* 1. reatum ponit tanquàm effectum peccati; quod tamen non eſſet, ſi ſolùm eſſet extrinſeca ordinatio, & deſtinatio Dei.

6.
Ad primam. Denominatio mortalis, & venialis, meliùs deſumitur ex reatu pœnæ, quàm ex priuatione gratiæ.

Ad primam Reſpondeo, non eſſe quæſtionem, niſi de nomine, ſi quæratur, verùm denominatio mortalis, prout dicitur de peccatis, formaliter deſumatur ex ſola ſubtractione gratiæ, & charitatis; an verò ex reatu, & condignitate pœnæ: quia enim mortale in peccatis ſolùm dicitur metaphoricè per analogiam ad mortale, quod propriè dicitur de animalibus, & ſolùm ſignificat lapſum irreparabilem, tam poteſt deſumi ex ſubtractione gratiæ, quæ eſt

prima

prima vita ſpiritualis, quam ex ſubtractione gloriæ, quæ eſt vita vltima, & æterna, cùm reuerà vtraque ſubtrahatur irreparabiliter, quantùm eſt ex vi, & ratione peccati, quod denominatur mortale: quia tamen appellatio venialis ſpeciali ratione videtur importare ordinem ad pœnam, ſiquidem venia, debitæ pœnæ remiſſio eſt, vt docet S.Thom. 2.2. *qu.* 157. *art.* 2. *ad* 2. inde eſt, quòd etiam mortale, prout opponitur veniali, magis propriè accipiatur in ordine ad pœnam, & diuiſio mortalis, & venialis dicatur tradi ſecundùm reatum, cùm præſertim ſecundùm illum maximè ſaluetur analogia ad mortale in animalibus, quod importat defectum irreparabilem; qualis tamen maximè eſt auerſio, & elõgatio à Deo per pœnam æternam, quæ omninò irreparabiliter tollit vitam; & ideò appellatur mors æterna. Atque hac ratione Sanctus Auguſtin. *homil.* 7. *in Ioann.* crimen, ſeu peccatum mortale definit eſſe illud, quod meretur damnationem; & veniale, quod illam non meretur: & communiter in humanis illud delictum dicitur mortale, & capitale, quod meretur pœnam mortis, & capitis, vt notat Dur. *in* 2. *d.* 24. *q.* 5. *n.* 7.

Neque S.Thom. 1.2. *qu.* 88. *art.* 1. oppoſitum aſſerit, quando explicat rationem mortalis per defectũ irreparabilem principij vitæ, qui eſt ordo ad vltimum finem: neque enim vltimus finis eſt principiũ vitæ ſpiritualis, prout eſt acquirendus, & terminat conuerſionem, & ordinationem creaturæ rationalis per gratiam, & charitatẽ; ſed potiori ratione, prout iam eſt acquiſitus, & poſſeſſus, & vltimò, & perfectiſſimè terminat ordinationem, & conuerſionem per gloriam, quæ hac de cauſa dicitur vita æterna, & conſummatio illius alterius, quæ eſt ſolùm per gratiam; & ideò S.Thom. quando explicat rationẽ mortalis per defectum irreparabilem ordinis cum vltimo fine, maximè intelligit defectum ordinis vltimi, & conſummati, qui eſt per gloriam, & eſt ſimpliciter, & omninò irreparabilis.

7. *Ad ſecundā. Quomodo reatus pœna cauſetur ex ordinatione diuina iuſtitia, & ex ipſo peccato.*

Ad ſecundam Reſpondeo, S.Thomam non aſſerere, quòd reatus formaliter conſiſtat in ſola extrinſeca ordinatione Dei ad pœnam; ſed, vt explicet, quomodo pœna ſit præter intentionem peccantis, & ideò ſe habeat per accidens ad actum peccati, & ad obiectum, ex quo attenditur diuerſitas ſpecifica, addit, quòd ordinetur, & ſtatuatur extrinſecùs ex iuſtitia Dei: & ſenſus eſt, quòd ſolùm ad Deum non ſe habeat per accidens, ex cuius iuſtitia ordinatur; & quòd reuerà huiuſmodi reatus formaliter acceptus ſit aliquid in ipſo actu, id eſt, debitum, vel obligatio ad pœnam, expreſsè aſſerit idem S.Thom. 1.2. *quæſt.* 87. *art.* 6. *& in* 2. *diſt.* 42. *qu.* 1. *art.* 2. *& qu.* 2. *de malo, art.* 2. *ad* 14. *& alijs locis:* & ex illo docet Capr. *in* 4. *diſt.* 14. *qu.* 1. *ad argum. Scoti contra* 3. *concluſionem.* & Contad. 1.2. *qu.* 72. *art.* 5. Et eadem ratione ſimiliter docet S.Thom. quòd ſit effectus peccati: quia, quamuis cauſetur à Deo, tanquàm à cauſa primaria, & vniuerſali, quæ vniuerſaliter ſtatuit, vt, qui legem tranſgreditur, obligetur ad pœnam; eſt tamen etiam à propria voluntate peccantis, per ipſum actum tranſgrediendi legem, tanquàm à cauſa proxima, & propria, vt ſubdit Capr. *ibidem:* quia, ſicut per tranſgreſſionem legis violatur ordo diuinæ iuſtitiæ, & plùs indulgetur propriæ voluntati, quàm Dei legi; ita & contrahitur debitum alicuius recompenſationis, vt quantùm poteſt, reducatur æqualitas; quæ tamen recompenſatio maximè fit per ſolutionem pœnæ, qua peccator ex Dei lege aliquid patitur contra ſuam voluntatem, vt benè explicat S.Thom. *quæſt.* 87. *art.* 6. *cit.*

Quòd ſi quæras, quid tandem ſit in ipſo actu peccati huiuſmodi reatus, dici poteſt, eſſe ſolùm aliquid morale; & rectè explicari per relationem rationis ad ipſam pœnam, quæ relatio in peccato mortali proximè fundatur in ipſius malitia, in quãtum procedit vſque ad deordinationem ab vltimo fine, & corruptionem coniunctionis, aut conuerſionis ad illum per charitatem, & gratiam, vt explicat Cont. 1.2. *quæſt.* 72. *art.* 5. *cit.* 8. *Quid ſit reatus pœna in ipſo actu peccati.*

DISPVT. XVIII.

Quomodo differant peccata, in quantum ſunt commiſſionis, aut omiſſionis.

1. *Ex S.Thoma peccata omiſſionis, & commiſſionis non differunt ſpecie formali, ſed ſolùm materiali, ſi ſint proximè ex eodem motiuo.*
2. *Differentia, aut ſpecies formalis, aut materialis in peccatis, quænam ſit.*
3. *Præceptum affirmatiuum, & negatiuum aliquando ſolùm pertinet ad diuerſos gradus einſdem virtutis.*
4. *Proponuntur difficultates in contrarium.*
5. *Præcepta affirmatiua, & negatiua, non dignoſcuntur ex ſola forma verborum, ſed ex re ipſa præcepta.*
6. *Ad primam. Doctrina S.Thomæ de differentia ſpecifica ſolùm materiali, non autem formali peccati omiſſionis, & commiſſionis, non eſt alibi retractata.*
7. *Ad ſecundam.*
8. *Ad tertiam. Præceptum reſtituendi vtrùm ſit affirmatiuum, de reponenda re aliena in ſtatu priore; an vtrò negatiuum de illa non retinenda. Ad quartam.*
9. *Si vrgeat ſimul præceptum affirmatiuum de confitenda, verbi gratia, fide; & negatiuum de illa non neganda; vtrùm ſit vnum tantùm peccatum, an duo, ſi vtrunque violetur.*
10. *Ad quintam.*
11. *Ad ſextam. Diuerſitas peccatorum quomodo ſumatur ex diuerſitate præceptorum.*
12. *Diuerſitas præceptorum vnde attendatur.*
13. *Non omne peccatum, quod eſt materialiter in perſonam, aut locum ſacrum, eſt ſacrilegium.*
14. *Effuſio ſanguinis, aut ſeminis in Eccleſia, ſi fiat occultè, ſecundùm aliquos non eſt ſacrilegium.*
15. *Sacerdos in Miſſa indignè communicans dupliciter peccat, id eſt, miniſtrando, & recipiendo Euchariſtiam.*
16. *Ex diſtinctione ſolùm numerica præceptorum non deſumitur diſtinctio numerica peccatorum.*
17. *Si vno, & eodem præcepto præcipiantur, aut prohibeantur plures actiones materiales, poſſunt peccata eſſe plura numero.*
18. *Qui contra præceptum ieiunij comedit carnes, & ſæpiùs eodem die, ſecundùm multos facit plura peccata diſtincta numero.*
19. *Cum vnitate præcepti, & actionis materialis poſſunt aliquando peccata eſſe plura numero.*
20. *Pluralitas præceptorum, ſi non facit pluralitatem numericam peccatorum, neque etiam auget notabiliter in eadem ſpecie, & non eſt neceſſariò confitenda.*
21. *Quando commiſſio, & omiſſio non differunt ſpecie; ſemper commiſſio eſt peccatum grauius in eadem ſpecie.*

1. *Ex S.Thoma peccata omiſſionis, & cōmiſſionis non differūt ſpecie formali, ſed ſolùm materiali, ſi ſint proximè ex eodē motiuo.*

NEGAT S. Thom.1.2.*quæſt.*72.*art.*6. peccata commiſſionis, & omiſſionis neceſſariò differre ſpecie, ſi ſit ſermo de differentia ſpecifica formali; non autem ſolùm de differentia materiali; & eam ait appellari differentiam ſpecificam materialem in peccatis, quæ attenditur ſecundùm ſpeciem naturalem, id eſt, ſecundùm eſſe phyſicum ipſorum actuum, habita ratione finis, qui illis præſcribitur à voluntate, & à ratione; & eam appellari differentiam ſpecificam formalem, quæ attenditur in ordine ad proprium finem, quod eſt obiectum proprium: & quemadmodum iugulatio, & lapidatio ſolùm materialiter differunt ſpecie, id eſt, ſecundùm eſſe naturæ, non autem formaliter, & in genere moris, & peccati, ſi vtraque fiant ad

2. *Differentia, aut ſpecies formalis, aut materialis in peccatis, quænam ſit.*

effectum homicidij; ita & omiſſio dandi, aut reſtituendi ea, quæ debent, & commiſſio congregandi ſuperflua, aut accipiendi ea, quæ non debent, ſolùm materialiter differunt ſpecie, non autem formaliter, ſi vtraque fiant ex eodem motiuo auaritiæ, & ordinentur ad eundem finem inordinatè habendi; largè tamen loquendo de differentia, & de ſpecie, ſecundùm quod etiam negatio & priuatio poſſunt habere ſpeciem. Et quemadmodum in naturalibus eiuſdem rationis eſt, quòd ignis non infrigidet, & quòd calefaciat; quia vtrunque proximè prouenit ex eodem principio, & forma: ita & in moralibus eiuſdem rationis poteſt eſſe, quòd aliquid nō fiat, & quod aliquid fiat; id eſt, omiſſio, & commiſſio, ſi vtraqua proximè ſit ex eodem motiuo, & ex eodē fine, qui in moralibus proportionaliter ſe habet, ſicut forma in naturalibus, vt *ſuprà* diximus ex eodem S.Thoma 1.2.*q.*1.*art.*3. Atque hac ratione propter diuerſitatem materialem *ad Epheſ.*2. contradiſtinguitur delictum à peccato, id eſt, omiſſio à commiſſione, vt exponit Gloſ. *ibidem*, & S.Thom. *art.*6. *cit.ad* 1. & communiter commiſſio dicitur ſe habere, vt affirmatio; & omiſſio, vt negatio, vel vt priuatio, vt ſubdit *in reſponſ.ad* 3. & propter identitatem formalem eodem peccato auaritiæ peccat, qui ex eodem motiuo non dat, quæ debet; & rapit, quæ non debet: & eodem peccato intemperantiæ, qui, vt ſatisfaciat gulæ, ſuperflua comedit, & ieiunia debita prætermittit.

3. *Præceptum affirmatiuum & negatiuū aliquando ſolùm pertinēt ad diuerſos gradus eiuſdem virtutis.*

Neque ex eo, quòd præceptum affirmatiuum, contra quod eſt omiſſio, ſit diuerſum à negatiuo, contra quod eſt commiſſio, ſequitur, quòd etiam commiſſio, & omiſſio neceſſariò ſint diuerſa formaliter: quia ex eodem S.Thoma *ad* 2. etiam præceptum affirmatiuum, & negatiuum aliquando ſolùm differunt, in quantum pertinent ad diuerſos gradus eiuſdem virtutis, id eſt, affirmatiuum, in quantum pertinet ad gradum optimum, atque ſummum, qui eſt facere bonum; & negatiuum, in quantum pertinet ad gradum infimum, qui eſt declinare ab oppoſito malo, cùm præſertim propria ſpecies peccatorum non deſumatur ex parte auerſionis, ſiue à præcepto, & lege, ſiue à quocunque alio, vt *ſuprà* diximus; ſed ex parte conuerſionis, & ſecundùm quod ſunt actus quidam; quæ tamen conuerſio in omiſſione, & commiſſione ſolùm facit diuerſitatem materialem.

4. *Proponuntur difficultates in contrariū.*

Sed contrà eſt difficultas: quia doctrina huius *art.* 1. videtur pugnare cum doctrina eiuſdem S. Thomæ 2.2.*q.*79.*art.*2. præſertim *ad* 3. vbi agens de partibus integralibus iuſtitiæ, quæ ſunt facere bonū, & declinare à malo; & de vitiis, ſeu peccatis oppoſitis; ait, peccatum omiſſionis, quod eſt cōtra primam partem faciendi bonum, omninò diſtingui à peccato tranſgreſſionis, ſeu commiſſionis, quod eſt contra alteram partem declinandi à malo: & *art.* 3. quia omiſſio importat prætermiſſionem boni debiti, & ratio debiti propriè pertinet ad iuſtitiam, ſiue legalem, ſiue ſpecialem, ſemper eſſe ſpeciale peccatum diſtinctum à tranſgreſſione.

Secundò, quia omiſſio non ſolùm materialiter, & in genere naturæ; ſed etiam formaliter, & in genere moris, ſumit ſpeciem ab actu oppoſito; ſiquidem ſolùm conſiſtit in priuatione actus debiti: ergo non ſolùm materialiter, ſed etiam formaliter diſtinguitur ſpecie à commiſſione, quæ ſumit ſpeciem ex actu poſitiuo, in quo conſiſtit.

Tertiò, exempla, quæ affert S. Thomas *art.*6.*cit.* de auaro, qui ad congregandam pecuniam rapit alienum; & non dat, quæ dare debet; & de guloſo, qui ad ſatisfaciendum gulæ, ſuperflua comedit, & ieiunia debita prætermittit; non videntur ad rem: vtraque enim ſolùm ſunt de peccato commiſſionis: ſiquidem non dare, & non reſtituere, quæ ſunt danda, & reſtituenda, quamuis ex modo ſignificandi, aut ex forma verborum videatur omiſſio, & negatio actus; re tamen ipſa eſt vera commiſſio, id eſt, poſitiua retentio alieni. Vnde & S.Thom.2.2. *quæſt.*62.*art.*3.*ad* 1. de præcepto reſtituendi apertè docet, quòd ſolùm ſecundùm formam ſit affirmatiuum, & reuerà in ſe implicet præceptum negatiuum, quo prohibemur, rem alterius detinere; & ſimiliter ieiunia debita prætermittere, non eſt omiſſio, niſi ex forma verborum, cùm reipſa ſit vera commiſſio, id eſt, ipſum comedere contra præceptum negatiuum de non comedendis, niſi his cibis, & tantùm ſemel: & vniuerſaliter ad dignoſcenda præcepta affirmatiua, à negatiuis; & per conſequens peccata omiſſionis à peccatis commiſſionis, non eſt attendendum ad verba ipſa materialia, quibus præceptum exprimitur, vtrùm contineant, vel non contineant particulam negatiuam; ſed ad ſubſtantiam ipſam rei, quæ præcipitur: & hæc ſi ſit operatio aliqua poſitiua, apertè indicat præceptum affirmatiuum; & ſi ſit negatio operationis, præceptum negatiuum. Vnde, etſi præceptum de audiendo Sacro exprimatur per negationem, dicendo, verbi gratia, Sacrum non eſt omittendum; & præceptum de non ſæpiùs comedendo, exprimatur per affirmationem, dicendo, verbi gratia, eſt ieiunandum: adhuc tamen illud eſt affirmatiuum; quia non impletur, niſi per auditionem poſitiuam: & hoc eſt negatiuum; quia impletur per non comeſtionem. Et idem videtur etiam de obligationibus votorum: quamuis enim, vniuerſaliter loquendo, omnia vota ſolùm importent obligationem fidelitatis cum Deo, & hæc in eo conſiſtat, vt facta conformentur cum dictis, & cum promiſſis; quia tamen hæc ipſa conformatio aliquando conſiſtit in operatione aliqua poſitiua, vt, verbi gratia, ſi votum ſit factum de danda eleemoſyna, aut de Sacro audiendo; & aliquando conſiſtit in negatione operationis, vt, ſi ſit factum de non ludendo, aut non fornicando; rectè dicitur aliquando eſſe affirmatiua, & aliquando negatiua; & eam ob cauſam etiam tranſgreſſio talis obligationis aliquando eſſe omiſſio, & aliquando commiſſio; non autem ſemper eſſe commiſſio, quidquid in contrarium indicet Vaſq.1.2.*diſp.*99.*c.*4.*num.*10.*in fine.* vbi aſſerit, peccata contra votum, quæ videntur cōſiſtere in omiſſione, eſſe potiùs commiſſiones, vt non recitare, non audire Miſſam: quia peccatū cōtra hæc vota cōſiſtit in falſitate, quam aliquis committit, non obſeruādo

5. *Præcepta affirmatiua, & negatiua, non dignoſcuntur ex ſola forma verborū, ſed ex re ipſa præcepta.*

veritatem

veritatem ſuæ promiſſionis erga Deum. Sed contrà eſt: quia hæc falſitas non ſemper committitur per actionem poſitiuam; ſed aliquando etiam per negationem actionis, vt diximus; & ideò non ſemper eſt dicenda, & reputanda commiſſio.

Quartò, etiam quando omiſſio, & commiſſio pertinent ad eandem virtutem, tanquàm gradus diuerſi, falſum videtur, quòd non differant eſſentialiter in ratione peccati, & per diſtinctionem formalem: vt, ſi quis, v. g. qoando vrget præceptum affirmatiuum de credendo, aut diligendo Deo, non modò non credat, aut non diligat, quod eſt peccatum omiſſionis; ſed etiam poſitiuè eliciat actum hæreſis, aut odij, quod eſt peccatum commiſſionis; vel quando vrget præceptum audiendi Sacrum, non modò non audiat, ſed etiam maledicta in Sacrum coniiciat; vel quando tenetur Deum confiteri, & colere, non modò non confiteatur, & non colat, ſed poſitiuè neget, & colat idola. In his enim, & ſimilibus, certum videtur, qnòd ſint duo peccata, & duæ malitiæ, id eſt, in potentia, carentia actus debiti, quæ eſt malitia omiſſionis; & in actu, carentia debitæ integritatis, quæ eſt malitia commiſſionis: & ſicut ſubſtantia actus charitatis, verbi gratia, quæ tollitur per omiſſionem, contra præceptum affirmatiuom de diligendo, differt ſpecie à rectitudine actus odij, quæ tollitur per commiſſionem, contra præceptum negatiuum de non odiendo; ita & differt peccatum omiſſionis, & commiſſionis.

Quintò ex ipſo S. Thoma 1.2. *quæſt.* 72. *cit. art.* 8. & omnibus communiter, peccatum per defectum ſpecie differt à peccato per exceſſum: ergo & omiſſio, & commiſſio, cùm illa maximè ſit per defectum, & hæc per exceſſum: & alioqui ſi ex hoc, quòd habeant aliquando idem motiuum, poſſent non differre ſpecie formali, etiam furtum, & homicidium poſſent non differre, ſi fortè ordinarentur ad idem motiuum, verbi gratia, ad finem adulterij. Neque exemplum, quod ponit S. Thom. ex naturalibus, facit ad rem, cùm ſemper hoc, quod eſt, ignem calefacere, differat ſpecie ab hoc, quod eſt, eundem ignem non infrigidare, etiamſi vtrunque proueniat ab eodem principio, & ab eadem forma.

Sextò, ſi omiſſio, & commiſſio poſſunt eſſe idem peccatum formaliter, apertè ſequitur, quòd peccata non diſtinguantur ex præceptis, contra quæ ſunt: ſi enim diuerſitas præcepti affirmatiui, & negatiui, non eſt ſufficiens ad ponendam in peccatis diuerſitatem formalem, nulla erit diuerſitas præcepti, quæ ſit ſufficiens: quod tamen eſt contra S. Thomam *quæſt.* 2. *de malo*, *art.* 6. vbi expreſsè ait, in iis, quæ ſunt mala, quia prohibita, variari ſpecies peccatorum ex diuerſitate præceptorum.

6. *Ad primam. Doctrina S. Thom. de differentia ſpecifica ſolùm materiali, nō autē formali peccati omiſſionis, & cōmiſſionis, non eſt alibi retractata.*

Ad primam Reſpondeo, quamuis aliqui apud Zumel 1. 2. *quæſt.* 72. *art.* 6. *citat.* & apud Salas *tract.* 13. *diſp.* 3. *ſect.* 3. *num.* 36. exiſtimarint, doctrinam hanc S. Thomæ de differentia ſolùm materiali, non autem formali inter omiſſionem, & commiſſionem, quando ſunt ex eodem motiuo, eſſe falſam, & manifeſtè retractatam ab eodem S. Thoma 2. 2. *quæſt.* 79. *art.* 2. & 3. *citat.* veriſſima tamen eſt, ſi benè intelligatur, & longè diuerſa ab ea, quæ traditur 2. 2. & nullo modo cum illa pugnans: eam enim ſolùm appellat *hoc loco* S. Thom. diſtinctionem formalem, quæ ſumitur ex diuerſitate finis, vt ipſe ſe explicat, & in eo tantùm caſu negat, peccatum omiſſionis differre formaliter à peccato commiſſionis, quando vtrunque eſt ex eodem motiuo; & aliam omnem diuerſitatem, quæ non eſt ex motiuo, appellat materialem: quia ex doctrina *ſuprà* tradita *eadem* 1. 2. *quæſt.* 1. *art.* 3. & *quæſt.* 18. *art.* 6. forma & ſpecies in humanis actibus maximè habetur à fine, qui ſe habet vt obiectum formale, & tanquàm ratio operandi; & quod actui conuenit ex ſolo obiecto terminatiuo, circa quod eſt, ſolùm dicitur ſe habere, vt materia. Idque conuenit ſuo modo etiam omiſſioni, quando poſitiuè eſt volita propter finem, ex quo habet ſpecialem malitiam: ſimiliter enim in hoc caſu, quod illi conuenit ratione ſui, & præſcindendo à malitia finis, dicitur conuenire materialiter, & pertinere ad diſtinctionem materialem; & quod conuenit ratione finis, dicitur conuenire formaliter, & pertinere ad diſtinctionem formalem: & hac ratione, quod dicitur 5. *Ethic. cap.* 2. quòd qui furatur propter adulterium, eſt magis adulter, quàm fur, poteſt dici etiam de omiſſione, verbi gratia, Sacri, ſi quis ſimiliter illud omittat propter adulterium. Quòd verò hoc totum, cùm ſit veriſſimum, nullo modo repugnet doctrinæ, quæ traditur 2. 2. clarè patet, ſi duo illi articuli *ex quæſt.* 79. attentè legantur: cùm enim S. Thom. *art.* 1. docuiſſet, hoc, quod eſt declinare à malo, & facere bonum, ſe habere, vt partes integrales iuſtitiæ; quia requiruntur ad perfectum illius actum; ſiue iuſtitia ſumatur communiſſimè pro omni virtute; ſiue ſpecialiter, prout reſpicit bonum debitum in ordine ad alterum particularem, ſiue generaliter pro iuſtitia legali, quæ reſpicit debitum in ordine ad communitatem, ſubdit *art.* 2. tranſgreſſionem, quæ eſt contra primam partem declinandi à malo, ſi accipiatur materialiter, poſſe eſſe quid commune omnibus ſpeciebus peccatorum, quibus tranſgredimur aliquod præceptum diuinum: ſed, ſi accipiatur formaliter, id eſt, ſecundùm hanc ſpecialem rationem, quod eſt facere contra præceptum negatiuum, ſic eſſe ſpeciale peccatum, & hoc dupliciter, id eſt, vno modo, prout debitum præcepti ſpecialiter pertinet ad iuſtitiam legalem: & ideò ſpecialiter eſt contra illam contemptus præcepti, ex quo attenditur ratio tranſgreſſionis; alio verò modo ſecundùm quod tranſgreſſio diſtinguitur ab omiſſione, quæ eſt contra præceptum affirmatiuum, & contra alteram partem faciendi bonum. Et *articulo* 3. idem docet de omiſſione, in quantum importat prætermiſſionem boni debiti per præceptum affirmatiuum, quòd, ſcilicet, poſſit eſſe ſimiliter ſpeciale peccatum contra iuſtitiam, vel ſpecialem, vel legalem, quando eſt ex contemptu debiti, & præcepti affirmatiui; quamuis communiter ſit quid generale, quatenus eſt contra præceptum affirmatiuum quomodocunque. Ea ergo tantùm ratione aſſerit S. Thom. his articulis tranſgreſſionem, & omiſſionem eſſe peccata ſpecialia, ſi ad inuicem comparentur, & ſpecialiter fiant ex contemptu præcepti, qua aſſerit *art.* 1. eas eſſe partes, quaſi integrales iuſtitiæ: ſicut enim declinare à malo, & facere bonum, ſi tanquàm partes materiales, & integrales informentur quodammodo eadem forma, & perfectione iuſtitiæ, ſolùm materialiter differunt; non autem formaliter: ita & tranſgreſſio, & omiſſio, ſi informentur eadem forma iniuſtitiæ, id eſt, eodem fine, & motiuo contemptus, ſolùm materialiter differunt, non autem formaliter. Et quod ait S. Thom. tranſgreſſionem etiam acceptam formaliter, prout eſt ex motiuo contemptus, non ſolùm eſſe

ſpeciale peccatum, provt opponitur aliis peccatis contra præcepta negatiua quæcunque; ſed etiam provt diſtinguitur ab omiſſione, ſolùm intelligitur; quia omiſſio ratione ſui non poteſt participare de motiuo contemptus; ſed ſolùm participat ratione actus, quem habet, vt cauſam, vt exponit eo loco Caiet. ſiquidem, vt *ſuprà* diximus ex 1.2.*q*.71.*art*.5. ex ſe,& eſſentialiter eſt ſola negatio actus,neque includit actum, vt de eſſentia, ac proinde ratione ſui rectè dicitur, quòd diſtinguatur à tranſgreſſione accepta formaliter, provt eſt ex contemptu,cùm hæc tranſgreſſio includat actum,& voluntatem contemptus, vt de eſſentia; imò ſit ipſa formalis voluntas contẽptus,& omiſſio illũ includat,ſolùm vt cauſam, & extra eſſentiam. Et quoniam hæc diuerſitas includendi voluntatem contemptus,& motiui, ſolùm facit diuerſitatem in ſpecie materiali peccati, neque tollit, quin vtraque ordinetur ad eundem finem, ex quo attenditur ſpecies formalis,provt de illa hîc loquitur S.Thom. inde eſt,quòd omiſſio hoc loco non dicatur differre formaliter à commiſſione, quando eſt ex eodem motiuo, & ordinatur ad eundem finẽ, etiamſi vtrunque ex alio capite ſit ſpeciale peccatũ, vt dicitur 2.2. neque enim per hanc appellationem ſpecialis peccati intelligitur diuerſitas ſpecifica in ratione peccati, vel in eo, ex quo ſumitur ſpecies peccati;ſed latiùs intelligitur quæcunque diuerſitas. Et ſenſus eſt, quòd tranſgreſſio accepta formaliter, id eſt, ſecundùm ſpecialem intentionem faciendi contra præceptum negatiuum, non modò habeat aliquid ſpeciale ſupra alia peccata, quæ fiunt ex aliis motiuis contra eadem præcepta negatiua; ſed etiam ſupra omiſſionem, ſimiliter acceptam formaliter,& ex eadem intentione faciendi contra præceptum affirmatiuum: quia, ſcilicet, ipſa formalis intentio faciendi contra præceptum, & ipſe formalis contemptus præcepti per ſe, & intrinſecè eſt tranſgreſſio, & habet formalem malitiam tranſgreſſionis; non autem per ſe, & intrinſecè eſt omiſſio, aut habet malitiam omiſſionis; ſed ſolùm extrinſecè, & in quantum eſt illius cauſa. Quòd ſi in peccato tranſgreſſionis non ſolùm conſideretur formalis actus, & malitia contemptus; ſed etiam actus materialis, vt, verbi gratia, ipſe actus furti, provt fit ex contemptu præcepti; & ſimiliter in peccato omiſſionis, conſideretur, verbi gratia, ipſa omiſſio Sacri, provt ſimiliter fit ex motiuo contemptus; adhuc benè dicitur, quòd ad inuicem differant: quia in vtroque eſt duplex malitia, id eſt, in tranſgreſſione malitia contemptus, & malitia furti; & in omiſſione eadem malitia contemptus, & malitia omiſſionis Sacri: & certum eſt, quòd hæc dualitas ſpecialiter diſtinguitur ab illa dualitate, cùm præſertim obligationes huiuſmodi præceptorum communiter non ſimul occurrant, & ideò poſſit quis ſpecialiter peccare peccato tranſgreſſionis accepto formaliter, id eſt, per contemptum præcepti negatiui, abſque eo, quòd peccet peccato omiſſionis, & per contemptum præcepti affirmatiui.

Ad ſecundã. Ad ſecundam Reſpondeo, ſi omiſſio ex ſola ſubſtantia actus, quem negat, & præſcindendo ab omni alio fine, ad quem ordinatur, eſt in aliqua ſpecie mali, & peccati, hanc ipſam ſpeciem conſiderari hoc loco, vt materialem reſpectu alterius, quæ intelligitur ſuperuenire ex fine, & quæ ſola appellatur formalis: & quemadmodum furtum, & homicidium, ſi fiant ex eadem intentione, verbi gratia, adulterandi, materialiter dicuntur ſe habere ſecundùm malitias ſibi proprias, & tanquam forma communis dicitur eſſe malitia adulterij; & qui per vtrunque peccat,non tam dicitur eſſe fur, aut homicida, quam adulter, vt *ſuprà* diximus ex 5. *Ethic. cap.* 2. ita & omiſſio, verbi gratia, celebrandi Sacrum, & commiſſio illud celebrandi indignè, verbi gratia, in peccato mortali, ſecundùm proprias malitias ſolùm ſe habent materialiter ad malitiam aliquam tertiam,quæ ſit communis vtrique ex intentione mali finis, ad quem ordinantur.

8. *Ad tertiam. Præceptum reſtituendi, vtrùm ſit affirmatiuum de reponenda re aliena in ſtatu priore; an verò negatiuum de illa non retinenda.*

Ad tertiam Reſpondeo primò, exempla, quæ afferuntur à S. Thoma, ſatis eſſe ad rem per hoc, quòd vulgari, & communi exiſtimatione credantur eſſe commiſſio, & omiſſio: & tamen non differant ſpecie, quando fiunt ex eodem motiuo. Deinde, quoad primum exemplum de non dandis, aut non reſtituendis, quæ debent dari, aut reſtitui, dico, quòd continet veram omiſſionem: ſiquidem præceptum reſtituendi poſitiuè præcipit, vt res aliena reponatur in priore ſtatu, & poſſeſſione veri domini; neque eſt ſatis ad illud implendum, ſi res quomodocunque non retineatur, & per aliam actionem poſitiuam non impediatur, ne redeat ad ſtatum priorem. Neque S. Thom. 2. 2. *quæſt.* 62. *art.* 8. *cit.* aſſerit, quòd præceptum reſtituendi ſit ſolùm affirmatiuum ſecundùm materialem formam verborum, & reuerà ſit negatiuum de non retinendo; ſed docet, quòd quamuis ſecundùm formam ſit affirmatiuum; implicat tamen, & inuoluit in ſe negatiuum præceptum, quo prohibemur rem alterius detinere. Et ſenſus eſt, quòd formaliter, & eſſentialiter ſit affirmatiuum, & præcipiat iteratam conſtitutionem rei in ſtatu priore, & in ordine ad hanc prohibeat detentionem, & inuoluat præceptum negatiuum.

Ad quartã. Ad quartam Reſpondeo, S.Thomam non aſſerere, quòd quando omiſſio, & commiſſio pertinent ad eandem virtutem, tanquam deordinationes à rectitudine illius ſecundùm gradus diuerſos, ſemper ſint peccata eiuſdem ſpeciei; ſed ſolùm, quòd ſint deordinationes ſecundùm gradus diuerſos; ſicut & præcepta affirmatiua, & negatiua ſunt diuerſæ ordinationes, & quòd poſſunt aliquando eſſe idem peccatum ſpecie, id eſt, quando ordinantur ad eundem finem. Contra hoc autem non faciunt exempla, quæ afferuntur in argumento: neque enim omiſſio dilectionis, quando vrget præceptum affirmatiuum de diligendo Deo, debet dici ſecundùm præſentem doctrinam eſſe idem peccatum ſpecie cum actu, & commiſſione odij, contra præceptum negatiuum de Deo non odiendo, niſi ordinetur ad idem motiuum. Et idem eſt de omiſſione Sacri, & de maledictis iactis in Sacrum; de omiſſione confitendi, & colendi Deum; & de commiſſione eum negandi, & colendi idola. Vtrùm autem in huiuſmodi caſibus, quando ſimul occurrit præceptum affirmatiuum, & negatiuum, & ſimul violatur vtrunque, vnum tantùm peccatum ſit, an plura; & qui tenetur Chriſti fidem poſitiuè confiteri, aut verum Deum poſitiuè colere, vnico tantùm peccato peccet, ſi poſitiuè fidem neget, & poſitiuè colat idola, non conſtat inter Doctores. Affirmat Caietan. 1. 2. *quæſt.* 72. *art.* 6. negat verò Salas 1. 2. *tract.* 13. *ſect.* 3. *num.*39. *in fine*: vbi etiam ait, ſententiam Caietani eſſe abſurdam, & contra omnes. Sed fortaſſe facilè poſſunt conciliari, ſi dicamus, in diuerſis caſibus vtrunque poſſe habere locum: ſi enim omiſſio confitendi fidem, aut Deum colendi, ſolùm ſit voluntaria, quatenus ſequitur ex voluntate contraria fidem negandi, & colendi idola, ſolùm

9. *Si vrgeat ſimul præceptũ affirmatiuũ de cõfitenda, v.g. fide; & negatiuũ de illa non negãda; vtrùm ſit vnum tãtùm peccatũ, an duo, ſi vtrunque violetur.*

ſolùm videtur eſſe vnum peccatum, quod conſiſtit in poſitiuo receſſu à rectitudine confeſſionis, & cultus, quando eſt ſimul debita ſecundùm gradum minùs perfectum declinandi à malo, & ſecundùm gradum perfectiorem faciendi bonum: ſicut enim in phyſicis, quòd ignis, verbi gratia, quando debet aſcendere ſurſum, deſcendat deorſum, vnus tantùm eſt motus, id eſt, poſitiuus receſſus à loco ſurſum, & vnus tantùm defectus naturæ; quia negatio aſcenſus omninò conſequitur ad poſitionem deſcenſus: ita & in moralibus, quòd fidem quis neget, quando debet illam confiteri, vnus tantùm eſt motus voluntatis, & vnum peccatum; quia omiſſio confeſſionis omninò ſequitur ad poſitionem negationis. Et quauis in Confeſſione ſacramentali videatur manifeſtanda circunſtantia vtriuſque obligationis; & vt conſtet, quòd talis receſſus à rectitudine Confeſſionis, ſecundùm vtrunque gradum, declinandi à bono, & faciendi malum, eſt peccaminoſus, non ſit ſatis, ſi ſolùm dicatur, fides eſſe negata, quando erat poſitiuè coofitenda: ſed debeat addi, quòd ſit negata, quando erat poſitiuè confitenda; non autem poterat ſolùm taceri, & occultari: non tamen propterea debet dici, quòd ſit duplex malitia, vel duplex peccatum, cùm poſſit ſimul vtraque eſſe gradus, & quaſi pars vnius peccati, vt diximus; & omiſſio non ordinetur ad alium finem, niſi ad illum, ad quem eſt commiſſio, ex qua conſequitur: ſi verò omiſſio confitendi fidem, aut Deum colendi, intendatur per ſe, non autem ſolùm, vt conſequens ex actu contrario fidem negandi, aut colendi idola; & qui omittit, ſimul habeat directam voluntatem omittendi ex aliqoo alio motiuo, non videtur negandum, quòd poſſit eſſe peccatum per ſe, & diſtinctum à commiſſione. cùm poſſint etiam re ipſa ab inuicem ſeparari, ſi fides ſolùm taceatur, non autem negetur; vel ſimul ſit per aliquam potentiam confeſſio, & negatio fidei, ſicut poſſunt eſſe aliæ formæ contrariæ.

10. *Ad quintam.* Ad quintam Reſpondeo, ſi peccatum per defectum idem eſt, quod omiſſio; & peccatum per exceſſum idem eſt, quod commiſſio, de quo in præſentia non diſputo; ideò ſolùm ſunt peccata diuerſa ſpecie, quia ſunt ex diuerſis motiuis, vt patet ex S.Thoma 1.2.*quaeſt.*72. *art.*8. ſi verò contingat hoc vtrunque peccatum ordinari ad vnum aliquem finem, ſine vllo abſurdo poteſt concedi, quòd non differant ſecundùm ſpeciem formalem; ſed ſolùm differant ſecundùm materialem, vt patet ex dictis. Idque apertè concedit etiam S.Thom. *ibidem, in reſp. ad* 2. & ſi hoc idem de identitate formali ex vnitate finis, & motiui, ſit admittendum etiam in aliis peccatis, nihil facit contra nos: & S. Thomas hanc doctrinam ſpecialiter tradidit de omiſſione, & commiſſione; quia ſpecialiter videbantur opponi ad inuicem, neque vnquam poſſe non eſſe diuerſa; & pro aliis omnibus ſatis tradidit generaliter, quando docuit, actus humanos ſumere ſpeciem à fine, 1.2.*quaeſt.*1. *art.*3. *&* *quaeſt.*18. *art.*6. Neque exemplum ex naturalibus, de hoc, quod eſt ignem calefacere, & non infrigidare, ad alium finem ponit S.Thomas, niſi vt oſtendat, quemadmodum hæc poſſunt eſſe ab eodem principio, quanuis ſint affirmatio, & negatio; ita & omiſſionem, & commiſſionem poſſe eſſe ab eodem motiuo, & propter eundem finem; ad quod ſine dubio eſt aptiſſimum, quanuis poſteà differat in hoc, quod eſt habere ab illo principio, vel non habere eandem ſpeciem formalem, ſicut habet omiſſio, & commiſſio ab eodem motiuo.

11. Ad ſextam Reſpondeo, S.Thomam *in reſponſ. ad* 2. apertè negare, quòd diſtinctio peccatorum ſumatur ex diuerſitate præceptorum, quando hæc pertinent ad eandem virtutem, & rem præcipiunt, vel prohibent in ordine ad eandem honeſtatem: & quanuis Caiet. *in hunc art.*6. *ex quaeſt.*72. affirmet, per hoc à S. Thoma retractari id, quod docuerat *quaeſt.*2. *de malo, art.*6. *cit.* verè tamen non eſt, quòd dicatur id retractari; *eo* enim *loco* ſolùm aſſerit, *non eſſe dicendum, quòd peccata differant ſpecie ſecundùm differentiam præceptorum: quia potiùs è conuerſo præcepta diſtinguuntur ſecundùm differentiam virtutum, & vitiorum; ſiquidem ad hoc ſunt, vt ſecundùm virtutem operemur, & peccata vitemus.* Et addit, *quòd ſi aliqua eſſent peccata ſolùm, quia ſunt prohibita; in his rationabile eſſet, vt ſecundùm differentiam præceptorum ſpecie peccata differrent.* Cuius dicti poſterioris duplex videtur poſſe eſſe ſenſus. Alter conditionalis, quòd ſi aliqua ex eo præciſè, & formaliter eſſent peccata, quia opponuntur diuerſis præceptis, rationabiliter aſſignaretur eorum diuerſitas ex dioerſitate præceptorum; quod tamen, quia abſolutè & de facto non contingit, cùm peccata nō ex eo formaliter ſiot peccata, quia opponuntur præceptis; ſed, quia carent rectitudine debita; quanuis hæc nō ſit debita, niſi ex præceptis, vt *ſuprà* diximus, non facit contra præſentem doctrinam *huius articuli* 6. vt ex ſe patet. Alter verò ſenſus poteſt eſſe abſolutus, quòd in iis, quæ ſunt mala, quia prohibita, rationabiliter aſſignatur diuerſitas ex diuerſitate præceptorum. Sed neque hoc facit contra præſentem doctrinam, ſi hæc ipſa diuerſitas præceptorum rectè aſſignetur: vt enim benè explicat Vaſq. 1.2. *diſp.*98. *c.*2. *num.*3. non eſt attendenda formalis diuerſitas præceptorum ex diuerſitate præcipientium; ſed rerum, & obiectorum, quæ præcipiuntur: & hæc ex diuerſitate finium proximorum, ad qnos ordinantur: nam eo ipſo, quòd lex poſitiua in ordine ad certum finem, & certam honeſtatem virtutis, aliquid præcipit, vim habet illud conſtituendi in materia neceſſaria illius virtutis; & ideò facit, vt oppoſita tranſgreſſio ſit cōtra illam virtutem. Ex quo fit, vt ſi eadem actio præcipiatur, vel prohibeatur in ordine ad plures honeſtates diuerſarum virtutum, præcepta ipſa ſint formaliter plura, & eadem tranſgreſſio ſit plura peccata; & ſi vna, vel plures actiones præcipiantur, vel prohibeantur ſolùm in ordine ad vnam honeſtatem, præcepta non ſint formaliter plura, & tranſgreſſio ſit vnum tantùm peccatum, etiamſi perſonæ, & authoritates præcipientes ſint plures. Atque hoc modo, quia furtum, verbi gratia, tam à lege naturæ, quàm diuina, & humana, ſiue ciuili, ſiue eccleſiaſtica, ſolùm prohibetur propter honeſtatem iuſtitiæ, & ad ſecundam æqualitatem in bonis externis, & propter illam non ſolùm prohibetur in Decalogo externa actio: *Non furtum facies.* ſed etiam interna voluntas: *Non concupiſces rem proximi tui.* non ſunt cenſenda huiuſmodi præcepta eſſe plura formaliter; neque tranſgreſſio ſimul omnium, eſt plura peccata. Et contrà: quia eadem actio furti, quæ generaliter eſt prohibita propter honeſtatem iuſtitiæ, ſpecialiter ab Eccleſia eſt prohibita circa res ſacras, vel in loco ſacro, etiam propter honeſtatem religionis, formaliter eſt duo peccata, ſi fiat in loco ſacro, vel circa rem ſacram; quanuis habeat vnum tantùm vocabulum ſacrilegij. Et idem eſt de actu copulæ cum coniugata, qui ſimul eſt prohibitus propter honeſtatem temperantiæ, & iuſtitiæ; de percuſſione Clerici, quæ ſimul eſt contra iuſtitiam, & contra religionem; de effuſione ſanguinis, aut ſeminis in Eccleſia, quæ eſt contra iuſtitiam, aut temperantiam; & con-

Ad ſextam. Diuerſitas peccatorum quomodo ſumatur ex diuerſitate præceptorum.

12. *Diuerſitas præceptorum vnde attendatur.*

Digitized by Google

tra conſecrationem Eccleſiæ; & de Clerico in ſactis, & beneficiato, ſi omittat Horas canonicas, ad qoas tenetur ex debito religionis ratione Ordinis, & ex debito iuſtitiæ ratione beneficij; de Religioſo, v.g. Franciſcano, ſi omittat ieiunare feria ſexta, in quam fortè cadit vigilia, ad quod tenetur communi obligatione præcepti eccleſiaſtici, & ſpeciali ratione voti, quod habet de ſeruanda Regula; & de aliis huiuſmodi, vt videre eſt apud Sanchez *lib. 9. de Patr: diſp. 15. num. 5.* Henriquez *lib. 2. de Pænit. ſacram. cap. 5. num. 6.* Suar. *tomo 4. de pænit. diſp. 22. ſect. 4. num. 22.* & aliis.

13. *Nõ omne peccatum, quod eſt materialiter in perſonã, aut locũ ſacrum, eſt ſacrilegium.*

Atque in hoc fundatur communis regula, quam tradit Vaſq 1. 2. *diſp. 98. cit. num. 5. & 6.* & Val. 2. 2. *diſp. 6. quaſt. 15. puncto 1.* & alij, ad dignoſcendam ſpecialem malitiam ſacrilegij in iis peccatis, quæ ſaltem materialiter ſunt contra perſonam, aut locum ſacrum: ideò enim percuſſio Clerici, verbi gratia, aut effuſio ſanguinis in Eccleſia eſt ſacrilegium, non autem infamatio Clerici, aut blaſphemia, vel turpiloqnium factum ſimiliter in Eccleſia; quia percuſſio eſt ſpecialiter prohibita per leges canonicas propter reuerentiam Dei in perſonis ipſi ſacratis; non autem propter huiuſmodi reuerentiam eſt ſpecialiter prohibita infamatio: & ſimiliter effuſio ſanguinis eſt ſpecialiter prohibita propter reuerentiam Dei in locis ipſi ſacraris; non autem propter huiuſmodi reuerentiam eſt prohibita ſpecialiter blaſphemia, aut turpiloquium. Imò, quia effuſio ſanguinis, aut ſeminis ſpecialiter eſt prohibita ſolùm, vt tollens ex diſpoſitione eiuſdem legis canonicæ conſecrationem Eccleſiæ; probabile purat Vaſquez *ibidem*, quòd ſi fiat occultè, non ſit ſacrilegium: quia non tollit conſecrationem, niſi quando eſt publica. Sed de hoc non eſt, quòd io præſenria agamus pluribus: fortaſſe enim non omnis iniuria in locum ſacrum eſt ex ſolo iure eccleſiaſtico; ſed aliqua poteſt eſſe etiam ex iure naturæ, id eſt, illa, quæ eſt contra aliquid illi debitum ex iure naturæ, & ſola facta ſuppoſitione, quòd ſit locus ſacer; & talis fortaſſe eſt effuſio ſanguinis, aut ſeminis, cùm ex hoc ipſo, quòd locus eſt ſacer, & quaſi ſpecialiter domus Dei, prooeniat, vt vita cuiuſque intra illum morantis ſit maximè tuta, & maximè debeat vnuſquiſque abſtinere ab omni voluntaria immunditia corporis; & ideò voluntaria effuſio ſanguinis, aut ſeminis noo poſſit iotra illam contingere ſine graui iniuria contra loci immunitatem, & munditiam.

14. *Effuſio ſanguinis, aut ſeminis, in Eccleſia, ſi fiat occultè, ſecũdùm aliquos non eſt ſacrilegium.*

15. *Sacerdos in Miſſa indignè communicans, dupliciter peccat, id eſt, in miniſtrando, & recipiẽdo Euchariſtiam.*

Ex eodem principio, quòd præcepta ſint formaliter plura, ex diuerſitate obiectorum formalium, & finium proximorum, ſub quibus præcipiuntur poteſt explicari, quod aſſerit Canus *in relect. de pænit. part. 4. verſus finem*, Suarez *toma 3. in 3. partem, diſp. 47. ſect. 1. §. Sed quaret.* & aliqui alij apud Azor. *tomo 1. lib. 10. cap. 31. quaſt. 10.* Sacerdotem, qui celebrat, & communicat in peccato mortali, committere duo peccata, eáque eſſe neceſſariò exprimenda, vt duo, in Confeſſione; id eſt, alterum contra obligationem miniſtri propriam, vt diſpenſet Euchariſtiam fideliter, & ideò non indignè; & alterum contra obligationem communem omnibus, vt non indignè recipiant; & parum referre, quòd in tali caſu circunſtantiæ diſpenſantis, & recipientis vniantur in eadem perſona, & præcepta violentur per eandem, aut ferè eandem actionem phyſicam, & in eadem duratione temporis: hæc enim omnia in eo fundantur; quia præcepta de Euchariſtia dignè adminiſtranda, & de Euchariſtia dignè recipienda, ſaltem formaliter ſunt diuerſa; ſicut & honeſtas actualis adminiſtrationis eſt formaliter diuerſa ab honeſtate actuali receptionis, idque eſt multò probabilios, quàm oppoſitum, quidquid dicat Azor. *loca citata.*

16. *Ex diſtinctione ſolum numerica præceptorum non deſumitur diſtinctio numerica peccatorũ.*

Similiter ex hoc intelligitur, minùs benè Nauar. *in Man. cap. 11. num. 4.* aſſeruiſſe, quòd ſimpliciter ex quauis pluralitate præceptorum, quæ fortè ſint de eadem actione, etiam ab iiſdem præcipientibus, contingat pluralitas peccatorum; & ſi quis omittat Sacrum, verbi gratia, die Dominico, quando in illum incidit feſtum Apoſtoli; vel omittat ieiunium feria ſexta quatuor Temporum, quando in illam ſimul incidit vigilia; non ſatisfacere Confeſſioni ſacramenrali, niſi exprimat violationem vtriuſque præcepti. Contrà enim eſt: quia, ſi diuerſitas præceptorum, quæ deſumitur ex parte præcipientium, non eſt ſatis ad multiplicanda peccata, quando eſt de eadem actione, & ſub eadem honeſtate; & ideò furtum, vnum tantùm peccatum eſt, etiamſi prohibeatur ſimul lege diuina, & humana, tam ciuili, quàm canonica, vt diximus; à fortiori, neque erit ſufficiens diuerſitas præceprorum, quæ fortè ſunt de eadem actione, & ſub eadem honeſtate ab eodem præcipiente, vt contingit in exemplis allatis. Neque ex eo, quòd vnunquodque præceptum, per ſe acceptum, poſſet ſufficere, ad hoc, vt omiſſio ſacri, vel ieiunij eſſet peccatum, vt docuerat *ſuprà* Nauar. *prel. 9. num. 20.* ſequitur, quòd de facto in illa omiſſione ſit duplex malitia, aut duplex ratio intrinſeca eſſendi peccatum; ſed ſolùm, quòd ſit duplex ratio extrinſeca, aut duplex cauſa, ex qua tamen non deſumitur diſtinctio, aut pluralitas peccatorum. Sed rectè addit Henriquez *lib. 2. de Pænitentia ſacramentali, cap. 5. num. 6. cit.* quòd ſi contingat, præcepta eſſe diuerſa quoad obiecta ſolùm materialia, vt, verbi gratia, quia prohibeant, vel præcipiant ſub eadem honeſtate, & motiuo, diuerſas actiones materiales, non ſubordinatas inter ſe, benè poſſunt ex illis peccata diſtiogui numero, & materialiter pro diuerſitate materiali actionom; quanuis non diſtinguantur ſpecie, vel formaliter: ſic enim, quia præceptum colendi feſtum, verbi gratia, ſub eadem honeſtare religionis, præcipit auditionem Sacri, & prohibet opus ſeruile, duo ſunt peccata diſtincta numero, ſi quis omittat Sacrum, & operetur ſeruiliter. Et idem fortaſſe eſt de præcepto ieiunij, quod ſimul prohibet generaliter comeſtiones quoruncunque ciborum plures vna; & præterea prohibet ſpecialiter comeſtionem carniũ, etiam vnam: ſimiliter enim ſecundùm multos duo peccata committeret, qui nec ſeruaret generale præceptum de vnica comeſtione quoruncunque ciborũ, nec ſpeciale de comeſtione carnium, vt videre eſt apud Azor. *tomo 1. lib. 7. c. 10. q. 3.* vbi pro hac ſententia citat Gabr. *in 4. diſt. 16. q. 3. art. 3. dub. 1.* Med. *in Inſtruct. Confeſſ. lib. 1. cap. 14. §. 10.* Caiet. 2. 2. *quaſt. 147. art. 7. ad vltimum dubium*, & alios; quanuis ipſe oppoſitum puter probabilius, ſicut & Tol. *lib. 6. cap. 3. num. 2.* Sed priorem ſententiam, quòd qui diſpenſantur in carnibus, non propterea ſemper diſpenſentur etiam quoad vnicam comeſtionem, præter Authores citatos etiam docet Val. 2. 2. *diſp. 9. quaſt. 2. puncto 5. §. Qui autem.* Leſſ. *lib. 4. cap. 2. dub. 6. num. 45.* Rodr. *in Summa, tom. 2. cap. 100. art. 2.* Cordub. *in Summa, quaſt. 143.* Comitolus *lib. 4. reſponſ. quaſt. 49.* Henriq. *lib. 2. cap. 13.* Graff. *in deciſ. aur. lib. 2. cap. 10. num. 48.* & alij.

17. *Si vno, & eodem præcepto præcipiantur, aut prohibeantur plures actiones materiales, poſſunt peccata eſſe plura numero.*

18. *Qui contra præceptũ ieiunij comedit carnes, & ſæpius eodẽ die, ſecundùm multos facit plura peccata diſtincta numero.*

19. *Cum vnitate præcepti & actionis materialis poſſunt aliquãdo*

Et ad idem caput diſtinctionis tantùm materialis in obiectis poteſt reduci, quòd peccata aliquando ſunt plura numero, etiam contra vnum tantùm præceptum, & quanuis actus ſit tantùm vnus; vt, v. g. ſi quis cooiugatus committat adulterium cum altera

Digitized by Google

de peccata eſſe plura numero.

teta coniugata: ſicut enim vnico actu violat iura duorum, id eſt, ſuæ coniugis, & coniugis alterius, cum qua committit adulterium, & vnicus ille actus eſt formaliter duplex in ratione iniuriæ, pro dualitate perſonarum, quas lædit; ita & eſt duplex peccatum diſtinctum numero, & tanquàm duplex eſt confitendum; & eodem modo ſe habet, ac ſi quis vnica locutione infamaret plures, vel vnica exploſione bombardæ plures occideret, vt notat Vaſq. 1.2. *diſp.*98. *cap.*3. *cit.num.*9. qui etiam addit *num.* 10. quando peecata materialiter, & numero non ſunt plura, pluralitatem materialem præceptorum neque etiam notabiliter aggrauare in eadem ſpecie; & eum, qui omittit Sacrum die Dominico, in quem incidit feſtum Apoſtoli, non teneri in Confeſſione exprimere hanc circunſtantiam duplicis obligationis: quod idem docet etiam Sanchez *lib.*9. *de matr. diſp.*15. *num.*6. & alij apud ipſum: ſecùs verò eſſet, ſi præcepta eſſent plura in ordine ad diuerſos gradus eiuſdem virtutis, & rectitudinis, quomodo aliquando ſe habent præceptum affirmatiuum, & negatiuum, vt iam diximus ex S. Thoma 1.2.*quæſt.* 72. *art.*6.*ad* 2.*&* 2.2. *q.*79. *art.* 3. quando, ſcilicet, affirmatiuum eſt de gradu optimo, atque ſummo alicuius virtutis, qui eſt facere bonum; & negatiuum de gradu infimo, qui eſt declinare ab oppoſito malo: tunc enim eorum pluralitas omninò aggrauatet peccatum in eadem ſpecie, vt docet ex profeſſo S. Thom. 2.2. *quæſt.* 79. *cit. art.*4. & eſſet id exprimendum in Confeſſione ſacramentali, vt iam indicauimus, *n.*9. quia plus receditur à rectitudine, & plus ab illa diſtatur, quando receditur poſitiuè, quàm ſi ſolùm negatiuè non accedatur: nam, quemadmodum in phyſicis à loco ſurſum, v.g. plus recedit, & plus diſtat, qui mouetur deorſum, quàm qui ſolùm non mouetur ſurſum; ita & in moralibus, à rectitudine, v.g. veracitatis, plùs recedit, & diſtat, qui dicit mendacium, quàm qui tacendo ſolùm omittit dicere veritatem. Et cùm peccatum omiſſionis ſolùm priuet perfectiori gradu virtutis, & rectitudinis, qui conſiſtit in faciendo bono, & ad quem ordinabat præceptum affirmatiuum; peccatum verò commiſſionis etiam priuet gradu minùs perfecto, qui conſiſtit in non faciendo malo, & ad quem ordinabat præceptum negatiuum, omninò inducitur per hoc peccatum commiſſionis maior priuatio rectitudinis, & ſemper cæteris paribus illud peccatum eſt grauius, & maioris malitiæ, qood inducit maiorem priuationem bonitatis, ſicut in phyſicis illud frigus eſt maius, quod inducit priuationem caloris etiam imperfectioris, vt, v.g. vt vnum, quale eſt frigus vt octo; & illud eſt minus, quod inducit priuationem caloris ſolùm perfectioris, v.g. vt ſex, vel vt quinque, quale eſt frigus, vt duo, vel vt tria.

20.
Pluralitas præceptorum non facit pluralitatem numericam peccatorum, neque etiam auget notabiliter in eadē ſpecie, & non eſt neceſſariò confitenda.

21.
Quando commiſſio, & omiſſio non differunt ſpecie; ſemper commiſſio eſt peccatum grauius in eadem ſpecie.

DISPVT. XIX.

Vtrùm peccata per exceſſum, & per defectum, ab eadem mediocritate virtutis differant ſpecie.

1. *Ex S.Thoma, peccata per exceſſum, & per defectum differunt ſpecie, quando fiunt ex diuerſis motiuis.*
2. *Proponuntur difficultates contra doctrinam allatam.*
3. *Ad primam. Peccata per defectum non ſunt eadem cum peccatis omiſſionis.*
4. *Ad ſecundam.*
5. *Ad tertiam.*
6. *Quomodo peccata per exceſſum, & per defectum fundent diuerſas negationes bonitatis contra eandem virtutem.*

EX eodem principio, quòd peccata ſumant diuerſitatem ſpecificam ex ipſis actibus, & obiectis motiuis, quæ maximè ſunt ſecundùm intentionem peccantis; non autem formaliter ex inordinatione actuum, quæ eſt ſolùm per accidens, & præter intentionem, vt *ſuprà* explicauimus *diſput.* 12. ex S.Thom. 1.2.*quæſt.*72. *art.*1. dicendum etiam eſt cum eodem S. Thoma *ibidem*, *art.*8. quòd peccata per exceſſum, & per defectum differant ſpecie, imò & ſint contraria inter ſe, cùm non modò habeant motiua diuerſa; ſed etiam contraria, vt patet in peccato intemperantiæ, quod eſt per exceſſum ex inordinato amore delectationum corporalium, & in peccato inſenſibilitatis, quod eſt per defectū ex odio ſimiliter inordinato earundem. Et quanuis magis, & minus, quando proueniunt ex eadem forma, non cauſant diuerſitatem ſpecificam; ſi tamen proueniant ex formis diuerſis, eam non tollunt: & ideò neque ex eo, quòd ipſe exceſſus, & defectus, v.g. in huiuſmodi delectationibus, ſi accipiatur materialiter, ſolùm differat ſecundùm magis, & minus; ſequitur, quòd peccata non differant ſpecie, vt ſubdit S.Thom. *in reſp.ad* 1. ſi fiant ex diuerſis motiuis, cùm ea etiam, quæ differunt ſpecie, ſæpè admittant magis, & minus, vt dicitur 8. *Ethic.cap.*1. *in fine*; & etiam ignis dicatur communiter eſſe leuior aëre. Et quemadmodum ex motiuorum diuerſitate contigit diuerſitas ſpecifica in huiuſmodi peccatis: ita & poteſt contingere vnitas, ſi tam exceſſus, quàm defectus, ſit ex eodem motiuo, vt ſubdit *in reſp. ad* 2. ſicut enim, qui ex motiuo iactantiæ recedit per exceſſum à veritate, dicendo plus, quàm verè ſit, diuerſum peccatum committit, quàm qui ex motiuo deceptionis ab eodem recedit, dicendo minus, vt, v.g. ſi nolit ſoluere centum, quæ verè debet; & ideò ſolùm dicat ſe debere quinquaginta; ita & qui ſemper recedit ex eodem motiuo, v.g. occultandæ veritatis, ſemper idem peccatum committit, ſiue recedat per exceſſum, & dicendo plus, ſiue per defectum, dicendo minus. Et denique, neque ex eo, quòd ſimul poſſit quis hoc vtroque peccato peccare, & ſimul eſſe, v. g. illiberalis, & prodigus; ſequitur, quòd hæc peccata non differant ſpecie, aut non ſint contraria, cùm nihil prohibeat, contraria aliquando ineſſe eidem ſecundùm diuerſa, vt ſubdit *in reſp.ad* 3. & aliquem ſimul eſſe illiberalem in accipiendo, quæ non debet; & prodigum in daodo ſimiliter, quæ non debet.

1.
Ex S.Thoma, peccata per exceſſum, & per defectum, differunt ſpecie, quando fiunt ex diuerſis motiuis.

Sed contrà eſt difficultas. Primò, quia tota hæc doctrina de diſtinctione peccatorum per exceſſum, & per defectum, quæ traditur à S.Thoma *art.* 8.*cit.* videtur ſuperuacanea, cùm ſatis ſit tradita *a.*6.*eiuſd. quæſt.*72. & à nobis explicata *diſp. præcedente*, de peccatis commiſſionis, & omiſſionis, à quibus hæc non diſtinguuntur.

2.
Proponantur difficultates contra doctrinam allatam.

Secundò, ſi peccatum intemperantiæ, quod eſt per exceſſum, ex eo diſtinguitur à peccato inſenſibilitatis, quod eſt per defectum; quia illud eſt ex amore delectationum, & hoc ex odio, vt vult S.Th. apertè ſequitur, quòd diſtinguantur ex cauſis, & principiis actiuis, contra id, quod *ſuprà* docuit *art.* 3. & nos explicauimus *diſp.* 15. ſiquidem amor, & odium, cùm ſint actus concupiſcentiæ, non ſunt principia, niſi actiua.

Tertiò, impoſſibile eſt, vt peccata differant ſpecie ſecundùm eſſe morale, & in ratione peccati, niſi

fundent malitias diuerſas ſpecie: ſiquidem ſi fundent eaſdem, apertum indicium eſt, quòd non differant, cùm malitiæ ſemper proportionentur obiectis formalibus, & actibus, ad quos conſequuntur: id verò in peccatis per exceſſum, & per defectum non videtur contingere, cùm vtraque fundent eandem malitiam, id eſt, eandem carentiam rectitudinis, & mediocritatis oppoſitæ.

3. *Ad primam. Peccata per defectum non ſunt eadem cum peccatis omiſſionis.*

Ad primam Reſpondeo, falſum eſſe, quòd peccata per defectuio ſemper ſint eadem cum peccatis omiſſionis, vt patet in exemplo poſito de eo, qui mentitur, dicendo minus, quàm verè ſit; & de eo, qui mentitur dicendo plus: & quanuis peccatum auaritiæ poſſit aliquando conſiſtere in ſola omiſſione, vt, ſi quis omittat ſimpliciter dare, quæ debet, tunc tamen propriè non appellatur peccatum per defectum, vt notat Val. t. 2. *diſp.6. quæſt.3. puncto 2. in fine:* quia eſt ipſe formalis defectus debiti actus, non autem actus indebitus ratione obiecti deficientis, qui propriè ſignificatur appellatione peccati per defectum; ſicut & actus indebitus ratione obiecti excedentis, ſignificatur appellatione peccati per exceſſum. Vnde ad hoc vtrunque requiritur, vt ſit vera commiſſio, & contra præceptum aliquod negatiuum, quod prohibeat certum modum operationis circa obiectum deficiens, aut excedens; & tale præceptum in exemplo allato de auaritia, apertè admittit S. Thom. 2.2.*quæſt.62.art.8 ad 1.* vbi ait, præceptum reſtituendi, præter affirmationem, de re aliena iterum ſtatuenda in ſtatu priore, etiam includere negationem de illa non detinenda. Et 1. 2. *quæſt.72.art.8* ſimile quid admittit in peccato intemperantiæ, & inſenſibilitatis: ſiquidem ſupponit, quòd præceptum de temperantia, ſimul prohibeat inordinatum amorem delectationum, ne ſint excedentes, & inordinatum illarum odium, ne ſint deficientes: & cùm vterque hic actus internus ſit poſitiuus, & vera commiſſio contra præceptum negatiuum; ille tamen dicitur per exceſſum, quia eſt cauſa externi actus verè excedentis, & hic per defectum, quia eſt cauſa externi actus verè deficientis.

4. *Ad ſecundam.*

Ad ſecundam Reſpondent Caiet. & Vaſq. *ad a. 8. cit. ex quæſt.72.* aliquando ex cauſis, & principiis actiuis contingere determinationem, etiam ſecundùm motiua, & fines proximos, & tunc etiam ex illis poſſe aſſignari diuerſitatem ſpecificam, non quidem formaliter, in quantum actiua ſunt; ſed in quantum habent adiunctam determinationem proximi finis, & obiecti formalis, vt etiam *ſuprà* explicauimus *diſput.* 15. Addi poteſt ex Conr. *in eundem articulum* 8. S. Thom. *eo loco*, quando ait, motiuum in peccato intemperantiæ eſſe amorem delectationum corporalium, & in peccato inſenſibilitatis eſſe odium earundem, non accipere amorem, & odium formaliter pro ipſo actu appetitus, & concupiſcentiæ, quomodo eſt principium actiuum; ſed accipere obiectiuè, id eſt, pro ipſa ratione boni, & amabilis, quæ eſt formale obiectum, & motiuum amoris: & hoc modo certiſſimum eſt, quòd tribuat ſpeciem, & contrarietatem.

5. *Ad tertiam.*

Ad tertiam Reſpondeo, ad diſtinctionem ſpecificam peccarorum per ſe non requiri diuerſitatem malitiæ, & priuationis; ſed ſatis eſſe diuerſitatem ipſorum actuum, & obiectorum formalium, ſiue deinde etiam malitia, quæ ex illis conſequitur, ſit diuerſa, ſiue non: ſicut enim eadem negatio rationalitatis poteſt conſequi ad differentiam equi, & leonis, & vniuerſaliter eadem negatio poteſt conſequi ad res diuerſas; & ſi accipiatur, prout ex illis conſequitur, eáſque connotat, diuerſitatem aliquam contrahit etiam ipſa, & poteſt pro illis ipſis aſſumi, vt quando dicimus, equum eſſe diuerſum; irrationalem à leone; ita & eadem negatio honeſtatis, & bonitatis, ſi cõſequatur ex diuerſis actibus, non modò iis non tollet diuerſitatem; ſed potiùs ab illis ipſa eam participabit. Et tale aliquid communiter dicitur de macula peccati habitualis, quæ eſt priuatio gratiæ: ita enim conſequitur ad diuerſa peccata actualia, vt non modò non tollat eorum diuerſitatem; ſed potiùs ipſa eam participet, & in quantum conſequitur, v.g. ex peccato furti, illudque connotat, dicatur macula furti, & in quantum conſequitur ex peccato homicidij, dicatur macula homicidij.

Deinde dico, falſum eſſe, quòd peccata per exceſſum, & per defectum fundent priuationem eiuſdem bonitatis, & honeſtatis, ſiquidem bonitas, v. g. & honeſtas liberalitatis, integratur quodammodo ex duabus, & eſt vniuerſaliter duplex, id eſt, ex datione non pluris, quàm oporteat, & ex datione non minoris, & per peccatum prodigalitatis, quæ eſt per exceſſum, ſolùm inducitur priuatio illius, in quantum eſt datio non pluris, & per peccatum auaritiæ, quæ eſt per defectum, in quantum eſt datio non minoris. 6. *Quomodo peccata per exceſſum, & per defectum fundent diuerſas negationes bonitatis contra eandem virtutem.*

Tertiò denique dico, falſum eſſe, quòd malitia peccatorum per exceſſum, aut per defectum, formaliter conſiſtat in priuatione actus boni, qui poſſet, & deberet eſſe circa mediocritatem obiecti: hæc enim priuatio ſolùm conuenit ipſi potentiæ, non autem actui, vt ex ſe patet; neque actus prodigalitatis, aut auaritiæ, circa dationes excedentes, aut deficientes, ideò eſt malus formaliter, quia non eſt actus liberalitatis circa dationes mediocres; ſed conſiſtit in priuatione illius bonitatis, quæ poſſet, & deberet eſſe in illis actibus circa dationes excedentes, & deficientes, id eſt, in carentia debiti modi, & aptæ commenſurationis, aut compoſitionis in ſuis partibus; quæ tamen carentia in vtroque actu diuerſa eſt, vt *ſuprà* diximus: & ideò actus prodigalitatis eſt formaliter malus; quia non eſt, qualis debet, circa dationes excedentes, & ſimiliter actus auaritiæ ideò eſt formaliter malus, quia non eſt qualis debet circa dationes deficientes, & vterque actus eſt proſecutionis, cùm deberet eſſe actus fugæ.

DISPVT. XX.

Vtrùm peccata differant ſpecie ſecundùm diuerſas circunſtantias.

1. *Ex S. Thoma tunc ſolùm ex circunſtantiis inducitur ſpecies peccatorum, quando ſimul concurrunt diuerſa motiua.*
2. *Proponuntur difficultates in contrarium.*
3. *Circunſtantia aliquando ex ſe ipſis tribuunt ſpeciem, etiam præſcindendo à diuerſis motiuis.*
4. *Reſpondetur ad difficultates propoſitas.*
5. *Circunſtantia generales non tribuunt ſpecialem malitiam, niſi directè intendantur.*
6. *Circunſtantia ſpeciales aliquando tribuunt ſpecies ex hoc ſolùm, quòd ſint cognita.*
7. *Circunſtantia ſcandali non eſt ſpecialis, niſi directè intendatur.*
8. *Quòd quis ſit primus in aliquo peccato, & inducat efficaciter ſocium, quomodo ſit circunſtantia neceſſario exprimenda in Confeſſione.*

EX S. Thoma 1. 2. *quæſt.72. art.9.* diuerſarum circunſtãtiarum corruptiones tunc ſolùm inducunt diuerſas ſpecies peccatorum, quando proueniunt 1. *Ex S. Thoma tunc ſolùm ex circun-*

Digitized by Google

ſtantiis inducitur ſpecies peccatorum, quando ſimul concurrunt diuerſa motiua.

niunt ex diuerſis motiuis: quia enim illiberalis, v.g. ex vno, & eodem motiuo congregandi pecuniam, malè ſe habet circa plures circunſtantias, dum eam accipit, quando non oportet, vbi non oportet, quantam non oportet; vno tantùm peccato peccat, non autem pluribus: & quia guloſus ex diuerſis motiuis poteſt malè ſe habere circa diuerſas circunſtantias comeſtionis, vt, v.g. ex irrationabili impotentia ferendi famem, comedendo præproperè, contra circunſtantiam debiti temporis, quæ dicitur circunſtantia, *quando*; & de hac ipſa præuentione temporis ſpecialiter ſumendo delectationem, vt notat Caiet. 2.2.*quæſt.* 148. *art.* 4. §. *Ad obiecta. in* 3. *dubio, &* §. *Ad tertium.* vel comedendo lautè, contra circunſtantiam, quæ dicitur, *quid*; & in ſubſtantia ciborum ſibi, ſuóque ſtatui conuenientium, vt ſanitati, vel ſenſus delectationi inordinatè indulgeat; vel nimiùm comedendo, contra circunſtantiam, quæ dicitur, *quantum*, ex inordinato appetitu roborandi corpus, quod malè putat multo cibo indigere: & ſimiliter ex his omnibus circunſtantiis ſumendo ſpecialem delectationem, rectè dicitur pluribus peccatis peccare, & ex his circunſtantiis Greg. *lib.* 30. *Mor. cap.* 27. *initio*, aſſignat ſpecies gulæ, vt benè explicat idem S. Thom. 2.2. *quæſt.* 148. *art.* 4. *& quæſt.* 14. *de malo, art.* 3. quibus locis diſertè tradit hanc eandem doctrinam de differentia peccatorum ex circunſtantiis, ſolùm quando corrumpuntur ex diuerſis motiuis, ſicut & 2. 2. *qu.* 53. *art.* 2. *ad* 3.

2. *Proponuntur difficultates in contrariũ.*

Sed contrà eſt difficultas: quia ſæpè ex circunſtantiis mutantur ſpecies peccatorum, etiam præſcindendo à diuerſis motiuis, vt patet in acceptione rei alienæ, ſi ſit ſacra, vel in loco ſacro; in percuſſione, aut homicidio, ſi is, qui percutitur, aut occiditur, ſit Clericus; in actu copulæ cum non ſua, ſi illa ſit coniugata; & ſimilibus: idque ex profeſſo docet etiam S. Thom. 1.2.*quæſt.* 18. *art.* 5. *præſertim ad* 4. *& art.* 10. vbi *in fine corp.* longè aliam tradit regulam pro diſtinctione peccatorum ex circunſtantiis, quàm ex motiuis, ex quibus fortè illæ corrumpuntur in aliquo actu; & vniuerſaliter ait, quòd *quandocunque aliqua circunſtantia reſpicit ſpecialem ordinem rationis, vel pro, vel contra, id eſt, vel præcipientis, vel prohibentis; oportet, quòd det ſpeciem actui, vel bono, vel malo.* Et *paulò ſuperius* rationem reddit, quare poſtquàm ratio apprehendit, vel concepit in obiecto vnam aliquam formam, quæ poſſet ex ſe ſufficere ad actum conſtituendum in certa ſpecie amoris; adhuc poſſit ex noua circunſtantia apprehendere, & concipere aliam, quæ eum conſtituat in alia ſpecie ſubordinata priori, cùm tamen in naturalibus id non contingat; & poſtquàm agens, vel natura tribuit formam, quæ poſſit compoſitum conſtituere in certa ſpecie, non poſſit vlteriùs tribuere aliam, quæ adueniendo priori, conſtituat ſimul cum illa compoſitum in alia ſpecie vlteriore: & ait id contingere, quia proceſſus rationis non eſt determinatus ad vnum, ſicut eſt proceſſus naturæ; ſed quolibet termino, aut forma data, poteſt ratio vlteriùs procedere per alium terminum, aut formam, ſi ex noua circunſtantia illam concipiat in eodem obiecto; cùm tamen in natura dentur formæ omninò vltimæ, & vltra illas, ſi quid adueniat, omninò adueniat tanquàm accidens, neque poſſit cum formis prioribus conſtituere ſpeciem: atque hac ratione S. Th. apertè aſſerit, quòd aliquando circunſtantia per ſeipſam, & præſcindendo ab omni alio motiuo, ſe habet, vt differentia, & forma ſpecifica, vt patet manifeſtè *ex art.* 5. *cit. ad* 4. *& art.* 10. *ad* 1. & in exemplo,

3. *Circunſtantia aliquando ex ſeipſis tribuunt ſpeciem, etiam præſcindendo à diuerſis motiuis.*

quod ponit *in corp.* de furto, & ſacrilegio: quanuis enim ratio, ex hoc præciſè, quòd aliqua res ſit aliena, apprehendat in illa ſufficientem malitiam, & diſconuenientiam in ordine ad exceptionem, & per hanc quaſi formam, vel rationem formalem obiecti in genere moris, poſſit acceptioni tribuere ſpeciem furti; ſi tamen vlteriùs in eadem re aliena apprehendat hanc circunſtantiam, quòd ſit ſacra, vel in loco ſacro, vlteriùs in illa concipit vlteriorem aliam diſconuenientiam, & quaſi formam, vel rationem formalem ſubordinatam priori; & vlteriùs tribuit eidem acceptioni aliam ſpeciem, quæ dicitur ſacrilegium. Idque ipſum clariùs explicat idem S. Thom. *quæſt.* 2. *de malo, art.* 6. vbi, poſtquàm docuit, circunſtantiam appellari omne illud, quod circunſtat actum, quaſi extrinſecùs, & extra actus ſubſtantiam, ſiue ſe teneat ex parte agentis, ſiue ex parte finis, aut materiæ, aut modi agendi, aut inſtrumenti, aut loci, aut temporis, quæ omnia numerantur ab Ariſt. 3. *Ethic. cap.* 1. & continentur communi illo verſiculo:

Quis, quid, vbi, quibus auxiliis, cur, quomodo, quando.

ſubdit, quòd ſicut in aliis poteſt aliquid eſſe extrinſecum ſuperiori, quod eſt intrinſecum inferiori, quomodo rationale eſt præter rationem animalis, & de ratione hominis; ita aliquid poteſt eſſe circunſtantia reſpectu actus communiùs conſiderati, quod non eſt circunſtantia reſpectu actus conſiderati magis in ſpeciali: & hoc modo ad hunc actum, v.g. qui eſt accipere pecuniam, tanquàm circunſtantia ſe habet ratio alieni; quæ tamen non ſe habet, vt circunſtantia ad actum furti. Et quanuis non omne illud, quod eſt accidentale, & circunſtantia reſpectu actus communioris, ſit eſſentiale actui inferiori; & ratio albi, v.g. tam ſit accidentalis furto, quàm acceptioni pecuniæ cõmuniter ſumptæ; ſemper tamen ait, id, quod eſt accidentale actui communiori, eſſe eſſentiale inferiori, quando ad illum pertinet per ſe, hoc eſt, quando ſpecialiter comparatur ad rationem vt conueniens, vel vt diſconueniens: & ideò ſi circunſtantia addita actui communiori, non importet ſpecialem repugnantiam ad rationem, non tribuere ſpeciem actui inferiori; & ſi importet, omninò tribuere. Et hoc ipſum, quòd circunſtantia ſpecialiter repugnans ad rectam rationem, tribuat ſpeciem, poſſe eſſe dupliciter: vno modo, ita vt ſpecies conſtituta per circunſtantiam poſteriorem, contineatur ſub peccato priore, tanquàm ſub genere, quomodo ſacrilegium, quod conſtituitur per circunſtantiam ſacri, continetur ſub furto; & adulterium, quod conſtituitur per circunſtantiam perſonæ coniugatæ, continetur ſub fornicatione: alio verò, ita vt ſpecies conſtituta per circunſtantiam, ſit diſparata à peccato priore, neque pertineat ad idem genus, ſed ſit actus verè diuerſus, vt ſi quis, v.g. furetur propter homicidium, vel propter ſimoniam; & tunc habeat duos actus voluntatis, alterum de furto, & alterum de homicidio, aut ſimonia; ſed hic circunſtet illum tanquàm amor, & intentio finis, cuius gratia, & amore ille eſt: ſicut enim in phyſicis dupliciter poteſt intelligi, quòd addatur aliquid alteri; primò, vt id, quod additur, ſit per ſe diuiſiuum illius, cui additur, vt quando ratio albi intelligitur addi colorato; & tunc per huiuſmodi additionem cõſtituitur ſpecies ſub illo genere; vt, v.g. ſpecies albi ſub colorato: deinde vt pertineat ſolùm per accidens, vt quãdo eidem colorato additur ratio dulcis, & tunc conſtituitur alia ſpecies diſparata: ita & in moralibus dupliciter poteſt ſe habere circunſtantia: primò, vt ratio, quæ ex illa apprehenditur

apprehenditur in obiecto, ſe habeat, vt per ſe diuiſiua prioris rationis, & tunc ſub illa ipſa dat ſpeciem, vt patet in ſacrilegio, quæ eſt ſpecies furti; & in adulterio, quæ eſt ſpecies fornicationis: deinde, vt non comparetur ad priorem rationem, tanquàm diuiſiua; ſed comparetur tanquàm obiectum per ſe ad alterum actum, qui circumſtat priorem, & tunc conſtituit ſpeciem diſparatam, vt patet in altero exemplo, quando quis vult furari; quia vult occidere, aut committere ſimoniam, vt ſubdit S. Thom. *ibidem, in reſp. ad* 2. & in hoc tantùm poſteriore caſu actus furti eſt in duplici ſpecie peccati, aut mali, id eſt, in ſpecie furti, & homicidij, cùm ratio vtriuſque malitiæ ſit diſparata, & vna participetur ab illo actu intrinſecè, & formaliter, id eſt, malitia furti; & altera ſolùm extrinſecè per habitudinẽ ad alterum actum, tanquàm ad finem, id eſt, malitia homicidij; non autem altera ſe habeat, ſicut ratio generis, vel obiecti generici, & altera ſicut ratio differentiæ, vel obiecti ſpecifici, vt contingit in priore caſu: vt enim explicat S. Thom. *ibidem, in reſp. ad* 3. verè ſacrilegium, quando committitur in acceptione rei alienæ, quæ ſit ſacra, vel exiſtat in loco ſacro, in vna tantùm ſpecie eſt, & continetur ſub furto, tanquàm ſub genere, & ſecundùm iura aſſignatur ſub illo, vt ſpecies, vt patet ex communi diuiſione ſpecierum furti apud Azor. *tom.* 3. *lib.5.cap.*12. & apud Sayrum *lib.9.clau.reg cap.* 13.*n.* 8. quia, ſcilicet, quemadmodum res aliena accepta in genere, diuiditur in eam, quæ ſit ſacra, & eam, quæ non ſit ſacra, tanquàm in ſpecies formaliter diuerſas in ordine ad rationem; ita & furtum acceptum in genere diuiditur in ſacrilegium, & non ſacrilegium, quod propter imperfectionem communiter appellatur eadem appellatione generis.

Si autem admittantur hæc omnia, quæ diſertè, & ex profeſſo traduntur à S. Thom. de circunſtantiis, non apparet, quomodo poſſit conſiſtere præſens doctrina, quòd diſtinctio ſpecifica peccatorum tunc ſolùm habeatur ex circunſtantiis, quando corrumpuntur ex diuerſis motiuis; ſiquidem etiam habetur præſcindendo à motiuis, quandocunque reſpiciunt ſpecialem ordinem rationis, vel ſunt per ſe diuiſiuæ in genere moris, vel terminant per ſe diuerſum actum, vt diximus.

4. *Reſpondetur ad difficultates propoſitas.*

Reſpondeo, ſi admittatur tota doctrina de circunſtantiis, quæ affertur ex 1.2. *qu.*18. *art.*5. *&* 10. *& quæſt.*2. *de malo, art.*6. adhuc conſiſtere præſentem doctrinam de circunſtantiis per motiua, dummodo rectè intelligatur: vt enim benè notat Conr. 1.2. *quæſt.* 72.*art* 8. §. *D.*5. *probat exemplariter.* non eſt intelligenda de circunſtantiis, quæ ex ſe reſpiciunt ſpecialem ordinem rationis, vel pro, vel contra, vt loquitur S. Thom. 1.2. *quæſt.* 18. *art.*10. quia tunc non manent propriè in ratione circunſtantiæ, id eſt, ſolùm extrinſecùs, & extra actus ſubſtantiam circunſtantes, & afficientes; ſed ſe habent, vt conditio, & differentia eſſentialis obiecti, vt habet expreſsè S.Thom. *quæſt.*18. *cit. art.*5. *ad* 4. *& art.*10. *ad* 1. vel certè comparantur, vt obiectum per ſe ad alterum actum, qui circunſtat actum priorem, vt habet *quæſt.* 2. *de malo, art.*6. *ſimiliter cit.* ſed debet intelligi de circunſtantiis, prout manent in vera ratione circunſtantiæ, & ſe habent tanquàm accidens ad obiectum formale, vt idem habet *eod.art.*10. *ad* 2. tunc enim cùm ex ſe non dent ſpeciem, vt *ibidem* habetur, ſolùm poſſunt illam tribuere, in quantum illarum corruptio prouenit ex diuerſis motiuis. Atque hoc ſolùm velle S. Thom. *art.*8.*cit.ex quæſt.* 72. clarè habetur ex ipſius exemplis de illiberali, qui ex eodem motiuo congregandi pecuniam, violat diuerſas circunſtantias acceptionis pecuniæ; & de guloſo, qui ex diuerſis motiuis violat diuerſas circunſtantias comeſtionis: in vtroque enim exemplo circunſtantiæ non mutant eſſentialiter, & in ordine ad rationem ipſa obiecta, quæ circunſtant, id eſt, acceptionem pecuniæ, & comeſtionem; neque ſe habent, vt conditiones, aut differentiæ eſſentiales priorum obiectorum, quibus intelliguntur aduenire, neque comparantur, vt obiecta per ſe ad actus diſtinctos; ſed ſolùm ſe habent, vt modi, aut formæ accidentales eiuſdem obiecti, illumque relinquunt in eodem ordine ad rationem: ac proinde vt talis ordo mutetur, ſicut requiritur ad diſtinctionem ſpecificam peccatorum, omninò eſt opus diuerſis motiuis, quod ſolùm vult S. Thomas *art.* 8. *cit. ex quæſt.*72.

5. *Circunſtantiæ generales non tribuunt ſpecialem malitiam, niſi directè intendantur.*

Atque ex his omnibus videtur poſſe explicari, quare circunſtantiæ, quæ appellantur generales, & reperiuntur in omni peccato, vt, v.g. quòd ſit contra Deum, eique diſpliceat, quòd ſit contra legem, quòd contineat ingratitudinem; non tribuant ſpecialem malitiam, niſi directè, & ſpecialiter intendantur: aliæ verò, quæ appellantur ſpeciales, & ſolùm reperiuntur in certis peccatis, vt, v.g. quòd res aliena, quæ per furtum accipitur, ſit ſacra; quòd perſona, quæ percutitur, ſit Clericus; omninò tribuant, ex hoc ſolùm, quòd ſint cognitæ, etiamſi non ſint per ſe intentæ; imò & quamuis diſpliceant poſitiuè, vt quando quis poſitiuè dolet, quòd res, quam vult furari, ſit ſacra; & quòd inimicus, quem vult percutere, ſit Clericus: quamuis enim de hac re plurima diſputentur à Doctoribus, vt videre eſt apud Salas 1. 2. *tract.*13. *diſp.* 15. *ſect.* 15. & apud Vaſq. *diſp.* 101. cæteris tamen omiſſis, optima ratio videtur eſſe; quia circunſtantiæ generales, in quantum huiuſmodi, non reſpiciunt ſpiritualem ordinem rationis, pro, vel contra, vt loquitur S. Thom. 1.2.*quæſt.*18. *art.*10. ſed ſe habent, vt principia generalia deformitatis, & in obiecto ſpecifico, quod eſt principium deformitatis ſpecificæ, in vnoquoque peccato includuntur, ſicut principia generis in ſpecie; & ideò non ponunt in numerum contra ſpecialem deformitatem, ſicut nec ponunt in numerum contra ſpeciale obiectum, vt optimè explicat S.Thom. *quæſt.* 23.*de ver.art.* 7. *ad* 2. at verò quando intenduntur directè, comparantur ad ſuum actum, quo intenduntur, tanquàm obiecta ſpecialia, & in ordine ad illum verè reſpiciunt ſpecialem ordinem rationis, & non modò illi tribuunt propriam ſpeciem, & ſpecialem malitiam; ſed etiam ſpecialiter eam communicant alteri peccato, quod committitur ex huiuſmodi intentione directa talium circunſtantiarum: nam, qui committit, v.g. furtum ex directa intentione, vt diſpliceat Deo, verè committit duo peccata, & conſtituit actum furti in duplici ſpecie mali, ſiquidem facit, vt dupliciter ſit deordinatus, id eſt, contra iuſtitiam, quæ eſt deordinatio intrinſeca, & primaria ex obiecto, & contra charitatem, quæ eſt deordinatio extrinſeca, & ſecundaria ex circunſtantia mali finis. Neque hoc eſt abſurdum, quòd vnus actus in genere naturæ, ſit plura peccata in genere moris, vt benè explicat S. Thom. 1.2. *quæſt.*1. *art.*3.*ad* 3. *& quæſt.*18. *art.*7. *ad* 1. *& q.*2. *de malo, art.*6. *ad* 3. ſiquidem malitiæ, & deordinationes comparantur ad actum peccati, ſicut formæ accidentales ad ſubiectum, & quemadmodum non eſt abſurdum, quòd idem ſubiectum per plures qualitates ſit in multiplici ſpecie qualis, vt v.g. pomum in ſpecie albi, & dulcis; ita neque eſt abſurdum, quòd idem actus ſit in mul-

triplici

tiplici ſpecie mali. Et contrà, circunſtantiæ ſpeciales, quando ex ſe reſpiciunt ſpecialem ordinem rationis, ſe habent vt conditiones, vel differentiæ eſſentiales prioris obiecti, illúdqoe trahunt ad aliud eſſe, vel genus obiecti; & per conſequens etiam faciunt, vt alio modo ſpeeificet actum, & alterius generis fundet malitiam: quanuis enim non intendantur directè, & ranquam obiectum; id ramen, quod directè intenditur, tanquàm obiectum, non intenditur niſi ſub illis, & provt cognitum ſub illis exiſtens, reſpicit ſpecialem ordinem rationis, & fundat ſpeciale dictamen, & in ipſo actu ſpecialem malitiam, ſi non talis eliciatur, qualis præſcribitur per hoc dictamen.

7. *Circunſtantia ſcandali non eſt ſpecialis, niſi directè intendatur.*

Quæ autem circunſtaotiæ ſint generales, & quæ ſpeciales, & vtrùm circunſtantia ſcandali, & quòd aliquis ſit alteri cauſa, aut occaſio ſpiritualis ruinæ, debeat numerari inter circunſtantias generales, & ideò non tribuat ſpecialem malitiam, niſi directè intendatur, an verò ſit circunſtantia ſpecialis; & ſatis ſit, ſi aduertatur; & intentio feratur in obiectum, provt cognitum ſub illa exiſtens, non eſt huius loci. Certè S. Thom. 2. 2. *quæſt*. 43. *art*. 3. non ſolùm de ſcandalo paſſiuo, quo aliquis per ſeipſum ex dicto, aut facto alterius ſumit ſibi occaſionem ruinæ; ſed etiam de actiuo, quo aliquis dicto, vel facto ſuo præbet alteri occaſionem ruinæ, negat eſſe ſpeciale peccatum, quando contingit ſolùm per accideos, & præter intentionem agentis; & qui inordinatè aliquid dicit, aut facit, oon intendit, dicto illo, aut facto dare alteri occaſionem ruinæ; ſed ſolùm ſuæ ſatisfacere voluntati: & 1. 2. *quæſt*. 73. *art*. 8. *ad* 3. de eo, qui prouocando mulierem ad fornicationem, eſt illi cauſa mortis ſpiritualis, diſertè negat, quòd grauiùs peccet, quàm homicida, qui eſt alteri cauſa mortis corporalis; quia non intendit directè talem ruinam, ſed ſolùm delectationem: & idem aſſerit etiam Caiet. *in Summa*, *verb. ſcandalum.* & Azor. *tom*. 1. *lib*. 4. *cap*. 20. *quæſt*. 1. Et ratio videtur eſſe: quia, ſicut inferre ſibi ſpiritualem ruinam, quod contingit per omne peccatum mortale, cuius quiſque eſt author ſibi, eſt quid generale, neque habet ſpecialem malitiam, niſi intendatur directè: ita & inferre alteri, quod contingit per omne peccatum mortale, cuius quiſque eſt author alteri; cùm hoc nihil aliud dicat, niſi ipſam ſpiritualem ruinam, & hæc ſit quid geoerale in omni peccato, & cæteris paribus ſemper ſit eiuſdem rationis, ſiue cauſetur immanenter, & in ipſo cauſante, ſiue tranſeunter, & in altero. Et quemadmodum, qui eſt alteri cauſa diſplicendi Deo per actum peccati, vel violandi legem, aut contrahendi aliquam aliam rationem malitiæ generalem, non peccat ſpecialiter contra charitatem in Deum, vel contra obedientiam; ita & qui eſt alteri cauſa nocendi ſibi, aut ſibi inferendi ſpiritualem ruinam, non peccat ſpecialiter contra charitatem in illum: ſecùs verò eſſet, ſi ruina ſpiritualis alterius per ſe conſequeretur ex facto alicuius: quia tunc factum illud non poſſet præſcindi à malitia ſpeciali ruinæ alterius, vt notat S. Thom. 1. 2. *quæſt* 73. *art*. 8. *cit. in corp*. exemplo illius, qui publicè fornicatur, & facit ſcandalum plurimorum. Sed de hoc plura poſſunt videri apud Vaſq. 1. 2. *diſp*. 102. *præſertim cap*. 4. *& ſeq.*

8. *Quod quis ſit primus in aliquo peccato, & inducat efficaciter ſocium, quomodo ſit circunſtantia neceſſariò exprimenda in Confeſſione.*

Atque ex hoc videtur colligi, quòd qui eſt primus, v. g. in peccatis carnalibus, & inducit efficaciter ſocium ad ſibi conſentiendum, & ad ſimul peccandum, non tenetur in Confeſſione ſpecialiter exprimere hanc circunſtantiam primitatis: quia contraxerit per illam ſpecialiter malitiam ſcandali, dando alteri occaſionem ruinæ: ſiquidem hæc circunſtantia ſcandali tunc ſolùm tribuit ſpecialem malitiam, quando eſt directè intenta, vt iam diximus; ſed benè tenetur illam exprimere propter malitiam intemperantiæ; ſaltem diſtinctam numero, ſi aduertit, quòd præter ſuum peccatum, fuit etiam cauſa peccati alterius, ad quod ille non erat paratus, & quod alioqui non commiſiſſet.

DISPVT. XXI.

Quibus modis multiplicentur numero peccata cordis.

1. *De qua multiplicatione numerica ſit ſermo.*
2. *Peccata cordis propriè dicta multiplicantur numero ex phyſica multiplicatione actuum, etiam propter ſolam interruptionem temporis.*
3. *Ad multiplicationem numericam non eſt neceſſarium, vt prior actus retractetur.*
4. *Si peccata cordis ſint apta conſummari exteriùs, non multiplicantur numero ex ſola multiplicatione actuum interiorum.*
5. *Per ſomnum non neceſſariò interrumpuntur, & multiplicantur peccata cordis, quæ ſunt apta conſummari exteriùs.*
6. *Per operationes diſparatas interrumpuntur, & multiplicantur peccata cordis.*
7. *Etiamſi actus interiores differant ſpecie, non neceſſariò multiplicant numero peccata cordis.*
8. *Peccata cordis multiplicantur numero ad multiplicationem numericam obiectorum totalium.*
9. *An, & quomodo vna voluntas, v. g. occidendi plures, ſit plura peccata.*
10. *Qui vult laborare pluribus feſtis, vel comedere pluribus diebus ieiunij, facit plura peccata.*
11. *Qui vult laborare pluries eodem feſto, vel comedere pluries eodem die ieiunij, peccat mortaliter.*
12. *Qui vult occidere Titium, & totam eius familiam, tot peccata committit, quot ſunt homines in illa familia.*
13. *Qui vult vnico ſermone detrahere pluribus, aut teſtificari contra plures, facit plura peccata.*
14. *Qui continuat communicare ciuiliter cum excommunicato vitando, peccat mortaliter.*
15. *Beneficiatus, qui continuat abeſſe à Choro, peccat mortaliter.*

POST explicatam diuerſitatem ſpecificam peccatorum, dicenda ſunt aliqua etiam de diuerſitate numerica, & regulæ aliquot ſunt tradendæ, quibus illa dignoſci poſſit.

1. *De qua multiplicatione numerica ſit ſermo.*

Sed in primis eſt ſupponendum, dum agimus *hoc loco* de diuerſitate, ac multiplicatione numerica peccatorum, non eſſe ſermonem de illa, quæ eſt coniuncta cum diuerſitate ſpecifica, quomodo furtum, & homicidium, v. g. dicuntur non eſſe vnum peccatum numero, neque de illa, quæ habetur ratione ſubiecti, & ſuppoſiti operantis, vt quando voluntas furandi, quæ eſt in Petro, dicitur non eſſe idem peccatum numero, cum voluntate furandi, quæ eſt in Paulo; ſed ſolùm de illa, quæ poteſt repetiri in eodem ſuppoſito operante, & intra eandem ſpeciem peccati: vt ſi Petrus, v. g. eliciat duos actus odij, duos actus furti. Atque hæc ipſa multiplicatio numerica magis eſt attendenda moraliter, & ſecundùm moralem æſtimationem, quàm phyſicè, & ſecundùm eſſe reale: ſicut enim fieri poteſt, vt actus mali, qui ſecundùm eſſe phyſicum ſunt verè plures, & non ſolùm differunt numero, ſed etiam ſpecie, vt intentio, v. g. furandi, electio mediorum

mediorum ad furandum, delectatio de furto; ſecundùm eſſe morale ſint tantùm vnus, & tanquàm vnum peccatum numero ſint confitendi; ita è contrà fieri poreſt, vt actus, qui ſecundùm eſſe phyſicum eſt tantùm vnus, ſecundùm eſſe morale ſit plores, & tanquàm plures ſit confitendus: vt ſi quis eliciat, v g. vnicum actum voluntatis, & velit occidere decem.

2. *Peccata cordis propriè dicta multiplicantur numero ex phyſica multiplicatione actuum, etiā propter ſolam interruptionem tēporis.*

Hoc autem poſito, primò certum eſt, peccata cordis propriè dicta, quæ ſolùm ſunt apta conſummari interiùs, neque poſtulant vlteriùs perfici verbis, aut opere, vt eſt, v. g. peccatum infidelitatis, odij, deſperatioois; multiplicari numero ex phyſiea multiplicatione actuum, etiamſi hæc contingat ex ſola interruptione temporis. Ita Nau. *in Man. c. 6. num. 16. & in c. conſideret. de pœnit. d. 5. num.* 48. Armilla *verb. peccatum, num* 4. Tab. *peccatum*, 1. *q.* 8. Azor. *tom.* 1. *lib.* 4. *cap.* 4. *quæſt.* 4. S. Antonin. 2. *p. tit.* 5. *cap.* 1. §. 10. S. Thom. *in* 2. *diſt.* 42. *quæſt.* 1. *art.* 1. Suar. *de pœnit. diſput.* 22. *ſect.* 5. & alij apud Azor. *loco cit.* Probatur: quia quemadmodum, ſi quis ceſſet à viſione, v. g. alicuius obiecti, & poſt aliquod tempus ad illam redeat, poſterior viſio non eſt illa ipſa, quæ fuit priùs, cùm illa iam ſit præterita, & naturaliter redire non poſſit, & ad vnitatem numericam motus, vel actus, neceſſariò requiratur vnitas temporis, vt docet Ariſt. 5. *Phyſic. text.* 35. ita etiam, ſi quis ceſſet ab actu hæreſis, aut odij, & poſt aliquod tempus ad illum redeat; poſterior actus non eſt idem numero cum priore, ſed diſtinctus, & malus per malitiam numero diſtinctam; non ſecùs, ac eſſet actus ipſe externus, v. g. furti, aut adulterij, ſi repeteretur, poſtquàm ſemel eſſet commiſſus, & conſummatus.

Dixi autem, etiamſi multiplicatio phyſica contingat ex ſola interruptione temporis: quia, ſi contingat ea diuerſitate obiectorum totalium, & aliquis, v g. per duos actus odij, ſimul velit malum duobus, vel in eodem inſtanti, in quo ceſſat ab odio vnius, incipiat odium alterius, ſine vlla interruptione temporis extrinſeci, eſt multò certius, quòd peccata ſint diuerſa, & plura numero, vt notat Suar. *de pœnit. diſp.* 22. *ſect.* 5. *cit.*

3. *Ad multiplicationē numericam non eſt neceſſariū, vt prior actus retractetur.*

Atque ex hoc colligitur, ad multiplicationem numericam huiuſmodi peccatorum non eſſe neceſſarium, quòd prior actus retractetur, quidquid dicat Canus *in relect. de pœnit. p.* 5. §. *Et per hoc ad primum.* dummodo enim actus odij tempore aliquo intermittatur, non poteſt, quando deinde repetitur, non eſſe diſtinctus: & quemadmodum retractatio non eſt neceſſaria ad huc, vt ille interrumpatur; ita neque eſt neceſſaria ad hoc, vt multiplicetur.

Quòd ſi dicas, cum eodem Cano *ibidem*, huiuſmodi multiplicationem numericam peccatorum, debere accipi moraliter; non autem phyſicè, vel mathematicè; quia alioqui, qui permanet per horam, v. g. in actu odij, non poſſet dici ſemel tantùm peccare, niſi toto illo tempore actum illum ita continuaret, vt ne per minimam quidem, aut leuiſſimam diſtractionem illum interrumperet, quod tamen eſt valdè durum, cùm nemo poſſit huiuſmodi multiplicationes, quæ contingunt ex leui diſtractione, aduertere, vt deinde ea manifeſtet in Confeſſione: & ideò ſicut qui per tantillum temporis diſtrahitur ab actu odij, & deinde ad illum ſtatim redit, non cenſetur moraliter actum multiplicare; quia primus actus adhuc moraliter manet, cùm non fuerit retractatus: ita ſimiliter neque multiplicabit, ſi diſtractio duret diutiùs, dummodo primum actum non retractet. Reſpondeo, verum quidem eſſe, quòd huiuſmodi interruptio debeat eſſe moralis, non autem phyſica, aut mathematica, & qui per aliquid temporis inuoluntariè diſtrahitur ab actu odij, & ſtatim ad illum redit, non cenſeatur moraliter actum multiplicare: nego tamen id prouenire ex eo, quia actus peccati moraliter maneat, & ſemper denominet actu peccantem, quouſque non fuerit retractatus; id enim ſi eſſet, is, qui ſemel peccaſſet peccato odij, & per menſem tale peccatum non retractaſſet, non ſolùm diceretur toto illo tempore peccator habitualiter; ſed etiam peccans actualiter: quod tamen eſt falſum; ſed prouenit ex eo, quia breuis illa interruptio, cùm ſit inuoluntaria, moraliter non aduertitur, & nulla ipſius habetur ratio; & actus ſecundùm moralem æſtimationem cenſetur continuatos, quando non eſt voluntariè interruptus.

Et quamuis fortaſſe reuerà, & apud Deum, huiuſmodi actus ſint plures, cùm primus ille verè interrumpatur, quamuis inuoluntariè, & inaduertenter; apud homines tamen, & in ordine ad Confeſſionem, accipiuntur, tanquàm vnus, quando eorum diſtinctio non poteſt perfectiùs cognoſci, & manifeſtari, vt notat Suar. *ſect.* 5. *cit. num.* 11. *& ſeq.* & ideò poſſunt dici moraliter eſſe vnus.

Quod verò habet Stephanus Fagundez *lib.* 3. *de præceptis Eccleſiæ, cap.* 5. *n.* 1. 5. ex Rebello *de obligat. iuſt. part.* 1. *lib.* 2 *quæſt.* 17. *ſect.* 2. *num.* 9. *&* 10. ad multiplicationem numericam peccatorum ex temporis interruptione, requiri ſaltem vnum quadrantem, vel etiam in aliquibus mediam horam; non video, qua bona ratione poſſit probari, vt non exiſtimetur dictum gratis, & ſine fundamento: neque Nau. *in Man. cap.* 6. *num.* 18. §. *Infertur octauò.* quem etiam pro hoc dicto citat Fagundez, quidquam tale habet, vt patet legenti.

Secundò, peccata cordis, quæ perficiuntur, & conſummantur exteriùs, ſaltem moraliter, & in ordine ad Confeſſionem, non multiplicantur, quandiu durant in aliquo ſuo effectu, & ratione illius poſſunt dici manere virtute, etiamſi ſæpiùs repetantur. Ita Nauar. *in Man. cap.* 6. *cit. num.* 16. *& in cap. conſideret. num.* 48. *cit. de pœnit. diſt.* 5. Caiet. *tom.* 1. *opuſc. tract.* 31. *reſp.* 15. *dub.* 2. *&* 2. 2. *quæſt.* 66. *art.* 3. Suar. *de pœnit. diſp.* 22. *ſect.* 5. *n.* 21. Vaſq. 1. 2. *diſp.* 75. *cap.* 2. *num.* 5. *&* 6. & alij communiter. Probatur: quia, ſi quis ad occidendum inimicum, v. g. longum iter ſuſcipiat, & ſæpiùs renouet intentionem occidendi, moraliter non cenſetur ſæpiùs peccare, ſed ſolùm magis confirmare prius peccatum: & cùm toto illo tempore nunquam ſit non peccans; ſemper tamen continuat idem peccatum, & omnes operationes, quas facit in illo itinere, ſolùm facit propter homicidium, & omnes aſſumit, tanquàm medium ad illud perficiendum; & ideò quandiu durat talis continuatio vnius peccati, non poteſt fieri peccans de nouo, etiamſi pluries renouet voluntatem peccandi. Et quamuis Vaſq. *diſp.* 75. *cit. cap.* 3. *n.* 11. ab operationibus, quæ poſſunt continuari in vnum peccatum, excludat ſomnum, & vniuerſaliter aſſerat, ſemper per ſomnum interrumpi peccatum; probabilius tamen videtur, quòd etiam ſomnus poſſit continuare peccatum, ſi etiam ipſe aſſumatur, vt medium ad eundem finem, vt notat Nau. *in cap. conſideret. n.* 48. *cit. de pœnit. diſt.* 5.

4. *Si peccata cordis ſint apta conſummari exteriùs, non multiplicantur numero ex ſola multiplicatione actuum interiorum.*

5. *Per ſomnum nō neceſſariò interrumpuntur, & multiplicantur peccata cordis.*

Secùs verò eſſet, ſi huiuſmodi peccatum volendi occidere hominem, interrumperetur per aliquam aliam occupationem diſparatam, quæ fortè occurreret in medio itinere, & ad finem homicidij ſe haberet impertinenter: tunc enim quia illa occupatio non poſſet eſſe nexus actionum præcedentium cum ſubſequentibus, verè prior voluntas intelligeretur

6. *Per operationes diſparatas interrumpuntur & multiplicantur peccata cordis.*

tur ceſſare, ſi non maneret in ſe actualiter; & quando deinde iter inceptum reſumeretur ad perpetrandum homicidium, cõmitteretur nouum peccatum, ſicut docet Nau. *in Man. c. 6. cit. n.* 18. de eo, qui illicitis amoribus captus, mulierem perſequitur, vt ea potiatur: quamuis enim, ſi diem, aut noctem integram conſumat in cantilenis, vt eam alliciat, vel alio modo quærat opportunitatem eam alloquendi, aut habendi, vnum tantùm peccatum committat; ſi tamen huiuſmodi operationem interrumpat, & vacet aliis occupationibus, & negotiis, quæ non ſint via ad illum finem, & deinde iterum redeat ad malam operationem prouocandi mulierem, tot peccata multiplicat, quoties repetit priorem voluntatem, eo modo iam interruptam: quod totum optimè explicatur ex iis, quæ diximus *lib. 1.* de voluntario virtute.

7.
Etiamſi actus interiores differant ſpecie, non neceſſariò multiplicãt numero peccata cordis.

Idque eſt verũ, non ſolùm, quãdo huiuſmodi actus interiores, qui renouantur, ſunt eiuſdem ſpeciei phyſicæ, vt ſi quis ſæpiùs renouet intentionem homicidij, vel adulterij; ſed etiam, quando ſunt in ordine ad vnum aliquid, & differunt ſpecie: vt ſi quis poſt actum intentionis eliciat actum electionis, delectationis: dummodò enim huiuſmodi actus per aliquem effectum, aut operationem mediam continuentur, & moraliter poſſint dici vnum voluntarium; non ſunt, niſi vnum peccatum.

8.
Peccata cordis multiplicãtur numero ad multiplicationem numericam obiectorum totalium.

Tertiò, peccata cordis, ſiue ſint apta exteriùs perfici, ſiue non, moraliter multiplicantur numero, non ſolùm ad temporis interruptionẽ; ſed etiam ad multiplicationem obiectorum totalium. Ita Azor. *tom. 1. lib. 4. c. 4. q. 3. & 4. cit.* ex Suar. *de Pœnit diſp. 22. ſect. 5. cit. n.* 34. ſi quis enim vnico actu voluntatis velit occidere, v. g. decem, aut decies omittere Sacrum, vel Horas canonicas, ieiunium frangere, peierare; moraliter loquendo, vnicus ille actus eſt decem peccata, ſaltem æquiualenter, & tanquàm decem eſt confitendus: neque eſt ſatis, ſi is, qui per illum peccauit, dicat Confeſſario: *Habui ſemel voluntatem occidendi.* ſed debet addere: *Et volui occidere decem.* Neque in

9.
An, & quomodo vna volũtas, v. g. occidẽdi plures, ſit plura peccata.

hac re multùm refert, vtrùm huiuſmodi actus reuerà ſit dicendus eſſe decem peccata, an verò eſſe vnum peccatum, & cũtinens vnã malitiam; ſed quæ æquiualeat decem malitiis: hæc enim omnia potiùs pertinent ad modum loquendi, quàm ad rem: & ſi nomine peccati intelligatur ipſe actus voluntarius deordinatus, quomodo ex S. Thom. 1. 2. *q. 72. art. 1.* accipitur nomen peccati, quando peccata dicuntur ſpecificari ex obiectis, certum eſt, huiuſmodi voluntatem non eſſe niſi vnam, & per conſequens etiã peccatum eſſe vnum: & ſicut huiuſmodi voluntas, cùm ſit vna ſecundùm eſſe phyſicum, terminatur indiuiſibiliter ad decem homines, & æquiualet decem voluntatibus, quarum vnaquęque terminetur ad ſingulos; ita & dici poteſt indiuiſibiliter habere vnã malitiam, quæ æquiualeat decem, idque ſolùm ſignificatur, quãdo dicitur huiuſmodi actus moraliter eſſe decem peccata, de qua re legi poteſt Suar. *diſp. 22. ſect. 5. cit. à num.* 33.

Verùm contra hoc eſt difficultas: quia non apparet, quare ſi quis vnico actu velit occidere, v. g. decem homines, moraliter, & ſaltem ſecundùm æquiualentiam committat decem peccata homicidij; non autem is, qui vult furari, v. g. decem aureos, committat decem peccata furti.

Sed breuiter dici poteſt diſparitas eſſe: quia decẽ homines ſunt decẽ obiecta totalia in ordine ad tribuendas moraliter, & per æquiualentiam decem malitias; cùm tamen decẽ aurei ſolùm ſint obiecta partialia. Et ratio eſt: quia vita cuiuſque nihil vnitatis habere poteſt cum vita alterius, ratione cuius poſſit continuari, & conſtituere ſimul cum illa aliquid vnũ in eo genere boni, in quo ipſa eſt; ſed ſemper reſpectu cuiuſque eſt bonum integrum, & totale; neque vnquam poteſt eſſe partiale: at verò vnuſquiſque aureus poteſt ſimul cum alio conſtituere vnum bonum totale in ſuo genere; & ſi decem aurei ſimul accipiãtur, obiectum totale eſt ipſa tota collectio omnium decem, quæ verè eſt vnum aliquod bonum, & in quo ſinguli aurei ſolùm ſe habent, vt partes; atque ita multò maior eſt ratio, vt voluntas occidendi decem moraliter cenſeatur decem peccata homicidij, quàm vt voluntas furãdi decẽ, moraliter cenſeatur decem peccata furti. Et eadem ratione, ſi contingat, vt decẽ aurei, qui per furtũ accipiuntur, ex aliquo alio capite non coaleſcant in aliquod vnum, vt, v. g. ſi ſinguli debeant accipi à diuerſis dominis; & ideò damnum, & iniuria, quæ infertur vni, neceſſariò ſit diſtincta totaliter à damno, & iniuria, quæ infertur alteri, ſicut vita, quæ per homicidium aufertur vni, eſt diſtincta à vita, quæ aufertur alteri, ſine vllo abſurdo poteſt concedi, quòd etiã voluntas furandi decẽ, ſit moraliter, & ſecundùm æquiualentiã decem peccata furti, & tanquàm decẽ ſint manifeſtanda in Confeſſione.

Ad diſcernendum autem, vtrùm aliqua plura obiecta, quæ ſimul ſunt volita per vnum actum, ſint totalia, & illum actum conſtituant in ratione multiplicis peccati; an verò ſint partialia, & actum relinquant in ratione tantùm vnius peccati; videndum eſt, vtrùm continuentur aliquo modo inter ſe, & vniantur in aliquid vnum, ſaltem ratione effectus, quem relinquunt: tunc enim ſunt partialia, & actus, quo ſunt volita, eſt vnum tantùm peccatum, vt in re non abſimili, id eſt, quomodo ex peccatis venialibus poſſit aliquando fieri mortale, docet Vaſq. 1. 2. *diſp. 146. c. 2. n. 3.* & Sanchez *lib. 1. in Decal. c. 4. n. 9.*

10.
Qui vult laborare pluribus feſtis, vel comedere pluribus diebus ieiunij, facit plura peccata.

Atque hoc modo, ſi quis velit operari ſeruiliter pluribus diebus feſtis, vel aliquid modicum comedere pluribus diebus ieiunij, voluntas illa, quamuis ſit vnica ſecundùm eſſe phyſicum; eſt tamen multiplex ſecũdùm eſſe morale, & in ratione peccati; quia iniuriæ, quæ fiunt contra illos dies, non continuantur, neque coaleſcunt in vnam iniuriam, ſicut neque ipſi dies continuantur, aut coaleſcunt in vnum diem: at verò ſi quis velit pluries operari ſeruiliter in vno die feſto, vel pluries comedere aliquid modicum in

11.
Qui vult laborare pluries eodẽ feſto, vel comedere pluries eodem die ieiunij, peccat mortaliter.

vno die ieiunij, poteſt peccare vno tantùm peccato; quia & partes temporis, quibus voluntatiè impeditur à diuino ſeruitio in illo die, moraliter continuantur in vnam partem notabilem illius diei; & comeſtiones modicæ, quibus reficitur eadem die, moraliter continuantur in vnam comeſtionem, & refectionem notabilem, contra præceptum ieiunij, vt notant Authores citati.

Atque ex hac regula, quæ deſumitur ex continuatione obiectorum, poſſunt ſolui multi caſus particulares: primò enim, ſi quis velit totam domum diripere, totam Bibliothecam furari, totum gregẽ mactare, totas ſegetes alicuius comburere, non peccat, niſi vno peccato, vt concedit Nau. *in Man. c. 6. cit. n.* 18. & Azor. *tom. 1. lib. 4. c. 4. cit. q.* 3. quia ſingula ex his conficiunt vnum aliquod totum in eo genere boni, in quo ſunt, & ratione illius totius non infertur domino, niſi vna iniuria, & vnum damnum.

12.
Qui vult occidere Titiũ, & totã eius familiam, tot peccata committit, quot ſunt homines in illa familia.

Secundò, ſi quis velit occidere Titium, & totã eius familiã, tot peccata cõmittit, quot ſunt homines in illa familia, quibus vult eripere vitã: quia vniuſcuiuſque vita non facit, cum vita alterius, vnum bonũ totale in genere vitæ; neque damnũ, & iniuria, quæ infertur vnicuique, facit vnũ damnum, & vnam iniuriam totalem. Et in hac re minùs probabiliter videtur ſentire Nauar. *cap. 6. n. 18. cit.* qui ait, in tali caſu duo tantùm peccata committi: quia familia in iure accipitur tanquàm vna perſona, *lib. 1. ff. ſi fam. fur. feciſſe dicatur.* Contrà enim eſt: quia, etiamſi iuris

fictione tota familia accipiatur, tãquàm vna perſona, idque in ciuilibus licitè fiat; ſi tamen loquamur in aliis, in quibus fictio nõ habet locum; ſed ſolùm attenditur id, quod reuerà eſt, alio modo eſt dicendũ, & in caſu noſtro, ſicut reuerà familia Titij nõ viuit tãtùm vna vita, ſed multiplici; ita etiam non niſi multiplici homicidio occidi poteſt: & ſi in illa ſciretur eſſe aliquis Clericus, aut perſona eccleſiaſtica, & ſacra, non excuſaretur à peccato ſacrilegij, qui etiam illum vellet occidere, vt notat Azor. *quæſt. 3. cit.*

13. *Qui vult vnico ſermone detrahere pluribus, aut teſtificari cõtra plures, facit plura peccata.*

Tertiò, ſi quis velit vnico ſermone teſtificari falſum contra tres, vel iis detrahere in re aliqua particulari, quæ pertineat ad famam perſonalem cuiuſque, eadem ratione facit tria peccata.

14. *Qui cõtinuat communicare ciuiliter cum excommunicato vitãdo, peccat mortaliter.*

Quartò, ſi quis ſæpiùs cõmunicet ciuiliter cum excommunicato vitãdo, peccat mortaliter: quia cõmunicatio ciuilis, quæ prohibetur per præceptũ excõmunicationis, moraliter eſt quaſi vna materia, vel vnus actus, etiamſi non ponatur in eſſe vno tantùm die, ſed pluribus; & ideò, qui ſæpiùs communicat, non poteſt excuſari ex leuitate actus, ſicut excuſatur, qui communicat tantùm ſemel, vt notat Suar. *de cenſ. diſp. 15. ſect. 2. n. 11. & lib. 3. de leg. c. 28. num.* 11. quanquam hoc videatur intelligendum de communicatione continuata, vel ſaltem non interrupta per multum tempus intermedium.

15. *Beneficiatus, qui cõtinuat abeſſe à Choro, peccat mortaliter.*

Et idem eſt de Canonico, aut beneficiato deputato ad Chorum, ſi ſæpiùs, & ex conſuetudine omittat ſeruitium Chori: neque enim peccat pluribus peccatis venialibus, ſed mortaliter, vt notat Ang. *verb. Hora canonica, n. 26.* & Sylu. *eod. q.* 10. quia ſeruitiũ Chori, quod illi præcipitur, moraliter loquẽdo, ſe habet, vt vnum quid, & habet tractũ ſucceſſiuũ, & ponitur in eſſe, quaſi per partes ſingulis diebus; & ideò notabiliter contra illud peccat, qui ſæpiùs, & ex conſuetudine illud omittit, idque facit continuatè, vel ſaltẽ non interruptè per multum tẽpus. Dixi autẽ de Canonico, aut beneficiato deputato ad Chorũ: quia de Religioſis ſimiliter deputatis ad Chorũ, non videtur eſſe eadem ratio, cùm longè minore obligatione ad illum teneantur, quàm beneficiati, id eſt, ſolùm ex vi Regulæ; non autem ex iuſtitia, eáque obligatio eam ob cauſam non ſit ad mortale ex ſuo genere, ſi loquamur pro ſingulis Religioſis Choro addictis in particulari, vt notat Suar. *tom. 2. de relig. lib. 4. de Hor. can. c. 10. num* 11 *&* 16. & fuſiùs explicabimus, quando agemus de Horis canonicis.

DISPVT. XXII.

Quibus modis multiplicentur numero peccata oris.

1. *Peccata oris multiplicantur numero pro multiplicatione numerica locutionum.*
2. *Et pro multiplicatione illorum, quibus inferunt damnum, aut iniuriam.*
3. *Qui blaſphemat Chriſtum, & duodecim Apoſtolos, non committit tantùm duo peccata.*
4. *Qui continuato ſermone profert in aliquem plures contumelias, vtrùm peccet plura peccata.*
5. *Probabile eſt, quòd contumeliæ non differant ſpecie, niſi materiali.*
6. *Probabile etiam eſt, quòd plures contumeliæ ſint plura peccata numero diſtincta.*
7. *Qui rogatur ſub iuramento de pluribus articulis, & in omnibus mentitur, non committit vnum tantùm periurium.*

EX dictis *diſput. præcedente* de peccatis cordis, multa colligi poſſunt etiam pro peccatis oris.

1. Primò enim certum eſt, quòd toties multiplicãtur numero peccata oris, quoties multiplicantur moraliter locutiones, in quibus conſiſtunt: vt ſi quis diuerſis temporibus mentiatur, blaſphemet.

Peccata oris multiplicantur numero pro multiplicatione numerica locutionum.

2. *Et pro multiplicatione illorũ, quibus inferunt damnum, aut iniuriam.*

Secundò, ſi huiuſmodi peccata inferant damnum, vel iniuriam pluribus, tot cenſentur moraliter, quot ſunt illi plures, quibus inferunt damnũ, vel iniuriã, etiamſi locutio, qua proferuntur, ſit tantùm vna: vt ſi quis, v. g. vnico actu proferat falſum teſtimonium contra tres, vel blaſphemet Chriſtum Dominum cũ duodecim Apoſtolis: ſicut enim, qui vnico actu voluntatis vult occidere decem, decies peccat peccato homicidij: quia perſonæ, quibus intendit auferre vitam, ſunt per ſe obiecta totalia, & nullo modo continuantur in vnum, vt *ſuprà* diximus; ita etiam, qui vnico teſtimonio dat damnum tribus, vel vnica blaſphemia facit iniuriam pluribus, pluries peccat, cùm eadem ratione damna, vel iniuriæ ſint totales pro totali diuerſitate ſuppoſitorum, quibus inferuntur.

3. *Qui blaſphemat Chriſtũ, & duodecim Apoſtolos nõ cõmittit tantùm duo peccata.*

In qua re minùs videtur probandum id, quod habet Nauar. *in Man. c. 6. n.* 18. huiuſmodi blaſphemias eſſe tantùm duo peccata: quia omnes Apoſtoli ſumuntur loco vnius: & quod habet Henriq. *lib. 5. id eſt, 2. de Pœnit. Sacram. c. 5. n. 6. & c. 8. n. 4.* eſſe tantùm vnum peccatum, ſicut & quando quis furatur arcam vaſorum argenti, vel expilat totum horreum tritici, eſt vnum tantùm peccatum furti. Contrà enim eſt: quia iniuria, quæ fit vnicuique, eſt omninò, & totaliter diuerſa, vt patet ex dictis; & benè notat Azor. *tom. 1. lib. 4. cap. 4. q. 5.* Et idem videtur, ſi quis eadem continuata locutione multiplicet blaſphemias contra diuerſos Sanctos, aut periuria, vocando in teſtimonium Deum, & Sanctos. Semper enim iniuriæ ſunt totaliter diuerſæ, quidquid dicat Henriq. *cap. 5. num. 6. cit.*

4. *Qui cõtinuato ſermone profert in aliquem plures contumelias, vtrùm peccet plura peccata.*

Tertiò, qui vnico impetu, & continuato ſermone profert in aliquem plures contumelias, & conuicia, appellando, v. g. illegitimum, furem, adulterum, hæreticum; ſi huiuſmodi contumeliæ, & conuicia dicantur differre ſpecie infima, cõmittit plura peccata, vt notat Nau. & Azor. *loc. cit.* Henriq. *lib. 2. de Pœnit. Sacram. c. 8. n.* 81. ſi verò dicantur eſſe idẽ ſpecie infima, vt vult Molina *tract. 4. de inſtit. diſp. 19. n.* 3. Sot. *lib. 5. de iuſt. q. 9. art. 5. in fine.* Reginal. *in praxi, lib. 24. c. 5. n.* 102. Caiet. 2. 2. *q. 72. art.* 1. Petr. de Aragon. *ibid.* & aliqui alij ex recentioribus: quia, ſcilicet, conueniunt in vna ratione formali, ex qua deſumitur ſpecies, id eſt, in hoc, quòd ſint dehonoratiua, vel ablatiua, aut diminutiua honoris, non committit moraliter, niſi vnum peccatum: ſicut enim, qui cum altero pugnans ſæpiùs illum percutit pugno, aut verbere, non peccat, niſi vnum peccatum; quia omnes percuſſiones ſunt partiales, & conſtituunt vnam pugnam, aut rixam totalem, & continuantur ratione vnius damni corporalis, quod faciunt; & qui vno impetu appellat aliquem ter, aut quater mendacem, aut furem, aut continuato ſermone ſæpiùs repetit idem mendacium, aut periurium, ſolùm peccat vnum peccatũ; quia ſingulæ prolationes illius verbi ſunt partes vnius locutionis contumelioſæ, aut mendacis, vel periuræ, vt docent Authores cit. ita etiam, qui eodem impetu ſimul profert plures contumelias, ſolùm peccabit vnum peccatum. Et quòd non ſit improbabile, omnes contumelias eſſe vnius ſpeciei infimæ; vt docẽt Caiet. & alij cit. poteſt probari à ſimili: quia eadem ratione omnia furta ideò ſunt vnius ſpeciei; quia res alienæ ſolùm materialiter differunt; nõ autẽ formaliter ſecũdùm rationẽ ſpecificatiuã furti, id eſt, ſecundùm hoc, quod ſint neceſſariæ, vel accõmodatæ ad vſus vitæ. Et idem videtur eſſe etiã de detractionibus, & infamiis: & ideò in Confeſſione ſacramentali non eſt neceſſarium manifeſtare materiam furti, aut infamiæ, dicendo, v. g. quòd ſit furatus argentum,

5. *Probabile eſt, quòd contumeliæ nõ differant ſpecie, niſi materiali.*

aut

aut aurum,vel,quòd famam abſtuletit,dicendo,quòd ille ſit hæreticus, vel fur:ergo eadem ratione etiam contumeliæ ſolùm differunt matetialiter, cùm omnes in hoc conueniant, quòd ſint dehonotatiuæ alterius,& honor cõmunitet exiſtimetur tanquàm bonum vnius tationis, ſicut & fama,& tes exteriuæ. Et confirmatur: quia S.Thom.2.2.*q.*72.*art.*1.*cit.* agens de eſſentia contumeliæ, nullam facit mentionem de diuiſione in plures ſpecies; quod ſignum eſt, ipſum nihil tale agnouiſſe,vt notat Caiet. *ibid.* Et *q.*73.*art.* 1.*ad* 1. & *art.*4.*ad* 1. in hoc ſolùm diſtinguit contumeliam à detractione, quòd detractor malum loquatur de abſente, & ignotante, & ei famam auferat; contumelioſos verò in facie ipſius,vt illum dehonoret:quod ſignum eſt hæc duo vitia quoad cætera eſſe æqualia:& ſicut omnes detractiones ſunt vnius ſpeciei;ita & contumelias.

Sed,quanuis hæc ita ſint;non eſt tamen negandũ, quòd contumeliæ, etiam intra eandem ſpeciem, excedant ſe inuicem in grauitate, & leuitate; & aliquando tantus poteſt eſſe huiuſmodi exceſſus, vt meritò debeat ſpecialiter manifeſtati in Confeſſione,ſicut aliæ circũſtantiæ,quæ notabilitet aggrauant in eadem ſpecie,vt notat Pett.de Atagon. *loco cit.*

6. *Probabile etiã eſt, quòd plures contumeliæ ſint plura peccata numero diſtincta.*

Quartò, probabile eſt, quòd coram Deo, qui res intelligit, ſicuti ſunt, plures iſtæ contumeliæ, aut mendacia, vel periuria eodem continenti ſermone prolata, ſint plura peccata diſtincta numero, ſicut ſunt plures actus interni, v.g.odij,ſi tantiſper interrũpantur,vel diſcontinuentur,vt *ſuprà* diximus *diſp.* 21.*num.*2.ex Suatio *tom* 4.*de Pœnit.diſp.*22.*ſect.*5.& aliis:quemadmodũ enim verè,& realiter ſunt plures dictiones, & prolationes numeto diſtinctæ, & vnaquæque habet ſuã entitatem;ita etiam habet ſuã malitiam,& deordinationem, eáque in ſe ipſa eſt completa,& perfecta;neque vllo modo perficitur,aut cõpletur vna per alteram;& vnaquæque ad alteram ſe habet merè per accidens:& ideò verè ſunt plures nõ ſolùm in genete entis; ſed etiam in genere moris,& mali moraliter,dummodo verè habeant multiplicatam ſignificationem,& tanquàm plura verba proferantur;non autem ex communi acceptione,& modo loquendi proferantur tanquàm vnum: ſicut enim, quãdo duplicamus aliqua aduerbia,v.g.ſæpè ſæpiùs, citò citiùs,ſolùm illa accipimus loco vnius:ita,etiãſi quis alicui duplicet contumeliam,eúmque appellet, v.g. furem, furem; poterit accipi tanquam vna; & tunc non erit niſi vnum peccatum.

Quia tamen, quando huiuſmodi dictiones ſæpiùs repetuntur, etiam vt plures eodem continenti ſermone, cõmuniter ſolùm proueniunt ex vno, & eodẽ actu interno;neque ex eo,quòd repetantur,maiorem iniuriam, aut damnum inferunt, quàm ſi tantùm ſemel proferrentur;ideò moraliter cenſentur vnũ peccatum; & ſatis in Confeſſione manifeſtantur, tanquàm vnum: quod idem videtur eſſe etiã de iteratis percuſſionibus, aut vulneribus in eadem rixa,de iteratis acceptionibus librorum in eadem direptione Bibliothecæ, & ſimilibus: ſicut enim,ſi illis ſingulis reſponderent ſinguli actus interni, à quibus prouenirent,& qui rixatur,v.g.aut furatur,initio rixæ,aut furti ſolùm haberet voluntatem percutiendi ſemel, aut accipiendi vnum librum, & ſtatim poſt primam percuſſionem, aut acceptionem eliceret aliam volũtatem percutiendi adhuc ſemel, & accipiendi alium librum;& ſic deinceps actus internos multiplicaret; pro multiplicatione actuum externorũ, verè,& propriè eſſent plura peccata: ita etiam,ſi actus internus ſit tantùm vnus, actus externi erunt tantùm vnum peccatum, quanuis abſolutè vnitas phyſica actus interni non impediat veram pluralitatem peccatorum externorum:vt ſi quis habeat,v.g.vnicum actum internũ occidendi tres, & deinde re ipſa illos occidat; quia tamẽ in caſu poſito de pluribus contumeliis,aut mendaciis,vel periuriis, eodem continenti ſermone prolatis,ac repetitis,non reperitur hæc totalitas obiectorũ,aut perſonatũ, quibus inferũt iniuria; ideò poſſunt reputari,tanquam vnum peccatum,etiam ex vnitate actus interni,vt diximus. Verùm,vt hæc ipſa totalitas obiectorũ non reperiatur in mendaciis, vel periuriis eodẽ continenti ſermone prolatis, debent hæc non eſſe diuerſa,aut de rebus diuerſis;ſed ſolùm de eadẽ re debent eſſe ſæpiùs repetita; & alioqui, ſi quis eodem ſermone continuato multa dicat contra mentẽ,iiſque omnibus iuramentũ adiungat; certum videtur,quòd cõmittat plura mendacia,& plura periuria; cùm vnumquodque ex his falſis pronunciatis ſit de obiecto diuerſo, & ſupra vnumquodque per nouam iniuriã vocetur Deus in teſtem, vt ſupponimus.Quare minùs verum videtur,quod habet Henriq.*lib.*5.*c.*5 *n.*6.*in com.f.* quòd ſi teſtis ſub iuramẽto ſimul rogetur de pluribus rebus, aut articulis, & in omnibus mentiatur, vnum tantùm periurium faciat. Contrà enim eſt:quia certũ videtur,quòd mendaciũ non eſt tantùm vnum,quanuis ſit vna prolatio cõtinuata mendaciorũ;& vnumquodque benè,& integrè eſt conſummatũ in ſe,& ſolùm diſparatè ſe habet ad aliud;& ideò neque periuriũ poteſt eſſe tantùm vnũ, cùm hoc ſit ipſemet actus mendacij, in quantum eſt contrarius,& iniurioſus Dei veracitati,qui per iuramentum eſt vocatus in teſtẽ. Neque oppoſitũ docet Archidiac. *in c.inter cætera.n* 2.2.2.*q* 4. ſolùm enim ait,quãdo quis vnico actu iurat plura, vt,v.g ducere concubinã in vxorem,& domo expellere matrẽ,(qui eſt caſus illius capitul.,)iuramentũ eſſe vnũ,in quantum dicit actum iurantis;& eſſe duo,in quantũ dicit res iuratas, vel iuramento promiſſas; & ne verbum quidem facit,vtrùm ille vnicus actus iurantis poſſit eſſe vnicum tantùm peccatum numero,& vnicã habens malitiam;an verò ſaltẽ poſſit illam habere,quaſi duplicẽ, & æquiualentem duobus, vt *ſuprà* diximus de illo, qui vnico actu voluntatis vult occidere plures.Et ex alia parte,dum admittit,quòd iuramentum ſit duplex, in quantum ſe tenet ex parte rei iuratæ, hoc ipſo videtur admittere, quòd ſuo modo poſſit eſſe etiam duplex in ratione peccati,ſi res illa iurata ſit verè duplex,v.g.duplex mendaciũ. Et ad hoc explicãdum etiã facit doctrina, quam ibi affert ex iure ciuili, de vnitate, aut pluralitate ſtipulationis; quæ quanuis perficiatur vnico actu,prout ſe tenet ex parte ſtipulãtis, verè tamẽ eſt multiplex pro rebus ipſis, quæ ſtipulantur,*l.ſcire debemus ff.de verb.oblig.* Eadẽ enim ratione etiam iuramentum poteſt eſſe multiplex pro multiplicitate ipſarum rerum, quæ iurantur;quanuis ſit vnum, prout eſt actus ipſius iurantis, & pluralitatem ſaltem virtualem malitiæ poteſt ſatis habere ex multiplicitate obiectorũ;quidquid ſit de vnitate actus ex parte iurantis. Sed fortaſſe tota hæc res poteſt clariùs expediri, ſi diſtinguamus volũtatem, aut actum iurandi ſuper atteſtationem plurium articulorum; & ipſam formalem, & actualem atteſtationem cuiuſque contra iuramentum iam factum: quod enim Deus vnico actu vocetur in teſtem plurium mendaciorum, fortaſſe non eſt, niſi vnum peccatum numero; & iniuria,quæ fit Deo,eſt tantùm vna, & vnius rationis in omnibus ſuis partibus, quas deſumit ex hac multitudine, tanquàm ex circunſtantia per ſe aggrauante in eadem ſpecie, vt infrà dicemus *diſp.*11. ex S.Thom.1.2.*q.*73.*art.*7. At verò,quòd deinde ſingulæ atteſtationes ſint contrariæ iuramento,non poteſt non eſſe niſi plura peccata, & plura periuria, ſi ipſæ in ſe ſunt moraliter plures,& plura mendacia, cùm formaliter pluralitas periurij non ſit attendenda ex pluralitate iuramenti,

7. *Qui rogatur ſub iuramẽto de pluribus articulis, & in omnibus mentitur, nõ committit vnum tãtùm periurium.*

ſed ex plutalitate actuum contra iuramentum, ſiue vnum, ſiue pluta, vt ex ſe patet.

DISPVT. XXIII.

Quibus modis multiplicentur numero peccata operis.

1. *Peccata operis multiplicantur numero per interruptionem actus interni, & actus externi ſimul.*
2. *Si ceſſante actu interno continuetur actus externus, non multiplicantur peccata operis.*
3. *Ad vnitatem numericã peccati operis, non requiritur vnitas phyſica, & continuitas operationis.*
4. *Plures operationes poſſunt eſſe vnum peccatum, etiamſi habeant ſuas malitias.*
5. *Plures operationes non poſſunt eſſe vnum peccatũ numero, niſi ordinẽtur ad conſummationẽ vnius.*
6. *Actus, qui fiunt poſt aliquod peccatum iam conſummatum, ſunt per ſe peccata diſtincta.*
7. *Si vnus actus habeat plura obiecta totalia, poteſt eſſe plura peccata.*
8. *Si quis ludat per totam noctem, & cum pluribus, ſemel tantum dicitur ludere, & vnum tantum peccatum committit.*
9. *Si quis iuret eandem rem per plures Sanctos, eámque non impleat, quot peccata committat.*
10. *Si quis voueat pluribus Sanctis eandem rem, eámque non impleat, quot peccata committat.*
11. *Transgreſſio voti ſæpiùs repetiti, aut renouati, non eſt communiter, niſi vnum peccatum.*

DE multiplicatione numerica eorum peccatorum, quæ prodeunt in actum externum, multa habet Suar. *tom.4.de pœnit. diſp.22.ſect.5.à num.19. & tom.5.de cenſuris, diſp.5.ſect.3.n.2.& ſeq.* & breuiter hæc poſſunt notari.

1. *Peccata operis multiplicãtur numero per interruptionẽ actus interni, & actus externi ſimul.*

Ptimò, certum eſt, quòd hæc peccata multiplicãtur numero, quando intertumpuntur ſimul quoad actum externũ, & quoad actum i●ternom: vt, ſi quis, v.g. per aliquod tempus deſiſtat à voluntate furãdi, & ab actu extetno accipiendi rem alienam; & deinde ad illam iterum tedeat, & iterum furetur: tunc enim nihil eſt, ratione cuius huiuſmodi actus exteriores poſſint cõtiouari, & coaleſcete in vnũ peccatũ; & ideò vnuſquiſque per ſe eſt peccatũ diſtinctũ.

2. *Si ceſſante actu interno continuetur actus externus, non multiplicantur peccata operis.*

Secundò, ſi interrupto, & ceſſante actu interno, adhuc continuetur actus externus, & ceſſante, v.g. actuali voluntate furandi, per aliquam aliam cogitationem, aut deſiderium, quod tunc contingat, non ceſſet exterior acceptio rei alienæ, quãdo deinde repetitur actus interior, non multiplicatur peccatum furti. Patet: quia acceptio exterior eſt tantùm vna, & quãuis ceſſet actualis volũtas; manet tamẽ virtualis, cùm in potentia executiua maneat determinatio ad proſequendã acceptionẽ rei alienæ iam inchoatã, quę determinatio eſt virtus priotis voluntatis actualis; & ſatis eſt, vt acceptio externa dicatur idem actus humanus, vt patet ex dictis *alibi* citca volũtatiũ virture.

3. *Ad vnitatẽ numericam peccati operis non requiritur vnitas phyſica, & continuitas operationis.*

Tertiò, ad vnitatem numeticã peccati operis non requiritur vera cõtinuitas, & vnitas operationis; ſed ſatis eſt etiam contiguitas, & pluralitas, dummodo omnes copulentut in aliquo vno, & proueniant ex eadem intentione, & ſucceſſiuè fiant vna poſt aliam. Patet: quia, ſi quis ex intẽtione patrandi homicidiũ, domo exeat, emat gladiũ, equũ inſtroat, paret iter, ex cõmuni ſententia non facit niſi vnum peccatũ: quia, quanuis huiuſmodi operationes ſint plures, & ſolùm ad inuicẽ ſint cõtiguæ; habẽt tamẽ vnitatẽ finis, cùm omnes ordinentur ad homicidiũ, & ex illa etiã habẽt vnitatem malitiæ, quæ intrinſecè eſt in actu intetoo, à quo dependent; & ideò non ſunt niſi vnũ peccatũ.

4. *Plures operationes poſſunt eſſe vnũ peccatum, etiã ſi habeant ſuas malitias.*

Quartò, non ſolùm id eſt verum, quãdo huiuſmodi operationes pet ſe acceptæ nullam habent malitiã propriam, vt in exemplo poſito, de emptione gladij, inſtructione equi; ſed etiam, quando per ſe acceptæ illam habent, vt ſunt, v.g. in eo, qui intendit homicidium, percuſſiones, & vulnera; in eo, qui intẽdit fornicationem, tactus, & oſcula: qoia enim omnes iſtæ operationes non fiunt per ſe, ſed ordinantur omnes ad vnum opus, & vnum peccatum conſummatum; moraliter cenſentut quaſi partes illius, illudque cõponunt compoſitione quadam voluntaria, & morali. Et quidem in ordine ad Confeſſionem communis ſententia eſt, quòd ſatis exprimantur, tanquàm vnum peccatum, & illi, v.g. qui occidit hominem, ſatis ſit dicere: Occidi hominem. non autem ſit neceſſarium addete: Et tot vulnera inflixi. Et in hoc ſenſu vetiſſimum eſt, quòd moraliter ſint vnum peccatum, etiamſi phyſicè ſint plures actus.

Si tamen loquamut in rei vetitate, & in ordine ad Deum, qui res intuetur, ſicuti ſunt, non eſt improbabile id, quod notat Suar. *de pœnit. diſp.22.ſect.5.cit.n.24.* tot eſſe peccata numeto diſtincta, quot ſunt operationes habentes malitiam: ſicut enim, ſi quis per certa interualla tempotis plura vulnera alicui infligeret, vel oſcula, & tactus impudicos cum ſcorto haberet, vnunquodque illotum eſſet peccatum per ſe; ita etiam, ſi quis infligat vnum immediatè poſt aliud, cùm breuitas tempotis intermedij oon impediat eotum diſtinctionem, & fortaſſe vnicuique illotum reſpondeat ſuus actus internus, quo determinatè imperatur & regulatur.

5. *Pluree operationes non poſſunt eſſe vnum peccatum numero, niſi ordinentur ad conſummationẽ vnius.*

Quintò, huiuſmodi contiguitas, & immediatio plutium operationum, tunc ſolùm eſt ſufficiens ad conſtituendum vnum peccatũ, quando omnes otdinãtur ad vnam conſummationẽ, & perfectionem, vt ſunt, v.g. vuloera, quæ infliguntur ad occidendũ hominem; oſcula, & tactus, qui adhibentut ad fotnicationem: ſi tamen operationes, quæ ſucceſſiuè fiunt, & ſunt contiguæ, non ordinentur ad cõſummationem vnius peccati; ſempet ſunt peccata diſtincta, & tanquàm plura, ſunt confitenda: vt, ſi quis, v.g. ſimul aggrediatut pugnam contra duos, vel tres, & interfecto vno ſtatim ptocedat ad interficiendum altetum; vel abſoluto vno actu concubitus, aut fornicationis, procedat ad alium: quia enim prius homicidium, vel concubitus iam fuit in ſe ipſo perfectè conſummatus, & habuit vltimum terminum, quem poterat habere, non poteſt ſecundum homicidium, vel ſecundus concubitus otdinari ad illum; & ſimul componere vnũ peccatum, etiamſi fiat immediatè poſt illũ.

6. *Actus, qui fiunt poſt aliquod peccatũ iam conſummatum, ſunt per ſe peccata diſtincta.*

Atque ex hoc principio rectè colligit Suat. *ſect.5.cit.n.26.* non eſſe eandem rationem de actibus, qui pręcedunt, v.g. homicidium, aut fornicationẽ, & ſuot quaſi via, vel præparatio ad illius conſummationem; & de actibus, qui ſequuntur: vt, ſi quis inimico iam mortuo adhuc pergat infligere vulnera, vel poſt abſolutam fornicationem itetum redeat ad tactus, & oſcula: illi enim, qui præcedunt, ideò faciunt moraliter vnum peccatum cum actu vltimo; quia ordinantur ad perfectionem, & conſummationem illius, & ſe habent aliquo modo, vt pattes peccati conſummati, & perfecti: at verò actus, qui conſequuntur, nõ poſſunt tali modo otdinari, cùm iã peccatũ ponatur habuiſſe totã ſuam conſummationẽ; & ideò ſunt peccata per ſe, & omninò diſtincta, quidquid dicat Nau. *in Man.c.6.n.17.* & Henriq. *lib.2.de Pœnit.Sacram.cap.5.num.5. & cap.8.num.3.* Quod idem etiam eſt de actu delectationis, & complacentiæ, quæ capitur poſt conſummatum peccatum; de actu iactantiæ, qua quis de tali peccato ſe laudat: quia enim huiuſmodi actus non pettinent ad conſummationem priotis peccati, imò habent obiecta omnioò diſtincta.

Digitized by Google

cta, id eſt, peccatum ipſum priùs iam conſummatum, omninò videntur peccata diſtincta, vt etiam notat Sanchez *lib.1.in Decal.cap.3.num.4.& 5.*&, vt talia, debent manifeſtari in Confeſſione.

Neque in hoc diſſentit Nau. *loc.cit.* quòd, quando huiuſmodi actus non tendunt ad vnum peccatum principale, ſint per ſe peccata diſtincta, imò id expreſſe aſſerit *eodem n.17.* eámque ob cauſam docet, eum, qui bis habuit copulam cum eadẽ fœmina, eſſe reum duplicis peccati, & teneri illud cõfiteri, vt duplex; etiamſi ſecundus actus, quoad tempus, fuerit proximus primo: quia ſecundus non fuit ordinatus ad primum; ſed vterque fuit conſummatus per ſe. Quod verò docet Nau. ſolùm eſt, quòd etiam actus, qui conſequuntur homicidium, aut fornicationem, poſſint ad illam pertinere, & ideò poſſint vniri in vnum peccatum ſimul cum illa; quod tamen ipſum videtur falſum, cùm illa peccata ſint iam conſummata ante iſtos actus; & iſti in fornicatione, v.g. potiùs ſint inchoatio nouæ copulæ, & ad illam diſponant, quàm complementum prioris.

7. *Si vnus actus habeat plura obiecta totalia, poteſt eſſe plura peccata.*

Sextò, probabiliſſimum eſt, quòd etiam peccata operis multiplicantur numero ad multiplicationem obiectorum totalium, vt *ſuprà* diximus de peccatis cordis: & ſi quis vnico ictu occidat plures, verè faciat plura homicidia. Ita Nau. *in Man.c.6.cit.n.18.*& patet ex dictis. Et quanuis Suar. *de cenſuris, diſp.5.cit. ſect.3.n.8.& ſeq.* ſpeculatiuè loquendo putet probabile oppoſitum; quia actio eſt tantùm vna, etiamſi paſſio ſit multiplex: in praxi tamen idem ipſe *n.12,* expreſsè ait, id eſſe minùs ſecurum, & abſolutè non ſequendum.

8. *Si quis ludat per totã noctem, & cum pluribus, ſemel tantùm dicitur ludere, & vnum tantùm peccatum committit.*

Sed benè debet aduerti, vt huiuſmodi obiecta ſint verè totalia, non autem ſimul cõponant aliquid vnum: ſi quis enim contra legem, v.g. velit ludere, & de facto ludat per totã noctem, & actus luſorios ſæpiùs repetat, vnum tantùm cõmittit peccatum, & ſemel tantùm luſiſſe dicitur, vt notat Syluest. *verbo, ludus, q.2.in fine,* ex Bart. *in l.inficiando, §.Inſanus.ff. de furtis* Nau. *in Man.c.6.n.17.& 18 & in cap.conſideret.n 46.& ſeq.de pœnit. diſt.5.* Azor. *tom.1 lib.4.c. 4 q.6.in fine,* & alij: quia, ſcilicet, ludus, propriè loquendo, ſolùm conſiſtit in dictis, vel factis ad oblectationem animi deſtinatis, vt patet ex S.Th.*2.2.q. 168.art.2.*& notat Leſſ. *lib.2.c.26.n.1.*& ideò tã dicta, quàm facta, quæ vno aliquo tempore continuato aſſumuntur ad vnam oblectationem continuatam, verè faciunt vnum ludum, etiamſi alioqui materialiter accepta, ſint plura, imò etiamſi reſpiciant plures, & ludatur cum pluribus, vt notat Nauar. & Azor. *loc. cit.* quia etiam in hoc caſu facta, aut dicta luſoria non ſunt, verè totalia; ſed ſolùm partialia: cùm omnia ſimul coaleſcant in vnum ludum totalem, & in vnam oblectationem.

9. *Si quis iuret eandem rem per plures Sãctos, eámque non impleat, quot peccata committat.*

Et contrà, ſi eadem res, aut actio per iuramentum promiſſorium pluries ſit iurata in honorem Dei, & plurium Sanctorum ſpecialiter vocatorũ, non modò quatenus in eis principaliter exiſtit, & relucet Deus; ſed etiam ratione perfectionis, quam habent à Deo participatam, & ſecundùm quam poſſint cognoſcere, & teſtificari noſtras veritates, vt notat Suar. *tom. 2.de relig.lib.1.de iuram.c.5.n.10.*& deinde talis res, aut actio non impleatur, eáque non impletio omnibus illis ſit iniurioſa, videtur eſſe plura peccata, quidquid dicat Henriq. *lib.6.c.5.n.6.cit.* Sicut enim, ſi in humanis eadem actio eſſet promiſſa coram pluribus in teſtes vocatis, iique fidem ſuam pro illa ſpopondiſſent, iis omnibus poſteà fieret iniuria, ſi promiſſio non impleretur, & verè vnica illa non impletio non eſſet vnica; ſed multiplex in ratione iniuriæ: ita erit ſi fuerint in teſtes vocati plures Sancti per iuramentũ; quia tamen communiter, quando iuratur per Sanctos, per Deum ipſum iuratur, & Deus vocatur in teſtimonium, prout ſpecialiter in illis exiſtens, vt notat Nau. *in Man.c.12 n.1.*& S.Thom. *2.2.q 89.art.6.* inde eſt, quòd cõmuniter per talem nõ impletionẽ iuramenti ſoli Deo fit iniuria, contra virtutem religionis; & vnica non impletio, eſt etiam vnica in ratione iniuriæ, & vnica fractio iuramẽti, & ſimpliciter vnũ peccatũ. Idque ſolùm fortaſſe docet Henriq. *loc.cit.* quando ait, vnũ tantùm eſſe peccatum, ſi quis frangat varia iuramẽta, aut vota, v.g de eadem caſtitate: quia, quando concurrunt eodem tempore plura præcepta ad eandem rationem virtutis pertinentia, & vnico actu omnia violantur, vnum tantùm peccatum eſt. Et quod dicimus de pluribus iuramentis factis per plures Sanctos, quòd vnico tantùm peccato ſimul omnia violentur, debet intelligi eadẽ ratione, etiam

10. *Si quis vouet pluribus Sanctis eandem rem, [illegible] peccata committat.*

de pluribus votis, ſi fiant, v.g. de eadẽ caſtitate, pluribus Sanctis: quia enim cõmuniter promiſſio voti nõ fit ipſis Sanctis, ſed Deo, prout exiſtit, & honoratur in Sanctis; ſi poſteà talis promiſſio, aut votũ non impleatur, in Deum ſolum peccatur, & in hunc ſolum committitur infidelitas in promiſſis; non autem in Sanctos, vt notat Suar. *tom.2. de relig.lib.1.de voto,c. 16.n.14.* quanquam, ſi quis intenderet Sanctis ipſis verè promittere vt certe poſſe fieri docet S.Th. *2.2. q.88 art.5.ad 3* & fusè Suar. *c.16.cit n.5. & ſeq.* non videtur negandum, quòd eorum ſingulis faceret iniuriam, & infidelem ſe exhiberet, etiam in ſingulos, & vnica non impletio eſſet multiplex in ratione iniuriæ ad illos ſingulos; & ideò ſimpliciter multiplex in ratione peccati. Quod etiam clariùs apparet, ſi admittamus cum S.Thom *loc.cit* eadem ratione debere intelligi votũ, quando fit Sanctis, qua intelligitur, quãdo fit Prælatis alicuius Eccleſiæ, aut Religionis, ita, ſcilicet, vt ſemper intercedat duplex promiſſio, id eſt, altera, quæ fit Sanctis, ſeruandi, v.g. caſtitatem in eorum honorem; & altera, quæ fit Deo, implendi promiſſionem factam Sanctis de caſtitate: ſicut & intercedit hæc duplex promiſſio in profeſſione religioſa, dum dicimus, v g. *Ego N. profeſſionem facio, & promitto omnipotenti Deo, & tibi R. Patri [illegible] Præpoſito Generali Societatis* IESV, *locum Dei tenenti, & ſucceſſoribus tuis, perpetuam paupertatem, & caſtitatem, & obedientiam.* ſicut enim talis Profeſſus per hanc duplicem promiſſionem eſt obligatus duobus, id eſt, Deo, & Religioni, & vtrique facit iniuriam, & præſtat ſe infidelem, ſi à Religione recedat, & promiſſa non impleat, vt videre eſt apud Caiet. *2.2.q.88. art.5.cit.§.In eadem reſponſ.* ita & qui per votum promittit aliquid Deo, & Sanctis, & vtriſque intendit promittere; nõ autem Deo ſoli, prout ſpecialiter reperitur, & honoratur in Sanctis, manet ſimiliter per hanc duplicem promiſſionem obligatus vtriſque, & vtriſque facit iniuriam, & præſtat ſe infidelẽ, ſi promiſſionem non impleat, & vnica nõ impletio [illegible] eſſe duplex iniuria, & duplex peccatum, ſi promiſſio fuit duplex ratione duplicis perſonæ, cui [illegible]. Quod addo: quia, ſi votum, aut promiſſio ſit [illegible] vna, & vni tantùm perſonæ facta; quanuis ce[illegible] ſit repetita, & renouata; non tamen facit, vt illius tranſgreſſio ſit multiplex iniuria, aut peccatum, vt notat Sanchez *lib.1.in Decal.c.14 n.10. & lib.7 de matr. diſp.27.num 25.* Henriq. *lib.5.c.5 num.6.* Azor. [illegible] *lib.11.cap.13. de voto, quæſt.1 ad finem,* [illegible] vel huiuſmodi repetitio, & renouatio nihil [illegible] obligationis de nouo; vel, ſi [illegible] addit diſtinctam numero & pertinentem ad eandem virtutẽ religionis, [illegible] & ideò nihil habet, vnde poſſit tribuere pluralitatem peccatis. Idque eſt verum, vt ſubdit Sanchez *lib.1.in*

11. *Tranſgreſſio voti ſæpius repetiti, aut renouati, non eſt communiter, niſi vnũ peccatum.*

Deci.*cit*. etiamſi is, qui repetit, aut renouat votum, directè intendat ſibi imponere nouam obligationem: neque enim ſufficit ſola intentio, aut voluntas ad ſibi multiplicandas obligationes; ſed prætereà etiam requiritur capacitas ex parte materiæ, vt, ſcilicet, vel non ſit vnica, vel oon ſub vnica ratione, & ex vnica tantùm virtute; & alioqui poſſet quis, etiam ſemel vouendo, imponere ſibi centum obligationes diſtinctas numero, & efficere, vt poſteà vnaquæque tranſgreſſio voti eſſet centum peccata, diſtincta nuoero: qnod nullus dicet.

DISPVT. XXIV.

Quibus modis multiplicentur numero peccata omiſſionis.

1. *Peccata omiſſionis ſunt plura numero, ſi omiſſiones ipſa ſunt plures, & totales.*
2. *Si voluntates interna omittendi ſint plures numero, etiam peccata ſunt plura numero.*
3. *Per ſolam non ceſſationem omiſſionis externa non continuatur peccatum actuale omiſſionis.*

VT vno verbo explicemus multiplicationem numericam, etiam in peccatis omiſſionis,

1. *Peccata omiſſionis ſunt plura numero omiſſiones ipſa ſunt plures, & totales.*

Certum eſt primò; peccata omiſſionis ſemper eſſe diſtincta numero, quando omiſſiones ſunt totales, vt ſi quis, v. g. omittat audire Sacrum pluribus diebus feſtiuis, omittat ieiunium pluribus diebus Quadtageſimæ, omittat pluries Horas canonicas. Et ſi contingat huiuſmodi plures omiſſiones totales ſolùm dependere ab vnico actu interno, & vnico actu voluntatis velit quis, v. g. omittere Sacrum decies, vel proiicere Breuiarium, & omittere centies Horas canonicas; ille ipſe vnicus actus, moraliter, & ſecundùm æquiualentiam erit multa peccata, vt *ſuprà* diximus de ſimili voluntate occidendi plures, dum ageremus de multiplicatione numerica peccatorum in genere dis.

2. *Si voluntates interna omittendi ſint plures numero, etiam peccata ſunt plura numero.*

Secundò, ſi actus internus, à quo omiſſio eſt voluntaria, ſit phyſicè multiplex numero, & pluries tebus, v.g. voluntatem omittendi Sacrum, vel noo reſtituẽdi alienum; etiam peccatum omiſſionis multiplicatur. Ita Caiet. 2.2. *quaſt*.66.*art*.3.§ *in eodem art*. Nauar. *in Man*.*c*.17.*n*.54. Suar. *de pœnit*.*diſp*.22.*ſect*. 30. Et ratio eſt: quia vnuſquiſque ex illis actibus internis eſt malus, & habet malitiam numero diſtinctam ab aliis, eáque malitia eſt ſolùm malitia omiſſionis, cùm ſolùm ſit contra præceptum affirmatiuum audiendi Sacrum, aut reſtituendi alicoum; neque aliquid habet vouſquiſque ex illis actibus, ratione cuius poſſit continuari, & vniri ſimul cum aliis in vnum peccatum. Neque enim eſt eadem ratio de continuatione, v.g. voluntatis retinendi alienum, dum re ipſa continuatur, & durat retentio, vel omiſſio reſtitutionis; atque de iteratione voluntatis occidendi, inimicum, dum iter continuatur re ipſa, aut durat aliqua operatio exterior ad oecidendum: quia, vt Caiet. 2.2.*q*.66.*art*.3.*cit*. & Suar. *de pœnit*.*diſp*. ... *num*.51. realis omiſſio reſtitutionis, etiamſi ... peccatum habituale, vel tanquàm effectus ... actualis continuetur, & duret toto illo tempore ... voluntas retinendi alienum non retractata, toto ... continuatur retentio, & alicnum oon re... cum poſſit reſtitui; non tamcu durat tanquam peccatum actuale, niſi quando actu procedit à vo... actu humano, id eſt, per formalem, & actualem ... endi, vel ſaltẽ per in... onem virtualem ... t, v.g. externus ali... q... us rei aliena ... impoſſib... cu...

reſtitutione: & ideò ſi ſæpiùs interrumpatur, & repetatur, aut iteretur actualis voluntas non reſtituendi, verè peccatum actuale repetitur, & fit multiplex; quia tempore illo intermedio nihil manet, tanquàm peccatum actuale, ratione cuius illæ voluntates poſſint continuari, & quaſi vniri in vnum peccatũ, ſicut vniuntur voluntates de homicidio, per actus intermedios emendi gladium, parandi iter, illúdque continuandi; & ipſa non reſtitutio ſolùm manet, vt pura negatio, & vt non voluntaria, quando actu de illa nõ cogitatur, neque actu eligitur; non autem manet, vt priuatio, & voluntaria, ſiue actu, ſiue virtute, ſicut requiritur ad peccatum actuale; & eodem modo ſe habet, ac ſi nõ eſſet debitum, aut obligatio reſtituendi; & ſolùm eſt quaſi terminus infinitus, qui poteſt prædicari tam de eo, quod eſt, quàm de eo, quod nõ eſt; vel certè ad ſummùm ſolùm manet, vt effectus primæ voluntatis, & primæ actionis voluotariæ, à qua dependet ſolùm in principio ſui; non autem manet, vt actio humana per ſe, vel vt actus humanos peccaminoſus, ſicut requiritur ad peccatum actuale, & vt quis per illam dicatur eſſe actu peccans, vt ootat Caiet. 2.2.*q*.66.*art*.3.*cit*.§. *Ad hoc dicitur*.

Et confirmatur: quia durum videtur, quòd ſi quis alienum retineat per annum integrum, & diebus ſiogulis veniat illi in mentem de reſtituendo, & ſemper iteret actuales voluntates non reſtituendi; quanuis commodè poſſit; adhuc tamen toto anno oõ peccet, niſi vnum peccatum; quod idem etiam eſt de eo, cui ſæpiùs venit in mentem de voto implendo, & ſæpiùs repetit voluntatem actualem non implendi, & tota vita re ipſa non implet, cùm commodè poſſit.

Oppoſitum tamen de fure, & de omni alio iniquo detentore rei alienæ, docet Leſſ. *lib*.2.*c*.12.*n*.11. vbi ait, toto tempore, quo quis ooo reſtituit, cùm poſſit, & debeat, continuare idem peccatum actuale omiſſionis, & ſemper continuè actu peccare: pro quo citat etiam Gabr. *in* 4.*diſt*.15.*q*.2.*art*.2.*concl*.2. & Sot. *lib*.4.*de inſtit*.*q*.7.*art*.4. Idémque docet etiá Henriq. *lib*.2.*de Pœnit*.*Sacram*.*c*.5.*num*.5. & alij apud ipſum: quanquam Sot. *loc*.*cit*. potiùs docet noſtram ſententiam: ſiquidem, poſtquàm dixit, peccatum omiſſionis continuari, & continuò creſcere, quando mora, v.g. reſtituendi eſt maior; tandem concludit, quòd aliquãdo etiam committitur nouum peccatum: & primò id accidit, quoties quis de nouo proponit non reſtituere, cùm hic actus ſit ex ſe prauus: deinde qnoties creditor legitimè petit rem ſibi debitam: tertiò, quoties debitor eum videt in graui neceſſitate rei ſuæ.

3. *Per ſolam nõ ceſſationem omiſſionis externa, non cõtinuatur peccatũ actuale omiſſionis.*

Quod verò *ibid*. aſſerit Sotus, & Leſſ. *cap*.12.*cit*.*n*. 15.& 16. & aliqui alij, peccatum omiſſionis, v.g. reſtituendi rem alienam continuari in ratione peccati actualis, & durare per totum teiopus, quo durat externa retentio, aut nõ reſtitutio, & continuò creſcere, provt mora reſtituendi eſt diuturnior, & ex huiuſmodi mora maius eſt nocumentum, quod alteri infertur; non videtur admittendnm, ſi intelligatur de continuatione, & incremento peccati actualis, habẽtis quodammodo tractum ſucceſſiuum per totum tempus, quo durat quomodocunque non reſtitutio: nam, quanuis, ſi quis velit, v.g. retinere per annum rem alienam, & per annum nõ reſtituere; & aduertat per totum annũ ſe tantum damnũ inferre domino, grauiùs peccet, quàm ſi vellet eam retinere ſolùm per meoſem, & aduerteret ſe per hoc tempus minus damnum inferre; hoc tameo peccatum actuale noo durat, nec creſcit in tali ratione peccati actualis per totũ annũ, quaſi hic retinens, aut non reſtituens, cõtinuò per totũ annum ſit actu peccás peccato omiſſionis, etiã dum orat, aut eleemoſynã facit, & nihil cogitat de re aliena; ſed ſolùm tãdiu durat, quãdiu talis ... entio

retentio rei alienæ,& non reſtitutio manet, vt actio humaoa; non autem ſolùm vt effectus actionis humanæ, qui ſolùm ab initio, & quaſi in fieri fuit dependens à voluntate. Et tale quid de peccato omiſſionis, & ſpecialiter de peccato ignorantiæ, vel negligentiæ, quæ committitur in acquirenda ſcientia aliqua debita, expreſſè docet S.Th.1.2.q.76.a.2.ad 5. *Sicut enim*, inquit, *in aliis peccatis omiſſionis ſolo illo tempore homo actu peccat, pro quo præceptum affirmatiuum obligat; ita eſt etiam de peccato ignorantiæ: non enim continuò ignorans actu peccat; ſed ſolùm, quando eſt tempus acquirendi ſcientiam, quam habere tenetur.* Et quod hîc dicimus de omiſſione reſtituendi, debet intelligi etiam de aliis omiſſionibus; vt, v.g. ſi omittas implere aliquod votum; ſi omittas iuuare proximum eleemoſyna, quem vides extremè egere, aut fame perire; ſi omittas aliquem ſoluere, qoem iniuſtè conieciſti in vincula, vel in carcere detines; ſi omittas legem aliquam reuocare, qoam iniquè ſanxiſti: in his enim, & ſimilibus, tunc ſolùm actu peccatur peccato omiſſionis, quando omiſſio eſt voluntaria, & dependet à voluntate, ſiue directa, ſiue indirecta, & ſiue actu, ſiue virtute; & dependet tanquàm actio, non autem ſolùm tanquàm effectus actionis, vt *ſuprà* diximus; & tunc iteratur, aut multiplicatur numero peccatum, quando iteratur voluotas omittendi, & ipſa externa omiſſio de nouo incipit ſe habere, vt actio humana; non autẽ ſolùm contiouatur, vt effectus actionis humanæ iam præteritæ, & interruptæ, & pro maiori, aut minori duratione voluntaria talis omiſſionis externæ, & maiori, aut minori nocumento voluntario, quod ex illa patitur proximus, creſcit, aut decreſcit cæteris paribus malitia, & grauitas talis peccati actualis, vt diximus. Et per iterationem voluntatis omittendi, ex qua dicimus multiplicari numero peccata omiſſionis, debet intelligi etiam noua poſitio alicuius impedimenti ad ponendum in eſſe actum oppoſitum: vt ſi qois, v.g. poſt actualem voluntatem omittendi Horas canonicas, ad quas tenetur, voluntariè proiiciat Breuiarium; & ſe reddat etiam impotentem ad recitandum: hæc enim proiectio eſt virtualis renouatio prioris voluntatis, & ideò eſt ſufficiens, etiam ipſa, ad omiſſionis peccatum numero multiplicandum, vt notat Reginald. *in praxi pœnitentiali, lib.15. cap.11.num.14.*

DISPVT. XXV.

Quomodo peccata non ſint omnia inter ſe connexa.

1. *Aliquando plures malitiæ ſunt connexa in eodem actu.*
2. *Peccata aliquando ſunt connexa per modum diſpoſitionis, aut cauſæ.*
3. *Peccata poſſunt eſſe connexa per modum pœnæ.*
4. *Per ſe loquendo, non omnia peccata ſunt inter ſe connexa.*
5. *Explicatur locus S.Iacobi ex cap.2.ſuæ Epiſtolæ.*
6. *Vitia non ſunt connexa inter ſe neceſſariò, & ratione ſui.*
7. *Quomodo virtutes morales ſint connexa ad inuicem.*

QVÆ hactenus dicta ſunt de peccatis, ſolùm pertinent ad eorum naturam & diuerſitatem, ſiue ſpecificam, ſiue numericam, quaſi abſolutè, & in ſe conſideratam: poſſunt tamen peccata etiam conſiderari, quaſi relata ad ſe inuicem, & inter ſe comparati: & ſic de illis eſt explicandum, an, & quomodo ſint colligata, & connexa ad inuicem; & quomodo ſint inter ſe æqualia, aut inæqualia quoad grauitatem, & vnde hæc inæqualitas ſit attendenda, de qua re fusè diſputat S. Thom. 1.2. *quæſt.* 73. *& qu.2. de malo, art.*9. Vaſq. 1.2.*diſp.*99. Val.1.2. *d. diſp.*6. *quæſt.*3. Azor. *tom.*1. *lib.* 4. *cap.* 19. *&* 20. & Sayr. *lib.*2.*clau.reg.cap.*7. & alij.

1. *Aliquando plures malitiæ ſunt connexa in eodẽ actu.* — Primò ergo, ſi quæramus de connexione, & colligatione peccatorum ad inuicem, & loquamor de peccatis propriè dictis, prout diſtinguuntur à vitiis, & conſiſtunt in actibus prauis, non autem in habitibus; certum eſt, quòd eorum aliqua ſunt connexa, quoad malitias, & per ſe loquendo, malitia vnius non poteſt ſeparari à malitia alterius: vt, v.g. in adulterio, malitia intemperantiæ, & malitia iniuſtitiæ; in fornicatione hominis religioſi, aut Deo dicati per votum caſtitatis, malitia ſacrilegij, & malitia intemperantiæ; in percuſſione Clerici, malitia iniuſtitiæ, & malitia ſacrilegij: vt notat Sayr. *lib.*2. *cap.* 7. *cit. num.* 1.

2. *Peccata aliquando ſunt connexa per modum diſpoſitionis.* — Secundò, certum eſt, quòd aliquando plura peccata ſunt inter ſe colligata, colligatione potiùs voluntaria, quàm neceſſaria, & quæ dependeat ex ipſa rei natura: ſic enim ſæpiſſimè accidit, vt vnum peccatum diſponat ad aliud, & voluntatem ad illud moueat, & impellat: vt, v.g. peccatum intemperantiæ ad peccatum furti, ſi vir intemperans aliunde non habeat, qood det amicæ; vel ad peccatum homicidij, ſi aliter non poſſit potiri amica. Atque hoc modo S.Gregor. *lib.*31. *Moral. cap.*17. *vel* 31. & ex illo S.Thom. 1.2. *quæſt.*84.*art.*4. & Scholaſtici communiter *in* 2. *d.* 42. explicant peccata capitalia, in quantum ſunt capita & cauſæ plurium aliorum, & plura alia ab illis proueniunt: & *Eccleſiaſt.* 10. de ſuperbia dicitur, quòd ſit initium omnis peccati: & 1. ad Timoth. *cap. vlt.* de cupiditate, quòd ſit radix omnium malorum, vt explicabimus *infrà*; dicitur verò hæc colligatio peccatorum eſſe potiùs voluntaria, quàm neceſſaria: quia non eſt ex ipſa rei natura; ſed ex aliqua ſuppoſitione merè contingente, vt, v. g. quòd amica nolit aſſentiri viro intemperanti, niſi accipiat ab illo centum; & hic non aliter poſſit habere centum, quæ illi donet, niſi furetur; & tamen firmus in eo permaneat, vt potiatur amica, neque velit ab hoc propoſito, aut voluntate recedere: quæ tamen omnia contingunt per accidens, & non ſunt ex ipſa rei natura.

3. *Peccata poſſunt eſſe connexa per modum pœnæ.* — Tertiò, ad idem pertinet etiam colligatio, aut connexio accidentalis per modum pœnæ, quam ſæpè habet vnum peccatum cum aliis pluribus: ſic enim explicat S.Thom. 1.2. *quæſt.*87. *art.* 2. illud S. Gregor. *homil.*11. *in Ezech. & lib.*25. *Mor.cap.* 13. quòd aliquando peccatum ſit pœna peccati, in quantum, ſcilicet, Deus propter vnum, aut plura peccata, ſubtrahit ſpecialia auxilia ſuæ gratiæ, quæ ſola in nobis prohibent, aut impediunt cauſas inclinantes ad alia peccata, id eſt, paſſiones & tentationes Diaboli; & ſubtracta, aut remota huiuſmodi gratia prohibente, facillimè labimur in noua peccata, vt de Gentilibus dicitur ad Romanos 1. *Obſcuratum eſt inſipiens cor eorum.* id eſt, per ſubtractionem diuini luminis. *& ſtulti facti ſunt: & propter hoc tradidit illos Deus in deſideria cordis eorum* in quantum, ſcilicet, deſtituti, in pœnam priorum peccatorum, ſpecialibus auxiliis gratiæ, turpiùs victi ſunt à ſuis paſſionibus, & appetitibus inordinatis. Et hac eadem ratione ſæpè accidit, vt cum peccatis venialibus ſit cõnexum aliquod peccatum mortale; in quantum, ſcilicet, per peccata venialia remittitur feruor charitatis, eiúſque actus impediuntur,

dimitur, ne ita facilè & promptè fiant, vt notat Azor. *tom. 1. lib. 4. cap. 9. qu. 16.* & proptereà ſubtrahit Deus vberiora auxilia ſuæ gratiæ, ſine quibus facilè labitur humana mortalitas in grauiora peccata.

4. *Per ſe loquendo, non omnia peccata ſunt inter ſe connexa.*

Quartò, certiſſimum eſt, quòd, per ſe loquendo, omnia peccata ſunt connexa, & colligata ad inuicem. Ita S. Thom. 1. 2. *quæſt. 73. art.* 1. & omnes communiter. Probatur: quia S. Iacobus *cap. 2. ſua Epiſtola*, diſertè aſſerit, quòd poteſt quis totam legem ſeruare, & offendere ſolùm in aliquo vno: *Quicunque totam legem ſeruauerit, offendat autem in vno.* Si autem omnia peccata, per ſe loquendo, eſſent connexa, & colligata ad inuicem, qui vnum haberet, haberet omnia; & qui delinqueret in aliquo vno præcepto legis, delinqueret ſimul in omnibus, & malè diceretur ſeruare totam reliquam legem. Et ratio eſt ex S. Th. *ibid.* quia eam tantùm connexionem, & colligationem poſſunt habere ad inuicem aliqui actus, quam habent ipſorùm obiecta, à quibus accipiunt totum eſſe; quæ tamen obiecta in actibus peccatorum communiter ſunt diſparata, neque vllam habent inter ſe attinentiam, aut connexionem, & ſæpè etiam ſunt contraria, vt notat Ariſt. 2. *Ethic. cap.* 8. & patet in peccato ignauiæ, & audaciæ contra fortitudinem; ſtupiditatis & intemperantiæ contra temperantiam; auaritiæ, & prodigalitatis contra liberalitatem; & in aliis multis. Et quemadmodum hanc eandem ob cauſam neque etiam actus virtutum ſunt inter ſe connexi, & benè poteſt quis aliquando exercere, v. g. actum fortitudinis, abſque eo, quòd ſimul exerceat etiam actum liberalitatis, aut temperantiæ: quia, ſcilicet, quando occurrit obiectum fortitudinis, non occurrit neceſſariò etiam obiectum liberalitatis, aut temperantiæ, ita & ſinguli actus vitiorum poſſunt exerceri, quaſi per ſe, & non connexi aliis.

5. *Explicatur locus S. Iacobi, cap. 2. ſua Epiſtola.*

Neque eſt in contrarium authoritas S. Iacobi, *cap. 2. cit.* dum aſſerit, quòd ſi quis offendat in vno, factus eſt omnium reus: neque enim eſt ſenſus, quòd qui legem, aut Deum offendit in aliquo vno, eo ipſo, & ſimul etiam offendat in aliis omnibus; & qui ſe conſtituit reum vnius culpæ, ſimul ſe reum conſtituat omnis culpæ: & alioqui manifeſtè pugnaret ſecum ipſe S. Iacobus, & vno, eodémque contextu loqueretur pugnantia: *Quicunque totam legem ſeruauerit, offendat autem in vno, factus eſt omnium reus.* ſi hoc intenderet, quòd quis offendendo in vno, in tota lege offenderet, & in aliis ſingulis eſſet tranſgreſſor, vt ex ſe patet: ſed ſenſus S. Iacobi hic eſt, quòd ipſa legis vniuerſitas, & omnia, & ſingula illius præcepta ſint ſeruanda; & quòd non is ſolùm, qui omne præceptum tranſgreditur; ſed is etiam, qui tranſgreditur aliquod, ſit abſolutè tranſgreſſor legis, & dignus pœna ex hoc, quòd non ſeruet omnia illius præcepta, hoc eſt, ipſam legis vniuerſitatem, ſicut tenetur, cùm ad verificandam hanc propoſitionem negatiuam: *Hic non ſeruat omnia præcepta legis.* ſatis ſit, ſi vnum aliquod non ſeruet; non autem ſit neceſſarium, vt omnia non ſeruet, vt patet ex Regulis Logicorum. Et, vt notat Burgen. *in add. ad illum locum S. Iacobi, & ex illo* Barthol. Med. 1. 2. *quæſt. 73. art.* 1. Vaſquez *in comment. ad eundem articulum, num. 22.* Azor. *tom 1. lib. 4. cap. 19. q.* 1. Sayr. *lib. 2. clau. reg. c. 7. n.* 2. & alij. Fuit error Phariſæorum, & hæreſis quorundam, etiam in Chriſtum credētium primis temporibus naſcentis Eccleſiæ, quòd Deus non quolibet mortali crimine offenderetur; ſed ſolùm pluribus, vt, v. g. quando aliquis totam legem, aut maiorem illius partem tranſgrederetur; non autem, ſi delinqueret ſolùm in vno, aut altero legis præcepto, & quòd ſola tranſgreſſio charitatis in Deum, non autem in proximum, eſſet graue peccatum, & quòd nulla eſſent peccata interiora; ſed omnia conſiſterent in ſolis actibus exterioribus. Et ſicut contra hos poſtremos pronunciauit Dominus Matt. 5. *Qui viderit mulierem ad concupiſcendum eam, iam mœchatus eſt eam in corde ſuo.* & contra ſecundos ſcripſit S. Ioannes cap. 3. ſuæ primæ Epiſtolæ: *Nos ſcimus, quoniam tranſlati ſumus de morte ad vitam, quoniam diligimus fratres. Qui non diligit, manet in morte.* ita & contra primos ſcripſit S. Iacobus: *Qui totam legem ſeruauerit, offendat autem in vno, factus eſt omnium reus.* Et ſenſus eſt, quòd non is ſolùm ſit reus ſimpliciter legis violatæ, & diuinæ inimicitiæ incurſæ, & pœnæ commeritæ, qui plura, aut omnia præcepta tranſgreditur; ſed etiam ille, qui tantùm vnum, & quoad hoc perinde ſit, vnum tranſgredi, atque omnia. Vnde & ſubdit: *Qui enim dixit: Non mœchaberis. dixit: Et non occides. Quòd ſi non mœchaberis, occidas autem, factus es tranſgreſſor legis.* Et ſenſus eſt, quòd offenſa Dei legiſlatoris tam incurratur per tranſgreſſionem vnius præcepti, quàm per tranſgreſſionem alterius cuiuſcunque, aut plurium, cùm idem ipſe, qui tulit omnia, tulerit etiam ſingula.

Atque ab hac expoſitione non videtur multùm differre etiam illa, quàm approbat S. Thom. 1. 2. *qu. 73. art. 1. ad 1. & qu. 2. de malo, art. 9.* S. Auguſtinus *epiſt. 29. & ſerm. 61. de temp.* Bellarminus *tom. 4. lib. 1. de amiſſ. gratiæ, & ſtatu peccati, cap.* 12. *§. S. Iacobus. & cap. 13. §. Reſpondeo, duo quædam.* Val. 1. 2. *diſp. 6. quæſt. 3. puncto* 1. & Scholaſtici communiter, quòd qui offendit in vno, ſit reus omnium; non quidem quantùm ad conuerſionem ad ſpecialia obiecta, quaſi dum ſe conuertit ad vnum aliquod obiectum malum, ſe conuertat ad omnia; ſed quantùm ad auerſionem à Deo, eiúſque gratia, & charitate, quæ amittitur per vnum peccatum, perinde ac ſi committerentur ſimul cætera omnia: ſiquidem, qui tranſgreditur vnum præceptum, verè efficitur reus diuinæ inimicitiæ, & pœnæ æternæ, ac ſi omnia eſſet tranſgreſſus. Ad quod explicandum aptè congruit exemplum, quod affert Author Operis imperfecti *in Matt. hom. 35. tom. 2. S. Chryſoſt.* & apud Bellarm. *lib. 1. cit. de amiſſione gratiæ, & ſtatu peccati, cap. 12. tom. 4.* & apud Val. *diſp. 6. qu. 3. puncto 1. cit. de milite*, qui vnam tantùm corporis partem inermem reliquit, & inde vulnus accepit, & interiit: ſicut enim illi nihil profuit, quòd toto reliquo corpore eſſet armatus, & vnica illa parte inermi ſic cecidit, quemadmodum ſi totus fuiſſet nudus: ita & nihil prodeſt ad euadendam pœnam, & mortem æternam, ſi quis ſeruet omnia præcepta, & offendat in vno; quoniam per vnum ſic cadit, & reus conſtituitur, ac ſi ſemper peccaſſet, & nullum præceptum vnquam ſeruaſſet. His autem modis, ſi intelligatur locus allatus ex S. Iacobo, ſolùm probat, quòd quemadmodum omnia præcepta ſunt connexa, & colligata ad inuicem, quoad conſeruandam in anima charitatem, & conuerſionem ad Deum; non autem quoad inducendam conuerſionem ad omnia, & ſingula obiecta honeſta, quæ ſunt ſub præcepto; ita & omnia peccata ſunt connexa, & colligata quoad tollendam ab anima charitatem, & conuerſionem ad Deum; non autem quoad inducendam conuerſionem ad omnia, & ſingula obiecta turpia, quæ ſunt contra præceptum; & qui violat vnum præceptum, aut offendit in vno, perinde ſit quoad hunc effectum, ſimpliciter tollendi charitatem, & conuerſionem ad Deum, ac ſi viola-

ret etiam teliqua, vt offenderet in aliis omnibus. Plura circa hunc locum S. Iacobi poſſunt videri apud Interpretes, & apud Scholaſticos, quando agunt de comparatione peccatorum ad inuicem; ſed in præſentia hæc ſunt ſatis.

6. *Vitia non ſunt connexa inter ſe neceſſariò, & ratione ſui.* Si verò loquamur de peccatis ſecundùm acceptionem minùs propriam, id eſt, prout ſunt idem cum vitiis, & conſiſtunt in habitibus prauis; non autem in actibus, negandum ſimiliter eſt, cum S. Thom. 1.2.*quæſt.* 73. *art.* 1. *ad* 2. & omnibus communiter, quòd omnia neceſſariò, & ratione ſui ſint inter ſe connexa, cùm etiam hæc ſint diſparata, vt, v. g. prodigalitas, & intemperantia, neque poſſint maiorem colligationem poſtulare ad inuicem, quàm poſtulent eorum actus, & obiecta; imò & aliquando ſint etiam contraria, & incompatibilia, vt prodigalitas, & auaritia, intemperantia, & ſtupiditas, vel inſenſibilitas, vt *ſuprà* diximus de ipſis actibus. Et quamuis vnumquodque illorum ſit neceſſariò connexum cum imprudentia, & cum praua ratione agendi circa ſuum obiectum; ſicut & virtutes contrariæ ſunt connexæ cum prudentia, & cum recta ratione, vt probat S. Thom. 1.2.*quæſt.* 58. *art.* 4. non tamen propterea eſt connexum neceſſariò cum aliis vitiis, & benè poteſt vnus aliquis acquirere vnum per frequentationem actuum illius, abſque eo, quòd acquirat alia per frequentationem actuum aliorum. Et quamuis admittamus, quòd defectus prudentiæ trahat ſecum etiam defectum virtutum moralium, iſque adimat rationem virtutis; quamuis non adimat, quòd ſint inclinatio ad ſuos actus; & concedamus, quòd quemadmodum hæ non poſſunt eſſe in ratione virtutis ſine illa; ita & illa non poſſit eſſe ſine his, vt ſubdit S. Thom. *quæſt.* 58. *cit. art.* 5. non tamen propterea defectus prudentiæ trahit ſecum vitia oppoſita, prout dicunt inclinationem poſitiuam ad actus malos oppoſitos, cùm hæc inclinatio non poſſit haberi ſine frequentatione ſuorum actuum, & quandiu manet inclinatio ad actus bonos, vt habet idem S. Thom. *quæſt.* 73. *art.* 1. *ad* 2. *cit.*

Dixi autem, vitia non eſſe connexa, & colligata inter ſe neceſſariò, & ratione ſui: quia, ſi loquamur de quadam colligatione accidentali, & extra cuiuſque naturam, & exigentiam, non videtur hæc eſſe neganda, ſaltem in iis, quæ ſunt ad inuicem compatibilia, & non contraria, vt notat

7. *Quomodo virtutes morales ſint connexa ad inuicem.* Val. 1.2. *diſpt.* 6. *quæſt.* 3. *puncto* 1. *in fine:* ſicut enim virtutes morales non dicuntur connexæ ad inuicem, prout ſunt inclinationes ſimpliciter ad actus bonos circa propria obiecta, quæ eſt illarum perfectio eſſentialis, & neceſſaria; ſed ſolùm prout habent perfectionem quandam ſibi accidentalem, ratione cuius diſponunt ad ſuos actus omninò firmiter, & abſque periculo, vt ab illis impediantur per quoſcunque affectus, ac paſſiones, vt videre eſt apud S. Thom. 1.2. *quæſt.* 65. *art.* 1. & Azor. *tom.* 1. *lib.* 3. *cap.* 29. *qu.* 1. ita & vitia poſſunt eſſe connexa, ſi dicantur habere ſimilem aliquam perfectionem in ſuo genere, per quam, ſcilicet, ſimiliter diſponant omninò firmiter ad ſuos actus, & inimpedibiliter per aliud quodcunque: nam, ſicut virtus temperantiæ, v. g. facilè deficeret à ſua honeſtate ex metu mortis, ſi non haberet fortitudinem ſibi annexam; vel ex cupiditate alienæ pecuniæ, ſi non haberet iuſtitiam, & ſic de aliis: ita & vitium intemperantiæ facilè deficeret à ſua turpitudine ex metu mortis, ſi non haberet ſibi annexum vitium audaciæ; vel ex inopia pecuniæ, & externorum bonorum, ſi non haberet vitium iniuſtitiæ ad furandum, & ad alienum accipiendum: quia tamen hæc perfectio, tam in virtutibus, quàm in vitiis, non eſt eſſentialis & neceſſaria; ſed accidentalis, & contingens; ideò dixi, vitia non eſſe connexa neceſſariò, & ratione ſui. Et idem eſt de alia connexione, quam habent vitia capitalia cum aliis pluribus: ſimiliter enim non eſt connexio neceſſaria, ſed accidentalis, & ſolùm per modum diſpoſitionis, in quantum vnum vitium diſponit ad aliud, & præbet ad illud occaſionem, vt iam indicauimus *num.* 2. & notat Vaſq. 1.2. *in comm. ad art.* 1. *ex qu.* 73.

DISPVT. XXVI.

Quomodo peccata non ſint omnia inter ſe paria.

1. *Error Stoïcorum, & hæreticorum, quòd omnia peccata ſint paria.*
2. *Rationes, quibus videtur probari huiuſmodi error.*
3. *Ex lumine naturæ non omnia peccata ſunt paria.*
4. *Non omnes iniuriæ ſunt æquales.*
5. *Tranſgreſſio cuiuſque legis non conſiſtit in indiuiſibili.*
6. *Maior irreuerentia eſt erga Euchariſtiam, ſi quis communicet benè pranſus, quàm ſi communicet ſimpliciter non ieiunus.*
7. *Aliquæ priuationes poſſunt eſſe æquales in ratione priuationis, & inæquales in ratione malitiæ.*
8. *Ex lumine fidei non omnia peccata ſunt paria.*
9. *Idem probatur ex Sanctis Patribus.*
10. *In iis, quæ ſolùm ſunt mala, quia prohibita, aliquando non datur inæqualitas peccatorum.*
11. *Eſt maior irreuerentia, ſi quis communicet benè pranſus.*
12. *Qui comedit ſæpiùs in die ieiunij, non peccat ſæpiùs, aut grauiùs contra illius obligationem, quàm ſi comederet ſolùm bis.*
13. *Ad rationem allatam pro Stoicis.*
14. *Ad confirmationem.*
15. *Ad rationem Iouiniani.*

PECCATA eſſe omnia inter ſe paria, ſenſerunt Stoici apud M. Tullium *in* 3. *Paradoxo, & in orat. pro Murena:* & cum Stoïcis id videtur ſenſiſſe etiam ipſe M. Tullius: ſiquidem *in præfatione ad Paradoxa*, eam ſententiam ait ſibi videri Socraticam, & veriſſimam, & ne cogerentur Stoïci aliqua admittere, aut negare, contra communem omnium ſenſum, ea ſolùm ratione dicebant poſſe contingere, vt quis dicatur peccare grauiùs, aut leuiùs: vt, verbi gratia, qui occidit patrem, aut qui occidit ſeruum; quia pluribus, aut paucioribus nominibus peccat, & quaſi committit plura, aut pauciora peccata; non autem, quia peccando vno aliquo tantùm nomine, & vnum tantùm peccatum committendo, poſſit peccare grauiùs, aut leuiùs: & eum, v. g. qui patrem occidit, ideò aſſerebant, poſſe dici peccare grauiùs, quàm qui ſeruum; quia non modò occidit hominem; ſed etiam occidit eum, qui genuit eum, qui aluit, & qui erudiuit: quæ omnia non tam augent vnam rationem peccati, quàm peccata ipſa multiplicant. 1. *Error Stoïcorum, & hæreticorũ, quòd omnia peccata ſint paria.*

Poſt Stoicos, ex Chriſtianis in eundem errorem lapſus eſt etiam Iouinianus hæreticus, vt refert S. Auguſtinus *lib. de hæreſibus*, *cap.* 82. *tomo* 6. & S. Hier. *lib.* 2. *contra eundem Iouin. paulò poſt medium.* Et quamuis Alphonſus à Caſtro *de hæreſibus, lib.* 12. *hæreſi* 8. diſertè neget, S. Hieronymum huius erroris

vnquam

vnquam memini ſſe, aut eum tribuiſſe Iouiniano; id tamen eſſe falſum, patet apertè ex S.Auguſt. *epiſtola 29.ad ipſum S.Hieronymum*, vbi eum laudat, quòd hunc errorem ex ſacris Scripturis conuicerit, & ex verbis ipſius S. Hieronymi *lib.2.cit. contra Iouinian.* & apud Val. 1. 2.*diſp.6. quæſt.3.puncto 2.initio.*

2. *Rationes, quibus videtur probari huiuſmodi error.*

Rationes, quibus Stoici conabantur probare hanc peccatorum æqualitatem, illæ erant præcipuæ: quia omne peccatum formaliter conſiſtit in tranſgreſſione eorum finium, aut limitum, quos lex, aut ratio præfinit humanis actionibus: hæc verò formalis ratio tranſgreſſionis in omni peccato eſt æqualis; neque poteſt eſſe maior in vno, quàm in alio, cùm ſemper conſiſtat in indiuiſibili: ſicut enim in Mathematicis obliquitas lineæ, propriè loquendo, eſt æqualis in omnibus, & conſiſtit in indiuiſibili, id eſt, in hoc, quòd non ex æquo interiaceat ſua puncta, & poſteà eſt illi per accidens, quòd plùs, vel minùs recedat ab iſta ex æquo interiacentia: ita & in Moralibus obliquitas actus videtur conſiſtere in indiuiſibili, id eſt, in hoc, quod eſt non contineri intra fines, ac limites rectæ rationis, ac legis, quantuſcunque tandem ſit receſſus ab huiuſmodi finibus, atque limitibus, & quantuſcunque ſit progreſſus vltra illos, qui ſemper ad actus obliquitatem videtur ſe habere per accidens.

Et videtur hæc ratio poſſe explicari, & confirmari etiam ex alio principio, quod communiter recipitur à Theologis, quòd, ſcilicet, malitia formaliter conſiſtat in priuatione bonitatis, aut rectitudinis debitæ: ſicut enim bonitas formaliter eſt ipſa integritas eorum omnium, quæ ſunt debita actui, iuxta illud S. Dionyſij: *Bonum ex integra cauſa.* & ideò conſiſtit in indiuiſibili: ita & malitia, quæ formaliter eſt carentia bonitatis, debet conſiſtere in indiuiſibili, neque poteſt in peccatis eſſe inæqualis, vel ſuſcipere magis, & minus; cùm ex ipſis terminis manifeſtè repugnet, vt priuatio formæ indiuiſibilis, ſit diuiſibilis, & ipſa non forma habeat partes, ſi ipſa forma oppoſita illas non habet. Imò & S.Thom. 1.2.*quæſt.*18.*art.*8. *ad* 1. & *qu.73. art. 2. cit. ad* 2. expreſsè admittit, quòd ſi priuatio ſit totalis, & quaſi iam in facto eſſe, & pura, & ſimplex; quia nihil formæ relinquit admixtum, ſed conſiſtit quaſi in primo corruptum eſſe illius totius, non poteſt recipere magis, & minus, vt patet, v. g. in morte, quæ ideò non denominat magis mortuum vnum, quàm alium; ſed omnes æqualiter, ſiue in primo inſtanti deſitionis vitæ, ſiue poſt centum annos: quia in omnibus eſt carentia totius vitæ, & nihil illius relinquit in ſubiecto, & conſiſtit quaſi in primo corruptum eſſe, quod eſt terminus totalis corruptionis præcedentis. Et quamuis prætereà admittat S. Thomas, etiam alias priuationes, quas appellat non ſimplices, & non puras; quia relinquunt admixtum aliquid de oppoſito habitu, aut forma, & magis conſiſtunt in ipſo corrumpi, & in tendentia ad corruptum eſſe, quàm in termino, qui eſt ipſum corruptum eſſe, vt eſt, v.g. ægritudo, quæ ita eſt carentia ſanitatis, & debitæ commenſurationis humorum in animali, vt aliquid illius ſemper relinquat, quandiu eſt ægritudo, & potiùs conſiſtat in corrumpi talis commenſurationis humorum, & quaſi in fieri totalis negationis illius, quàm in corruptum eſſe, & in facto eſſe. Malitia tamen non videtur poſſe eſſe priuatio huius ſecundi generis, ſi oppoſita bonitas eſt ipſa integritas in actu, & hæc eſt indiuiſibilis; neque poteſt ſecundùm aliquid remanere, & ſecundùm aliquid tolli, vt iam diximus. Et clariùs id apparet in peccatis omiſſionis, quæ ſolùm conſiſtunt in pura, & ſimplici non poſitione actuum debitorum, neque illorum aliquid in ſubiecto relinquunt; & in iis peccatis commiſſionis, quæ ſunt intrinſecè, & totaliter mala, vt eſt, v. g. peccatum infidelitatis, odij Dei, blaſphemiæ, & ſimilium, in quibus, quidquid eſt, malum eſt; neque aliquid boni poteſt eſſe admixtum, ratione cuius illorum malitia poſſit dici priuatio non ſimplex, & non pura, & ideò eſſe capax inæqualitatis, & ſuſcipiendi magis, & minus.

Rationes verò Iouiniani ex S. Hieronymo *lib.2. cit. contra Iouinian. propoſitione* 4. eò tendebant, vt oſtenderent, in ſacris Scripturis duos tantùm ordines poni, id eſt, malorum, & bonorum; & in vtroque illorum nullam poni inæqualitatem, aut diuerſitatem; & bonos ſignificari *Matth.7.* per arborem bonam, quæ facit fructus bonos; & *Matt. 25.* per quinque virgines prudentes, quæ intrauerunt cum ſponſo ad nuptias; & per oues, quæ in extremo Iudicio dicuntur ſtatuendæ à dextris; & per alia huiuſmodi; & malos ſignificari per arborem malam, quæ facit fructus malos; & per virgines fatuas, quæ fuerunt excluſæ à nuptiis; & per hœdos, qui dicuntur ſtatuendi à ſiniſtris. Sicut autem in malis fructibus, qui producuntur ab arbore mala, nulla eſt inæqualitas, quoad malitiam; neque in virginibus fatuis, quoad fatuitatem, & excluſionem à nuptiis; neque in hœdis, quoad conſtitutionem à ſiniſtris in extremo Iudicio: ita neque in hominibus malis, aut peccatoribus, ſecundùm Iouinianum, vlla eſt ponenda inæqualitas quoad peccata, aut malitiam peccatorum in hac vita, & quoad pœnas peccatis debitas in altera vita.

Sed contra hunc errorem Stoïcorum, & hæreticorum, certiſſimũ eſſe debet ex lumine naturali, & ex lumine fidei, quòd non omnia peccata ſunt æqualia, ſed alia aliis ſunt grauiora. Et quantum attinet ad lumen naturale, rectè dixit S.Aug. *ep.29.ad S.Hier.* paradoxum hoc Stoicorum aduerſari communi ſenſui generis humani: nam, vt patet ex Ariſt.4. *Metaph. text.*18. quemadmodum lumine naturæ eſt omnibus notum, quòd aliqua ſunt vera, & aliqua falſa; neque poteſt aliquid ſimul eſſe verum, & falſum, hoc eſt, eſſe, & non eſſe ſimul; ita eſt omnibus notum, quòd aliqua ex falſis magis accedunt ad ea, quæ ſunt vera, aut minùs ab eis recedunt, quàm alia: vt, v.g. ſi quis dicat, quòd quatuor ſunt quinque, vel quod ſunt mille: quamuis enim hoc vtrunque aſſertum ſit falſum, & diſtet à vero; nemo tamen non videt, quòd hoc poſterius ſit magis falſum, & magis diſtet à vero, quàm illud primum; & per conſequens, quòd plùs mentiatur, qui illud aſſerit, quàm qui aſſerit primum, & quòd maius mendacium proferat: non autem omnia mendacia ſint æqualia: qui enim aſſerit, quòd quatuor ſunt quinque, vno tantùm paſſu, vel gradu, vt ſic dicam, recedit à vero, id eſt, per vnam tantùm vnitatem, quam ſuperaddit vltra naturã quaternarij, & vnum tantùm mendacium dicit, id eſt, ſolùm, quòd quaternarius vltra quatuor vnitates, etiam contineat quintam: at verò, qui aſſerit, quòd quatuor ſunt mille, recedit multò pluribus gradibus, id eſt, per illas omnes vnitates, quas ſuperaddit vltra quatuor, & vſque ad mille, & vnica aſſertione, ſaltem virtualiter, aut æquiualenter, dicit plura mendacia, id eſt, quòd numerus quaternarius vltra quatuor vnitates contineat etiam quintam, ſextam, ſeptimam.

3. *Ex lumine naturæ non omnia peccata ſunt paria.*

Et idem eſt etiam de peccatis contra virtutes morales: cùm enim contingat aliquem tranſgredi medium virtutis, & ab illo deflectere, ſiue ad nimium, & per exceſſum, ſiue ad parum, & per defectum;

non

non modò tamen non ſunt æquales omnes ttanſgreſſiones, ſed earum aliquæ communi exiſtimatione, ne tranſgreſſiones quidem reputantur; & vt habet Ariſt. 4. Ethic. cap. 5. versùs finem, *Qui parum tranſgreditur, v. g. medium manſuetudinis, non vituperatur, ſiue ad nimium, ſiue ad parum deflexerit; imò interdum & eos, qui deficiunt, laudamus, manſuetóſque appellamus; & eos, qui infeſti ſunt, id eſt, qui iraſcuntur, ob qua non debent, & magis, quàm debent, & diutiùs iram retinent, tanquàm ad imperandum idoneos, viriles nuncupare conſueuimus.* Et, vt ſubdit paulò pòſt, *Illud ſatis perſpicuum eſt, quòd ſicut medius habitus, v. g. manſuetudinis, quo efficitur, vt iraſcamur, quibus oportet, & ob quæ, & quomodo oportet, & ſecundùm alias huiuſmodi circunſtantias, eſt laudandus; ita & exceſſus, & defectus eſt vituperandus: ſed, ſi parum quis peccat, parum; ſi paulò ampliùs, magis; ſi multùm, vehementer.* non autem ſemper vno modo, & æqualiter, ſicut certè eſſe deberet, ſi omnia peccata eſſent æqualia.

4.
Non omnes iniuriæ ſunt æquales.

Ad idem facit etiam illud, quod habet Ariſt. 1. *Rhetor. cap.* 13. & 14. de iniuriis, & de inæqualitate iniutiarum, vt, v. g. quòd aliquæ iniutiæ lædant vnum aliquem certum; aliquæ verò totam Communitatem, aut ciuitatem: & qui adulteratur, v. g. aut hominem cædit, certum quendam lædat; qui verò militiam deferit, lædat ciuitatem: & qnòd magnitudo iniuriæ interdum æſtimetur ex magnitudine damni, vt illa, cui nullum ſupplicium poteſt æquari: ſed omnis pœna minor inuenitut interdum ex eo, quòd belluarum magis ſit, interdum quòd magis ex præmeditatione ſit facta, quòd in ea turpitudo ſit maiot, qoòd eum lædat, qui eſt de ſe optimè meritus: hæc enim omnia, & ſimilia clatè oſtendunt, ex lumine ipſo naturæ dati inæqualitatem in peccatis; non autem omnia eſſe patia.

5.
Tranſgreſſio cuiuſque legis non conſiſtit in indiuiſibili.

Et ratio eſt: quia, quanuis fortaſſe aliquando ttanſgreſſio legis, aut finium, ac limitum ſtatutorum per legem in humanis actionibus mathematicè, aut metaphyſicè accepta conſiſtat in indiuiſibili; ſicut & ipſi fines, ac limites legis; moraliter tamen ex multis capitibus magnam haber latitudinem; & hæc latitudo ad illam per ſe pertinet, ſi illa conſidetetur ſecundùm eſſe motale; quanuis fortaſſe pertineat per accidens, ſi conſidetetur ſecundùm eſſe phyſicum, aut metaphyſicum. Et primò ſi tranſgreſſio ſit moraliter parua, aut minima, reputatur pro nulla, & ſimpliciter non vituperatut, & quaſi non aduettitur. Deinde, ſi ſit maiot, ſed adhuc parua, patum vituperatur; & ſolùm quando eſt multa, multùm vituperatur, vt patet ex Atiſt. 4. *Ethic. cap.* 5. *cit.* & ptæſertim ſi contingat ptæmeditatò, & ex plena aduertentia; non autem ex ignorantia, aut incogitantia eorum particularium, in quibus actio exiſtit; in quo caſu dicitut quis inuitus agete, hnc eſt, non voluntariè, & miſeticordia, & venia locum habet, vt dicitut 3. *Ethic. cap.* 1. & culpa vel omninò tollitut, vel minuitur, vt *ſuprà* diximus, dum ageremus de voluntario. Et cùm huiuſmodi medium ptæſcriptum à lege, aut à ratione, ſæpè conſiſtat in integritate plurium circunſtantiarum, & earum aliquæ latitudinem habeant; non autem conſiſtant in indiuiſibili, non poteſt etiam ttanſgreſſio non habere latitudinem, & nnn eſſe maior, v. g. in illo, qui plutibus citcunſtantiis à medio deficit, quàm in alio, qui deficit tantùm vna; & intet hos, qui deficiunt ſolùm in vna, non eſſe maiot in illo, qui magis deficit, quàm in alio, qui deficit minus: ſic enim, quia lex tempetantiæ, v. g. quæ modum conſtituit in cibis, & potibus, eos cibos ptæcipit ſumi, quos ſumere oportet, & quando oportet, & provt oportet; non poteſt non magis violari ab eo, qui omnibus circunſtantiis ab illa deficiat, & ſimul cibos ſumat, quos non oportet, & quando non oportet, & provt non oportet, quòd ſi violetut ab alio, qui ſolùm deficiat vna aliqua, & cùm opotteat, v. g. cibos ſumete ad meridiem, ſumat ante meridiem; & deficiendo hac vna citcunſtantia, adhuc magis lex violabitur ab eo, qui ſumat cibos multò ante meridiem, quàm ab eo, qui patum, cùm ſemper lex prohibendo defectum ab aliqua citcunſtantia, magis prohibeat maiotem defectum, non autem indiuiſibiliter, & æqualiter ad illum ſe habeat, ſiue ſit maior, ſiue minot, vt notat Vaſq. 1. 2. *diſp.* 99. *cap.* 5. *num.* 21. & 22. Et hac ratione lex, quæ prohibet, v. g. ſumi Euchariſtiam à non ieiunis, & poſt cibum, magis prohibet eam ſumi à benè pranſis, & poſt multam ingutgitationem cibi, & potus, quàm ab iis, qui tantùm ſumpſerint aliquid patum; & ideò maiotem irteuerentiam in Euchariſtiam committunt illi, quàm hi, vt idem ſubdit *num.* 22. *cit.* Atque hoc videtur eſſe, quod habet S. Auguſt. *epiſt.* 29. quod etiam in iis, quæ recta non ſunt, adhuc poteſt vnum prauum eſſe prauius alio, & vnum diſtortum diſtortius: quia, ſcilicet, teceſſus à tectitudine, in quo formaliter conſiſtit ratio praui, atque diſtorti, non cunſiſtit in indiuiſibili, ſed habet latitudinem: & illud dicitut magis prauum, & magis diſtortum, quod ab illa magis recedit, & quaſi per plutes gradus; ſicut & illud dicitur magis falſum, quod magis recedit à vero, vt *ſuprà* diximus ex Ariſtotele 4. *Metaph. text.* 18.

6.
Maior irreuerentia eſt erga Euchariſtiam, ſi quis communicet benè pranſus, quàm ſi communicet ſimpliciter non ieiunus.

Deinde hoc idem probatur ex lumine natutali: quia, ſi loquamur de formis diuerſis ſpecie, aliud eſt, quòd aliquæ ſint inter ſe æquales in ratione formæ, aut entis, vel graduum; & aliud, quòd ſint intet ſe æquales in ratione boni, aut conuenientis alicui alteri, vel etiam in ratione propriæ nobilitatis, aut perfectionis: quanuis enim duæ formæ ſubſtantiales, v. g. forma bouis, & forma equi, non ſint inæquales in ratione fotmæ, aut entis; & duæ formæ accidentales, v. g. calur, vt octo, & frigus, vt octo, non ſint inæquales in ratione graduum; non tamen propteteà ſunt æquales in ratione nobilitatis, & perfectionis: & quanuis duæ potentiæ animæ, verbi gratia, nuttitiua, & viſiua, non ſint inæquales in ratione entis, aut fotmæ; non tamen propterea ſunt æquales in ratione boni, aut conuenientis ipſi viuenti, cùm nuttitiua ſit longè melior, & longè conuenientiot, quàm viſiua, quicquid ſit de entitate, & perfectione, ſiue nobilitate. Et proportionaliter idem eſt etiam de priuationibus diuerſis ſpecie: fieri enim poteſt, vt duæ aliquæ ſint intet ſe inæquales in ratiune mali, & diſconuenientis alicui alteri; & illa ſit magis mala, & magis diſconueniens, quæ tollit fotmam magis bonam, & conuenientem, vt eſt, v. g cæcitas, quæ tollit viſum, ſi compatetur cum ſurditate, quæ tollit auditum, ſiue prætereà ſint inæquales in ratione priuationis, & non entis, ſiue non: ergo etiam in moralibus fieri poteſt, vt duæ honeſtates, aut rectitudines diuerſatum virtutum non ſint intet ſe inæquales in tatione entis, aut fotmæ, vt, v. g. ſi vtraque conſiſtat in aliqua tatione indiuiſibili; & tamen ſint inæquales in ratione nobilitatis, & in ratione bonitatis motalis: vt, v. g. rectitudo, aut honeſtas iuſtitiæ, ſi comparetur cum rectitudine, aut honeſtate liberalitatis: neque enim eſt dubium, quòd illa ſit nobilior, & moraliter melior, quàm hæc, ſiue vtraque, in ratione entis, & fotmæ conſiſtat

7.
Aliquæ priuationes poſſunt eſſe æquales in ratione priuationis, & inæquales in ratione malitiæ.

ſiſtat in indiuiſibili, ſiue non. Er proportionaliter idem eſt etiam de oppoſitis priuationibus, in quibus conſiſtit turpitudo, & inhoneſtas moralis, ſiue malitia: poſſunt enim ſimiliter aliquæ duæ eſſe inæquales in ratione malitiæ moralis, & vna eſſe maior malitia, quàm alia: vt, v.g. priuatio rectitudinis iuſtitiæ, quàm priuatio rectitudinis liberalitatis; ſiue prætereà ſint inæquales in ratione priuationis, & non entis, ſiue non: quia, vt benè notat idem Vaſq. 1.2.*diſp.99.cit. cap.4.n.* 17. æqualitas, & inæqualitas aliquarum priuationum, in ratione priuationis, & non entis, noſtro modo intelligendi ſolùm attenditur, & menſuratur ex entitate ipſarum formarum, quas tollunt, neque poſſunt priuationes eſſe inæquales, in ratione priuationis, & non entis, ſi ipſæ formæ, quarum ſunt priuationes, non ſunt inæquales; ſed vtraque conſiſtit in aliquo indiuiſibili. At verò æqualitas, & inæqualitas in ratione malitiæ moralis conſideratur per reſpectum ad formas, non in quantum formæ, & entia ſunt; ſed in quantum ſunt bonitas, & honeſtas moralis: & ideò quemadmodum rectitudo iuſtitiæ eſt maior bonitas, quàm rectitudo liberalitatis, etiamſi fortaſſe non ſit maior forma, aut maius ens; ita & priuatio talis rectitudinis, quæ eſt in actu iniuſtitiæ, eſt maior malitia, quàm priuatio rectitudinis, quæ eſt in actu auaritiæ, etiamſi fortaſſe non ſit maior priuatio, aut maius non ens, & per conſequens etiam peccatum iniuſtitiæ eſt maius, quàm peccatum auaritiæ, & non omnia peccara ſunt æqualia, quod erat probandum.

8. *Ex lumine fidei non omnia peccata ſunt paria.*

Quòd verò prætereà etiam ex lumine fidei debeat eſſe certiſſimum, quòd non omnia peccata ſint paria, ſed alia aliis ſint grauiora, probatur: quia in Scriptura ſæpè fit mentio huiuſmodi inæqualitatis: nam *Ezech.*16. ad Hieruſalem dicitur: *Sceleratiora feciſti illis*; id eſt, Sodoma, & filiabus eius: & *Matt.*5. ponuntur tres gradus iræ, id eſt, primus, qui continetur ſolùm interiùs, & eſt ita leuis, vt in nullam vocem erumpat: *Qui iraſcitur fratri ſuo.* ſecundus, qui eſt paulò grauior, & exteriùs in vocem erumpit; ſed non in conuicium: *Qui dixerit fratri ſuo, racha.* hæc enim vox ex S. Auguſt. *lib. 1. de ſerm. Domini in monte, cap.*9. & S. Greg. *lib.*21. *Moral. c.* 5. eſt ſolùm interiectio iraſcentis, & nihil determinatè ſignificat; ſed ſolùm exprimit, quòd animus ſit commotus: & denique tertius gradus ille ponitur, qui continet apertum conuicium: *Qui dixerit, fatue.* & huic tantùm poſtremo, tanquàm grauiſſimo, & omnium maximo, aſſignat Chriſtus pœnam certam, & grauiſſimam, id eſt, gehennam ignis; & de ſecundo ſolùm ait, quòd ſit reus concilij, in quo, ſcilicet, diſcutiatur gradus & quantitas pœnæ, quam certum eſt, eum eſſe commeritum; quamuis ſimul ſit dubium, in quo gradu, vel quantùm ſit commeritus: & denique de primo, quòd ſit reus iudicij; id eſt, quòd in iudicium poſſit vocari, vt ſtatuatur non modò gradus, & quantitas pœnæ, ſicut in ſecundo; ſed etiam vtrùm ſimpliciter ſit dignus pœna, vt benè explicat S. Aug. *loco cit.* & ex illo Bellarm. *tom 4. lib. 1. de amiſſ. gratia, & ſtatu peccati, cap.*9. Si verò peccata omnia eſſent æqualia, non minùs ille, qui interiùs, & ſolùm in corde iraſcitur; & ille, qui internam iram, & commotionem, voce aliqua nihil certum ſignificante expromit, dicendi eſſent rei gehennæ ignis, quàm dicatur, qui commotionem, & iram expromit conuicio; quod tamen negat eo loco Chriſtus Dominus. Similiter *Matth.*12. peccata in Spiritum ſanctum dicuntur non remitti, neque in hoc ſæculo, neque in futuro; quia, ſcilicet, ſunt aliis longè grauiora: & *Luca* 6. quædam peccata comparantur feſtucis, & quædam trabibus: *Quid vides feſtucam in oculo fratris tui; trabem autem, quæ in oculo tuo eſt, non conſideras?* & 1.*Cor.*3. quædam peccata comparantur ligno, fœno, & ſtipulæ, quæ quis ſuperædificat ſupra fundamentum fidei; & dies Iudicij ita dicitur eſſe illa examinaturus, vt tamen ſit ſaluus futurus, qui illa commiſit, vt exponit S. Ambroſius *ſerm. 20. in Pſal.* 118. S. Auguſt. *lib.*21. *de ciuit. cap.*26. S. Gregor. *lib.* 4. *Dialog. cap.* 36. & alij apud Bellarmin. *cap.9. cit. §. Ad hæc Apoſtolus.* Et 1. *Ioann.* 3. quædam peccata dicuntur eſſe, quibus etiam iuſti non carent: *Si dixerimus, quia peccatum non habemus, ipſi nos ſeducimus.* Et Iacobi cap. 3. *In multis offendimus omnes.* & in oratione Dominica *Matth.* 6. omnes dicimus: *Dimitte nobis debita noſtra.* quæ loca ex Trid. *ſeſſ.6. cap.* 11. *de iuſtificat.* & ex Concilio Mileuitano *can.* 6. 7. & 8. apertè oſtendunt, peccata aliqua eſſe leuia, & quotidiana, in quæ in hac vita omnes cadunt, quantumuis ſancti, & iuſti, abſque eo, quòd deſinant eſſe iuſti; & ideò appellantur venialia, & quæ poſſunt vitari omnia abſque ſpeciali Dei priuilegio: quemadmodum de Beatiſſima Virgine tenet Eccleſia, vt ſubditur in Trid. *eadem ſeſſ.6. can.*23. quæ tamen omnia falſa eſſent, ſi omnia peccata eſſent æqualia.

9. *Idem probatur ex Sanctis Patribus.*

Atque ex his, & ſimilibus locis Scripturæ idem colligunt, & docent communiter etiam Sancti Patres, vt S. Hieronymus *lib.2. cit. contra Iouin.* & *in cap.9. Ezech.* in illa verba: *Iniquitas Iſraël, & Iuda magna eſt nimis valdè.* S. Auguſt. *epiſt.29. ad S. Hieronymum, & lib. de natura, & gratia, cap.*35. & *ſeq.* S. Chryſoſt. *hom.24. in Matth.* & alij apud Bellarm. *lib. 1. cit. de amiſſ. gratia, & ſtatu peccati, cap.* 10. *tom.*4. & apud Valen. 1.2. *diſp.6. quæſt.3. puncto* 2. Neque ab hac doctrina, quæ eſt fidei, & Sanctorum Patrum communis, exiſtimandus eſt diſcrepare S. Baſil. *in Regulis breuioribus, reſp.* 293. vbi ait, differentiam maiorum, & minorum peccatorum, nuſquam in nouo Teſtamento reperiri: id enim, vt notat Vaſq. 1. 2. *diſp. 99. cit. cap.1. num.*6. ſolùm eſt accipiendum iuxta interrogationem factam, qua quærebatur: *Quomodo agi par eſſet cum iis, qui, cùm declinent maiora peccata, committunt minora, perinde ac ſi nihil referrent.* Et ad hanc interrogationem rectè reſpondet, non eſſe in Euangelio talem differentiam peccatorum, maiorum, & minorum, quæ, ſcilicet, poſſint committi, perinde ac ſi nihil referat, quòd committantur; & loquitur ſpecialiter de mortalibus: vnde & ſubdit, quòd de omni peccato intelligitur illud Ioan.8. *Qui facit peccatum, ſeruus eſt peccati.* & cap.3. *Qui contumax eſt in Filium, non videbit vitam æternam.* id eſt, vt legitur in Vulgata: *Qui incredulus eſt Filio.* Abſolutè verò quòd inter peccata etiam S. Baſil. agnouerit inæqualitatem, patet manifeſtè ex ipſomet *hom.12. ad pop. & hom.7. & 14. in Pſalmos*, & apud Vaſq. *num.6. cit.*

Neque ſolùm hæc inæqualitas eſt inter ea peccata, quæ dicuntur venialia; quia ſunt digna venia, & non auertunt ab vltimo fine; & inter ea, quæ dicuntur mortalia; ſed etiam inter ipſa venialia, ſi comparentur cum venialibus; & inter mortalia, ſi cum mortalibus: quis enim neget inter venialia, verbum otioſum eſſe leuius, quàm mendacium; & hoc eſſe leuius, quàm exceſſum aliquem in cibo, & & potu, aut detractionem, vel furtum rei modicæ? & inter mortalia furtum ſimplex rei notabilis eſſe leuius, quàm ſacrilegium, aut homicidium, aut blaſphemiam, vel hæreſim, & odium Dei? Quemadmodum enim inter virtutes vna eſt præſtantior altera, vt probat Sanctus Thomas 1.2. *quæſtione* 66.

art.

*art.*6.vt, verbi gratia, ioſtitia,quàm temperantia,aut fortitudo, & inter actus virtutum, vnus eſt alio laudabilior, & honeſtior: ita & inter vitia vnum eſt alio deterius, verbi gratia, iniuſtitia, quàm intemperantia, aut timiditas: & inter actus vitiorum, ſeu peccata, vnum eſt altero vituperabilius, & turpius, & per conſequens grauius: & quemadmodum virtutum æqualitas, ſi qua eſt, ſolùm eſt proportionalis, eáque non tollit inæqualitatem ſimpliciter, ſecundùm dignitatem, & perfectionem in ſua ſpecie, vt habet S. Thom. 1. 2. *quaſt.*73. *art.*2. *ad* 3. ita & vitiorum, & peccatorum æqualitas, ſimiliter ſi qua eſt, ſolùm eſt proportionalis, eáque non tollit inæqoalitatem ſimpliciter, quoad propriam cuiuſque malitiam, & turpitudinem. Et ratio eſt: quia, cùm malitia in vniuerſum conſiſtat io negatione, ſeu priuatione aptæ, & conuenientis compoſitionis, aut modi ſuarum partium, quàm vnuſquiſque actus humanus poſſet, ac deberet in ſe habere, vt *ſuprà* diximus *diſp.*11. *num.* 11. ex S. Thom. 1. 1. *quaſt.* 5. *art.* 5. *& quaſt.*21. *de ver. art.* 6. & S. Auguſt. *in lib. de natura boni, cap.* 3. *tomo* 6. ſiue hæc priuatio reperiatur in actu, qui ſit malus mortaliter, ſiue in actu, qui ſit malus ſolùm venialiter, ſemper in illis cauſabit inæqualitatem, ſi ipſa in ſe fuerit inæqualis; & ſemper erit in ſe inæqualis, ſi in vno abſtulerit maiorem compoſitionem, quàm in alio, vndecunqoe tandem proueniat, quòd talis compoſitio ſit maior; & hoc modo in iis actibus, qui dicuntur intrinſecè mali, ideò per ſe loquendo malitia eſt maior, quàm in iis, qui ſolùm ſunt mali ex circunſtantiis: quia tollit compoſitiooem conuenientem, & aptam in ipſis partibus eſſeotialibus; non aotem ſolùm in accidentibus, aut extrinſecis adiacentibus, & in actu, verbi gratia, odij Dei cum ratione generica actus voluntatis circa bonum Dei, facit ineptè coniongi differentiam fugæ, cùm deberet coniungi differentia proſecutionis: & inter hos ipſos actus intrinſecè malos, ideò triboir maiorem malitiam iis, qui ſunt circa Deum, quàm aliis, qui ſunt circa alia obiecta: quia conueniens compoſitio partium eſſentialium actus circa Deum, eſt maioris momenti, vtpote pertinens ad vltimum finem, quàm circa alia obiecta, & ſimiliter in iis actibus, qui ſunt mali ex circunſtantiis; ideò malitia eſt maior io eo, qui caret ploribus circunſtantiis ſibi bonis, ac debitis, quàm in eo, qui caret paucioribus: quia etiam compoſitio plurium eſt maior, quàm compoſitio pauciorum: & ſi hæc in vtroque actu ſit eadem, & æqualiter debita quoad omoes circunſtantias, magis tollitur per corruptionem, aut deſtructionem, verbi gratia, duarum circunſtantiarum, quàm vnius tantùm, vt ex ſe patet. Atque hoc eſt, quod docet S. Thom. 1. 2. *quaſt.*73. *art.* 2. *ad* 2. *& aliis locis ſuprà citat. num.* 2. de duplici genere priuationum, quarum aliquæ ſuot iam in factò eſſe, & puræ, ac ſimplices; qoia in ſubiecto nihil relinquunt de oppoſita forma; & aliquæ ſunt quaſi io fieri, & ſolùm in corrumpi; & ſunt non puræ, & non ſimplices; quia ſemper relinquunt aliquid formæ: vt enim rectè explicat idem S. Thom. 3. *contra Gent. cap.*139. §. *Sed ſi quis.* quando aliquæ formæ conſiſtunt in quadam commenſuratione, & proportione plurium, ſemper oppoſitæ priuationes ſunt aptæ ſuſcipere magis, & minus, & tunc ſunt maiores, quando magis recedunt à debita commenſuratione: & quia ſanitas, verbi gratia, conſiſtit in proportione, & commenſuratione humorum; & pulchritudo in proportione, & commenſuratione membrorum; & veritas, ſeu veracitas, in commenſuratione intellectus, & locutionis; ægritudo, aut infirmitas, quæ eſt priuatio ſanitatis, & turpitudo, quæ eſt priuatio pulchritudinis, & falſitas, quæ eſt priuatio veritatis, tantò eſt maior, quantò eſt maior incommenſuratio, aut deſtructio commenſurationis oppoſitæ, vt etiam *ſuprà* explicauimus.

10. *In iis, quæ ſolùm ſunt mala, quia prohibita, aliquando non datur inæqualitas.*

Atque ex hoc eodem principio rectè explicat idem S. Thom. *quaſt.* 2. *de malo, art.* 9. *ad* 4. *&* 3. *contra Gent. cap.*139. *citat.* §. *Non eſt autem ſimile.* quomodo aliquando in iis, quæ ſolùm ſunt mala, quia prohibita, poſſit contingere, vt non detur inæqualitas peccatorum, ſi, ſcilicet, res præcepta conſiſtat in indiuiſibili, & ipſe præcipiens ſolùm hoc modo, id eſt, indiuiſibiliter intendat eam præcipere, neque curet de continuatione, aut quauis alia diuiſibilitate, quam poſſit habere præcepti tranſgreſſio: tunc enim ſemper tranſgreſſio erit æqualis, & priuatio obſeruationis præcepti ſemper erit totalis, & in facto eſſe, vel pura, & ſimplex; quia nihil relinquet obſeruationis oppoſitæ, & ideò non ſuſcipiet magis, & minus: vt, ſi Iudex, verbi gratia, alicui ſtatuat certum limitem, intra quem debeat ſe continere, & quem non debeat tranſgredi, & ſolùm curet de tranſgreſſione ſimpliciter, non autem ſi multum, vel parum tranſgrediatur, vel ſi Dux in exercitu certum locum deſignet vnicuique militi, & ſolùm curet, quaſi indiuiſibiliter, ne illum deſerat, non autem curet, ne deſerat ad decem paſſus, vel vlteriùs procedat vſque ad viginti, aut centum: vel denique, ſi Princeps prohibeat extractionem frumenti, & bladorum extra ſtatum; & ſolùm curet, ne ſimpliciter extrahatur; non autem, ne extractio fiat ad vnum, vel plura milliaria: in his enim, & ſimilibus non valet inferre, quòd ſi tranſgreſſio limitis, aut extractio frumenti ſimpliciter, eſt peccatum, etiam vlterior tranſgreſſio, aut vlterior extractio ſit maius peccatum: quia regula illa, quòd ſi ſimpliciter ſequitur ad ſimpliciter, etiam magis ſequitur ad magis; ſolùm habet locum io his, quæ ſunt per ſe; non autem in his, quæ ſunt per accidens, vt notat S. Thomas 3. *contra Gent. cap.* 139. *citat. Vnde non ſequitur*, inquit, *quòd ſi album eſt muſicum, etiam magis album ſit magis muſicum; ſed benè ſequitur, quòd ſi album eſt diſgregatiuum viſus, etiam magis album eſt magis diſgregatiuum.* & ideò neque ſequitur, quòd ſi tranſgreſſio, aut extractio eſt mala, etiam vlterior tranſgreſſio, aut extractio ſit peior: quia quòd ſit mala, non habet per ſe; ſed ſolùm per accidens ex ſola voluntate, & lege prohibentis; & ex hac ſola eſt menſuranda tota malitia: & ſi hæc curat ſolùm de tranſgreſſione, aut extractione ſimpliciter, non autem curat de vlteriore tranſgreſſione, aut extractione, non poteſt ex hac attendi, aut menſurari inæqualitas malitiæ. Et huius generis, ſecundùm aliquos, apud Vaſquez 1.2 *diſp.*99.*cap.*2.*num.*10. videtur eſſe etiam prohibitio eccleſiaſtica de non ſumenda Euchariſtia à non ieiunis: ſiue enim quis ſit non ieiunus, per ſumptionem multi cibi, ſiue per ſumptionem pauci, & ſiue per ſumptionem carnium, ſiue per ſumptionem cuiuſcunque alterius, per accidens ſe habet ad tranſgreſſionem legis eccleſiaſticæ, quæ ſolùm intendit prohibere Euchariſtiam, quaſi indiuiſibiliter, non ieiunis; ideò etiam per accidens ſe habet ad malitiam, aut grauitatem ſacrilegij: neque grauiùs peccat contra

11. *Eſt maior irreuerentia, ſi quis benè pranſus communicet.*

legem eccleſiaſticam, ſi quis communicet non ieiunus per comeſtionem multarum carnium, quàm ſi cummnuicet non ieiunus qunmodocunque aliter.' Sed negari non poteſt, quin oppoſitum ſit probabilius, vt etiam *ſuprà* diximus *num.* 6. ex eodem Vaſquez *ibidem*, *cap.* 5. *num.* 21. & 22. cùm enim per legem eccleſiaſticam, hoc, quod eſt eſſe ieiunum, conſtituatur, vt pertinens ad reuerentiam debitam pro ſumptione Euchariſtiæ; non videtur præcipi ſolùm indiuiſibiliter, ſicut neque irreuerentia erga Euchariſtiam per ſumptionem alterius cibi, conſiſtit in indiuiſibili; & ideò, qui communicaret benè pranſus, maiorem irreuerentiam faceret, & maius ſacrilegium committeret, quàm ſi communicaret poſt ſumptionem non voluntariam tantilli cibi: & certum videtur, quòd ſicut continuatio prandij ex intentione poſteà communicandi, eſſet continuatio irreuerentiæ, & ſacrilegij, & per conſequens maius peccatum, quàm ſola inchoatio; ita & voluntas communicandi poſt maiorem indiſpoſitionem, & indignitatem, & per conſequens maius peccatum.

12.

Qui comedit ſæpiùs in die ieiunij, non peccat ſæpiùs, aut grauiùs contra illius obligationẽ, quàm ſi comederet ſolùm bis.

Eiuſdem generis eſt etiam prohibitio eccleſiaſtica. quæ continetur in præcepto ieiunij, de abſtinendo a cibis, vel de non comedendo vltra vnicam comeſtionem: quia enim hæc abſtinentia præcipitur quaſi indiuiſibiliter, etiam præceptum totaliter violatur per ſecundam comeſtionem, & poſt illam non manet ampliùs obſeruandum: & ideò ſi quis comedat etiam ſæpiùs, non propterea ſæpiùs, aut grauiùs peccat contra præceptum ieiunij, vt notat Paludan. *in 4. diſt.* 38. *quæſt.* 3. *art.* 4. *num.* 23. Azor. *lib.* 11. *cap.* 20. *quæſt.* 6. Henriq. *lib.* 7. *de Indulg. cap.* 13. *num.* 13. *litera S, in fine.* Sanchez *lib.* 14. *in Decal. cap.* 11. *num.* 42. & alij apud ipſum: neque enim præceptum ieiunij eſt ſimpliciter de non comedendo, aut ſimpliciter de abſtinendo; ſed de non comedendo vltra ſemel, aut de non excededodo vnicam comeſtionem; & ideò totaliter violatur, cùm primò comeditur vltra ſemel, & non remanet violandum vlteriùs.

13.

Ad rationem allatam pro Stoicis.

Ad rationem *ſuprà* allatam pro errore Stoicorum, patet ex dictis: falſum enim eſt, quòd omnis tranſgreſſio limitum legis, aut rationis, conſiſtat in indiuiſibili, cùm ſæpè huiuſmodi limites, à ratione, aut lege præfixi, ſint diuiſibiles, & conſiſtant in commenſuratione, & proportione plurium, & hæc poſſit tolli diuiſibiliter, & modò magis, modò minùs, vt etiam contingit in ſanitate, & pulchritudine ex S. Thoma *locis citatis*. Et falſum eſt, quòd etiam in Mathematicis obliquitas lineæ conſiſtat in indiuiſibili, cùm impoſſibile ſit, vt à rectitudine indiuiſibili recedatur, niſi diuiſibiliter; ſiquidem ſemper in quantitate poſt vnum indiuiſibile ſequitur diuiſibile, & quantitas; neque dantur duo indiuiſibilia immediata, vt probatur in Phyſicis. Et qoidquid ſit de indiuiſibilibus, aut diuiſibilibus Mathematicis, alio modo res ſe habet in Moralibus, vt *ſuprà* diximus *num.* 5. & quamuis aliquando ad intentionem legis, aut præcepti ſe habeat per accidens omnis determinata diuiſibilitas, & poſſit aliquid præcipi, aut prohiberi, quaſi indiuiſibiliter, vt *ſuprà* diximus *num.* 10. id tamen ſolùm probat, quòd tranſgreſſiones talium legum, aut præceptorum, quantùm eſt ex re ipſa præcepta, non ſint inæquales; non tamen probat vniuerſaliter, quòd nullarum legum, aut præceptorum tranſgreſſiones poſſint eſſe inæquales, & abſolutè, quòd omnia peccata ſint paria, vt volunt Stoici.

14. Ad confirmatiooem ex ratione theologica Reſpondeo, quamuis ratio bonitatis formaliter, & metaphyſicè accepta, conſiſtat in indiuiſibili, & hoc modo etiam priuatio illius ſit ſemper totalis, & indiuiſibilis, id eſt, ipſa non bonitas in ſubiecto apto; accepta tamen materialiter, & moraliter, id eſt, pro iis omnibus, in quorum integritate, & commenſuratione conſiſtit, omninò eſt diuiſibilis, & poteſt tolli diuiſibiliter, ſicut & ſanitas, & pulchritudo, vt diximus ex S. Thoma: eadem enim eſt difficultas etiam de his, cùm etiam ſanitas, & pulchritudo metaphyſicè accepta conſiſtat in indiuiſibili, & ſit formaliter ipſa proportio, & commenſuratio humorum, & membrorum; & ſimiliter etiam priuatio illius metaphyſicè accepta, ſit formaliter ipſa non proportio, & non commenſuratio in ſubiecto apto; & tamen accepta materialiter, & phyſicè, ſit quid diuiſibile, id eſt, ipſi humores; & ipſa membra inter ſe proportionata, & commenſurata; & ideò poſſit tolli diuiſibiliter per oppoſitam priuationem, & modò magis, modò minùs, vt ex ſe patet.

Ad confirmationem.

Ad illud, quod dicitur de peccatis omiſſionis, Reſpondeo, etiam hæc poſſe eſſe inæqualia, ſi loquamur moraliter, & in ratiooe malitiæ: ſicut enim ipſi actus oppoſiti ſunt inæquales in ratione bonitatis, & honeſtatis moralis; & actus charitatis, verbi gratia, eſt maior bonitas, quàm actus miſericordiæ; quia eſt magis conueniens, & magis debitus, etiamſi alioqui non ſit inæqualis quoad partes entitatiuas, & gradus intenſionis: ita & omiſſio illius eſt maior malitia, quàm omiſſio huius, quia eſt magis diſconueniens, & magis iodebita, vt patet ex dictis *num.* 7.

Et idem eſt de iis peccatis, quæ ſunt intrinſecè mala: neque enim ideò dicuntur eſſe inæqualia, quia minora habeant admixtum aliquid boni; ſed, quia illud ipſum totum malum, quod ſunt, in aliquibus eſt minus, & in aliquibus eſt maius, id eſt, minus, vel magis diſconueniens homini, & indebitum: ſicut & ſurditas, verbi gratia, ideò dicitur minus malum, quàm cæcitas; oon, quia habeat admixtum aliquid boni oppoſiti; ſed, quia illud ipſum totum, ac purum malum, quod eſt, minus eſt, vt ibi explicauimus.

15.

Ad rationes Iouiniani.

Ad rationes Iouiniani Reſpondet optimè S. Hieronymus *lib.* 2. *citat. contra Iouin.* verum quidem eſſe, quòd in Scriptura *pluribus locis* ponantur duo illi ordines, id eſt, bonorum, & malorum; falſum tamen eſt, quòd in his ipſis in eadem Scriptura nulla ponatur inæqualitas, cùm *Ezech.* 34. iudicet Deus inter pecus, & pecus, & addat: *Vos autem greges mei, oues paſcuæ meæ homines eſtis.* Et ſicut in arca Noë diuerſa fuerunt animalia: ita & in Eccleſia diuerſa ſint merita, & in domo Dei diuerſæ manſiones. Et quod dicimus de inæqualitate meritorum, & demeritorum in hac vita, idem eſt etiam de inæqualitate præmiorum, & pœnarum in altera, cùm hæc ad inuicem ſe habeant conſequenter, vt ex ſe patet; quamuis inter Theologos controuerſia ſit de pœna damni, verùm ſimiliter in damnatis ſit inæqualis, ſicut & pœna ſenſus, cùm in omnibus videatur eſſe totalis, & pura, vel ſimplex priuatio beatitudinis.

Digitized by Google

DISPVT. XXVII.

Quomodo inæqualitas peccatorum attendatur ex obiectis.

1. *Inæqualitas peccatorum rectè deſumitur ex obiectis.*
2. *Vtrùm grauitas ex obiecto poſſit excedi, aut adæquari per circunſtantias.*
3. *Pars negatiua ſtatuitur.*
4. *Soluuntur rationes pro parte affirmatiua.*
5. *Pœna ſenſus peccati inferioris poteſt æquare, & excedere pœnam ſenſus peccati ſuperioris, etiamſi malitia non poſſit excedere, aut æquare malitiam.*
6. *Peccatum inferius poteſt eſſe mortale, etiamſi peccatum ſuperius ſit veniale.*

TERTIVM, quod propoſuimus *diſp.* 25. circa comparationem peccatorum ad inuicem, illud fuit, vt explicaremus, vnde ſit deſumenda hæc inæqualitas peccatorum, de qua re fusè diſputat S. Thomas 1. 2. *quæſt.* 73. *art.* 3. *& ſequentib.* & quæ docet, commodè poſſunt reuocari ad duo capita, vt etiam patet ex eodem S. Thoma 2. 2. *quæſt.* 154. *art.* 3. *& quæſt.* 2. *de malo, art.* 10. *in corp.* id eſt, ad ea, quæ pertinent per ſe ad actum peccati, vt eſt, verbi gratia, obiectum, & virtutes, quibus opponuntur, & quòd ſint carnalia; vel ſpiritualia; & ad ea, quæ pertinent ſolùm per accidens, vt eſt, verbi gratia, quòd peccatum fiat ex ignorantia, vel ex infirmitate, aut ex malitia; quòd fiat in his, vel illis circunſtantiis, & cum hoc, vel illo nocumento, quod conſequitur ipſi peccanti, vel aliis; & quòd in hanc, vel illam perſonam, & ab hoc, vel illo efficiente; & quòd recipiatur in ſubiecto taliter, vel taliter qualificato. Et benè debent aduerti, quæ ſunt dicenda de his omnibus modis inæqualitatis, ne alioqui contingat confuſio, & deceptio in intellectu, occaſione communium locutionum, ſecundùm quas abſolutè dicimus, vnum peccatum eſſe grauius, aut leuius alio; neque diſtinguimus, ex quo capite, aut quomodo ſit grauius, aut leuius, & vnum, & idem ſecundùm vnam rationem modò abſolutè dicimus grauius, & modò ſecundùm aliam abſolutè dicimus leuius: in his enim locutionibus communibus, & genericis multæ latent æquiuocationes, quæ niſi aduertantur, facilè poſſunt eſſe occaſio erroris, & deceptionis.

Atque ad hos modos, & capita inæqualitatis, quæ tradit S. Thomas, videntur reduci etiam illi duodecim, quos tradit S. Bonauent. *in* 2. *diſt.* 33. *dub.* 1. circa expoſitionem literæ, & apud Saytum *lib.* 2. *clau. reg. cap.* 7. *num.* 4. quòd enim vnum peccatum dicatur maius cauſalitate, vt, verbi gratia, peccatum Diaboli, cuius inuidia mors intrauit in orbem terrarum; & aliud dicatur maius generalitate, vt peccatum primi parentis, quod ſe diffudit in totum genus humanum, poteſt reduci ad magnitudinem ex nocumento, quod aliis infertur, de qua S. Thom. *art.* 8. & quòd vnum peccatum dicatur maius enormitate, vt, v. g. peccatum Iudæ, qui vendidit Chriſtum, poteſt reduci ad magnitudinem ratione perſonæ, in quam peccatur, de qua S. Thom. *art.* 9. & ſic de aliis.

1. Primò igitur, quòd inæqualitas peccatorum ſit per ſe attendenda ex obiectis, ex eo probat S.

Thom. 1. 2. *quæſt.* 73. *art.* 3. *cit.* quia proportionaliter eo modo dicitur vnum peccatum eſſe grauius alio, quo dicitur in corporalibus vna infirmitas, aut ægritudo eſſe grauior alia: & quemadmodum hæc vniuerſaliter conſiſtit in incommenſuratione humorum ad principium vitæ, & operationum vitalium; & ideò tunc dicitur maior, quando eſt incommenſuratio in ipſo corde, vel in aliquo, quod ſit proximum cordi; ita & illud vniuerſaliter conſiſtit in incommenſuratione humani actus ad ſuum obiectum, iuxta regulam rectæ rationis; & tunc eſt maius, quando incommenſuratio eſt penes obiectum, quod in recta ratione eſt maius: vt, verbi gratia, ſi ſit ipſe finis, ex quo ratio in agibilibus ordinat omnia, vel ſit aliquid magis proximum fini. Atque hoc modo, quia res, & bona externa, verbi gratia, ordinantur ad hominem, tanquàm ad finem, & ipſe homo vlteriùs ordinatur ad Deum, actus deordinatus, vel incommenſuratus ad hominem, vt eſt, verbi gratia, homicidium, eſt maius peccatum, quàm actus deordinatus, vel incommenſuratus ad res externas, vt, verbi gratia, furtum: quia habet maiorem deordinationem ad finem, qui eſt obiectum nobilius: & vlteriùs actus deordinatus, & incommenſuratus ad ipſum Deum, vt, verbi gratia, infidelitas, blaſphemia; adhuc eſt maius peccatum, quàm homicidium, aut furtum; quia ſimiliter adhuc habet maiorem deordinationem ad vltimum finem, qui eſt obiectum excellentiſſimum, & nobiliſſimum. Atque hæc inæqualitas peccatorum ex obiectis eſt prima, & principalis, & quaſi conſequens ipſam ſpeciem actus, vt concludit S. Thom. *art.* 3. *citat.* & principaliter debet conſiderari in omnibus peccatis diuerſis ſpecie: & quemadmodum ſemper obiecta humanorum actuum habent ordinem ad inuicem, & ipſi actus humani ſemper ordinantur ad vltimum finem; ita & ſemper poſſunt inter ſe comparari, quoad huiuſmodi attinentiam, & quaſi attingentiam vltimi finis; & ideò ſi ſint mali, & deordinati, vel incommenſurati, ſemper ille eſt peior, qui mediante deordinatione, & incommenſuratione cum ſuo obiecto, eſt magis deordinatus, vel incommenſuratus cum vltimo fine, vt patet ex eodem S. Thoma *ibidem, in reſponſione ad* 3.

Inæqualitas peccatorum rectè deſumitur ex obiectis.

Quòd ſi quæras, vtrùm hæc maior grauitas, quæ conuenit vni peccato ex obiecto, poſſit excedi, aut ſaltem æquari ex circunſtantiis in aliquo alio peccatu; an verò ſemper debeat remanere quaſi in ordine inferiori. Reſpondet Barthol. Medina 1. 2. *quæſt.* 73. *art.* 3. *concluſ.* 2. & aliqui alij apud Vaſquez *in dubit. ad eundem art. num.* 20. omninò poſſe; & ideò non eſſe pronunciandum ſimpliciter, & abſolutè, quòd in peccato maior grauitas habeatur ex maiori nobilitate, & excellentia obiecti; ſed ſolùm cum hoc addito, *cæteris paribus:* quia ſi cætera non ſint paria, facilè poteſt accidere, vt peccatum abſolutè ſit grauius, etiamſi non verſetur circa obiectum nobilius. Eiuſque rei poſſunt afferri plura exempla: vt, verbi gratia, ſi quis furetur totum ærarium publicum, vel virum Principem turpiſſima notet infamia, & Summum Pontificem, verbi gratia, notet de hæreſi, & alius occidat hominem ex infima plebe, vel ſi occidat quis plures homines, & alius Deum blaſphemet: certum enim videtur, quòd abſolutè, & penſatis omnibus, grauius eſt tale peccatum furti, aut detractionis, & infamiæ, quàm homicidium; & grauius eſt tale homicidium plurium hominum, quam blaſphemia: etiamſi 2.

Vtrùm grauitas ex obiecto poſſit excedi, aut adæquari per circunſtantias.

ex obiecto homicidium ſemper ſit grauius quolibet furto, aut detractione; & blaſphemia ex obiecto ſemper ſit grauior quolibet homicidio, vt habetur ex S.Thom. *1.2.queſt 73.art.3.cit.* Et quemadmodum in naturalibus valot, & æſtimatio metalli ſuperioris, verbi gratia, auri, poreſt æquari, imò & excedi ſola quantitate, & magnitudine metalli inferioris, verbi gratia, argenri, non obſtante, quòd illa habeatur ex propria forma, & natura: ira & in motalibus magnitudo, & grauitas vnius peccati, quaſi ſuperioris, poteſt æquari, & excedi per aliud quaſi inferius, non obſtante, quòd illa habeatur ex propria ſpecie, & ex obiecto. Vnde & in Inferno certum videtur, quòd pœna ſenſus debita alicui furto, v. g. aut detractioni, poterit eſſe æqualis, imò & maior, quàm debita alicui homicidio, aut blaſphemiæ: quod ſignum eſt, etiam grauitatem poſſe æquari, aut excedi inter ipſa peccata, cùm grauitas pœnæ ſemper commenſuretur grauitati culpæ.

3. *Pars negatiua ſtatuitur.* Contrà tamen videtur facere S.Thom. 1.2. *queſt. 73. art. 3. cit.* vbi abſolutè ait, grauitatem peccati ex obiecto eſſe primam, & principalem, & quaſi conſequentem ex ipſa ſpecie, & eſſentia peccati: ſi enim eſt conſequens in vnoquoque peccato ex ipſa ſpecie, & eſſentia peccati, ſemper in vnoquoque eſt diuerſa, & quantuncunque in vno augeatur per circunſtantias, ſemper augetur in ſua ſpecie, neque vnquam pertingit ad ſpeciem alterius, & per conſequens, neque illam excedit, aut æquat: & 2. 2. *queſt. 10. art. 3. ad primum*, diſertè aſſerit, quòd nihil prohibet, peccatum vnum eſſe grauius alio ſecundùm ſuum genus; & rurſus illu eodem eſſe leuius ſecundùm aliquas circunſtantias, & è conuerſo vnum peccatum eſſe grauius ſecundùm circunſtantias aliquo alio; & rurſus illo eodem eſſe leuius ſecundùm genus; & hoc modo ſe habere, verbi gratia, peccatum hominis catholici, ſi comparetur cum peccato infidelitatis, quod eſt in homine hæretico: quia enim peccatum infidelitatis ex proprio genere eſt grauiſſimum, vtpote inducens auerſionem à Deo, etiam per fidem, & cognitionem; è contrà tamen peccatum hominis catholici ex aliqua circunſtantia poteſt eſſe grauius, quàm peccatum infidelitatis in homine hæretico: atque ita apertè aſſerit S.Thom. quòd grauitas ex circunſtantiis ſit longè diuerſa à grauitate ex proprio genere, & ex obiecto, neque vna poteſt propriè æquari, aut excedi per aliam; & vt notat Duran. *in 4. diſt. 22. queſt. 1. num.* 8. & Vaſquez *dubitatione cit. ad art. 3. ex queſt. 73. num* 21. *&* 22. eo ipſo, quòd circunſtantiæ peccati inferioris, & leuioris, illud non trahunt extra propriam ſpeciem, & ad ſpeciem ſuperiorem; ſolùm aggrauant in eadem ſpecie inferiore; & ideò impoſſibile eſt, vt pertingant ad grauitatem ſpeciei ſuperioris. Et quemadmodum in Mathematicis nunquam linea poteſt pertingere ad quantitatem ſuperficiei, aut hæc ad quantitatem corporis, vel angulus contingere ad angulum rectilineum; & in Phyſicis nunquam ſpecies inferior poteſt pertingere ad ſpeciem ſuperiorem, vt equus, verbi gratia, ad ſpeciem hominis, & ideò ſpecies dicuntur diſtare in infinitum; quia diſtantia vnius nunquam poteſt ſuperari ab alia; & perinde eſt, ac ſi eſſet ſimpliciter infinita, vt notat Vaſquez *ibidem*: ita & in Moralibus grauitas vnius peccati ex obiecto, & ſpecie inferiore, nunquam poteſt pertingere ad grauitatem alterius, quæ ſimiliter ſit ex obiecto, & ſpecie ſuperiore; & etiam in his ſpecies diſtant in infinitum: quia nunquam poteſt diſtantia vnius ſuperari ab alia, quantumuis creſcat in ſua ſpecie per quaſcunque circunſtantias, dummodo non trahatur extra propriam ſpeciem, & eleuetur ad ſpeciem ſuperiorem per vnam aliquam ex illis circunſtantiis, quæ hac de cauſa dicuntur aggrauantes in infinitum: quia faciunt peccatum pertingere ad grauitatem infinitè diſtantem, qualis eſt grauitas conſequens ex alio obiecto, & ex alia ſpecie. Vt tamen ſoluantur difficultates, quæ in contrarium poſſunt occurrere, benè eſt aduertendum, quod iam monuimus *initio diſputationis*, vt, ſcilicet, tollantur æquiuocationes, quæ latent ſub communibus, & genericis locutionibus, quibus ſæpiſſimè vtimur, dum hoc, vel illud peccatum dicimus grauius, aut leuius alio; neque explicamus, qua grauitate, aut leuitate ſit grauius, aut leuius; cùm tamen certiſſimum ſit, quòd grauitas, & leuitas in peccatis ſit ex iis, quæ dicuntur multipliciter, & plures continent æquiuocationes. Atque hoc modo, ſi concedamus Medinæ, quòd qui furatur, verbi gratia, totum ærarium publicum, aut virum principem turpiſſima aliqua infamia notat, rectè dicatur peccare grauiùs, quàm qui hominem occidit ex infima plebe; & quòd is, qui plures occidit, rectè dicatur peccare grauiùs, quàm qui blaſphemat: non tamen propterea debemus concedere, quòd tale furtum, & detractio habeat illam ipſam grauitatem, quam ex obiecto, & ſpecie habet homicidium, eique prætereà aliquid addat; & quòd tale peccatum homicidij habeat illam ipſam grauitatem, quam habet blaſphemia, & maiorem: id enim falſiſſimum eſt, & impoſſibile, vt iam probauimus, cùm tota grauitas furti, & detractionis, quantumuis augeatur ex circunſtantiis, ſemper remaneat in ſpecie furti, & detractionis; & nunquam trahatur ad grauitatem homicidij: & ſimiliter tota grauitas homicidij ſemper remaneat in propria ſpecie, & nunquam pertingat ad grauitatem blaſphemiæ: ſed ſolùm eſt ſenſus, quòd illa ipſa grauitas furti, & detractionis, talis, qualis eſt in propria ſpecie, poteſt in aliquo alio comparari cum grauitate homicidij, ſimiliter in propria ſpecie; & facta hac cõparatione poteſt in illo alio dici maior, & cõmuniter ab hominibus ita dicitur: vt, v.g. quia eſt maioris damni reſpectu communitatis, aut offenſiua maioris perſonæ, quàm ſit occiſio vnius homunculi, quæ damnum non facit, niſi vni, & ſolùm eſt offenſiua perſonæ viliſſimæ: & ſimiliter occiſio plurium dicitur grauior, quàm blaſphemia; quia eſt magis damnoſa, & pluribus iniurioſa, & vt patet, in his omnibus non fit comparatio in propria ſpecie malitiæ cuiuſque; ſed in ratione damni, & offenſæ reſpectu maioris, aut minoris perſonæ, vnius, aut plurium. Et qua ratione Ariſt. *3. Ethic. c. 10. in fine*, de peccatis intemperantiæ ſimpliciter aſſerit, quòd ſunt maximè exprobrabilia, & vituperabilia; quia nobis inſunt, non quatenus homines, ſed quatenus animalia, nóſque reddunt quaſi brutales, vt explicat S.Thom. 1. *2. queſt. 73. art. 5. ad 3. & lib. 7. Ethic. c. 6. initio*: ſimiliter aſſerit, quòd eſt turpius, eſſe incontinentem concupiſcentiæ, quàm iræ; quia concupiſcentia minùs audit rationem; & tamen certiſſimum eſt, quòd peccata intemperantiæ, & concupiſcentiæ non ſunt ſimpliciter maxima, & grauiſſima; imò contrà ſunt culpæ minoris, & maioris infamiæ, vt notat S. Thom. *art. 5. citat.* ex S. Gregorio *lib. 31. Mor. cap. 31. & lib. 33. cap.* 11. ita & poſſumus dicere, quòd aliquod furtum, & detractio aliquando eſt grauius, quàm aliquod homicidium; & aliquod homicidium aliquando eſt grauius, quàm blaſphemia;

4. *Soluũtur rationes pro parte affirmatiua.*

blaſphemia; attenta, ſcilicet, grauitate ex nocumento, & qualitate perſonæ, & facta ſolùm comparatione in ratione damni, & offenſæ; non autem habita ratione illius grauitatis, quæ habetur ex obiecto, & ſpecie actus.

Et tale quid etiam contingit in alio exemplo, quod affert Medina ex naturalibus: quod enim dicitur, metallum inferius, v.g. argentum, poſſe æquare, imò & excedere ſola magnitudine, & quantitate valorem, & æſtimabilitatem metalli ſuperioris, verbi gratia, auri, non eſt intelligendum de illo valore, & æſtimabilitate, quæ prouenit ex propria forma, & natura: quia ſecundùm hanc ſemper argentum, quantumuis creſcat in magnitudine, remanet gradus, & ordinis inferioris, vt ex ſe patet; ſed ſolùm eſt intelligendum de valore, & æſtimabilitate, quam homines illi tribuunt pro communibus vſibus vitæ: quidquid enim ſit de æſtimabilitate ex forma, & ex natura, quæ propriè eſt ipſa perfectio, & nobilitas ſpeciei cuiuſque, & nunquam poteſt excedi, aut æquari per formam, & naturam inferiorem, vt diximus; benè homines potuerunt ſtatuere, vt quantos vſus ad vitam habet aurum, verbi gratia, tanti ponderis; tantos etiam habeat argentum maioris ponderis; & hic valor, cùm ſit vnius ordinis, & vnius rationis in vtroque metallo, mirum non eſt, ſi ſolum augmentum quantitatiuum vnius poſſit æquari, & excedi in alio. Imò ſimile quid poteſt euenire etiam in brutis, ſi comparentur cum homine, non in nobilitate, & perfectione naturæ, ſed in vſibus vitæ; & ſæpè accidit, vt vnus equus, verbi gratia, ſit maioris valoris, quàm vnus ſeruus, attendendo, ſcilicet, valorem, vt diximus, non ex nobilitate, & perfectione naturæ; ſed ex vſibus vitæ, v. g. ad curſum, ad bellum, ad iter agendum; & facta ſolùm comparatione in ratione vtilitatis ad huiuſmodi fines, non autem in perfectione naturæ.

5. *Pœna ſenſus peccati inferioris poteſt æquare, & excedere pœnam ſenſus peccati ſuperioris, etiamſi malitia non poſſit æquare, aut excedere malitiam.*

Quod verò addit Medina, pœnam ſenſus poſſe æquari, imò & excedi in peccato inferiore, ſi ex circonſtantiis creſcat malitia in propria ſpecie inferiore, veriſſimum eſt: ſed non hinc ſequitur, quòd poſſit excedi, aut æquari etiam malitia in propria ſpecie ſuperiore: quia, vt notat Vaſq. *dubit. cit. ad art. 3. quæſtionis 73. ex* 1. 2. pœna ſenſus in omnibus peccatis eſt vnius rationis; non autem diuerſificatur ſecundùm diuerſitatem ſpeciei malitiæ cuiuſque; & ideò quomodocunque augeatur in peccato inferiore, benè poteſt æquare, & excedere pœnam ſenſus peccati ſuperioris, etiamſi malitia inferior nunquam poſſit excedere, aut æquare malitiam ſuperiorem. Et qua ratione in phyſicis magnitudo, & quantitas vnius corporis inferioris, quoad perfectionem ſpecificam, poteſt excedere, & æquare magnitudinem, & quantitatem alterius corporis ſuperioris; quia eſt paſſio conſequens rationem genericã corporis, non autem ſpecificam rationem cuiuſque corporis, & eſt vnius rationis in omnibus; ita & pœna ſenſus poteſt æquari, & excedi in peccatis; quia ſimiliter eſt quaſi conſequens ad rationem genericam peccati in communi; non autem ad rationem ſpecificam cuiuſque peccati: & quòd dicitur pœna ſenſus ſemper commenſurari grauitati culpæ, quemadmodum non eſt verum, quoad diſtinctionem ſpecificam, cùm peccatis diuerſis ſpecie, pœna ſenſus reſpondeat eadem ſpecie; ita neque eſt verum, quoad æquationem, & exceſſum, cùm pœna ſenſus poſſit æquari, & excedi, non autem grauitas culpæ in propria ſpecie; ſed ſolùm eſt verum quoad commenſurationem graduum; quia tot gradus, v.g. eſt habitura pœna ſenſus pro vnoquoque peccato, quot gradus in illo habuerit ipſa culpa, cuiuſcunque tandem ſpeciei fuerint.

6. *Peccatũ inferius poteſt eſſe mortale, etiamſi peccatum ſuperius ſit veniale.*

Et quod dicimus, peccatum inferius poſſe æquare, & excedere, quoad pœnam ſenſus, peccatum ſuperius, quantumuis remaneat quoad malitiã in propria ſpecie inferiore; proportionaliter eſt dicendum etiam, quoad priuationem gratiæ, & auerſionem ab vltimo fine: ſi enim furtum, v.g. ex grauitate materiæ euadat mortale, & ſacrilegium è contrà ex leuitate materiæ remaneat veniale, omninò inducet priuationem gratiæ, & auertet ab vltimo fine, quod non faciet ſacrilegium, non obſtante, quòd ex obiecto, & ſpecie alioqui ſit grauius, & ordinis ſuperioris: idque expreſsè aſſerit S. Thom. 1. 2. *quæſt. 73. art. 5.* de peccatis carnalibus, & ſpiritualibus, vbi ait, quamuis, per ſe loquendo, & quantùm eſt ex ratione ſpiritualitatis, & carnalitatis, peccata ſpiritualia ſint maioris culpæ, quàm carnalia; poſſe tamen accidere, vt abſolutè, & ſimpliciter aliquod peccatum carnale ſit grauius, quàm aliquod ſpirituale: vt, verbi gratia, ſi illud ſit mortale, & hoc veniale, vt notat Conr. *ibidem.* Et ratio ſimiliter eſt: quia hoc, quod eſt eſſe inductiuum priuationis gratiæ, & auerſiuum ab vltimo fine, eſt quid commune omni peccato mortali, & eſt paſſio quaſi generica ex communi ratione mortalis, & ideò non debet correſpondere in vnoquoque rationi ſpecificæ, & poteſt reperiri cum ratione ſpecifica inferiore, etiamſi non reperiatur cum ratione ſpecifica ſuperiore, imò poteſt contingere, vt duo peccata ſint inter ſe æquè grauia; & tamen primum inducat priuationem gratiæ, & non ſecundum: quia, ſcilicet, illam inuenit iam inductam per primum, & non poteſt bis tolli eadem forma, vt patet ex S. Thoma *q. 2. de malo, art. 10. ad* 1.

DISPVT. XXVIII.

Quomodo inæqualitas peccatorum attendatur ex virtutibus oppoſitis.

1. *Quid doceat S. Thomas.*
2. *Proponuntur difficultates, quòd grauitas peccatorum non ſit attendenda ex virtutibus oppoſitis.*
3. *Secundùm aliquos, grauitas peccatorum ex virtutibus oppoſitis ſolùm attenditur cæteris paribus.*
4. *Grauitas peccatorum ſimpliciter, & ſine vlla limitatione attenditur ex virtutibus, ſicut ex obiectis.*
5. *An, & quomodo fornicatio ſit grauius peccatum, quàm furtum.*

1. *Quid doceat S. Thomas.*

PRo inæqualitate peccatorum ex virtutibus oppoſitis, duo aſſerit S. Thom. 1. 2. *quæſt. 73. art. 4.* id eſt, ſi oppoſitio virtutis, & vitij, ſeu peccati, conſideretur principaliter, & directè, quatenus ad inuicem contrariantur, & circa idem obiectum maximè à ſe inuicem diſtant, rectè attendi grauitatem peccati ex virtute oppoſita, & illud iure optimo cenſeri grauius, quod opponitur digniori, & nobiliori virtuti: ſicut enim in idẽ recidit, quòd peccata dicantur diſtingui ſecundùm obiecta, & quòd dicantur diſtingui ſecundùm virtutes oppoſitas, vt patet ex S. Thom. 1. 2. *quæſt. 72. art. 1. ad ſecundum,* & diximus *ſuprà diſputat.* 12. *n.* 2. ita & in idem recidit, quòd dicantur deſumere grauitatem

ex obiectis, & quòd dicantur illam deſumere ex virtutibus oppoſitis; & hoc ipſo, quòd conſtat, aliquod peccatum directè contrariari nobiliori virtuti, etiam conſtat, illud verſari circa obiectum nobilius; & ideò eſſe grauius ex propria ſpecie, cùm ſemper illud ſit peſſimum, quod eſt contrarium optimo, vt patet ea Ariſtotele 8. *Ethic.cap.*10. *ſub initium*, & ea quo obiecto virtus deſumit nobilitatem, non poſſit peccatum non ſumere grauitatem: ſiquidem, quemadmodum eſt dignitatis in virtute, vt benè ſe habeat circa tale obiectum; ita & in peccato eſt grauitatis, vt circa idem malè ſe habeat, vt notat Conrad. 1.2.*quaſt.*73.*art.*4.*cit.* Si verò conſideretur oppoſitio virtutis, & vitij, ſeu peccati, ſecundùm quandam eatenſionem, qua virtus eatenditur ad cohibendum peccatum, addit S.Thom. non rectè attendi grauitatem peccati ex dignitate virtutis, per quam cohibetur: quia contraria ratione, quò virtus eſt maior, eò minora peccata cohibet: ſicut & ſanitas, quantò eſt maior, tantò minores diſcrepantias eacludit. Atque hoc modo *Matth.*5. iuſtitia antiquorum, id eſt, minor, ſolùm dicitur cohibuiſſe homicidium; iuſtitia verò Apoſtolorum, & fidelium Chriſti, id eſt, maior, dicitur cohibere debere etiam iram: *Niſi abundauerit iuſtitia veſtra*, &c. *Audiſtis, quia dictum eſt antiquis*: *Non occides*, &c. *Ego autem dico vobis, quia omnis, qui iraſcitur fratri ſuo*, &c.

2. *Proponuntur difficultates, quòd grauitas peccatorū non ſit attendenda ex virtutibus oppoſitis.*

Sed contra primam concluſionem, quòd rectè attendatur peccati grauitas ea directa oppoſitione, & contrarietate ad virtutem nobiliorem, multæ occurrunt difficultates: nam falſum videtur illud principium Ariſtotelicum, quòd illud ſit peſſimum, quod eſt contrarium optimo: ipſe enim S. Thom. 1. 1. *quaſt.* 49. *art.*3. ea profeſſo probat, non poſſe aliquid eſſe ſummum malum, quod opponatur ſummo bono: quod tamen omninò eſſe deberet, ſi illud eſt peſſimum, quod eſt contrarium optimo: ſiquidem, idem eſt aliquod eſſe ſummum malum, atque eſſe peſſimum; & idem eſt aliquid eſſe ſummum bonum, atque eſſe optimum. Secundò, idem videtur poſſe oſtendi, etiam facta inductione in naturalibus: nam, quamuis viſus, v.g. inter ſenſus ſit optimus, & nobiliſſimus, nō tamen propterea eatentia viſus eſt peſſima, cùm longè ſit peior carentia tactus, vtpote ſecum trahens etiam carentiam aliorum ſenſuum, imò & vitæ, 1. *de anima, text.*66. & 67. Et quamuis actus intellectus ſit melior, & præſtantior, quàm actus voluntatis; non tamen propterea error intellectus eſt peior, quàm error voluntatis, id eſt, peccatum; & certum eſt, quòd odium Dei, v.g. eſt multò deterius, quàm carentia viſionis beatificæ, aut quilibet actus erroris circa Deum.

Tertiò, idem oſtenditur etiam in moralibus: nam peccatum fornicationis, aut ſodomiæ, grauius eſt, quàm peccatum furti, vt etiam docet S.Thom. 2.2. *quaſt.*154 *art.*3. & *quaſt.*2. *de malo*, *art.*10. & tamen illud contrariatur temperantiæ, id eſt, virtuti ignobiliori; & hoc contrariatur iuſtitiæ, quæ eſt nobilior: & ſimiliter odium proaimi contrariatur charitati, quæ eſt virtus omnium nobiliſſima, vt patet ex S. Paulo 1.*Cor.*13. & tamen non eſt grauius, quàm blaſphemia, aut infidelitas, quæ contrariatur religioni, & fidei: & ex S.Thom. 2.2 *q* 142.*art.*3. peccatum intemperantiæ maius eſt, quàm peccatum timiditatis; & tamen hoc contrariatur fortitudini, quæ eſt virtus nobilior, quàm temperantia.

Quartò, vni virtuti plura vitia, & peccata opponuntur, vt, v.g. liberalitati auaritia, & prodigalitas; & iuſtitiæ furtum, detractio, homicidium: ergo hinc ſaltem impoſſibile eſt, vt grauitas peccati attendatur ex nobilitate virtutis, cui directè opponitur.

3. *Secundùm aliquos, grauitas peccatorū ex virtutibus oppoſitis ſolùm attēditur cæteris paribus.*

Propter hæc, & ſimilia argumenta nonnulli recentiores apud Vaſq. 1.2. *in notat. ad art.*4. *quaſtionis* 73. *n.*27. eodem modo exiſtimarunt eſſe limitandam hanc doctrinam S.Thomæ, de grauitate peccati ea virtutibus directè oppoſitis, quo diaimus *diſput. præcedente* limitari ab aliquibus ſuperiorem doctrinam, de grauitate ex obiectis; vt, ſcilicet, ſolùm intelligatur cæteris paribus; & alioqui, ſi cætera non ſint paria, eodem modo poſſe æquari, aut excedi grauitatem vnius peccati ea virtutibus directè oppoſitis, ſi alteri peccato accedant circunſtantiæ, quæ illud aggrauent; ſicut æquatur, aut eaceditur grauitas ex obiectis: & inter cæteros ita docet etiam Azor. *tom.*1.*lib.*4.*cap.*19.*quaſt.*4. & Barthol. Med. 1.2.*quaſt.* 73.*art.*4.

4. *Grauitas peccatorum ſimpliciter, & ſine vlla limitatione attenditur ex virtutibus, ſicut & ex obiectis.*

Sed, qua ratione hæc limitatio non eſt neceſſaria pro grauitate peccatorum ea obiectis, vt probauimus *diſputat. præcedente*, *num.* 3. & *ſequentib.* ita neque eſt neceſſaria pro grauitate ex virtutibus directè oppoſitis, vt notat Vaſq. *in annotationibus cit. ad art.*4. *quaſtionis* 73. *cit. ex* 1. 2. *num.* 27. & Sayr. *lib.* 2. *clau. reg. cap.* 7. *num.* 6. & qua ratione, ad ſoluendas difficultates pro grauitate ex obiectis, diximus eſſe tollendas æquiuocationes, ſecundùm quas multipliciter dicitur vnum peccatum eſſe grauius altero; ita & ſunt tollendæ ad ſoluendas difficultates pro grauitate ex virtutibus: & quemadmodum circunſtantiæ, quæ non aggrauant in infinitum, neque trahunt actum peccati ad aliam ſpeciem, ſolùm aggrauant in eadem ſpecie, & ſemper relinquunt peccatum in propria ſpecie inferiore, neque poſſunt illud æquare alteri peccato, quod ea obiecto ſit in ſpecie ſuperiore; ita neque poſſunt id præſtare in peccato, quod eſt ſuperius, quia opponitur ſuperiori virtuti, vt patet ex dictis. Sed illud præterea pro expendenda grauitate peccati ea virtute oppoſita eſt attendendum, quod notat Azor. *lib.* 4. *cap.* 19. *quaſt.*4. *cit.* nomine virtutis non tam eſſe intelligendum ipſum habitum, aut rationem quaſi communem ſpecificatiuam illius, quàm ipſum præſcriptum rectæ rationis circa vnumquodque obiectum, vel ipſum obiectum, prout fundat talem ordinem ad rationem: cùm enim ad eandem virtutem quaſi genericam poſſint contrariari plura peccata inter ſe inæqualia quoad grauitatem; vt, verbi gratia, ad virtutem iuſtitiæ, furtum, rapina, homicidium; impoſſibile eſt, vt grauitas cuiuſque attendatur ex oppoſitione ad rationem virtutis, quaſi genericam; ſed maximè debet attendi ex oppoſitione ad rationem virtutis, quaſi ſpecificæ, id eſt, ad propriam illius honeſtatem, & ad peculiare præſcriptum rationis circa obiectum peculiare, & hoc modo veriſſimum eſt, quòd in idem recidat, grauitatem peccati deſumi ea obiectis, & deſumi ex virtutibus directè oppoſitis. Hoc autem poſito, ad primam ea difficultatibus in contrarium allatis

Reſpondeo, principium illud Ariſtotelicum, quòd illud ſit peſſimum, quod eſt contrarium optimo, veriſſimum eſſe, dummodo peſſimum, & optimum accipiantur in eodem genere, in quo ad inuicem contrariantur: ſic enim tyrannis, de qua *eo loco* agit Ariſtoteles, in genere adminiſtrationis ciuilis peſſima eſt; quia monarchia, cui in illo genere contrariatur, eſt optima: & eadem ratione odium Dei, in genere moris, eſt peſſimum; quia eius amor in eodem genere eſt optimus; & ſic de aliis. Neque hoc negat S. Thom. 1. 1. *quaſt.*49. *art.* 3. dum probat, non poſſe aliquid eſſe ſummum malum, quod opponatur ſummo bono: vt enim notat Cour. 1.2.*quaſt.*73.*art.*4. ſolùm eſt ſenſus,

ſus, quòd non poſſit dari ſummum, & infinitum malum in genere entis, ſeu per eſſentiam, ſicuti datur ſummum, & infinitum bonum in eodem genere, qui eſt Deus; non autem, quòd in aliquo certo genere, verbi gratia, in genere moris, non illud ſit peſſimum, quod contrariatur optimo in eodem genere; & non illud peccatum ſit grauiſſimum, quod contrariatur virtuti maximæ, vt idem habet 1.2. *qu. 73. art. 4. cit. in argum. Sed contrà.*

Ad ſecundam Reſpondeo: Qua ratione, & in quo genere ſenſus viſus eſt melior, quàm ſenſus tactus; & actus intellectus eſt melior, quàm actus voluntatis; eadem ratione, & in eodem genere carentia viſus eſt peior, quàm carentia tactus; & error intellectus eſt peior, quàm voluntatis: æquiuocatio autem eſt in argumento; quia ſit tranſitus ab vno genere boni ad aliud; & in ſenſibus, à bono nobilitatis, & excellentiæ ſit tranſitus ad bonum neceſſitatis; & in actibus intellectus, & volũtatis ſit tranſitus à genere naturæ ad genus moris: quòd enim dicitur carentia tactus eſſe peior, quàm carentia viſus, ſolùm eſt verũ ratione neceſſitatis; quia tactus animali eſt magis neceſſarius, quàm viſus, & ſine illo neque poſſunt haberi alij ſenſus, neque vita, vt benè dicitur ex Ariſt. & quòd dicitur error voluntatis, id eſt, peccatum, eſſe deterior, quàm error intellectus, ſolùm eſt verum in genere moris: & cum hoc toto benè poteſt ſtare, quòd alia ratione, & in alio genere dicatur viſus eſſe melior tactu, id eſt, in genere nobilitatis, & perfectionis, & actus intellectus eſſe melior actu voluntatis, id eſt, in genere naturæ; & eadem ratione, & in eodem genere poſſit dici etiam carentia viſus, & error, vel carentia actus intellectus eſſe deterior, cùm ſemper priuatio formæ perfectioris, & melioris ſit maius malum, vt notat Vaſquez 1.2. *diſp. 99 cap. 4. num.* 17. quàm priuatio formæ minùs perfectæ, & priuatio viſionis beatificæ in genere naturæ ſit peſſima, ſicut & viſio beatifica eſt ſimpliciter optima, vt notat Sayr. *lib. 2. clau. reg. c. 7. num 6. cit.*

5. *An, & quomodo fornicatio ſit grauius peccatũ, quàm furtum.*

Ad tertiam Reſpondet Sayr. *num. 6. cit.* & Azor. *lib. 4. cap. 19. q. 4. cit.* etiam in actu fornicationis eſſe malitiam iniuſtitiæ, in quantum eſt contra bonum prolis, eiúſque rectam inſtitutionẽ, & educationem; ſiquidem ex vagis, & incertis coniugiis, vel proles ſimpliciter non ſuſcipitur, vel non benè educatur & inſtituitur: quare, quamuis fornicatio, in quantum inordinatè verſatur circa delectationes tactus, ſit actus intemperantiæ; in quantum opponitur bono prolis, eſt etiam actus iniuſtitiæ, quamuis non diſtinctus realiter ab actu intemperantiæ, & ſimul comprehenditur vno vocabulo fornicationis, vt notat Caiet. 2.2. *quæſt.* 154. *art.* 3. *cit. §. Ad 2. in fine:* & idem dici poteſt etiam de peccato ſodomiæ, & de aliis huiuſmodi, vt patet ex S. Thom. *quæſt. 2. de malo, art.* 10. *in corp.* & poteſt hoc totum rectè explicari exemplo adulterij, quod ſimiliter vno vocabulo ſimul continet malitiam intemperantiæ, & iniuſtitiæ contra maritum mulieris, quæ cognoſcitur, vt notat S. Thom. 1.2. *quæſt. 73. art. 5. ad* 1. & benè explicat ibi Conradus.

Sed hoc totum non placet Martino apud Caiet. 2.2. *quæſt.* 154. *art.* 3. *cit.* qui pluribus rationibus probat, quòd fornicatio non eſt peccatum grauius furto: quam ſententiam eſſe valdè probabilem docet etiam Leſſ. *lib.* 4. qui eſt de temperantia, *cap.* 3. *dub.* 7. *num.* 54. & vt veram abſolutè videtur admittere Vaſq. *in notationibus ad art.* 4. *quæſtionis* 73. *cit. ex* 1. 2. *num.* 30. ſiquidem ait, non videre ſe, qua ratione poſſit explicari, quod aſſerit S. Thomas, fornicationem ex propria ſpecie eſſe peccatum grauius furto: quia opponitur bono prolis, eíque facit iniuriam in bonis maioris momenti, quàm ſint bona externa, in quibus iniuriam facit furtum: & contrà ait eſſe, quia iniuria, quæ ſit proli, non eſt propriè contra iuſtitiam, & fornicatio ab omnibus dicitur eſſe peccatum tantummodo contra caſtitatem, non autem contra iuſtitiam.

Fortaſſe ad argumentum meliùs Reſpondebimus, ſi dicamus, quod *paulò antè* monuimus ex Azor. nomine virtutis non eſſe accipiendum hoc loco ipſum habitum, aut rationem quaſi communem ſpecificatiuam illius; ſed ipſum bonum, & præſcriptum rationis circa vnumquodque obiectum in ſpecie: & hoc modo fornicatio rectè dicitur à S. Thoma eſſe grauius peccatum, quàm furtum ex propria ſpecie; quia bonum virtutis, cui opponitur, & præſcriptum rationis, contra quod eſt, eſt circa bonum maioris momenti, id eſt, circa educationem, & inſtitutionem prolis; non autem circa bona externa; vt enim benè explicat idem S. Thom. *quæſt. 2. de malo, art.* 10. *in corp.* bonum virtutis in vniuerſum ſolùm conſiſtit in ordinatione amoris, vt notat S. Auguſtinus *lib. de moribus Eccleſiæ, cap.* 15. *tom.* 1. vt, ſcilicet, eo ordine amemus ſingula, quo ſunt amanda; & illa amemus magis, quæ ſunt magis amanda; id eſt, primò, & maximè bonum Dei; & ſecundo loco bonum proximi; & inter bona proximi primò amemus ea, quæ pertinent ad vitam; & deinde, quæ pertinent ad bona externa: & quia vnumquodque peccatum eò eſt grauius ex ſuo genere, quò opponitur maiori bono virtutis, ideò peccata, quæ ſunt in Deum & contrariantur ordinationi amoris circa bonum Dei, vt, v. g. idololatria, blaſphemia, & huiuſmodi, ſecundùm ſuum genus ſunt reputanda grauiſſima; & inter peccata, quæ ſunt in proximum, tantò aliqua ſunt grauiora, quantò opponuntur maiori bono illius, & ſimiliter magis contrariantur ordinationi amoris circa bonum proximi; & primum gradum illa obtinent, quæ ſunt contra vitam; ſecundum verò alia, quæ ſunt contra bona externa: & inter illa primò eſt homicidium, quod tollit vitam hominis iam actu exiſtentis; & deinde peccatum luxuriæ, quod opponitur vitæ hominis in potentia, cùm ſit inordinatio circa actum generationis humanæ, id eſt, adulterium, fornicatio, & peccata carnalia; & inter alia ſunt furtum, rapina, & huiuſmodi. Et in his ſimiliter menſura, & gradus propriæ grauitatis debet accipi, ſecundùm quod opponitur maiori bono virtutis, & bonum oppoſitum magis, vel minùs debet amari ſecundùm virtutem, & præſcriptum rationis. Quia ergo bonum propriæ prolis ſecundùm ordinationem amoris, & bonum virtutis, magis debet amari, quàm bona externa cuiuſcunque alterius, rectè dicitur à S. Thoma fornicatio ſecundùm ſpeciem eſſe grauius peccatum, quàm furtum: & hæc grauitas rectè attenditur ex bono virtutis, cui opponitur; quia præſcriptum rationis, quod prohibet ſpecialiter, per fornicationem non eſſe inferendum malum proli, rectè dicitur eſſe virtus nobilior quàm præſcriptum rationis, quod ſimiliter prohibet non eſſe alieri inferendum malum per furtum, quidquid ſit de ipſo habitu caſtitatis, quaſi in vniuerſum, & ſecundùm ſe, prout continet alia dictamina de moderãdis ſimpliciter delectationibus tactus; & qoidquid ſit de ipſo habitu iuſtitiæ propriè dictæ, prout continet alia dictamina de tribuendo vnicuique ius ſuum: quemadmodum enim in charitate, quæ inter virtutes voluntatis eſt ſimpliciter nobiliſſima, nihil impedit, quominùs aliquis actus ſecundarius ſit minùs perfectus, quàm alius, qui ſit virtutis alioqui

inferioris: vt, v. g. amor proximi, ſi comparetur cum actu religionis citea Deum colendum, & imò odium proximi eſt etiam leuius peccatum, quàm idolatria, aut blaſphemia, quanuis illud ſit contra charitatem, & hæc contra teligionem: ita & è contrà poteſt contingere, vt & aliquis actus virtoris inferiotis ſit præſtantior aliquo actu virtutis ſuperioris, vt, v.g. actus caſtitatis, quatenus dictat de moderandis delectationibus pro bono prolis, ſi conferatur cum actu iuſtitiæ, quatenus dictat de tribuendo vnicuique ius ſuum in bonis externis; & ideò etiam peccatum oppoſitum ſit grauius, id eſt, fornicatio, ſi conferatur cum furto, de qua re poſſunt videri plura apud Conr. 1. 2. *quæſt.* 73. *art.* 3. §. *Nota circa hoc argumentum.* & nos ipſi plura dicemus *diſp. ſeq.* dum agemus de peccatis carnalibus, & de ſpiritualibus *num.* 3. *& ſeq.*

Et per hæc etiam patet ad alias inſtantias, quæ afferuntur in argumento: ſi enim blaſphemia, aut infidelitas ſunt grauius peccatum, quàm odium proximi, ſunt etiam contra maius bonum virtutis, quæ eſt ordinatio amoris circa bonum Dei, & hoc modo rectè etiam dicuntur contra maiorem virtutem. Et idem eſt de intemperantia, ſi dicatur eſſe maius peccatum, quàm timiditas: ſimiliter enim eſt contra maius bonum virtutis, & contra maiorem virtutem, in quantum grauiùs præcipit pro bono prolis abſtinere à bono alioqui non neceſſario, quàm non vitare pericula maxima; & minùs excuſat ab illo, quàm ab hoc.

Ad quartam ſimiliter patet ex dictis: ſunt enim etiam in peccatis contra eandem virtutem ſui gradus malitiæ, & grauitatis, & etiam in his menſura eſt accipienda ex bono virtutis, cui opponuntur, quod magis, vel minùs debet amari, vt iam retolimus ex S. Thoma *quæſt.* 2. *de malo, art.* 10. & hoc modo etiam rectè dicuntur opponi maiori virtuti, id eſt, dictamini, & præſcripto rationis, circa obiectum maioris momenti, vt iam explicauimus.

DISPVT. XXIX.

Quomodo inæqualitas peccatorum attendatur ex hoc, quòd ſint ſpiritualia, aut carnalia.

1. *Ex S. Thoma peccata ſpiritualia ſunt grauiora, quàm carnalia.*
2. *Peccata ſpiritualia ratione proprij ſubiecti, in quo fiunt, & recipiuntur, ſunt grauiora.*
3. *Peccata carnalia ſunt contra proprium corpus, & ſpiritualia ſunt contra Deum, vel contra proximum.*
4. *Peccata luxuriæ ſecundùm vnam deordinationem ſunt carnalia, & ſecundùm aliam ſunt ſpiritualia.*
5. *Adulterium eſt grauius peccatum, quàm furtum.*
6. *Peccata carnalia ſunt ex vehementiore principio extrinſeco, quàm ſpiritualia.*
7. *Grauius eſt fornicari cum fœmina deformi, quàm cum pulchra.*
8. *Peccata carnalia ſunt maioris infamiæ, quàm ſpiritualia.*
9. *Magnitudo infamiæ ex quo deſumitur.*
10. *Furtum eſt maioris verecundiæ, quàm rapina.*
11. *Quæ fiunt cum dolo, ſunt turpiora.*

EX hoc etiam capite peccata inter ſe ſunt inæqualia, quia eorum aliqua ſunt carnalia, & conſummantur in ſola delectatione naturali & carnali per ſenſus exteriores; & aliqua ſunt ſpiritualia, & conſummantur in delectatione animali, & ſpirituali propter apprehenſionem potentiæ interioris, vt *ſupra* explicauimus *diſput.* 13. cum S.Thom. 1.2. *q.* 72. *art.* 2. ſi enim conſideretur hæc ipſa ratio ſpiritualitatis, & carnalitatis, & quæ conueniunt actui ratione illius, & præſcindamus ab aliis, quæ fortè per accidens poſſunt adiungi, peccata ſpiritualia maioris ſunt culpæ, quàm carnalia, vt notat S.Greg. *lib.* 31. *Mor. cap.* 31. *& lib.* 32. *cap.* 11. & ex illo S. Thom. 1.2. *quæſt.* 73. *art.* 5. & Doctores communiter,

1. *Ex S. Thoma peccata ſpiritualia ſunt grauiora, quàm carnalia.*

eiúſque rei tres ſunt rationes ex eodem S. Thom. *ibidem:* & prima deſumitur ex parte ſubiecti, in quo propriè fiunt, & recipiuntur hæc peccata: nam peccata ſpiritualia, in quantum ſunt huiuſmodi, propriè conſummantur in potentiis ſpiritualibus, id eſt, in volontate; & peccata carnalia ſimiliter, in quantum ſunt huiuſmodi, propriè conſummantur in appetitu ſenſitiuo, qui appellatur ſenſualitas; & in ſenſibus exterioribus guſtus, & tactus, vt meliùs conſtabit *infrà*, quando agemus de ſubiecto peccati cum S. Thom. 1.2. *quæſt.* 74. & ideò illa plus habent de auerſione à Deo, & à bono incommutabili, & hæc plus habent de conuerſione ad creaturam, & ad bonum commutabile: vnde etiam plus habent de adhæſione ad obiectum ſenſibile, & delectabile, vt experientia patet: ſicut enim ad ſpiritum, id eſt, ad potentias ſpirituales intellectus, & voluntatis ſpectat conuerti ad Deum; non autem ſpectat ad appetitum ſenſitiuum, vel ad ſenſus exteriores, qui ſolùm habent conuerti ad obiectum ſenſibile, & in illud ferri: ita & ad eaſdem potentias ſpirituales, & non ad appetitum, aut ſenſus exteriores ſpectat auerti à Deo, & ab vltimo fine: & quia grauitas culpæ in vnoquoque genere, aut ſpecie peccati maximè attenditur ex huiuſmodi auerſione; & illud eſt grauius in ſuo genere, quod pertingit ad talem auerſionem, & ratione illius appellatur mortale; ideò peccata ſpiritualia ex parte ſubiecti, quod ſibi determinant, in quantum ſunt ſpiritualia, rectè dicuntur habere plus culpæ & malitiæ, quàm peccata carnalia, quæ contraria ratione, in quantum ſunt carnalia, ſibi determinant aliud ſubiectum, id eſt, appetitum, & ſenſus exteriores, ad quos propriè non ſpectat auerſio. Et quanuis etiam hæc poſſint eſſe mortalia, & auertere à Deo; id tamen non habent ex proprio ſubiecto, à quo ſumunt denominationem carnalis; ſed à ſubiecto ſuperiore, & quaſi communi pro omnibus peccatis, quæ eſt voluntas, & potentia ſpiritualis, dum ſimul cum appetitu ad illa concurrit, ſaltem non cohibendo ipſum appetitum, eiúſque actus non reprimendo, vt notat Cont. 1.2. *quæſt.* 73. *art.* 5. §. *Nota circa hæc.* Vnde & S. Th. 1.2. *quæſt.* 74. cùm docuiſſet *a.* 3. peccatum poſſe eſſe non ſolùm in voluntate; ſed etiam in ſenſualitate, ſubdit *art.* 4. in hoc non poſſe eſſe peccatum mortale; non, quia etiam actus ſenſualitatis non poſſint eſſe mortales, ſi ſint voluntarij, & à voluntate ſaltem non prohibente, cùm poſſit, & debeat; ſed, quia non poſſunt habere ex ſenſualitate, quòd ſint mortales; ſed neceſſariò id habent ex ratione, & voluntate, vt *infrà* explicabimus.

2. *Peccata ſpiritualia ratione proprij ſubiecti, in quo fiunt, & recipiuntur, ſunt grauiora.*

Altera ratio ad probandum, quòd peccata ſpiritualia ex propria ratione ſunt grauiora, quàm peccata carnalia, deſumitur à S. Thoma ex parte illius, in quem peccatur, vel cuius bono hæc vtraque peccata ſpecialiter opponuntur: peccata enim ſpiritualia ſunt contra Deum, vel contra proximum; & opponuntur eorum bonis, quæ ex ordine charitatis ſunt

3. *Peccata carnalia ſunt contra proprium corpus, & ſpiritualia ſunt contra Deum,*

vel contra proximum. ſunt magis amanda : & peccata carnalia ſunt contra proprium corpus , eiúſque bonum , quod eſt minùs amandum , in quantum , ſcilicet , conſummantur in ipſa carne , eámque inquinant , & indebitè reſoluunt, vt habet Sanctus Thomas 2.2.*quæſt.* 154.*art.* 3. *ad* 2. Et qua ratione bonum virtutis maximè conſiſtit in ordinatione amoris , & vt eo modo , eóque ordine amentur ſingula , quo ſunt amanda , vt *ſuprà* diximus ex S. Auguſt. *lib. de mor. Eccl.cap.*15.*tomo* 1. & S.Thom. *quæſt.*2.*de malo,art.* 10. eadem ratione etiam malum , vel grauitas vitij, aut peccati conſiſtit in deordinatione amoris , & vt non eo modo , eóque ordine amentur ſingula , quo ſunt amanda : & ideò illud peccatum eſt grauius, quod cootinet maiorem deordinationem amoris, & opponitur maiori bono virtutis : & talia ſunt ex propria ratione peccata ſpiritualia , ſi conferantur cum peccatis carnalibus , cùm illa ſint contra bonum Dei , aut proximi , vt ſuperbia , v. g. dum inordinatè appetit excellentiam , aut gloriam , quæ eſt propria Dei ; & auaritia , dum inordinatè appetit rem alienam : & hæc ſint contra bonum proprij corporis ; vt gula , verbi gratia , dum abutitur ſenſu guſtus contra præſcriptum rationis ; & luxuria , dum abutitur ſenſu tactus. Et hæc ratio, dum probat grauitatem peccatorum ſpiritualium ſupra carnalia ex parte eius , in quem dicuntur eſſe huiuſmodi peccata, quia opponuntur maioribus, aut minoribus bonis, & magis , vel minùs diligibilibus ſecundùm rectam ordinationem amoris, videtur illam probare ex ipſis obiectis : ſiquidem in idem recidit , quòd grauitas deſumatur ex bonis oppoſitis, & quòd deſumatur ex obiectis , vt *ſuprà* diximus *diſp.præced.*

4. *Peccata luxuria ſecundùm vnam deordinationem ſunt carnalia, & ſecundùm aliã ſunt ſpiritualia.*

Quòd ſi vrgeas , falſum eſſe , quòd peccata carnalia ſiot tantummodo contra bonum proprij corporis, ſiquidem adulterium eſt etiam contra bonum proximi , cùm ſit vſus alienæ vxoris ; ſicut & furtum eſt vſus alienæ pecuniæ inuito domino , & ideò continet malitiam iniuſtitiæ , vt expreſsè docet S. Thom. 1.2.*quæſt.*72. *art.*2.*ad* 4. *&* *quæſt.*73.*a.* 5. *ad* 1. & reducitur ad auaritiam , vt *ibidem* ſubdit *ex Gloſ.* in illud S.Pauli ad Epheſ. 5. *Omnis fornicator , aut immundus , aut auarus.* quod idem etiam eſt de fornicarione , & aliis huiuſmodi peccatis luxuriæ , quæ opponuntur bono prolis futuræ , aut prolis , & ideò opponuntur bono alieno , & ex hoc capite ſunt grauiora, quàm furtum, vt diximus *diſp. præced.num.*5.ex S.Thom.*quæſt.*2. *de malo, art.*10.*&* 2.2.*quæſt.*154.*art.*3.

Reſpondeo cum Conr. 1.2.*q.*53.*art.*5.*cit.*§. *Nota quòd Doctor S.* hanc etiam ſecundam rationem S. Thomæ non eſſe intelligendam de peccatis carnalibus materialiter acceptis , id eſt, de illis , quæ ſunt carnalia ; ſed formaliter, & reduplicatiuè , in quantum ſunt carnalia : vnde etiam S. Thom. in hac ſecunda ratione concludenda non infert , quòd peccata ſpiritualia abſolutè , vel quomodocunque ſunt maioris culpæ : ſed addit , *in quantum huiuſmodi* ; id eſt , ex formali , & præciſa ratione ſpiritualitatis: vt enim notat idem Conr. *art.*5. *cit. circa reſponſionem ad primum*, ex S.Thoma *quæſt.*15. *de malo, art.* 1. *&* 2. *in corp.* *&* *art.*3.*in corp.* *&* *ad* 3. adulterium, fornicatio , & ſimiles actus luxuriæ dupliciter habent inordinationem ; id eſt , ex fine , qui eſt expletio concupiſcentiæ , & voluptatis ; & ex actu ipſo , vel ex materia actus , qui eſt acceſſus ad non ſuam , vel impeditio boni prolis : & tantùm ratione primæ deordinationis pertinent ad intemperantiam, & ſunt peccata carnalia ; & ratione ſecundæ pertinent , vel reducuntur ad iniuſtitiam , & ſunt peccata ſpiritualia ; & quanuis ratione ſecundæ deordinationis ſint contra bonum proximi ; ratione tamen primæ ſolùm ſunt contra bonum proprij corporis ; atque hoc modo , in quantum ſunt peccata carnalia , ſunt leuiora ratione illius , in quem ſunt, vel cuius bono oppoountur , qui eſt ipſe proximus, vel proles ſuſcipienda:& quemadmodum peccatum gulæ , quatenus habet inordinationem ſolùm ex fine,id eſt, inordinata concupiſcentia cibi , vel potus, delectabilis guſtui , & eſt formaliter peccatum carnale , eſt ex ſe valdè leue , & non pertingit ad peccatum mortale , vt docet S.Thom. *quæſt.*14 *de malo, art.*2. *&* *quæſt.*15. *ſimiliter art.* 2. ſi verò prætereà habeat inordinationem iniuſtitiæ ex parte ipſius actus ; vt , ſi quis comedat ex inordinata concupiſcentia guſtus rem alienam , euadit peccatum ſpirituale contra iuſtitiam,& contrahit grauitatem, & fit mortale : ita & peccatum luxuriæ , ſi ſolùm habeat inordinationem ex fine immoderatæ delectationis tactus , vt quando quis immoderatè vtitur ſua vxore , neque vlli alteri facit iniuriam , aut damnum ; & continetur intra ſolam rationem peccati carnalis,eſt ex ſe valdè leue, & ſolùm eſt veniale, vt notat S. Thom. *quæſt.*15. *de malo , cit.art.* 2. *in corp.* *&* *ad* 6.& ex illo Conr. 1.2.*quæſt.*73.. *art.*5. *circa reſponſionem ad primum* , §. *Ad hoc dicitur.* Si verò prætereà habeat inordinationem ex parte actus, vel ipſius materiæ,& ſuo modo euadat contra iuſtitiam, & inducat rationem peccati ſpiritualis , contrahit maiorem malitiam , & fit mortale : quia opponitur bono proximi , quanuis hoc non habeat , in quantum carnale ; ſed in quantum inducit rationem ſpiritualis, vt iam explicauimus. Atque hoc modo veriſſimum eſt,quòd adulterium eſt grauius peccatum, quàm furtum , vt habet S.Thom.1.2.*quæſt.*73.*art.*5. 5. *Adulterium eſt grauius peccatum , quàm furtum.*
ad 1. quia, ſcilicet , tollit proximo meliorem rem, quàm furtum ſimpliciter dictum , vt etiam *ſuprà* explicauimus de fornicarione , & ſic intelligitur id, quod habetur Prou. 6. *Non grandis eſt culpa , cùm quis furatus fuerit : qui autem adulter eſt , propter cordis inopiam perdet animam ſuam.* quia , ſcilicet, malitia furti ſimpliciter dicti , ſi comparetur cum malitia adulterij, eſt longè minor , & in veteri lege minùs puniebatur, id eſt , tantùm reſtitutione ſeptupli, vt ſubditur *Prou.*6.*cit.*cùm tamen adulteriũ puniretur morte ; & ideò diceretur adulter perdere animam ſuam , id eſt , vitam, vt notat S.Thom.2.2. *qu.*66.*art.*6. *ad* 1. & Conr. 1.2.*q.*73.*art.* 5. *cit.*§.*Ad maiorem.* Et hoc ipſum,quòd malitia furti ſit minor, quàm malitia adulterij , non habetur ex ea ratione, ſecundùm quam adulterium eſt peccatum carnale, & eſt ad finem inordinatæ delectationis ; ſed ex illa, ſecundùm quam eſt peccatum ſpirituale , & habet deordinationem ex ipſo actu , eiuſque materia , vt iam explicauimus.

Denique tertia ratio ad probandum , quòd peccata ſpiritualia ex propria ratione ſunt grauiora, quàm peccata carnalia , deſumitur à S. Thoma 1. 2. 6. *Peccata carnalia ſunt ex vehementiore principio extrinſeco.*
*quæſt.*73. *art.*5. *cit.* ex parte motiui , vel impulſiui extrinſeci , quo voluntas allicitur , inclinatur , & quaſi trahitur ad peccatum : hoc enim in peccatis carnalibus eſt ipſa concupiſcentia carnis , quæ eſt nobis innata , & eſt maximè vehemens ; & ideò multùm diminuit de perfecto voluntario , & libero, vt patet ex dictis *ſuprà lib.* 1. *diſp.* 24. & ex conſequenti multùm diminuit de malitia , & in peccatis ſpiritualibus eſt aliqua alia ratio , quæ magis relinquit voluntatem in ſua indifferentia , & perfecta libertate. Et quanuis aliquando etiam peccata carnalia poſſint fieri ſine hoc motiuo , aut impulſiuo extrinſeco , vt, ſi quis fornicetur , v. g. cum fœmina turpi,

Digitized by Google

turpi, ex ſola malitia, & non ex concupiſcentia, & paſſione, quam ad illam habeat; & contrà peccata ſpiritualia poſſint fieri ex vehementi motiuo, aut impulſiuo extrinſeco: vt, ſi quis inimicum occidat ex paſſione iræ: quia tamen communiter peccata carnalia non fiunt ſine huiuſmodi motiuo extrinſeco, & hoc communiter eſt multò vehementius, quàm ſit illud, ex quo fiunt peccata ſpiritualia, rectè illa dicuntur etiam ex hoc capite eſſe leuiora, in quantum ſunt carnalia; & hæc grauiora, in quantum ſpiritualia. Et hoc modo verificatur commune illud axioma Theologorum apud Barthol. Med. 1. 2. *quæſt.* 73 *art.* 5. & apud Sayr. *lib.* 1. *clau. reg. cap.* 7. *num.* 7. quòd grauiùs peccet, qui accedit ad mulierem turpem, quàm qui accedit ad pulchram: quia, ſcilicet, ad turpem eſt minor concupiſcentia, quàm ad pulchram; & ideò ex hoc capite eſt minor malitia: quanuis, ſi ad vtranque eſſet concupiſcentia, vel ad vtranque non eſſet, & ex malitia, vel ſine magna concupiſcentia quæreret quis mulierem pulchram, vt maiori cum voluptate, & quaſi intenſiùs cum illa peccaret; & alius ex oppoſito fine quæreret turpem; grauiùs peccaret ille, quàm hic, vt ſubdit Sayr. *num.* 7. *cit.* quia ex vna parte non eſſet vehementia motiui extrinſeci, quod minuendo perfectum voluntarium, & liberum, minueret ſimul malitiam, & ex alia parte eſſet in voluntate maior inclinatio ad peccatum cum pulchra, & minor cum turpi, & conſequenter in actu peccati maior malitia.

7. *Grauius eſt fornicari cum fœmina deformi, quàm cum pulchra.*

8. Quòd ſi obiicias ex Ariſt. 3. *Ethic. cap.* 10. peccata intemperantiæ eſſe maximè exprobrabilia: & *lib.* 7. *cap.* 6. turpius eſſe, quòd quis ſit incontinens concupiſcentiæ, quàm quòd ſit incontinens Iræ, & ex S. Greg. *lib.* 21. *Moral. cap.* 11. & *lib.* 31. *cap.* 31. peccata carnalia eſſe maioris infamiæ, quàm peccata ſpiritualia, quod videtur indicio eſſe, quòd ſint etiam maioris malitiæ, & grauiora: Reſpondeo ex S. Th. 1. 2. *q.* 73. *a.* 5. *ad* 3. negando conſequentiam: neque enim ex eodem deſumitur magnitudo malitiæ, & magnitudo infamiæ; ſed illa deſumitur ex auerſione ab vltimo fine, ex magnitudine boni, quod per peccatum deſtruitur, & ex maiori libertate potentiæ, vt patet ex dictis; hæc verò ex indecentia actus ad ipſum peccantem, vt notat ibi Conr. §. *Nota, quod aliunde.* Et quia peccata carnalia maiorem habent indecentiam reſpectu hominis ratione vtentis, cùm huiuſmodi delectationes ſint illi communes cum brutis, eóque reddant quaſi brutalem, vt dicitur 3. *Ethic. cap.* 13. *cit.* & tamen decor hominis maximè ſit ex ratione, vt habet S. Thom. 2. 2. *quæſt.* 116. *art.* 2. *ad* 2. & ex profeſſo *quæſt.* 142. *art.* 4. rectè dicuntur eſſe quid turpius, & exprobrabilius, & maioris infamiæ, quàm peccata ſpiritualia, etiamſi hæc è contrà ſint maioris malitiæ, vt expreſsè habet S. Gregorius *locis cit.*

Peccata carnalia ſunt maioris infamiæ, quàm ſpiritualia.

9. *Magnitudo infamiæ ex quo deſumitur.*

10. Et eadem ratione 2. 2. *quæſt.* 66. *art.* 9. *ad* 2. docet S. Thom. homines magis verecundari de furto, quàm de rapina; quanuis hæc ſit grauius peccatum, quàm illud: quia in illa manifeſtatur maior aliqua virtus exterior in inferenda violentia domino rei, quæ rapitur; & homines ſenſibilibus inhærentes, magis de hac gloriantur, quàm de virtute interiore iuſtitiæ, quæ magis tollitur per rapinam, quàm per furtum. Et *quæſt.* 116. *art.* 2. ſimiliter docet, peccata, quæ fiunt ex dolo, eſſe turpiora; quia videntur procedere ex quadam infirmitate, & ex quadam falſitate rationis, & ideò adulationem, quaſi exiſtentem cum dolo, eſſe turpiorem, quàm litigium, quo alterum contriſtare non veremur, eámque ob cauſam illi manifeſtè contradicimus, etiamſi hoc alio-

Furtum eſt maioris verecundiæ, quàm rapina.

11. *Quæ fiunt cū dolo, ſunt turpiora.*

qui ſit grauius, vt pote procedens ex maiori contemptu, & magis oppoſitum charitati.

DISPVT. XXX.

Quomodo inæqualitas peccatorum attendatur ex cauſis efficientibus, aut finalibus.

1. *Quid doceat S. Thom.*
2. *Peccati grauitas rectè attenditur ex cauſa illius propria, & per ſe.*
3. *Ex cauſa remota, & extrinſeca, quæ inducit voluntatem ſecundùm propriam illius naturam, rectè attenditur peccati grauitas.*
4. *Ex cauſa extrinſeca, quæ inducit voluntatem præter illius naturam, rectè attenditur peccati leuitas.*
5. *Grauitas peccati ex ſola maiori voluntate peccandi non eſt neceſſariò conſitenda.*
6. *Grauitas, quæ habetur ex voluntate peccandi, ſemper eſt minor, quàm quæ habetur ex obiecto.*
7. *Grauitas poteſt haberi ex fine extrinſeco, & remoto.*

GRAVITATEM peccati hucuſque expendimus ex parte actus, & ea conſiderauimus, quæ per ſe faciunt ad illius ſpeciem & naturam, vt ſunt obiectum, virtutes oppoſitæ, & ratio peccati ſpiritualis, aut carnalis; præſenti verò diſputatione eam expendemus ex parte agentis, & ea conſiderabimus, quæ per ſe faciunt ad principium effectiuū peccati, quæ eſt ipſa interior voluntas, determinata ex proximo, & intrinſeco fine, qui 1. 2. *q.* 1. *art.* 3. dicitur eſſe principiū cuiuſque actus humani, & apprehenſus ab intellectu, & repræſentatus volūtati ſe habere proportionaliter, ſicut ſe habet forma in generante; & ideò eſſe illi prima ratio agendi, & appetendi. Et præterea adiungemus etiam illa, quæ huic principio per ſe effectiuo poſſunt accidere, vt eſt aliquis alius finis extrinſecus, & remotus, ignorantia, concupiſcentia, &c. Et ſi vlteriùs eandem grauitatem poſteà expenderimus, etiam ex iis, quæ ad actum peccati ſe habent per accidens, vt ſunt circunſtantiæ, vix aliquid erit, ex quo grauitas non ſit expenſa & explicata, cùm ex S. Thoma *quæſt.* 2. *de malo, art.* 10. *in corp.* non niſi ex his duobus expendi poſſit, id eſt, ex parte actus, tam per ſe, quàm per accidens; & ex parte agentis, ſimiliter tam per ſe, quàm per accidens.

Vt ergo grauitatem peccati expendat S. Thom. ſecundùm cauſas, vel ex parte agentis, 1. 2. *quæſt.* 73. *art.* 6. ponit primò, quòd in genere peccati, ſicut & in quolibet alio genere, poteſt accipi duplex cauſa; id eſt, altera, quæ eſt per ſe, & propria illius cauſa; & altera, quæ ſe habet ſolùm extrinſecè, & ſolùm cauſat mediante cauſa propria, & per ſe. Cauſā peccati per ſe, & propriam ait eſſe ipſam voluntatem peccandi, quæ comparatur ad actum peccati, ſicut arbor ad fructum, vt ex S. Auguſt. *lib.* 1. *contra Iulianum, cap* 8. *tomo* 7. notat Gloſ. in illud Matth. 7. *Non poteſt arbor bona*, &c. Cauſam verò peccati extrinſecam, & remotam addit poſſe eſſe adhuc duplicem; id eſt, alteram, quæ inducit cauſam per ſe ſecundùm propriam illius naturam, nihilque tollit ex iis, quæ requirit ex propria, & connaturali modo operandi, vt eſt, v. g. reſpectu voluntatis aliquis alius finis, ad quem ordinetur actus peccati; & alteram, quæ inducit, aut inclinat cauſam per ſe præter naturam, 1. *Quid docet S. Thomas.*

naturam, tollitque aliquid ex iis, quæ requirit ex proprio modo, vt eſt, v. g. reſpectu eiuſdem voluntaris, ignorantia, quæ diminuit, aut tollit notitiam, & iudicium rationis, ex quo voluntas nata eſt operari, & violentia, aut metus, vel infirmitas, & vehemens paſſio, quæ diminuit liberum motum eiuſdem voluntatis; & facit, vt actus minùs ſit à principio intrinſeco, quàm alioqui eſſe deberet, ſi voluntas operaretur ſine huiuſmodi cauſis, aut motiuis extrinſecis.

2. *Peccati grauitas rectè attenditur ex cauſa illius propria, & per ſe.*

Hoc autem poſito, rem totam explicat S.Thom. per tres concluſiones. Et prima eſt, quòd ex cauſa per ſe, & propria actus peccati, rectè expenditur, per ſe loquendo, peccati grauitas, & quantò illa fuerit maior, tantò peccatum eſt grauius; & quantò fuerit minor, tantò eſt leuius: vt, ſi quis peccet, v.g ex maiori voluntate peccandi, & alius peccet ex minore.

3. *Ex cauſa remota, & extrinſeca, quæ inducit voluntatem ſecundùm propriã illius naturam, rectè attenditur peccati grauitas.*

Secunda, quòd ex cauſa extrinſeca, & remota, quæ inducit voluntatem, & cauſam per ſe, ſecundùm propriam illius naturam, ſimiliter rectè expenditur peccati grauitas: & quantò hæc etiam fuerit maior, tantò peccatum eſt grauius: vt, ſi quis peccet ex intentione peioris finis extrinſeci, & remoti; & alius ex intentione alterius finis, qui ſit minùs malus.

4. *Ex cauſa extrinſeca, quæ inducit voluntatem præter illius naturam, rectè attenditur peccati leuitas.*

Tertia denique, quòd ex cauſa extrinſeca, & remota, quæ inducit voluntatem, & cauſam per ſe præter illius naturam, contraria ratione non rectè expenditur peccati grauitas, ſed leuitas; & quantò hæc cauſa fuerit maior, tantò peccatum eſt leuius; & quantò fuerit minor, tantò peccatum eſt minùs leue: vt ſi quis peccet, v. g. ex maiore ignorantia, aut violentia, vel paſſione, & peccatum ſit minùs voluntarium, aut minùs liberum.

Primam concluſionem non aliter probat S. Th. quàm ex analogia, & proportione fructus ad arborem: ſicut enim prauitas, & malitia fructus rectè attenditur ex prauitate, & malitia arboris; & quò arboris prauitas fuerit maior, eò conuincitur eſſe maior etiam prauitas fructus; ita etiam prauitas, ſeu malitia actus peccati exterioris, eò eſt maior, quò fuerit maior malitia, & prauitas voluntatis interioris, à qua ſola illa dependet; imò, & per quam ſolam actus exterior dicitur malus: & quemadmodũ voluntas peccandi, accepta ſimpliciter, eſt ſimpliciter mala, & accepta vt maior, vel vt magis intenſa, eſt magis mala; ſicut è contrà eſt magis bona, ſi ſit intenſior, & circa bonum obiectum; ita & accepta ſimpliciter, vel vt mala ſimpliciter, facit actum externum malum ſimpliciter; & accepta vt maior, & vt intenſior, vel vt magis mala, facit illum magis malum; cùm vniuerſaliter in iis, quæ ſunt per ſe, ſicut ſe habet ſimpliciter ad ſimpliciter, ita & magis ad magis.

5. *Grauitas peccati ex ſola maiori voluntate peccandi, non eſt neceſſariò cõfitenda.*

Sed rectè monet Barthol. Med. *ad art. 6. cit. ex* 1. 2. *quæſt.* 73. & Sayr. *lib. 2. clau. reg. cap. 7. num. 9.* maiorem hanc grauitatem peccati ex maiori voluntate peccandi non eſſe magnoperè requirendam in Confeſſione: quia communiter non facilè cognoſcitur, nec facilè poteſt exprimi verbis communibus, & generalibus, cùm communiter non habeamus menſuram intenſionis, & graduum in noſtris actibus, neque vocabula, quibus illam diſtinctè ſignificemus, quanquam ſi aliquando intenſio actus eſſet valde notabilis, & extraordinaria, & vt talis cognoſceretur, omninò deberet manifeſtari in Confeſſione, meliori modo, quo poſſet: ſicut & aliæ circumſtantiæ, quæ notabiliter aggrauant in eadem ſpecie, vt notant Authores cit. vt, ſi quis, v.g. tanto amore ferretur in mulierem, vt illam amaret, vt Deum, & vt omne, ac totum bonum ſuum: hoc enim ſine dubio magnam habet deordinationem, & notabiliter mutat morale iudicium, quod communiter fit de actu amoris erga mulierem, & ideò non eſt omittendum in Confeſſione.

6. *Grauitas, quæ habetur ex voluntate peccãdi, ſemper eſt minor, quàm quæ habetur ex obiecto.*

Et præterea rectè monet S.Thom. *qu.* 15. *de malo, art. 6. ad* 2. & ex illo Conr. 1. 2. *quæſt.* 73. *art.* 6. §. *Si autem quæris.* maiorem hanc grauitatem ex maioritate voluntatis peccandi ſemper eſſe minorem, quàm ſit malitia actus ex proprio obiecto: & ideò ſi obiectum ſit ex ſe leue, & ſolùm capax malitiæ venialis, quantacunque intenſione feratur in illud voluntas, ſemper peccatum erit leue: vt, ſi quis intenſiſſimè velit, v g. dicere mendacium officioſum, aut verbum iocoſum, vel otioſum: & contrà, ſi obiectum ſit ex ſe graue, & ex ſe fundans malitiam mortalem, ſemper peccatum erit graue, & mortale, quamuis voluntas in illud feratur ſolùm remiſsè: vt, ſi quis, v. g. remiſsè conſentiat in actum homicidij. Et ratio eſt: quia, quemadmodum voluntas peccandi non mutat ſpeciem ex eo, quòd ſit maior, & intenſa; ita & grauitas, quæ ex illa habetur, in quantum eſt maior, ſemper eſt in eadem ſpecie, & ad actum peccati, qui eſt malus ſimpliciter in tali ſpecie per tale obiectum, ſolùm ſe habet accidentaliter, cùm accidat actui in genere moris conſiderato, quòd ſit à voluntate magna, vel parua, intenſa, vel remiſſa, quamuis non accidat, quòd ſit à voluntate ſimpliciter, & ſimpliciter voluntarius: & ideò hæc grauitas, ſi accipiatur per ſe, rectè dicitur minor, quàm malitia ſimpliciter, quæ eſt ex obiecto, & ſe habet eſſentialiter.

7. *Grauitas poteſt haberi ex fine extrinſeco, & remoto.*

Secundam concluſionem, quòd grauitas peccati rectè attẽdatur, etiam ex cauſis extrinſecis, & remotis, quæ voluntatem inclinant ſecundùm illius naturam, nihilque tollunt ex iis, quæ requirit ſecundùm proprium, & connaturalem modum operandi, ex eo probat S. Thom. quia certum eſt, peccare aliquem grauiùs, ſi inclinetur ad actum peccati ex alia intentione alterius finis deterioris, quàm ſi inclinetur ex ſola intentione vnius finis proximi, & intrinſeci: vt, ſi quis, v. g. determinetur ad volendum furari ex alia intentione adulterandi vel occidendi, vel committendi ſimoniam: vt enim patet ex S.Th. *q. 2. de malo, art. 6.* & nos *ſuprà* explicauimus *d.* 20. *n.* 3. cùm nomine circunſtantiæ in humanis actibus omne illud intelligatur, quod actum circumſtat, quaſi extrinſecùs, & extra ſubſtantiam, ſiue ſe teneat ex parte agentis, ſiue ex parte finis, aut materiæ, vel modi agendi, facilè poteſt accidere, vt vna intentio vnius finis circunſtet quodammodo alteram, eámque afficiat quaſi extrinſecùs, & per accidens; & vnus finis ſit ex alio fine, & vna intentio ex alia intentione, vt habet idem S.Thom. 1. 2. *quæſt.* 19. *art.* 2. *ad* 1. & in tali caſu, ſi vnaquæque ex his intentionibus ſit ex ſe mala, vtraque tribuet actui externo ſuam malitiam, & hic per dependentiam ab vtraque erit malus in duplici ſpecie, & abſolutè erit deterior, quàm alioqui eſſet, ſi ſolùm dependeret ab vnica intentione, vt patet in exemplo poſito de actu furti, qui ſimul habet malitiam in propria ſpecie ex intentione, & fine proximo habendi rem alienam; & proptereà in ſpecie adulterij, vel homicidij, aut ſimoniæ ex intentione, & fine remoto, ad quem ordinatur ipſius adulterij, vel homicidij: vnde in Confeſſione cum hac vtràque malitia eſt confitendum; neque eſt ſatis, ſi quis dicat, v. g. *Furatus ſum, & occidi.* ſed debet dicere: *Furatus ſum, vt occiderem.* alio enim modo ſe habent iſta peccata, quando committuntur cum aliquo ordine, & habitudine ad inuicem, v.g. cauſæ, & effectus,

Digitized by Google

effectus, vel medij, & finis; & quando committuntur quaſi diſparatè, & ſine vlla habitudine vnius ad aliud; & ideò alio modo ſuot explicanda in Coofeſſione. Et quemadmodum finis proximus mente apprehenſus, & voluntati repræſentatus ſe habet reſpectu actus, vt propria forma, & ratio agendi, & vt cauſa propria, & per ſe, vt *ſuprà* diximus ex 1. 2. *quæſt.* 1. *art.* 3. ita & finis remotus ſimiliter apprcheoſus, & repræſentatus, ſe habet vt forma, & ratio agendi; & vt cauſa extrinſeca, & remota, vt eam appellat S. Th. *art.*6. & influeodo in actum peccati, mediaote fine proximo, eúmque cauſando, eriam cauſat in illo peculiarem malitiam diſtinctam à malitia finis proximi. Idque eſt verum, ſiue loquamur de ipſo fine remoto, prout concurrit in genere cauſæ finalis, ſecundùm eſſe reale futorum, ſiue de ipſa intentione talis finis, quæ concurrit in genere cauſæ efficientis, ſecundùm eſſe præſens, & actuale: vtraque enim eſt cauſa extrinſeca, & remota in ſuo genere; & dum communicat actui peccati ſoam ſpecialem malitiam, dicitur illum facere peccatum grauius, & augere grauitatem peccati. Et longè diſpar eſt ratio de fine proximo, & intrinſeco: quia hic in idem recidit cum obiecto, & idem eſt, attendi ex illo grauitatem peccati, atque attendi ex ipſo obiecto: & ideò non pertinet *ad hunc articulum* 6. S.Thom. in quo grauitas peccati conſideratur ex cauſis aliquo modo accidentalibus actui peccati; ſed ſatis eſt explicatus *a.*3. in quo eadem grauitas eſt explicata ex obiecto.

Deniqoe tertiam concluſionem, quòd ex cauſa extrinſeca, & remota, quæ inducit voluntatem ad actum peccati præter illius naturam, vt eſt, v. g. ignorantia, concupiſcentia, violentia, oon tam attendi debeat peccati grauitas, quàm leuitas; ex eo probat S. Thom. quia huiuſmodi cauſæ minuunt voluntarium: & quemadmodum id, quod auget voluotarium in peccato, anget malitiam, & inducit aliquam grauitatem; ita & quod minuit voluntarium, aut liberum, contraria ratione minuit malitiam, & inducit leuitatem; & ſi contingat, vt aliquid huiuſmodi omninò tollat voluntarium in actu peccati, & inducat inuoluntarium, aut non voluntarium, etiam tollet omninò malitiam, & actus non habebit rationem peccati: quæ omnia, quia ſatis ſunt explicata *lib.* 1. *diſp.* 13. *& ſeq.* quando egimus de inuoluntario ex violentia, metu, concupiſcentia, & ignorantia, non eſt, quòd ampliùs explicentur: & illud ſolùm eſt benè tenendum, quòd, ſicut hæ caoſæ ideò inducunt leuitatem peccati, quia minuunt voluntarium, aut liberum; ita & ſolùm in iis caſibus illam inducunt, in quibus minount: vt, v.g. quando ignorantia, aut concupiſcentia eſt antecedens; non autem quando eſt conſequens, vt etiam notat Sayr. *lib.* 2. *clau. reg. cap.* 7. *num.* 10. ex S.Thom. 1.2. *quæſt.* 6. *art.* 7. *& quæſt.* 73. *art.* 6. *ad* 2. *& q.* 77. *a.* 6.

DISPVT. XXXI.

Quomodo inæqualitas peccatorum ſit attendenda ex circunſtantiis.

1. *Quid doceat S.Thom. de grauitate ex circunſtantiis.*
2. *Circunſtantia aliquando tribuit grauitatem, transferendo actum peccati ab vna ſpecie ad aliam.*
3. *Circunſtantia aliquando tribuit grauitatem peccato, addendo aliquid deordinationis, & malitia, quaſi de ſuo.*
4. *Malitia, quam tribuit vnaquæque circunſtantia, vtrùm moraliter ſit heterogenea.*
5. *Circunſtantia aliquando tribuit grauitatem, determinando deordinationem alterius.*
6. *Grauitas in peccato ſolùm deſumitur ex parte auerſionis*

1. *Quid doceat S.Th. de grauitate ex circunſtantiis.*

CIRCVNSTANTIARVM diuerſitas tripliciter poteſt facere ad graoitatem peccati ex S. Thom. 1.2. *quæſt.* 73. *art.* 7. Primò, quia transfert peccatum ad aliud genus, vel ad aliam ſpeciem grauiorem, vt quando hæc circunſtantia, v.g. quòd fœmina, ad quam aliquis vult accedere, ſit alterius, transfert actum peccati à ſpecie fornicationis ad ſpeciem adulterij grauiorem. Secundò, quia relinquendo actum peccati in eadem ſpecie, addit illi aliquid, quaſi de ſuo, ad rationem malitiæ, & quaſi multiplicat rationem peccati: vt quando prodigus, v.g. ad defectum, & corruptiooem voius circunſtantiæ, etiam adiungit corruptionem alterius, & non ſolùm dat, qoantùm non debet; ſed etiam cui non debet. Tertiò denique, quia, quanuis ex ſe, & quaſi de ſuo nihil habeat propriæ malitiæ, quod adiungat quaſi alteri parti malitiæ prouenientis ex alia circunſtantia; habet tamen, vt adueniens alteri, faciat illam aliter habere ſuam deformitatem, qoàm alioqui haberet per ſe accepta, & aliter tribuere ſuam malitiam actui peccati; vt quando ad acceptionem rei alienæ adiungitur hæc circunſtantia, quòd multùm accipiatur: quanuis enim multùm, & parum ex ſe accepta non habeant rationem mali, aut boni moralis, neque conueniant, aut diſconueniant per ſe rectæ rationi; ſi tamen intelligantur aduenire, & quaſi adiungi huic, quod eſt rem eſſe alienam, faciunt illam aliter diſconuenire rectæ rationi, & variant illius malitiam.

2. *Circunſtantia aliquando tribuit grauitatem, transferendo actum peccati ab vna ſpecie ad aliam.*

Prima concluſio de tribuenda grauitate per hoc, quòd peccatum transferatur per circunſtantiam de vno genere ad aliud, hoc eſt, de vna ſpecie, vt exponit Coor. *ad art.* 7. *cit.* §. *Hic conſequenter.* ſatis patet ex dictis *ſuprà diſput.* 20. *num.* 3. *& ſeq.* ſi enim circunſtantia ſe habeat, vt conditio, aut ratio determinatiua prioris obiecti, & faciat in illo nouum ordinem diſconuenientiæ ad rationem, conſtituit nouam ſpeciem ſub eodem genere, & actum transfert ab vna ſpecie ad aliam, vt patet in hac circunſtantia, quòd res ſit ſacra, vel aſſeruata in loco ſacro, quæ transfert furtum ſimpliciter ad ſpeciem ſacrilegij ſub eodem genere furti, vt dicitur communiter in materia de furto, qualiſcunque tandem ſit hæc ſpecies, de quo nunc non diſputo; & in hac alia circunſtantia, quòd mulier ſit alterius, & coniugata, quæ transfert fornicationem ſimpliciter ad ſpeciem adulterij ſub eodē genere intemperantiæ: & ſi circunſtātia non ſe habeat vt conditio, aut ratio determinatiua prioris obiecti ſub eodem genere; ſed conſtituat obiectum malum per ſe, & diſparatum ab obiecto priore, neque pertineat ad idem genus, etiam conſtituit nouum actum peccati, & facit, vt actus prior, præter malitiam propriæ ſpeciei, etiam habeat malitiam actus poſterioris: vt, ſi quis, v.g. velit furari propter homicidium, vel propter ſimoniam, & habeat duos actus voluntatis, id eſt, alterum de furto, & alterum de homicidio, aut ſimonia, & hic circunſtet illum, tanquàm amor, & intentio finis, cuius gratia ille eſt, & ideò tribuat illi ſuam malitiam, vt pluribus explicauimus *ſuprà* ex S.Thom. 1.2. *quæſt.* 18. *art.* 5. *&* 10. *& quæſt.* 2. *de malo, art.* 6.

3\.

Secunda concluſio de tribueoda grauitate peccati, per hoc, quòd circunſtantia, quaſi de ſuo, &

ex

Circunſtãtia aliquãdo tribuit grauitatem peccato, addendo aliquid deordinationis & malitiæ, quaſi de ſuo.

ex ſe addat aliquid ad priorem diſconuenientiam, & malitiam, manente actu in eadem ſpecie, ſimiliter ſatis conſtar ex dictis *ſuprà diſp.* 2u.*cit.* præſertim *num.*4. ex S.Thom. 1.2.*quæſt.*72 *art.*9. de violatione plurium circunſtantiarum, ex eodem motiuo: & *diſp.* 26. de inæqualitate peccatorum ex priuatione non ſimplici, & non pura bonitatis oppoſitæ, quæ ſæpè eſt in peccatis, vt docet idem S. Thom. 1. 2. *quæſt.*73. *art.*2. ſi enim plures circunſtantiæ in eodem actu peccati poſſunt violari ex eodem motiuo, manente actu in eadem ſpecie; vt quando guloſus, verbi gratia, ex motiuo intemperantiæ comedit lautè, & intempeſtiuè, & nimis: vel quando prodigos dat quantùm non debet, & cui non debet; etſi vnaquæque ex his circunſtantiis, violata etiam per ſe, & ſeorſim ab aliis, poteſt tribuere actui aliquam deordinationem, & rationem malitiæ, impoſſibile eſt, vt ſi violentur plures ſimul, non tribuat actui grauitatem malitiæ, & vnaquæque non oddat aliquid quaſi de ſuo ad diſconuenientiam, & malitiam, quam habet actus, vel ex motiuo, vel ex violatione tantùm vnius circunſtantiæ: & ſi oppoſita bonitas, quæ eſt integritas eorum omnium, quæ actus requirit, poteſt tolli non purè, & non ſimpliciter, manente, ſcilicet, ſemper aliquo ex iis pluribus, quæ faciebant integritatem, ſicut & tollitur ſanitas, & pulchritudo, & aliæ formæ, quæ dicunt commenſurationem plurium; impoſſibile eſt, vt uon tollatur modò magis, & peccatum ſit grauius; & modò minus, & peccatum ſit leuius; provt, ſcilicet, ſublatæ fuerint plures, vel pauciores circunſtantiæ, quæ faciebant integritatem, & per conſequens, quòd corruptio vniuſcuiuſque circunſtantiæ non augeat grauitatem peccati addendo aliquid deordinationis, & malitiæ, quaſi de ſuo: & quemadmodum integritas omnium circunſtantiarum conſtituit in actu bono vnam bonitatem, quaſi vnius rationis moralis, etiamſi ipſæ circunſtantiæ in ſe diuerſæ ſint; ita & defectus vniuſcuiuſque conſtituit vnam malitiam, quali vnius rationis, vt notat Vaſquez *in notat. ad art.*7.*citat. quæſt.*73.*ex* 1.2.

4. Malitia, quã tribuit vnaquaque circunſtantia, vtrùm moraliter ſit heterogenea.

Neque poteſt eſſe quæſtio, niſi parui momenti, ſi quis contendat, malitiam actus, quæ conſtituitur ex violationibus diuerſarum circunſtantiarum, eſſe quaſi heterogeneam in ſuis partibus pro diuerſitate vniuſcuiuſque circunſtantiæ, quæ violatur; & parum refert, quidquid dicatur, dummodo conſtet, abſolutè, & ſimpliciter actum peccati eſſe tantùm in vna, & eadem ſpecie mali; qnia nulla ex huiuſmodi circunſtantiis mutat obiectum, eiúſque ordinem, aut diſconuenientiam ad rationem, ex qua in peccato deſumitur ſpecies, vt *ſuprà* diximus ex S.Thom. 1.2.*quæſt.*18.*art.*5.*&* 10. & notat ibi Contad. *art.*3. *&* 5.*quæſt.*73.*art.*7.*cit.*§. *Ponit, & probat.* Certè S. Thom. *art.*7.*cit.* de circunſtantia, quæ ſic aggrauat, relinquendo actum in eadem ſpecie, diſerte ait, quùd multiplicat rationem peccati: & de prodigo, qui non ſolùm dat, quantùm non debet, ſed etiam cui nun debet, ait, quòd multipliciùs peccat in eodem genere peccati, quàm ſi ſolùm det, cui non debet; & ex hoc ipſo peccatum fit grauius, ſicut & ægritudo, ſi plures partes inficiat, & per hanc multiplicationem malitiæ, & rationis peccati, videtur importare S. Thom. quandam diuerſitatem, & quaſi heterogeneitatem in ipſa malitia totali, ſiquidem ſi eſſet omnimoda homogeneitas, non diceretur multiplicatio. Et præterea certum videtur, quòd duo prodigi, verbi gratia, magis conueniunt inter ſe, ſi vterque violet vnam, & eandem circunſtantiam, & vterque det, verbi gratia, cui non debet, quàm ſi vnus violet vnam, & alius aliam; & hic det, cui non debet; & ille, quantum non debet: quod tamen non eſſet, ſi diſconuenientiæ vtriuſque violationis circunſtantiæ, eſſent omninò homogeneæ. Et idem probat etiam exemplum allatum de ægritudine, quando inficit plures partes corporis: ſiquidem ægritudu vnius partis non eſt omninò homogenea cum ægritudine alterius, etiamſi vtraque ſimul componat quodammodu vnam ægritudinem totalem. Verùm, vt diximus, quantùm facit ad mores, parum refert, quidquid dicatur de huiuſmodi heterogeneitate, quaſi partium malitiæ totalis, dummodo conſtet, peccatum eſſe in vna tantùm ſpecie, & circunſtantias aggrauare in eadem ſpecie. Et in hoc diſtinguitur ſecundus hic modus aggrauandi per circunſtantias, & ſecunda hæc concluſio S. Thomæ à primo modo aggrauandi, & à prima concluſione: quia in illa dicta eſt circunſtantia ſe habere, vt conditiu, & ratio determinatiua prioris obiecti, & ideò transferre peccatum ad aliam ſpeciem; in hoc verò dicitur ſe habere, vt pura circunſtantia, & purum accidens reſpectu obiecti, & ideò relinquere actum in eadem ſpecie mali, ſicut & relinquit obiectum in eadem formalitate obiecti, & in eadem diſconuenientia, & ordine ad rationem. Et ſi contingat, circunſtantiam per ſe inducere nouam totalitatem obiecti in eadem ſpecie, magis propriè multiplicabit rationem peccati, vt loquitur S. Thom. ſiquidem malitiæ erunt plures totaliter in eadem ſpecie: vt, ſi quis velit occidere, verbi gratia, mulierem grauidam, & in illa vitam adimere etiam fœtui; vel fornicando coram aliquo, aduertat, quòd malo exemplo eum inducat ad fornicandum; ille enim vnicus actus peccati erit duplex peccatum io ſpecie homicidij, vel in ſpecie fornicationis, vt notat Vaſquez *ad art.*7. *cit. quæſt.*73. *ex* 1.2. & patet ex dictis *ſuprà* de multiplicatione numerica peccatorum ex obiectis totalibus *diſp.*21.*num.*8.

5. Circũſtantia aliquãdo tribuit grauitatem, determinando deordinationem alterius.

Denique tertia concluſio de aggrauando peccato, per huc, quòd vna circunſtantia præſupponat aliquam aliam, eamque faciat aliter diſconuenire rationi, & tribuere malitiam actui; quamuis ipſa ex ſe, & quaſi de ſuo non ſit diſconueniens, ſatis patet exemplo allato à S. Thoma de magno, & paruo in materia furti: ſicut enim in Logicis, termini, qui dicuntur ſyncategorematici, ex ſeipſis nihil ſignificant; & tamen additi aliis faciunt illos aliter ſignificare, vt *omnis, nullus*: ita & in Moralibus ſunt aliquæ circunſtantiæ, quæ ex ſe non important conuenientiam, aut diſconuenientiam ad rationem, neque habent bonitatem, aut malitiam moralem; & tamen additæ aliis faciunt illas aliter conuenire, aut diſconuenire rationi: vt, v.g. magnum, & paruum, ſi addantur in materia furti, aut eleemoſynæ. Et hæc maior malitia, ſeu grauitas, quæ habetur ex his tertiis circunſtantiis, hoc maximè differt ab illa, quæ habetur ex ſecundis: quia omninò eſt homogenea, vtpote tota, & ſecundum omnes partes proueniens ab illa circunſtantia, quæ eſt ex ſe diſconueniens, & apta determinari ſecundùm hanc ipſam diſconuenientiam ab alia circunſtantia ex ſe non mala; cùm tamen grauitas, ſeu maior malitia, quæ habetur ex circunſtantiis per ſe diſconuenientibus, ſecundùm diuerſas partes habeatur ex diuerſis; & ideò, in rigore loquendo, includat aliquam heterogeneitatem, vt iam diximus.

Et quòd per has tres concluſiones adæquatè tradatur doctrina de grauitate peccati ex circunſtantiis, ex eo videtur poſſe probari: quia circunſtantia, vel ſe habet vt conditio, & quid modificans,

cans, aut determinans obiectum formale peccati, illúdque faciens aliter ſe habere ſecundum ordinem ad rationem, ſiue in eodem genere, ſiue in diuerſo, ac diſparato; vel non ſe habet, vt conditio, & quid modificans; ſed ſolùm vt accidens, & relinquens obiectum in ſua ratione obiectiua, & in ſuo ordine ad rationem: ſi primum, dat grauitatem peccato, transferendo illud ad aliam ſpeciem, prout eſt explicatum *concluſ.* 1. ſi ſecundum, vel nullo modo dat grauitatem, vel ſolùm determinando diſconuenientiam alicuius alterius, prout eſt explicatum

6. *Grauitas in peccato ſolùm deſumitur ex parte auerſionis à regula rationis.*

concluſ. 3. Et quia tota grauitas, aut malitia peccati ſolùm deſumitur ex parte auerſionis à regula rationis, ex qua deinde ſequitur etiam auerſio à Deo, vt habet S. Thom. 1.2. *quæſt.* 73. *art.* 7. *citat. ad* 3. & his tantùm modis poteſt contingere ex circunſtantia auerſio actus à regula rationis; inde eſt, quòd his tantùm modis poteſt haberi ex circunſtantia grauitas, aut malitia peccati.

DISPVT. XXXII.

Quomodo inæqualitas peccatorum ſpecialiter ſit attendenda ſecundùm maius nocumentum, quod afferunt ipſi peccanti, vel alteri.

1. *Quid doceat S. Thom. de grauitate peccati ex circunſtantia nocumenti.*
2. *Si nocumentum ſit præuiſum, & intentum, directè auget grauitatem peccati.*
3. *In peccatis contra iuſtitiam, ſi intendatur directè formale damnum, & malum alterius, eſt etiam ſpeciale peccatum contra charitatem.*
4. *Nocumentum præuiſum, & non intentum, indirectè auget grauitatem peccati.*
5. *Irregularitas ex homicidio directè voluntario non diſpenſatur.*
6. *Nocumentum non intentum, & non præuiſum in ſe, non auget directè grauitatem peccati.*
7. *Quomodo nocumentum in ſe non præuiſum, & non intentum augeat indirectè grauitatem peccati.*
8. *Siue quis det operam rei licitæ, ſiue illicitæ, ſemper mala, quæ conſequuntur, imputantur ad pœnam, propter negligentiam illa conſiderandi.*
9. *Qui dat operam rei illicitæ, ex qua ſequitur homicidium, aut mutilatio, quomodo incurrat irregularitatem.*
10. *Nocumentum non intentum, aut præuiſum in ſe, ſi per ſe conſequatur ad actum peccati, directè aggrauat illius malitiam.*
11. *Nocumentum pœnale, quod per accidens ſequitur ex actu peccati, & neque eſt præuiſum, neque intentum, non aggrauat vllo modo illius malitiam.*
12. *Nocumentum pœnale, quod ſequitur per ſe ex actu peccati, & neque eſt præuiſum, neque intentum, non aggrauat peccatum; ſed aggrauatur ex grauitate illius.*
13. *Nocumentum pœnale, quod ſequitur per ſe ex actu peccati, & eſt præuiſum, aggrauat aliquo modo peccata.*
14. *Qui dum peccat, exponit ſe periculo magnæ pœnæ, dupliciter peccat.*
15. *Circumſtantia ſcandali, & ruinæ ſpiritualis, directè intenta, etiam per peccatum veniale alterius, conſtituit peccatum grauius homicidio.*

HÆc, quæ diximus *diſputatione præcedente*, pertinent generaliter, & in vniuerſum ad grauitatem, & inæqualitatem peccatorum ex circunſtantiis: ſed S. Thom. 1.2. *quæſt.* 73. *art.* 8 9. & 10. ſpecialiter illam conſiderat, etiam ex aliquibus circunſtantiis ſpecialibus, circa quas poſſunt eſſe peculiares difficultates. Primò, *art.* 8. ex circunſtantia effectus, & nocumenti, quod peccanti, vel alteri ſequitur ex actu peccati, quæ poteſt reduci ad circunſtantiam, *quid*. *Art.* 9. ex circunſtantia perſonæ, in quam peccatur, quæ reducitur ad circunſtantiam, *circa quid*: & *art.* 10. ex circunſtantia perſonæ peccantis, quæ reducitur ad circunſtantiam, *quis*.

Et ſuppoſito, quòd nocumentum ex actu peccati, aliquando conſequitur vt nō pœnale, & ideò poteſt incurri, tam ab ipſo peccante, quam ab alio non peccante, vt eſt, verbi gratia, damnum vitæ, aut rei familiaris, quod infertur per homicidium, aut per furtum; & aliquando ſolùm conſequitur, vt pœnale; & ideò ſolùm incurritur ab ipſo peccante, vt eſt, verbi gratia, excommunicatio, irregularitas; de nocumento, quod eſt non pœnale, ſubiungit, quòd poteſt tripliciter ſe habere. Primò, vt a peccante ſit præuiſum, & intentum, vt quando quis operatur hoc ipſo animo nocendi alteri, & occidit, verbi gratia, vel furatur. Secundò, vt ſolùm ſit præuiſum, ſed non intentum, vt quando ad occidendum, verbi gratia, vel fornicandum, tranſit per campum alterius, & benè videt, quòd ſegetes conculcentur, & damnum domino inferatur: ſed hoc non intendit. Tertiò denique, vt neque ſit præuiſum, neque intentum: vt, quando currit ad occidendum, vel ad furandum, & in medio curſu impingit, & pedem lædit; vel quando venatur, & putans occidere feram, occidit hominem. Et hunc tertium modum adhuc ſubdiuidit in alios duos: aliquando enim nocumentum, quod ſequitur ex actu peccati, & neque eſt præuiſum, neque intentum, poteſt ſequi ſolùm per accidens ex aliquo caſuali euentu; non autem per ſe ex natura, vel conditione actus peccati, ad quem ſequitur; & ideò neque ſequitur ſemper, neque vt plurimùm, vt in exēplis allatis de impingēte, & pedem lædente, dum currit; & de occidente hominem, dum venatur: & aliquando poteſt ſequi per ſe ex ipſa natura, & conditione actus; & ideò ſequitur ſemper, vel vt plurimùm, vt ſi quis, v.g. publicè fornicetur, & inde ſequatur ſcandalum plurium, & plures inducantur, vel inuitentur ad idem peccatum. 1. *Quid doceat S. Thomas de grauitate peccati ex circunſtantia nocumenti.*

De nocumento verò, quod ex actu peccati conſequitur, vt pœnale, ſimiliter ſubiungit, quòd poteſt ſequi dupliciter, id eſt, per accidens, & non ex natura, vel conditione actus peccati: vt quando quis currit ad occidendum, & impingit, & lædit pedem; & per ſe, vt quando infidelis, vel fidelis, ex actu peccati mortalis inducit ſibi reatum æternæ pœnæ, ſiue de illa aliquid audiuerit, ſiue non.

Atque his omnibus diſtinctionibus poſitis ad ſingulos modos, quibus poteſt contingere nocumentum, & poteſt dubitari, quòd aggrauetur peccatum, reſpondet concluſionibus ſingulis. Et prima de nocumento non pœnali, eſt, quòd ſi tale nocumentum ex actu peccati ſit præuiſum, & intentum, illius quātitas directè auget grauitatem peccati: & peccatum tantò eſt grauius, quantò nocumentum eſt maius; ſiue loquamur de grauitate in eadem ſpecie peccati, vt quando quis per actum furti intendit nocumentum ipſorum centum, v. g. quæ vult furari, & alius ipſorum decem; ſiue loquamur de grauitate in diuerſa 2. *Si nocumentum ſit præuiſum, & intentum, directè auget grauitatem peccati.*

dinerſa ſpecie, vt, quando quis intendit nocumentum tantummodo rei familiaris per actum furti, & alius nocumentum vitæ pet actum homicidij Et ratio eſt: quia tale nocumentum, quando eſt hoe modo præuiſum, & intentum, eſt per ſe obiectum peccati; & ideò per ſe, & directè tribuit grauitatem, vt patet ex dictis *ſuprà diſp.* 27. ex S.Thom. 1.2. *quaeſt.* 73. *art.* 3. Et nomine nocumenti debet intelligi ipſamet actio nocitiua, provt ſe tenet ex parte nocentis, vel inferentis nocumentum: vt, v.g. ipſa acceptio rei alienæ in furto, ipſa occiſio, vel ablatio vitæ in homicidio: non autem ipſa paſſio, vel receptio damni, provt ſe tenet ex parte alterius, qui patitur nocumentum; vel ipſum formale damnum, aot malum, quod patitur: bac enim ratione veriſſimum eſt, quòd nocumeotum præuiſum, & intentum, ſit per ſe obiectum peccati, id eſt, actus interioris voluntatis, in quo propriè eſt malitia, cùm obiectum per ſe voluntatis furandi, aut occideodi, ſit ipſamet actio externa furti, aur homicidij.

3. *In peccatis contra iuſtitiam, ſi intēdatur directè formale dānum, & malum alterius, eſt etiam ſpecialis malitia contra charitatem.*

Et ſi quis directè inteoderet, aut vellet nocumentum alterius, provt dicit ex parte illius paſſionem, aut receptionem damni, vel ipſum formale damnum, aut malum, quod patitur; non ſolùm peccaret contra iuſtitiam peccato furti, & homicidij; ſed etiam directè, & ſpecialiter peccato odij contra charitatem, vt notat Vaſq. 1.2. *diſp.* 101. *cap.* 5. *num.* 18. quod tamen communiter noo accidit, neque eſt neceſſarium ad hanc primam concluſionem S.Thom. Et ſimiliter, quod dieit S.Thom. huiuſmodi nocumentum debere eſſe præuiſum, & intentum; non debet accipi de intentiune preſsè accepta, provt diſtinguitur ab electione, & aliis actibus voluntatis, & ſolùm verſatur circa finem, & id, cuius gratia; ſed latiùs, provt dicit quencunque actum voluntatis, qui ex ſe, & directè in illud feratur; ſiue præterea ordinetur ad aliquid aliud, ſiue non. Et doctrina S.Thom. *in hac prima concluſione*, ſolùm eſt, quòd nocumentum ad hoc, vt directè augeat grauitatem peccati, non ſolùm debeat eſſe voluntarium, & comparari ad voluntatem, vt effectus, ad quod ſufficeret, ſi eſſet ſolùm præcognitum, & præuiſum; ſed etiam debeat eſſe volitum, & intentum, & comparari ad voluntatem, vt obiectum, ad quod reqoiritur, vt actus voluntatis, & potentiæ appetitiuæ terminetur ad ipſum, vt *ſuprà* explicauimus *lib.* 1. *diſp.* 2. & colligitur ex S.Thoma 1. 2. *quaeſt.* 72. *art.* 1. *in corp.* vbi ait, inordinationem, quæ eſt in actu peccati, quanuis ſit voluntaria per accidens, ſe habere ad intentionem peccantis: quod idem eſt, ac ſi diceret, eam non eſſe intentam, aut volitam, cùm nemo intendens ad malum, operetur, vt eſt apud S.Diooyſium *cap. 4. de diuin. nominibus.*

4. *Nocumētum præuiſum, & non intentū, indirectè auget grauitatem peccati.*

Secunda conclosio S.Thomæ de eodem nocomento non pœnali, qood conſequitor ex actu peccati, eſt, quòd ſi tale nocumentum ſit præoiſum, ſed non iotentum; illius quantitas indirectè auget grauitatem peccati: vt, ſi quis, dum vadit ad fornicandum, conculcet ſegetes alienas, per quas tranſit; & non obſtante damno alterius, quod videt ſequi, adhuc velit compendioſiùs pergere: & peccatum per hoc nocumentum ſic præuiſum, & non intentum, ideò dieitur aggrauari indirectè; quia non aggrauatur, tanquàm ex aliquo, in quod directè feratur actus peccati, & quod directè ſit voluntarium, id eſt, procedens à voluntate, in quantum eſt agens illud ipſum, vt *ſuprà* explicauimus, dum ageremus de voluntario indirecto *lib.* 1. *diſp.* 5. *num.* 3. ex S.Thom. 1.2. *quaeſt.* 6. *art.* 3. ſiquidem voluntas, cùm non intendat huiuſmodi nocumentum, non ad illod per ſe dirigit, & ordinat ſuam actionem; ſed ſolùm ad viam breuiorem, & compendioſiorem pro acceſſu ad fœminam: & qnia ad hunc acceſſum multùm eſt inclinata, noo prætermittit inferre damnum, quod alioqui conſideratum ſimpliciter, & per ſe, non vellet inferre: atque ita huiuſmodi nocumentum in tantùm aggrauat malitiam fornicationis, quæ eſt in ipſo acceſſu ad fœminam, in quantum procedit à maiori inclinatione voluotatis ad fornicandum, eiúſque maioritatis neceſſitatem inducit, ad hoc vt ipſum quaſi obſtaculum remoueatur, & peruincatur, eámque poſteà arguit tanquàm effectus, & ſignum per accidens: & reuerà hæc maior grauitas propriè habetur ex ipſa maiori inclinatione voluntatis, tanquàm ex cauſa per ſe efficiente, vt diximus *ſuprà diſp.* 30. *num.* 2. ex S.Thom. 1.2. *quaeſt.* 73. *art.* 6. & ex ipſo nocumento ſolùm habetur, tanquàm ex ſigno talis maioris inclinationis, vt notat Conrad. *ad art.* 8. *cir.* §. *Ponit.* & probat ſecundam cooclusionem. Et hoc, quaotùm eſt ex ſe, non tam auget malitiam fornicationis in ipſo acceſſu ad fœminam, quàm tribuit diſtinctam, & nouam in alia ſpecie iniuſtitiæ, vel iniuſtæ damnificationis: ſiquidem acceſſus ad fœminam, ſi habeat banc circunſtantiam, vel hoc adiunctum, quòd ſit damnificus alteri, ídque in ipſo ſit præuiſum, & voluntarium ſufficienter, id eſt, ſaltem indirectè, interpretatiuè, & io alio; dupliciter fundat deordinationem, & diſconuenientiam ad rationem; id eſt, vnam, in quantum eſt ad non ſuam contra virtutem, & rectum dictamen temperantiæ; & alteram, in quantum eſt cum iniuria, & damno alterius contra dictamen iuſtitiæ, vt patet ex dictis *ſuprà diſp.* 28. de grauitate peccati ex circunſtantiis. Er S.Thom. *hac* 2. *concluſ.* quanuis non faciat mentionem ſecundæ & nouæ malitiæ contra iuſtitiam; eam tamen non negat, & ſatis eſt, ſi illam ſupponat ex dictis *ſuprà art.* 7. *præcedente*, dum ageret de grauitate peccati ex circunſtantiis in vniuerſum. Et bæc ipſa malitia contra iuſtitiam ex circunſtantia nocumenti, non parum minuitur ex hoc, quòd nocumentum ſit voluntarium ſolùm indirectè, & ſolùm præuiſum, & noo intentum. Et modus hic voluntarij indirecti in huiuſmodi nocumentis contra iuſtitiam, eſt benè aduertendus, cùm ex iure canonico oon ſic puniatur, verbi gratia, homicidium, quando eſt voluntarium indirectè, & nou ex propoſito, vel per induſtriam, & quando eſt voluntarium directè, & ex propoſito: ſic enim ex Tridentino *ſeſſ.* 14. *cap.* 7. *de reform.* qui per induſtriam, & per inſidias, & propria voluntate homicidium facit, nullo tempore eſt promouendus ad Ordines, vel ad beneficia, aut officia eccleſiaſtica, & omni modo eſt aucleodus ab altari, & perpetuò omni Ordine, & beneficio, aut officio eccleſiaſtico debet carere, etiamſi crimen non ſit probatum in iudicio, aut alia ratione publicum: & cōtrà, ſi homicidium faciat, non ex propoſito, ſed caſu, poteſt cum illo diſpenſari; & diſpenſatio poteſt committi Ordinatio loci. Et *ſeſſ.* 14. *c.* 6. *de reform.* poteſt Epiſcopus diſpenſare in omnibus irregularitatibus ex delicto occulto prouenientibus, excepta ea, quæ oritur ex homicidio voluntario, id eſt, facto ex propoſito, & ex voluntate directè in illud tendente, vt notat Vaſq. 1.2. *quaeſt.* 73. *art.* 8. *dubit.* 1. *in fine circa textum*; & ex communi ſententia dicemus alibi, quando agemus de irregularitate.

5. *Irregularitas ex homicidio directè voluntario non diſpenſatur.*

6. *Nocumētum non intētum, & nō præuiſum in ſe, non auget directè grauitatem peccati.*

Tertia concluſio S.Thom. eſt, quòd ſi nocumentum, nec ſit præuiſum, nec intentum, & pet accidens ſe habeat ad actum peccati. non aggrauat peccatum directè; ſed propter negligentiam conſiderandi nocumenta, quæ conſequi poſſuot, imputatur homi-

ni ad pœnam, mala, quæ eueniunt, ſi dabat operam rei illicitæ. Sed *in hac concluſione* plures patticulæ videntur facete obſcutitatem, & indigete explicatione: primò enim, ſi nocumentum nullo modo eſt præuiſum, non modò non poteſt aggrauare peccatum ditectè, vt aſſerit S. Thom. ſed neque etiam inditectè, aut vllo modo, cùm nullo modo ſit voluntarium; & ignorantia, quando eſt inuincibilis, & inculpabilis, tollendo voluntariom, ſemper excuſet ab omni malitia, quæ alioqui poſſet haberi ex re ignorata, vt patet ex S. Thom. 1.2. *quæſt.* 6. *art.* 8. & *quæſt.* 76. *art.* 3. & fusè explicauimus *lib.* 1. *diſp.* 25. & *ſeq.* dum ageremus de ignorantia. Deinde, ſi nocumentum non præoiſum, & non intentum, aggrauat inditectè, eodem modo aggtauat, ac ſi eſſet præniſum, & non intentum. Atque ita hæc concluſio tertia non diſcrepat à ſecunda. Tertiò, ſi nocumentum non eſt præuiſnm, hîc, & nunc debere ſequi ex actu peccati, neque venit in mentem de adhibenda diligentia ad illud conſiderandum, & non ponendum, nulla poteſt committi negligentia, quæ ſit culpabilis in illo non conſiderando, & ponendo; & ideò neque eſt, quòd imputentur ad pœnam mala, quæ eueniunt ex actu peccati, quando in illo nec ſunt intenta, nec præuiſa. Quartò denique, ſiue quis det operam tei illicitæ, ſiue licitæ, ſemper videtur eſſe eadem ratio, vt mala, quæ eueniunt, imputentur, vel non imputentut ad pœnam ratione negligentiæ, quæ committitut in illis non benè conſiderandis; & de facto ſic docet S. Thom. 2.2. *quæſt.* 64. *art* 8. dum explicat, quomodo aliquis poſſit incurrere reatum homicidij, quando occidit hominem caſualiter, & prætet intentionem.

Sed breuitet ad primam Reſpondeo, concluſionem non eſſe intelligendam de nocumento, quod ſimpliciter, & omni modo non ſit præuiſum; ſed ſolùm de illo, quod non ſit præuiſum in ſe, prout etat caſus ſecundæ concluſionis de illo, qui, vt vadat compendioſiùs ad fornicandum, tranſit per campum alterius, & conculcat ſegetes, & in ſe ipſo præuidet nocumentum, quod alteri ſequitur, etiamſi illud non intendat: ſi enim nocumentum, quod ſequitur ex actu peccati, neque in ſe, neque in alio ſit præuiſum, omni modo non eſt voluntarium, & omni modo non auget grauitatem peccati, vt benè probatur in argumento: neque hoc negat S. Thom. imò & expreſſe concedit, dum 1.2 *quæſt.* 6. *art.* 8. & *quæſt.* 76. *art.* 3. vniuerſaliter docet, quòd ignorantia antecedens ſemper facit inuoluntarium, & excuſat totaliter à peccato; ignorantia verò conſequens in tantum non facit inuoluntarium, & non excuſat, in quantum ipſa eſt voluntaria; ſiue directè, ſicut cùm aliquis ſtudioſè vult ignorate; ſiue indirectè, ſicut cùm propter laborē, vel alias occupationes, aut motiua, negligit ſcire, aut cognoſcere ea, quæ debet, & poteſt: & hoc ipſo *art.* 8. *quæſtionis* 73. dum circa hoc nocumentum, quod appellat non præuiſum, & non intentum, admittit negligentiam illud conſiderandi, & propter hanc ait imputari ad pœnam, ſi fortè eueniat, omninò loquitur de illa non præuidentia, aut ignorantia nocumenti, quæ prouenit ex negligentia conſiderandi, hoc eſt, de illa, quæ eſt voluntaria indirectè, *iuxta doctrinam articuli* 8. *quæſtionis* 6. & *artic.* 3. *quæſtionis* 76. atque ita ſupponit, quòd talis non præuidentia aliquo modo ſit cognita, & in illa ſit etiam cognitum nocumentum: & ideò ſolùm in hac tettia concluſione appellat nocumentum non præuiſum; quia non eſt præuiſum in ſe, ſed ſolùm in ipſa negligentia, aut omiſſione conſiderandi.

7. Ad ſecundam Reſpondeo, veriſſimum eſſe, quòd nocumentum, etiam quando non eſt intentum, & præuiſum in ſe; ſed ſolùm in alio, id eſt, in ipſa negligentia conſiderandi, vt iam explicauimus, aggrauet indirectè, ſicut & quando eſt præuiſum in ſe: non tamen hinc ſequitur, quòd hæc tertia concluſio non diſcrepet à ſecunda: ſiquidem etiam modus aggrauandi indirectè poteſt eſſe multiplex, id eſt, vel, quia id, quod aggrauat, eſt præuiſum in ſe, vt in caſu ſecūdæ cōcluſionis; vel, quia eſt præuiſum ſolùm in alio, vt in caſu tertiæ concluſionis. Et hinc etiam fit, vt minùs aggrauet nocumentum in caſu tertiæ, quàm in caſu ſecundæ; ſicut & eſt minùs cognitum, & abſolutè minùs voluntarium, etiam in eodem genere voluntarij indirecti, & procedentis à voluntate, non per actionem ad illud directam & ordinatam; hoc enim modo etiā S. Thom. 1.2 *q.* 76. *art.* 4. *in fine corp.* vniuerſaliter docet, quòd qui peccat ex ignorantia minùs voluntaria, qualis eſt illa, quæ eſt voluntaria indirectè, minùs grauiter peccat, quàm qui peccat ex ignorantia magis volūtaria, qualis eſt illa, quæ eſt voluntaria directè: & quemadmodum illud, quod auget voluntarium, ſimul etiam auget peccatum; ita & illud, quod minuit voluntarium, etiam minuit peccatum. Et quod *ſuprà* diximus circa ſecundam concluſionē, maiorem hanc grauitatem verè, & propriè ſolùm haberi ex voluntatis inclinatione, quæ tanta eſt, v.g ad acceſſum ad fœminam, vt nihili faciat nocumentum alterius, quod videt ſequi, ſi tranſeat per ſata, & ſegetes alienas; idem eſt dicendum etiā circa tertiam; & qui eſt negligens, v.g. in conſiderādo nocumento, quod poteſt ſequi, ſi hîc, & nunc explodat bombardam ad occidēdam feram, ideò grauiùs peccat; quia tantam habet voluntatem explodendi, vt nihil faciat diligentiam in conſiderando, & vitando nocumento, quod imminet; & hoc nocumentum, quantùm eſt ex ſe, non tam auget malitiam exploſionis bombardæ in venatione alioqui illicita, quàm tribuit diſtinctā, & nouā in ſpecie, v.g. homicidij, ſi hoc immineat ex illa exploſione, vt *ſuprà* diximus.

Quomodo nocumentum in ſe non præuiſum, & non inceptum, augeat indirectè grauitatē peccati.

Ad tertiam patet ex dictis: dum enim negligentia conſiderandi nocumentum eſt voluntaria, & præcognita; ipſum etiam nocumentum in illa eſt ſatis præcognitum, & voluntarium: & ideò, ſi de facto ſequatur, rectè dicitur imputari ad pœnam propter huiuſmodi negligentiam.

Ad quartam Reſpondeo, veriſſimū eſſe, quòd ſiue quis det operam rei licitæ, ſiue illicitæ, ſemper eſt eadem ratio, vt mala, quæ conſequuntur per accidēs, imputentur ad pœnam propter negligentiā illa conſiderandi: & expreſſè hoc aſſerit S. Thom. 2.2. *q.* 64. *art.* 8. *cit. in arg.* hoc tamen *art.* 8. *q.* 73. ideò non fecit mentionē de danda opera rei licitæ, quia ſolùm agebat de maiore grauitate peccati ex circumſtantia nocumenti; quæ tamen maior grauitas ex hac circumſtantia ſolùm habetur, quādo alioqui in actu ipſo iā eſt aliqua grauitas, & malitia; & per conſequens, quādo res eſt illicita: ſiquidem, quando eſt licita, dicēda erit hæc circumſtantia ſimpliciter tribuere malitiā; non autem illam aggrauare, quaſi præexiſtentem, & præſuppoſitam. Atque hoc, quod aſſerit S. Thom. *art.* 8 *cit. quæſtionis* 73. mala, quæ conſequuntur per accidens ex actu peccati, imputari ad pœnā propter negligentiam illa conſiderandi, quando quis dat operā rei illicitæ, eſt benè aduertendum, propter ſentētiam communem Canoniſtarum apud Couar. *in Clem. Si furioſus. de homicid. p.* 2. § 4. cum quibus ſentit etiam Sylu. *homicid.* 2. *reg.* 3. & *homicid.* 3. *reg.* 6. Caiet. 2.2. *q.* 64. *art* 8. & aliqui alij apud Val. 1.2. *diſp.* 6. *q.* 3 *puncto* 3. §. *Qua de re.* & apud Sanch. *lib.* 1. *in Decal. cap.* 16. *n.* 38 vt etiam *ſuprà* retulimus *lib.* 1. *diſp.* 25. *n.* 6. quòd abſolutè incurratur irregularitas, quando quis dat operam rei illicitæ, ex qua ſequitur homicidium, ſiue

8. *Siue quis det operā rei licitæ, ſiue illicitæ, ſemper mala, quæ cōſequuntur, imputantur ad pœnā, propter negligētiam illa cōſiderandi.*

9. *Qui dat operam rei illicitæ, ex qua ſequitur homicidium, aut mutilatio, quomodo incurrat irregularitatem.*

ſiue adhibuerit diligentiam, ne ſequeretur,ſiue non. Cōtrà enim eſt:quia S. Thom. in eo, qui dat operam rei illicitæ, apertè requirit negligentiam, ad hoc,vt mala, quæ per accidens conſequuntur, imputentur illi ad pœnam: & quanuis 2.2.*queſt.64.art* 8. huiuſmodi negligentiam videatur ſolùm requirere in eo, qui dat operam rei licitæ, dum ait:*Secundùm iura, ſi quis det operam rei illicita, vel etiam det operam rei licita, non adhibens diligentiam debitam, non euadit homicidij reatum, ſi ex eius opere mors hominis conſequatur*.id tamen ſolùm eſt: quia loquitur de re illicita, ex qua per ſe,id eſt, ex ipſa rei natura, aut conditionibus,eſt aptum ſequi homicidium;non autem de illa, ex qua ſequitur ſolùm per accidens: & primo modo veriſſimum eſt, quòd non requiritur negligentia conſiderandi tale homicidium, aut nocumentum, ad hoc vt poſteà imputetur ad pœnam, cùm ea, quæ conſequuntur per ſe ex aliquo actu, pertineant quodammodo ad ipſam ſpeciem actus, & in illo ſint voluntaria,etiam directè, vt docet hoc ipſo *art*.8. *queſtione* 73. & explicabimus *concluſione ſequente:* cùm tamen ſecundo modo, id eſt, quando homicidium ſequitur ſolùm per accidens, ſe habeat merè extrinſecè, & accidentaliter;& ideò non poſſit eſſe voluntarium in ipſo actu,in quo per ſe non continetur; ſed debeat eſſe voluntarium in aliquo alio, id eſt,in negligentia illud conſiderandi,vt habet *art*. 8.*queſtionis* 73. ne alioqui ſit omninò inuoluntarium,& dicatur ſecundùm iura imputari ad pœnam, & puniri,quod reuerà non imputatur vllo modo ad culpam. Atque hoc eſt, quod docet Val. 1.2.*diſp*.6. *queſt*.3.*punct*.3.*cit*.§. *Altera ſententia eſt*.ex Soto *lib*. 5.*de iuſtitia*, *queſt*.1. *art*.9.§.*in* 3. *autem concluſione*. ex Alphonſo à Caſtro *lib*.2. *de lege pœnali,cap*.14.& Barth.Med. 1.2.*queſt*.73.*art*.8.*cit*.& Couarr.*in Clem. Si furioſus*.1.2.§.4. *num*.9.& 10. & Author additionum ad Saytum *lib*.2. *clau.reg.cap*.7.*cit*. tunc ſolùm imputari ad pœnam, v. g. homicidium, quod ſequitur ex re illicita, & non eſt in ſe directè intentum, quando res illa non eſt illicita quomodocunque;ſed ſpecialiter, quia habet annexum periculum homicidij,vt eſt,v. g. bellum, & torneamenta: hoc enim in idem recidit cum eo, quod aſſerit S. Thom. aliquando homicidium ſequi per ſe, & aliquando ſolùm per accidens; & quando ſequitur per accidens, opus eſſe negligentia conſiderandi, vt habet 1. 2. *queſt*.73.*art*.8. non autem quando ſequitur per ſe, & tanquàm ex cauſa, vt habet 2.2. *queſt*.64.*art*.8. Et quòd alioqui S.Thom.nō aſſerat vniuerſaliter,& indiſtinctè, quòd homicidium, eiúſque reatus ſemper imputetur, quando ſequitur ex re illicita quomodocunque, patet manifeſtè ex doctrina vniuerſa eiuſdem *art*.8. *queſtionis* 64. quòd caſualia, in quantum huiuſmodi,non ſunt peccata:quia caſus 2.*Phyſic. text*. 49. & 50. eſt cauſa agens præter intentionem; & ideò tollit rationem voluntarij,& per conſequens etiam homicidium, ſi ſit verè, & propriè caſuale, non eſt peccatum: id enim vniuerſaliter aſſerit, ſiue cauſa huiuſmodi, ex qua ſequitur præter intentionem, & inuoluntariè, ſit alioqui licita, ſiue illicita,vt ex ſe patet; & cùm omne peccatū ſit voluntarium, rectè ſubdit, homicidium, quod non eſt actu,& per ſe volitum,vel intentum, debere eſſe volitum,& intentum per accidens, ſeu per aliud; id eſt,vel, quia datur opera rei illicitæ; in qua,ſcilicet, per ſe continetur, tanquàm in cauſa; vel, quia non adhibetur ſufficiens diligentia, ſi fortè detur opera rei licitæ, ex qua, ſcilicet, ſequitur, tanquàm ex cauſa per accidens, in quo eſt, eadem ratio etiam rei illicitæ, ſi ſimiliter ex illa ſequatur per accidens homicidium, vt ſupponit ex dictis expreſsè 1.2.*queſt*.73.*art*.8.*cit*. Et ſolùm hoc modo videntur loqui etiam ſacri Canones,quando aſſerunt, irregularitatem incurri, ſi quis det operam rei illicitæ, & ex illa ſequatur homicidium, aut mutilatio, præter, vel cōtra intentionem:ſic enim *cap.Is,qui.de homicidio,in* 6.habetur:*Is, qui mandat aliquem verberari,licèt expreſsè inhibeat,ne occidatur vllatenus, vel membro aliquo mutiletur, irregularis efficitur, ſi mandatarius fines mandati excedens mutilet, vel occidat, cùm mandans in culpa fuerit; & hoc euenire poſſe,debuerit cogitare*. Senſus enim eſt, quòd, quanuis ſimpliciter ad incurrendam irregularitatem ex homicidio, aut mutilatione non intenta, non ſufficiat, ſi quis ſit in culpa quomodocunque; ſufficit tamen, ſi ita ſit in culpa,vt debuerit cogitare,quòd poſſet ex illa culpa euenire homicidium, aut mutilatio; & per conſequens, quòd ex natura, aut accidentibus ipſius actus poſſet euenire, & communiter eueniret: & ſic contingit in caſu poſito de illo, qui mandat aliquem verberari, cum expreſſa inhibitione, ne occidatur, aut mutiletur: vt enim benè explicat *ibi* Gloſ. dum quis verberatur,communiter accidit,vt ſe defendat, & contra verberantes inſurgat, vt vim vi repellat: & ideò, dum hi verberationem, & vim proſequuntur, facilè accidit, vt mutilationem, aut mortem cauſent, idque totum potuit, ac debuit præuidere, qui verberationem mandauit, vtpote veriſimiliter ad illam concomitans, vt notat ibi Ioann. Andreas ex Innocentio *in cap. Ad audientiam. de homicidio:* & ideò, quando ſequitur, verè ſequitur ex illius mandato, eíque imputatur, vt voluntarium in alio, & per conſequens rectè per illud efficitur irregularis;ſecùs verò eſſet, ſi homicidium,aut mutilatio ſequeretur omninò per accidens, & ex caſu merè fortuito, & neque ex natura, neque ex accidentibus actus eueniret, vt plurimum,vel cōmuniter, aut ſaltem frequenter: tunc enim, etiamſi mandans eſſet in culpa;quia tamen non potuit cogitare, aut præuidere, quod ex illa culpa poſſet accidere, non poſſet tale homicidium, aut mutilatio,illi imputari,vt voluntaria, & per conſequens neque per illam efficeretur irregularis. Et hoc modo *cap.Lator.de homicidio,* dicitur non eſſe irregularis, qui ludi cauſa deiectus ad terram, cultello, quem fortè habet ad latus, caſu merè fortuito,vulnerauit,& interfecit deiicientem, & contrà *cap. Continebatur. eodem tit*. dicitur fuiſſe irregularis quidam Diaconus, qui cùm rediret à vinea poſt opus conſummatum, leuandi laboris gratia, imitatus eſt quendam ludum cum aliis Clericis,& cum quodam laïco; quo ludo vnuſquiſque ſtudet ſuum baculum indirectum proiicere, & alterius baculum percutere,aut ferire;& qui percuſſerit, ſolet poſtea, quaſi victor, vti alio pro equo: & cùm ille laicus poſt percuſſum Diaconi baculum,quaſi victor in eum equitaturus inſiliſſet, falce, qua forſan Diaconus erat præcinctus, grauiter eſt vulneratus,eóque vulnere poſt octo dies interiit, &, vt benè explicat Gloſ. *ibidem, verb. Romam Pontifices*, ratio diſparitatis inter hos duos ludos, pro inducenda,vel non inducenda irregularitate, illa fuit: quia in poſteriori, de baculis proiiciendis, & percutiendis,erat conditio ſuper alium inſiliendi,& equitandi; & ideò Diaconus ludens cum laico omninò potuit, ac debuit falcem à ſe remouere, vt periculo imminēti occurreret;& non remouendo, rectè dicitur fuiſſe in culpa;& mors laici inde ſecuta rectè illi tribuitur ad irregularitatē;cùm tamen in priori ludo nō eſſet cōditio,vt quis ad terrā deiiceretur:& ideò, qui fuit deiectus,ſicut nō potuit,nec debuit prȩuidere periculū; ita nec potuit,aut debuit remanere cultellū,& mors inde ſecuta, neque ad culpam,neque ad

Digitized by Google

irregulatitatem potuit illi imputari, cùm vetè eſſet ſecuta merè per accidens, & cx caſu merè fortuito. Et plutes alios huiuſmodi caſus ex iute ipſo canonico, & ex præcipuis Canoniſtis benè conſiderat, & expendit Couar. *in Clem. Si furioſus. parte* 2. §. 4. *n.* 10. *cit.* & Sot. *lib.* 5. *de iuſtitia, quæſt.* 1. *art.* 9. *cit.*

10. *Nocumẽtum non intẽtum, aut præuiſum in ſe, ſi per ſe conſequatur ad actum peccati, directè aggrauat illius malitiam.*

Quarta concluſio S. Thomæ eſt, quòd ſi nocumentum nec ſit intẽtum, nec præuiſum in ſe, ſequatur tamen per ſe ad actum peccati, id eſt, ex ipſa natura, & conditione actus, non autem ſequatur ſolùm per accidens, directè aggrauat peccatum. Probat: quia, quæ conſequuntur per ſe ad aliquem actum, pertinent quodammodo ad ipſam ſpeciem actus; &, vt habet idem S. Thom. *quæſt.* 1. *de malo, art.* 3. *ad* 15. quando accidens alicuius effectus coniuogitur ei, vt in paucioribus, & rarò, non eſt oeceſſatium, vt agens, dum intendit illum effectum pet ſe, etiam intendat illud accidens, vel effectum per accidens: ſed quando accidẽs ſemper, vel, vt in plutibus, comitatur effectum per ſe iotentum, tùnc accidens non ſeparatur ab intentione agentis: quia, ſcilicet, etiamſi tale accidens actu non intendatur, neque cognoſcatur io ſe; intenditur tamen virtute in alio, id eſt, in ipſo effectu principaliter inteuto, cùm hic non intendatur, niſi eo modo, quo eſt, & ſecundùm omnia, quæ virtualiter continet; & per conſequcos, prout etiam coutinet huiuſmodi accidens. Atque hoc modo, qui directè intendit, v. g. publicè fornicari, ex quo per ſe, & ſemper, vel vt iu pluribus ſequitur ſcandalum plurimorum, non ſeparat à ſua intentione hoc ſcandalum, & in ipſo actu poblicæ fornicationis illud intendit, & ideò hæc circunſtantia ſcandali dicitur aggrauate directè malitiam fotnicarionis; quia aggrauat, provt virtute contenta in ipſo actu, & provt voluntatia virtualiter, & in alio, id eſt, in ipſo eodem publico actu fornicationis, & inclinatio voluntatis, dum fertur directè in huiuſmodi publicum actum, etiam fertur iu hanc circunſtantiam ſcandali in illo contentam, quanuis alioqui accidentalem fornicationi; & hæc etiam maior grauitas ptopriè eſt referenda in voluntatem, vt in cauſam per ſe, quæ, ſcilicet, ita eſt inclinata in fornicationem, vt in illam feratur, non obſtante, quòd ſit publica, & ſcandaloſa. Et ſimiliter, quanuis hæc circuuſtantia nocumenti directè aggrauet modo explicato; minùs tamen aggrauat, quàm ſi eſſet in ſe præuiſa, & directè intenta, provt in caſu primæ concluſionis: quia etiam in genere voluntatij directi, & procedentis à voluntate per actionem ad illud directam, & ordinatam, minùs eſt voluntarium, quod eſt voluntarium ſolùm virtute, & in alio, quàm quod eſt voluntarium actu, & in ſe.

11. *Nocumẽtum pœnale, quod per accidens ſequitur ex actu peccati, & neque eſt præuiſum, neque intentũ, non aggrauat vllo modo illius malitiã.*

Quinta concluſio S. Thomæ de nocumento, quod ſequitur ex actu peccati, vt pœnale eſt: quòd ſi hoc nocumentum ſequatur per accidens, & non ſit præuiſum, neque intentum, non modò non aggrauat peccatum, ſed neque etiam ſequitur grauitatem peccati, vt, ſi quis, v. g. dum currit ad occidendum, impingat in lapidem, & pedem lædat: quatenus enim hoc nocumentum non eſt præuiſum, neque intentum, non poteſt eſſe voluntarium in ſe, ſiue directè, ſiue indirectè: & quatenus ex actu peccati ſequitur ſolùm per accidens, & caſu; non autem in illo continetur, tanquàm in cauſa, non poteſt eſſe voluntarium in alio, id eſt, in ipſo actu peccati; & quatenus eſt pœnale, ſimpliciter, & abſolutè eſt ab extrinſeco, & contra voluntatem; & ideò neque poteſt grauitatem tribuere, neque arguere tanquam effectus per ſe, ex illa conſequens. Et in his omnibus diſtinguitur hoc nocumentum pœnale ab aliis non pœnalibus iam explicatis: nam in caſu primæ concluſionis nocumentum non pœnale in ſe præuiſum, & intenrum, directè aggtauat; quia directè eſt voluntarium, & volitum: & in caſu ſecundæ præuiſum in ſe, & non intentum, aggrauat indirectè; quia eſt voluntarium indirectè, quanois non volitum: & in caſu tertiæ, nec præuiſum in ſe, nec intentum, & ſequens per accidens ex actu peccatt, ſimiliter aggrauat indirectè, & ratione negligentiæ voluntariæ io illo conſiderando: quia in tali negligentia, aliquo modo etiam ipſum eſt voluntarium; cùm tamen in caſu quartæ nulla ſit negligentia, vt notat Conr. *art.* 8. *citat. circa reſponſionem ad primum*; & nocumentum pœnale omni modo ſit non præuiſum, & non voluntarium, imò & omni modo contra volontatem, vt diximus.

Sexta concluſio de eodem nocumeoto pœnali eſt, quòd ſi ſequatur pet ſe ex actu peccati, & non ſit præuiſum, neque intentum, non aggrauat peccatum, ſed potiùs aggrauatur ex grauitate peccati: vt, ſi infidelis, v. g. qui nihil audiuit de pœnis Inferni, committat furtum, aut homicidium; ita enim hoc nocumentum pœnale ipſius Inferni, quod etiam infideli verè ſequitur ex actu peccati, illud oon aggrauat, cùm omni modo ſit noo præuiſum, & non voluntarium, vt ſupponimus; & è contrà ipſummet aggrauetur, & talis iufidelis huiuſmodi nocumentum eò grauiùs ſit ſubiturus, quò peccatum, ex quo ſequitur, fuerit grauius, vt, v. g. ſi ſequatur ex homicidio, quod eſt grauius furto. 12. *Nocumẽtum pœnale, quod ſequitur per ſe ex actu peccati, & neque eſt præuiſum, neque intentum, nõ aggrauat peccatum, ſed aggrauatur ex grauitate illius.*

Denique poſtrema concluſio de eodem nocumento pœnali pet ſe conſequente ex actu peccati, eſt, quòd ſi ſit præuiſum, & non intentum, non modò ipſum aggrauatur ex grauitate peccati; ſed etiam aggrauat aliquo modo peccatum, in quantum, ſcilicet, is, qoi peccat, ex hoc ipſo videtur peccare grauiùs, quòd maiores pœnas à ſe præuiſas, & maius ſuum nocumentum contemnit, vt impleat voluntatem peccandi: vt quando fidelis, verbi gratia, non retardatur à voluntate peccandi; quamuis credat æternitatem ſupplicij, quod ex peccato eſt habiturus, atque ita nocumentum præuiſum, ſicut conſequitur ex maiori voluntate peccandi, & talis maioritatis neceſſitatem inducit; ita & poteſt illam arguere, tanquàm ſignum, & aliquo modo aggrauare peccatum: quia enim de ratione pœnæ eſt, vt inferatur ab extrinſeco, & contra voluntatem peccantis; non poteſt hoc nocumentum conſiderari, tanquàm contentum virtute in ipſo actu peccati, ex quo ſequitur, & aggrauare directè, quaſi pertinens ad ipſum obiectum, & ad ſpeciem actus, vt *ſupra* diximus *in caſu quartæ concluſionis*, de nocumento, verbi gratia, ſcandali plurimorum ex actu publico fornicationis; & ideò ſolùm aggrauat, vt quid extrinſecum obiecto; & actui, id eſt, vt ponens neceſſitatem maioris voluntatis, ex qua propriè, tanquàm ex cauſa, habetur grauitas. Vtrùm autem hoc nocumentum pœnale, quando eſt per ſe conſequens ad actum peccati, & eſt præuiſum, non modò aggrauet faciendo, vt voluntas peccandi ſit maior, & per illam actus peccati ſit magis voluntarius, vtpote veniens à maiori voluntate; ſed etiam tribuendo per ſe diſtinctam malitiam in alia ſpecie: vt, ſi quis, v. g. dum committit peccatum furti, certò videat, quòd ſibi creabit periculum mortis, & nullo modo effugiet manus Iudicis, non explicat S. Thom. ſpecialiter in his concluſionibus: quia ſupponit iam explicatum ſufficienter ex dictis in vniuerſum de circunſtantiis *art.* 7. *præced.* ſed certum videtur, quòd ſi periculum ſit valdè certum, & nocumentum ſit grauu, & difficilè ſit euitabile, vt in caſu poſito eſt pœna

13. *Nocumẽtum pœnale, quod ſequitur per ſe ex actu peccati, & eſt præuiſum, aggrauat aliquo modo peccatum.*

14. *Qui dũ peccat, exponit ſe certo periculo magnæ pœnæ, dupliciter peccat.*

Digitized by Google

pœna mortis, infligenda à Iudice propter furtum; actus furti ſit in duplici ſpecie, id eſt, contra iuſtitiam, provt eſt acceptio rei alienæ, & contra fortitudinem, vel eam virtutem, quæ ponit modum circa pericula, in quantum eſt temeraria expoſitio ad ſummum periculum, vt notat Vaſquez *1.2.quæſt.73.art.8.dub.3.* Non ſic autem videtur eſſe de pœna Inferni, ſi quis aduertat, ſe illam mereri propter peccatum mortale, vel de pœna excommunicationis, aut cenſuræ, ſi quis aduertat ſe illam incurrere: quamuis enim ſint pœnæ maximæ; illa tamen cum Dei auxilio, poſtquàm eſt commerita, facilè poteſt vitari, & non incurri, ſi peccatum retractetur per pœnitentiam: & hæc, poſtquàm eſt incurſa, poteſt facilè abſolui, ſi tollatur contumacia erga Eccleſiam; & ideò obiectum peccati, per quod incurruntur, non videtur fundare duplicem malitiam, etiam provt intelligitur quaſi affectum tali circunſtantia talis nocumenti pœnalis, vt etiam dicemus *in materia de cenſuris.*

Atque has eaſdem concluſiones de nocumento non pœnali, habet idem S. Th. 1.2.*quæſt.*20.*art.* 5. vbi explicat, quomodo euentus bonus, aut malus addat aliquid de bonitate, aut malitia ſupra actum exteriorem virtutis, aut vitij; iiſque inferiùs *quæſt.* 73.*art.*8.*cit.* etiam addit alias de nocumento pœnali, vt res tota de circunſtantia nocumenti, quod conſequitur ex peccato, pleniùs habeatur. Et ex tota hac doctrina rectè colligit *in reſp.ad* 2. non ex eo, quòd grauitas peccati augeatur ex nocumento, rectè inferri, quòd abſolutè, & ſimpliciter ea peccata ſint grauiora, quæ afferunt nocumentum; quod tamen non afferunt communiter illa, quæ ſpecialiter ſunt contra Deum, in quantum ſpecialiter ſunt contra ipſum: quia enim etiam nocumentum in tantum aggrauat, in quantum facit actum peccati, ex quo conſequitur, eſſe magis inordinatum, ſi hæc maior inordinatio poteſt aliunde haberi, quàm ex nocumento, vt certè habetur ex dignitate obiecti in iis peccatis, quæ ſpecialiter reſpiciunt Deum, mirum non eſt, ſi etiam præſcindendo à nocumento ſint grauiora.

Et *in reſp.ad* 3. rectè colligit, quòd qui inducit aliquam mulierem ad fornicandum, vel alium quencunque ad peccandum mortaliter, non ex eo peccat grauiùs, quàm qui alium occidit; quia inferat illi maius damnum, id eſt, priuationem vitæ ſpiritualis, & gratiæ: hoc enim nocumentum ſpirituale non eſt ab illo directè intentum, ſicut eſt priuatio vitæ corporalis directè intenta ab illo, qui occidit; & ideò non æqualiter aggrauat; & cùm ſequatur præcipuè ex libera voluntate illius, qui illud patitur; & liberè conſentit in peccatum, non cauſatur per ſe, & ſufficienter ab ipſo inducente, ſicut cauſatur priuatio vitæ corporalis ab occidente; & ideò ex hoc etiam capite non poteſt æqualiter tribuere grauitatem, cùm præſertim in actu peccati non ſe teneat ex parte conuerſionis ad obiectum, ex quo propriè deſumitur ſpecies, & deordinatio, eiúſque grauitas; ſed ex parte auerſionis à regula, & à fine, quæ eſt omninò præter intentionem agentis: & prætereà ſit quid generale in omni obiecto peccati mortalis; & ideò non faciat illud magis diſconueniens, quàm alioqui intelligatur eſſe per ſe; & conſequenter non faciat actum magis deordinatum: ſecùs verò, ſi tale nocumentum ſpirituale intenderetur directè, & per ſe; & qui inducit mulierem, v. g. ad fornicandum, non tam intenderet expletionem ſuæ libidinis, quàm peccatum, & ruinam ſpiritualem illius: tunc enim aggrauaret directè, & eſſet in ſe præuiſum, & intentum iuxta doctrinam primæ concluſionis, & multò plus aggrauaret, quàm priuatio vitæ corporalis; & in illo caſu verè ſe teneret ex parte obiecti, & conuerſionis; & tribueret obiecto ſpecialem diſconuenientiam, & eo mediante ſpecialem deordinationem actui, vt patet ex S.Th. 2.2. *quæſt.*43. *art.* 3. Et non ſolùm id verum eſſet, quando hæc ruina ſpiritualis verè eſſet amiſſio gratiæ, & contractio diuinæ inimicitiæ per inductionem ad peccatum mortale, vt vult S.Thom. *ibidem, art.*4. ſed etiam quando eſſet venialis, & per inductionem tantummodo ad peccatum veniale: quia enim feruor charitatis, & vberiora auxilia gratiæ, quæ amittuntur per peccatum veniale, ſunt bona longè maiora, quam alia quæcunque temporalia, nec ſunt cum illis comparabilia, vt etiam *ſuprà* diximus *lib.1.diſput.21. num.5.* dum ageremus de metu graui circa amiſſionem bonorum ſpiritualium, eſt valdè probabile, quòd grauiùs peccet, qui alicui alteri directè intendit, & cauſat illorum iacturam, vel ruinam ſpiritualem, quoad illa; quàm ſi intenderet, & cauſaret iacturam vitæ, aut bonorum temporalium, vt notat Vaſq. 1.2.*diſp.*102.*cap.*7.*num.*23. ſic enim etiam peccat grauiſſimè, qui in peccato veniali, alioqui leuiſſimo, v.g. in verbo otioſo, directè intendit offenſam Dei: quod idem proportionaliter etiam eſt, ſi directè intendat malum ſpirituale proximi. Neque oppoſitum docet S. Thom. 2.2. *quæſt 43. art.4. cit.in fine arg. Sed contrà. & in fine corp.* vbi ait, venialiter eum peccare, qui per ſe intendit inducere alium ad peccatum veniale: ſolùm enim loquitur de ſcandalo materialiter accepto, & in quantum peccatum veniale alterius poteſt intendi, provt eſt vtile, vel delectabile inducenti; non autem formaliter, provt intenditur, in quantum eſt ruina ſpiritualis, quoad feruorem charitatis, & vberiora auxilia gratiæ, vt diximus.

15. *Circunſtantia ſcandali, & ruina ſpiritualis directè intenta, etiam per peccatum veniale alterius, conſtituit peccatũ grauius homicidio.*

DISPVT. XXXIII.

Quomodo inæqualitas peccatorum ſpecialiter attendatur ſecundùm conditionem perſonæ, in quam peccatur.

1. *Quid doceat S.Thom.*
2. *Peccata non aggrauantur ex quibuſcunque conditionibus perſonarum, in quas ſunt.*
3. *Sed ſolùm ex illis, quæ attenduntur ſecundùm habitudinem ad Deum, vel ad ipſum operantem, vel ad proximum.*
4. *Quomodo aggrauetur peccatum per hoc, quòd perſona, in quam peccatur, ſit magis Deo coniuncta.*
5. *Quomodo aggrauetur ex hoc, quòd ſit magis coniuncta ipſi peccanti.*
6. *Quomodo aggrauetur ex hoc, quòd ſit magis diues, aut potens, & habeat ſuperiorem ſtatum in Communitate.*
7. *Peccata magis aggrauantur ex coniunctione cum Deo, quàm cum ipſo peccante, aut cum proximo.*
8. *Grauitas peccati ex coniunctione perſonæ cum Deo, non ſemper eſt in ſpecie ſacrilegij.*

ALTERA circunſtantia, ex qua S. Thomas ſpecialiter conſiderat inæqualitatem peccatorum, poteſt dici circunſtantia, *circa quid*, vt monuimus *diſputatione præcedente, initio*: & eſt ipſa conditio perſonæ, in quam peccatur; & de illa duas ponit concluſiones 1.2.*quæſt.*73. *art.*9. & prima eſt,

1. *Quid doceat S.Thom.*

quòd peccata verè aggrauantur per conditiones perſonarum, io quas ſunt; & ideò ex huiuſmodi conditionibus rectè attenditur illorum inæqnalitas; ſe-

2. *Peccata non aggrauantur ex quibuſcunque conditionibus perſonarum, in quibus ſunt.*

cunda verò, quòd non aggrauantur per quaſcunque conditiones huiuſmodi perſooarum; ſed ſolùm per illas, quæ attenduntur ſecundùm habitudinem ad três fines principales humanorum actuum, qui ſunt Deus, ipſemet homo operans, & ipſe proximus; & ſecundùm has conditiones, aut qualitates tantò maior eſt grauitas, quantò finis, ad quem dicunt habitudinem, eſt principalior: neque enim peccatum homicidij, v.g. aggràuatur ex hac conditione perſonæ, quòd is, qui occiditur, & in quem eſt, ſit ſartor, aut ſutor, aut piſtor, vel molitor; ſed benè aggrauatur ex hoc, quòd ſit Clericus, v.g. & Deo coniunctus, vel dicatos; & ex hoc, quùd ſit patens, vel conſanguineus ipſius occidentis; & denique ex hoc, quòd ſit in officio, & magiſtratu publico, & coniunctus Communitati; & occiſio Clerici, aot perſonæ Deo dicatæ, & ſacræ, ſemper eſt grauior ex propria ſpecie, quàm occiſio conſanguinei, aut Magiſtratus.

Primam concluſionem, quòd, abſolutè loquendo, perſonæ conditio peccatum aggrauet, probat ex eo: quia conditio, aut qualitas perſonæ, quodammodo eſt ipſum obiectum, cùm teneat ſe ex parte illius, & aliquando facit illud diuerſimodè comparari ad rationem intra eandem ſpeciem moris, & aliquando illud trahit ad ſpeciem diuerſam, vt *ſuprà* diximus. Quare, qoemadmodum grauitas, & inæqualitas peccatorum rectè attenditur ex obiectis, vt *ſuprà* docuit S. Thom. *eadem quæſt.* 73. *art.* 3. ita & rectè attenditur ex qualitate perſonæ.

3. *Sed ſolùm ex illis, quæ attenduntur ſecundùm habitudinem ad Deum, vel ad ipſum operantem, vel ad proximũ.*

Secundam concloſionem, quòd illæ conditiones ſolùm aggrauent, quæ attenduntur ſecundùm habitudinem ad tres fines præcipuos, & tantò magis aggrauent, quantò magis pertinent ad huiuſmodi fines, vel ad vnom ex illis magis præcipuum; probat ſimiliter S. Thomas: quia illæ ſolùm ſe tenent ex parte obiecti, & ſolæ faciunt illud diuerſimodè comparari ad rationem; oon autem ſe habent, vt merè pet accidens ad rationem obiecti, quæ eſt ratio terminatiua actus peccati. Et quemadmodum ex obiectis tantò habetur maior grauitas, quantò ipſa obiecta ſunt digniora; ita & ex conditionibus, aut qualitatibus perſonarum, quæ ſe tenent ex parte obiecti dignioris, vel magis ſe tenent ex parte vnius, & eiuſdem obiecti, maior habetur, quàm ex illis, quæ ſe tenent ex parte obiecti minùs digni, vel minùs ſe tenent ex parte vnius, & eiuſdem obiecti. Atque hoc modo quia perſona, quò virtuoſior, aut Deo ſacratior ratione ſtatus, aut officij, vel dignitatis, eò etiam eſt Deo coniunctior, eiúſque iniuria eò magis redundat in ipſum Deum, vtpote facta in perſonam, quæ eſt magis Dei; rectè dicitur aggrauari peccatum ex hoc, quòd perſona ſit virtuoſior, aut Deo ſactatior, iuxta illud Zachar 2.5. *Qui tangit vos, tangit pupillam oculi mei.* Et non eſt dubium, quùd grauius ſit occidere virum aliquem ſanctum, & verè innoxium, quàm peccatorem; & grauiùs occidere Epiſcopum, aut Sacerdotem, quàm ſimplicem Clericum. Et ſimiliter rectè dicitur aggrauari peccatum ex hoc, quòd perſona, in quam peccatur, iure conſanguinitatis, aut naturalis neceſſitudiois, vel tatione beneficij, aut quacunque alia ratione, ſit magis coniuncta ipſi peccanti; quia iniuria magis redundat in ipſum peccantem; & hic magis videtur in ſe ipſom peccare, dum peccat in eum, qui magis eſt quid ipſius, & cum ipſo eſt magis vnum; quod tamen ſine dubio magis repognat rectæ rationi, iuxta illud Eccleſiaſtici 14. *Qui ſibi nequam, cui bonus.* Et denique rectè etiam dicitur aggrauari peccatum ex iis qualitatibus, & conditionibus perſonæ, quæ magis tangunt ipſum proximum: vt, v.g. ſi peccatum fiat in Regem, aut Principem, aut aliam perſonam publicam, quæ repræſentet totam Communitatem; & ſic eam totam quodammodo tangat: vnde dicitur Exodi 22. *Principi populi tui non maledices.* vel ſi fiat in perſonam famoſam, & ſic cedat in ſcandalum, & tribulationem plurimorum: ſi enim peccatum, quod tangit vnam tantùm perſonam, eſt alicuius grauitatis, non poteſt ooo eſſe maiotis, quod tangit plures, vt ex ſe patet.

Neque contra hoc facit, quòd ſæpè, qui eſt magis virtuoſus, & magis Deo coniunctus, minùs læditur per peccatum, quod fit contra ipſum: imò, & contrà multùm iuuatur quoad incremeotum ſuæ virtutis; ſiquidem illatam ſibi iniuriam æquanimiter fert, & à Deo recipit incrementum gratiæ, & gloriæ: & contrà, qui eſt minùs virtuoſus, magis læditur, dum ex iniuria ſibi illata turbatur, & ſcandalizatur interiùs, & exteriùs, & fit deterior. Nam, vt notat S. Thomas 1.2. *quæſt.* 73. *art.* 9. *cit. ad* 1. ad peccatum, in quantum eſt actus peccantis, contra magis Deo coniunctum, per accidens omninò eſt, & præter intentionem, vel etiam contra, quòd ille non turbetur; ſed virtutem magis exerceat, & præmium boni actus à Deo referatur; ſed, qui in illum peccat, nihili facit, quòd turbetur, imò & fortaſſe directè intendit, vt turbetur, & eſt contra illius intentionem, ſi non turbetur: & ideò non ex hoc eſt minuenda peccati grauitas, & contrà rectè dicitur augeri ex hoc, quòd ſit contra perſonam magis immerentem offendi, & magis merentem non offendi ratione ſuæ bonitatis, & coniunctionis cum Deo, cùm hæc conditio, & qualitas perſonæ non ſe habeat omninò per accidens ad obiectum, ſed ſe teneat ex parte illius, & faciat illud diuerſimodè comparari ad rectam rationem, vt *ſuprà* diximus: & hac de cauſa non modò non poteſt minui grauitas huius peccati ex hac circunſtantia, de qua loquimur, id eſt, conditionis & qualitatis perſonæ, in quam peccatur; ſed neque etiam ex circunſtantia minotis nocumenti, quod illi infertur: ſimilitet enim, quantùm eſt ex natura actus peccati, & ex intentione ipſius peccantis, omne nocumentum, tam interius, quàm exterius, eſt natum, & intentum illi inferri, & omne iuuamentum eſt natum, & intentum non inferri: & ideò, quòd nocumentum de facto non inferatur, & inferatur de facto iuuamentum, omninò eſt præter naturam actus peccati, & contra iotentionem peccantis; & non poteſt vllo modo facere ad minuendam grauitatem, vt patet ex dictis *ſuprà diſp. præced.*

4. *Quomodo aggrauetur peccatum per hoc, quòd perſona, in quam peccatur, ſit magis Deo coniuncta.*

Similiter contra illud, quod aſſerit S.Thom. aggrauari peccatum ex hoc, quòd perſona, in quam peccatur, ſit magis coniuncta ipſi peccanti, non multùm facit, quòd vnuſquiſque ſui ipſius, & rerum ſuarum eſt plenè dominus; & ideò, quò aliquid eſt illi magis propinquum, aut coniunctum, eò magis eſt vnum cum illo, & magis ſub illius poteſtate, & per conſequens minùs capax iniuriæ; in quantum, ſcilicet, quemadmodum quis non poteſt afficere ſeipſum iniuria, cùm ſemper ius, & iniuria non ſit ad ſe ipſum; ſed inter plures, vt probatur 5. *Ethic. cap. vlt.* ita & tantò minùs poteſt afficere iniuria aliquem alium, quantò ille per coniunctionem cum ipſo, eſt magis vnus.

5. *Quomodo aggrauetur ex hoc, quòd ſit magis coniuncta ipſi peccanti.*

Nam contrà eſt ex eod. S.Thom. *art.* 9. *cit. ad* 2. quia, quanuis in iis, quæ ſubſunt dominio propriæ voluntatis cuiuſque, non poſſit quis ſibi ipſi facere

te damnum, & qui occidit, v.g ſuum equum, minus peccet, quàm ſi occideret equum alterius; in tis tam n, quæ non ſubſint dominio propriæ voluntatis, bene poteſt quis ſibi ipſi facere damnum, ſiue id faciat, contra iuſtitiam propriè dictam, ſiue contra quancunque aliam virtutem; & peccatum, quod peccat in huiuſmodi damno ſibi ipſi inferendo, rectè dicitur, quòd eſt grauius, quàm ſi inferret alicui alteri, vt ſi quis, v.g. ſe ipſum occideret, aut mutilaret. Et idem eſt etiam de rebus, aut bonis aliorum, qui ſunt ipſi coniuncti, & propinqui, cùm eadem ratione huiuſmodi bona non ſubſint ipſios dominio; & ideò rectè etiam dicitur, quòd peccatum, per quod læduntur tales propinqui, aut coniuncti, tantò eſt grauius, quantò magis redundat in ipſum peccantem ratione propinquitatis, aut coniunctionis maioris.

6. *Quomodo aggrauetur ex hoc, quòd ſit magis diues, aut potens, & habeat ſuperiorẽ ſtatum.*

Denique contra illud, quòd aggrauetur peccatum, etiam ex illis qualitatibus, quæ magis tangunt ipſum proximum: vt ſi fiat, v.g. in eas perſonas, quæ habent in Communitate altiorem locum, non multùm facit, ſi quis dicat, etiam diuites, & potentes habere in Communitate altiorem locum, quam habeant pauperes, & egeni; & tamen peccata, quæ in illos fiunt, non eſſe grauiora, cùm apud Deum non ſit acceptio perſonarum. Nam contrà eſt: quia etiam diuites, & potentes in iis, in quibus habent ſuperiorem locum in Communitate, digni ſunt ſpeciali aliquo honore; neque hæc eſt acceptio perſonarum, ſi hic illis exhibeatur, vt etiam notat Conr. 1.2. *quæſt. 73. art. 9. in fine*, & docet S. Thom. *ibidem, in reſp. ad 3. & 2.2. quæſt. 63. art. 3.* Et quemadmodum ex hac conditione, & qualitate perſonæ eſt maior obligatio illus honorandi, quàm pauperes: ita & peccatum grauius eſt, ſi ſit contra ipſos; & hoc etiam modo redundat in plures, id eſt, in totam Communitatem, vt habet S. Thom. *art. 9. cit. ad 3.* in quantum, ſcilicet, pro exhibendis honoribus non ſeruatur ſtatus, aut gradus cuiuſque in Communitate; quamuis hæc redundantia in Communitatem non aggrauet peccatum, trahendo illud ad aliam ſpeciem, vt notat Azor. *tom. 1. lib. 4. cap. 20. qu. 7.*

7. *Peccata magis aggrauantur ex coniunctione cum Deo, quàm cum ipſo peccante, aut cum proximo.*

Atque hæc quidem ita ſe habent, ſi peccata inter ſe comparentur, prout habent grauitatem ex conditione, aut qualitate perſonæ in ordine ad vnum aliquem ex dictis finibus humanorum actuum, & ſi fiat comparatio intra vnum aliquem ex huiuſmodi finibus, rectè illud dicitur grauius intra eundem ordinem certi finis, quod magis ad illum pertinet: vt, v. g. intra ordinem coniunctionis cum Deo, grauius eſt occidere Sacerdotem, & Parochum, aut Patrem ſpiritualem, à quo quis accepit Baptiſmum, & Sacramenta, quàm occidere ſimplicem Clericum, aut Sacerdotem non Parochum, & non Patrem ſpiritualem: & intra ordinem coniunctionis cum ipſo peccante grauius eſt occidere patrem, à quo quis eſt ſimpliciter genitus, quàm occidere alium conſanguineum minùs coniunctum: & intra ordinem coniunctionis cum proximo, grauius eſt occidere illum, à quo magis pendet bonum totius Communitatis, aut familiæ, quàm illum, à quo pendet minùs. Verùm concluſio Sancti Thomæ non ſolùm hoc aſſerit, quòd peccata ſint grauiora ex conditione perſonæ, in quam ſunt, ſi fiat comparatio intra eundem ordinem certi finis; ſed etiam, ſi fiat comparatio inter ipſos diuerſus ordines: ſiquidem aſſerit, quòd tantò attenditur maior grauitas in peccato, quantò obiectum eius eſt principaliter finis. Et ratio, quam affert, quòd hæc conditio perſonæ, in quam peccatur, ſit quodammodo ipſum obiectum actus peccati, id eſt, ſe teneat ex parte obiecti, illúdque faciat aliter comparati ad rationem, id aperte conuincit: ſiquidem, quò obiectum eſt principalius, & ordinis, vt ſic dicam, ſuperioris; eò etiam peccatum eſt grauius, vt, v. g. illud, quod eſt circa Deum, ſi comparetur cum illo, quod eſt circa ipſum peccantem, vel circa proximum, vt etiam patet ex dictis *ſuprà diſput. 27.* de inæqualitate peccatorum ex obiectis.

Sed contrà eſt difficultas: quia falſum videtur, quòd grauius ſit occidere meliorem, aut virtuoſiorem, qui hac de cauſa ſit Deo magis coniunctus, quàm occidere ſibi coniunctum, v g. patrem: ſicut enim ex charitate magis ſunt amandi, qui ſunt nobis magis coniuncti, quàm meliores, vt probatur 2.2. *quæſt. 26. art. 4. & 7.* ita & grauiùs videtur peccari, ſi hic ordo non ſeruetur erga magis coniunctos: vt certè non ſeruatur, ſi pater, v. g. occidatur. Secundò, falſum videtur, quòd iniuria, quæ ſit meliori, & Deo coniunctiori ratione virtutis, & bonitatis, redundet in ipſum Deum, & ideò peccatum ſit grauius: neque enim, qui occidit, v. g. hominem Chriſtianum, aut probum, committit ſacrilegium: quod tamen eſſet, ſi iniuria redundaret in Deum. Et ratio eſt: quia per Baptiſmum, & probitatem, aut ſtatum gratiæ non conſtituitur quis in materia religionis, & non deputatur ad cultum Dei, & vt Deus ſit honorandus in ipſo, ſicut deputatur, v. g. per ſuſceptionem ſacrorum Ordinum, aut per profeſſionem religioſam, vt communiter dicitur in materia de ſacrilegio, & notat Suarius *tom. 1. de relig. tract. 3. lib. 3.* qui eſt de ſacrilegio *cap. 2. num. 3.* extra hanc verò coniunctionem cum Deo per virtutem religionis, nulla videtur poſſe eſſe alia, quæ poſſit facere redundare in Deum aliquam iniuriam, quæ ſit perſonæ ipſi coniunctæ, niſi fortè fiat ex ſpeciali intentione iniuriandi in illa ipſum Deum, vt ſi fiat, v. g. ſub hac ratione, in quantum eſt coniuncta cum Deo: nam coniunctio per dependentiam in eſſe naturæ, & in ratione entis, communiſſima eſt omni enti creato, & non eſt ſufficiens, vt iniuria redundet in Deum, vt patet, ſi fiat alicui in bonis famæ, aut in bonis externis; quæ tamen non dicitur fieri Deo, vel in bonis Dei: coniunctio verò per fidem, & per virtutes ſupernaturales, aut morales, eſt ad alium finem, quàm ad huiuſmodi redundantiam inducendam, vt patet ſimiliter in exemplo allato, ſi iniuria fiat alicui in bonis famæ, aut in bonis externis, & is coniunctus ſit Deo per fidem, & per virtutes quaſcunque. Tertiò, falſum videtur, quòd maior coniunctio cum Deo per virtutes poſſit moraliter aggrauare peccatum; cùm moraliter non certò cognoſcatur, & virtus facilè ſimuletur, & ſæpè aliquis appareat virtuoſior, qui reuerà talis non eſt.

8. *Grauitas peccati ex coniunctione perſonæ cum Deo, non ſemper eſt in ſpecie ſacrilegij.*

Sed breuiter ad primam difficultatem Reſpondeo cum Conr. 1.2. *quæſt. 73. art. 9. cit. §. Circa iſtas duas explicationes.* ſi maior coniunctio cum Deo faciat peccatum verè, & propriè redundare in ipſum Deum: vt, ſi occidatur, v. g. Sacerdos, aut perſona Deo ſacrata, & in qua Deus ipſe ſit honorandus; ſemper peccatum eſſe grauius, ea grauitate, quæ habetur ex obiecto, & propria ſpecie; ſed ex aliquo alio capite, & aliqua alia grauitate, poſſe etiam dici grauius illud aliud, quod ſit in perſonam magis coniunctam ipſi peccanti: vt, v.g. quia erga illam ſit maior obligatio, & maiora beneficia ſint ab illa accepta. Et quia hæ omnes rationes ſunt ordinis inferioris, quàm illæ, quæ immediatè reſpiciunt Deum; ideò abſolutè peccatum, quod propriè redundat in Deum, vt eſt, v. g. occiſio Sacerdotis,

dotis, dicitur grauius. Et pro hac re videti poſſunt, quæ *ſuprà* diximus *diſputat.* 27. de graoitate, quæ aliquando ex circunſtantiis poteſt competere peccato ſpeciei inferioris, ſupra peccatum ſpeciei ſuperiotis. Dixi autem, ſi eoniunctio cum Deo faciat peccatum verè, & propriè redundare in Deum: quia non quælibet coniunctio hoc habet; ſed ſolùm illa, ratione cuius Deus ipſe eſt ſpecialiter agnoſcendus, & honorandus in perſona ipſi eoniuncta, vt ſunt, v. g. Beati, & Sancti in altera vita, & in hac Sacerdotes, & qui ſunt Deo ſacrati per ſacros Ordines, aut per vota religioſa, & aliæ coniunctiones per virtutem, aut probitatem, vel ſanctitatem huius vitæ, quemadmodum in ſe ipſis ſunt minùs certæ, & minùs firmæ, & ex conſequenti ſunt minùs perfectæ; ita & faciunt, vt iniuria minùs propriè redundet in Deum; id eſt ſolùm faciunt, vt illi magis diſpliceat in illa ipſa ſpecie, in qua eſt, vtpote facta magis contra tationem, etiam ob conditionem, & qualitatem perſonæ, quæ mioùs meretur iniuriis affici, vt notat Azor. *tomo* 1. *lib.*4.*cap.*20. *qu.*7. & Sayr. *lib.*2.*clau.reg.cap.*7.*in additionibus, littera I.*

Ad ſecuudam difficultatem pater eodem modo: dum enim aſſerit S. Thomas ex coniunctione cum Deo aggrauari peccatum, & iniuriam magis redundate in ipſum Deum; non aſſerit, quòd ex quacunque coniunctione ſemper aggrauetur eodem modo, & eodem modo ſemper redundet in Deum; & ideò neqoe eſt neceſſatium, vt ſemper aggrauet transferendo ad ſpeciem ſacrilegij; ſed aliquando poteſt aggrauare hoc modo, & transferendo peccatum ad ſpeciem ſacrilegij: vt quando Deus ſpecialiter eſt agnoſcendus, & hooorandus io perſona ſibi eoniuncta per virtutem, aut ſtatum, & aliquando poteſt aggrauare alio modo, id eſt, intra propriam ſpeciem, & ſolùm faciendo, vt peccatum magis Deo diſpliceat, & magis ſit contra rationem in illa ipſa ſpecie, in qua eſt, vt iam explicauimus.

Ad tertiam difficultatem patet ſimiliter. Primò enim, non omnis coniunctio cum Deo per virtutem eſt incerta, vt patet in Beatis & Sanctis alterius vitæ, quotum blaſphemiæ, aut iniuriæ hac de cauſa verè, & propriè tedundant in Deum: quia hic in ipſis ſpecialiter cognoſcitur, & honoratur; & coniunctio, quam cum illo habent per charitatem, & gratiam, eſt omninò certiſſima, & veriſſima. Deinde, ſi in hac vita talis coniunctio eſt minùs certa, & minùs firma, hoc ſolùm facit, vt iniuria minùs propriè in Deum redundet; non autem vt ſimpliciter, & omni modo non redundet, & ſaltem non magis illi diſpliceat ex hoc, quòd fiat in perſonam, quæ probabiliter creditur virtuoſior, & magis Deo coniuncta, vt iam diximus.

DISPVT. XXXIV.

Quomodo inæqualitas peccatorum attendatur ex magnitudine perſonæ peccantis.

1. *Quid doceat S. Thom.*
2. *Peccata ex ſubreptione ſunt leuiora, ſi ipſe peccans ſit maioris virtutis.*
3. *Peccata hominis religioſi, non ex contemptu, neque contra votum profeſſionis, neque cum ſcandalo, ſunt leuiora, quàm hominis ſæcularis.*
4. *Peccata ex deliberatione ſunt grauiora propter magnitudinem ipſius peccantis.*
5. *Peccata eorum, qui maiora beneficia quæcunque etiam temporalia à Deo acceperunt, ſunt grauiora.*
6. *Peccata ſæpè habent ſpecialem repugnantiam ad magnitudinem perſonæ peccantis.*
7. *Peccata Magnorum ſunt ſcandaloſa.*
8. *Peccata Chriſtianorum, & fidelium, cæteris paribus, ſunt grauiora, quàm infidelium.*
9. *Peccata religioſorum, quæ fiunt ex contemptu, & non ex infirmitate, aut ignorantia, ſunt grauiora.*
10. *Cæteris paribus, peccata Religioſorum ex diuerſis capitibus ſunt leuiora, & grauiora.*

1. *Quid doceat S. Thom.*

POSTREMO loco hoc etiam explicat S. Thom. 1.2. *quæſt.*73. *art.* 10. quomodo inæqualitas peccatorum attendatur ex magnitudine perſonæ peccantis, intelligendo maximè nomine magnitudinis illam, quæ eſt ſecundùm Deum, id eſt, virtutem, & probitatem; quamuis aliqua aſſerat, etiam de magnitudine ſecundùm bona temporalia. Et duas pooit concluſiones. Et prima eſt, quòd peccata, quæ fiunt ex ſubreptione, propter infirmitatem humanæ naturæ, non aggrauantur; ſed potiùs minuuntur ex magnitudine ſecundùm virtutem, quæ fortè eſt in ipſo peccante: ſecunda verò, quòd peccata, quæ fiunt ex deliberatione, tantò ſunt grauiora, & tantò magis imputantur alicui, quantò ipſe eſt maior.

2. *Peccata ex ſubreptione ſunt leuiora, ſi ipſe peccās ſit maioris virtutis.*

Primam concluſionem de peccatis ex ſubreptione probat ex eo, quia, quò quis eſt maior ſecundùm virtutem, eò minùs negligit reprimere, & excludere huiuſmodi peccata, quæ alioqui omninò vitari infirmitas humana non ſinit, ſiquidem virtus, quantò eſt maior, tantò magis extenditur ad cohibenda peccata minora, & per huiuſmodi extenſionem illis opponitur, vt *ſuprà* diximus *diſput.* 28. *num.* 1. ex eodem S. Thom. *eadem quæſt.*73. *art.*4. quod ſignum eſt, ea etiam eſſe minùs voluntaria, cùm ex maiori virtute hoc habeat voluntas, vt minori inclinatione in illa feratur, & minùs illis adhæreat, & io illis quieſcat; reſiſtente, nimirum, ac reprimente, vel cohibente infirmitatem naturæ ipſa virtute, ante lapſum, & poſt lapſum, inſtigante, & excitante, vel impellente, vt ſurgat, & reſipiſcat; cùm tamen contraria ratione, qui eſt minor virtute, liberiùs, & maiori inclinatione feratur in peccata, & maiori affectu illis adhæreat.

3. *Peccata hominis religioſi, non ex contemptu, neque contra votum profeſſionis, neque cum ſcādalo ſunt leuiora quàm hominis ſæcularis.*

Atque ad hoc etiam faciunt ea, quæ aſſerit S. Thom. 2.2. *quæſt.* 86. *art.* 10. *in corp.* ad oſtendeudum, quòd peccata hominis religioſi, quæ fiunt non ex contemptu; ſed ex infirmitate, vel ignorantia; & non ſunt ſpecialiter contra votum ſuæ profeſſionis, nec cum ſcandalo aliorum; ſed fiunt occultò; ſunt leuiora in ſuo genere, quàm hominis ſæcularis. *Peccatum enim eius*, inquit, id eſt, hominis religioſi, *ſi ſit leue, quaſi abſorbetur ex multis operibus bonis, quæ facit; & ſi ſit mortale, faciliùs ab eo reſurgit.* Primò quidem propter intentionem, quam habet rectam ad Deum, quæ etſi ad horam intercipiatur, de facili ad priſtina reparatur; & deinde, quia iuuatur etiam à ſociis ad reſurgendum, ſecundùm illud Eccleſiaſtici 4. *Si vnus ceciderit, ab altero fulcietur.* &, *Væ ſoli: quia, cùm ceciderit, non habet ſubleuantem ſe.* Hæc enim omnia recidunt ferè in idem, & benè oſtendunt, quòd peccata illius, qui eſt maior in virtute, quales certè ſunt viri religioſi, communiter ſunt ex minori affectu, & ideò minùs voluntaria, & leniora.

Secundam concluſionem de peccatis, quæ fiunt ex 4.

Peccata ex deliberatione ſunt grauiora, pro ratione magnitudinem ipſius peccantis.

ex deliberatione, quòd tantò ſint grauiora, quantò ipſe peccans eſt maior, probat S.Thom. ex quadruplici capite. Primò, quia, qui eſt maior quoad ſcientiam, & virtutem, faciliùs poteſt reſiſtere peccato; & ideò cùm deficiat in eo, quod ipſi eſt facilius, eſt minùs dignus excuſatione, quàm ſi deficeret in eo, quod eſſet difficilius: per ſcientiã enim, & cognitionem facile poteſt reſiſtere inclinationi, quæ habetur per vitium, & habitum prauum, & tentationi concupiſcentiæ, & paſſionis, quæ fortè excitatur à Dæmone; & ideò cùm ipſius peccatum ſit magis ex cognitione, & minùs ſit ab extrinſeco voluntatem alliciente, & trahente, ſiquidem illi voluntas facilè poteſt reſiſtere, ſimpliciter, & abſolutè eſt magis voluntarium; & ideò grauius: quo pacto etiam dicitur Lucæ 12. *Quòd ſeruus ſciens voluntatem domini, & non faciens, plagis vapulabit multis.*

5\. *Peccata eorũ, qui maiora beneficia quæcunque, etiam temporalia, à Deo acceperunt, ſunt grauiora.*

Secundò, quia qui eſt maior quomodocunque, etiam in bonis temporalibus, maius beneficium a Deo accepit in illa ipſa maioritate, quam habet; & ideò ex gratitudine magis tenetur ad exhibendum illi honorem, & gratiam referendam, vt patet ex iis, quæ de obligatione ex gratitudine dicuntur 2.2.*quæſt.*106.*art.*1. quod tamen non facit hoc ipſo, quòd peccat: & quemadmodum in humanis non parum aggrauaretur iniuria ex hoc, quòd eſſet in hominem alioqui de ſe benè meritum; ita & aggrauatur peccatum, ſi fiat in Deum poſt accepta ab illo beneficia maiora. Et in hunc ſenſum S. Thom. *art* 9.*cit.* trahit illud Sap.6. *Potentes potenter tormenta patientur.* in quantum, ſcilicet, maiorem ipſam potẽtiam non acceperunt niſi à Deo, & ratione illius magis tenentur exhibere illi honorem, ac reuerentiam, tanquam principio ſuæ potentiæ, & non contra illum agere per actum peccati: & ideò ex hac circumſtantia maioris ingratitudinis grauiùs peccant, & maiori pœna ſunt digni.

6\. *Peccata ſæpè habent ſpecialem repugnantiam ad magnitudinem perſonæ peccantis.*

Tertiò probat S.Thomas eandem concluſionem: quia ſæpè accidit, vt actus alicuius peccati ſpecialem habeat repugnantiam ad magnitudinem perſonæ, eámque non habeat ad aliam perſonam, non eiuſdem magnitudinis: vt, ſi Princeps, v.g. qui ex ſpeciali obligatione eſt cuſtos iuſtitiæ, rapinam exerceat, vel aliam iniuſtitiam faciat; aut Sacerdos, qui ex voto tenetur ad caſtitatem, fornicetur. Et quidem, ſi hæc repugnantia ad magnitudinem perſonæ, verè & propriè ſit ſpecialis, id eſt, ſpecifica, & obiecto tribuat aliam rationem formalem ſpecificatiuam; ideò dicitur aggrauare: quia conſtituit actum in alia ſpecie peccati, vt contingit in exemplis allatis de Principe violante iuſtitiam, quam ex officio tenetur cuſtodire, & de Sacerdote violante caſtitatem, quam tenetur ſeruare ex voto: & vniuerſaliter, quando circunſtantia in actu peccati facit infringi ſpeciale præceptum, vt notat S. Thom. *quæſt.* 7. *de malo*, *art.* 7. Si verò repugnantia ſit ſpecialis largo modo, id eſt, peculiaris, & maior ad hanc perſonam, quàm ad aliam, vt, v.g. ſi is, qui fornicatur, non modò ſit Sacerdos, ſed etiam Epiſcopus, aut Monachus ſolenniter profeſſus, poteſt aggrauare peccatum, etiam in eadem ſpecie, vt ex ſe patet, & notat Azor. *lib.*4.*cap.*20.*quæſt.*8. de illo, qui lædit amicum, aut benemeritum; & qui ſit probus, & ſanctus; & tamen ſuperbiat, aut maledicat alicui, vel mentiatur: hæc enim, & ſimilia, quamuis ad omnes perſonas habeant repugnantiam rectæ rationis, & reſpectu omnium ſint peccata in vna aliqua ſpecie; negari tamen non poteſt, quin ad aliquas certas perſonas in illa eadem ſpecie magis repugnent, quàm ad alias; & ideò ratione huius maioris repugnantiæ ſint grauiora.

Quartò denique probat S. Thom. quia peccata Magnorum facile tranſeunt in exemplum, & ſcandalum aliorum, & extenduntur ad alios, ad quorum notitiam perueniunt, vt notat S.Gregor. *in Paſtorali, p.*2. *cap.*2. Atque hæc poſtrema ratio aggrauandi peccatum ex magnitudine ipſius peccantis, quia deſumitur ex nocumento, id eſt, ex ſcandalo, quod aliis datur; eodem modo eſt intelligenda, quo idem S. Thomas *eadem quæſt.* 73. *art.* 8. explicauit grauitatem ex magnitudine nocumenti, & nos ex illo diximus *ſuprà diſputat.* 32. Si, ſcilicet, nocumentum, aut ſcandalum ſit præuiſum, & intentum; vel præuiſum; ſed non intentum; vel neque præuiſum in ſe, neque intentum, ſed ſequatur per ſe ex ipſa conditione, & natura actus peccati; non autem ſolùm per accidens ex aliquo caſuali euentu: his enim modis tantummodo poteſt contingere, vt magnitudo perſonæ peccantis, peccatum aggrauet, ſiue directè, ſiue indirectè ex nocumento ſcandali; non autem ſi ſcandalum ſolùm ſequatur merè per accidens, & nullo modo ſit voluntarium, neque in ſe, neque in alio, vt notat Conr. 2.2. *quæſt.*73. *art.* 10. *cit.* §.*Circa maiorem nota.* 7. *Peccata Magnorum ſunt ſcandaloſa.*

Atque ex hac ſecunda concluſione ſic probata, & explicata ex S. Thom. poteſt intelligi etiam illud, quod aſſerit idem S.Thomas *quæſt.* 2. *de malo, art.* 23. *ad* 1. *&* 2.2.*quæſt.*10.*art.*3 *ad* 3. quòd adulterium, v.g. vel quodcunque aliud peccatum, cæteris paribus, grauius eſt, ſi committatur ab homine fideli, quàm ſi committatur ab infideli. *Id enim accidit*, inquit, *tum propter notitiam veritatis ex fide; tum etiam propter ſacramenta fidei, quibus eſt imbutus fidelis; & quibus peccando contumeliam facit.* id eſt, ea de cauſa, cæteris paribus, grauiùs peccat vir fidelis, quàm infidelis; quia per fidem habet maiorem, & certiorem notitiam de malitia, & turpitudine peccati; & ideò peccatum eſt illi magis voluntarium; & quia per Baptiſmum, & Sacramenta fidei accepit à Deo maiora beneficia; quæ tamen peccando nihil facit: & denique, quia peccatum maiorem repugnantiam ad illum habet ratione eorundem Sacramentorum. Quibus omnibus multùm conſonat etiam illud S.Pauli ad Hebræos 10. *Quantò magis putatis deteriora mereri ſupplicia, qui Filium Dei conculcauerit, & Sanguinem Teſtamenti pollutum duxerit, in quo ſanctificatus eſt, & Spiritui gratiæ contumeliam fecerit.* Quamuis enim fortaſſe ad literam loquatur S. Paulus in ſpecie de peccato apoſtaſiæ à fide, de quo ſpecialiter eſt verum, quòd qui poſt agnitum Chriſtum, vt Dei Filium, & mediatorem Dei, & hominum, ab illo recedit, Filium Dei conculcat, eiúſque Sanguinem quaſi pollutum, & communem exiſtimat, vt videre eſt apud Cornelium à Lapide, & apud Interpretes in eum locum; non tamen deſunt, qui cum S. Thoma *loco cit. &* 2.2. *quæſt.* 186. *art.* 10. *in corp.* verba intelligant de quouis peccato mortali hominis fidelis, & habentis notitiam Chriſti, eiúſque Sanguinis; & contendant, ex hoc ipſo, cæteris paribus, tale peccatum reddi grauius: quia per illud interpretatiuè, & implicitè ipſe Chriſtus contemnitur, & conculcatur, eiúſque Sanguini, cuius virtus maximè viget in Sacramentis, contumelia ſit: & negari non poteſt, quin hæc etiam intelligentia ſit valdè rationabilis. 8. *Peccata Chriſtianorũ, & fidelium, cæteris paribus, ſunt grauiora, quàm infidelium.*

Similiter ex eadem concluſione S.Thomæ poteſt intelligi etiam illud, quod aſſerit idem S. Thom. 2.2.*quæſt.*186.*a.*10. de peccatis Religioſorum, quòd, cæteris paribus, ſint grauiora, quàm ſæcularium, non modò quando peccant Religioſi contra vota Religionis, vt, v.g. ſi fornicentur contra votum continentiæ, 9. *Peccata Religioſorum, quæ ſiunt ex contemptu, & non ex infirmitate, aut ignorantia, ſũt grauiora.*

Digitized by Google

continentiæ, vel furentur contra votum paupertatis; ſed etiam abſolutè, quando peccant quocunque peccato ex contemptu, & non ex infirmitate, vel ignorantia: quia, ſcilicet, ex hoc ipſo, quòd peccant, videntur eſſe magis ingrati diuinis beneficiis, quibus ſunt ſublimati ad ſtatum perfectionis; ſicut & Apoſtolus dicit *ad Hebræos* 10. quòd fidelis grauiora meretur ſupplicia ex hoc, quòd peccando, Filium Dei conculcat per contemptum: & Dominus ipſe conqueritur Ieremiæ 11. *Quid eſt, quòd dilectus meus in domo mea fecit ſcelera multa.* Et præterea propter ſcandalum: quia ad vitam Religioſorum plures reſpiciunt, & ideò ex illorum peccatis plures ſcandalizantur. Vnde & dicitur Ieremiæ 23. *In Prophetis Hieruſalem vidi ſimilitudinem adulterantium, & iter mendacij, & confortauerunt manus peſſimorum, vt non conuerteretur vnuſquiſque à malitia ſua.* Et denique, vt ſubdit *in reſponſione ad* 3. quia, ſi Religioſi ad hoc perueniant, vt peccent ex contemptu, efficiuntur peſſimi, & maximè incorrigibiles ſecundùm illud Ieremiæ 2. *Confregiſti iugum, dirupiſti vincula, dixiſti: Non ſeruiam. in omni colle ſublimi, & ſub omni ligno frondoſo proſternebaris, meretrix.* Vnde & S. Auguſtinus *epiſtola* 137. quæ eſt ad plebem Hippoenſem, *tomo* 2. parum ante finem: *Ex quo, inquit, Deo ſeruire cœpi, quomodo non ſum expertus meliores, quàm qui in Monaſterijs profecerunt; ita non ſum expertus peiores, quàm qui in Monaſterijs ceciderunt.* Hæc enim omnia in idem recidunt cum iis capitibus, ex quibus iam explicauimus cum eodem Sancto Thoma 1.2. *quæſt.* 73. *art.* 10. augeri, & aggrauari peccata propter magnitudinem ipſius peccantis. Sed benè eſt aduertendum, diſtingui à Sancto Thoma 2.2. *loco citato*, ea peccata Religioſorum, quæ fiunt ex contemptu, & ea, quæ fiunt ex infirmitate, vel ignorantia; & ſolùm de illis abſolutè aſſerere, quòd ſint grauiora; non autem de his: contraria enim ratione, quæ fiunt ex infirmitate, vel ex ignorantia, etiamſi alioqui ſint ex deliberatione, & ſint mortalia, potiùs ſunt leuiora, vt *ſuprà* explicauimus *num.* 3. ex eodem S. Thoma *ibidem*, & notat Azor. *tomo* 1 *lib.* 4. *cap.* 20. *quæſt.* 8. Et ad hoc etiam facit S. Baſil. *in Reg. breu. cap.* 81. vbi eam reddit rationem, quare eadem peccata in homine religioſo potiùs ſint leuiora, quàm in homine vulgari: quia Religioſus, cùm de quærenda Dei gratia ſit ſollicitus, communiter non de induſtria, ſed caſu, & præter animi ſui ſententiam labitur: vulgaris autem, cùm nullam, neque ſui, neque Dei rationem habeat, vel Deum contemnit, vel omninò eſſe Deum non putat, vt ait Scriptura *Pſal.* 52. & ideò de illis ſubdit: *Corrupti ſunt, & abominabiles facti ſunt in ſtudiis ſuis.* & vt benè aduertit Hieronymus Platus *de bono ſtatu Relig. lib.* 5. *cap.* 24. *versùs finem*, certum eſt, quòd, quemadmodum in corporis caſu multùm intereſt, vtrùm quis, fallente pede, labatur, an verò ſe vltrò præcipitet; vnde & ille ſuſtinet ſe, quantùm poteſt, rursúmque ſtatim ſe erigit, & ex lapſu euadit cautior, & firmior in futurum; hic verò grauiùs alliditur, & de ſurgendo non cogitat, & ſemper ad relabendum eſt pronior: ita & multùm intereſt, vtrùm quis peccet ex infirmitate, vt communiter accidit viris religioſis; an verò ex malitia, & ex contemptu, vt accidit ſæcularibus, & vulgaribus: ſimiliter enim Religioſi ſuſtinent ſe quantùm poſſunt, & ſtatim ſe erigunt, & cautiores, & firmiores in futurum euadunt: quod ſignum eſt, lapſum in illis eſſe minùs voluntarium, & minoris adhærentiæ, & leuiorem. Et, ſi fiat comparatio, non cum iis ſæcularibus, qui peccant ex malitia, & ex contemptu; ſed cum iis, qui peccant etiam ipſi ex infirmitate, & ignorantia, quod certè non repugnat, & ſæpè accidit etiam inter ſæculares, ex diuerſis capitibus peccata Religioſorum videntur leuiora, & ex diuerſis grauiora, dummodo fiant ex deliberatione; non autem ex ſubreptione: ſunt enim leuiora, quatenus abſorbentur quodammodo ex multis operibus bonis, quæ ipſi faciunt ex vi ſtatus ſupra ſæculares, ratione quorum minùs à Deo puniontur, iuxta illud, quod 2. *Paralip. cap.* 19. à Propheta dictum eſt Ioſaphat: *Impio præbes auxilium; & his, qui oderunt Dominum, amicitia iungeris; & idcircò iram Dei merebaris: ſed bona opera inuenta ſunt in te.* Et prætereà, quia citiùs, & faciliùs emendantur, vt explicat S. Thom. 2.2. *quæſt.* 186. *art.* 10. *cit.* ſunt verò grauiora, quatenus poſſent faciliùs vitari ex maiori ſcientia, & virtute, quæ communiter habetur ex vi ſtatus, quatenus continent maiorem ingratitudinem erga Deum, & habent ſpecialem deformitatem ad ipſam magnitudinem ſtatus religioſi, vt explicat 1.2. *quæſt.* 73. *art.* 10. de grauitate peccati ex magnitudine ipſius peccantis in vniuerſum.

10. *Cæteris paribus, peccata Religioſorum ex diuerſis capitibus ſunt leuiora, & grauiora.*

DISPVT. XXXV.

An, & quomodo voluntas ſit ſubiectum omnis peccati.

1. *Quo ordine S. Thomas 1.2. tractet de cauſis peccatorum.*
2. *Voluntas eſt ſubiectum peccati.*
3. *Non ſola voluntas eſt ſubiectum peccati, ſed etiam alia potentia.*
4. *Membra exteriora non poſſunt eſſe ſubiectum peccati.*
5. *In membra habetur imperium deſpoticum; in appetitum verò dominium ciuile.*
6. *Ponuntur difficultates, quòd voluntas non ſit ſubiectum omnis peccati.*
7. *Ponuntur difficultates, quòd non ſola voluntas ſit ſubiectum peccati.*
8. *Quomodo omnes actus morales ſint actus immanentes.*
9. *Ex ſententia S. Thom. voluntas eſt ſubiectum omnis peccati; non autem ſolùm indefinitè eſt ſubiectum peccati.*
10. *Quomodo in voluntate, vt in ſubiecto, ſint ea peccata, quæ ſolùm indirectè ſunt voluntaria.*
11. *Quomodo non ſola voluntas ſit ſubiectum peccati.*
12. *Quomodo membra exteriora ex S. Thom. non poſſint eſſe ſubiectum peccati.*
13. *Peccatum originale quomodo dicatur traduci ad poſteros, ſicut peccatum actuale traducitur ad membra.*

POST explicatam naturam, & diuerſitatem, & grauitatem peccatorum, remanent explicandæ illorum cauſæ, tam ſubiectiuæ, quàm effectiuæ. Et quidem S. Thom. 1. 2. *à quæſt.* 74. *vſque ad* 85. multas enumerat, atque explicat. Primò enim *quæſt.* 74. agit de ſubiecto, vel cauſa ſubiectiua peccati; & quærit, quomodo talis cauſalitas conueniat voluntati, quomodo conueniat ſenſualitati, quomodo rationi, ſiue ſuperiori, ſiue inferiori. Deinde *quæſt.* 75. aliqua explicat de cauſa efficiente peccati in vniuerſum, vtrùm peccati ſit aliqua cauſa efficiens; vtrùm interior, an exterior. Tertiò, vt agat de cauſis efficientibus interioribus, *quæſt.* 76.

1. *Quo ordine S. Thom. 1.2. tractet de cauſis peccatorum.*

primò

Digitized by Google

primò agit de ignorantia, quæ eſt cauſa intrinſeca ex parte rationis: deinde *quæſt.* 77. de infirmitate, & paſſione, quæ eſt intrinſeca ex parte appetitus: & *quæſt.* 78. de malitia, quæ eſt intrinſeca ex parte voluntatis. Quartò, inter cauſas extrinſecas *quæſt.* 79. agit de Deo, *quæſt.* 80. de Diabolo, *q.* 81. de homine, quatenus per originem vnus eſt cauſa peccati alterius, eáque occaſione *quæſt.* 82. & 83. multa docet de peccato originali: & denique, *quæſt.* 84. agit de peccato, quatenus aliquando vnum peccatum eſt cauſa alterius: quia tamen ad negotium morale, quod nos ſpecialiter intendimus, multa ex his parum faciunt, non immorabimur in omnibus, ſed ſolùm aliqua ſeligemus magis præcipua & ſcitu digna.

Igitur circa cauſam ſubiectiuam peccati agit *quæſt.* 74. de triplici ſubiecto, in quo poteſt reperiri peccatum, id eſt, de voluntate, de ſenſualitate, & de ratione: & de volontate duo affirmat *duobus primis articulis*. Primò, *art.* 1. eam eſſe ſubiectum peccati: & *art.* 2. non eam ſolam poſſe eſſe ſubiectum peccati, ſed prætereà omnes illas potentias, quæ poſſunt per voluntatem moueri ad ſuos actus, vel per eandem à ſuis actibus reprimi.

2. *Voluntas eſt ſubiectũ peccati.*

Primũ probat *art.* 1 quia omnes actus morales ſunt immanentes, & ideò in eo ſunt tanquàm in ſubiecto, à quo ſunt, tanquàm à principio: & quia cùm ſint voluntarij, ſunt a voluntate, vt à principio, ſunt etiam in voluntate, vt in ſubiecto.

3. *Non ſola volũtas eſt ſubiectum peccati, ſed etiã alia potẽtia.*

Secundum verò probat *art.* 2. quia omne illud poteſt eſſe ſubiectum peccati, quod poteſt eſſe principium actus voluntarij, quod eſt peccatum: cùm autem actus voluntarij non ſint ij ſolùm, qui eliciuntur à voluntate; ſed etiam illi; qui imperantur, vt patet ex dictis 1.2. *q.* 6. *art.* 4 quemadmodum non ſola voluntas eſt principium eorum, qui imperant, ſiue ſint boni, ſiue mali; ſed ſimul cum voluntate, ſunt etiam principium illorum omnes potentiæ, quæ poſſunt ab illa moueri, aut reprimi, & cohiberi; ita nec ſola voluntas eſt ſubiectum peccati; ſed poſſunt etiam eſſe aliæ potentiæ, cùm præſertim etiam aliæ ſint ſubiectum habituum moralium, ſiue ſint boni, ſiue mali, vt patet 1.2. *quæſt.* 56. *art.* 4. & 5. & idem ſit ſubiectum actus, quod eſt ſubiectum habitus. Et quanuis S. Auguſtinus *lib. de duabus animabus, cap.* 10. *tom.* 6. abſolutè pronunciet, quòd non niſi voluntate peccatur; id tamen non ſignificat, quòd omne principium peccati ſit ſola voluntas; ſed ſolùm, quòd non peccetur ſine voluntate, & omne aliud principium non principiet peccatum, ſine voluntate: ſiquidem voluntas eſt primum principium, & primum mouens, & aliæ potentiæ non ſunt principium, niſi motæ a voluntate, vt habet S. Thomas *in reſponſ. ad* 1.

4. *Membra exteriora non poſſunt eſſe ſubiectũ peccati.*

Neque hinc ſequitur, quòd etiam membra exteriora, v.g. manus, & pedes, ſint ſubiectum peccati, ex eo, quòd mouentur etiam ipſa à voluntate; & actus, ad quos mouentur, ſunt peccata: vt, verbi gratia, percuſſio, quæ fit manu in peccato homicidij, & acceptio in peccato furti; vt enim ſubdit *in reſponſione ad* 3. membra exteriora non ſunt principium eorum actuum, qui fiunt per ipſa; ſed ſolùm ſunt organa; neque vnquam ipſa ſibi ſunt principium ſuarum operationum; ſed ſemper ſe habent, vt mera inſtrumenta, quæ expectant principiationem ſuæ actionis ab alio: hac enim de cauſa 1. *Polit. cap.* 3. dicitur animus in illa habere imperium dominicum, aut deſpoticum, quale eſt in ſeruos, & contra

5. *In mẽbra habetur imperium deſpoticum, in appetitum verò, dominium ciuile.*

in appetitum dicitur habere dominium ciuile, & regium, quale eſt in ciues: quia, ſcilicet, appetitus ad aliqua ipſe ſe mouet, ſine poſitiuo, & actuali imperio mentis; ſicut & ciues mouent ſe ſine imperio Regis, & aliquo modo eſt ſibi ipſe principium ſui motus, vt videre eſt apud S. Thom. 1.1. *quæſt* 81. *art.* 3. quod tamen oppoſito modo ſe habet in membris exterioribus. Quia ergo peccatum illi tantùm tribuitur propriè, tanquàm ſubiecto, à quo accipit eſſe, tanquam principio, quemadmodum à membris exterioribus nunquam principiatur peccatum; ſed hæc ſemper mouentur, vel à ratione, & voluntate; vel à ſenſu, & appetitu: ita nec propriè illis tribuitur, tanquàm ſubiectis; cùm præſertim actiones membrorum, quæ ab illis quodammodo ſunt effectiuè, ſint tranſeuntes in externam materiam, vt patet in percuſſione, quæ fit manu in peccato homicidij, & ſolùm recipitur in perſona percuſſa: nam motus aliquis, qui eſt in ipſa manu, dum percutit, non eſt effectiuè à manu; ſed ab alia parte mouente, quæ etiam in animalibus ſemper debet eſſe diſtincta à parte mota; ſicut nauta in ipſa naui eſt diſtinctus à naui, vt patet ex Ariſt. 8. *Phyſicorum, text.* 28. & talis pars eſt ipſum cor, quod hac de cauſa *lib.* 3. *de par. cap.* 4. & *in libello de motu animalium, cap.* 8. dicitur quaſi animal ſeparatum; vel certè, vt alij volunt, eſt ipſa anima, quæ, cùm ſit realiter diſtincta à manu, & ab aliis partibus corporis, poteſt illis eſſe principium motus: ſimiliter enim, quia peccatum illi tantùm tribuitur, tanquàm ſubiecto, à quo eſt tanquàm à principio; neque percuſſio, quæ recipitur in perſona percuſſa; neque motus, qui eſt in manu percutiente; poteſt aſſignari, tanquàm peccatum, quod ſubiectetur in ipſa manu; cùm illa, quæ eſt a manu, vt à principio, non ſit in manu, vt in ſubiecto, & hic, qui eſt in manu, vt in ſubiecto, non ſit à manu, vt à principio: & tamen hæc vtraque ratio requiratur ad hoc, vt aliquid dicatur ſubiectum actus moralis, aut peccati.

Sed *contra articulum* 1. primò eſt difficultas: quia falſum videtur id, quod aſſumit S. Th. quòd omnes actus morales ſint immanentes: cùm enim non ſolùm actus eliciti a voluntate; ſed etiam imperati; & non ſolùm interiores, ſed etiam exteriores, ſint actus humani, vt dicitur 1.2. *q.* 6. *art.* 4. & *q.* 71. *art.* 6. & *q.* 74. *art.* 2. & pertineant etiam ipſi ad ſubſtantiam peccati, vt ſubditur *q.* 71. *citat. in reſponſione ad* 2. non modò videtur, quòd non omnes ſint immanentes in illa ipſa potentia, vt in ſubiecto, à qua ſiunt, vt à principio, id eſt, in ipſa voluntate, vt contendit S. Thom. ſed neque etiam ſint immanentes in eodem ſuppoſito operante per diuerſas potentias, vt patet in percuſſione, & homicidio, quod etiam prout operatio tranſiens, & prout recipitur in perſona percuſſa, & occiſa, eſt actus humanus, & peccatum. Vnde & ipſe S. Thom. *art.* 2. ſtatim videtur oppoſitũ docere, dum ait, ſubiectum peccati poſſe eſſe etiam alias potentias à voluntate, quanuis primum principium omnis peccati ſit ipſa voluntas, vt idem habet *art.* 1. & *q.* 71. *art.* 6. *cit. in corp.* & *ad* 2 & *q.* 18. *art.* 6. & *q.* 1. *art.* 1. 6.

Proponitur difficultas, quòd volũtas non ſit ſubiectum omnis peccati.

Secundò eſt difficultas: quia malè infertur, quòd peccatum ſit in voluntate, vt in ſubiecto, ex hoc, quòd ſit à voluntate, vt à principio: quanuis enim in iis peccatis, quæ ſunt voluntaria directè, & principiantur à voluntate, in quantum eſt agens, id eſt, poſitiuè dirigens ſuam actionem ad illa, præter actum aliarum potentiarum, ſiue interiorum, ſiue exteriorum, reperiatur etiam actus elicitus ab ipſa voluntate, vt dicitur *quæſt.* 18. *art.* 6. *citat.* in iis tamen, quæ ſunt voluntaria indirectè, & principiantur à voluntate, in quantum non eſt agens, talis actus non reperitur; & ideò nihil includitur in huiuſmodi peccatis, quod ſit in voluntate, vt in ſubiecto; neque poteſt generaliter inferri, quòd voluntas ſit generale ſubiectum omnis peccati ex eo, quòd ſit generale principium.

7. *Ponitur difficultates, quòd non ſola voluntas ſit ſubiectū peccati.*

Tertiò, circa *articulum* 2. quòd non ſolùm voluntas ſit ſubiectum peccati, eſt difficultas:quia,ſi ſit ſenſus, quòd omnis peccati ſubiectum oon ſit ſola voluntas; ſed ſimul cum voluntate debeant concurrere etiam aliæ potentiæ;falſum omninò eſt:ſunt enim peccata etiam ſola deſideria cordis per ſe accepta, vt patet Matth. 5. *Iam mœchatus eſt eam in corde ſuo.* & cap. 15. *De corde exeunt cogitationes malæ.* & multa dantur peccata, quæ conſummantur ſolùm in corde; & ideò ſolùm in corde ſubiectantur,vt patet ex dictis *ſuprà*,de peccatis cordis,*quaſt.* 71.*art.*7. ſi verò ſit ſenſus, quòd non omnis peccati ſubiectum ſit ſola voluntas;ſed aliqua poſſint ſubiectari etiam in aliis potentiis,quæ poſſunt per voluntatem moueri ad ſuos actus, difficilè poteſt ſaluari, quomodo peccatum non ſit ponendum, vt in ſuhiecto, etiam in membris exterioribus: nam, quod habet S.Thom. *in reſponſ.ad* 3. membra exteriora non eſſe principia operationum, ſed inſtrumenta, apertè videtur implicare contradictionem, cùm idem ſit, eſſe inſtrumentum, atque eſſe principium inſtrumétale.Et quod addit, membra exteriora comparari ad animam mouentem, ſicut ſeruum,qui agitur,& non agit; & potentias appetitiuas interiores comparari ad rationem,quaſi liberas:qnia agunt quodammodo, & aguntur, videtur impertinenter ſe habere ad ſubiectum peccati:neque enim malitia peccati,aut ſubiectatio illius in potētiis appetitiuis, pendet à qualicunque illarū libertate,ſed ſolùm à libertate propria voluntatis;& hæc ſola per ſe eſſet ſatis, ſi nulla alia eſſet libertas in illis potentiis, & nulla alia earum potentiarum poſſet ſufficere, ſi non eſſet libertas. Vnde & infidelitas eſt verè peccatum in intellectu, etiamſi in illo per ſe accepto non ſit libertas; & in pueris,amentibus,aut brutis non eſt peccatum,etiāſi in potentiis appetitiuis ſit huiuſmodi imperfecta libertas, ſecundùm quam dicuntur obedire,vt liberæ. Atque hac de cauſa ipſe S.Thomas 1.2.*q.*81.*art.* 1.apertè concedit, quòd peccatum etiam mortale ab anima,& voluntate poſſit deriuari etiam in membra corporis;& homicidium,v.g.quod committitur per manum, imputetur manui, & ſit peccatum illius, in quantum manus eſt aliquid hominis, & mouetur à primo principio motiuo hominis,id eſt,à voluntate: & hoc exemplo declarat,quomodo peccatum originale ab Adamo traducatur ad poſteros;in quantum, ſcilicet, omnes homines deriuati ex Adam,ſe habēt, vt multa membra vnius corporis;& ideò mouentur voluntate Adami, tanquàm voluntate totius: ſicut autem S.Thomas exemplo membrorum declarat traductionē peccati originalis;ita è contrà exemplo peccati originalis poteſt declarari traductio peccati in membra:ſicut enim ſinguli homines deriuati ex Adam, comparantur ad voluntatem ipſius Adæ, tanquàm ſerui, & nullo modo vt liberi; ſiquidem nullo modo poſſunt illi teniti: & tamen hoc non obſtante traducitur ad illos peccatum,& verè,& propriè ſunt illius ſubiectum: ita & poteſt à voluntate traduci ad membra, etiamſi comparentur vt ſerui. Atque has ob cauſas non deſunt,qui putent,S.Thomam in hac re non ſibi conſtare, vt videre eſt apud Azor.*tomo* 1.*lib.*4.*c.*21.*q.*3.& qui abſolutè affirment, etiam in membris exterioribus poſſe eſſe peccatum, vt Azor.*ibid.*& Vaſq.1.2.*diſp.*103.*c.*4.*n.*9.

8. *Quomodo omnes actus morales ſint actus immanentes.*

Ad primum Reſpondeo, in hoc tantùm ſenſu aſſumi à S.Thom. 1. 2. *quaſt.*74 *art.*1. quòd omnes actus morales ſunt immanentes: quia omnes ſunt actio, vel agibile propriè dictum, & prout eſt obiectum prudentiæ, & contradiſtinctum à factione,vel factibili, quod eſt obiectum artis, vt enim docet S.Thom.1.2.*quaſt.*57 *art.*4.ex Ariſtotele 9.*Metaph.* *text.*16. hoc differt factio ab actione, quòd illa ſit tranſiens in externam materiam, vt ædificatio, & ſectio; & hæc ſit immanens in ipſo agente,vt viſio, & volitio; & ideò illa præter vſum, & exercitium ipſius potentiæ intendat aliquid aliud, tanquàm finem,& vltimum, id eſt, ipſum opus, quod relinquit poſt ſe; hæc verò nihil intendat præter ſe ipſam, quod idem etiam habetur apud Ariſt. *lib.*1. *magn. Mor.cap.*33. & eadem ratione 6.*Metaph. text.*1. dicitur,quòd agibile, in quantum diſtinguitur à factibili,idem eſt atque eligibile; & actio idem eſt,atque electio: & 6. *Ethic. cap.*5. quòd prudentis viri eſt proprium, vt poſſit conſultare de iis, quæ ſibi ſunt bona, atque vtilia in vniuerſum ad benè viuendum; non autem ſolùm ex parte: vt, v.g.ad ſanitatem,aut robur: & ideò definitur prudentia, quòd ſit recta ratio agibilium. Quia ergo omnes actus morales, ſiue ſint boni, ſiue mali, ſunt propria actio, aut electio,& ideò omnis virtus,aut vitium reddit bonum, aut malum ipſum habentem, vt patet ex eodem S.Thoma 1. 2. *quaſt.*55 *art.*4. rectè dicuntur omnes actus morales eſſe immanentes;non,quia ſimpliciter non poſſint tranſire in externum ſubiectum; ſed, quia non ſunt morales, niſi in quantum ſunt immanentes, vel ſecundùm ſe totos, & quidquid ad illos pertinet,vel ſecūdùm aliquid ſui;& ſecundùm illud, quod præcipuè pertinet.Idque conuenit etiam actibus imperatis, ſiue ſint interiores, ſiue exteriores; ſiquidem in illis, io quantum ſunt morales, & voluntarij, ſemper reperitur duplex actus, id eſt, actus imperans ipſius voluntatis, & actus imperatus alterius potentiæ, vt patet 1.2.*quaſt.*18.*art.* 6. & ſemper vel ratione vtriuſque actus, vel ſaltem ratione vnius ſunt immanentes; & abſolutè tales dicuntur, quia ille qui manet, ſe habet principaliter, & ſaltem tribuit formalem rationem actus moralis. Atque hac ratione rectè concludit S.Thomas *quaſt.*74. *art.* 1. *citat.* quòd omne peccatum ſit in voluntate, vt in ſubiecto, ex eo, quòd omnis actus moralis ſit voluntarius: id enim eſt, quia etiam actus aliarum potentiarum non ſunt morales, neque voluntarij, niſi per dependentiam ab actu voluntaris; & ideò ſaltem ratione illius dicuotur eſſe in voluntate, vt in ſubiecto, ratione cuius à voluntate ſunt,vt à principio: & quemadmodum etiam actus exteriores formaliter, vt ſunt voluntarij, & ſecundùm formam, à qua participant hanc denominationem, rectè dici poſſunt eſſe in voluntate; ita & poſſunt dici in illa eſſe, in quantum ſunt actus morales, & in quantum ſunt peccata,vt notat Caiet.*ad art.* 1.*citat.* & ex illo Vaſquez *ad eundem art.*1. & Azor. *tomo* 1. *lib.*4.*cap.*21.*quaſt.*1. Neque hoc,quòd omne peccatum ſit tali modo in voluntate, vt dicitur *art.*1. repugnat alteri, quod habetur *art.*2. quòd peccatum poſſit eſſe etiam in aliis potentiis: ſiquidem ratione diuerſorum actuum poteſt vtrunque eſſe verum; & idem peccatum ratione actus imperantis poteſt eſſe in voluntate; & ratione actus imperati in aliis potentiis; & abſolutè, in quantum eſt voluntarium, & morale,dicitur eſſe in voluntate, quia ſolùm ab illa, eiúſque actu participat formaliter has rationes.

Atque hæc expoſitio videtur multò aptior, quàm illa,quam iodicat Cont. & Med. *ad eundem art.* 1. & aliqui alij ex Thomiſtis apud Azor.*quaſt.*1.*cit.*quod S.Thom.*art.*1.non aſſerat vniuerſaliter,quòd voluntas ſit ſubiectū omnis peccati; ſed ſolùm indefinitè, quòd ſit ſubiectū peccati,id eſt,alicuius; & quòd ſolùm illud primū repugnat alteri doctrinæ,quæ traditur *art.*2.quòd aliæ potentiæ poſſint eſſe ſubiectum peccati; non autem hoc ſecundum. Contrà enim

eſt:

9. *Ex ſententia S Thomæ, voluntas eſt ſubiectum omnis peccati; non autem ſolùm indefinitè eſt ſubiectũ peccati.*

eſt: quia, vt notat Vaſq. *diſp.* 103. *c.* 1. *n.* 1. *&* *c.* 2. *n.* 5 ex verbis ipſis S. Thomæ, apertè colligitur, quòd loquatur vniuerſaliter. Primò enim vniuerſaliter aſſerit, quòd omnes actus morales ſunt immanentes, ſiue ſint actus virtutum, ſiue peccatorum; & ideò oportet, vt illa potentia ſit proprium ſubiectum actus peccati, quæ eſt principium actus. Deinde ſubdit, quòd ſit proprium actuum moralium, vt ſint voluntarij, & quòd voluntas ſit principium actuum voluntariorum, ſiue bonorum, ſiue malorum; & inde infert, quòd ſit principium peccatorum; & per conſequens, quòd peccata ſint in voluntate, vt in ſubiecto. Cùm autem S. Thomas rationem ſubiecti in voluntate ſolùm colligat ea ratione principij, & hâc vniuerſaliter illi tribuat reſpectu omnium peccatorum, non poteſt etiam vniuerſaliter, & reſpectu omnium illi non tribuere rationem ſubiecti. Idque ipſum clariùs aſſerit idem S. Thom. *alijs locis:* nam ea *ipſa quæſt.* 74. *art.* 2. *ad* 1. vniuerſaliter ait, quòd non peccatur niſi voluntate, ſicut primò mouente; etiamſi peccetur etiam aliis potentiis, tanquam ab ea motis: & *ſuprà quæſt.* 71. *art.* 6. *ad* 2. primam cauſam peccati ait eſſe voluntatem, quia imperat omnes actus voluntarios, in quibus ſolùm reperitur peccatum: & 2. 2. *quæſt.* 10. *art.* 20. vt explicet, quomodo peccatum infidelitatis ſit in intellectu, docet, peccatum eſſe in illa potentia, quæ eſt principium actus peccati: & ſicut voluntas eſt principium primum, & vniuerſale omnium peccatorum; quia omne peccatum eſt voluntarium, & voluntas imperat omnes actus peccati, & aliæ potentiæ ſunt principium proprium, & proximum, quia eliciunt eoſdem actus peccati; ita & omne peccatum eſſe in voluntate, vt in primo principio, & in aliis potentiis, vt in principiis proximis, & hac ratione peccatum infidelitatis eſſe in intellectu, vt in ſubiecto proximo, & in voluntate, vt in motiuo, vel mouente proximo: & *in* 1. *ſentent. d.* 41. *q.* 2. *art.* 2. cùm quæſiſſet vniuerſaliter, vtrùm omne peccatum ſit in voluntate, reſpondet vniuerſaliter, quòd omne peccatum eſt in voluntate, tanquàm in ſubiecto primo & in aliis potentiis ſolùm eſt tanquàm in ſubiecto proximo: quia ſubiectum primum eſt illud, ex quo ineſt homini capacitas ad peccatum; & homo non eſt capax peccati, niſi per voluntatem, & liberum arbitrium, ex quo eſt dominus ſuorum actuum, & ſimilia docet etiam *in* 2. *ſententiarum, diſt.* 42. *q.* 1. *art.* 1. *ad vltimum, &* *q.* 7. *de malo, art.* 6. *ad* 2. *&* *q.* 21. *de ver. art.* 5. *ad* 1. *&* *alijs locis.*

10. *Quomodo in voluntate, vt in ſubiecto, ſint en peccata, quæ ſolùm indirectè ſunt voluntaria.*

Ad ſecundum Reſpondeo, etiam illa peccata, quæ ſolùm indirectè ſunt voluntaria, eſſe in voluntate, vt in ſubiecto: quia, etiamſi non includant actum poſitiuum elicitum à voluntate; includunt tamen actum negatiuum, aut priuatiuum, vt loquitur Caiet. 1. 2. *q.* 74. *art.* 1. id eſt, quòd voluntas poſitiuè non prohibeat. Atque hac ratione S. Thom. *q.* 74. *cit. art.* 1. ad hoc, vt aliqua potentia poſſit eſſe ſubiectum peccati, requirit, vt poſſit moueri, & reprimi per voluntatem: & *q.* 7. *de malo, art.* 6. *cit. ad* 2. docet, quòd omne peccatum ſit in voluntate, *vel tanquàm in primo mouente, vel tanquàm in mouere potente.* Et quemadmodum non eſt abſurdum, quòd ad peccatum omiſſionis concurrat aliquis actus poſitiuus, tanquàm cauſa, vel occaſio, & qui participet ſaltem ſecundariò illius malitiam, vt *ſuprà* diximus: ita neque eſt abſurdum, quòd ad peccatum commiſſionis concurrat ea parte voluntatis aliqua priuatio; & etiam hæc participet malitiam commiſſionis per attributionem, & pertinentiam, quam habet ad illam, vt notat Vaſq. 1. 2. *diſp.* 103. *c.* 3. *n.* 8. & hac ratione etiam S. Thom. *q.* 15. *de ver. art.* 4. *ad* 10. ait, quòd aliquando peccatum omiſſionis reducitur ad peccatum actus, & eſt eiuſdem generis non agere, quod quis debet, atque agere illud idem, quod non debet: & 1. 2. *q.* 71. *art.* 6. *ad* 1. in definitione peccati ad dictum, factum, & concupitum, ait etiam reduci non dictum, non factum, non concupitum, & vniuerſaliter negationem reduci ad idem genus, ad quod pertinet affirmatio.

11. *Quomodo nõ ſola voluntas ſit ſubiectum peccati.*

Ad tertium Reſpondeo, quando ait S. Thom. *art.* 2. non ſolam voluntatem eſſe ſubiectum peccati, nullo modo eſſe ſenſum, quòd ipſa ſola nullius peccati poſſit eſſe ſubiectum: quanois anim antiquus Phariſæorum error fuerit, quòd interna flagitia non eſſet peccata, niſi exteriùs ſeipſa prodeent, quod etiam docet Ioſephus *lib.* 12. *antiquit. c.* 13. & alij ex Rabbinis apud Bellarm. *lib.* 5. *de amiſſ. gratia, c.* 10. *ad* 2. & apud Salas 1. 2. *q.* 74. *art.* 2. id tamen ſæpiùs reiecit Chriſtus in Euangelio, vt benè dicitur in argumento: ſed ſenſus eſt, quòd non omnis peccati ſubiectum ſit ſola voluntas, ſed aliqua poſſint tribui etiam aliis potentiis.

12. *Quomodo membra exteriora ex S. Thoma, non poſſint eſſe ſubiectũ peccati.*

Neque hinc ſequitur, quòd debeant tribui etiam membris exterioribus: quia, quanuis etiam actus membrorum exteriorum poſſint eſſe peccata; vt docet expreſsè S. Thomas 1. 2. *q.* 84. *art.* 8. *ad* 1. *&* *q.* 2. *de malo, art.* 2. *ad* 6. *&* *q.* 7. *art.* 6. *in corp.* iis tamen non tribuuntur peccata: quia; cùm hæc ſolùm ſint actus morales, & immanentes; iis tantùm tribountur, tanquàm ſubiectis, à quibus ſunt tanquàm principiis: quo tamen modo non ſunt à membris exterioribus, quæ ad illos ſolùm concurrunt, vt inſtrumenta, & mota; non autem vt principia, & ſe mouentia, cùm præſertim ſemper actio tribuatur principali, & primo agenti, ſiue ſit immanens, ſiue tranſiens; non autem inſtrumento, vt benè explicat S. Thom. *quæſt.* 7. *de malo, art.* 6. *citat.* ex quo etiam poteſt intelligi, non ſe habere impertinenter ad ſubiectum peccati, quòd potentiæ appetitiuæ interiores competentur ad rationem aliquo modo, vt liberæ; neque ſolùm ab illa agantur; ſed agant etiam ipſæ ſe: id enim oſtendit, quòd aliquando ipſæ ſibi ſunt principium ſuæ operationis, & mouent ipſæ ſe præueniendo poſitiuam motionem rationis, & voluntatis, non autem ſemper expectant moueri ab alio principio, vt cõtingit in membris exterioribus; & ideò ſi operatio, cuius ipſæ ſunt principium, ſit mala, abſolutè, & ſimpliciter iis ipſis poteſt tribui tanquàm ſubiecto, ſicut & iis tribuitur, tãquàm principio per ſe; non autem voluntati non prohibenti, quæ per hoc ſolùm, quòd non prohibeat, non eſt principium, niſi per accidens, vt benè explicat S. Thomas *ibid.* Vnde & 1. 2. *q.* 54 *art.* 4. *&* 5. in appetitu ſenſitiuo ponuntur habitus virtutum, & vitiorũ; non autem ponuntur in membris exterioribus: quia ille poteſt eſſe principium actuum bonorum, aut malorum; non autem hæc. Et hac de cauſa, quod habet *q.* 74. *art.* 2. idem S. Thom. eas omnes potentias poſſe eſſe ſubiectum peccati, quæ poſſunt moueri ad ſuos actus, vel ab eis reprimi per voluntatem, rectè monet Conradus ſolùm debere intelligi de motione politica; non autem de ſeruili: quia ſola illa motio, non autem hæc, relinquit in potentiis motis veram rationem principij, reſpectu actionis. Et quanuis etiã actiones harum potentiarum non poſſint eſſe peccata ſine libertate voluntatis, quæ liberè illas non reprimit, & non prohibet; & ideò etiam hæc peccata, tanquàm primo mouenti tribuantur voluntati; præter illam tamen etiam requiritur, vt ipſæ potentiæ ſint aliquo modo liberæ; quia alioqui actiones non poſſent iis tribui, tanquàm principiis, & per conſequens neque tanquàm ſubiectis: & hac ſolùm ratione peccatũ infidelitatis poteſt tribui intellectui;

quia poteſt ipſe ſe mouere ad actum contra fidem, quando voluntas liberè non reprimit, & non prohibet. Et contrà in pueris, aoientibus, & brutis, ideò non poteſt eſſe peccatum ſecundùm potenrias interiores; quia ſimul cum illis non concurrit libertas voluntatis,noo reprimendo, & non cobibendo;& ſi voluntas ſola concurrat,tanquàm principium alicuius peccati,& nulli alteri potentiæ poſſit tribui,ſiue interiori, ſiue exteriori, tanquàm principio ſeipſum mouenti; ſimpliciter erit in ſola voluntate, vt in ſubiecto; non autem in alia potentia, vt patet ex S. Thoma *quaſt.7.de malo, art.6. cit.* vbi ait, quaodo appetitus, vel membrum exterius operatur ex imperio rationis, rationi peccatum tribui; noo autem appetitui,aut membro exteriori: & quia membrum exterius nunquam operatur, niſi motum à ratione, aut appetitu, nunquam illi peccatum tribui: & contrà, quia ſenſualitas aliquando mouetur ſine imperio rationis, & voluntatis, dicitur, quòd peccatum aliquando poteſt eſſe in ſenſualitate. Ex quo loco clarè habetur, non eo ſenſu negari à S. Thoma, quòd peccatum ſit in membris exterioribos: quia actus, qui per illa exercentur, non ſint peccata reſpectu voluntatis, & totius hominis; ſed, quia non ſunt peccata, provt per illa exercentur, & eo modo,quo poſſunt eſſe peccata actus ſenſualitatis, vt ex multotuio ſententia notat Azor. *tom.1.lib.4. cap.21.quaſt.3,& 5.* & Valent.1.2. *diſp.6.q.4.puncto 1.in fine.*

Neque S. Thomas 1.2. *quaſt.*81. *art.* 1. abſolutè concedit, quòd peccatum mortale, v. g. homicidij, poſſit derinari in membra exteriora, & in iis per ſe acceptis ſubiectari; ſed ſolùm, quòd deriuetur, in quantum membra ſunt aliquid hominis, & ſolùm mouentur à primo principio motiuo hominis,quod eſt voluntas: quod certè non eſt,peccata eſſe in ipſis membris, ſed ſolùm in homine. Atque ita expreſsè ait,quòd homicidium, quod manus committit, non imputatur manui ad peccatum, ſi manus conſideretur ſecundùm ſe; ſed ſolùm in quantum eſt aliquid ipſins hominis, & ideò non dicitur abſolutè peccatum manus, ſed peccatum humanum, vel peccatum bominis per manum.

13. *Peccatū originale quomodo dicatur traduci ad poſter s, ſicut peccatum actuale traducitur ad membra.*

Atque in hoc maximè facit pariratem cum peccato originali, quòd ſimiliter non conuenit huic perſonæ ſecundùm ſe; ſed ſolùm in quantum habet naturam à primo parente, & ideò appellatur peccatum naturæ. Quod verò additur, peccatum actuale poſſe traduci ad membra,quanuis hæc ſeruiliter ſolùm ſint ſubiecta rationi, ſicut peccatum originale à primo parente traducitur ad poſteros; quanuis ſimiliter ad voluntatem illius comparentur ſolùm, vt ſerui; & nullo modo, vt liberi; habet manifeſtam diſparitatem: quia enim peccatum originale non conſiſtit in actione morali; ſed ſolùm in carentia gratiæ, provt debitæ participari, ex vi originis non requirit in ſuo ſubiecto rationem principij, aut cauſæ, ſe ipſum mouentis; ſed ſolùm capacitatem proximam habendi gratiam. Et contrà: quia peccatum actuale, de quo loquimur, ſolùm conſiſtit in actione morali, & immanente, omninò requirit rationem principij, neque poteſt alteri tribui tanquàm ſubiecto, niſi illi tribuatur tanquàm principio: qualia tamen non ſunt membra exteriora per ſe accepta. Neque erit quæſtio, niſi de nomine, & de modo loquendi, ſi quis contendat, poſſe eſſe peccatum in membris exterioribus, tanquàm in inſtrumentis potentiarum, & principiorum humanorum actuum; quanuis non poſſit eſſe eo modo, quo in potentiis, & principiis, & quo poteſt eſſe in voluntate,& ſenſualitate,vel appetitu ſenſitiuo. Neque eſt negandum, quòd abſolutè rectè oeget S. Thomas,peccatum eſſe io membris exterioribus: ſiquidem actio abſolutè tribuitur principali agenti, noo autem inſtrumento,vt patet *ex quaſt.7 de malo, art.6.* vbi etiam *in reſponſ.ad 4.& 6.* hanc eandem ob cauſam expreſsè negat, quòd peccatum ſit tribuendum ſenſualitati,quando voluntas poſitiuè ſe habet, vt imperans, & in peccato reperitur aliquis actus poſitiuus voluntatis: ſed tunc ſolùm, quando neque ſe habet, vt imperans,neque vt prohibens: quia,ſcilicet, tunc ſolùm actus peccati poteſt referri io ſeoſualitatem,tanquàm in principium,& caoſam per ſe.

DISPVT. XXXVI.

An, & quomodo in ſenſualitate poſſit eſſe peccatum mortale,aut veniale.

1. *Senſualitas eſt ipſe appetitus ſenſitiuus.*
2. *Ex S. Thoma peccatum poteſt eſſe in ſenſualitate.*
3. *In ſenſualitate non poteſt eſſe peccatum mortale.*
4. *Proponuntur difficultates in contrarium.*
5. *Secundùm Caietanum, appetitus ſenſitiuus in homine habet libertatem quandam imperfectam, qua ſnfficit ad peccandnm venaliter.*
6. *In appetitn ſenſitino nnlla eſt libertas, etiam imperfecta.*
7. *Probatur ex S.Thoma.*
8. *Probatnr ex abſurdis.*
9. *Probatur à priori.*
10. *Delsberatio omninò excedit facultatem cognoſcitiuam ſenſus.*
11. *Reſpondetnr ad authoritates S. Thomæ pro ſententia Caietani allatas.*
12. *Ad authoritates ex Ariſtotele.*
13. *Reſponſio aliorum ad eandem primam difficultatem.*
14. *Impugnatur.*
15. *Reſpondent alij ad eandem primam difficultatem.*
16. *Impugnatur reſponſio.*
17. *Vera reſponſio.*
18. *Reſpondetnr ad ſecnndam difficultatem.*
19. *Motus primò primi, & ſecundò primi, ſecundùm S.Thomam,qui propriè ſint.*
20. *Ad tertiam.*
An, & quomodo in ſenſualitate poſſit eſſe actus virtntis.

NOMINE ſenſualitatis nihil aliud iotelligitur,niſi appeoitus ſenſitiuus,ſeu vis appetitiua ſenſitiuæ partis: quia enim appetitus mouetor ab appetibili apprehenſo, & hoc ſe habet, vt primum mouens, non motum, vt dicitur 3. *de anima,text.*54. dum per ſpecies intẽtionales primò mouet principium cognoſcitiuum, & hoc mediante motum tranſmitrit ad appetitum, vt dicitur *ibidem, text.*49. eius motio,in quantum eſt ab appetibili apprehenſo per ſenſum,vel à ſenſu moto per appetibile, rectè dicitur morio ſenſualis, & ipſa potentia appetitus,quæ recipit talem motionem,dicitor ſenſualitas, vt benè explicat S.Thom. 1.1.*quaſt.*81.*art.*1. *& quaſt.*25. *de ver. art.*1. Et quanuis, abſolutè loquendo, nomen ſenſualitatis poſſit tribni appetitui ſenſitiuo, vt patet ex S.Thom. *loc.cit.* quomodo etiam 3.*part.quaſt.*18. *art.*2. admittit ſenſualitatem eſſe in Chriſto;propriè tamen, ac preſsè boc nomen ſolùm accipitur in malam partem,in quantum appetitus mouetur ſolùm à ſenſu, & præuenit motionem rationis, nec perfectè participat de ratione, vt docet S.Thom. *in 2.diſt.24.quaſt.2.art.1. ad 3.& quaſt.3. art.2.* 1. *Senſualitas eſt ipſe appetitus ſenſitiuus.*

art.2.ad 3.& q.25 de ver.art.5.ad 8. Durand. *in 2.d.24.quæſt.5.n.*6.Med.*p.2.quaſt.74.art.*3.Conr. *ibidem, art.4.§ Maior vera.*& alij.Et ideò,propriè loquendo, ſola vitia dicuntur eſſe in ſenſualitate,& virtutes dicuntur eſſe in iraſcibili,& concupiſcibili. Et ſubdit S.Thom.*quæſt.25.de ver.art.5.ad* 8.*cit.* & patet 1.2. *quæſt.56.art.*4. quia, quanuis hæ potentiæ ſint ipſe appetitus ; ſpecialiter tameo ſenſualitas dicitur, provt non participat de ratione ; & hoc modo certiſſimum eſt, quòd in illa non poſſunt eſſe virtutes, quæ eſſentialiter ſunt habitus electiuus, & cum ratione,& eandem ob cauſam à S.Auguſtino *lib.12. de Trinit.c.12. tomo* 3. ſenſualitas dicitur fuiſſe ſignificata per ſerpentem : quia eſt principium perpetuæ corruptionis,vt explicat S.Th.1.2.*q.74.art.3.ad* 2.

2. *Ex S.Thoma peccatum poteſt eſſe in ſenſualitate.* De hac ergo ſenſualitate duas concluſiones ponit S.Thom. 1.2. *quæſt.74. art.3. &* 4. id eſt, in illa poſſe eſſe peccatum, & hoc quantùm eſt ex vi illius, non poſſe eſſe mortale. Primam concluſionem probat *art.*3.ex dictis *ſuprà, eadem quæſt.74.art.*1. *&* 2. quia in omni ea potentia poteſt eſſe peccatum,cuins actus poteſt eſſe volnntarius, & inordinatus;ita,ſcilicet, vt ipſa ſibi ſit illius principium, & per illum verè agat, non autem ſolùm agatur, & ab alio illum recipiat : & talis eſt actus ſenſualitatis,quando à voluntate noo reprimitur, & eſt in ſe turpis, & diſconueniens. Neque enim ex eo, quòd ſenſualitas ſit communis nobis, & brutis, ſequitur,quòd etiam in nobis illius actus non ſit peccatum, ſicut non eſt in brutis : ſiquidem ex eo,quòd in oobis iungatur cum ratione,participat maiorem quandam excellentiam; & cùm ſit nata obedire rationi, oon poteſt illius actus non eſſe peccatum, ſi ſit contra tationem, vt ſubdit *in reſponſ.ad* 1. Et quanuis ea tantùm dicamur nos ipſi perfectè facere, provt homines ſumus, quæ cum ratione, id eſt, perfecta deliberatione facimus, vt habet Ariſt. 9. *Ethic.cap* 8. facimus tamen imperfectè etiam illa, quæ facimus ex imperfecta deliberatione, ſi ſit in noſtra poteſtate illa reprimere,& non facere: & ideò etiam actus ſenſualitatis, quando rationem perfectam præueniunt, dicuntur imperfectè actus humani,& hoc eſt ſatis ad aliquam rationem peccati, id eſt, imperfectam, vt ſubdit *in reſponſ.ad* 3.

3. *In ſenſualitate non poteſt eſſe peccatum mortale.* Secundam concluſionem probat *art.* 4. quia, quemadmodum ordinare ad finem vltimum, & ſe ad illum mouere, & conuertere, non eſt ſenſualitatis, ſed ſolius rationis, quæ ſola cognoſcit habitudinem finis,& mediorum, & ſola habet dominium ſuorum actuum per liberum arbitrium,quod eſt facultas voluntatis, & tationis, vt dicitur 1.2. *quæſt.1.art.*2. ita neque poteſt eſſe ſenſualitatis ab illo deordinare, & ſe remouere, vel auertere;in quo tamen cõſiſtit propria ratio peccati mortalis,id eſt,inordinatio corrũpens principium vitæ ſpiritualis, quod eſt vltimus finis. Vnde, quanuis actus, qui eſt in ſenſualitate, poſſit eſſe peccatum mortale ex obiecto, vt,v.g.ſi ſit circa delectabilia carnis ; non tamen habet, quòd ſit mortale ex eo,quòd ſit ſenſualitatis ; ſed ex eo,quòd ſit rationis, cuius eſt ordinare in finem, vt dicitur *in reſponſ.ad* 1.cùm enim actus morales,& humani, qui non ſunt actus ſolius voluntatis,& ab illa ſolùm elicitis, in tantum ſint voluntarij, & humani, in quantum includant actum interiorem voluntatis, & actum exteriorem alterius potentiæ, vt *ſuprà* diximus ex 1. 2. *quæſt.* 18. *art.*6. actus ſenſualitatis non poſſunt habere, quòd ſiot mortalia ex illo, quod formaliter dicunt ex parte ſenſualitatis ; ſed ex illo, quod dicunt ex parte voluntatis, cuius eſt propriè operari, vt circa finem. Et eadem ratione etiam contingit in actibus virtuoſis : oam, quanuis temperantia,& fortitudo ſint virtutes potentiarum irrationalium, id eſt, concupiſcibilis, & iraſcibilis, vt patet ex Ariſt. 3.*Ethic.c.*10. & S.Thom 1.2.*q.56. art.*4. non tamen perficiuntur principaliter in ratione actus boni, & virtuoſi, per id, quod eſt concupiſcibilis, & iraſcibilis ; ſed per id, quod eſt rationis,& voluntatis, vt dicitur *in reſponſione ad* 2. cùm virtus moralis non ſit ſine electione, & hæc per ſe non pertineat niſi ad voluntatem ex directione prudentiæ.

Neque ex eo, quòd in ſenſualitate, & principaliter ſecundùm illud, quod dicit ex parte ſenſualitatis, poſſit eſſe peccatum veniale, quod communiter dicitur eſſe diſpoſitio ad mortale ; ſequitur, quòd in illa, & ſecundùm idem, poſſit etiam eſſe mortale, ad quod eſt diſpoſitio : ſiquidem non ſemper id, quod eſt diſpoſitio ad aliud, eſt idem cum illo, vel in eodem ſubiecto ; ſicut ſcientia inchoata dicitur diſpoſitio ad ſcientiam perfectam,a qua non diſtinguitur, & calor dicitur diſpoſitio ad formam ignis : ſed aliquando quidquid iuuat, vt perueniatur ad aliud,dicitur diſpoſitio : vt,v.g. bonitas imaginationis ad perfectionem ſcientiæ,& hac ratione etiam peccatum veniale, quando eſt in ſenſualitate, & ſecundùm id,quod dicit ex parte illius, dicitur diſpoſitio ad mortale in voluntate, & ſecundum id, quod dicit ex parte voluntatis,vt dicitur *in reſponſ.ad* 3.

4. *Proponuntur difficultates in cõtrarium.* Sed contrà eſt difficultas : quia, quanuis tota hæc doctrina,de peccato ſolùm veniali, non autem mortali in ſenſualitate, ſit communiter tradita, non modò à S.Thoma, ſed etiam ab antiquiſſimis Theologis,cum Mag. *in 2.diſt.*24. vix tamen videtur poſſe aſſignari, cui fundamento ſatis nitatur : nam, ſi ſit ſermo de ſenſualitate per ſe accepta, & provt præſcindit à voluntate,tam eſt incapax peccati venialis, quàm mortalis,cùm impoſſibile ſit, aliquid eſſe voluntarium ſine voluntate,vt ex ſe patet;vel eſſe peccatum,ſi non ſit volũtarium,vt omnes communiter admittunt, ex S.Auguſt. *lib.3.de lib arbitr.cap.17.& 18.& lib de vera, & falſa relig. cap.14. & lib.1.Retract.cap.9. & lib. de duabus animabus,cap.*10. quod certè tam conuenit peccato veniali, quam mortali. Et quemadmodum cognitio ſenſitiua non poteſt pertingere ad malitiam motalem, quæ eſt valdè remota a ſenſibilibus: ita neque ad illam poteſt pertingere appetitus, ſiue ſit in peccato mortali, ſiue in veniali : ſi verò ſit ſermo de ſenſualitate, provt includit actum voluntatis, vel poſitiuum, vel priuatiuum, ſecundùm quem ſolum ipſe motus ſenſualis eſt voluntarius, vel directe, vel indirectè, contraria ratione ſenſualitas, tam videtur eſſe capax peccati mortalis, quàm venialis: ſicut enim, ſi voluntas poſitiuè imperet, aut negatiuè non reprimat actum appetitus circa materiam leuem, contrahitur in appetitu culpa leuis,& venialis ; ita ſi imperet,vel non reprimat eundem actum circa materiam graoem,debet contrahi culpa grauis,& mortalis.

Neque valet id, quod dicitur à S.Thom.1.2.*q.74. art.*4. quòd ſenſualitas non poſſit deordinare à fine vltimo, ſicut neque poteſt ad illum ordinare : neque enim deordinatio, aut auerſio ab vltimo fine, quæ eſt in peccato mortali, debet directè intendi ab illa potentia,quæ peccat mortaliter, vt patet communiter etiam in peccatis voluntatis ; ſed ſatis eſt,ſi directè intendatur tendentia, vel conuerſio ad bonum creatum,qui eſt finis indebitus, & ex illa conſequatur auerſio à bono increato,qui eſt finis debitus : & quemadmodum ſenſualitas per peccatum veniale poteſt tendere,v.g.in delectationẽ gulæ, tanquam in finem indebitum venialiter, & ſine auerſione ab vltimo fine ; ita etſi inſtet præceptum ieiunij, videtur

poſſe in eandem tendere, tanquàm in finem indebitum mortaliter, & cum auerſione ab vltimo fine; & in hoc eaſu talis actus, etiam ex eo, quòd eſt ſenſualitatis, habebit, vt ſit mortale: ſiquidem ex eo ſi habet, vt cottumpat principium vitæ ſpiritualis, & per conuerſionem ad finem indebitum, fundet auerſionem à fine debito.

Secundò eſt difficultas: quia motus ſenſualitatis, qui tationem præueniunt, nullo modo ſunt in noſtra poteſtate, aut ſub dominio voluntatis; & ideò eſt impoſſibile, vt ſint peccata, etiam venialia, vt dicitur 1.2.*q.*74. *art.*3.*ad* 3. ſicut enim, quando proueniunt ſolùm ex diſpoſitione corpotali, & qualitate ipſius organi, vt quando calefacto corpote, v.g. inſurgit motus libidinis, & imaginatio potiùs ſe habet vt concomitans, quàm vt cauſans, vt loquitur Conr. 1.2.*q.*74.*art.*3. ex Capr. *in* 2.*d.*24.*q.*1.*art.*3.*ad* 8. *Durandi, contra* 1.*concluſ.* ſunt motus merè naturales, & dicuntur primò primi, & ad illos poteſt virtus Dæmonis, ex poteſtate ſuæ naturæ, qua poteſt in tranſmutationem corpotalium; & ideò nullam habent tationem peccati, etiam venialis, vt expreſsè aſſerit S. Thomas *quæſt.*7. *de malo*, *art.*6.*ad* 8. *& in* 2.*d.*21. *quæſt.*1.*art.*2.*ad vlt.* quia, ſcilicet, talis diſpoſitio corporalis nullo modo eſt in noſtra poteſtate, & rationem umninò præuenit: ita, etſi proueniant ex imaginatione, vel aliter quomodocunque præueniant vſum rationis, non videntur poſſe habere rationem peccati, etiam venialis, cùm ſimiliter eo ipſo, quòd rationem præueniunt, non ſint in noſtra poteſtate.

Tertiò, actus ſenſualitatis, ſicut non poteſt eſſe actus virtutis, & honeſtus; ita nec poteſt eſſe actus vitij, & peccatum: cùm enim malitia formalitet conſiſtat in priuatione bonitatis, impoſſibile eſt, vt ab ea potenria ſit malitia, à qua non poteſt eſſe bonitas; quæ tamen in caſu noſtro non poteſt eſſe à ſenſualitate, cùm actus bonus, & virtuoſus debeat eſſe electio, & virtus ſit habitus electiuus.

5. *Secundùm Caietanum, appetitus ſenſitiuus in homine habet libertatem quãdam imperfectã, quæ ſufficit ad peccandum venialiter.*

Ad primum Reſpondet primò Caiet. *ad art.*4 *cit.* ſenſualitatem, vel appetitum ſenſitiuum in homine, ex eo, quòd ſit coniunctus cum ratione, & appetitu volentis, ex ſe ipſo habere quandam libertatem ſibi propriam, quæ ſufficiat ad peccatum veniale, etiam independenter à voluntate, quamuis non ad mortale, quod requirit libertatem magis perfectam, id eſt, ipſius voluntatis. Et pro hac ſententia videtur facere etiam S. Thom. *eadem q.*74 *art.*2.*ad* 3. vbi ait, potentias appetitiuas interiores comparari ad rationem, quaſi libetas: quia agunt quodammodo, & agũtur; & ideò 1.*Polit.cap.*3. ſolùm ciuiliter dici ſubiectas; non autem ſeruiliter, ſicut membra exteriora, & eam ob cauſam poſſe eſſe ſubiectum peccati. Et tatio videtut eſſe: quia, vt habet idem S. Thom. *art.*3. *ſequente ad* 1. etiam aliæ vires, & potentiæ partis ſenſitiuæ ita nobis ſunt communes cum brutis, vt tamen in nobis haheant aliquam excellentiam ex hoc, quòd iungantur cum ratione: ſic enim in nobis potẽtia cogitatiua, 3.*de anima, text.*20.*&* 58. dicitur intellectus paſſiuus, & ratio particularis: quia diſcurrit circa ſingularia, & eſt collatiua intentionum indiuidualium, ſicut ratio intellectiua vniuerſalium, vt loquitur S. Thom. 1.1. *q.*78. *art.*4. & ſimiliter reminiſcentia, quaſi ſyllogiſticè inquitit memoriam præteritorum, idque huiuſmodi potentiis cõuenit propter affinitatem, & propinquitatem ad rationem vniuerſalem, & quaſi ſecundùm quandam teſluentiam, vt ſubdit S. Thom. *ibid. in reſp. ad* 5. & per hunc modum etiam vires, & potentiæ appetitiuæ propter eandem coniunctionem cum ratione, participant in nobis hanc excellentiam, vt ſint natæ obedire rationi, & quantùm ad hoc poſſunt eſſe ptincipium actus voluntarij, & ſubiectum peccati, vt habet idem S. Thom. *art.*2.*cit.ad* 1. Et eadem ratione veriſſimum eſt, quod idem concludit *in reſp. ad* 3. quòd motus ſenſualitatis, provt rationem præneniunt, ſint quid imperfectum in genere actus humani; & ideò poſſint eſſe peccatum veniale; quod ſimiliter eſt quid imperfectum in genere peccati, & ſolùm tequirit libertatem imperfectam. Et clariùs hoc totum videtur admittere idem S. Thom. *in* 2.*d.*21.*q.*1. *art.*2.*ad vlt.* vbi ait, motum concupiſcibilis, quando inſurgit ex apprehenſione obiecti delectabilis, non autem ſolùm ex alteratione, aut qualitate organi, & merè naturaliter, ideò eſſe peccatum, quia appetitus concupiſcibilis, ſaltem in homine, habet quandam libertatem, ſecundùm qood poteſt ubedire imperio rationis. Et denique idem videtur docete etiam Ariſt. 3. *de anima, text.*56. vbi diuidit imaginationem in tationalem, & ſenſitiuam: & *text.*57. imaginationem rationalem ait eſſe deliberatiuam, & nũ reperiri niſi in homine: & *paulò pòſt*, appetitum ſenſitiuum in homine habere proprium motum, ſicut habet ſphæra inferior reſpectu ſuperioris, & ſecundùm illum mouere aliquando, & vincete ipſam voluntatem, vt cũtingit in incontinentihus: & 8. *Phyſic. text.*29. vbi ait, animalia ita mouere ſe ipſa, vt etiam poſſint ſe ipſa ſiſtere; & impoſſibile eſſe, quòd aliquid ſibi ipſi ſit cauſa ambulandi, niſi etiam ſibi ipſi ſit cauſa non ambulandi; quod eſt babere libertatem, & potentiam ad oppoſita.

6. *In appetitu ſenſitiuo nulla eſt libertas, etiã imperfecta.*

Sed contra hanc doctrinam de libertate imperfecta, & propria ipſius appetitus ſenſitiui, facit primò commune ptoloquium omnium Theologotum ex S. Auguſt. *loc. cit. in argum.* quòd impoſſibile ſit, aliquid eſſe peccatum, niſi ſit voluntarium. In quam ſententiam plura alia ex Sanctis Patribus videri poſſunt apud Valen. 1.2.*diſp.*6.*q.*4.*puncto* 2. Et præterea facit

7. *Probatur ex S. Thoma.*

doctrina *ſuprà* ttadita ex S. Thom. 1.2.*q.*74. *art.*1. quòd omne peccatum ſit in voluntate, vt in ſubiecto: quia omnis actus moralis eſt actus immanens, & voluntarius: & *art.*2. *ad* 1. quòd non peccetur niſi voluntate, tanquam primò mouente, & aliis potentiis ſolùm peccetur, tanquàm ab ea motis: & *ſuprà*, *q.*71.*art.*6.*ad* 2. quòd prima cauſa omnis peccati ſit voluntas; quia impetat omnes actus voluntarios, in quibus ſolùm poteſt reperiri peccatum: & 2.2.*q.*10. *art.*2. quòd principium primum, & vniuerſale omnis peccati ſit voluntas, & aliæ potẽtiæ ſolùm ſint principium proprium, & proximum: & ideò omne peccatum ſit in voluntate, tanquàm in ptimo principio: & *in* 2.*diſt.*24.*q.*3.*art.*2. quòd peccatũ nihil ſit aliud, quàm actus inordinatus, pertinens ad genos moris, & nullus motus ponatur in genere moris, niſi habita comparatione ad voluntatem, quæ eſt principium moralium; & ideò ibi incipit genus moris, vbi primò inuenitur dominium voluntatis: & *d.*41.*quæſt.*2. *art.*2. quòd *omne peccatum ſit in voluntate, tanquàm in cauſa, & ſubiecto primo; quia illud eſt ſubiectum primum peccati, ex quo ineſt homini capacitas ad peccatum; & homo non eſt capax peccati, niſi per voluntatem, & liberum arbitrium, ex quo eſt dominus ſuorum actuum.* Et his ſimilia etiam habet *pluribus aliis locis*, vt diximus *diſp. præcedenti*, præſertim *num.*9.

8. *Probatur ex abſurdis.*

Deinde contra ſententiã Caiet. poteſt obiici: quia ex illa ſequitur, omnes motus ſenſualitatis, qui ſunt de re mala, eſſe peccata venialia, ac proinde non dari motus primò primos, qui excuſentur, idque eſſe vetum, ſiue contingant huiuſmodi motus in ſomnis, ſiue in vigilia: ſiquidem appetitus ſenſitiuus, etiam in ſomnis, eſt ſolutus, & liber; ac proinde etiam tunc poteſt exetcere ſuã libertatẽ, ſi illã habet; quod tamẽ eſt eontra omnes, vt notat Azot. *tom.*1 *lib.*4.*c.*21.*q.*5.

Imò

Imò etiam ſequitur,qnòd huiuſmodi motus ſenſualitatis poſſint eſſe peccata, etiam quando voluntas actualiter iis repugnat, ſi, ſcilicet, ſenſualitas pro ſua libertate aliquandio eos retineat; quod tamen eſt contra Trid. *ſeſſ. 5. in decreto de peccato originali*, vbi deſinit, concupiſcentiam, vel fomitem nullo modo nocere poſſe iis, qui non conſentiunt, & contra illam per Dei gratiam viriliter pugnant: multùm enim omninò noceret, ſi poſſet habere peccatum ex propria libertate, & contra voluntatem.

Tertiò, quia, ſi admittatur, huiuſmodi appetitum ſenſitiuum habere aliquam libertatem; non tamen hinc ſequitur, quòd illa ſit ſatis ad peccatum veniale: ſiquidem etiam in pueris, & amentibus reperitur libertas circa aliqua; nec tamen propterea ſunt capaces culpæ, aut meriti; cùm non diſcernant ſufficienter inter malitiam, & bonitatem moralem, quæ eſt quid remotum à ſenſibilibus, vt notat Mol. 1.1. *quæſt.* 14. *art.* 13. *diſput.* 2. & nos indicauimus *lib.* 1. *diſp* 8. *num.* 3. *& diſput.* 9. *num.* 5. quod idem à fortiori debet contingere etiam in appetitu, cùm ſimiliter malitia, & bonitas moralis omninò excedat cognitionem ſenſitiuam, ex qua ille mouetur.

9. *Probatur à priori.* Quartò denique poteſt afferri ratio: quia, quemadmodum deliberatio omninò excedit totam facultatem cognoſcitiuam ſenſus; ita etiam libertas totam facultatem appetitiuam, quæ eſt apta moueri à ſenſu: vt enim patet *ex* 1.2. *quæſt.* 6. *art.* 2. *ad* 2. tota libertas, & indifferentia potentiæ appetitiuæ fundatur in deliberatione potentiæ cognuſcitiuæ; & ideò voluntas poteſt in oppoſita; quia ratio deliberans ſe habet ad oppoſita; &, vt dicitot *q.* 24. *de ver. a.* 2. tota ratio libertatis dependet ex modo cognitionis

10. *Deliberatio omnino excedit facultatē cognoſcitiuā ſenſus.* Quòd verò deliberatio excedat facultatem cognoſcitiuam ſenſus, patet ex eo: qnia, ſi loquamur de libertate contrarietaris, & quoad ſpecificationem, omninò reqnirit aliquam cognitionem vniuerſalem, qua menſurentur ea, quæ cadunt in deliberationem, & in qua plura phāraſinata fiant vnum, vt loquitur Ariſt. 3. *de anima, text.* 57. id eſt, plura obiecta, vel plures rationes obiecti ad inuicem conferantur, & comparentor: & ſi ægrotus, v. g. deliberet de hoc, vel illo medicamento ſumendo, omninò indiget hoc aſſenſu vniuerſali, quòd illud ſit ſumendum, quod eſt conducibilius ad ſanitatem; & huic tanquàm communi menſuræ debet poſteà applicare hoc, & illud particulare medicamentum, vt tandem colligat, tanquàm concluſionem, quòd hoc ſit ſumendum, & illud ſit relinquendum: ſi verò loquamur de libertate contradictionis, & quoad exercitium, præter huiuſmodi notitiam vniuerſalem, omninò requirit facultatem reflexiuam ſupra ſuos actus: nam, ſi conſtet, v. g. determinatè de bonitate obiecti, non poteſt deliberari de exercitio actus circa illud ponendo, vel non ponendo, niſi proponatur appetitui, vt imperet talem deliberationem, & per conſequens niſi potentia, per quam id proponitur, ſit reflexiua ſupra ſuos actus, & ſupra ſuam deliberationem: & præterea eſt opus aliqua notitia vniuerſali, quæ tanqoàm regula, & menſura dirigat totam deliberationem, & in qua fiant vnum, & comparentur tam actus, quàm negatio actus: ſic enim *7. Ethic. cap.* 3. negantur beſtiæ poſſe eſſe incontinentes: quia, quamuis habeant imaginationem, & memoriam particularium, non tamen habent æſtimationem vniuerſalium: & S. Thom. 1.2. *quæſt.* 13. *art.* 6. ex eo probat, quòd voluntas poſſit liberè velle, & non velle, agere, & non agere; quæ eſt libertas quoad exercitium: quia ratio poteſt apprehendere, vt bonum, tam hoc, quod eſt velle, & agere, quàm hoc, quod eſt non velle, & non agere, quod eſt reflecti ſupra ſuos actus: & clariùs *qu.* 24. *de ver. art.* 2. *cit.* ideò ait, radicem libertatis ſolùm eſſe conſtitutam in ratione; quia ſola ratio eſt reflexiua ſupra ſuos actus, & iudicatiua de ſuis iudiciis: & quemadmodum ex his rationibus negatur libertas in brutis, quia neque poſſunt pertingere ad cognitionem vniuerſalem, neque reflecti in ſuos actus, vt notat Bellarm. *lib.* 3. *de gratia, & lib. arb. cap.* 15. *tom.* 4. ita & ex iiſdem eſt neganda ſimpliciter intra totam latitudinem gradus ſenſitiui, & per conſequens etiam in appetitu ſenſitiuo, qui eſt in homine, vt videre eſt apud Salas *in* 1. 2. *tract.* 1. *diſputat.* 4. *ſect.* 1. Atque has ob cauſas hæc ſententia Caietani de libertate imperfecta communiter ab omnibus reiicitur, vt notat Azot. *tomo* 1. *lib.* 4. *cap.* 21. *quæſt.* 5. Vaſquez 1.2. *diſput.* 103. *cap.* 2. *num.* 5. *& cap.* 4. *num.* 9. *& diſput.* 104. *cap.* 1. *num.* 3. & alij.

Neque illi fauet S. Thom. quòd enim ait 1. 2. *qu.* 74 *art.* 2. *ad* 3. potentias appetitiuas comparari ad rationem, vt liberas, quia agunt quodammodo, & aguntur, ſolùm ſignificat, quòd poſſint aliquo modo illi reſiſtere ratione alterius notitiæ inferioris, à qua proximè ſunt aptæ moueri, & quoad hoc in ordine ad rationem ſe habeant aliquo modo, vt liberæ, cùm poſſint in contrarium niti; non autem, quòd ex ſe, & ſimpliciter habeant libertatem, & poſſint ſimpliciter niti in contrarium, quàm eis proponatur à potentiis cognoſcitiuis: vt enim benè explicat S. Th. 1.1. *q.* 71. *a.* 5. *ad* 2. in hoc conſiſtit dominium deſpoticum, quod anima exercet in corpus, *ex* 1. *Polit. cap.* 3. quòd *membra corporis in nullo poſſint reſiſtere imperio animæ; ſed ſtatim ad appetitum animæ moueatur manus, & pes, & quodlibet aliud membrum, quod eſt natum moueri voluntario motu*: & quoad hoc huiuſmodi membra dicuntur ſe habere, vt ſerui, *qui non habent facultatem in aliquo reſiſtendi imperio præcipientis, & nihil habent proprij.* In hoc verò conſiſtit dominium ciuile, quod eadem anima exercet in iraſcibilem, & concupiſcibilem; quia, cùm hæc habeant aliquid proprium, poſſunt ſua iura tueri, etiam contra imperium Principis, eíque reniti: cùm enim appetitus ſenſitiuus ſit natus moueri, non ſolùm ab æſtimatiua in brutis, & à cogitatiua in homine, quam dirigit ratio vniuerſalis; ſed etiam ab imaginatione, & ſenſu; ſi hæc imaginetur, & ſentiat aliquid delectabile, quod ratio vetat, vel aliquid triſte, quod ratio præcipit, etiam appetitus rationi repugnat, dum ſimul mouetur ab imaginatione, & ſenſu contra rationem: ſic enim contrarietatem appetituum explicat Ariſt. 3. *de anima, text.* 53. dum ait, intellectum retrahere propter futurum, & concupiſcentiam trahere propter præſens, quod apparet in obiecto: & vt habet Bellarm. *lib.* 3. *de gratia, & lib. arb. cap.* 15. *cit.* quemadmodum homines in certis rebus habent conditionalem neceſſitatem, & abſolutam libertatem, vt, v. g. quando non poſſunt non eligere medium, ex ſuppoſitione, quòd finem intendant; ita & è contrà appetitus ſenſitiuus, etiam in brutis, habet abſolutam neceſſitatem, & ſolùm conditionatam libertatem, vt etiam concedit S. Thom. *quæſt.* 24. *de ver. art.* 2. *cit. in corp.* & ita poteſt appetere potiùs hoc, quàm illud, ſi æſtimatiua, vel imaginatiua ita iudicet; vt tamen abſolutè non poſſit appetere niſi hoc, quando æſtimatiua, vel imaginatiua determinatè non iudicat niſi hoc. Atque hic modus operandi ex motione imaginationis, aut ſenſus contra rationem, ſatis eſt, vt dicatur appetitus, & ſenſualitas non modò agi, ſed etiam agere, ſi comparetur ad rationem, & 11. *Ad authoritates S. Th. pro ſententia Caietani allatas.*

ponatur tanquàm ſubiectum peccati venialis, quando ratio, & voluntas efficaciter talem operationem non probibet. Idque ſolùm excellentiæ concedit S. Th. 1.2. *q.74. art.3. ad* 1. ex coniunctione ſenſualitatis ad rationem; quòd, ſcilicet, etiam ipſa ſit nata obedire rationi, & ex illa per quandam redundantiam, aut refluentiam participet de libertate, & de malitia. Et quemadmodũ cogitatiua, & vires partis ſenſitiuæ ex coniunctione ad rationem non pertingunt ad cognitionem vniuerſalium, & vt ſint reflexiuæ ſupra ſe ipſas, & per conſequens neque pertingunt ad perfectionem deliberandi; ita & ſenſualitas, & vires partis appetiuæ non pertingunt ad libertatem.

12. *Ad authoritates ex Ariſtot.* Et eadem ratione eſt intelligendum id, quod affertur ex Ariſtot. nam 3. *de anima, text.* 56. nomen imaginationis, aut phantaſiæ, ſumit largè, prout comprehendit etiam intellectum, & dicit quancunque potentiam interiorem, in qua contingit apparitio obiecti, vt notat S. Thom. *ibid. lect.* 16. & hac ſolùm ratione *text.* 57. ſubdit, quòd imaginatio rationalis ſit deliberatiua, id eſt, ipſe intellectus; & de appetitu ſolùm ait, quòd aliquando mouet voluntatem: quia mouetur ab imaginatione, & ſenſu iudicante contra rationem; quamuis ſecundùm naturam voluntas & ratio debeat mouere appetitum; ſicut ſphæra ſuperior mouet inferiorem. Et 8. *Phyſic. text.* 29. ſolùm ait, quòd potentia motiua in animalibus, quæ ſola dicuntur mouere ſe, non ſit determinata, quantùm eſt ex ſe, potiùs ad vnum oppoſitorum, quàm ad aliud, ſicut eſt potentia motiua in naturalibus, & in animatis; quod veriſſimum eſt per hoc ſolùm, quòd poſteà determinetur ex iudicio imaginationis; non autem ex intrinſeca indifferentia, & libertate ipſius appetitus, vt notat S. Thom. *qu.* 24. *de ver. art.* 2. *cit. ad* 2. Vnde Ariſtoteles, quemadmodum 2. *de anima, text.* 157. brutis abſolutè negat rationem: ita *& lib.* 3. *text.* 57. *&* 2. *Phyſic. text.* 79. negat deliberationem; & 9. *Ethic. cap.* 2. *& lib.* 2. *Moral. eodem cap.* 10. negat electionem, quæ eſt effectus deliberationis, & ipſum formale exercitium libertatis, neque poteſt alio modo iis concedi libertas, niſi ſecundùm quoddam veſtigium, vt loquitur Mol. 1. 1. *quæſt.* 14. *art.* 13. *diſput.* 12. vel ſecundùm quandam imaginem, & adumbrationem, vt loquitur Bellarm. *lib.* 3. *de gratia, & lib. arb. cap.* 15. *cit.* in quantum eorum appetitus non eſt determinatus tantùm ad vnum, ſicut potentiæ naturales, ſed poteſt etiam ad oppoſita, ſi ad illa determinetur per imaginationem, aut æſtimatiunem.

13. *Reſponſio aliorum ad eandem primam difficultatem.* Secundò, ad eandem difficultatem Reſpondet Vaſq. 1.2. *diſp.* 104. *cap.* 5. *num.* 9. *& ſeqq.* & alij apud Azorium *lib.* 4. *cap.* 21. *qu.* 5. S. Thom. loqui de ſenſualitate, etiam vt mouetur à voluntate, & ſolùm ex eo negare, quòd in illa poſſit eſſe peccatum mortale; non, quia tale peccatum in illa non ſit ſecundùm realitatem actus, & ſecundùm malitiam moralem; ſed, quia non eſt formaliter, in quantum mortale, & in quantum inducit priuationem principij vitæ, quæ eſt gratia: ſicut enim gratia, & charitas, quæ eſt vita, non eſt in ſenſualitate; ſed in ratione & voluntate; ita & in eadem eſt priuatio gratiæ, quæ eſt mors, & per conſequens etiam peccatum, in quantum mortale. Idque ſignificat S. Th. 1.2. *q.* 74. *a.* 4. *in corp.* quãdo ait, ſolius rationis eſſe ordinare in finem, & deordinare à fine; non autem ſenſualitatis; & ideò ſolius rationis poſſe eſſe peccatum mortale, quod eſt deordinatio vſque ad auerſionem ab vltimo fine: ſolùm enim loquitur de ordinatione in finem per gratiam, & charitatem: vnde & clariùs *in reſponſione ad* 1. ait, quòd actus ſenſualitatis poteſt quidem concurrere ad peccatum mortale; ſed hoc non habet, quòd ſit mortale ex eo, quod eſt ſenſualitatis; ſed ex eo, quod eſt rationis, cuius eſt ordinare in finem, & ideò peccatum mortale non attribuitur ſenſualitati, ſed rationi.

Sed contrà eſt: quia S. Thomas per ordinationem, & inordinationem à fine, quam ait eſſe ſolius rationis, non intelligit ordinationem, aut inordinationem habitualem per gratiam, aut priuationem gratiæ; ſed actualem, quæ conſiſtit in actuali directione rationis, & operatione voluntatis: neque enim loquitur de peccato habituali; ſed de actuali; & ad hoc priuatio gratiæ non ſe habet formaliter, ſed conſequenter, vt patet ex dictis *ſuprà q.* 72. *a.* 5. Et quemadmodum S. Th. in voluntate abſolutè concedit peccatum mortale, quia in illa eſt actus deordinans hominem ab vltimo fine per priuationẽ gratiæ, quam inducit in eſſentiam animæ, in qua ſola ex eodem S. Thoma eſt gratia, vt in ſubiecto, vt patet 1.2. *quæſt.* 100. *art.* 4. ita & abſolutè debuiſſet illud concedere in ſenſualitate, ſi etiam in illa, vt in ſubiecto, poteſt eſſe realitas, & malitia actus deordinantis ſimiliter hominem ab vltimo fine per eandem priuationẽ gratiæ in eſſentia animæ: ſicut enim in corporalibus deordinatio in humoribus ſolùm cauſaliter denominatur mortalis per corruptionem principij vitæ, quam cauſat in aliis partibus vitam habentibus, quæcunque tandem illæ ſint; neque eſt neceſſarium, vt eam cauſet in ipſis humoribus, in quibus eſt deordinatio; ita & in moralibus deordinatio operationis poteſt cauſaliter dici mortalis per corruptionem gratiæ, & vitæ ſpiritualis, ſi illam cauſet in eo ſubiecto, in quo eſt deordinatio; & alioqui, ſi hoc requireretur, neque etiam poſſet dici peccatum, vt mortale, eſſe in voluntate, cùm non in illa, ſed in eſſentia animæ, in qua ſola ex S. Thom. eſt vita, poſſit cauſare corruptionem vitæ. Et hac eadem ratione S. Thomas *quæſt.* 74. *cit. art.* 5. *ſequente*, abſolutè concedit, quòd peccatum poſſit eſſe in ratione, & potentia intellectiua ſecundùm duplicem illius actum, id eſt, ſi habeat errorem, vel ignorantiam circa cognitionem veri, quam poteſt, & debet habere; & ſi imperet, vel dirigat actus inordinatos aliarum potentiarum inferiorum, vel etiam poſt deliberationem illos coërceat: & tale peccatum poſſe eſſe mortale, patet manifeſtè in peccato infidelitatis, quod certiſſimum eſt eſſe mortale: & 2.2. *quæſt.* 10. *art.* 2. dicitur eſſe in intellectu. 14. *Impugnatur.*

Denique ad idem facit, quod S. Th. *aliis locis*, pro ratione, quòd in ſenſualitate non poſſit eſſe peccatum mortale; ſed ſolùm veniale, nunquam affert, quòd in illa non poſſit eſſe priuatio gratiæ; ſed quòd in illam, quando præuenit deliberationem, & perfectum vſum rationis, & quando ipſa ſibi eſt principium agendi, non habeat voluntas perfectum dominium, ſicut requiritur ad peccatum mortale, ſed ſolùm imperfectum, quale ſufficit ad veniale, vt videre eſt apud ipſum *in* 2. *d.* 24. *quæſt.* 3. *art.* 2. *& q.* 25. *de ver. art.* 5. quæ ratio videtur eſſe eadem cum ea, quam affert 1.2. *quæſt.* 74. *art.* 3. vbi *in corp.* ideò ait, peccatum poſſe eſſe in ſenſualitate: quia eſt nata moueri à voluntate, & ad tertium motum illius, ideò eſſe peccatum veniale: quia eo ipſo, quòd præuenit rationem, non eſt perfectè actus humanus, & ideò neque perfectè poteſt eſſe actus virtutis, aut vitij, ſed ſolùm imperfectè, quale eſt peccatum veniale.

Tertiò, Reſpondet Durand. *in* 2. *d.* 24. *quæſt.* 5. *num.* 8. Cordub. *lib.* 1. *quæſt. q.* 23. Med. 1.2. *quæſt.* 74. *art.* 4. & aliqui alij apud Azor. *lib.* 4. *cap.* 21. *quæſt.* 5. *cit.* & apud Vaſquez 1.2. *diſput.* 104. *cap.* 3. in ſenſualitate 15. *Reſpondent alij ad eandẽ primam difficultatem.*

ideò

ideò poni peccatum veniale; non autem mortale, quia nomine ſenſualitatis ſpecialiter, & propriè ſolùm appellatur appetitus ſenſitiuus, in quátum præuenit vſum rationis, & ſolùm ſequitur motionem ſenſus contra rationem: quia enim peccatum mortale requirit perfectam deliberationem, omninò repugnat, vt ſit in ſenſualitate, prout ſenſualitas eſt, & operatur ſine deliberatione, quanuis poſſit in illa eſſe, prout eſt appetitus ſenſitiuus, & ſimpliciter dicitur concupiſcibilis, & iraſcibilis: quibus nominibus appellatur etiam, prout præuenit deliberationem.

16. *Impugnatur reſponſio.* Sed contrà eſt: quia S. Thom *art.* 3. *&* 4. *cit.* pro eodem accipit ſenſualitatem, & appetitum ſenſitiuum, & quæſtionem inſtituit de re ipſa, non autem ſolùm de nomine: vnde & *art.* 3. *in corp.* ex eo probat, quòd peccatum, abſolutè loquendo, poſſit eſſe in ſenſualitate: quia appetitus ſenſitiuus in homine eſt natus moueri à voluntate. Et ad primum: quia ex coniunctione ad rationem habet in nobis quandam excellentiam præ aliis animalibus, vt ſit natus obedire rationi: & *a.* 4. non ex eo probat, quòd in ſenſualitate non poſſit eſſe peccatum mortale, quia vt ſenſualitas non operatur deliberatè; ſed, quia non eſt ipſius, deordinare ab vltimo fine. Et ad primum, apertè ait, quòd etiam, quando ipſius actus eſt deliberatus, & peccatum mortale non habet, quòd ſit mortale ex eo, quòd eſt ſenſualitatis, ſed ex eo, quòd eſt rationis: & *quæſt.* 25. *de ver. art.* 5. *ad* 10. quòd actus ſenſualitatis, quando eſt peccatum mortale, eſt vnus actus ſimul cum actu rationis, & voluntatis; & hic in tali peccato ſe habet, vt formale, ſicut & actus exterior ſe habet vt materiale reſpectu interioris.

17. *Vera reſpõſio.* Quartò, omnium optimè ad mentem S. Thom. videtur poſſe reſponderi cum Azor. *lib.* 4. *cap.* 21. *qu.* 5. *cit.* Conr. 1.2. *quæſt.* 74. *art.* 4. & aliis apud Caietan. *ibidem*, & apud Vaſquez *diſput.* 104. *cap.* 2. ſi dicamus, in vtraque concluſione eſſe ſermonem de actu ſenſualitatis, prout includit priuatiuè actum rationis, & voluntatis, & prout præuenit perfectam deliberationem: hac enim ratione poteſt actus illi tribui, tanquàm principio, & ſubiecto, ſicut requiritur ad actum moralem, cuius eſt proprium, vt ſit immanens, vt patet ex dictis *diſput præcedente.* Et quia non procedit deliberatus, non eſt perfectè ab homine, vt homo eſt, & vt eſt dominus ſuorum actuum; & ideò non poteſt eſſe peccatum mortale. Et quòd huiuſmodi actus ſenſualitatis, vt ſit peccatum, ſemper debeat accipi cum aliquo actu voluntatis, patet ex dictis *ſuprà* contra Caietan. ex S. Auguſtino, & S. Thoma: quia non peccatur, niſi voluntate, tanquàm primò mouente; & niſi actus ſit voluntarius, non eſt peccatum: & vt rectè dicitur in argumento, quemadmodum ſola notitia ſenſitiua non poteſt pertingere ad malitiam moralem; ita neque illam poteſt cauſare ſolus appetitus ſenſitiuus per ſe acceptus. Quòd verò huiuſmodi actus voluntatis non debeat eſſe poſitiuus, ſed negatiuus, expreſſè docet S. Thom. *quæſt.* 6. *de malo, art.* 7. *ad* 4. vbi ait, quòd, *quando in peccato inuenitur aliquis actus voluntatis, & rationis, tunc directè tribuitur voluntati, & rationi, tanquàm primo motiuo, & primo ſubiecto: ſed, quando non eſt ibi aliquis actus voluntatis, & rationis, ſed ſolus actus ſenſualitatis, qui dicitur peccatum; quia poteſt prohiberi per rationem, & voluntatem; tunc peccatum tribuitur ſenſualitati.* Et *ad* 6. id clariùs explicat, dum ſubdit, quòd, *quando motus illicitus eſt in ſenſualitate, tripliciter poteſt ad ipſum ſe habere ratio: vno modo, ſicut reſiſtens; & tunc nullum eſt peccatum, ſed meritum corona: alio modo, ſicut imperans, vt quando ex propoſito motum concupiſcentiæ excitat; & tunc ſi ſit illicitus in genere peccati mortalis, eſt peccatum mortale: tertio denique, vt neque imperans, neque prohibens, aut conſentiens; & tunc eſt peccatum veniale.* Et vt docuerat *ibidem, in corp.* quando motus ſenſualitatis imperatur à ratione, & voluntate, ſicut certè imperatur, quando eſt peccatum mortale, non tribuitur ſenſualitati, tanquàm principio, & ſubiecto primo; ſed rationi, & voluntati: quia actio ſemper tribuitur principali & primo agenti: & ideò abſolutè in ſenſualitate dicitur, non poſſe eſſe peccatum mortale.

Denique, quòd hic ipſe actus voluntatis negatiuus non debeat eſſe perfectè deliberatus, expreſſè docet idem S. Thom. 1.2. *quæſt.* 74. *art.* 3. *ad* 3. vbi ait, eos motus ſenſualitatis eſſe peccata venialia, quia rationem præueniunt, & ſunt quid imperfectum in ratione actus humani: & clariùs *in* 2. *diſt.* 24. *q.* 3 *art.* 2. vbi ait, peccatum eſſe actum inordinatum in genere moris; & quia hoc ſolum habetur per comparationem ad voluntatem; & ibi incipit, vbi primum inuenitur dominium voluntatis, dupliciter voluntatem poſſe habere dominium aliquorum actuum, id eſt, completum, quando actus procedũt ex illius imperio, & ſequuntur deliberationem, & prætereà incompletum, quando non procedunt ex illius imperio; ſed tamen ſubiacent voluntati, quantùm ad hoc, quod eſt impediri, vel non impediri: & addit, inordinationem, quæ contingit in huiuſmodi actibus, ſolùm ſufficere ad peccatum incompletum, & leuiſſimum, quale eſt veniale: non autem ad mortale, quod eſt perfectum peccatum; & quia tribuitur illi potentiæ, tanquàm ſubiecto, quæ eſt principium actus; ideò conuenienter dici, quòd poſſit eſſe, vt in ſubiecto etiam in ſenſualitate, cùm etiam hæc ſit principium huiuſmodi actuum.

Atque ex his facilè patet ſolutio eorum, quæ obiiciuntur in argumento: quanuis enim, ſi voluntas poſitiuè imperet, vel ex plena deliberatione negatiuè non reprimat actum appetitus circa materiam leuem, aut grauem, illi præcipuè tribuatur peccatum tam veniale, quàm mortale, non autem appetitui, qui in tali caſu non tam agit, quàm agitur, & abſolutè non eſt ſibi principium actus; ſi tamen ex imperfecta deliberatione negatiuè non reprimat, omninò tribuitur appetitui, qui rationem præueniendo propriè agit; quanquam tale peccatum ex hoc ipſo defectu deliberationis non poteſt eſſe mortale, vt diximus.

Neque S. Thomas *art.* 4. ex eo tribuit peccatum mortale illi tantùm potentiæ, quæ poteſt ordinare, & deordinare ab vltimo fine: quia deordinatio, & auerſio explicitè, & diſtinctè, in actu ſignato debeat eſſe intenta, & volita in ſe ipſa; ſed, quia neque etiam poteſt implicitè & in actu exercito eſſe intenta, & volita in alio; id eſt, in conuerſione ad finem indebitum: ex quo conſequitur, niſi hæc ipſa conuerſio ſit tanquàm ad finem, id eſt, ex perfecta aduertentia, & deliberatione; ac proinde ſenſus illius ſolùm eſt, quòd peccatum mortale in illa tantùm potentia poteſt eſſe, quæ poteſt perfectè operari circa finem, ſiue debitum, ſiue indebitum, eóque mediante ſe ordinare, & deordinare à fine vltimo: quod certè non conuenit ſenſualitati, prout præuenit vſum rationis. Quam eandem rationem etiam repetit *quæſt.* 7. *de malo, art.* 6. *cit. in corp.* Atque hoc ſolùm eſt, quòd ait *quæſt.* 74. *art.* 4. *cit.* peccatum mortale eſſe inordinationem, quæ corrumpit principium ſpiritualis & cauſat mortem ſpiritualem,

ſpititualem, deordinando à fine vltimo: & *a.6. cit.* peccatum mottale eſſe per auerſionem ab vltimo fine: ſolùm enim eſt ſenſus, quòd ſi talis actus inordinatus, vt fundet auerſionem ab vltimo fine; qualis tamen non eſt niſi perfectè deliberatus, & illius potentiæ, quæ poſſit perfectè operari circa finem.

18. *Reſpondetur ad ſecundam difficultatẽ.*

Ad ſecundam difficultatem Reſpondeo ex S.Th. 1.2.*quaſt.*74.*art.*3 *ad* 2. tunc motus ſenſualitatis imputari ad culpam venialem, quando voluntas poteſt illos reprimere, & ratio præſentit, quòd ſint reprimendi: & tales ſunt ex ſuo genere omnes illi, qui ſequuntur ex aliqua imaginatione; non autem illi, qui ſequuntur ex diſpoſitione corporali, aut qualitate organi, vel ex teali præſentia obiecti ſenſibilis ſecundùm tactum: vt enim docet S.Thomas *quaſt.*7. *de malo*, *art.*6. *ad* 8. omnis apprehenſio, aut vſus potentiæ apprehenſiuæ ſubeſt imperio voluntatis, & maximè io abſenria obiecti ſenſibilis ſecundùm tactum, quod aliquando temoueri non poteſt, & dum eſt præſens non eſt in noſtra poteſtate; vt non moueat imaginationem, & ea mediante non cauſet motum ſenſualem in appetiru: & contrà diſpoſitio, vel qualitas organi communiter non ſubeſt imperio voluntatis, & hac de cauſa hos tantùm motus, qui ſequuntut ex tali diſpoſitione corpotali, appellat S.

19. *Motus primò primi, & ſecundò primi ſecundùm S. Th. qui propriè ſint.*

Thom. primò primos, eóſque tantùm excuſat vnioetſaliter à ratione peccari, & alios, qui ſequuntur ex imaginatione, appellat ſecundò primos, vt patet *in* 2. *d.*24 *quaſt.*3. *art.*2. *in corp.* non, quia aliquando non excuſentur à culpa etiam alij, qui ſequuntur ex imaginatione, ſi ratio illas non præſenriat, vt dicitur 1.2. *qu.* 74. *art.*3. *ad* 2. vel, ſi ſubitò excitentut ad apptehenſionem imaginationis, & ſenſus, vt dicitur *ſupra*, *quaſt.*57. *art.*7 & ideò non ſe habeat negligenter in iis præueniendis, antequàm ſequatur, vel teprimendis, poſtquàm ſunt ſecuti; ſed, quia ex ſuu genere non excuſantur; ſicut illi, qui ſequuntur ex diſpoſitione corporali, vt diximus, & hi potiori ratione dicuntut primò primi, quia ex ſua natura, & ex ſuo genere ſunt apti præuenire non modò deliberationem, & actum rationis perfectum; ſed etiam ptæſenſionem quancunque, & omnem actum imperfectum: & contrà illi dicuntur ſecundò primi; quia ſolùm ſunt apti præuenire deliberationem; non autem ptæſenſionem quancunque. Vtrùm autem, ſi ex aliquo accidente de facto præueniant omnem actum tationis, dici debeant primò ptimi; an verò dicantur adbuc ſecundù primi, quia ex ſuo genere ſubduntur rationi; non eſt quæſtio, niſi de nomine. Certè S.Thom. 1.2 *quaſt.*89. *art.*5. *&* 2.2.*quaſt.*154 *art.*5. *& quaſt.* 4. *art.* 21. *&* 22. huiuſmodi motus ſolùm appellat primos: non antem primò primos: & contra Alen. 2. *p. qu.*108. *memb.*2. omnem illum motum appellat ptimò primum, qui ſubitò, & inopinanter, & ante omnem conſiderationem rationis in nobis inſurgit, & ſecundò primum eum, qui tali motui primò primo ſtatim ſuccedit: & hic modus loquendi eſt communior apud Scholaſticos, vt videre eſt apud Vaſq. 1.2.*diſp.* 106.*cap.*1 *num.*1.

20. *Ad tertiam. An, & quomodo in ſenſualitate poſſit eſſe actus virtutis.*

Ad terriam Reſpondeo ex S.Thom. 1.2. *quaſt.*74. *art.*4. *ad* 2. *& in* 2.*diſt.*24.*quaſt.*3. *art.*2. *ad* 3.*& qu.* 25.*de ver.art.*5.*ad* 8. etiam actum ſenſualitaris poſſe eſſe virtutis, & honeſtum; & ſicut poteſt habere defectum; ita & poſſe habere integritatem, quoad omnia inttinſeca, quæ requituntur in ipſo actu: hac enim de cauſa ponuntut in iraſcibili, & concupiſcibili fortitudo, & temperantia, vt patet ex Ariſt.2. *Ethic.cap.*10. & ptobatur 1.2. *qu.* 56. *art.*4. Quia tamen, tam actus virtutis, quàm vitij ſolùm conueoit ſenſualitati, ptovt extrinſecè includit aliquid etiam ex patte voluntatis, diſparitas eſt in hoc, quòd ad actu m virtutis in ratiooe ptincipij ſemper principaliùs ſe habet voluntas; & ideò actus virtutis abſolutè illi tribuitur, & è contrà ad actum vitij aliquando ſe habet principaliùs ſenſualitas, id eſt, quando eſt actus impetfectus, & peccatum ſolùm veniale ex defectu plenæ delibetationis. Quando autem dicitur, quòd ab eadem potentia debet poſſe eſſe oppoſita bonitas, à qua eſt malitia, & priuatio bonitatis, falſum id eſt, ſi intelligatur quoad extrinſeca ipſi integritati, & bonitari, & de potentia eodem modo operante, & ſimiliter ſe habenre in ratione principij: neque enim à voluntate eodem modo opetante, & ſimiliter ſe habente in tatione principij, poteſt eſſe bonitas charitatis, & malitia odij: ſiquidem hæc ſolùm eſt ex principio naturæ, & corruptionis; & illa ex principio gratiæ: & cùm appetitus ſenſitiuus ex hoc ptæcisè ſit capax peccati venialis; quia poteſt circa rem malam præuenire rarionem, eiúſque impetium non expectare, & ex hoc ſit capax vittutis, quia poteſt circa rem bonam ſequi tationem, & ex eius imperio agere, omninò tepugnat, vt ſimiliter ſe babeat in ratione principij, dum peccat veoialiter, & non obedit rationi, & dum agit ex virtute, & obedit: nam, quando obedit, ſicut opetatio eſt ex imperio potentiæ ſupetioris; ita & principaliùs illi tribuitur tanquàm principio, & appetitus ſolùm ſe habet, vt potentia exequens, non autem vt primum ptincipium, vnde eſt motus, aut opetatio: contrà, quando non obedit, ſed operatur ipſe per ſe, ipſe ſibi eſt primum principium, & ptincipaliter ab illo eſt operatio. Et quemadmodum voluntas etiam actibus moralibus poteſt tribuere malitiam ſine concurſu prudentiæ; nec tamen poteſt tribuere bonitatem, vt docet S. Thom. *quaſt.* 74. *art.*4.*ad* 2. Neque hinc ſequitur, quòd oon ab eadem potentia, à qua eſt malitia actus, ſit eriam bonitas, quoad intrinſeca; ita & appetitus ſine poſitiuo concurſu voluntatis, poteſt eſſe principium peccati venialis, eriamſi non poſſit ſine illo eſſe principium actus boni, & virtuoſi. Quare autem in actu virtutis non poſſit appetitus præuenire rationem, & voluntatem, ſicut aliquando poteſt in actu vitij, & in peccato veniali, non eſt aliunde ex S. Thom. *quaſt.*25. *de ver.art.*5. *cit. ad* 5. niſi, quia plura requiruntut ad bonum, quàm ad malum, & illud eſt ex tota, & integra cauſa; & hoc ex ſingulis defectibus, vt communiter dicitur ex S. Dionyſio *cap.*4. *de diu. nomin.* hinc enim ſit, vt ad malum, quod contingit in appetitu per peccatum veniale, poſſit ſufficere ſolus conſenſus interpretatiuus, & indirectus voluntatis, quo, ſcilicet, voluntas negatiuè ſe habet, & ſolùm non impedit; & ad bonum, vel actum virtutis requiratur conſenſus explicitus, & directus, quo poſitiuè illum velit ex amore honeſtatis: & tota hæc diuerſitas in actu peccati, & virtutis, ptovt poteſt eſſe in appetitu ſenſitiuo, non eſt penes illud præcisè, quod in vttoque habetut ex appetitu, & eſt intrinſecum actui; ſed penes illud, quod habetur ex patte voluntatis, & eſt extrinſecum. Neque eſt abſurdum, quòd bonitas actus quoad extrinſeca, noo poſſit eſſe ab eadem potentia, à qua eſt malitia; & ratione extrinſecorum non ſe habeat ſimiliter in ratione priocipij reſpectu vtriuſque.

DISPVT.

DISPVT. XXXVII.

An, & quomodo in ratione ſuperiore, & inferiore poſſit eſſe peccatum mortale, aut veniale.

1. *Peccatum dupliciter poteſt eſſe in ratione, id eſt, vel tanquàm in ratione ſpeculatiua, vel tanquàm in ratione practica.*
2. *Peccatum delectationis moroſa eſt in ratione.*
3. *Ratio ſuperior, & inferior, quomodo dicatur.*
4. *Conſenſus in actum peccati pertinet ad rationem ſuperiorem.*
5. *Conſenſus in delectationem, qui præcedit conſenſum in actum, pertinet ad rationem inferiorem.*
6. *Ad rationem inferiorem pertinet etiam notitia turpitudinis naturalis.*
7. *Conſenſus in delectationem, etiam quando pertinet ad rationem inferiorem, poteſt eſſe peccatum mortale.*
8. *Conſenſus in actum peccati, quando pertinet ad rationem ſuperiorem, non ſemper eſt peccatum mortale.*
9. *In ratione ſuperiore poteſt eſſe peccatum veniale, & ſecundùm ſe ipſam; non autem ſolùm in quantum dirigit alias potentias inferiores.*
10. *Quomodo in omni peccato ſit defectus ex parte rationis, & intellectus.*
11. *In intellectu peccantis ſemper eſt ſyllogiſmus ex quatuor terminis.*
12. *Error, qui eſt in intellectu peccantis, communiter non eſt contra fidem.*

DE ratione, in quantum eſt ſubiectum peccati, agit S. Thom. 1.2. *quæſt.* 74. *ab art.* 5. *vſque ad* 10. & quia, quæ in illis habentur, magna ex parte ſumunt occaſionem ex modo loquendi S. Auguſt. *lib.* 12. *de Trinitate*, præſertim *cap.* 12. *tom.* 3. vbi, quod in nobis contingit circa conſenſum peccati, explicat per analogiam ad id, quod contigit primis parentibus; & ſenſualitatem, quæ prima incipit peccandi illecebram, comparat ſerpenti; & rationem inferiorem, quæ primò conſentit in delectationem, comparat mulieri; & rationem ſuperiorem, quæ tandem conſentit in opus, comparat viro; nec videtur operæpretium immorari in ſingulis, ſatis erit ſolùm leuiter indicare.

1. *Peccatum dupliciter poteſt eſſe in ratione, id eſt, vel tanquàm in ratione ſpeculatiua, vel tanquàm in ratione practica.*

Primò igitur S. Thomas *art.* 5. pro duplici munere, quod habet ratio, id eſt, vt verſetur tanquàm ſpeculatiua circa notitiam veri, & dirigat tanquàm practica alias vires inferiores, dupliciter ait poſſe in illa eſſe peccatum; id eſt, ſi habeat ignorantiam, aut errorem circa id, quod poteſt, & debet ſcire; & ſi dirigat, aut imperet motus inordinatos inferiorum virium; vel poſt deliberationem, & aduertentiam, quòd ſint mali, & inordinati, eos non coërceat. Et circa hoc vtrunque peccatum *in reſponſ. ad* 2. illud monet, quod eſt commune omnibus actibus aliarum potentiarum à voluntate, quòd, ſcilicet, tunc ſolùm habeant rationem peccati, quando ſunt voluntarij, & includunt aliquid etiam ex parte voluntatis.

2. *Peccatum delectationis moroſa eſt in ratione.*

Deinde *art.* 6. hoc ſecundo modo docet eſſe in ratione peccatum moroſæ delectationis, in quantum, ſcilicet, poſtquàm illa inſurrexit in appetitu, & ratio perfectè deliberauit, quòd ſit illi vita; adhuc tamen circa illam immoratur, neque ſtatim eam repellit; ſed tenet, ac voluit libenter, vt loquitur S. Auguſtinus *lib.* 12. *de Trinit. cap.* 12. *cit. poſt med. tom.* 3. quæ ſtatim atque animum attigerunt, reſpui debuerunt: hac enim ratione, quanuis delectatio ſit in appetitu, tanquàm in principio proximo; eſt tamen etiam in ratione tanquàm in primo motiuo, vt ſubdit *in reſponſione ad* 1. & ſicut directio appetitus, ita & non directio in illam refertur, tanquàm proprius actus, vel propria omiſſio potentiæ directiuæ, vt dicitur *ad* 2. Neque appellatio moroſæ delectationis illi conuenit ex diuturnitate, ac mora temporis, quod durat quandocunque delectatio in appetitu; ſed ex immoratione, quam facit ratio in ea coërcenda, vt dicitur *in reſponſione ad* 3.

3. *Ratio ſuperior; & inferior quomodo dicatur.*

Tertiò, *art.* 7. ſuppoſita diſtinctione rationis, in rationem ſuperiorem, & inferiorem, ex eodem S. Auguſt. *lib.* 12. *de Trinit. cap.* 3. *&* 7. *tomo* 3. & Scholaſticis communiter cum Mag. *in* 3. *diſt.* 24. quam etiam explicat idem S. Thom. 1.1. *quæſt.* 79. *art.* 9. ſecundùm quam eadem animæ facultas appellatur ratio ſuperior, in quantum attendit æternis rationibus inſpiciendis, & conſulendis, iiſque dirigit, ac metitur omnia; & eadem appellatur ratio inferior, in quantum attendit ad temporalia, iiſque ſimiliter cætera dirigit, ac metitur, docet

4. *Conſenſus in actum peccati pertinet ad rationem ſuperiorem.*

conſenſum in actum peccati, qui eſt vltima illius conſummatio, ac perfectio interior, propriè pertinere ad rationem ſuperiorem: quia, cùm conſenſus in actum ſit quaſi vltima ſententia, & imperium de illo ponendo in eſſe, omninò pertinet ad illud iudicatorium, quod eſt ſupremum in iudicio, ac tribunali rationis, id eſt, ad rationem ſuperiorem, & hoc modo S. Auguſtinus cap. 12. cit. *Non poteſt*, inquit, *peccatum efficaciter perpetrandum mente decerni, niſi illa mentis intentio, penes quam ſumma poſita eſt, membra in opus mouendi, vel ab opere cohibendi, malæ actioni cedat, aut ſeruiat.* Et quia

5. *Conſenſus in delectationē, qui præcedit conſenſum in actum, pertinet ad rationem inferiorem.*

conſenſus in delectationem eſt quid præambulum ad conſenſum in actum, & ad illum inducit; non eſt neceſſarium, vt immediatè pertineat ad rationem ſuperiorem; ſed poteſt pertinere etiam ad inferiorem: ſiquidem, cùm de pluribus occurrit iudicandum, ad ſupremum iudicatorium pertinet finale iudicium, id eſt, de eo, quod vltimò occurrit, & ad inferius poteſt pertinere iudicium non finale, id eſt, de eo, quod occurrit, vt quid præambulum: & vt habet idem S. Thom. *ſuprà quæſt.* 15. *art.* 4. quandiu incertum eſt, vtrùm ſecundùm rationes diuinas reſiſtatur, vel non, nullum iudicium rationis habet rationem finalis ſententiæ, ex S Aug. cap. 12. cit. *Si in conſenſione malè vtendi rebus, quæ per ſenſum corporis ſentiuntur, ita decernitur quodcunque peccatum, vt ſi poteſtas ſit, etiam corpore compleatur; tunc eſt intelligenda mulier cibum illicitum etiam viro dediſſe, per quem ſuperior ratio ſignificatur.* id eſt, non ſola inferior ratio, ſed etiam ſuperior in actum peccati conſenſiſſe.

Neque obſtat, quòd conſenſus videatur ſpectare ad appetitum: non autem ad rationem, aut potentiam apprehenſiuam: vt enim habetur *in reſponſione ad* 1. & probatum eſt *ſuprà*, *quæſt.* 15. *art.* 1. & 3. non eſt actus appetitiuæ virtutis quomodocunque, ſed prout conſequitur ad actum rationis deliberantis, & iudicantis; atque ita cùm includat vtrunque actum, poteſt tribui vtrique potentiæ, id eſt, vni elicitiuè, & alteri directiuè: & abſolutè poteſt definiri, quòd ſit actus, prout dirigitur à ratione ſuperiori, vt notat Conr. 1.2. *quæſt.* 74. *ad art.* 7. Et quanuis non ſemper, dum præſtatur conſenſus in actum peccati, actu conſiderentur rationes æternæ; adhuc tamen huiuſmodi conſenſus eſt referendus in rationem ſuperiorem: quia hoc ipſum, quòd non conſiderentur,

conſiderentur , & per illas non præſtetur diſſenſus , vel conſenſus non impediatur , ab illa eſt , vt ſubdit S. Thomas , *ad 2. & ſupra quæſt.* 15. *art.* 4. *ad* 3.

Dicitur verò conſenſus in delectationem poſſe eſſe à ratione inferiore ; non , quia etiam ratio ſuperior non poſſit per rationes æternas illam impedire; & ſi deliberet de illa per principia ſuperiora,& poſt deliberationem non impediat, non poſſit delectatio in hanc referri ; ſed , quia ſola deliberatio per rationes temporales , & antequàm deueniatur ad deliberandum ex rationibus æternis , poteſt ad illam

6. *Ad rationem inferiorem pertinet etiã notitia turpitudinis naturalis.*

ſufficere , vt ſubdit S. Thom. *in reſp. ad* 3. vt quando quis ex ſola aduertentia ad naturalem turpitudinem , eam ſtatim non reſpuit : nam quòd etiam notitia turpitudinis naturalis dicenda ſit pertinere ad rationem inferiorem , & ſit numeranda inter rationes temporales, quibus illa eſt affixa ; non autem ſolùm ad illam pertineat ratio vtilis, & iucundi,vel alterius cuiuſcunque commodi,quod verè ſit temporale , & cum tempore tranſeat , vt vult Vaſq. 1.2.*diſp.*105. *cap.*4. *num.*9. videtur manifeſtè haberi ex S. Auguſt. qui *lib.*12. *cit. de Trinitate* , *cap.*3. & 13. *tomo* 3. expreſsè ait , rationem inferiorem ita verſari in actionibus tractandorum corporalium, vt non ſit nobis aliquid commune cum pecoribus;quale tamen omninò eſſet, ſi ſolùm ſpectaret rationem vtilis , & iucundi : & *cap.* 2. ad rationem ſuperiorem dixerat pertinere rationes incorporales,& ſempiternas, quæ ſunt ſupra mentem humanam:& *cap.* 12. addit ad rationem inferiorem pertinere ſcientiam , ſecundùm quam ratiocinatur de actione , in quantum naturæ hominis ſatis eſt, vt benè, vel male in illa conquieſcat : & *paulò pòſt* , conſenſum in delectationem ait pertinere ad rationem inferiorem, & hunc poſſe etiam eſſe peccatum mortale : & clariùs *cap.*14.ad ſcientiam , quæ eſt rationis inferioris, pertinere virtutes , quibus temporalia rectè tractantur ; & hoc differre à ſapientia , quæ eſt rationis ſuperioris , quòd ſcientia ſit in actione, qua benè vtimur temporalibus , & ſapientia in contemplatione æternorum; & de vtraque intelligi illud *Iob* 28.ſecundùm codices Græcos:*Ecce pietas eſt ſapientia,& abſtinere à malis eſt ſcientia*.vel, vt legitur in editione vulgata : *Ecce timor Domini , ipſa eſt ſapientia , & recedere à malo intelligentia.* Et tandem concludit , quòd , *quidquid prudenter , fortiter , & temperanter,& iuſtè agimus, pertinet ad ſcientiam, ſiue diſciplinam, qua in euitandis malis,boniſque appetendis, actio noſtra verſatur.* Et ratio videtur eſſe : quia ratio inferior non poteſt eſſe principium tractandorum temporalium modo humano , & in quantum naturæ hominis ſatis eſt,vt loquitur S.Auguſt.*cap.*3. *cit.* id eſt, earum actionum , quæ occurrunt circa temporalia,& pro tempore vitæ temporalis, niſi in vnoquoque aduertat ſpecialem ordinem ad rationem , & per conſequens naturalem bonitatem , & malitiam cuiuſque.Et quanuis hæc ſit quid ſpirituale , & quæcunque honeſtas , & turpitudo poſſit numerari inter rationes æternas , in quantum eſt ſecundùm ; aut contra legem , & rationem Dei æternam , & hoc modo omne bonum ſecundùm virtutem , dicatur bonum æternum , & non huius vitæ, vt notat idem Vaſquez *diſput.*105.*cap.*4.*cit.num.*10. poteſt tamen etiam numerari inter rationes temporales , in quantum attenditur ſolùm in iis actionibus , quæ exercentur temporaliter , & ſolùm pro tempore vitæ temporalis ; & cum illis eſt eiuſdem ordinis naturalis , & eodem modo ſe haberet etiam in ſtatu puræ naturæ,& ſine vllo ordine ad bona, aut mala æterna ; imò , etiamſi per impoſſibile anima rationalis eſſet mortalis , neque aliam vitam viueret , niſi præſentem , & temporalem. Idque expreſsè docet Gabriel *in 2.diſt.*24. *qu. vnica, art.*1.*ſub initium* , vbi ait , ad rationem ſuperiorem pertinere, vt moderetur actiones per regulas æternæ legis,eaſque ad Deum ordinet , & ad rationem inferiorem, vt adhæreat rebus creatis ſecundùm regulas morales tantùm, & naturalis honeſtatis, ſine relatione ad regulas diuinas.

Atque hoc eſt , quod ait S.Thom. *ad* 3. conſenſum in delectationem ideò pertinere ad rationem inferiorem ; quia ſtatim atque ſenſualitas illam proponit , ratio inferior per ſuas rationes temporales deliberans aliquando illam acceptat , antequàm deueniatur ad aliud iudicium rationis ſuperioris; cùm enim huiuſmodi conſenſus ſit peccatum , in quantum dirigitur per ſolam rationem inferiorem, non poteſt illius deliberatio non eſſe cum aduertentia bonitatis , & malitiæ moralis , quæ omninò eſt neceſſaria ad peccatum:idque clariſſimè aſſerit idem S.Thom. *quæſt.*15. *de ver.art.*3. *in corp.* vbi ait , rationem ſuperiorem deliberare ex hoc,quòd aliquid Deo eſt acceptum , vel diuina lege prohibitum ; inferiorem verò deliberare , conſiderando turpitudinem actus , dignitatem rationis , hominum offenſam , & huiuſmodi : & *in 2.d.*24 *quæſt.*3. *art.*3.*in fine corp.* vbi ait , quòd tunc peccatum eſt in ratione ſuperiore , quando deliberatio procedit per rationes ſuperiores, vt, v.g. per hoc, quòd omne prohibitum lege Dei ſit vitandum ; & tunc in ratione inferiori , quando procedit per rationes inferiores, vt, v. g. per hoc, quòd omne , in quo tranſcenditur medium virtutis, ſit vitandum : & ibidem *qu.* 2.*art.* 4. *in corp.* vbi ait , rationem ſuperiorem dictare, quòd adulterium ſit malum , quia eſt prohibitum lege Dei, & rationem inferiorem;quia eſt iniuſtum, & inhoneſtum.

Quod verò addit S.Thom. 1.2. *quæſt.* 74. *art.* 7. *ad* 4. conſenſum in actum non poſſe referri in rationem inferiorem ; quia ſimul , dum illa deliberat per ſuas rationes temporales; poteſt deliberare ratio ſuperior per æternas ; & ideò ſi contemnat deliberare , vel per ſuam deliberationem non cohibeat ab actu peccati ; meritò poteſt hoc illi tribui ; hoc,inquam, non ſignificat,quòd ſi de facto non occurrant rationes æternæ , non poſſit ſimpliciter conſentiri in actum per ſolam deliberationem , & directionem rationis inferioris ; ſicut de facto contingeret in ſtatu puræ naturæ , vel in eo , qui nullam haberet notitiam rationum æternarum;ſed, quia communiter ſimul occurrunt vtræque rationes , & conſenſus in actum , perfectiorem deliberationem communiter habet per vtraſque ; & quia eſt quaſi vltima ſententia , ſpecialiter pertinet ad ſupremum iudicatorium ; cùm tamen è contrà conſenſus in delectationem cogitationis , ſit quid præambulum ad conſenſum in opus ; & ideò communiter fiat cum minori deliberatione , & ſpecialiter pertineat ad iudicatorium inferius.

Atque hæc expoſitio videtur multò aptior , & conformior S. Auguſt. & S. Thomæ , quam plures aliæ , quas refert , & reiicit Vaſq. *diſp.*105. *cit. cap.* 3. & ſpecialiter , quàm illa , quæ ipſi magis placet *cap.*5. & quam ex Ægidio *in 2.d.*24. *p.*2.*qu.*1. *art.*1. probat etiam Salas 1.2.*quæſt.*74. *art.*5.6. & 7.*dub.* 1. quòd reuerà , tam conſenſus in actum, quàm in delectationem , ſolùm pertineat ad rationem ſuperiorem:quia ad hanc ſolam poteſt pertinere peccatum, ſicut & pertinet cognitio honeſtatis , & turpitudinis moralis ; ſed ſolùm per quandam appropriationem tribuatur rationi inferiori conſenſus in delectationem,

ctationem, ſicut & in perſonis diuinis, quæ ſunt communia toti Trinitati, ſpecialiter appropriantur vni perſonæ; vt, verbi gratia, potentia Patri, ſapientia Filio, & bonitas Spiritui ſancto: & tota ratio huiuſmodi appropriationis deſumatur ex eo, quia ratio inferior non eſt poſtrema in conſultatione, & iudicio; ſicut neque conſenſus in delectationem eſt poſtrema in ratione ſententiæ. Contrà enim eſt: quia S. Auguſtioos, & S. Thom. etiam rationi inferiori, provt præcedit deliberationem ſuperioris, & ſolùm deliberat per rationes temporales, tribuunt huiuſmodi conſenſum, eúmque dicunt poſſe eſſe mortalem, & ſufficientem, vt totus homo per illum damnetur, & rationi inferiori non ſolùm tribuunt notitiam iucundi, & vtilis; ſed eam omnem, quæ eſt neceſſaria ad ſcientiam benè agendi circa ea, quæ occurrunt in vita temporali, & vt prudenter, fortiter, temperanter, & iuſtè agatur: & alioqui, ſi ratio inferior oon dirigeret huiuſmodi conſenſum, non poſſet hic vllo modo illi appropriari; ſicut neque appropriatur conſenſus in actum, cùm vterque, in quantum eſt actus humanus, & malus, eodem modo ſe habeat, & ſolùm dependeat à ratione ſuperiore; & ratio inferior, reſpectu illorum, nullo modo habeat rationem iudicatorij.

7. *Conſenſus in delectationē, etiam quādo pertinet ad rationem inferiorē, poteſt eſſe peccatum mortale.*

Quartò, S. Thom. 1. 2. *quæſt.* 74. *art.* 8. de hoc ipſo conſenſu in delectationem, quem docuit pertinere ad rationem inferiorem, docet, quòd ſit peccatum mortale, ex eodem S. Auguſtioo *lib.* 12. *de Trinitat. cap.* 12. *citat. tomo* 3. quando delectatio capitur ex ipſa re turpi cogitata; non autem ex ſola cogitatione, provt diſtinguitur à re cogitata: cùm enim ex Ariſt. 10. *Ethic. cap.* 4. omnis delectatio conſequatur operationem, & ad rationem inferiorem non pertineat conſeoſus in illam delectationem, quæ ſequitur ipſum opus, & actum peccari; ſed in illam, quæ ſeqoitur cogitationem operis; & ideò eſt quid præambulum ad conſenſum io opus, vt patet ex eodem S. Thom. 1. 2. *q.* 15. *ar.* 4. *ad* 1. *& q.* 74. *art.* 7. *præcedente*, dupliciter poteſt contingere, vt quis delectetur de cogitatione rei turpis, & conſentiat in delectationem præambulam ad ipſum opus, vt beoè explicat S. Thomas *hoc art.* 8. & clariùs *quæſt.* 15. *de ver. art.* 4. Primò, ratione ipſius cogitationis, quatenus, ſcilicet, per illam habetur notitia de aliquo vero, in qua notitia animus delectatur, & conquieſcit, vt quando vir iuſtus cogitat de peccatis ad prædicandum, vel diſputandum. Deinde, ratione ipſius rei cogitatæ, vt quando quis ex affectu ad rem ipſam, verbi gratia, ad fornicationem, de illa cogitat, & de illa delectatur ſecundùm eſſe reale cogitatum: quia fortè ex aliquo alio capite non vult, vel non poteſt de illa delectari, ſecundùm eſſe reale exiſtens, & actuale. Et quidem prima delectatio de cogitatione, ratione ipſius cogitationis, vel nullum eſt peccatum, ſi cogitatio habeatur ex bono fine; vel ſolùm eſt veniale, & pertinet ad aliud genus, quàm pertineat delectatio ipſius operis, vel actus peccati, vt, verbi gratia, ad genus curioſitatis: ſecunda verò delectatio de cogitatione, ratione ipſius rei turpis cogitatæ, omninò eſt in eodem genere cum delectatione ipſius operis; & ideò conſenſus in illam eſt peccatum mortale, ſi conſenſus in opus eſt mortalis: illa enim ipſa delectatio eſt per accidens io cogitatione, aut memoria operis, quæ eſt per ſe in ipſo opere, cùm ſemper ipſe actus ſit per ſe delectabilis; & ſpes, & memoria ſit delectabilis per actum, vt dicitur 12. *Metaph. text.* 39. Et quanuis aliqui abſolutè dixerint, cooſenſum in huiuſmodi delectationem, ſolùm eſſe peccatum veniale; id tamen ex S. Thom. *hoc art.* 8. *& q.* 15. *de ver. art.* 4. *cit.* eſt contra S. Aug. *c.* 12. *cit. ex lib.* 12. *de Trinit.* vbi ait, totum hominem damnatum iri, *ſi delectationibus illicitis cogitatio ſola paſcatur: nec facienda decernantur mala; ſed tantùm ſuauiter in recordatione teneantur.* Et prætereà eſt cōtra communem opinionem recentiorum Theologorum, & vergit in euidens periculum animarum, cùm ex conſenſu in huiuſmodi delectationem facilè poſſit contingere conſenſus in actum. Neque illi fauet *loc. cit.* S. Auguſt. quando ait, eam eſſe longè minùs peccatum, quàm ſi actus opere ipſo ſtatuatur impēndus; & ideò de talibus etiam cogitationibus veniam eſſe petendam, pectúſque percutiendum, atque dicendum; *Dimitte nobis debita noſtra.* Neque enim hæc omnia important peccatum tantummodo veniale, cùm etiam inter mortalia detur inæqualitas; & peccata cordis, quādo ſunt apta conſummari vlteriùs ipſo opere, ſe habeant vt primi gradus, vel partes integrales conſummationis peccati, vt *ſuprà* diximus *ex* 1. 2. *q.* 72. *art.* 7. & petitio veniæ, tunſio pectoris, & oratio Dominica, non ſolùm ſint vtilia contra peccata venialia; ſed etiam contra mortalia, vt habet S. Thomas *hac ipſa q.* 74. *art.* 8. *ad* 6.

Et ſimiliter neque obſtat, quòd ratio inferior, ſicut non poteſt ſe conuertere ad legem æternam, & ad finem vltimum; ita nec poteſt ſe ab illis auertere: quod tamen eſt neceſſarium ad peccatum mortale: vt enim habet S. Thomas *art.* 8. *cit. ad* 1. quanuis non poſſit ſe conuertere, vel auertere, vt regulans, & ab illis ſumens principia dirigendi poteotias inferiores; poteſt tamen ſe conuertere, vel auertere, vt regulata per rationem ſuperiorem; & ſi fortè conſentiat, antequàm deliberatio ad illam perueniat, verè peccat, cùm alioqui ex ſe ſit capax peccati; & eo ipſo, quòd auertitur à regula proxima, quæ eſt ratio honeſtatis, & turpitudinis naturalis, etiam auertitur à regula prima, & remota, quæ ſunt rationes æternæ, & diuinæ. Et quanuis aliqui apud Salas *in hos articulos, dubio primo*, exiſtiment, S. Thomam aſſerere, quòd in ſola ratione inferiore oon poſſit eſſe peccatum mortale; ſiquidem ait, non poſſe illam ſe auertere à rationibus æternis, ſicut requiritur ad mortale, niſi vt regulatam: re tamen vera non hoc aſſerit, quòd ſolùm poſſit ſe auertere, quando actu eſt regulata à ratione ſuperiore; ſed ſolùm, quòd poſſit ſe auertere, vt regulata. Et ſenſus eſt, quòd ſicut poteſt ſe auertere à ſua regula proxima, quæ eſt ratio naturalis virtutis, & vitij; ita & poſſit ſe auertere à ſua regula remota, quæ eſt Deus, & de facto ſe auertat, non ſolùm quando huiuſmodi regula eſt per ſe, & explicitè regulans per actum formalem rationis ſuperioris; ſed etiam, quando eſt regulans ſolùm implicitè, & per aliud, id eſt, per ipſam rationem honeſtatis. Et ſi quis hoc modo cootendat, peccatum mortale ſemper eſſe dependenter à ratione ſuperiore, in quantum auertit à prima regula, quæ eſt obiectum illius, non erit quæſtio, niſi de nomine, vt notat Salas *ibidem*, dummodo conſtet, non eſſe neceſſarium, vt ratio ſuperior explicitè, & actu applicet primam regulam, ad hoc, vt ratio ioferior per peccatum mortale ſe ab illa auertat, quod ſolùm aſſerimus, dum in illam referimus conſenſum in delectationem, cum S. Aug. & S. Thoma.

8. *Conſenſus in actum peccati, quando pertinet ad rationem ſuperiorem, non ſemper eſſe peccatū mortale.*

Secundò, *art.* 9. idem S. Th. de conſenſu in actum, quem docuit pertinere ad rationem ſuperiorem, aſſerit, quòd poſſit aliquando eſſe peccatum ſolùm veniale; ſi, ſcilicet, non contrarietur propriè rationibus æternis, nec ſit cum auerſione à fine vltimo; ſed ſolùm ſit præter rationes æternas: ſicut enim in corporalibus noo quælibet infirmitas cordis, &

principij vitæ, eſt mortalis; ſed illa ſolùm, quæ eſt in ipſa ſubſtantia cordis, & immutat naturalem complexionem illius; non autem illa, quæ eſt in aliquo circa cor, & ſolùm cauſat inordinationem motus ipſius, aut aliquid huiuſmodi; ita & in ſpiritualibus, non quodlibet peccatum rationis ſuperioris, quæ ſimiliter ſe habet, vt principium vitæ, eſt mortale; ſed illud ſolùm, quod tollit totaliter ordinationem illius ad rationes æternas, vt dicitur *in reſponſione ad 2.*

9. *In ratione ſuperiore poteſt eſſe peccatum veniale, etiã ſecundùm ſe ipſam, nõ autem ſolùm in quantum dirigit alias potentias inferiores.*

Sextò denique *art.* 10. non ſolùm ait, poſſe eſſe peccatum veniale in ratione ſuperiore, in quantum eſt directiua potentiarum inferiorum; & ideò conſulit rationes æternas, ſi, ſcilicet, actus, quem dirigit, ſolùm ſit venialis; ſed etiam ſecundùm ſe ipſam, & in quantum eas reſpicit, tanquàm proprium obiectum; ſi, ſcilicet, circa illas inordinatè operetur ex motu aliquo ſubito, & ex imperfecta deliberatione, vt, v. g. ſi circa res fidei remittat aliquid de firmitate aſſenſus, ex impoſſibilitate, quæ ſtatim in illis apparet ſecundùm naturam, & antequàm tempus habeat perfectè deliberandi, & aduertendi, quòd nobis ſint traditæ ad credendum, & vt reuelatæ à Deo: & in hac re valdè diſparem ait eſſe rationem, quando ratio ſuperior per ſe inſpicit rationes æternas, tanquàm proprium obiectum, & quando eas conſulit pro dirigendis potentiis inferioribus: hoc enim ipſo, quòd huiuſmodi potentias ſolùm dirigit conſulendo rationes æternas, ſolùm dirigit per modum deliberationis; & ideò ſi actus, ad quem dirigit, ex ſuo genere ſit mortalis, non poteſt ratio ſuperior in huiuſmodi directione non peccare mortaliter, cùm ſemper conſenſus deliberatus in actum mortalem, ſit mortalis: at verò, quando eas per ſe inſpicit, non ſolùm poteſt inſpicere per actum deliberatum; ſed etiam per ſimplicem intuitum, & ex motu ſubito; ac proinde poteſt huiuſmodi intuitus ex ipſa indeliberatione, & imperfectione actus, eſſe venialis, etiamſi ex ſuo genere ſit mortalis.

10. *Quomodo in omni peccato ſit defectus ex parte rationis, & intellectus.*

Quòd ſi quæras circa hæc omnia, quomodo in ratione, ſiue ſuperiore, ſiue inferiore, poſſit eſſe peccatum, ſiquidem ſi in illa contingat error, aut ignorantia, circa malitiam actus, aut obiecti, omninò excuſat totum actum à peccato: ſi verò non contingat, non eſt, quòd peccatum illi imputetur, cùm ipſa in ſe non deficiat; ſed totus defectus ſolùm ſit voluntatis, quæ malè eligit id, quod ratio benè proponit non eligendum.

Reſpondeo ex S. Thoma 1. 2. *quæſt.* 74. *art.* 5. *ad* 1. non ſemper defectum rationis, id eſt, errorem, aut ignorantiam excuſare à peccato; ſed tunc ſolùm, quando eſt eius obiecti, quod quis non poteſt, aut non debet ſcire, vt contingit, v. g. in furioſis: talis autem non eſt defectus rationis, ſiue ſuperioris, ſiue inferioris, qui contingit in dirigendo alias potentias, ſiquidem omninò poteſt, & debet illi occurri per oppoſitum actum: idque ipſum optimè explicat idem S. Thomas *in* 2. *d.* 24 *quæſt.* 3. *art.* 3. *&* 1. 2. *q.* 77. *art.* 2. ex doctrina Ariſt. 7. *Ethic. cap.* 3. cùm enim Ariſt. *cap.* 2. *præcedente*, attuliſſet ſententiam Socratis, & aliorum, quòd omne peccatum ſit ignorantia; & non contingat ſcientem peccare; quia ſcientia, quæ eſt in nobis quid nobiliſſimum, non poteſt vinci à cupiditatibus, & paſſionibus; idque dixiſſet iis aduerſari, quæ euidenter apparent circa incontinentes, qui extra paſſionem conſtituti, palam profitentur, quòd aduertant ſe malè agere, plures modos aſſignat *cap.* 3. *ſequente*, quibus contingit eum, qui peccat, ignorare, aut ſcire, quòd malè agat. Et primò ait, poſſe contingere, vt ſciat in habitu rem eſſe malam; non autem in actu id contempletur. Secundò, quòd ſciat in vniuerſali, non autem in particulari; id eſt, quòd ſolùm habeat propoſitionem vniuerſalem, non autem ſub illa ſubſumat particularem, quæ immediatè, & proximè in actionem venit, vt, verbi gratia, ſi actu ſolùm aduertat in vniuerſali, quòd omne malum eſt fugiendum; non autem actu cogitet in particulari, quòd hoc, vel illud ſit malum: quamuis enim in iis vniuerſalibus, quæ ſunt in nobis, vel aliquid enunciant de nobis, non poſſit res ignorari in particulari, ſi ſciatur in vniuerſali; & ſi quis ſciat, verbi gratia, quòd omni homini conferunt ſicca, non poſſit ignorare, quòd conferant etiam ſibi, cùm etiam ipſe ſit homo; in iis tamen vniuerſalibus, quæ ſunt in rebus, & aliquid enunciant de ipſis rebus, facilè id poteſt contingere; & ſi quis ſciat, omne ſiccum conferre homini, adhuc poteſt ignorare, vtrùm hoc, vel illud ſit ſiccum, & per conſequens vtrùm conferat. Tertiò, addit adhuc dupliciter poſſe contingere, quòd quis ſciat in habitu, primò, quòd habitum habeat quaſi ligatum, & impeditum cupiditate, & paſſione: deinde, vt habeat quaſi ſolutum, & expeditum ad exeundum in actum: ſicut enim qui dormit, qui furit, & qui vino oppreſſus eſt, ita habet habitum ſcientiæ; vt tamen eum habeat quaſi ligatum: ita & qui eſt conſtitutus in perturbationibus, & paſſionibus, cùm ſimiliter etiam iræ, & venereorum cupiditates, & aliæ huiuſmodi affectiones, corpus manifeſtè immutent, & aliquos in furorem inducant, & ideò quoad habitus impediendos, idem poſſint præſtare, quod ipſe furor, aut ſomnus; neque ex eo, quòd conſtituti in huiuſmodi perturbationibus ſæpè aliqua dicant ex ſcientia, & quæ videntur indicare ſolutos habitus, ſequitur, quòd illos habeant verè ſolutos: nam hi ſimiliter ſe habent atque illi, qui tempore ſomni, furoris, aut ebrietatis dicunt carmina, aut demonſtrationes Empedoclis, id eſt, res difficillimas ſapientum; nec tamen reuerà mente capiunt id, quod dicunt: vel ſimiliter atque pueri, qui primùm aliquid didicerunt, & verba, ſeu terminos materialiter nectunt; nec tamen capiunt, aut ſciunt: vel denique ſimiliter atque illi, qui hiſtrionis munere funguntur, & quæ pertinent ad perſonam, quam agunt, non ex animo dicunt: eadem enim ratione, qui ſunt in magna perturbatione, aut paſſione, non intimè capiunt ea, quæ dicunt ſe capere circa malitiam ſuæ actionis, & habitum habent quaſi ligatum, & impeditum.

Denique addit, poſſe id quoque clarè inſpici naturali ratione: quia, quando quis habet vnum aſſenſum, aut propoſitionem vniuerſalem, & ſub illa ſubſumit particularem, & ex vtraque ſimul iuncta euadit vna ratiocinatio, aut ſyllogiſmus; ſicut in ſpeculatiuis ſtatim in anima ſequitur enunciatio concluſionis; ita & in practicis ſequitur actio, vt ſi quis dicat, v. g. *Omne dulce eſt guſtandum*, & de hoc, vel illo particulari, quod fortè habet in mano, ſubiungat: *Hoc eſt dulce*, ſtatim etiam guſtabit, niſi prohibeatur. Quando autem talem aliquam ratiocinationem in homine, v. g. incontinente facit cupiditas, non omninò impedit rationem, ne ſimul inchoët ſuam ratiocinationem ad concludendum oppoſitum, & faciat ſaltem hanc propoſitionem vniuerſalem: *Nullum dulce eſt guſtandum extra debitum tempus*, ſed ſolùm impedit, ne illam perficiat ſubſumendo propoſitionem particularem, quòd nunc ſit extra debitũ tempus; vel certè facit, vt illam ore tenus tãtummodo proferat, ſicut & vino oppreſſus carmina Empedoclis, nõ autem animo capiat, atque ita in intellectu incontinentis, aut malè agentis ſemper ſit

ſyllogiſmus

11. *In intellectu peccãtis ſemper eſt ſyllogiſmus ex quatuor terminis.*

ſyllogiſmus ex quatuot ptopoſitionibus,& cõtingit corruptio, aut peruerſitas rationis ex eupiditate, vt notat S. Thom. 7. *Ethic. c. 3. cit. ſect. 3. & 1. 2. quaſt. 77. art. 2. & quaſt. 3. de malo, art. 9. ad 7. & in 2. ſentent. diſt. 24. quaſt. 3. art. 3. citat.* & dum ratio enunciat, verbi gratia, quòd *Nulla fornicatio eſt committenda.* ſimul admiſcet cupiditas, quòd *fornicatio eſt delectabilis.* & dum ſubſumitur minor, quòd acceſſus, verbi gratia, ad hanc mulierem, eſt fornicatio. facit, vt illa ſolùm accipiatur, provt contenta ſub ſua maiore affirmatiua, quòd *Omnis fornicatio ſit delectabilis.* non autem ſub altera negatiua, quam facit ratio, quòd *Nulla fornicatio ſit committenda.* & omninò infert concluſionem affirmatiuam, & iure facit, vt etiam rationi tribuatur peccatum: ſiquidem, dum ſinit ſe vinci cupiditate, & cum notitia vniuerſali non ſimul ſubſumit particularem, vel ad eam benè capiendam minùs attendit, omninò deficit in ſuo munere; neque tamen is defectus ſufficienter excuſat à peccato, cùm poſſit, & debeat ratio illi occurrere per oppoſitum actum, vt loqoitur S. Thom. *1. 2. q. 74. art. 5. ad 1.*

Atque hoc idem videtur eſſe, quod docet Ariſt. *3. de anima, text. 53.* vbi ait, appetitus aliquando fieri contrarios, id eſt, quando ratio, & concupiſcentia contrariæ ſunt, idque contingere in iis, quæ habent ſenſum temporis: qnia, dum trahit concupiſcentia propter præſens, retrahit intellectus propter futurum: ſed, quia hoc ipſum futurum, vrgente concupiſcentia, videri deſinit, & ſolùm cognoſcitur delectabile præſens, inde eſſe, quòd ſimpliciter iudicetur delectabile, & bonum, & etiam ab intellectu ipſum futurum minoris fiat, quàm ipſum præſens; & appetitus vincat voluntatem, & rationem, vt ſubdit *text. 57.* & ſimiliter hoc idem eſt cum eo, quod habet *3. Ethic. cap. 1.* quòd omnis prauus ignoret, quid ſit agendum, & à quibus ſit abſtinendum: & *cap. 4* quòd pleriſque è vulgo propter voluptatem ſubrepat deceptio: & *lib. 6. cap. 5.* quòd iucundum, & moleſtum, id eſt, concupiſcentia corrumpat æſtimationem prudentiæ, & faciat, vt non appareat verum principium agendi, id eſt, vera bonitas finis: & *lib. 2. Mor. Eudem. cap. 11.* quòd bonum apparẽs ſolùm ex quadam peruerſitate, & euerſione mentis pertineat ad voluntatem; hæc enim omnia, & ſimilia veriſſima ſunt; quia paſſio, vel omninò facit, vt ratio non ſubſumat propoſitionem minorem, quæ eſt domina actionis, vt dicitur *7. Ethic. cap. 3. cit.* & maximè mouet, vt dicitur *3. de anima, text. 58.* vel certè facit, vt minùs capiatur, & ſolùm penetretur, ſicut carmina Empedoclis ab homine ebrio; & abſolutè, vt dictamen vniuerſale non applicetur, vt directiuum ſufficienter potentiarum inferiorum. Et quia hoc ipſum, quòd huiuſmodi minor non ſubſumatur, vel non benè capiatur, eſt ex voluntate, quæ ſinit ſe trahi à cupiditate, eámque non cohibet, cùm poſſit, & debeat; ideò non excuſat à peccato.

Atque hoc modo Ariſt. *3. Ethic. cap. 5.* docet, quòd, quamuis omnes appetant id, quod bonum eis videtur; adhuc tamen virtutes, & vitia ſunt in noſtra poteſtate; quia vnuſquiſque ſibi quodammodo cauſa eſt, vt hoc, vel illud ſibi videatur, quatenus, ſcilicet, voluntariè minùs attendit: & addit, inde etiam fieri, vt boni, vel mali habitus multùm conferant ad bonam, vel malam electionem: qoia quo modo quiſque affectus eſt; ita de rebus iudicat: & S. Thom. *q. 1. de malo, art. 3.* vniuerſaliter aſſerit, cauſam peccati eſſe, quòd homo operetur non attendens ad regulam diuinæ legis; & huius ipſius, quòd non attendat ad regulam, non eſſe quærendam aliam cauſam, præter libertatem volontatis creatæ, quod totum rectè explicat Bellarm. *lib. 3. de gratia, & lib. arb. c. 9. ad 7. tom. 4.* & fusè Vaſq. *1. 2. diſp. 128* præſertim *cap. 5.*

12. *Error, qui eſt in intellectu peccantis, cõmuniter non eſt contra fidem.*

Neque in hac ipſa peruerſitate, atque auerſione mentis, quæ contingit in omni actu peccati, periculum eſt, ne erretur contra fidem: vt enim docet S. Thom. *quaſt. 8 de malo, art. 4. ad 1. & 2. 2. quaſt. 162. art. 4. ad 1.* dupliciter poteſt contingere, vt corrumpatur vera æſtimatio mentis: primò, in vniuerſali, & ſic in iis, quæ ſunt ad fidem, corrumpitur per infidelitatem: deinde in aliquo particulari eligibili propter paſſionem; & ſic non facit infidelitatem, vt quando quis fornicatur, & pro illo tempore, quo patitur paſſionem concupiſcentiæ, ſolùm cogitat actualiter bonum ſibi eſſe, vt fornicetur, & hoc modo etiam contingit in peccatis ſuperbiæ: ſi quis enim diceret in vniuerſali, bonum aliquod eſſe, quod non ſit à Deo, aut gratiam ſibi dari pro meritis, & non ex Dei liberalitate, & bonitate, verè peccaret cõtra fidẽ: ſi quis verò ex inordinata paſſione, & appetitu propriæ excellentiæ, ſolùm cogitet de ſuis bonis; & ſic glorietur quaſi à ſe, & ex propriis ſuis meritis illa habeat, ſolùm peccat peccato ſuperbiæ, nũ autẽ peccato infidelitatis: & idem proportionaliter eſt etiã in aliis peccatis. Et ratio eſt: quia peccatum infidelitatis deberet eſſe actus aliquis poſitiuè contrarius actui fidei, non autem ſola actualis obliuio dictaminis fidei, & ſola aduertentia actualis ad aliquam aliã rationem merè temporalem. Imò, etiamſi aliquis ſignanter aſſereret, bonum eſſe hîc, & nunc fornicari ad effectum explendæ concupiſcentiæ, adhuc non peccaret contra fidem: quia fides ſolùm negat abſolutè, quòd bonum ſit fornicari, non autem negat cum hoc addito, ad explendam concupiſcentiam. Et hæc doctrina rectè poteſt intelligi, & explicari ex illo Ariſt. *3. de anima, text. 49.* quòd intellectus practicus ſemper ratiocinetur propter aliquid, & ab intellectu ſpeculatiuo ſemper differat ipſo fine: quamuis enim, ſi intellectus abſolutè aſſereret, quòd bonum eſt, v. g. fornicari, aut furari, erraret contra fidem, quæ abſolutè oppoſitum aſſerit; ſi tamen id aſſerat non abſolutè, ſed propter finem, vt, v. g. propter explendam concupiſcentiam, vel ſupplendam indigentiam rei familiaris; non errat: cùm neque etiam fides hoc neget, quòd propter explendam concupiſcentiã bona & vtilis ſit fornicatio; & propter ſupplendam indigentiam ſit bonum & vtile furtum; ſed ſolùm id neget quaſi abſolutè, & ſine addito. Atque hoc eſt, quod ſpecialiter habet S. Thom. *q. 8 de malo, art. 4. cit. ad 1.* quòd non ſit cõtra fidem, ſi corruptio alicuius rectæ exiſtimationis ſolùm ſit in particulari propter paſſionem, quomodo *Prou. 14.* dicitur, quòd errant omnes, qui operãtur malũ; ſed ſolùm, ſi ſit in vniuerſali: & *2. 2. q. 162. art. 4. ad 1. cit.* quòd non faciat infidelitatem, ſi ſolùm ſit de aliquo particulari eligibili; & qui fornicatur, v. g. ſolùm aſſerat, quòd pro illo tempore bonum ſit fornicari: ſenſus enim eſt, quòd ſolùm aſſerat, quòd ſit bonum propter paſſionem explẽdam, vt propter finem, & ſolùm vt medium, & eligibile, & ſolùm pro tempore paſſionis, & concupiſcentiæ, non autem abſolutè: quod idem etiã habet *q. 24. de ver. art. 2.* vbi ait, eũ, qui vult fornicari, habere hoc iudicium particulare, quòd ſibi, vt nunc, bonus eſt hic actus fornicationis, etiãſi ſciat abſolutè, & ſimpliciter, vel in vniuerſali, quòd fornicatio ſit mala: per illud enim, *vt nunc*, intelligit omnes particulares circunſtantias, quæ contingunt ſpecialiter hoc tempore, id eſt, ex paſſione concupiſcentiæ.

Deinde, hoc idem clarè oſtenditur: qoia error, qui eſt communiter in intellectu practico omnis peccantis, non eſt ſignanter in concluſione ſyllogiſmi practici, qua ſignanter inferatur, verbi gratia:

Ergo eſt fornicandum, vel furandum. nam, vt diximus ex Atiſtotele 7. *Ethic.cap.*3. quod eſt in ſyllogiſmis ſpeculatiuis formalis enunciatio concluſionis, quæ ſtatim in anima fit, quando præmiſſæ ſunt cognitæ; hoc idem in ſyllogiſmis practicis eſt ipſa actio, quæ ſtatim ſequitur, quando fuerit ſubſumpta minor, quæ eſt domina actionis, & maximè mouet. Et hæc actio non dicitur eſſe concluſio ſyllogiſmi practici, niſi interpretatiuè, in quantum, ſcilicet, qui per illam operatur, ita ſe gerit, ac ſi ſignanter inferret, & enunciaret, ita eſſe agendum. Vnde ex S.Thoma *in* 2.*diſt.*42.*art.*4.*ad* 1. qui ex ſuperbia ſibi ipſi, ſuiſque meritis, & non Deo tribuit bona, quæ habet; non ex eo peccat, quia credat, bonum aliquod eſſe, & non à Deo, & peccatum ſuperbiæ in ſola cogitatione ſit: ſed, quia de bono, quod habet, ſic ſe magnificet, ac ſi ab alio non haberet; quod eſt habere actum illum credulitatis, non formaliter, ſed ſolùm interpretatiuè. Quare totus defectus, qui contingit formaliter in intellectu practico, quãdo peccatur, ſolùm in hoc conſiſtit, quòd non ſubſumat minorem propoſitionem, oppoſitam illi, quam ſubſumit concupiſcentia, aut paſſio; vel certè eam non benè penetret, ſed ſinat abſumi à concupiſcentia, eámque penetret, quatenus continetur ſub maiore ipſius concupiſcentiæ, & ſic non prohibeat loco concluſionis actionem concupiſcentiæ, quæ eſt ipſum peccatum. Atque hoc ſolùm eſt, quod docet S.Thomas 1.2. *quæſt.*77.*art.*1. & 2. rationem dupliciter poſſe vinci à paſſione, id eſt, per modũ diſtractionis, & per modum contrarietatis, in quantum, ſcilicet, paſſio facit, vt ratio diſtrahatur à ſubſumẽda, aut benè conſideranda ſua minore, quod eſt eã vincere per modum diſtractionis, & vt eius loco ſubſumatur minor oppoſita, quam proponit ipſa paſſio, eáque benè conſideretur, quod eſt eam vincere per modum contrarietatis. Et quia hoc vtrunque non eſt peccatum infidelitatis, non eſt periculum, ne peccet ratio contra fidem, dum practicè dirigit actum peccati, & ſuo modo ad illum concurrit: potiùs enim ad fidem ſe habet negatiuè, dum diſtracta, aut impedita per paſſionem non actu aduertit, quòd fornicatio etiam nunc, & pro tempore paſſionis, eſt mala, & ſimpliciter fugienda, provt fides dictat, quam poſitiuè, & contrariè aſſentiendo, quòd ſimpliciter ſit proſequenda, & non ſit mala. Et hoc idem etiam docet S. Thom. 1.2.*quæſt.*78.*art.*1 *ad* 1. dum ait, ignorantiam, quæ contingit in iis peccatis, quæ dicuntur ex infirmitate, & paſſione, non eſſe, quòd fornicatio, v.g. ſimpliciter ſit mala, ſicut contingit in peccatis, quæ dicuntur ex ignorantia; ſed ſolùm, quòd nunc ſit mala; quia, ſcilicet, qui fornicatur ex paſſione, non actu ſubſumit minorem propoſitionem rationis, ſed concupiſcentiæ; & dum actu conſiderat, quòd ſit delectabilis, & non quòd ſit mala, dicitur actu ignorare, quòd nunc ſit mala; & hæc ignorantia ſolùm eſt actualis negatio oppoſitæ ſcientiæ, aut aduertentiæ, non autem aliquis actus poſitiuè contrarius.

Neque contra hoc multùm faciunt aliqui ex Patribus, & ex Doctoribus apud Corduben. *lib.*2.*quæſtionar.q.*14.*initio*, qui aſſerunt, omne peccatum contingere ex defectu fidei, omnéſque peccatores eſſe infideles, vt S.Chryſoſt. *in c.*25.*Matth.* S.Cypr. *contra Nouatianum*, Orig.*homil.*9.*in Leuit.* S.Hieronym.*in Prouerb.c.*8.& alij: id enim vel eſt intelligendum de fide formata, quæ per dilectionem operatur, & certiſſimè deficit in peccatoribus; vel de efficaciore, & viuaciore conſideratione principiorum fidei, etiam informis, quæ ſimiliter etiam deficit in peccatoribus, dum actu peccãt, & poſſet cum Dei auxilio illos retrahere, aut retinere à peccato, ſi non deficeret, vt notat Corduben. *loco cit.* non autem eſt intelligendum de fide ſimpliciter, quaſi hæc per omne peccatum mortale perdatur, & in peccatoribus verè non ſit, cùm ex S.Paulo 1.*Cor.*13. clarè habeatur, quòd ſine charitate poſſit haberi fides, etiam ad patranda miracula, & montes transferendos: & ex Trid.*ſeſſ.*6. *de iuſtific.can.*28. etiam amiſſa per peccatum gratia, fides non amittatur, & is, qui fidem habet ſine charitate, ſit verè Chriſtianus.

DISPVT. XXXVIII.

De cauſa efficiente peccati in generali, ſiue intrinſeca, ſiue extrinſeca.

1. *Cauſa efficiens peccati in vniuerſum eſt voluntas, provt carens directione regulæ rationis, & legis diuinæ.*
2. *Cauſa efficiens peccati dupliciter eſt intrinſeca ipſi peccanti.*
3. *Quomodo aliquid extrinſecum ipſi peccanti, poſſit eſſe cauſa efficiens peccati.*
4. *Vnum peccatum in omni genere cauſæ poteſt eſſe cauſa alterius.*

SVBIECTVM peccati, de quo egimus *in ſuperioribus diſputationibus*, ſe habet ad illud per modum cauſæ materialis, vt notat S.Thomas 1.1.*q.*49. *art.*1. Vt verò perfectè agatur de cauſis peccati, agendum prætereà eſt de cauſa efficiente; non autem eſt opus, vt agatur de cauſa formali, aut finali: quia ex eodem S.Thoma *ibidem*, has duas cauſas malum non habet, cùm potiùs ſit priuatio formæ, & priuatio ordinis ad debitum finem, quàm aliquid cauſatum per formam, aut propter finem. De cauſa verò efficiente agit primò S.Thomas in generali, & deinde in ſpeciali de cauſa efficiente intrinſeca, qualis eſt ignorantia, concupiſcentia, & malitia; & de cauſa efficiente extrinſeca, qualis eſt Deus, & Diabolus.

1. *Cauſa efficiẽs peccati in vniuerſum eſt voluntas, provt carens directione regulæ rationis, & legis diuinæ.*

Igitur 1.2. *quæſt.*75.*art.*1. primò quærit, vtrùm peccatum poſſit dici habere cauſam, & cum nomine peccati intelligatur ipſe actus inordinatus, & inuoluatur, tam ipſa entitas actus, quàm ipſa inordinatio; & aſſerit, quòd ex parte vtriuſque dicendum eſt habere cauſam; ſed diuerſimodè; id eſt, ex parte actus, cauſam per ſe; & ex parte inordinationis, cauſam per accidens: & rectè dicitur, quòd talis cauſa eſt ipſa voluntas, carens directione regulæ rationis, & legis diuinæ, & intendens aliquod bonum commutabile: quatenus enim eſt voluntas, & intendit aliquod bonum commutabile, eſt cauſa per ſe ipſius actus peccati; & quatenus caret directione ſuæ regulæ, quæ eſt recta ratio, & lex diuina, eſt cauſa per accidens ipſius deordinationis, ſumendo per accidens, non quatenus ſe tenet ex parte cauſæ, & dicit aliquid, accidens cauſæ, vt quando dicimus album, & muſicum, ædificare per accidens; ſed quatenus ſe tenet ex parte effectus, & dicit aliquid accidens effectui per ſe intento, vt quando dicimus, foſſionem agri, v.g. ad conſtruendum ſepulcrum, eſſe cauſam per accidens inuentionis theſauri. Et quia actus ipſe ſecundùm entitatem phyſicam eſt per ſe bonus; & deordinatio formaliter accepta eſt quid priuatiuum; & ipſa malitia, & ille omninò poſtulat cauſam per ſe, & hæc non eſt capax cauſæ per ſe; ſed ſolùm poteſt cauſari per accidens, rectè dicitur cauſa vtriuſque eſſe voluntas, provt carens debita directione rationis, & provt malè cõſtituta per indebitũ iudicium practicum, & indebitam directionem: nam, quatenus operatur vt voluntas, ſic directa per intellectum,

eſt

eſt cauſa per ſe ipſius actus; & quatenus operatur, debens non operari ex tali directione, & tali iudicio practico, ſed ex oppoſita, eſt cauſa per accidens deordinationis, quæ accidit actui.

2. *Cauſa efficiens peccati dupliciter eſt intrinſeca ipſi peccanti.* Secundò, ex hac doctrina cauſæ peccati in vniuerſum colligit S. Thomas *eadem quaſt. 75. art. 2.* quomodo poſſit dici, quòd peccatum habeat cauſam interiorem ipſi peccanti: quatenus enim eſt à voluntate operante ex directione indebita, habet pro cauſa proxima, & inclinata interiore ipſam voluntatem, & rationem, ſecundùm quam homo dicitur eſſe liber, & ſui arbitrij; & quatenus eſt circa bonum commutabile, poteſt habere pro cauſa remota, & mediata appetitum ſenſitiuum, & apprehenſionem ſenſus interioris, ex qua vtraque ſæpè trahitur etiam voluntas, & ratio: atque ita dupliciter poteſt habere cauſam interiorem, id eſt, proximam, & remotam; quamuis non ſit neceſſarium, vt ſemper habeat vtranque, & poſſit contingere actus peccati, etiam contra inclinationem appetitus ſenſitiui, vt notat Cont. *ad art. 2. cit §. Nota circa maiorem.*

3. *Quomodo aliquid extrinſecũ ipſi peccati poſſit eſſe cauſa effectiuè peccati.* Tertiò, quia plures ex his cauſis interioribus poſſunt aliquo modo moueri, etiam ab aliquo exteriori, vt, verbi gratia, apprehenſio, & appetitus ſenſitiuus ab obiecto ſenſibili, quod eſt extra; & ratio ab alio homine, vel à Dæmone, ſi fortè aliquid conentur ſuadere; ideò ſubdit S. Thomas *art. 3.* quòd cauſa peccati poteſt etiam eſſe aliquid exterius ipſi peccanti; non quidem, quia poſſit tale aliquid ſufficienter inducere hominem ad peccandum, cùm nihil exterius ex neceſſitate poſſit mouere voluntatem, niſi Deus, qui tamen, vt *infrà* dicemus, non poteſt illam mouere ad peccatum, vel eſſe cauſa peccati; ſed, quia poteſt aliquo modo illam allicere, aut ſuadere illi conſenſum in actum peccati.

4. *Vnum peccatum in omni genere cauſæ poteſt eſſe cauſa alterius.* Quartò, occaſione illius, quod docuit *art. 1.* quòd peccatum ex parte actus habet cauſam per ſe, & hæc eſt ipſa voluntas; illud explicat *art. 4.* de quo potuiſſet occurrere dubium, id eſt, vtrùm voluntas ſemper immediatè, & ſola, ſit cauſa actus peccati; an verò poſſit illum cauſare etiam mediante alio actu, qui ſimiliter ſit peccatum, & dependenter ab illo, & ſic vnum peccatum poſſit habere pro cauſa etiam aliud peccatum. Et reſpondet affirmatiuè: quia, quemadmodum vnus actus humanus poteſt eſſe cauſa alterius, neque eſt neceſſarium, vt voluntas ſemper cauſet actum humanum immediatè, & ſola, & ſine dependentia ab alio actu; ita, & vnum peccatum, qui nihil eſt aliud, niſi vnus actus humanus inordinatus, poteſt eſſe cauſa alterius peccati; neque eſt neceſſarium, vt peccatum ſemper cauſetur à voluntate independenter ab alio peccato; eámque dependentiam addit poſſe eſſe aliquo modo in omni genere cauſæ: nam in genere cauſæ efficientis, vnum peccatum poteſt tollere id, quod prohibet, aut impedit aliud peccatum, vt eſt, verbi gratia, habitus gratiæ, & charitatis, aut verecundiæ, vel alicuius alterius, quod retrahit à certo peccato; & ſic dicitur cauſare illud per accidens, ſicut remouens prohibens, 8. *Phyſic. text. 27.* & præterea poteſt inducere diſpoſitionem, aut habitum, qui poſitiuè inclinet ad ſimiles actus peccati; & ſic dicetur cauſare illud per ſe. Deinde ſecundùm genus cauſæ materialis, vnum peccatum poteſt eſſe cauſa alterius, in quantum præparat illi materiam, ſicut auaritia per inordinatam acquiſitionem diuitiarum præparat materiam inordinato litigio, quod plerunque eſt de diuitiis congregatis. Tertiò, ſecundùm genus cauſæ finalis vnum peccatum poteſt committi propter finem alterius, vt ſi quis committat ſimoniam propter ambitionem, vel propter fornicationem committat furtum. Quartò denique, ſecundùm genus cauſæ formalis poteſt vnum peccatum cauſari ab alio, in quantum dicitur in moralibus forma haberi à fine, & ipſe finis, verbi gratia, fornicandi, apprehenſus, & intentus à fure, eſt in illo quaſi forma & principium, vel ratio agendi, & furandi; & ipſe actus furti, dum eligitur, & aſſumitur propter fornicationem, vt propter finem, ſe habet ad illam, vt quid materiale, & perfectibile, ad formale, & perfectiuum, vt pluribus explicat idem S. Thomas 1. 2. *quaſt. 1. art. 3. & quaſt. 18. art. 4. & 6.*

Quo autem modo in ſacris Litteris aliqua peccata dicantur eſſe cauſa, & principium aliorum omnium, vt ſuperbia, quæ *Eccleſ.* 10. dicitur eſſe initium omnis peccati, & cupiditas, quæ 1. *ad Tim. cap. vltim.* dicitur radix omnium malorum; & quomodo à Sanctis Patribus, & Scholaſticis enumerentur aliqua peccata, quæ dicuntur capitalia, quia ſunt capita, & principia plurium aliorum, explicabimus ex profeſſo *libro ſequente.*

DISPVT. XXXIX.

De cauſa efficiente peccati intrinſeca ex parte rationis, quæ eſt ignorantia.

1. *Ignorantia eſt cauſa peccati ſolùm per accidens.*
2. *Ignorantia eorum, quæ quis poteſt, & debet ſcire, eſt peccatum.*
3. *Ignorantia actualis, eſt peccatum ratione ſui; non autem ſolùm ratione negligentiæ.*
4. *Quando ignorantia non eſt ſpecialiter contra virtutem ſtudioſitatis, non eſt peccatum ſpeciale, & per ſe.*
5. *Ignorantia quomodo excuſet ex toto à peccato.*
6. *Quomodo ignorantia diminuat peccatum.*
7. *Delicta commiſſa in ebrietate ſunt leuiora, etiamſi grauius puniantur.*

VT agat S. Thomas in ſpeciali de cauſa efficiente interiore peccati, tripliciter illam conſiderat, id eſt, ex parte intellectus, & rationis, quæ eſt ignorantia; ex parte appetitus ſenſitiui, quæ eſt infirmitas, & paſſio; & ex parte voluntatis, quæ eſt malitia: & quia de his omnibus multa diximus *in ſuperioribus*, dum ageremus de inuoluntario, & de diſtinctione ſpecifica peccatorum, paucis *hoc loco* contenti erimus.

Igitur 1. 2. *quaſt. 76. art. 1.* ignorantiam ait eſſe cauſam peccati ſolùm per accidens, in quantum remouet cognitionem oppoſitam, quæ dirigendo actus humanos iuxta regulam, & præſcriptum rationis, impediret actum peccati; & hanc cauſalitatem per accidens illi ſolùm ignorantiæ ait competere, quæ tollit ſcientiam prohibentem peccatum, qualis eſt ignorantia ſolùm antecedens; non autem concomitans: quia enim ratio, dum confert, aut deliberat de aliquo agendo, ſemper infert actionem, aut electionem, vel operationem loco concluſionis in ſyllogiſmo, ex vna propoſitione, vel ſcientia vniuerſali, & ex alia ſub illa ſubſumpta particula, vt eſſe abſtinendum, v. g. hic, & nunc, ab actu parricidij, 1. *Ignorantia eſt cauſa peccati ſolùm per accidens.*

ſolùm concludit, ex hac ſcientia vniuerſali, quòd pater non eſt occidendus, & ex hac alia particulari, quòd hic eſt pater, ſiue poſteà contingat ignorari ptopoſitionem priorem vnioerſalem, ſiue puſteriorem particularem; & concludatur, aut eligatur, vel ponatur in eſſe contraria ratione actus parricidij, qui alioqui uon poneretur, rectè dicitur poni in eſſe, vel cauſari per talem ignorantiam, & hæc eſſe cauſa illius per accidens: quia remouet ſcientiam appoſitam, quæ prohiberet. Et cõtrà, ſi qois eſſet ita diſpoſitus, vt non abſtineret à parricidio, ſi ſciret, quòd hic eſt pater, ignorantia patris, quam de facto haberet, non diceretur cauſa per accidens parricidij; ſed ſolùm ſe haberet concomitanter, & qui committeret parricidium, ſolùm diceretur illud coromittere ignorans, aut cum ignorantia, non autem per ignorantiam, aut ex ignorantia, vt patet ex Ariſtotele 3. *Ethic.c.5.*vt *ſupra* explicaoimus *lib.1.diſp.26.*

2. *Ignorantia eorum, quæ quis poteſt, & debet ſcire, eſt peccatum.* Neque ſolùm hæc ignorantia antecedens eſt cauſa per accidens actus peccati, vt iam diximus; ſed etiam ipſa per ſe poteſt eſſe peccatum, ſi ſit de re, quam quis poteſt, & debet ſcire, vt ſunt cõmuniter res fidei, & vniuerſalia iuris præcepta, & quæ specialiter ſpectant ad proprium officium, aut ſtatum cuiuſque: quemadmodum enim, qui negligit habere, vel facere id, quod tenetur habere, vel facere, peccat peccato omiſſionis; ita & peccat, qui negligit illa ſcire, ad quæ tenetur, & quorum ſcientiam oppoſito ſtudio, ac diligentia poteſt acquirere, & habere, vt ſubdit S.Thom. *eadem q.76.art.2.* Sed nomine ignorantiæ, quæ dicitur eſſe peccatum, non debet intelligi priuatio ſcientiæ, quaſi habitualis; ſed ſolùm actualis, tunc debitæ haberi, quando oon habetur, id eſt, ipſa actualis inconſideratio, vt loquitur S.Thom. *art.2.cit.in reſponſ.ad 3.*

3. *Ignorantia actualis eſt peccatum ratione ſui, non autem ſolùm ratione negligentia.* Quare, quod habet Vaſq. 1.2.*diſp.*118.c.2.*&* 3. ex Caiet. & Cont.*ad art.2.cit.* Sylu.*verb.ignorantia, q.3.*Dur.*in 2.d.22.q.3.*Cordub.*lib.2.q.6.propoſ.2.* peccatum hoc ignotantiæ ſolùm conſiſtere in actuali negligentia habendi ſcientiam; non aotem in ipſa formali priuatione ſcientiæ: quia hæc potiùs eſt effectus peccati, quàm formalis actus peccati: ſicut & mors, quæ cauſatur per homicidium, non eſt peccatum actuale homicidij; ſed effectus peccati actualis: boc, inquam, totum, ſi admittatur de ignorantia, prout dicit priuationem ſcientiæ, aut notitiæ habitualis, quæ poteſt eſſe debita ex virtute ſtudioſitatis, vt patet *ex 2.2.q.166.art.1.* non tamen eſt admittendum de ignorantia, prout dicit ptiuationẽ ſcientiæ, & notitiæ actualis, quæ ſolùm eſt debita hîc, & nunc ex particularibus obligationibus aliarum virtutum, & eſt ipſa actualis inconſideratio: hæc enim rectè poteſt dici, quòd ſit peccatum actuale omiſſionis conſiderandi, aut cognoſcendi, quod eſt debitũ conſiderari, & cognoſci; ſicut & negligentia faciendi aliquid, aut dicendi pro acquiſitione notitiæ debitæ habitualis, dicitur ſecundùm Vaſquez omiſſio actualis, vel peccatum actuale omiſſionis ſciendi. Neque hoc vnquam negarunt Authores cit. aut nullus negare poteſt, vt etiam diſertè concedit ipſe Vaſq.*diſp.* 118 *cit.c.3.n.*11.§. *Quòd ſi aliquis.* & quòd aſſerunt, ſolùm eſt, quòd nomine ignorantiæ importatur priuatio ſcientiæ habitualis, & hæc non poteſt eſſe per ſe peccatum actuale omiſſionis contra virtutem ſtudioſitatis: ſed hanc rationem peccati actualis, ſolùm habet ex negligentia actuali, quod ſimiliter verum eſt.

4. *Quãdo ignorantia nõ eſt ſpecialiter contra virtutem ſtudioſitatis, non eſt peccatũ ſpeciale, & per ſe.* Siue autem peccatum hoc ignorantiæ conſiſtat formaliter in ipſa priuatione ſcientiæ actualis, id eſt, in ipſa actuali inconſideratione, ſiue in negligentia & priuatione ſtudij debiti ad ſciendum, rectè ſubdit idem Vaſq. 1.2.*diſp.*119.*c.*2. illud non eſſe accipiendum tanquàm peccatum ſpeciale, & per ſe oppoſitũ ſtudioſitati, quæ eſt virtus ſpecialis, nos benè diſponens circa ſcientiam, & cognitionem, vt diximus ex S.Thom. 2.2.*q.166.cit.* & per defectum habet ſibi oppoſitam negligentiam ſciendi, vt dicitur *ibid.art.* 2.*in 2.argum.* & per exceſſum habet ſibi oppoſitam curioſitatem, vt dicitur *q.167.ſequente:* quanuis enim Caiet.1.2.*q.76.art.2.cit.* & aliqui alij apud Cordub. *lib.2.quæſtionar.q.6.*& apud Vaſq.*diſp.*119.*cit.c.*1.*n.*1. id aſſeruerint: contrà tamen videtur eſſe: quia alioqui is, qui peccaret ex ignorantia, grauiùs ſemper peccaret, quàm qui ſcienter; quia ſemper peccaret dupliciter; & qui occideret, v.g. hominem ex ignorantia, duplex peccatum committeret, & tanquàm duplex teneretur manifeſtare in Confeſſione; id eſt, alterum contra ſtudiuſitatem, per actum formalem inconſiderationis; & alterum contra iuſtitiam per actum formalem occiſionis; quod tamen communiter non admittitur. Et ratio eſt: quia ſæpiſſimè tota obligatio ſciendi aliquid, hîc & nunc, vel actualiter aduertendi, & conſiderandi, ſolùm eſt ex obligatione aliquid faciendi, & ex præcepto affirmatiuo, aut aliquid omittẽdi ex negatiuo; & ideò teneor, v.g. ſcire, & aduertere hîc, & nunc, quòd eſt hora audiendi Miſſam; quia teneor audire Miſſam: & ideò teneor ſcire, & aduertere, vtrùm in ſylua aliquis lateat, quando ſagittam emitto contra feram; qoia teneor non occidere hominem; & præſcindendo ab hac obligatione agendi, aut oon agendi, oulla eſt obligatio ſpecialis hîc, & nunc ſciendi, & conſiderandi, vel aduertendi: & ideò in his caſibus impoſſibile eſt, vt peccatum ignorantiæ actualis, ſit ſpeciale, & diſtinctum ab alio, cùm non ſit carentia actus, aut bonitatis ſpecialiter debitæ ex ſpeciali obligatione ſtudioſitatis; ſed ſolùm ex obligationibus particularibos aliarum virtutum.

Et quemadmodum defectus, aut peccata contra prudentiam, quæ enumerat S.Thom.2.2.*q.*53.vt, v.g. peccatum imprudentiæ in vniuerſum, de qua *art.*2. peccatum præcipitationis conſilij, contta debitum conſultando, de qua *art.*3. peccatum inconſiderãtiæ, quam *art.*4. ait oriri ex defectu iudicij, & peccatum incooſtantiæ, quam *art.*5. etiam appellat negligentiam, & ait oriri ex defectu imperij, ideò non ſunt peccata ſpecialia in genere moris; qoia actus oppoſiti, qui conſiſtunt in benè conſultando, iudicando, & imperando, non ſunt debiti hîc, & nunc quaſi per ſe; ſed ſolùm ex obligationibos particularium virtutũ, circa particulares illarum materias; ita & defectus ſcientiæ, aut conſiderationis actualis, quæ dicuntur peccata actualia ignorantiæ, non poſſunt eſſe peccata per ſe, & ſpecialia, quando obligatio actualis ſciẽtiæ, & conſiderationis oppoſitæ non eſt per ſe, & ſpecialis; ſed ex virtutibus particularibus, quæ hîc & nunc circa ſuas particulares materias præcipiunt ctum ſciendi, & conſiderandi.

Quare, vt vno verbo res cooludatur, quamuis poſſit accidere, vt ignorantia aliquando ſit ſpeciale peccatum, id eſt, quando ſcientia, & notitia oppoſita eſt ſpecialiter debita ex virtute ſtudioſitatis, vt certè eſt de iis omnibus, quæ vnuſquiſque tenetur ſcire in vniuerſum, & præſcindendo ab aliqua alia operatione, ad quam hîc, & nunc teneatur, vt ſunt, v.g. articuli fidei, & vniuerſalia iutis præcepta, & quæ ſpectant ad proprium officium, & ſtatum cuiuſque, vt loquitur S.Thomas 1.2.*q.76.art.2.cit.* quod ſolùm fortaſſe voluerunt Caietao. & alij; id tamen non eſt admittendum, vt verum vniuerſaliter, cùm ſæpè ſcientia actualis ſolùm ſit debita ex particolaribus obligationibus aliarum virtutum, & tunc

peccatum

peccatum ignotantiæ ſolùm ſit contra illas ; non autem ſpeciale, & per ſe, vt iam diximus. Quo autem modo etiam tunc, quando ignorantia non eſt peccatum ſpeciale per ſe, ſed pertinet ad alia peccata, quorum eſt cauſa, non ſit ab illis diuerſum formaliter, ſed ſolùm materialiter, vel ſpecie materiali, poteſt facilè intelligi ex dictis *ſupra diſputatione* 18. de diſtinctione ſpecifica peccatorum omiſſionis, & commiſſionis, de qua S. Thomas 1. 2. *quæſt.* 72. *art.* 6.

5. *Ignorantia quomodo excuſet ex toto à peccato.* Addit præterea S. Thomas 1.2. *quæſt.* 76. *cit. art.* 3. tunc ſolùm ignorantiam excuſare à peccato ex toto, quando eſt cauſa actus peccati, & facit inuoluntariam totam malitiam : nam, ſi non ſit cauſa actus peccati, quæ appellatur ignorantia antecedens ; ſed ſit concomitans, vel conſequens, non excuſat ; quia totam rationem, ex qua poteſt prouenire malitia in actu peccati, relinquit benè cognitam ; & ideò etiam actum peccati ſecundùm totam rationem malitiæ, non facit inuoluntarium ; qui tamen eſt vnicus modus, quo ignorantia poteſt excuſare. Si verò ſit quidem cauſa actus peccati, ſed cadat ſupra aliquid aliud, quàm ſupra rationem malitiæ, vt, v.g. ſi percutiens aliquem, ignoret, quòd ille ſe defender & repercutiet, idque ſi ſciret, non percuteret, ſimiliter ex toto non excuſat, quia non facit inuoluntariam ipſam malitiam, cùm eam in totum relinquat benè cognitam. Et ſi contingat rationem malitiæ oriri ex pluribus, vt, v.g. ex obiecto, & ex circunſtantia, & ſolùm ignorari, in quantum oritur ex circunſtantia ; non autem in quantum oritur ex obiecto, vt ſi quis, v. g. percutiat alium, & benè ſciat, quòd ille ſit homo, ſed ignoret, quòd ſit ſuus pater, & hoc ſi ſciret, omninò non percuteret ; non ex toto excuſat, ſed ſolùm poteſt excuſare ex parte ; id eſt, à malitia parricidij, non autem ſimul etiam à malitia homicidij. In qua re non eſt, quòd hoc loco pluribus immoremur, cùm etiam *ſuprà* ſatis eam attigerimus *lib.* 1. *diſput.* 26. *num.* 2. *& diſput.* 28. *num.* 11.

6. *Quomodo ignorantia diminuat peccatum.* Et quoniam poteſt contingere, vt ignorantia, quando non tollit totaliter voluntarium, illud ſaltem diminuat, in quantum, ſcilicet, facit, vt actus peccati, & malitia ſit cognita, & voluntaria ſolùm in alio ; non autem in ſe ipſa, qui eſt modus voluntarij minùs perfectus, ideò hoc etiam explicat S. Thomas *quæſt.* 76. *cit. artic.* 4. & ait, tunc ſolùm ignorantiam poſſe hoc habere, vt peccatum diminuat, quando ipſa eſt cauſa peccati, & non eſt directè, & per ſe voluntaria : ſi enim non ſit cauſa, ſed concomitanter ſe habeat ad peccatum, neque minuit, neque auget ; ſed ad illud ſe habet merè per accidens : ſi verò ſe habeat antecedenter, & ſit cauſa peccati ; ſed ipſa in ſe ſit directè intenta, & voluntaria, vt, v.g. ad effectum peccandi liberiùs, & ſine tanto remorſu conſcientiæ, potiùs auget peccatum, quàm minuat, ex ipſo, ſcilicet, maiori affectu peccandi, ex quo ipſa intenditur, & affectatur, vt etiam *ſuprà* explicauimus *lib.* 1. *diſput.* 28. *num.* 12. & ideò ſolùm remanet, vt poſſit minuere, quando ſe habet antecedenter, & eſt cauſa peccati ; ſed ipſa in ſe eſt voluntaria ſolùm indirectè, vt, v.g. ex negligentia laborandi pro oppoſita ſcientia, vel ex ebrietate, & vini intemperantia, ex qua impeditur aduertentia, & vſus rationis.

Quare ignorantia illa, quæ reperitur in omni peccato, & ſecundùm quam 3. *Ethic. cap.* 1. omnis malus dicitur eſſe ignorans, ideò communiter non diminuit peccatum : quia non ipſa eſt cauſa peccati, ſed cauſatur etiam ipſa ſimul cum peccato, & comprehenditur in ipſo peccato : ſiquidem paſſio, v. g. aut mala inclinatio quæcunque, quæ habetur ad fornicandum, vel occidendum inimicum, ſimul facit, vt non aduertantur ea, quæ impedirent actum peccati, & vt actus peccati ponatur in eſſe, in quo inuoluitur, non id ſolùm, quod ſe tenet ex parte voluntatis ; ſed etiam id, quod ſe tenet ex parte rationis, & intellectus, vt patet ex S. Thom. *art.* 4. *cit. in reſponſ. ad* 1. Et ſi contingat ignorantiam eſſe peccatum per ſe, & diſtinctum ab alio, cuius eſt cauſa, vt quando quis ex ebrietate caret vſu rationis ; & ideò facit actum peccati, adhuc dicetur peccatum minuere, quia faciet, vt ſimul vtrunque non habeat tantam grauitatem, quantam haberet vnum ſolum, ſi fieret ex perfecta aduertentia : & hoc modo homicidium ſolùm ab homine ſobrio multò eſt grauius, quàm ebrietas, & homicidium ſimul ab homine ebrio, vt habet idem S. Thom. *ad* 2. & quamuis 3. *Ethic. cap.* 5. dicatur ebriis duplices pœnæ eſſe ſtatutæ, ſi delinquant in ebrietate ; non tamen dicitur, quòd ſimul vtræque debeant eſſe grauiores, quàm altera tantùm delicti alterius, ſi fortè fiat extra ebrietatem, vt habet S. Thom. *ad* 4. vel certè ſi dicatur pœna ebrietatis, & delicti in illa commiſſi fuiſſe ſtatuta etiam grauior, id ſolùm fuit reſpectu habito ad publicam vtilitatem, non autem ad grauitatem delicti : quia enim plures delinquunt ebrij, quàm ſobrij, & ebrietas eſt per ſe cauſa frequentiùs delinquendi, rectè potuit puniri grauiùs ; etiamſi alioqui delicta in ebrietate commiſſa ſint leuiora, & veniam mereantur, vt habet Ariſtoteles 2. *Polit. in fine*, & ex illo S. Thom. *ad* 4. *cit.*

7. *Delicta commiſſa in ebrietate, ſunt leuiora, etiamſi grauiùs puniantur.*

DISPVT. XL.

De cauſa efficiente peccati ex parte appetitus ſenſitiui, quæ eſt paſſio.

1. *Paſſio appetitus ſenſitiui non poteſt mouere voluntatem directè.*
2. *Poteſt verò indirectè per viam diſtractionis virtutis animæ, & præterea ex parte obiecti.*
3. *Anima ſecundùm S. Thomam immediatè concurrit ad omnes actus ſuarum potentiarum.*
4. *Poteſt paſſio ſuperare rationem contra eius ſcientiam.*
5. *Paſſio, ſi ſit vehemens, poteſt inducere in amentiam.*
6. *Delicta ex paſſione amoris patrata mitiùs puniuntur.*
7. *Quomodo voluntas ſemper ſit recta, quando ratio eſt recta, & ſemper defectus in voluntate ſupponat aliquem defectum in ratione.*
8. *Articuli Pariſienſes quanta ſint authoritatis.*

ALTERA cauſa efficiens peccati, & interior in ipſo peccante, tenet ſe ex parte appetitus ſenſitiui, & eſt ipſa paſſio, & infirmitas, & de hac agit S. Thomas ex profeſſo 1.2. *quæſt.* 77. & nos etiam aliqua diximus, dum ageremus de inuoluntario & concupiſcentia *lib.* 1. *diſp.* 24.

1. *Paſſio appetitus ſenſitiui non poteſt mouere voluntatem directè.* Et *art.* 1. negat primò, quòd paſſio appetitus ſenſitiui poſſit directè trahere, aut mouere voluntatem, & ſic directè cauſare actum peccati, imprimendo, ſcilicet, aliquid in voluntatem in genere cauſæ efficientis, & per ſuam actionem eam inducendo, aut mouendo ad exercitium ſui actus, vt notat eo loco Conr. *not.* 1. hoc enim ſolius Dei eſt proprium, vt notat S. Thomas 1. 1. *quæſt.* 106. *art.* 2. *& qu.* 111. *art.* 2. & ſæpè alibi : vnde & dicitur Prouerb. 21. *Cor*

Regis in manu Domini: quocunque voluerit, vertet illud. In quantum enim ab ipſo eſt, & immediatè per eius actionem ipſa voluntas, quæ eſt inclinatio innata ad bonum rationis, etiam ab ipſo, & per eius actionem poteſt eſſe actus voluntaris, qui eſt inclinatio elicita: & cùm voluntas ex propria ratione ſit potentia libera, ipſa ſola debet ſe poſſe determinare, & mouere ad ſuum actum; non autem debet poſſe moueri ab aliquo alio, & quoad illum ſe habere paſſiuè.

2. *Poteſt verò indirectè per viam diſtractionis virtutis animæ, & præterea ex parte obiecti.*

Deinde affirmat, quòd poteſt paſſio appetitus indirectè trahere & mouere voluntatem, & ſic indirectè cauſare actum peccati, idque dupliciter, id eſt, per quandam diſtractionem, qua virtus animæ diſtrahitur ab illo actu, qui eſſe deberet ſecundùm ordinationem rationis; & prætereà per quandam varietatem propoſitioois obiecti, & iudicij, quod paſſio facit formari de illius conuenientia, & bonitate reſpectu peccantis, & operantis, certo modo diſpoſiti, & ſe habentis per ipſam. Et modum diſtractionis dupliciter explicat: primò, quia, cùm omnes potentiæ animæ radicentur in vna & eadem eſſentia animæ, debet hæc eſſe virtus quaſi communis reſpectu omnium, & cum omnibus ſemper concurrere, & tanquàm vita in actu primo eſſe primum principium actiuum, & receptiuum vitalitatis, quam illæ habent in actu ſecundo, vt probabiliter dicitur *in libris de anima*, quando agitur de diſtinctiooe poteotiarum ab ipſa anima, & notat Suar. *tom.1. in Metaph. diſput.18. ſect.5. num.2. & 3.*

3. *Anima ſecundùm S. Th. immediatè concurrit ad omnes actus ſuarum potentiarum.*

Atque hinc fit, vt quando intenditur vna potentia in ſuo actu, vt, v.g. appetitus ſenſitiuus in paſſione iræ, aut concupiſcentiæ, inter ſe concurrat etiam anima ad illum actum, eiúſque virtus minor remaneat pro alio actu alterius potentiæ, v. g. voluntatis, & hæc neceſſariò remittatur, vel etiam omninò impediatur, ne illum eliciat, diſperſa, ſcilicet, & diſtracta iam ipſa aoima ad actum priorem, & vel nullo modo, vel minùs manente pro actu poſteriore.

Deinde, quia omnes potentiæ animales, dum operantur præter concurſum immediatum, & vniuerſalem ipſius animæ, de quo iam diximus, etiam requirunt concurſum particularem ſenſus communis, aut virtutis imaginatiuæ, quæ eſt poteotia ſpecialis interior ipſius animæ ſenſitiuæ. Vnde & ſenſus communis *2. de anima, text.149.* dicitur aliquo modo eſſe vnus ſenſus, & aliquo modo eſſe plures, & ad alios ſenſus ſe habere, ſicut centrum ad lineam circuli: & *cap.2. de ſomno, & vigil.* dicitur, ſequi omnes ſenſus, vt potentia quædam communis. Et hinc ſimiliter fit, vt ſenſus communis, dum vehementer eſt applicatus circa obiectum ſenſibile, ſicut requirit motus, & paſſio appetitus, non poſſit vehementer applicari circa obiectum intelligibile, ſicut requirit motus, & actus volontaris; & ideò ab illo diſtrahatur, & remittatur, vel etiam omninò impediatur, & per conſequens etiam remittatur, vel omninò impediatur ipſe actus voluntaris.

Ex parte verò obiecti, & per variationem propoſitionis illius, poteſt paſſio indirectè mouere voluntatem, inquit S. Thom. *art.1. cit.* quia facit immutari apprehenſionem imaginationis, & iudicium virtutis æſtimatiuæ, per illam ipſam realem, & phyſicam mutationem, quam inducit in eo, qui patitur paſſionem: nam, ſicut variationem diſpoſitionis linguæ, v.g. aut palati, ſequitur variatio iudicij guſtus; ita & variatiooem diſpoſitionis cordis, aut hepatis, vel alterius partis per efferueſcentiam ſanguinis, aut feruorem, vel diffuſionem ſpirituum animalium, ſequitur diuerſitas apprehenſionis vindictæ, aut alterius obiecti ſenſibilis; & dum hoc ex vi paſſionis apprehenditur, & æſtimatur magis conueniens per virtutem imaginatiuam, & æſtimatiuam, facilè iudicatur etiam conueniens per iudicium rationis, & ſic indirectè allicitur, & trahitur etiam ipſa voluntas, vt pluribus explicauimus *ſuprà lib.1. diſp.24. num.10.*

Atque hi duo modi indirectè mouendi, & trahendi voluntatem, quos ponit S. Thomas, id eſt, per viam diſtractionis, & per viam diuerſæ propoſitionis obiecti, omninò differunt: quia primus, per ſe loquendo, poteſt eſſe ſine ſecundo; & diſtractio animæ, aut ſenſus communis, vel potentiæ imaginatiuæ, poteſt eſſe etiam ſine diuerſa propoſitione obiecti, quamuis per paſſionem ſimul cauſetur diſtractio, & diuerſa propoſitio obiecti, & ſimul vtroque modo indirectè trahatur, & moueatur voluntas ad actum peccati.

4. *Poteſt paſſio ſuperare rationem contra eius ſcientiam.*

Dum verò paſſio ſic mouet, & trahit indirectè voluntatem ad actum peccati, rectè dicitur ſuperare rationem contra eius ſcientiam, vt ſubdit S. Th. *art.2.* ſiquidem facit, vt eligatur actus peccati, non obſtante, quòd ratio ſciat in vniuerſali, vel in habitu eum non eſſe eligendum: quia enim ad rectè agendum dirigitur homo duplici ſcientia, id eſt, vniuerſali, & particulari, dum actu cognoſcitur in vniuerſali, v. g. quòd nulla fornicatio ſit facienda, poteſt facere paſſio, vt non cognoſcatur in particulari, quòd hic actus, qui eſt fornicatio, non ſit faciendus, vel certè quòd cognoſcatur ſolùm in habitu, non autem in actu; & ſic poteſt vincere dictamen illud, vel ſcientiam vniuerſalem, & contra illam mouere ad actum fornicationis: ſicut enim, qui habitualiter ſcit hanc locutionem, v. g. non eſſe congruam ſecundùm leges Grammaticæ, adhuc poteſt illam loqui, ſi actualiter non attendat: ita & qui habitualiter ſcit huoc actum, v.g. in particulari, qui eſt fornicatio, non eſſe faciendum, adhuc poteſt illum eligere, ſi actualiter ex paſſioue id non aduertat. Idque ipſum, vt non cognoſcatur in particulari, vel actualiter, quòd hic actus non ſit faciendus, poteſt paſſio impedire tripliciter, id eſt, primò per viam diſtractionis, in quantum, ſcilicet, ipſa anima, vel ſenſus communis, aut imaginatio vehementiùs applicatur, & trahitur ad actum, qui efficitur ex paſſione, & vel nullo modo, vel minor relinquitur pro actu rationis continuando, ſi iam erat elicitus, vel pro illo primùm eliciendo, ſi non erat elicitus. Deinde per viam contrarietatis, in quantum paſſio facit ſubſumi propoſitionem minorem, ſub maiore, quam ipſa dictat, & contrariam illi, quam ſubſumeret ratio, ſi non impediretur à paſſione; & ſi fortè iam priùs ſubſumpſerat, antequàm aduenìſſet paſſio, facit eam deſinere, & quaſi corrumpi per viam coorrarietaris, & per aduentum minoris contrariæ, & denique per viam cuiuſdam immutationis corporalis, ex qua ratio quodammodo ligatur, ne omninò, vel ſaltem, ne liberè exeat in ſuos actus, vt etiam cōtingit in ebrietate, & ſomno, aliquo ſcilicet interiùs corrupto, vt loquitur Ariſtoteles *1. de anima, text. 65. & 66.* id eſt, immutatis ipſis organis, & inſtrumentis ſenſuum interiorum, ex qualitate, quantitate, & motu ſpirituum & vaporum, per quos deferuntur, & in quibus apparent phantaſmata, quæ inſeruiunt intellectioni, vt etiam *ſuprà* diximus, dum ageremus de inuoluntario ex amentia *lib.1. diſp.22.* quòd enim hæc immutatio poſſit contingere ex paſſione,

5. *Paſſio, ſi ſit vehemens, poteſt inducere in amentiam.*

ex eo patet, inquit S.Thom. art.2. cit. *quia aliquando, cùm paſſiones multùm intenduntur, homo amittit*

totaliter

totaliter vſum rationis ; & multi propter magnitudinem amoris , aut ira , ſunt in inſaniam conuerſi. Et de iis, qui ſunt in magna paſſione iræ , experientia conſtat , quòd ſæpè etiam ſenſibus ipſis exterioribus decipiuntur , vt ea non videant , quæ ante oculos habent, vt notat Auerr. *in paraphraſ. in libellum de ſenſu , & ſenſibili , initio* , & eorum, quæ tempore iræ ipſis accidunt, ſæpè non recordantur , vt notat Galen. *lib.2.de mot. muſc.cap.*6. in quantum,ſcilicet , vehementia commotionis , & perturbationis in ſanguine , & ſpiritibus , quæ contingit ex illa paſſione , non ſinit obiecta percipi , aut relinqui phantaſmata , vel ſpecies pro memoria : quod ſignum eſt , multò plùs impediri in illis operationes mentis. Et idem eſt de paſſione timoris , quæ ſi ſit vehemens ,& ſubita , tantùm facit perturbationem in ſanguine , & ſpiritibus , vt non modò impediat rectum vſum rationis ; ſed aliquando etiam vitam extinguat, vt notat Galen. *in lib.2. de ſymptom.cauſis, cap.*5. Et denique idem eſt de paſſione amoris, ſecundùm quam amantes ab amentibus, vt ſimilitudine nominis ; ita & prauitate intellectionum , vel parum , vel nihil differunt : vnde & bacchantibus, & furioſis in iure æquiparantur ex Gloſſa *in §. 1. verb.bacchata . inſtit.de ſucceſſ. ſublatis.* & delicta ex

6. *Delicta ex paſſione amoris patrata mitiùs puniuntur.*

paſſione amoris patrata , vel mitiùs puniuntur, vel etiam omninò abſoluuntur ; ſicut & patrata ex furore , & impotentia mentis , vt videre eſt apud Clar. *in pract. crim. lib.5.quaſt.* 60. *§. Eſt & amor.* & apud Farinac. ſimiliter *in praxi crim.lib. 3. par.2. tit.2.qu. 98.cauſa* 13*.num.*80.

Quòd ſi hæc immutatio corporalis per paſſionem non ſit tanta , vt ſimpliciter , & totaliter impediat vſum rationis;adhuc tamen poteſt dici ſuperare rationem cum ſua ſcientia , ſi illam impediat ſolùm pro iudicio particulari , & actuali , quod eſſet formandum ex ratione , & ſubſumendum ſub iudicio vniuerſali , quod ex illa iam eſt formatum; quamuis relinquat eundem vſum rationis pro iudicio particulari oppoſito , quod ſubſumitur ſecundùm concupiſcentiam , vt ſæpiùs diximus : hoc enim reuerà eſt vincere rationem cum ſua ſcientia vniuerſali , id eſt , facere , vt ſub illa non ſubſumatur actualiter rectum iudicium particulare ; ſed iudicetur , quod paſſio ſuadet , & non eſt rectum ; & ſcientia illa recta vniuerſalis relinquatur quodammodo ſterilis, & feriata , vel ſine affectu , vt loquitur Conr. 1.2. *qu. 77. art.2.cit. §. Et nota , quòd non intelligitur.* Imò talis ſcientia vniuerſalis recta,communiter ne actu quidem remanet , ſed ſolùm habitu , & virtute , ſicut manent communiter in ſyllogiſmis propoſitio maior , quando ex illa infertur concluſio , vt patet ex Ariſtotele 1. *Poſter. text.* 1. vbi vniuerſaliter aſſerit , omnem notitiam diſcurſiuam fieri ex cognitione principiorum præexiſtente ; & ideò principia ſemper eſſe priùs præcognoſcenda. Ad quod facit etiam ſolutio S.Thom. 1.2.*qu. 77.art.2. cit.ad 3. & quaſt.3. de malo , art. 9. ad 5.* quòd in ſyllogiſmo operantis ex paſſione, ideò non contingat ſimul haberi aſſenſus contradictorios, dum cognoſcit , v. g. per ſcientiam vniuerſalem rectam , quòd nullum turpe ſit faciendum ; & ſubſumit ex paſſione , quòd hoc turpe, quod eſt fornicatio , ſit faciendum : ſcientiam enim rectam vniuerſalem , quando ſubſumitur particularis contradictoria ex paſſione , ſolùm ait S. Thomas manere in habitu ; non autem in actu ; & ideò non ſimul haberi aſſenſus contradictorios, cùm habitus, & actus non opponantur contradictoriè ; ſed habitus opponatur habitui, & actus actui.

Et deinque ſi contingat,per paſſionem omninò impediri vſum rationis pro iudicio particulari ſecundùm virtutem , vt videtur accidere , quando quis actualiter peccans , actualiter ſentit remorſum conſcientiæ , & habet actualem notitiam , quòd malè agat ; adhuc poterit dici , quòd paſſio ſuperet rationem cum ſua ſcientia:quia illud ipſum iudicium rectum particulare , quod actu habetur , facit paſſio vt ſolùm leuiter , & ſuperficialiter apprehendatur, ſicut & apprehenduntur carmina Empedoclis ab iis, qui illa proferunt tempore ebrietatis, aut ſomni, vt habet Ariſtoteles 7. *Ethic.cap.*3. & S. Thomas 1. 2. *quaſt.77.art.2.cit.ad* 5. Atque ita vt res tota vnico verbo concludatur, poteſt paſſio eſſe cauſa peccati, & indirectè ſuperare rationem : quia poteſt facere, vt minor propoſitio , quæ eſt domina actionis , vel actu non ſubſumatur ſecundùm rationem , vel ſi ſubſumitur , ſolùm leuiter penetretur , & ſicut carmina Empedoclis tempore ebrietatis , aut ſomni, vt concludit Ariſtoteles 7. *Ethic.cap.3. cit.in fine*,& nos *ſuprà* explicauimus *hoc ipſo libro , diſputat.* 37. *num.*10.

7. *Quomodo voluntas ſemper ſit recta, quando ratio eſt recta, & ſemper defectus in voluntate ſupponat aliquem defectum in ratione.*

Quòd ſi vrgeas ex hac doctrina, quòd paſſio vincat rationem , & quòd peccatum , qui propriè eſt defectus in voluntate , non contingat ſiue defectu in intellectu , ſiue hic ſit omiſſio recti iudicij particularis ſecundùm virtutem , ſiue ſaltem debilior, & minùs efficax illius penetratio, vt iam diximus, non poſſe ſaluari plures articulos , qui Pariſiis dicuntur fuiſſe definiri ſub pœna excommunicationis,contra oppoſitum ſentientes , vt refert Capreolus *in 2.diſt. 2. quaſt.1. artic. 2. in argum.* & ſpecialiter hos tres, qui tanquàm erronei fuerunt damnati , vt videre eſt apud Vaſq. 1.2. *diſput.*128. *cap.2. num.*4. & apud Corduben.*lib.1.quaſt.qu.*13.& apud Scholaſticos in 3.d.36.*Si ratio eſt recta,etiam voluntas eſt recta. Stante ſcientia vniuerſali , & particulari in intellectu, voluntas non poteſt in oppoſitum.* &,*Exiſtente voluntate in vltima diſpoſitione per intellectum ad aliquem actum , non poteſt in oppoſitum.* Nam , ſi prauitas , & defectus in voluntate ſemper eſt cum aliqua prauitate, & defectu in intellectu, vt iam diximus, falſum eſt , quòd poſſit ratio eſſe recta, & voluntas eſſe non recta ; vel quòd neceſſariò , quando ratio eſt recta, etiam voluntas ſit recta, & quòd ſtante recta ſcientia in vniuerſali , & in particulari , & per illam exiſtente voluntate in vltima diſpoſitione ad actum , non poſſit voluntas operari oppoſitum , vt definitur per illos articulos.

8. *Articuli Pariſienſes quāta ſint authoritatis.*

Reſpondeo primò ex Godofredo *quodlib.8.quaſt.* 5. & apud Capr. *loco cit.art.3. in reſponſione ad* 1. articulos illos Pariſienſes indigere magna correctione ; quia eorum aliqui ſunt falſi , & aliqui ſibi inuicem contradicunt , & repugnant veræ doctrinæ, potiſſimùm S. Thomæ , & ex Ægidio , & aliis multis apud Capr. *ibid.*fuerunt definiti,non conuocatis omnibus Doctoribus Pariſienſibus ; ſed ad requiſitionem , & inſtantiam aliquorum tantùm Capitulorum;& excommunicatio fuit poſteà reuocata per D. Stephanum Epiſcopum Pariſienſem , in quantum dicti articuli tangunt doctrinam S.Thom. Quare , ſi in aliquo non poſſent ſaluari , non proptereà multùm referret : & ſi contendant , poſſe in voluntate eſſe defectum , & peccatum, etiam quando defectus in intellectu eſt planè nullus , non eſt de illis curandum , vt notat Vaſquez *diſput.*128.*cit. cap.4. num.*7.

Deinde Reſpondeo ex dictis, *ſuprà. hoc ipſo libro, diſp.37. num.*11. abſolutè , & ſimpliciter ideò poſſe voluntatem eſſe non rectam, quando ratio eſt recta: quia poteſt liberè ceſſare ab illa rectitudine rationis, & intenſiùs , vel efficaciùs attendere ad iudicium concupiſcentiæ,

Digitized by Google

concupiſcentiæ, vel paſſionis non tectum: vt enim dicitur 3. *Ethic.cap.5.* quamuis omnes appetant id, quod bonum eis videtur; adhuc tamen virtutes, & vitia ſunt in noſtra poteſtate: quia vnuſquiſque ſibi quodammodo cauſa eſt, vt hoc, vel illud ſibi videatur, quatenus, ſcilicet, voluntariè attendit magis, vel minùs ad hoc, vel illud, quod eſt ſecundùm virtutem, vel ſecundùm vitium. Et quamuis fortaſſe non ſit in poteſtate voluntatis, vt proſequatur, v.g. bonum honeſtum, quando illi ſolùm leuiter, & debiliter, vel etiam nullo modo proponitur per iudicium particulare rationis, & ex huiuſmodi defectu, qui contingit in intellectu, ſequatur in voluntate neceſſitas, quoad ſpecificationem, vt notat Vaſq. *diſp.* 128. *cit.cap.5. num.*4. §. *Quæ verò pro quinta ſententia.* ſemper tamen manet libertas, quoad exercitium, & vt voluntas non ſequatur bonum delectabile, quod fortius, & efficacius illi proponitur ex concupiſcentia, & paſſione: & hoc ipſo, quòd voluntas non proſequitur quoad exercitium tale bonum, & non conſentit peccato, recurrit in intellectu noua conſideratio, & maior penetratio honeſtatis, & efficaciùs hæc proponitur, & contrà propoſitio delectationis euadit debilior, & minùs efficax, vt conſtat experientia, & ſubdit Vaſquez *num.*14. *cit.*

Nec multùm differt ab hac ſolutione illa alia, quam tradit Henriq. Gandau *quodl.* 10. *qu.* 10. & ex illo Scot *in* 3. *d.* 36. *qu.vnica,* §. *Secundus articulus.* quòd hæc propoſitio: *Exiſtente, vel ſtante in intellectu aliqua notitia, vel ſcientia vniuerſali, & particulari, & exiſtente voluntate in vltima diſpoſitione ad aliquem actum, non poteſt voluntas in oppoſitum.* ſolùm eſt admittenda in ſenſu compoſito, ſi, ſcilicet, fieri debeat compoſitio, & coniunctio actus oppoſiti, cum illa ſcientia, & vltima diſpoſitione; non autem eſt admittenda in ſenſu diuiſo, ſi illa ipſa ſcientia, & vltima diſpoſitio ceſſare debeat, vel reddi debilior, & inefficax ex ipſa libertate voluntatis: & in articulis Pariſienſibus ſolùm ſecundo modo eſt declarata erronea, non autem primo. Nam, quemadmodum in ſyllogiſmis ſpeculatiuis non poteſt intellectus in oppoſitum concluſionis, quæ ſequitur ex præmiſſis, dum ipſæ præmiſſæ manent poſitæ, & conceſſæ, vt patet ex defenſione ſyllogiſmi, 1. *Prior. cap.*1. id eſt, in ſenſu compoſito cum ipſis præmiſſis; benè autem poteſt, ſi ipſæ præmiſſæ non maneant, id eſt, in ſenſu diuiſo: ita & in practicis non poteſt non ſequi actio in ſenſu compoſito, id eſt, ſi ponantur manere ſcientia vniuerſalis, & particularis, ex qua illa ſequitur tanquàm concluſio ex præmiſſis, vt *ſuprà* diximus ex Ariſtotele 7. *Ethic.cap.*3. benè autem poteſt non ſequi in ſenſu diuiſo, id eſt, ſi illæ non maneant. Et hoc idem etiam ſentit Capr. *in* 2. *d.* 24. *quæſt.*1. *art.* 3. *in ſolutionibus argumentorum contra* 5. *concluſionem.* vbi ait, voluntatem determinari à iudicio intellectus, quoad ſpecificationem; & ſtante tali iudicio, vel ex ſuppoſitione, quòd ipſa voluntas non faciat illud ceſſare, & imperet intellectum meliùs deliberate, ipſam voluntatem neceſſariò eligere neceſſitate ex ſuppoſitione; non autem neceſſitate ſimpliciter: & *d.*39. *qu.vn.art.*3. *in reſponſione ad* 7. *contra* 2. *concluſ.* vbi docet; quòd ſtante conſcientia vniuerſali, & particulari de aliquo agendo, aut non agendo, non poteſt voluntas contra ipſam agere: benè autem poteſt, ſi illa non ſtet, ſed repellatur per iudicium contrarium formaliter, vel virtualiter. Et clariſſimè *in* 3. *d.* 36. *quæſt. vnica, art.*3. *in fine reſponſionis ad* 1. *Scoti contra duas primas concluſiones.* vbi iuxta doctrinam S. Thomæ concludit, quòd, quamuis poſſibile ſit, aliquem malè eligere ſecundùm voluntatem, & ſimul habere actu rectam ſcientiam de agendis in vniuerſali, & habitu de agendis in particulari; impoſſibile tamen eſt, aliquem malè eligere, & peccare ſecundùm voluntatem, & ſimul habere actu rectam ſcientiam, & æſtimationem de agendis in vniuerſali, & in particulari, & perfectum, & vltimatum actum prudentiæ, & nunquam appetitum aliquem animalem, aut rationalem tendere in oppoſitum illius, quod vltimatè ſibi proponitur, vt bonum, & præcipitur per facultatem apprehenſiuam: quia, ſcilicet, vt habet S. Thomas *quæſt.* 16. *de malo, art.* 2. appetitus in vniuerſum nihil eſt aliud, niſi inclinatio in bonum; & ſicut appetitus naturalis conſequitur formam naturalem: ita & appetitus ſenſitiuus, vel intellectiuus ſequitur formam apprehenſam per ſenſum, aut per intellectum, non quidem neceſſariò quoad exercitium, ſi loquamur de appetitu intellectiuo; ſed quoad ſpecificationem, vt benè notat Conr. 1.2. *quæſt.* 77. *art.*2. §. *Nota autem pro maiori intellectu.*

DISPVT. XLI.

Quomodo peccatum ex paſſione dicatur eſſe ex infirmitate; & omne peccatum dicatur habere principium ex hac paſſione, quæ eſt amor ſui.

1. *Peccatum ex paſſione rectè dicitur ex infirmitate, quia paſſiones ſunt infirmitates animæ.*
2. *Quod fit ex paſſione, eſt verè peccatum.*
3. *Paſſio etiam quando ligat rationem, non excuſat à peccato.*
4. *Quæ fiunt tempore amentiæ, poſſunt imputari ad culpam, ſi amentia habuit principium in voluntate.*
5. *Amor ſui eſt principium omnis peccati.*
6. *Amor, vel amicitia ad alios ſemper originatur ex amore ſui.*
7. *Ponuntur difficultates, quòd amor ſui non poſſit eſſe principium omnis peccati.*
8. *Quomodo amor concupiſcentiæ ſemper cauſetur ex amore amicitiæ.*
9. *Quomodo odium ſui ſemper cauſetur ex amore ſui, nec poſſit quis, per ſe loquendo, odiſſe ſe.*
10. *In quo genere cauſæ amor ſui ſit principium, & cauſa omnis peccati.*
11. *Amor ſui, qui eſt cauſa peccati, eſt actus voluntatis.*
12. *Amor in communi acceptus etiam dicitur de actu appetitus ſenſitiui.*
13. *Quomodo principium omnis peccati dicatur eſſe concupiſcentia carnis, concupiſcentia oculorum, & ſuperbia vitæ.*
14. *Iraſcibilis, & concupiſcibilis largè accepta, non ſolùm dicitur de appetitu ſenſitiuo; ſed etiam de intellectiuo.*

PECCATVM, quod modò explico, & contingit ex paſſione, rectè dicitur eſſe peccatum ex infirmitate, vt notat S. Thomas 1.2. *quæſt.*77. *art.*3. *& quæſt.*3. *de malo, art.*9. *in corp.* & nos *ſuprà* indicauimus *hoc ipſo lib. diſp.* 15. *num.*2. & appellatio ſumitur per ſimilitudinem, aut analogiam ad infirmitatem corporis: nam, quemadmodum corpus animalis tunc dicitur eſſe infirmum, quando aliquis humor, aut membrum non ſubditur virtuti regitiuæ, & motiuæ totius, & excedit, v.g. in caliditate, aut frigiditate; aut habet aliquam aliam inordinationem, 1.

Peccatum ex paſſione rectè dicitur ex infirmitate, quia paſſiones ſunt infirmitates animæ.

Digitized by Google

inordinationem, propter quam debilitatur, aut impeditur operatio debita, & conueniens ſecundùm naturam: quomodo oculus, v. g. ex Ariſtotele *lib. 10. de hiſt. animal. cap. 1.* tunc eſt infirmus, & malè habet, quando lippitudinem oreat, aut non videt, aut poſt viſionem aliqua turbatione afficitur; aut aliqua videndi impotentia rurſus tentatur; ita & animæ infirmitas tunc contingit, quando illius partes, id eſt, potentiæ, non ſubduntur virtoti regitiuæ illarum, quæ eſt recta ratio, & propter huiuſmodi inordinationem impediuntur operationes conuenientes, & debitæ homini ſecundùm rationem: quod tunc fit, quando paſſiones concupiſcibilis, aut iraſcibilis vincunt rationem, cum ſua ſcientia vniuerſali, & contra illam trabunt voluntatem, vt iam explicauimus. Vnde & Stoïci huiuſmodi paſſiones appellabant ægritudines animi, vt eſt apud Mar. Toll. *lib. 4. Tuſcul.* & apud S. Auguſtinum *lib. 14. de ciuit. cap. 7. tom. 5.* Et Ariſtot. 7. *Ethic. cap.* 8. tam intemperantiam, quàm incontinentiam ait eſſe ſimilem morbis; ſed illam eſſe ſimilem aquæ intercuti, & tabi, quia eſt continua; & hanc eſſe ſimilem morbis comitialibus, quia non eſt continua.

2. *Quod fit ex paſſione, eſt verè peccatū.*

Quòd ſi vrgeas, apertam videri implicantiam, quòd aliquis actus ſit peccatum, & quòd proueniat ex infirmitate: ſiquidem, in quantum peccatum, neceſſe eſt, vt ſubdatur voluntati, & libertati, & in quantum eſt ex infirmitate, videtur prouenire ex quadam neceſſitate, & contra voluntatem, vt patet in iis motibus corporalibus, qui contingunt ex infirmitate corporali, v. g. ex paralyſi. Reſpondet S. Thomas 1. 2. *quæſt. 77. art. 3. ad* 3. ſubdi quidem huiuſmodi actus voluntati, & libertati, hoc ipſo, quòd ſunt peccata; ſed voluntatem, & libertatem, dum ad illos fertur, & trahitur per paſſionem, non ferri expeditam, & liberam; ſed impeditam per paſſionem, tanquàm per infirmitatem, ab actu oppoſito; & hoc importari, dum appellantur peccata ex infirmitate: ſic enim etiam in corporalibus ſubditur quidem ambulatio, v. g. in homine claudo, virtuti ipſius ambulatiuæ; ſed hæc, dum illam efficit, ſolùm efficit, prout impedita per curuitatem, aut breuitatem tibiæ; & ideò claudicatio abſolutè dicitur eſſe ex tibiæ infirmitate.

3. *Paſſio, etiam quando ligat rationem, nō excuſat à peccato.*

Et quia ſæpè accidit, vt hæc ipſa impeditio voluntatis ex paſſione ſit voluntaria, & dependens à voluntate; ideò abſolutè non excuſatur, qui ex illa facit actum aliàs indebitum, & peccatum: vt enim benè explicat S. Thomas *quæſt. 3. de malo, art. 10. in corp.* & 1. 2. *quæſt. 77. art.* 8. etiam neceſſitas, quando eſt ex ſuppoſitione alicuius, quod abſolutè ſubiacet voluntati, non excuſat, neque tollit rationem peccati, vt patet, v. g. in morte illius, quæ neceſſariò ſequitur ex ſuppoſitione, quòd gladius ſit illi infixus in viſcera: ſicut enim hæc mors rectè imputatur ad culpam mortalem infigenti voluntariè gladium: quia, etiamſi ipſa mors ſequatur neceſſariò ex infixione ſuppoſita; ipſa tamen infixio voluntaria eſt, & abſolutè ſequitur mors, ex ſuppoſitione alicuius, quod ſubiacet voluntati; ita & praua electio, quæ fortè neceſſariò ſequitur ex ligamine, aut impeditione rationis per paſſionem, imputatur peccato: quia abſolutè hoc ipſum ligamen, aut impeditio rationis, eſt voluntaria, cùm fuerit in poteſtate voluntatis illam repellere, ſi ab initio intentio animæ non fuiſſet vehementer applicata ad actum paſſionis, & appetitus ſenſitiui; & ſic diſtracta, aut auerſa à conſiderando in particulari, id, quod habitualiter in vniuerſali cognouit ſecundùm rationem, & dictamen virtutis; & quòd ſi fuiſſet actualiter, & benè conſideratum, & cognitum, efficaciter intuliſſet electionem oppoſitam: & cùm abſolutè ſit in poteſtate voluntatis, applicare, vel non applicare ad aliquid intentionem animæ, etiam eſt abſolutè in poteſtate illius excludere impeditionem, & ligamen rationis per paſſionem; & ideò etiam actus, qui neceſſariò ſequitur ex ſuppoſitione talis ligaminis, abſolutè eſt voluntarius, & non excuſatur à culpa, ſiue veniali, ſiue mortali.

Secùs verò eſſet, ſi hæc impeditio, aut ligatio rationis, ita proueniret ex paſſione, vt non eſſet in poteſtate voluntatis eam repellere, vt, v. g. ſi paſſio tanta eſſet, & tam ſubita, vt ſtatim in inſaniam verteret, & omninò tolleret vſum rationis: tunc enim quidquid ex illa ſequeretur, vacaret culpa, ſicut & vacant alij actus inſani hominis, & ſimpliciter non habentis vſum rationis.

Dixi autem, ſi paſſio eſſet tam ſubita: quia, ſi ab initio potuiſſet voluntas eam impedire, ne tantùm excreſceret, & abſolutè fuiſſet paſſio in poteſtate illius, quantùm ad principium, adhuc poſſent imputari ad culpam, quæ poſteà committerentur tempore inſaniæ per illam inductæ, vt ſubdit S. Thomas 1. 2. *quæſt. 77. art. 7. & quæſt. 3. de malo, art. 10. cit. in fine corp.* quia ſimiliter etiam imputantur, quæ fiunt tempore ebrietatis, quando illius principium eſt voluntarium, & fuerunt in ipſa ſufficienter præcognita.

4. *Quæ fiunt tempore amētia, poſſunt imputari ad culpam, ſi amentia habuit principium in voluntate.*

Atque ex his intelligitur, quomodo paſſio, aut infirmitas excuſet, aut non excuſet à peccato: vt enim benè explicat S. Thomas 1. 2. *quæſt. 77. art. 7. cit. & qu. 3. de malo, art.* 10. non excuſat, ſi non ſit adeò vehemens, vt omninò auferat iudicium rationis, & etiam quantùm ad principium ſui non ſit in poteſtate voluntatis; & culpa inordinatæ operationis, quæ fit ex paſſione, poteſt etiam eſſe mortalis, ſi ſit ex deliberatione, vel ſaltem deliberatè ab ipſo initio non ſit repulſa, vel impedita paſſio, ne multùm excreſceret; cùm tamen poſſet, vt ſubdit S. Thom. *qu. 77. cit. art.* 8.

Quo verò modo, cæteris paribus, peccatum ex paſſione ſit leuius, quando paſſio eſt antecedens, vt docet idem S. Thomas *art.* 6. ſatis *ſuprà* explicauimus *lib. 1. diſp.* 24. dum ageremus de inuoluntario ratione concupiſcentiæ.

5. *Amor ſuî eſt principium omnis peccati.*

Circa alteram partem diſputationis affirmat ſimiliter S. Thom. 1. 2. *quæſt. 77. cit. art.* 4. quòd principium omnis peccati ſit amor ſui, qui ex S. Auguſt. *lib. 14. de ciuit. c. 28 tom. 5.* dicitur facere ciuitatem Babylonis, id eſt, ipſam vniuerſitatem peccatorum, vſque ad contemptum Dei: ſi enim loquamur de peccato, prout dicit ipſum actum inordinatum, & ipſam actualem conuerſionem ad bonum commutabile, quo ſolummodo poteſt habere cauſam per ſe, vt *ſuprà* diximus *diſput. 38. num.* 1. ex eodem S. Thom. 1. 2. *quæſt. 75. art.* 1. certum eſt, quòd ſemper procedit ex aliquo inordinato appetitu alicuius boni temporalis, quando tranſit ad actum externum, vel certè ex ipſemet appetitus inordinatus, quando non tranſit; & quia quòd aliquod bonum temporale inordinatè appetatur, ſemper procedit ex hoc, quòd inordinatè ametur is, cui tale bonum appetitur, cùm ſemper amor concupiſcentiæ, qui eſt circa bonum, quod concupiſcitur, procedat ex amore amicitiæ, qui eſt circa illum, cui tale bonum concupiſcitur, vt patet ex eodem S. Thom. 1. 2. *quæſt. 26. art.* 4. & finis, qui dicitur, cuius gratia, ſolùm ametur propter finem cui, & ab hoc menſuretur & reguletur quoad ſuam amabilitatem, & cum illo ſimul complea t vnam rationem finis, vt probatur in Phyſicis; ſemper debet talis appetitus inordinatus tandem referri,

6. *Amor, vel amicitia ad alios, ſemper originatur ex amore ſuî.*

referri, tanqoàm in primom principium, & primam radicem, io ipſum inordinatum amorem ſui; non, quia immediatè, & proximè non poſſit aliquis appetitus inordinatus etiam prouenire ex amore inordinato alterius: vt, ſi amico, v. g. inordinatè appetas turpem delectationem, aut turpe lucrum; ſed, quia omnis amor alterius primò origioatur ex amore ſui, & tandem in honc refertur, cùm aliorum omoium finis aliquo modo ſemper ſimus nos ipſi, vt dicitur 2. *Phyſ. text.* 24. & quod abſolotè eſt bonum, ita ſit abſolutè amabile, vt tamen ſpecialiter illud ſit vnicuique amabile, quod eſt bonum vnicuique, vt dicitur 8. *Ethic. cap.* 2. & 5. & certum ſit, quòd omnis amabilitas per amorem amicitiæ eſt quædam ſociabilitas, & hæc ſolùm proueniat & origioetur ex indigentia; & is taotùm noo veniat in ſocietatem cum aliis, qui nullius eſt indigens, vt probat Ariſtoteles 1. *Politicor. cap.* 2. & ideò amor alterius, vel amicitia ad alterum ſemper originetur ex amore ſui, vel ex amicitia ad ſe ipſum, cùm ſemper amicum amantes, quod ſibi ipſis bonom eſt, ament, & bonus vir amicus effectus, bonum ei fiat, cui eſt amicus, vt dicitur 8. *Ethic. cap.* 5. *citato.*

7.
Ponuntur difficultates, quòd amor ſui non poſſit eſſe principiũ omnis peccati.

Sed contrà poteſt occurrere multiplex difficultas. Primò eoim appetitus inordinatus, quo quis ſibi ipſi inordinatè appetit aliqood bonum, v. g. delectationem illicitam, non videtur vllo modo poſſe cauſari ex actu ioordinato amoris ſui, cùm actus non ſit niſi vnus, qui ſimul termioatur ad delectationem, quæ appetitur, & ad ſe ipſum, cui appetitur; & certum ſit, quòd idem oon poteſt eſſe principium, aut cauſa ſui ipſius. Deinde peccatum odij, quo quis peccat erga ſe ipſum, dum, v.g. ſe ipſum occidit, impoſſibile videtur, quòd poſſit cauſari, aut principiari ex amore ſui; ſicut oee odium alterius poteſt principiari ex amore alterius, id eſt, vnum contrarium ex altero, ſi loquamur de principiatione in genere cauſæ efficientis, aut finalis, cùm voum contrarium non efficiatur ab altero, ſed deſtruatur; neque efficiatur gratia alterius. Tertiò, noo apparet, de quo amore ſit ſermo, quando dicitur amor ſui eſſe principium omnis peccati: ſi enim loquamur de amore quaſi innato, & naturali, hic malus non eſt, vtpote inſitus ab ipſa natura, & acceptus à Deo; & ideò nec poteſt dici principium, aut cauſa omnis peccati: ſi verò loquamur de amore elicito, ſæpiſſimè accidit, vt dum actu peccatur, nullus huiuſmodi actus amoris erga ſeipſum eliciatur, vt, v.g. dum quis furatur, vel occidit io gratiam amici, nec quicquam cogitat de ſeipſo.

Et ſimiliter, ſi loquamur de amore ſui, provt dicit actum voluntatis, & appetitus rationalis, minùs aptè de illo agitur, dum tractatur de cauſa peccati ex parte appetitus ſenſitioi, quæ eſt paſſio, & infirmitas; & ſi loquamur de amore ſui, provt dicit actum appetitus ſenſitiui, non apparet, quonam modo ex iam explicatis de paſſione in vniuerſum, poſſit trahere voluotatem, & ſuperare rationem in omni actu peccati, id eſt, vtrùm per diſtractionem intentionis animæ, an per viam contrarietatis, vel per corporalem immutationem, vt patet ex S. Th. 1.2. *qu.* 77. *art.* 2. & 5.

8.
Quomodo amor concupiſcẽtiæ ſemper cauſetur ex amore amicitia.

Ad primum reſpondeo ex S. Thoma 1. 2. *qu.* 26. *artic.* 4. & Conr. 1.2. *qu.* 77. *art.* 4. §. *Ponit minorem.* eundem actum appetitus, qui ſimul eſt amor coocupiſcentiæ, provt terminatur ad id, quod appetitur, & ſimul eſt amicitiæ, provt terminatur ad illum, cui appetitur, in tantum dici, provt eſt amicitia, eſſe principium ſui ipſius, provt eſt concupiſcentia, in quantum amabilitates ipſorum obiectorum principiantur ad inuicem, & amabilitas perſonæ, cui bonum appetitur, facit quodammodo amabilitatem in ipſo bono, quod appetitur, eamque regulat, & menſurat: hinc enim fit, vt etiam actus priùs, & principaliùs dicatur terminari ad perſonam, & poſteriùs & minùs principaliter ad bonum. Et quemadmodum amor finis ſimpliciter vltimi dicitur cauſare amores aliorum finium, qui dicuotur non vltimi ſimplieiter; quia omnes alij ſunt quædam participationes illius, & ad illum referuntur, ſicut imperfectum ad perfectum, eiúſque motio ſemper reperitur, ſaltem virtualiter, in motioobus aliorum, vt patet ex S. Thom. 1.2. *quæſt.* 1. *art.* 6. ita & amor finis, qui dicitur vltimus oon ſimpliciter, ſed ſolùm reſpectu bonorum commutabilium, & eſt ipſe homo, propter quem omnia amantur, vt habet idem S. Thomas *in* 2. *d.* 42. *art.* 2. *in corp.* dicitur cauſare amores aliorum finium, qui etiam inter bona commutabilia dicuntur non vltimi; quia omnes alij ſolùm amantur propter ipſum, eiúſque amor, vel formaliter, vel ſaltem virtualiter ſemper repetitur in amoribus aliorum.

Ad ſecundum Reſpondeo, etiam peccatum odij, quo quis dicitur odiſſe ſeipſum, dum ſe occidit, principiari ex amore ſui: nam, quemadmodum odium ſimpliciter, oeceſſariò præſuppooit amorem ſimpliciter, & ſolùm ab illo poteſt cauſari, vt probat S. Thomas 1.2. *quæſt.* 29. *art.* 2. ſiquidem ideò aliquid poteſt odio haberi; quia eſt diſconueniens, & contrarium bono, quod amatur; ac proinde ſemper odium, & diſplicentia alicuius mali ſupponit amorem, & complacentiam booi oppoſiti; ita & odium ſui neceſſariò præſupponit amorem ſui, & abſolutè eſt impoſſibile, vt quis, per ſe loquendo, ſeipſum odiat, ſibique velit malum, vt malum, vt probat S. Thomas *eadem quæſt.* 29. *art.* 8. ſiquidem bonum eſt, quod naturaliter vnunqoodque appetit, 1. *Ethic. cap.* 1. nec poteſt aliquid appeti, niſi ſub ratione boni; & ideò etiam mors, quam aliquis ſibi appetit, dum ſe occidit, non poteſt appeti ſub ratione mali, & ex odio, vel ex diſplicentia, quam ille babeat de ſeipſo; ſed ſolùm ſub ratione boni, & ex complacentia: ſiquidem ſolùm appetitur, in quantum apprehenditur neceſſaria, aut conueniens ad vitandum aliud malum, quod tunc æſtimatur maios, & magis mouet, vt notat Vaſq. 1. 2. *quæſt.* 77. *in notatione ad a.* 4. & quòd aliqois dicatur odio habere ſeipſum, non contingit oiſi per accidens, vt ſubdit S. Thomas *quæſt.* 29. *art.* 4. *cit.* in quantum, ſcilicet, vult ſibi aliquid ſub ratione boni; quod tamen reuerà eſt tantummodo conueniens, & bonum ſecundùm qoid; ſimpliciter autem, & abſolutè eſt malum.

9.
Quomodo odiũ ſui ſemper cauſetur ex amore ſui, nec poſſit quis, per ſe loquendo, odiſſe ſe.

Neque eſt eadem ratio de odio alterios, & de odio ſui: cùm enim ſit neceſſarium, vt omne odium ſemper principietur ex aliquo amore; non tamen eſt neceſſarium, vt odiom alterius principietur ex amore illios, cùm poſſit principiari ex amore alicuius tertij, vel etiam ex amore ſui ipſius; & contrà eſt neceſſarium, vt odium ſui, qualeconque tandem ſit, ſemper principietur ex amore ſui, cùm nullus ſit alius amor, ex quo poſſit principiari. Neque hoc eſt principiari vnum contrarium ab altero contrario, ſiue in genere cauſæ efficientis, ſiue in genere cauſæ finalis, cùm velle ſibi aliquod malum ſub ratione boni, & io quantum remouet aliud malum, verè ſit velle ſibi bonum, & ideò noo contrarietur amori ſui.

10.
In quo genere cauſæ amor ſui ſit principiũ & cauſa omnis peccati.

Quòd ſi quæras, in quo genere cauſæ amor ſui dicatur principium, vel cauſa omnis peccati, & vtrùm in genere cauſæ efficientis, an verò in genere cauſæ finalis. Reſpondeo ex Coor. 1.2. *quæſt.* 77.

art.

art.4.§ Ponit minorem.& §.Tertiò poteſt dici. Si amor ſui accipiatur ratione obiecti, qui eſt ipſemet operans,& amans alia ſibi, & propter ſe, eſſe cauſam in genere cauſæ finalis; quia finis, cui, hoc modo eſt cauſa reſpectu finis, qui dicitur cuius, vt probatur in Phyſicis: ſi verò accipiatur ratione ipſius actus, eſſe cauſam in genere cauſæ efficientis; quia etiam actus amoris, vel intentionis, qui eſt circa finem, eſt cauſa efficiens aliorum actuum, qui ſunt circa media.

11. *Amor ſui, qui eſt cauſa peccati, eſt actus voluntatis.*

Ad tertium reſpondeo primò, quando dicitur amor ſui eſſe principium omnis peccati, propriè eſſe ſermonem de amore elicito,& hoc non quocunque, ſed inordinato, id eſt, illo, quo quis ſe ipſum conſtituit finem bonorum commutabilium, ad quæ inordinatè conuertitur per peccatum, cùm non poſſint referri in Deum, aut eſſe volita propter Deum: nam ad peccatum non ſufficit ſolus actus appetitus ſenſitiui; ſed requiritur etiam actus voluntatis, vt ex ſe patet; & ex his nullus eſt alius, qui poſſit dici principium, & cauſa reſpectu aliorum, quando ſunt mali, & inordinati, niſi ille, qui eſt amor vltimi finis bonorum commutabilium, id eſt, amor ſui ipſius, vt iam diximus ex S. Thoma *in 2.diſt. 42.art.2.in corp.* ſicut enim finis, qui eſt ſimpliciter vltimus, per hoc, quod eſt primus in intentione, eſt prima cauſa, & primum principium aliorum actuum, qui poſſunt in ipſum referri; ita & finis, qui dicitur vltimus non ſimpliciter, ſed ſolùm in genere bonorum commutabilium, id eſt, ipſe operans, ſimiliter per hoc, quòd eſt primus in amore,& intentione, eſt principium aliorum actuum, qui conſequuntur circa bona commutabilia.

Neque ad hoc eſt neceſſarium, vt actu de illo cogitetur, dum alij actus dicuntur ab illo principiari, & cauſari; ſed ſatis eſt, ſi eius intentio, & motio repetiatur in illis, ſaltem virtute, vt etiam contingit reſpectu finis ſimpliciter vltimi, vt notat S.Thomas *1.2.q.1.art.6 ad 3.* in quantum, ſcilicet, ex illius amore iam manet determinatio, vt ipſi,& propter ipſum amentur cætera; ſicut & in motu ambulationis, quam quis efficit propter aliquem finem, manet determinatio, vt omnes paſſus fiant propter illum, etiamſi actu de illo non cogitetur.

Nec minùs aptè dicendus eſt S. Thomas, dum agit de cauſa peccati ex parte appetitus, quæ eſt paſſio, & infirmitas, explicare etiam cauſam ex parte voluntatis, cùm etiam hæc communiter ſit coniuncta cum paſſione, & infirmitate ex parte appetitus, imò & ſit prima radix omnis huiuſmodi paſſionis,& infirmitatis, vt probatur *1.2.q.27.art.4.* & per illam trahat voluntatem ad omnes alios actus peccati, & ſuperet rationem, cum ſua ſcientia, omnibus modis iam explicatis.

12. *Amor in communi acceptus etiã dicitur de actu appetitus ſenſitiui.*

Deinde Reſpondeo, quandu dicitur amor ſui eſſe principium omnis peccati, poſſe eſſe ſermonem de amore ſui communiter accepto, provt comprehendit tam amorem intellectualem, qui eſt actus voluntatis, quàm amorem animalem, qui eſt actus appetitus ſenſitiui: ſicut enim amor in vniuerſum, ex quo S.Dionyſius *cap. 4. de diu.nominibus*, ait agere omnia agentia, quæcunque agunt, accipitur communiter, provt comprehendit ſub ſe omnem amorem, id eſt, intellectualem, rationalem, animalem,& naturalem, vt patet ex S.Thoma *1.2.quæſt.28.art.6. ad 1.* ita & amor ſui, ex quo dicitur agere omnis, qui peccat, eſt accipiendus communiter, provt comprehendit amorem intellectualem, & animalem, cùm reuerà ad cauſandum actum peccati, communiter vterque concurrat. Et ſimiliter occaſione amoris animalis, qui eſt paſſio, & infirmitas, rectè S.Thomas agit communius de amore ſui, cùm ſemper ad cauſandum peccatum, ſimul cum amore animali, qui eſt paſſio, etiam concurrat amor intellectualis, qui eſt actus voluntatis.

13. *Quomodo principium omnis peccati dicatur eſſe concupiſcentia carnis, concupiſcentia oculorum,& ſuperbia vitæ.*

Et eandem ob cauſam, inter cauſas omnium peccatorum, rectè agit S.Thomas *1.2.quæſt.77. art. 5.* etiam de illis tribus, quæ enumerantur *1.Ioan.3.* dum dicitur, omne, quod eſt in mundo, id eſt, in ipſa quaſi ciuitate, & vniuerſitate peccati, aut eſſe concupiſcentia carnis, aut concupiſcentia oculorum, aut ſuperbia vitæ: quia enim amor ſui, qui eſt cauſa omnis peccati, vt iam explicauimus *ex art.4.* neceſſariò includit inordinatum amorem, vel appetitum etiam boni, quod quis ſibi vult, dum inordinatè ſe amat, non poteſt etiam hic amor huiuſmodi boni non eſſe cauſa omnis peccati, ſicut & eſt ipſe amor ſui.

Et, quia huiuſmodi bonum dupliciter poteſt appeti, vel eſſe obiectum appetitus ſenſitiui, in quo ſunt paſſiones, & infirmitates animæ, cauſantes peccatum, id eſt, vel abſolutè, & præſcindendo à ratione ardui, quam includat, quomodo eſt obiectum concupiſcibilis, vel includendo rationem ardui, quomodo eſt obiectum iraſcibilis, vt dicitur *1.2.quæſt.23 art.1.* rectè pro hac vtraque aſſignantur illa tria, id eſt, concupiſcentia carnis, & concupiſcentia oculorum pro parte concupiſcibili; & ſuperbia vitæ, pro iraſcibili: quia enim concupiſcentia, vel actus concupiſcibilis in vniuerſum eſt duplex, vt dicitur *1.2.quæſt.30. art.3.* id eſt, naturalis, quæ eſt de bono conueniente naturæ pro ipſa conſeruatione indiuidui, aut ſpeciei, vt eſt, verbi gratia, cibus, & potus, & res venereæ; & concupiſcentia animalis, quæ eſt de bono conueniente ſecundùm apprehenſionem tantummodo imaginationis, aut alterius ſenſus, vel potentiæ interioris, vt eſt, verbi gratia, ornatus veſtium, poſſeſſio pecuniæ, & ſimilia; rectè illa ſignificatur per concupiſcentiam carnis, intelligendo hoc nomine, quicquid appetitur propter carnem, ſiue in indiuiduo, ſiue in ſpecie, id eſt, propter conſeruationem indiuidui, aut ſpeciei: & hæc rectè ſignificatur per concupiſcentiam oculorum, intelligendo hoc nomine, quidquid appetitur; quia apprehenditur, vt conueniens, ſiue oculis, ſiue potentiis aliis apprehenſiuis, & ſimul per hanc vtranque concupiſcentiam rectè comprehenduntur omnes concupiſcentiæ, aut paſſiones partis concupiſcibilis, cùm nulla ſit, quæ ad has non poſſit reduci.

Et quia ſuperbia in vniuerſum eſt appetitus inordinatus excellentiæ, parti iraſcibili rectè tribuitur ſuperbia vitæ, & per hanc rectè comprehenduntur omnes paſſiones, quæ pertinent ad iraſcibilem, cuius eſt arduitatem peruincere, eique excellere, & non ſubeſſe. Neque fuit neceſſarium, vt etiam Iraſcibili aſſignarētur quaſi duo genera, ad quæ poſſent reduci omnes paſſiones illius, ſicut fuerunt aſſignata cōcupiſcibili: omnes enim paſſiones iraſcibilis cōformantur, vt inquit S.Thomas *ibid* concupiſcentiæ animali: quia, ſcilicet, omnes proueniunt ex apprehenſione interna, qua ſola poteſt apprehendi arduitas, quæ reperitur in bono: & ideò pro omnibus ſatis fuit aſſignare ſuperbiā vitæ, quæ ſimiliter ſolùm dependat ex potentiis apprehenſiuis internis; & ideò numeratur inter peccata ſpiritualia; nō autē inter carnalia,& ex proprio obiecto, quod vere eſt arduū, ponitur in ipſa iraſcibili,& in ſubiecto, vt patet *ex 2.2 q.162.a.3.* accipiendo tamen nomen iraſcibilis, vt ibi dicitur, non ſtricte, & propriè, provt ſolùm eſt pars appetitus ſenſitiui, ſicut & ira propriè ſumpta eſt paſſio eiuſdem; ſed accipiendo largiùs, provt etiam pertinet ad appetitum intellectiuum, cui ſimiliter aliquando

quando tribuitur ira; vt quando illam attribuimus Deo, & Angelis, non quidem ſecundùm paſſionem, ſed ſolùm ſecundùm iudicium iuſtitiæ indicantis.

14. *Iraſcibilis, & concupiſcibilis, largè accepta, non ſolùm dicitur de appetitu ſenſitiuo; ſed etiam de intellectiuo.*

Et qua ratione largè accipitur iraſcibilis, quando dicitur eſſe ſubiectum ſuperbiæ, id eſt, non ſolùm prout pertinet ad appetitum ſenſitiuum; ſed etiam prout pertinet ad intellectiuum: eadem ratione etiã largè eſt accipienda ſuperbia, id eſt, prout arduum, quod eſt illius obiectum, non ſolùm inuenitur in ſenſibilibus; ſed etiam in ſpiritualibus, & intelligibilibus, vt *ibidem* ſubditur: & hoc modo accepta meliùs dicitur *hoc loco*, quòd ſit cauſa omnis peccati in iraſcibili, & magis adæquatè aſſignatur, quomodo ſit cauſa, id eſt, non ſolùm per paſſionem, quæ circa huiuſmodi arduum excitatur in appetitu ſenſitiuo; ſed etiam per actum, & motum ipſius appetitus intellectiui. Et hoc totum, quod dicimus ex S. Thoma de duplici acceptione iraſcibilis, & ſuperbiæ, poteſt ſimiliter intelligi, etiam de acceptione concupiſcibilis, & concupiſcentiæ, vt notat Conr. 1.2.*q.*77.*art.*5. §. *Procedit ad principalem minorem.* ſimiliter enim concupiſcibilis, quanuis propriè, & ſtrictè accepta, ſolùm ſit pars appetitus ſenſitiui, ſicut & concupiſcentia eſt paſſio eiuſdem; accepta tamen largiùs, & minùs propriè, poteſt etiam pertinere ad appetitum intellectiuum; & concupiſcentia largè accepta poteſt comprehendere, tam paſſionem illius, quàm actum, & motum huius; & hoc modo meliùs aſſignatur, tanquàm cauſa omnis peccati in concupiſcibili, cùm aſſignetur, tam vt cauſans per paſſionem, quàm vt cauſans per actum, & motum voluntatis.

Et quanuis præter hæc tria plures aliæ poſſint eſſe cauſæ, & radices peccatorum, vt, v.g. illa, quæ numerantur, vt vitia, vel vt peccata capitalia; nullæ tamen ſunt aliæ, quæ ſint cauſæ, vel radices vniuerſaliſſimæ omnium: & ideò à S. Thoma rectè fuerunt inter cauſas vniuerſales ſolùm explicatæ, inordinatus amor ſui, & inordinatus amor boni, qui ſemper eſt cum amore ſui, & ſufficienter comprehenditur ſub illis tribus.

Quo verò modo peccatum alleuietur ex paſſione, & poſſit, vel non poſſit quis totaliter excuſari à peccato ratione paſſionis, & peccatum poſſit eſſe mortale, etiam quando eſt ex paſſione, de quibus agit S. Thomas 1.2.*quæſt.*77.*cit.art.*6.7.*&* 8. facilia ex ſe ſunt, & magna ex parte ſunt explicata, dum ageremus de concupiſcentia *lib.*1.*diſp.*24.

DISPVT. XLII.

De cauſa peccati, quæ eſt ex parte voluntatis, & dicitur malitia.

1. *Peccatum ex malitia quodnam ſit.*
2. *Quomodo poſſit contingere, vt quis peccet ex certa malitia, vel de induſtria.*
3. *Quomodo etiam is, qui peccat ex certa malitia, ſit ignorans.*
4. *Malitia, quæ dicitur eſſe cauſa peccati ex parte voluntatis, quid propriè ſit.*
5. *Peccatũ ex habitu eſt peccatum ex certa malitia.*
6. *Habitus malus, ſiue exiſtat in voluntate, ſiue in appetitu, ligat rationem.*
7. *Non omne peccatum ex certa malitia, eſt peccatum ex habitu.*
8. *Quomodo omne peccatum ex malitia ſit peccatum in Spiritum ſanctum.*
9. *Peccatum ex malitia eſt grauius, quàm peccatũ ex infirmitate, quia eſt magis perfectè voluntariũ.*
10. *Et quia eſt diuturnius.*
11. *Et quia continet deordinationem circa primum principium, qui eſt finis & bonum virtutis.*

Voluntatem carentem directione regulæ rationis, & legis diuinæ, & intendentem aliquod bonum commutabile, eſſe cauſam peccati, prout hoc nomine intelligitur ipſe actus inordinatus, & inuoluitur tam entitas actus, quàm inordinatio ipſa, iam diximus, & explicauimus *ſuprà, hoc ipſo lib.*2.*diſp.*38. ex S. Th. 1.2.*q.*75.*art.*1. & quando cauſat actum peccati pro arbitrio, & ex certa ſcientia, & cognitione malitiæ, & ſine impetu paſſionis, cõmuniter dici, quòd cùm cauſet ex malitia, ſumpta denominatione à malitia actus exterioris, cuius ſola ipſa voluntas eſt cauſa per ſuum actum interiorem, vel à malitia habitus, ex quo cõmuniter inclinatur, & trahitur ad illum cauſandum, ſatis indicauimus *ſuprà diſp.*15.*n.*2. ex eodem S. Thom. 1.2.*q.*78. præcipuè *art.*3.*&* 2.2.*q.*14.*art.*1. *& q.*3. *de malo, art.*12. *in fine corp. & ad* 8. & ſæpè alibi: quod idem etiam tradunt omnes communiter, vt Scot. *in* 2.*d.*43.*quæſt.*2. S. Bonau. *ibid. art.*3.*q.*2. Richar. *ar.*1.*q.*1. Caiet. Conr. & Thomiſtæ 1.2.*q.*78.*cit.* & plures alij apud Vaſq. *in notationibus ad eundem art.*1. qui omnes, peccatum ex malitia communiter definiunt eſſe illud, quod fit de induſtria, vel ex certa ſcientia, & cognitione malitiæ; & nullo obiecto extrinſeco paſſionem excitante in appetitu, & per paſſionem alliciente, aut trahente ipſam voluntatem; ſed ipſa voluntate per propriam libertatem, & inordinationem ſeſe ad illum determinante, & mouente.

1. *Peccatum ex malitia quodnam ſit.*

Et quòd poſſit contingere, & non ſit impoſſibile, vt quis peccet hoc modo ex malitia, rectè probat S. Thom. *q.*3. *de malo, art.*12. *cit. &* 1.2.*q.*78.*art.*1. ex illo Iob 34. *Quaſi de induſtria receſſerunt à Deo, & vias eius intelligere noluerunt.* & ex S. Aug. *lib.*2. *Confeſſ. cap.*6. *tom.*1. vbi ait, quòd ipſe, cùm furaretur poma, non ipſa poma, ſed defectum ſuum, id eſt, ipſum furtum amabat: cùm enim à Deo recedere, ſit peccare; recedere de induſtria, eſt peccare de induſtria, hoc eſt, ex certa ſcientia, & ex malitia; quod tamen iis contingere aſſerit S. Iob: & cùm furari poma, non ex concupiſcentia & appetitu pomorum; ſed ex appetitu, & amore furandi, ſimiliter ſit furari ex certa ſcientia actus furti, & ex malitia; hoc idem ſibi contigiſſe affirmat S. Auguſt. Et prætereà probat ratione: quia, quòd homo declinet ad malum per actum peccati, cùm tamen ipſe ſit naturaliter inclinatus ad bonum, ſicut & quælibet aliæ res; non poteſt contingere, niſi ex aliqua corruptione, aut inordinatione eorum principiorum, à quibus in homine principiantur actus humani: nam, ſicut in aliis omnibus rebus, quando principia operationum benè ſe habent, etiam ipſæ operationes ſunt bonæ; ita & in homine boni eſſent humani actus; non autem mali, & peccata, ſi principia humanorum actuum ſe benè haberẽt, non autem corruptè, & inordinatè, ſaltem in aliquo. Quare, cùm principia humanorum actuum ſint intellectus, & appetitus, tam rationalis, qui propriè appellatur voluntas; quàm ſenſitiuus, qui retinẽdo nomẽ commune, abſolutè dicitur appetitus; actus peccati ſemper proueniet ex aliqua corruptione, aut inordinatione alicuius ex his: & quemadmodum ex defectu, & inordinatione intellectus per ignorantiã contingunt peccata, quæ dicuntur ex ignorantia; & ex defectu, vel inordinatione appetitus ſenſitiui, per motum, & impetum paſſionis, contingunt peccata, quæ dicuntur ex infirmitate: ita & ex defectu, aut inordinatione voluntatis per habitum prauum, vel per prauum amorem ad commutabile bonũ, contingunt peccata, quæ appellantur communiter ex malitia.

2. *Quomodo poſſit contingere, vt quis peccet ex certa malitia, vel de induſtria.*

Ex

Et hic defectus, & inordinatio voluntatis tonc accidit, quando bonum minus amatur magis; abſolutè enim ex hoc, quòd aliquis bonum aliquod magis amet, quàm aliud, omninò ſequitur, vt ſponte eligat pati detrimentum in eo bono, quod minùs amat, ne idem detrimentum patiator in illo, quod magis amat, vt cùm quis magis amat vitam, quàm membrum; & ideò, ne vitam amittat, ſponte patitur abſciſſionem membri: ſimiliter enim, ſi voluntas inordinata magis amet bonum minus, verbi gratia, diuitias, aut voluptatem, vel aliod quodcunque bonum temporale, quàm bonum maius, qui eſt ordo rationis, & legis diuinæ. & charitatis, omninò eliget pati iacturam in hoc maiore, quod minùs amat, ne illam patiatur in illo bono minore, quod amat magis: & in hac electione omninò libera, & ſolùm proueniente à malitia, & inordinatione voluntaris, conſiſtit actus peccati, qui dicitur ex certa malitia, & de induſtria.

Quòd ſi dicas, impoſſibile eſſe, vt contingat peccatum ex certa malitia, id eſt, ex malitia certò cognita, vel ex cognitione, & certitudine malitiæ, cùm ex Ariſtotele 3. *Ethic. cap.* 1. omnis malus ſit ignorans, id eſt, maximè ſuæ actionis malitiam, & quid ſit agendum, & à quibus ſit abſtinendum, vt loquitur Ariſtoteles: & ex S. Dionyſio *cap. 4 de diuin. nominibus*, nullus operetur intendens ad malum. Reſpondeo cum S. Thom. 1. 2. *quæſt.* 78. *art.* 1. *ad* 1. etiam in peccato, quod dicitur ex certa malitia, contingere aliquam ignorantiam; neque ex eo dici, quòd ſit ex malitia certa, vel certò cognita, quia omnis notitia, & aduertentia de illa habeatur, & ſimiliter excludatur omnis inaduertentia, vel ignorantia; ſed, quia eſt cum illa notitia, cum qua non eſt peccatum infirmitatis, vel ignorantiæ, & excludit eam inaduertentiam, quam illa non excludunt: nam peccatum ex ignorantia excludit notitiam malitiæ ſimpliciter, vt quando quis ignorat ſimpliciter, verbi gratia, quòd fornicatio ſit mala; & ideò fornicatur, quia ignorat; & non fornicaretur, ſi non ignoraret: & peccatum ex infirmitate excludit notitiam malitiæ, non ſimpliciter, ſed hìc, & nunc, in quantum, ſcilicet, paſſio vincit rationem, & facit ſubſumi minorem propoſitionem ſub maiore concupiſcentiæ, non autem ſub maiore rectæ rationis, vt *ſuprà* diximus *diſput.* 40. vel certè eam facit non penetrari, ſed ſolùm leuiter apprehendi, ſicut & carmina Empedoclis tempore ebrietatis, aut ſomni, vt dicitur 7. *Ethic. cap.* 3. Hanc verò vtranque notitiam malitiæ non excludit peccatum, quod dicitur ex malitia; & ideò dicitur ex certa malitia: quia, qui illud peccat, certus eſt, quòd ſua actio eſt mala ſimpliciter, cùm non peccet ex ignorantia; & benè aduertit, quòd eſt mala, etiam hìc, & nunc, cùm non peccet ex paſſione, & ex infirmitate: dicitur tamen prætereà etiam hic peccans eſſe ignorans; quia habet præterea ignorantiam tertiam ex inordinatione amoris circa bonum minus, & per illam verè ignorat, vel non aduertit, quòd non ſit eligenda, vel ferenda iactura in bono maiore, quod eſt bonum rationis, & charitatis, pro conſequendo bono minore magis amato, qualis eſt, verbi gratia, voluptas, aut diuitiæ, vel aliud qoodcunque bonum temporale. Et ſimiliter de hoc etiam peccante hoc modo ex certa malitia, veriſſimum eſt, quòd non operetur intendens ad malum; quod vniuerſaliter negat S. Dionyſius; ſiquidem reuerà non intendit per ſe iacturam boni maioris, quæ eſt formaliter mala; ſed conſecutionem boni minoris, magis amati per ſuum inordinationem voluntatis, & ſolùm propter hanc patitur, aut ſuſtinet, quaſi per accidens, aut per aliud, iacturam illius: ſicut & homo, vt vitam conſeruet, quam magis amat, patitur abſciſſionem membri, etiam certus, & ſciens, quòd mala ſit, & quam abſolutè pati nollet, ſi poſſet ſimul cum membro vitam tueri: ſimiliter enim etiam incontinens, & laſciuus nollet abſolutè incurrere Dei offenſam, ſi poſſet ſimul cum gratia Dei frui delectatione carnali; ſed duobus propoſitis, quæ ſimul vtraque habere non poteſt, potiùs eligit Dei offenſam, quæ eſt iactura boni maioris, minùs amati, quàm non frui delectatione, quæ eſt carentia boni minoris, magis amati, vt patet ex S. Thoma *art. 1. cit. ad* 2.

3. *Quomodo etiam is, qui peccat ex certa malitia, ſit ignorans.*

Si quæras, quid propriè ſit intelligendum nomine malitiæ, quando dicitur eſſe cauſa peccati ex parte voluntatis: Reſpondet S. Thomas 1. 2. *quæſt.* 78. *art.* 1. *ad* 3. poſſe intelligi tria: primò enim poteſt intelligi ipſe habitus prauus, ex quo voluntas ad malum trahitur, etiam ſine vllo alio actuali impetu paſſionis, & qui ab Ariſtotele 3. *Ethic. cap.* 1. *& lib. 7. cap.* 8. appellatur prauitas, ſeu malitia: deinde poteſt intelligi ipſa interna electio mali, quæ eſt cauſa actus mali externi: & denique poteſt intelligi aliquis alius actus malus internus, ex quo aliquis mouetur ad aliquem alium, vt cùm quis interiùs deſperat de conſequenda beatitudine, per cuius ſpem deberet retardari à peccatis, & ex illa deſperatione inducitur in voluntatem, v. g. fornicandi, aut furandi. Et quocunque ex his modis accipiatur malitia, ſemper dicitur cauſa peccati ex parte voluntatis, & eſt illius inordinatio, ſiue habitualis, ſiue actualis, vt diximus. 4.

Malitia, quæ dicitur eſſe cauſa peccati ex parte voluntatis, quid propriè ſit.

Atque ex hoc intelligitur id, quod ſubdit S. Thomas *eadem quæſt.* 78 *art.* 2. *&* 3. de modis, quibus poteſt contingere, vt quis peccet ex malitia: nam, cùm habitus prauus rectè dicatur eſſe prauitas, & abſolutè denominet hominem prauum, eo ipſo, quòd quis peccat ex huiuſmodi habitu prauo, peccat ex prauitate, aut ex malitia, & ex electione, vel de induſtria: nam hoc ipſo, quòd aliquid eſt alicui conueniens ſecundùm habitum, eſt quaſi conueniens ſecundùm naturam: ſiquidem habitus, & conſuetudo eſt perquàm ſimilis ipſi naturæ, vt habet Ariſtoteles 7. *Ethic. cap.* 10. & vertitur aliqoo modo in naturam; & ideò eſt illi diligibile, & eligibile, vt conueniens: & ſi diligatur, & eligatur, cum iactura boni ſpiritualis, eáque dilectio, & electio ſit verè ex habitu, & non ex ignorantia, aut ex paſſione, omninò eſt ex malitia. 5.

Peccatum ex habitu eſt peccatum ex certa malitia.

Dixi autem, ſi ſit verè ex habitu: quia non eſt ſatis, ſi ſit quomodocunque ab habente habitum; ſed requiritur, vt etiam operetur ex habitu: nam, quemadmodum poteſt contingere, vt qui habet habitum vitioſum, prorumpat aliquando etiam in actum virtutis, cùm ipſe habitus non corrumpat totaliter bonum rationis; ſed aliquid eius integrum maneat, id eſt, ſaltem ratio vniuerſalis, & ſynderesis, quæ totaliter nunquam extinguitur, vt probat S. Thom. *q.* 16. *de ver. art.* 3. ita & poteſt contingere, vt ſi prorumpat in actum vitij, non prorumpat ex habitu; ſed ex paſſione actualiter inſurgente, vel ex ignorantia, aut aliquo alio huiuſmodi principio: quamuis enim conſuetudo, & habitus ſit perquàm ſimilis ipſi naturæ, vt iam diximus *ex 7. Ethic. cap.* 10. in multis tamen ab illa deficit, vt notat S. Thomas 1. 2. *quæſt.* 53. *art.* 1. *ad* 1. & præcipuè in eo, quòd vſus, vel operatio naturæ ſit ex neceſſitate; non autem vſus, vel operatio habitus; ſed ſemper ſit ex libertate, & electione. Et ratio eſt ex eodem S. Thoma *quæſt.* 3. *de malo*, *art.* 13. *ad* 6. quia, cùm habitus virtutis,

aut vitij recipiatur, & ſuſtentetur in ipſa anima rationali, & in eius potentiis, ſicut forma accidentalis in ſubiecto, omninò recipitur & ſuſtentaiut ſecundùm modum ipſius animæ recipientis, id eſt, vt remaneat libera in vſu illius; non autem illo vtatur ex neceſſitate, & non poſſit illo oon vti, imò & operati operationem oppoſitam, & contta illius inclinatiouem.

Et quod dicimus ex S. Thoma, cùm quis peccat ex habitu, peccare ex malitia, debet intelligi non ſolùm de habitu, qui fortè ſit in voluntaie; ſed etiam de illo, qui ſit in appetitu, & abſolutè de omni illo, qui ſit in ipſo peccanie, & operauie, vt notat Contad. 1. 2. *quæſt.* 78. *art.* a. §. *Circa iſtum articulum.* & ex illo Vaſquez *in Comment. ad articulum* 1. *eiuſdem quæſtionis* 78. eſt enim etiam hic quaſi altera natuta; & quod ſecundùm hunc eſt conueniens, eſt conueniens quaſi ſecuodùm naturam, & ideò eſt diligibile, & eligibile habenri hunc habitum: & ſi ex huiuſmodi habitu de facto diligatut, & eligatur cum iactura boni ſpititualis, diligitut, & eligitur ex malitia, cùm præſertim etiam huioſmodi habitus exiſtens in appetitu non vincat rationem per modum diſttictionis, aut contrarietatis, ſicut paſſio, & concupiſcentia; & ideò non tollat, quantùm eſt ex ſe, certum iudicium, & aduertentiam ad malitiam in particulari, ſicue tollit paſſio, dum facit in ſyllogiſmo practico ſubſumi ſuam minotem, & non illam, quæ eſt rectæ rationis, vt ſæpiùs diximus; & ſic non tollat, quominùs operatio fiat ex certa malitia, id eſt, ex malitia certò cognita; quod eſt propriè peccatum fieri ex malitia: quemadmodum enim habitus praous in voluntate non tollit eam ſcientiam, aut notitiam, quam tollit paſſio, id eſt, illam, qua homo ſcit, hoc nunc eſſe malum, vt loquitur S. Thomas 1. 2. *quæſt.* 78. *art.* 1. *ad* 1. ſed illam aliam, qua ſcit, hoc malum, id eſt, iacturam boni ſpititualis, quod eſt bonum maius, non eſſe ſuſtinendum propter conſecutionem illius boni, vt, verbi gratia, diuitiatum, aut voluptatis, quod eſt bonum minus; & ideò peccatum, quod fit ex tali habitu, abſolutè dicitut fieri ex malitia: ita & habitus ptauus in appetitu, dum ſimilitet facit obiectum eſſe conueniens habenti habitum, & per conſequens diligibile, & eligibile, hanc eandem notitiam tollit; non autem illam; & ideò peccatum, quod fit ex illo, ſimilitet dicitur ex malitia, cùm præſertim ſimol com habitu, qoi acquiritur in appetitu, ſemper acquiratur etiam ſuus habitus in voluntate, & ſimul vterque in naturam vertatur; & quod ſecundùm ipſos eſt conueniens, ſimul vterque faciant eſſe conueniens, quaſi ſecundùm natutam, vt ſubdit Conrad. *loco cit.* & apud illum Capreolus *in* 2 *d.* 33.

6. *Habitus malus, ſiue exiſtat in volūtate, ſiue in appetitu, ligat rationē.* Et hoc ſolùm ſibi vult S. Thomas *quæſt.* 3. *de malo, art.* 12. *ad* 12. quando ait, quòd, *ſicut paſſio exiſtens in iraſcibili, aut concupiſcibili, cauſat electionem, in quantum ligat rationem ad momentum; ita & habitus exiſtens in iiſdem potentiis, cauſat electionem, in quantum ligat rationem per modum formæ immanentis.* ſolùm enim intendit, æquiparare habitum ſenſitiuum paſſioni, in hoc, quod eſt aliquo modo ligare tationem, quando etiam ipſe eſt cauſa electionis, & operationis; non autem in modo notitiæ, io ordine ad quam eam ligat: ſiquidem paſſio ligat excludendo notitiam, & ſcientiam, qua cognoſcitur hoc non eſſe malum; habitus verò, excludendo notitiam, qua cognoſcitur, hoc malum maius non eſſe ſuſtinendum propter conſecutionem illius boni minoris, vt iam diximus *ex art.* 1. *citat.* & notat *ibidem* Contad. §. *Nota circa hanc.* Quare, iuxta hanc doctrinam S. Thomæ duplex ptincipiatio prauæ operationis, & electioois videtur diſtinguenda in habitu prauo, qui exiſtit in appetitu; ſicut & diſtinguitut in habito prauo, qui exiſtit in voluotate, vt colligitur ex eodem S. Thoma *eodem art.* 1. *quæſtionis* 78. *ad* 3. id eſt, altera mediante aliquo actu concupiſcentiæ, & paſſionis, qui excitatur immediatè ab habitu, & altera immediatè per ipſum habitum, & præſcindendo ab actu concupiſcentiæ, & paſſionis, qui priùs cauſetur, & quo mediante, cauſetur poſteà praua electio: ſic enim etiam habitus prauus exiſtens in voluntate, aliquando eſt cauſa actus peccati, mediante aliquo alio actu, quem priùs cauſat; & aliquando eſt cauſa per ſe, & immediatè. Et quidem prima ptincipiatio habitus exiſtentis in appetitu, non facit propriè, vt peccatum ſit ex malitia: ſiquidem immediatè, & proximè eſt ex concupiſcentia, & paſſione, eáque tollit ſcientiam, qua ſcitur, hoc nunc eſſe malum; & ideò propriè magis eſt ex infitmitate. Secunda verò propriè facit, vt ſit ex malitia, cùm non tollat ſcientiam, qua ſcitur, boc nunc eſſe malum; ſed ſolùm illam, qua ſcitur, hoc malum maius non eſſe ſuſtinendum pro conſecutione illius booi minoris, vt diximus; & liget rationem per modum paſſionis pertranſeuntis, ſed per modum formæ immanentis, vt loquitur S. Thomas *quæſt.* 3. *de malo, art.* 12. *ad* 12. *citat.*

Addendum verò eſt cum eodem S. Thoma 1. 2. *quæſt.* 78. *citat. art.* 3. quanois omne peccatom, quod fit immediatè ex habitu, ſit peccatum ex certa malitia; non tamen è conuerſo, omne peccatum ex certa malitia eſſe peccatum ex habitu: neque enim omnis corrupta, & praua diſpoſitio voluntatis, quæ illam inclinat ad malum, & appellatur malitia, & ex parte voluntatis dicitur cauſa peccati, eſt ſolus habitus; ſed poteſt præterea etiam eſſe remotio alicuius prohibentis, & retardantis à peccato, vt, verbi gratia, remotio ſpei vitæ æternæ, & remotio timoris gehennæ, & eorum donorum, quibus Spiritus ſanctus homines retrahit à peccatis: vt enim notat S. Thomas *quæſt.* 3. *de malo, art.* 14. *ad finem corporis,* quemadmodum in naturalibus duplex eſt principium motus; id eſt, alterum per ſe, quod eſt intrinſeca inclinatio per propriam formam, & naturam; & alterum per accidens, quod eſt ipſum remoueos prohibens, vt dicitur 8. *Phyſic. text.* 32. *&* 33. ita & in voluntate duplex poteſt eſſe principium prauæ determinationis, & electionis, id eſt, alterum intrinſecum, & quaſi per ſe, quod eſt prauus habitus acquiſitus, & quaſi verſus in naturam; & alterum quaſi per accidens, id eſt, remotio prohibentis, verbi gratia, ſpei, per actum deſperationis, & remotio timoris gehennæ per actū præſumptionis: & ſi voluntas ex hoc moueatur, verbi gratia, ad eligendam fornicatiooem; quia non ampliùs ſperat poſſe ſaluari; vel, quia per præſumptionem, certò ſibi perſuadet, quòd ſaluabitur, etiamſi fornicetur, omninò eligit ex propria inordinatione, & rectè dicitur peccare ex malitia, etiamſi oon peccet ex habitu, atque ita non omne peccatum ex certa malitia, eſt peccatum ex habito. 7. *Nō omne peccatū ex certa malitia, eſt peccatum ex habitu.*

Atque ex hoc vlteriùs colligit idem S. Thom. *q.* 3. *de malo, art.* 14. *cit.* quòd, quanuis largo modo omoe peccatum ex malitia poſſit dici in Spiritum ſanctum; 8. *Quo modo omne peccatū*

Digitized by Google

ex malitia ſit peccatum in Spiritum ſanctum.

ctum; & ſic etiam ille, qui peccat ex habitu praoo, peccet in Spiritum ſanctum, in quantum Spiritui ſancto ſpecialiter appropriatur bonitas, ſicut etiam Patri appropriatur potentia, & Filio ſapientia, & in quantum bonitati contrariatur malitia; propriè tamen loquendo, ille tantùm peccat in Spiritum ſanctum, cuius voluntas ex hoc tendit in peccatum; quia abiicit dona Spiritus ſancti, quæ ſolent eſſe quaſi ftænum, & retinacula à peccatis: hac enim de cauſa deſperatio, & præſumptio, & obſtinatio, & ſimilia, ſpecialitet enumerantur, vt ſpecies peccati in Spiritum ſanctum, vt patet per Mag. *in* 2. *diſt*.43. & Scholaſticos communiter: quia obiiciunt dona oppoſita, per quæ Spiritus ſanctus homines retrahit à peccatis.

9. *Peccatum ex malitia eſt grauius, quàm peccatum ex infirmitate, quia eſt magis perfectè voluntarium.*

Denique de peccato, quod fit ex malitia, illud etiam aſſerit S. Thomas 1. 2. *quaſt*. 78. *cit. art*.4. & *quaſt*.3. *de malo, art*.13. per ſe loquendo, & cæteris patibus, illud grauius eſſe, quàm peccarum ex paſſione, aut infirmitate; eiúſque rei tres affert rationes. Primò, quia hoc ipſo, quòd eſt ex malitia, eſt magis ab intrinſeco, & per conſequens magis perfectè eſt voluotarium, quàm illud, quod eſt ex paſſione; ſiquidem ad hoc maximè concurrit ipſum obiectum ſenſibile exttinſecum, quod 3. *de anima, text*.54. dicitur ſe habere, vt primum mouens immobile, quatenus, vt dicitur *text*. 49. per ſpecies intentionales mouet principium cognoſcitiuum, ſenſitiuum exterius, & interius; & hoc ab illo motum mouet appetitum, & excitar in illo actum concupiſcentiæ, & motum paſſionis; & appetitus ſic motus vincit rationem, & mouet voluntatem, vt etiam *ſuprà* explicauimus *lib*. 1. *diſp*.3. dum ageremus de perfecto voluntario. Cùm ergo grauitas peccati maximè attendatur ex voluntate, quæ eſt cauſa per ſe illius, vt patet ex eodem S. Thoma 1. 2. *quaſt*.73. *art*.6. & *ſuprà* explicauimus *hoc eodem lib*.2. *diſp*.30. non poteſt peccatum non eſſe grauios ex hoc ipſo, quòd eſt ex malitia, id eſt, maximè ab intrinſeco, & ſine concurſu, aut efficacitate alicuiusextrinſeci.

10. *Et quia eſt diuturnius.*

Secundò, peccatum ex malitia ait eſſe deterius: quia peccatum ex infirmitate, & paſſione citò tranſit, ſicut & ipſa paſſio; & homo citò redit ad bonum propoſitum paſſione ceſſante, & citò pœnitet; cùm tamen peccatum ex malitia, id eſt, ex habitu, diutiùs duret, ſicut & durat diutiùs ipſe habitus. Et quia, cæteris paribus, maior duratio, quando conuenit ab intrinſeco, ſemper arguit maiorem perfectionem in re, quæ durat, vt *ſuprà* explicauimus *hoc ipſo libro* 2. *diſp*.5. *num*. 4. ex S. Thoma 1. 2. *quaſt*.71. *art*.3. *ad* 1. hinc eſt, quòd peccatum ex habitu propter hanc ipſam diuturnitatem maiorem, ſit grauius, & deterios. Et ad idem pertinet, quòd peccatum ex malitia, & ex habitu, etiam faciliùs iteretur, & ſæpiùs redeat, quàm peccatum ex paſſione: cùm inclinatio ex habitu ſit ſemper in promptu, non autè inclinatio ex paſſione, quæ maximè pendet ab obiecto exttinſeco eam cauſante, & excitante; quod tamen non adeſt, niſi rarò. Eſt enim etiam hæc iteratio actus peccati, quædam duratio, & continuatio, ſi non in ſe ipſo, ſaltem io alio ſibi ſimili; & ideò etiam hæc poteſt facere ad augendam malitiam, & grauitatem peccati.

Atque hoc totum etiam aſſerit Ariſtoteles 7. *Ethic. cap*.7. vbi ait, *vnicuique peiorem videri eum, qui nihil, aut tantùm leuiter cupiens, turpe aliquid perpetrat, quàm ſi id faceret vehementi cupiditate affectus: vt ſi verberaret, v. g. aliquem non iratus, quàm ſi iratus: & ideò intemperantem eſſe deteriorem incontinenti.* Et cap. 8. initio, *intemperantem non eſſe eiuſmodi, vt eum pœniteat; ſed perſtare in propoſito: incontinentem verò quodammodo pœnitere: & ideò hunc facilè poſſe ſanari; illum verò eſſe incurabilem: eiúſque prauitatem aſſimilari ex morbis, aqua intercuti, & tabi; huius verò, morbis comitialibus: quia illa eſt improbitas continua, hæc verò eſt non continua: ſicut & illi morbi continui ſunt; hi verò non continui.*

Denique peccatum ex habitu inde probat S. Thomas, quòd ſit deterius, quàm peccatum ex paſſiooe: quia, qui peccat ex habitu, eſt malè diſpoſitus per huiuſmodi habitum circa ipſum finem, & bonum virtutis, quaſi ſecundùm ſe, & in voiuerſali: qoi verò peccat ex paſſione, ſolùm eſt malè diſpoſitus circa aliquod bonum virtutis particulare, & ſolùm exiſtimat, verbi gratia, hoc nunc eſſe eligendum, & retinet tectam exiſtimationem vniuerſalem habitualem, quòd bonum virtutis ſit proſequendum, & malum ſit fugiendum. Et, quia finis, & bonum in humanis actiooibus, ſe habeot ſicut principia, & ſuppoſitiones in Mathematicis, & ſcientiis, vt notat S. Thomas 1. 2. *quaſt*.72. *art*.5. & Ariſtoteles 4. *Phyſic. text*. 89. & 7. *Ethic. cap*.8. & ideò etiam finis virtutis ſe habet vt principium in actionibus bonis, & ſemper defectus principij eſt longè deterior, quàm alius quicunque defectus; inde eſt, quòd peccatum ex habitu neceſſariò ſit deterios, vtpote cootinens defectum principij, & ex illo proueniens: quemadmodum enim in ſcientiis grauiſſimè, & periculoſiſſimè errat, qui errat circa principia; quia is error non poteſt reduci per alia principia priora: ita & grauiſſimè, & periculoſiſſimè peccat, qui peccat ex malitia: quia non poteſt de facili reuocari, ſicut qui peccat ex infirmitate, & in quo remanet bonum propoſitum habituale, vt loquitur S. Thomas *quaſt*.3. *de malo, art*.13. *citato*. 11.

Et quia continet deordinationē circa primū principium, qui eſt finis & bonū virtutū.

Et hanc rationem etiam tangit Ariſtoteles 7. *Ethic. cap*.8. *cit*. de intemperante, & incontinente, dum ait, intemperantem ideò ſeqoi voluptates corporis ſupra modum, & contra rationem; quia iam eſt perſuaſus, vt eas ſequatur, & non poſſe id illi diſſuaderi; qoia prauitas, id eſt, habitus, in illo corrumpit principium: incontinentem verò non ideò ſequi, quia ſit perſuaſus; ſed quia per paſſionem eſt ſic affectus; & poſſe id illi diſſuaderi, quia prauitas non corrumpit, ſed adhuc conſeruat principium: nomine enim principij intelligit bonam diſpoſitionem circa finem virtutis, & bonum propoſitum habituale de illo ſequendo; quod principium omninò retinet, & conſeruat, qui peccat ex paſſione, & ex infirmitate, etiamſi ad horam illud interrumpat actualiter propter paſſionem, vt loquitur S. Thom. 1. 2. *quaſt*.78. *art*.4. *cit*.

Neque hic error, aut ignorantia circa principium, quam habet, qui peccat ex malitia, ſupra illum, qui peccat ex paſſione, poteſt minuere grauitatem peccati, cùm ſit ſolùm ignorantia concomitans; non autem antecedens, & ſit ignorantia electionis, & voluntaria, vt notat S. Thomas *ibidem, in reſponſ. ad* 1. ex dictis *ſuprà quaſt*.76. *art*.4. & nos *ſuprà* explicauimus *diſp*.39. præſertim *num*.6. Imò reuerà, neque etiam eſt error, aut ignorantia habitualis, & quaſi ſpeculatiua ex parte intellectus; ſed ſolùm eſt error practicus ex parte voluotatis, id eſt, praua illius diſpoſitio circa finem, & bonum virtotis, & ex parte intellectus; neque tollitur ſcientia malitiæ, quaſi ſimpliciter, ſicut contingit in peccatis ex ignorantia; neque ſcientia, & notitia malitiæ in particulari, ſicut contingit io peccatis ex infirmitate, ſed ſolùm notitia, quòd hoc bonum ooo ſit eli-

gendum cum iactura boni maioris, vt explicauimus *num.*3. cum S.Thoma *quæſt.*78. *cit.art.*1. *ad* 1. quæ tamen ipſa ſublatio ſcientiæ, qualis qualis tandem ſit, eſt voluntaria, ſicut & ipſe habitus, & ad actum peccati eſt ſolùm concomitans, & non poteſt minuere grauitatem.

Similiter, neque facit ad minuendum peccatum ex habitu, vel ex malitia, quòd inclinatio, & quaſi impulſio voluntatis per habitum ſit maior, quàm per concupiſcentiam, & paſſionem; ſiquidem eſt impulſio, & quaſi neceſſitas per naturam: neque enim illa impulſio, quæ eſt ab intrinſeco, qualis certè habetur per habitum, poteſt facere ad minuendam malitiam; ſicut nec facit ad minuendum voluntarium; imò è contrà multùm facit ad illam augendam, ſicut & facit ad augendum voluntarium, vt notat S.Thomas *quæſt.*3.*de malo,art.*13.*ad* 5. ſed ſolùm illa, quæ eſt ab extrinſeco, & talis eſt per concupiſcentiam, & paſſionem, ratione obiecti, quod ſe habet, vt primum mouens, & trahens, 3.*de anima, text.*54. Neque impulſio per habitum eſt appellanda neceſſitas, vt iam diximus *num.*5. ex S.Thoma 1.2.*quæſt.*53 *art.*1 *ad* 1. *&* *quæſt.*3. *de malo,art.*13.*cit. ad* 6. cùm ſemper habitus, qui recipitur in anima rationali, & in voluntate, recipiatur iuxta modum recipientis, id eſt, vt anima, & voluntas remaneat libera in vſu illius.

Denique, neque facit id, quod habetur in collationibus Patrum *collat.*4. *cap.*19. quòd faciliùs perueniat ad feruorem perfectionis peccator, quàm Monachus remiſſus, & tepidus: neque enim nomine peccatoris intelligitur ſolùm is, qui peccat ex habitu, & ex malitia; & nomine remiſſi, & tepidi is, qui peccat ex infirmitate, & paſſione, vt propterea hic dicatur, & probetur eſſe illo deterior: ſed nomine peccatoris intelligitur, qui frequenter, & grauiter peccat quomodocunque; & nomine remiſſi, & tepidi, qui non grauiter peccat, ſed remiſsè ſe habet in bono faciendo: & quamuis hic incomparabiliter ſit melior, quàm ille, vt notat S.Thomas *quæſt.*3.*de malo,art.*13.*cit.ad* 3. quòd tamen ille faciliùs proficiat aliquando ad feruorem perfectionis, ex eo prouenit, vt idem ſubdit; quia conſiderans malum ſuum, vehementiùs in illud mouetur ex motione gratiæ; & contrà is, qui remiſſiùs bonum operatur, cùm nihil habeat, quod in ſe multùm horreat, inde eſt, quòd in ſuo ſtatu magis quieſcat, & non de facili transfertur ad meliora, & ad feruorem.

DISPVT. XLIII.

Quomodo Deus ſe ſolo operans non ſit cauſa peccati.

1. *Explicatur ſenſus quæſtionis.*
2. *Deus, neque directè, neque indirectè, ſibi, vel alteri eſt cauſa peccati.*
3. *Quomodo Deus aliquando in Scriptura dicatur impellere ad malum, aut facere, vel creare malum.*
4. *Quare in Scriptura permiſſio Dei appelletur ipſius actio.*
5. *Deus aliquando dicitur in peccata compellere per potentiam.*
6. *Quomodo Deus dicatur indurare, & excæcare.*
7. *Quomodo Deus aliquando dicatur in Scripturis velle, decernere, & præcipere aliqua, quæ ſunt peccata.*
8. *Punitio per tyrannos, & Reges impios, quæ reſpectu illorum eſt peccatum, quomodo ſit à Deo.*
9. *Conſecratio, aut abſolutio ſacrilega, quæ fit à malo Sacerdote, quomodo ſit à Deo.*

1. *Explicatur ſenſus quæſtionis.*

POST cauſas peccati efficientes intrinſecas, agendum eſt de extrinſecis. Et primò eſt agendum de Deo, cum S.Thoma 1.2.*quæſt.*79. Quæſtio autem, vtrùm Deus ſit cauſa peccati, dupliciter poteſt tractari. Primò, vt quæramus, vtrùm Deus ſe ſolo operans, ſit ſibi, vel aliis cauſa peccati, & per aliquam operationem, quæ ſit ſolùm ab ipſo, omninò faciat, vt vel ipſe, vel alij peccent. Deinde, vt quæramus, vtrùm cooperans cum voluntate creata, ſit ſibi, vel ipſi cauſa peccati: & ſicut actualis concurſus voluntatis ad actum peccati, eſt ipſum actuale peccatum voluntatis, eámque denominat actu peccantem, vel abſolutè cauſam peccati; ita & actualis concurſus Dei ſit actuale peccatum ipſius, eúmque ſimiliter denominet actu peccantem, vel abſolutè cauſam peccati. Et hoc vtroque ſenſu videtur id explicare S.Thomas *quæſt.*79.*cit.* dum quærit *art.*1. vtrùm Deus ſit cauſa peccati: & *art.*2. vtrùm actus peccati ſit à Deo: prima enim quæſtio videtur intelligi de cauſalitate, quam ſolus Deus exerceat; & ſecunda de cauſalitate, quam exerceat ſimul cum voluntate creata.

2. *Deus, neque directè, neque indirectè, ſibi, vel alteri eſt cauſa peccati.*

Et quoad primum, Concluſio eſt, quòd Deus, neque directè, neque indirectè, ſit ſibi, vel alteri cauſa peccati: cùm enim omne peccatum ſit per receſſum ab ordine, qui eſt in Deum, ſicut in finem; & Deus ex ipſa natura, atque eſſentia bonitatis, quæ ipſe eſt, ſit vltimus finis, & incliner, & conuertat omnia in ſeipſum, vt in finem, vt patet ex S.Dionyſio *cap.*1. *de diuinis nominibus*, *versùs finem*, omninò eſt impoſſibile, vt ſibi, vel alteri ſit cauſa recedendi ab huiuſmodi ordine ad ſeipſum, vt ad finem, & per conſequens, vt ſibi, vel alteri ſit cauſa peccandi.

Neque ex eo, quòd certum aliquod auxilium peccanti non præbeat, quod ſi præberet, non peccaret; ſequitur, quòd indirectè, & prout non agens, ſit illi cauſa peccandi: ſiquidem tunc ſolùm effectus alicuis tribuitur cauſæ, prout non agenti, & indirectè cauſanti, quando poteſt, & debet agere, vt illum impediat, vt patet ex S.Thoma 1.2.*q.*6.*art.*3. & ex dictis *ſuprà*, dum ageremus de voluntario indirecto *lib.*1.*diſp.*6. quod tamen non conuenit Deo, certum auxilium non præbenti, cùm abſolutè non teneatur illud præbere.

Neque obſtat, quòd Deus *ad Rom.*1. dicatur tradere aliquos in reprobum ſenſum, vt faciant ea, quæ non conueniunt: id enim ſolùm eſt, in quantum eos non prohibet, quin ſequantur ſuum reprobum ſenſum, vt ſubdit S.Thom.*q.*79.*art.*1 *cit.ad* 1. non autē, quia poſitiuè efficiat, vt illum ſequantur. Et eadem ratione, quod habet Gloſſ.*in eum locum*, & S.Auguſt. *lib.de natura, & gratia, c.*21 *tom.*7. quòd Deus operetur in cordibus hominum, inclinando voluntates eorum in quodcūque voluerit, ſiue in bonum, ſiue in malum, ſolùm debet intelligi, quòd in bonum inclinet directè, & in malum, in quantum non prohibet.

Et denique, quod habetur *Sap.*14. quòd creaturæ ſint factæ in odium, & in tentationem animæ hominum, non ſignificat cauſalitatem finis, aut intentionem Dei facientis, & creantis; ſed ſolùm conſecutionem mali effectus, ex inſipientia ipſorum hominum, qui creaturis ad aliud vtūtur, quàm ad quod factæ ſunt, vt ſubdit S.Thomas *in reſponſ.ad* 2.

Pro hac concluſione, quæ eſt de fide contra Hæreticos noſtri temporis, qui abſolutè pronunciant, Deum non minùs eſſe in nobis authorem peccati, quàm meriti, & pluſquàm fatali neceſſitate noſtras voluntates ad peccatum impellere, vt videre eſt apud

apud Bellarm. *lib. 2. de amiſſione gratiæ, & ſtatu peccati, cap. 1. & ſequentibus, tom. 4.* & Vaſquez 1. 2. *diſp.* 119. *cap.* 1. plurima affert ex ſacris Litteris idem Bellarm. *ibidem, cap.* 8. & ex Sanctis Patribus *cap.* 9. & ex rationibus *cap.* 10. Sed ſatis ſit in præſentia decretum Concil. Tridentini *ſeſſ. 6. can. 6.* vbi damnatur, qui dixerit, *non eſſe in poteſtate hominis vias ſuas malas facere, & mala opera; ita vt bona Deum ipſum operari, non permiſſiuè ſolùm, ſed etiam propriè, & per ſe; & proprium eius opus non minus eſſe proditionem Iudæ, quàm vocationem Pauli.* & ex Scriptura ſatis ſit illud Sap. 11. *Nihil odiſti eorum, quæ feciſti.* & cap. 14. *Odio ſunt Deo impius, & impietas eius.* & Habacuc 1. *Mundi ſunt oculi tui, ne videas malum, & ad iniquitatem reſpicere non poteris.* Quæ omnia clarè oſtendunt, peccatum non poſſe eſſe à Deo, cùm illud maximè odiat.

3. *Quomodo Deus aliquãdo in Scriptura dicatur impellere ad malum, aut facere, vel creare malũ.*

Et ſi fortè aliquando in eadem Scripnita videatur indicari, quòd Deus impellat ad malum, illúdque operetur, vel debent huiuſmodi loca intelligi de malo pœnæ, vt illud Iſaiæ 45. *Ego Dominus creans malum.* & Amos 3. *Si eſt malum in ciuitate, quod Deus non fecerit.* vel ſi intelligantur de malo culpæ, ſolùm debent intelligi permiſſiuè, quantùm eſt ex parte Dei, vel conſecutiuè ratione inſipientiæ, & malitiæ ipſorum hominum, vt patet ex S. Thoma 1. 2. *quæſt. 79. art. 1. cit. in reſponſione ad* 1. & 2. & notat Suar. *lib. 2. de auxiliis, cap. 3. num. 3. & 4.* & Vaſq. 1. 2. *diſp. 120. cap. 1. cit. num. 3.* & fusè Perer. *in cap. 11. Exodi*, vbi ex profeſſo tractat de induratione:

4. *Quare in Scriptura permiſſio Dei appelletur ipſius actio.*

vt enim docet S. Damaſc. *lib. 4. de fide, cap.* 20. conſuetudo, & mos Scripturæ eſt, vt permiſſionem Dei ſæpè appellet ipſius actionem; quia, ſcilicet, ex huiuſmodi permiſſione ita infallibiliter ſequitur id, quod Deus permittit, perinde ac ſi poſitiuè illud præordinaret, atque efficeret: & ideò quia nobis tam eſt timenda permiſſio, quàm poſitiua effectio Dei; etiam illa proponitur aliquando eodem vocabulo effectionis, vt notat Suar. *loco citato*, qui etiam addit, Deum aliquando ex ſpeciali prouidentia velle aliqua, ex quibus infallibiliter videt homines grauiùs peccaturos: vt, v. g. ſi eos tribulationibus non affligat, iuxta illud Pſalmi 72. *In labore hominum non ſunt, & cum hominibus non flagellabuntur; ideò tenuit eos ſuperbia.* vel ſi Prædicatores mittat, vel ſigna faciat, ex quibus præuidet eos non eſſe corrigendos; ſed magis indurandos, vt de facto contigit Pharaoni: vel, ſi alicui præcipiat aliquid, quod illi videt fore occaſionem ruinæ: quia enim hæc, & ſimilia effectiuè fiunt à Deo, etiam permiſſio, quæ ex illis conſequitur, appellatur effectio. Et cùm Deus bona efficiat directè, & per ſe; mala tamen ſolùm efficit occaſionaliter, vt habet S. Thom. *lect. 3. in cap. 9. ad Roman.* in quantum interiùs, vel exteriùs proponit aliquid, quod ex ſe eſt inductiuum ad bonum: ſed homo propter ſuam malitiam peruersè vtitur illo ad malum.

5. *Deus aliquãdo dicitur in peccata compellere per potentiam.*

Et eadem ratione ex eodem S. Thoma 1. 2 *quæſt.* 87. *art.* 2. vnum peccatum dicitur eſſe pœna alterius, & ex S. Auguſtino *lib. 5. contra Iulianum, cap. 3. tom.* 7. dicitur Deus etiam per potentiam in peccata compellere; quatenus, ſcilicet, vnum peccatum infallibiliter conſequitur ad ſubtractionem gratiæ, quam Deus ſua potentia cauſat in pœnam prioris peccati, dum malum aliquod, vel infamiæ, vel alterius temporalis incommodi, quod fortè conſequitur ex tali peccato, poſitiuè intendit, vt pœnam prioris, vt notat Vaſquez 1. 2. *diſput. 129. cap. 9. num.* 32. non autem, quia ipſum peccatum ſecundùm ſe, & prout dicit malitiam, cauſetur à Deo, tanquàm pœna: ſiquidem de ratione pœnæ eſt, vt ſit contra voluntatem illius, cuius eſt pœna; & de ratione peccati, vt ſit voluntarium illi, qui peccat; ac proinde ratio pœnæ, & ratio peccati, non poſſunt, per ſe loquendo, non repugnare, vt fiant à Deo.

6. *Quomodo Deus dicatur indurare & excæcare.*

Et per eandem ſubtractionem gratiæ eſt explicandum, quòd Deus aliquando dicitur in Scripturis indurare, & excæcare, in quantum non poſitiuè emollit & illuminat per auxilia gratiæ, vt docet S. Aug. *lib. de prædeſt. & gratia, cap. 34. & lib. 1. ad Simplician. qu. 2. & lib. 20. de ciuit. cap.* 19. quamuis non omnis negatio gratiæ, quæ poteſt emollire, & illuminare, dicatur induratio, & excæcatio; & ideò non omnis, qui peccat, dicatur induratus, & excæcatus; ſed illa ſolùm, quæ eſt coniuncta cum quadam pertinacia, & obſtinatione in peccato.

7. *Quomodo Deus aliquãdo dicatur in Scripturis velle decernere, & præcipere aliqua, quæ ſunt peccata.*

Et denique, vt notat Suar. *lib. 2. de auxiliis, cap. 3. cit. num. 7.* & Bellarm. *lib. 2. cit. de ſtatu peccati, cap.* 11. quando Deus in Scripturis dicitur velle, aut decernere, imò & præcipere aliqua, quæ ſunt peccata, vt, v. g. *Gen. 45. & 50.* venditionem Ioſeph factam à fratribus; & 2. *Reg.* 16. quòd Semei malediceret Dauid; ſæpè eſt intelligendum ratione alterius boni, quod videt eſſe cum illis connexum: quia enim ſæpè contingit, vt eadem realitas, quæ eſt mala, v. g. in quantum actio, & prout eſt à tali agente, ſit bona, in quantum paſſio, & prout recipitur in tali patiente, vt patet in exemplo allato de venditione Ioſeph, & in occiſione Chriſti; rectè poteſt Deus illam velle, & decernere, in quantum eſt paſſio, & bona; & ſolùm permittere, in quantum eſt mala; & ad illam directè volendam, & decernendam, in quantum eſt bona, ſatis eſt, ſi ſolùm præuideatur, & permittatur, in quantum eſt mala; & ex eo, quòd Deus præuiderit malam voluntatem fratrum in Ioſeph, & Iudæorum in Chriſtum, potuit directè velle, & decernere illorum venditionem, & occiſionem: & idem eſt de maledictione Semei contra Dauid: illam enim, quæ reſpectu Semei erat permiſſio, æſtimauit Dauid reſpectu ſui ordinationem, & præceptum, quatenus ordinabatur in punitionem ſui delicti, & in exercitium patientiæ; & ideò dixit, quòd Dominus illi præcepit, vt malediceret.

8. *Punitio per tyrannos, & Reges impios, quæ reſpectu illorum eſt peccatum, quomodo ſit à Deo.*

Et denique eadem ratione punitio populi per tyrannos, ac Reges impios, qui in illa plurimùm peccant, ſæpè tribuitur Deo; vt patet *Iſa.* 10. vbi Aſſur vocatur virga, & baculus furoris Dei; & ad illum comparatur, ſicut ſecuris, aut ſerra ad eum, qui ſecat, & à quo trahitur: præuidendo enim tantummodo, & permittendo malas eorum voluntates de inferendis bellis iniuſtis, poteſt Deus iuſtè intendere, ac decernere punitionem.

9. *Conſecratio, aut abſolutio ſacrilega, quæ ſit à malo Sacerdote, quomodo ſit à Deo.*

Et idem eſt, ſi Sacerdos in peccato mortali conficiat Corpus Chriſti, vel impendat abſolutionem ſacramentalem: ſiquidem abſque eo, quòd Deus hæc intendat, in quantum ſunt actio, & peccatum, poteſt illa intendere aliquo alio modo, vt, v. g. in quantum abſolutio pœnitentem iuſtificat, & Euchariſtia ab aliquo alio dignè colitur, & recipitur: neque enim voluntas conficiendi, aut abſoluendi, quæ eſt peccatum, tribuitur Deo, vel eſt ſupernaturalis; ſed ipſe vſus, & exercitium characteris, vt notat Vaſquez 1. 2. *diſp. 186. cap. 2. num.* 23. id eſt, ipſa formalis tranſubſtantiatio, & productio gratiæ, vel iuſtificatio peccatotis.

***

DISPVT. XLIV.

Quomodo Deus cooperans cum voluntate creata ad actum peccati, non ſit cauſa peccati.

1. *Proponuntur rationes dubitandi.*
2. *Non valet effugium.*
3. *Non poteſt dici, quòd Deus non ſit cauſa actus peccati, in quantum eſt actio, & eas.*
4. *Sententia Durandi, quòd Deus non concurrat cum cauſis ſecundis, niſi communicando, & conſeruando virtutem actiuam, non poteſt admitti.*
5. *Explicantur loca Sanctorum Patrum, quæ videntur probare, Deum non eſſe cauſam actus peccati, etiam in quantum eſt actus, & in quantum eſt ens.*
6. *Explicatur locus ex Tridentino.*
7. *Et ex Platone.*
8. *Quomodo Deus cauſando entitatem actus peccati non ſit cauſa malitia.*
9. *Malitia formaliter ſolùm ſequitur ad actionem, in quantum exit ab illo agente, quod tenetur ad oppoſitum.*
10. *Probatur ex S.Thoma.*
11. *Probatur ex S.Auguſtino.*
12. *Conciliantur ſententia plurium aliorum Scholaſticorum.*
13. *Sententia Molina, quòd Deus non ſit cauſa malitia: quia ſolùm affert concurſum generalem.*
14. *Sententia Cani, Soti, & Vaſq quòd Deus ſolùm concurrat, vt cauſa naturalis; non autem vt cauſa moralis.*
15. *Genus moris ex S.Thoma ſolùm habetur per ordinem ad voluntatem.*
16. *Quare Deus dicatur cauſa moralis bonitatis; non autem malitia.*
17. *Sententia Riccardi, & Gabr. quòd Deus non ſit cauſa malitia: quia hac non eſt neceſſariò connexa cum operatione.*
18. *Sententia Scoti, quòd Deus non teneatur ponere bonitatem oppoſitam.*
19. *Reſpondetur ad rationes dubitandi initio poſitas.*
20. *Negatio phyſica, & priuatio moralis in actu peccati ſunt diſtinguenda.*
21. *Ad confirmationem.*
22. *Ad alias difficultates.*
23. *Ex eo, quòd Deus ſit cauſa voluntatis, non eſt dicendus eſſe cauſa malitia.*
24. *An, & quomodo potentia ad peccandum ſit à Deo.*
25. *Creatura rationalis quomodo dicatur eſſe defectibilis: quia eſt ex nihilo.*

CONTRA doctrinam S. Thomæ 1.2.*quæſt.*79.*a.*2.quòd actus peccati, in quantum eſt ens, & in quantum eſt actus, eſt à Deo, non quidem ſe ſolo agente; ſed coagente, & cooperáte ſimul cum voluntate; magnam facit difficultatem, quomodo inde non ſequatur, quòd etiam malitia, & abſolutè ipſum peccatum ſit à Deo, & verè Deus ſit dicendus cauſa peccati: qui erat alter modus explicandi quæſtionem de cauſa peccati, ex parte Dei, vt *ſuprà* indicauimus *diſp.*43.*initio.*

1. *Proponuntur rationes dubitandi.* Et quamuis, ſi inferatur id in eo ſenſu, vt Deus cooperando cum voluntate ſit ſibi, vel illi cauſa peccati, & vel ipſe peccet, vel ſaltem faciat, vt peccet voluntas, facilè videatur id poſſe expediri, negando ſequelam; ſiquidem Deus eo modo cooperando cum cauſa libera, non facit aliquid ſibi indebitum, & ſolùm cooperando ex præuiſa ſub conditione illius determinatione, & exigentia; non autem antecedenter eam mouendo, non facit abſolutè, vt illa conſentiat; ſed ſolùm illi non deeſt, ex ſuppoſitione, quòd conſentiat; ſi tamen inferatur in hoc alio ſenſu, vt ſimul cum voluntate ſit cauſa omnis rationis, tam poſitiuæ, quàm negatiuæ, aut priuatiuæ, quæ eſt in actu, & cuius eſt cauſa ipſa voluntas, non poteſt non habere magnam difficultatem: nam moralis carentia debiti modi, & ordinis, id eſt, aptæ compoſitionis, & commenſurationis ſuarum partium, quæ eſt, v.g. in actu humano odij Dei, & in qua formaliter conſiſtit malitia illius, eadem neceſſitate conſequitur ex modo, & ordine indebito, per quem formaliter conſtituitur in eſſe odij; qua conſequitur in compoſito phyſico, v. g. ex aqua, & calore, carentia phyſica eiuſdem debiti modi, & commenſurationis inter calorem, & aquam, in qua formaliter conſiſtit malitia phyſica illius compoſiti: & ideò quemadmodum eſt impoſſibile, vt quæ eſt cauſa componens ineptè calorem, & aquam, non ſit cauſa malitiæ phyſicæ, per quam compoſitum ex calore, & aqua, dicitur malum; ita & videtur impoſſibile, vt quæ eſt cauſa componendi ineptè in odio Dei rationem genericam actus circa bonum diuinum cum differentia fugæ, id eſt, ipſius ſubſtantiæ actus odij, non ſit etiam cauſa malitiæ moralis, per quam talis actus eſt malus moraliter: hac enim tantùm ratione voluntas creata, tanquàm cauſa negatiua, illam cauſat; quia tanquàm cauſa poſitiua componit ineptè partes indebitas. Et vniuerſaliter, quando aliqua negatio, aut priuatio conſequitur neceſſariò, & inſeparabiliter ex aliqua forma, impoſſibile eſt, vt omnis illa, quæ eſt cauſa formæ, non ſit etiam cauſa negationis, aut priuationis; & quæ eſt cauſa, v.g. caloris, aut albedinis, non ſit cauſa etiam carentiæ frigoris, aut nigredinis, quæ neceſſariò inducitur in eodem ſubiecto.

Et confirmatur: quia ſi actus odij eliciatur ab amente, aut alio modo ex neceſſitate naturæ, certum videtur, quòd Deus poſitiuè cauſando ſimul cum voluntate compoſitionem phyſicam rationis illius genericæ, cum differentia fugæ, ſimul cauſat phyſicam negationem compoſitionis oppoſitæ cum differentia proſecutionis: ergo, ſi eliciatur ab habente vſum rationis, etiam cauſabit negationem moralem, cùm hæc non conſequatur minori neceſſitate ad huiuſmodi compoſitionem moralem, id eſt, deliberatam, & liberam, quàm illa ad phyſicam; nec Deus minùs ad huiuſmodi compoſitionem, quando à voluntate efficitur liberè, quàm quando efficitur neceſſariò.

Atque ad hoc caput difficultatis reducuntur etiam aliæ, quæ communiter afferuntur: vt, v.g. quòd non poſſit Deus ſimul cum voluntate eſſe cauſa cauſæ, id eſt, actionis, ex qua reſultat deformitas, niſi etiam ſit cauſa cauſati, id eſt, ipſius deformitatis, neque poſſit in actu odij cauſare, v.g. differentiam fugæ, niſi cauſet negationem proſecutionis; quòd eſſe cauſam peccati, nihil ſit aliud, quàm ſcienter, & volenter eſſe cauſam actionis deordinatæ: quod tamen conuenit etiam Deo, quòd quædam actiones ſint malæ intrinſecè, & ex obiecto, & in his cauſatio actionis non poſſit præſcindi à cauſatione malitiæ: quòd ſi Deus, cauſando actum peccati ſimul cum voluntate, non cauſat peccatum, neque etiam voluntas illud cauſabit cauſando eundem actum ſimul cum Deo, cùm neque voluntas

luntas plùs cauſet, quàm Deus, neque Deus minùs cauſet quàm voluntas.

2. *Non valet effugium.*

Neque valet, ſi dicas, ideò Deum concurrendo cum voluntate, cauſare malitiam: quia non tenetur non concurrere; & quantùm eſt ex ſe, eſt paratus concurrere ad oppoſitum, & per ipſum non ſtat, quòd de facto non concurrat, & malitia dicit ſpecialem ordinem ad voluntatem creatam, non autem ad Deum, cùm ſit carentia bonitatis debitæ poni ab ea cauſa, à qua non ponitur; quod tamen ſolùm poteſt illi conuenire in ordine ad voluntatem. Nam contrà eſt: quia dicere, quòd Deus concurrat, cùm non teneatur non concurrere, ſolùm eſt dicere, quòd cauſet, cùm non teneatur non cauſare; quod tamen ſolùm oſtendit, quòd cauſando non peccet; non autem, quòd abſolutè non cauſet; & debitum, aut obligatio concurrendi, vel non concurrendi non variat ſubſtantiam concurſus: & quemadmodum, ſi concurreret, debens non concurrere, verè cauſaret peccatum, debens non cauſare; & ideò verè peccaret; ita etſi concurrat non debens non concurrere, verè cauſabit non debens non cauſare, & ideò non peccabit.

Quod verò additur, Deum, quantùm eſt ex ſe, eſſe paratum concurrere ad oppoſitum, nec ſtare per ipſum, quòd de facto non concurrat, ſimiliter non probat, quòd concurrendo ad actum peccati, non ſit cauſa peccati: ſimiliter enim præparatio ad alterum oppoſitum, ſicut non tollit actualem concurſum ad hoc; ita neque tollit actualem cauſalitatem. Et ſicut Deus rectè dicitur cauſa pœnæ, quam infligit damnatis, etiamſi ſit paratus ad illos non puniendos, quantùm eſt ex ſe, & ſolùm puniat conſequenter ad peccata; ita & poteſt dici cauſa culpæ, etiamſi ſit paratus ad illam non cauſandam, & ſolùm cauſet, quia ita poſtulat voluntas creata.

Denique, quòd dicitur malitia ſpecialiter dicere ordinem ad ſolam voluntatem creatam, ſolùm eſt verum in ordine ad tribuendam denominationem mali, vel malè agentis; non autem in ordine ad recipiendum ſimpliciter eſſe: nam, quemadmodum Deus rectè dicitur cauſa meriti, & bonæ operationis, etiamſi per illam ſola voluntas dicatur mereri, & eſſe bona, vel benè operans, quia eſt cauſa illius operationis, quæ ſolùm reſpectu voluntatis eſt meritum, & bona operatio; ita & poteſt dici cauſa malitiæ. Et alioqui rationes *ſuprà* allatæ contra Caietanum, quòd ratio formalis peccati non ſit aliquid poſitiuum, quia eſſet cauſa malitiæ, nullæ eſſent: quia facilè poſſet aliquis dicere, quòd malitia ex propria ratione ſolùm eſt apta habere eſſe à voluntate creata.

Propter has, & ſimiles rationes mirum eſt, quàm inter ſe Scholaſtici diſcrepent in aſſignanda ratione, quare Deus cauſando actum peccati, non cauſet peccatum, vt videre eſt apud Vaſquez 1. 2. *diſp.* 129. Azor. *tom.* 1. *lib.* 4. *cap.* 21. *quæſt.* 1. Salas 1. 2. *tr.* 13. *diſp.* 10. *ſect.* 2. & alios.

3. *Non poteſt dici, quòd Deus non ſit cauſa actus peccati, in quantum eſt actio, & ens.*

Primò autem certum eſt, non ideò Deum non eſſe cauſam peccati, quia nullo modo ſit cauſa actionis peccaminoſæ, etiam in quantum eſt actio, & ens: nam, quanuis id aſſeruerint aliqui apud Mag. *in* 2. *d.* 37. eſt tamen propinquiſſimum errori, vt notat S. Thomas *ibidem, quæſt.* 1. *art.* 2. quia ex illo apertè ſequitur, quòd dentur plura prima principia: ſiquidem, omne illud eſt primum principium alicuius actionis, quod poteſt agere ſine auxilio, & influxu alterius agentis prioris; & talis eſſet voluntas reſpectu actus peccati, vt ſupponimus: & hinc vlteriùs ſequeretur, quòd ſi eſſet independens à Deo in agendo, etiam eſſet independens in eſſendo, cùm modus agendi ſemper proportionetur modo eſſendi. Et prætereà apertè ſequitur, quòd aliquod ens extra Deum, id eſt, actus peccati, non ſit à Deo, & proinde quòd Deus non ſit ſimpliciter primum ens, cùm ſemper id, quod eſt primum in vnoquoque genere, ſit cauſa cæterorum. 2. *Metaphyſ. text.* 4.

4. *Sententia Durandi, quòd Deus non concurrat cum cauſis ſecundis, niſi communicando, & conſeruando virtutem actiuam, non poteſt admitti.*

In quos errores omninò incidit etiam Dur. *in* 2. *d.* 1. *quæſt.* 5. *& d.* 37. *quæſt.* 1. & Aureol. apud Capr. *ibid. art.* 2. & apud Gregor. Ariminen. *ibid.* qui docent, ad actum peccati, ſicut & ad omnes alias actiones ſecundarum cauſarum, Deum non concurrere, niſi mediatè, id eſt, communicando, & conſeruando virtutem agendi in ipſis cauſis; non autem immediatè, & ſimul cum illis coagendo, idque putant ſufficienter explicare, quomodo Deus non ſit cauſa peccati; ſiquidem malitia non ſequitur determinatè, & proximè ad actionem Dei, id eſt, ad communicationem, & conſeruationem virtutis agendi, quæ, quantùm eſt ex ſe, eſt indifferens ad quoſcunque actus; ſed ſolùm ad actionem cauſæ ſecundæ, per quam determinatur actio Dei.

Et quanuis hæc ſententia, in quantum vniuerſaliter negat actualem concurſum Dei cum cauſis ſecundis, nullos alios habeat patronos, & communiter à Scholaſticis erroris notetur, vt notat Vaſq. 1. 2. *diſp.* 129. *cit. cap.* 3. *num.* 8. & Salas *diſp.* 10. *ſect.* 2. *n.* 9. eámque ex manifeſtis Scripturæ teſtimoniis refutet S. Auguſtinus *lib.* 5. *de Gen. ad litteram, cap.* 20. *tom.* 3. in quantum tamen ſpecialiter negat concurſum Dei ad actum peccati, probabilem illam putat Altiſiodorenſis *lib.* 2. *Summæ, tract.* 27. *cap.* 3. & Greg. *in* 2. *d.* 37. *quæſt.* 1. *cit.* quanuis vterque oppoſitum aſſerat, & ex Vaſq. *loco citato*; ſatis apparenter illi fauent ex Patribus S. Hieronymus, & S. Auguſt. & videtur fauere etiam Trident. *ſeſſ.* 6. *can.* 6. vbi definit, mala opera Deum non operari propriè, & per ſe, ſicut bona; ſed ſolùm permiſſiuè, id eſt, relinquendo illa immediatè operanda voluntati. Et ex veteribus Philoſophis ſimile quid etiam docuit Plato *dial.* 2. *de rep.* vbi affirmat, Deum eſſe cauſam ſolùm bonorum, non autem malorum.

Verùm in hoc etiam ſenſu ſententia Dur. vel eſt erronea, vel errori proxima, vt iam diximus ex S. Thoma: nam ſimiliter ex illa ſequitur, quòd ſi voluntas in actionibus malis eſt per ſe primum agens, & independens à Deo, debeat etiam eſſe per ſe primum ens, & independens in eſſe, cùm modus agendi proportionetur modo eſſendi. Et quemadmodum ex independentia animæ rationalis à corpore ſecundùm vnam tantùm operationem, id eſt, ſecundùm intellectionem, optimè probatur illius independentia ab eodem ſecundùm eſſe, & omnimoda ſpiritualitas, & immaterialitas, etiamſi ſecundùm alias omnes operationes ſit dependens, & abſolutè veriſſima eſt regula Ariſtotelis ad hoc inueſtigandum, 1. *de anima, text.* 13. quòd ſi eſt aliqua operatio propria animæ, contingit ipſam ſeparari à corpore: ita & ex independentia voluntatis creatæ à Deo in actionibus malis, poterit inferri illius independentia, ſecundùm eſſe, etiamſi admittatur in aliis omnibus operationibus eſſe dependens.

Et prætereà apertè ſequitur, quòd ſi actus peccati non eſt à Deo, Deus reſpectu illius non eſt primum ens, cùm ad hoc requiratur, vt ſit cauſa cæterorum, vt diximus. Et denique, ſi huiuſmodi actus eſt independens à Deo in fieri, etiam erit independens in eſſe, & conſeruari, contra illud Sapientiæ 11. *Quomodo autem poſſet aliquid permanere, niſi tu voluiſſes; aut quod à te vocatum non eſſet, conſeruaretur;*

retur? Et contra illud, quod habetur in Symbolo: *Factorem cœli,& terra, viſibilium omnium,& inuiſibilium.*

5. *Explicantur loca à Sanctorũ Patrum, quæ videntur probare, Deum non eſſe cauſam actus peccati,etiam in quantum eſt actus, & in quantum eſt ens.*

Neque fauent Dur. vlli ex Patribus: nam, quod affert Vaſquez ex S. Hieronymo dial. 1. contra Pelagium, ſub initium, tom. 2. *Quod in bonis operibus poſt propriam voluntatem, Dei innitamur auxilio; & in malis, Diaboli.* ſolùm probat, quòd Deus ad mala opera non iuuet antecedenter, prædefiniendo, & præmouendo, ſicut iuuat ad bona, & ſicut iuuat Diabolus, & quòd non ſit cauſa illorum, in quantum ſunt mala; non autem quòd non iuuet concomitanter, & in quantum actiones, & entia ſunt. Et quod affert ex S. Auguſtino lib. 2. de libero arb. cap. 20. tom. 1. *quòd motus auerſionis à Deo, qui eſt motus defectiuus, non pertineat ad Deum.* & lib. 12. Confeſſ. cap. 11. tom. 1. *quòd id ſolum à Deo non eſt, quod non eſt, & receſſus, vel motus voluntatis à Deo; quia delictum, & peccatum eſt.* ſimiliter ſolùm probat, quòd peccatum non prædefiniatur, neque antecedenter cauſetur à Deo; & abſolutè, quòd non ſit à Deo ratione malitiæ, & in quantum eſt motus defectiuus, vel delictum, aut peccatum.

Denique, quod affert ex S. Auguſtino *lib. de perfect. iuſtitia, contra Cœleſtinum, ratiocinat. 4. tom. 7.* minimè omnium fauet: cùm enim Cœleſtinus ratiocinaretur ad tollendam neceſſitatem gratiæ: Peccatum non eſt res, ſed actus: quia, ſi eſſet res, eſſet à Deo, vel certè aliquis alius præter Deum admitteretur eſſe author alicuius rei: ſi autem eſt actus, vitari poteſt ſine auxilio gratiæ, cùm omnis actus ſitus ſit in noſtra poteſtate. Reſpondet S. Auguſtinus, peccatum eſſe actum, & non rem, id eſt, ſubſtantiam, quæ ſola ſimpliciter dicitur res, vt exponit S. Thomas 1. 2. *quæſt. 79. art. 2. ad* 1. non tamen propterea poſſe vitari ſine auxilio gratiæ: quia etiam in corpore claudicatio eſt actus, & non res; ſiquidem res eſt pes ipſe, vel corpus, vel homo, qui pede vitiato claudicat; nec tamen vitare poteſt homo claudicationem, niſi habeat ſanatum pedem.

Atque ita non admittit S. Auguſtinus, quòd Cœleſtinus aſſerebat, ſolas res, id eſt, ſolas ſubſtantias eſſe à Deo; non autem actus, vt ſupponit Vaſquez. Sed quicquid ſit de hoc, ſolùm reſpondet ad conſequentiam, quam inferebat ex eo, quòd peccatum eſſet actus, id eſt, quòd poſſet vitari ſine auxilio gratiæ: atque ita hic locus minimè omnium poteſt afferri pro ſententia Durandi.

6. *Explicatur locus ex Tridentino.*

Ex definitione Tridentini *ſeſſ. 6. can. 6.* quòd Deus mala operetur permiſſiuè, ſolùm tollitur prædefinitio, aut præmotio antecedens, qualem habet reſpectu bonorum, non autem poſitiuus concurſus concomitans, vt *ſuprà* diximus ex Suar. *lib. 2. de auxil. cap. 2. n. 22.* eo enim ipſo, quòd antecedenter ad noſtrum conſenſum præuiſum, offert nobis ſeipſum paratum concurrere ad vtrumlibet & voluntati relinquit, vt concurſum determinet potiùs ad opus malum, quam ad bonum, dicitur permiſſiuè operari opus malum; & quando ex præuiſione noſtri conſenſus concurrit cum voluntate concomitanter, ſolùm habet malum à ſe dependens, in quantum eſt opus, & in quantum eſt actus; & ſimiliter reſpectu malitiæ ſolùm ſe habet permiſſiuè.

7. *Ex Platone.*

Et in eodem ſenſu eſt illud accipiendum, quod dicitur ex Platone *dial. 2. de rep.* quòd Deus non ſit cauſa malorum, id eſt, ratione malitiæ, & in quantum ſunt mala: vt enim benè notat S. Thomas *in 2. d. 37. quæſt. 2. art. 2. in fine corporis*, ad remouendam à Deo huiuſmodi cauſationem malitiæ, & deformitatis, omnes illæ locutiones ſunt vitandæ, quæ illam important ſimul cum actu, neque abſolutè debet dici, ſiue in genere, ſiue in ſpecie, quòd peccatum, vel homicidium, aut furtum ſit à Deo, ſed ſemper cum hac additione, & reſtrictione, in quantum eſt actus, & in quantum eſt ens.

8. *Quomodo Deus cauſando entitatem actus peccati non ſit cauſa malitia.*

Poſito autem, quòd Deus ſimul cum voluntate ſit cauſa actus peccati, in quantum eſt actus, & in quantum eſt ens, ad præſentem difficultatem, quòd prætereà videatur etiam eſſe cauſa malitiæ, optimè, & maximè ad mentem S. Thom. videtur reſpondere Capr. *in 2. d. 37. artic. 3. ad* 1. *Aureoli.* Conrad. 1. 2. *quæſt. 79. art. 2. circa reſponſionem ad* 3. Didac. Aluarez *lib. 3. de auxil. diſput. 18. num. 21. & 22. & diſp. 24. num. 31.* & apud illum Ferrarien. 3. *contra Gent. cap. 71.* & alij, qui aſſerunt, ideò Deum cauſando actionem peccati, in quantum eſt actio, non cauſare malitiam: quia hæc, in quantum formaliter eſt malitia, non ſequitur præcisè ex ipſa ſubſtantia, & natura actus, quaſi abſolutè, & per ſe conſiderata, quomodo ad actum fornicationis, v. g. ſequitur ſenſus delectationis; neque in quantum egreditur à qualicunque agente; ſed ſolùm in quantum egreditur ab illo, quod per talem actionem dicitur tendere in tale obiectum, & diſcordare, vel deficere à ſua regula; quale tamen non eſt Deus, ſed ſola voluntas creata.

9. *Malitia formaliter ſolùm ſequitur ad actionem, in quantum exit ab illo agente, quod tenetur ad oppoſitum.*

Quòd enim malitia non conſequatur ad naturam actus conſideratam in ſe, & abſolutè, & præſcindendo ab omni agente, à quo egreditur, patet manifeſtè in eo caſu, in quo talis natura actus ponatur in eſſe ab amente, aut alio modo, ſine vſu rationis.

Et quòd neque etiam conſequatur ad huiuſmodi actionem, in quantum egreditur à quocunque agente, patet ex eo: quia malitia non eſt quæcunque carentia modi, & ordinis, quæ ſit in actu; ſed modi, & ordinis, qui ſit debitus in illo poni ab agente, à quo non ponitur, & quod per conſequens in eo non ponendo, diſcordat, & deficit à ſuo debito, & à ſua regula. Et quemadmodum in aliis multis effectibus, qui ſunt indiuiſibiliter à pluribus cauſis, non eſt neceſſe, vt ſecundùm eam omnem rationem, ſecundùm quam effectus eſt ab vna cauſa, ſit etiam ab alia; & multa ſunt, quæ effectui conueniunt, prout formaliter comparatur ad vnam cauſam, & non prout formaliter comparatur ad aliam, vt, v. g. in viſione beatifica, quòd ſit vitalis, per comparationem, & formalem dependentiam à vita creaturæ; non autem à vita Dei, quamuis indiuiſibiliter ſimul ſit à vita creaturæ, & à vita Dei: in viſione naturali, aut ſenſatione quacunque, quæ ſolùm tribuit obiecto denominationem viſi, aut ſenſati, in quantum eſt actio hominis, non autem in quantum eſt actio Dei; & ideò illud denominatur viſum, & ſenſatum ab homine, non autem à Deo: in actionibus agentium naturalium, quòd ſint naturales, & neceſſariæ, ſolùm in ordine ad naturam, & virtutes creatas ipſorum agentium; non autem ad naturam, & virtutem Dei, & ſic de aliis: ita & in actu peccati, qui in quantum eſt actus, indiuiſibiliter eſt à Deo, & à nobis, poteſt reperiri malitia, ſolùm prout eſt à nobis, non autem prout eſt à Deo.

Et ratio eſt: quia ſicut in his omnibus ſemper includitur aliqua ſpecialis denominatio, & dependentia aliquo modo in genere cauſæ formalis, potiùs ab vna cauſa efficiente, quàm ab alia; ita & in malitia accepta formaliter includitur ex parte agentis, à quo eſt, connotatio debiti ad ponendum oppoſitum, & diſcordantiæ, vel defectus à ſua regula in eo non ponendo, eáque connotatio aliquo modo afficit, & complet malitiam formaliter, & facit, vt in quantum malitia, non poſſit comparari niſi ad

voluntatem

voluntatem creatam; ſicut enim actio creaturæ, in quantum formaliter ab illa egreditur, eſt ratio fundandi in effectu relationem prædicamentalem ad ipſam creaturam agentem, & non ad Deum; & in quantum egreditur ſimul à Deo, eſt ratio fundandi relationem tranſcendentalem ad Deum, & non ad creaturam: ita & actus peccati, in quantum formaliter eſt à voluntate creata, eſt ratio fundandi malitiam; non autem in quantum formaliter eſt à Deo. Neque per hoc ſignificatur vlla realis diuerſitas quoad intrinſeca, inter hoc, quod eſt, huiuſmodi actionem egredi à voluntate creata, & hoc, quod eſt, eam egredi à Deo; ſed ſolùm ſignificatur diuerſa comparabilitas eiuſdem actionis ad illa agentia diuerſi ordinis, & quòd ex illa conſequatur malitia, ſolùm ratione comparabilitatis ad vnum, non autem ratione comparabilitatis ad aliud, ex quo ſine dubio optimè ſequitur, quòd Deus concurrendo ad actionem ſimul cum voluntate, & faciendo illam eſſe ad ſe comparabilem, dum ſimul eſt comparabilis ad voluntatem, non propterea ſit cauſa malitiæ; ſiquidem hæc ſolùm ſequitur ad huiuſmodi actionem, in quantum eſt comparabilis ad voluntatem: nullo autem modo in quantum eſt comparabilis ad Deum: vt enim rectè explicat S.Thom. & ex illo Ferrarien. 3. *contra Gent. cap.* 71. cùm bonum, ex S.Dionyſio, ſit ex integra cauſa, & malum ex ſingulis defectibus, quando ad vnum effectum plures aliquæ cauſæ ſimul concurrunt ad bonitatem & integritatem illius, omninò requiritur, vt omnes cauſæ ſint ſine defectu; ad hoc verò, vt ſit in ipſo aliquis defectus, ſufficit, vt ſit defectus tantùm in aliqua; non autem requiritur, vt ſit in omnibus, vt patet, quando in effectu artificis, verbi gratia, ſcripturis, contingit defectus propter ſolum defectum, qui eſt in inſtrumento, vel in materia, verbi gratia, in calamo, vel in papyro; non autem propter defectum artis, qui ſit in artifice, & in defectu claudicationis, qui ſolùm contingit propter curuitatem tibiæ; non autem propter debilitatem virtutis motiuæ; & denique in ſyllogiſmis, in quibus defectus concluſionis, v. g. tantùm particularis, aut negatiuæ, ſolùm contingit ex altera præmiſſarum particulari, aut negatiua, non autem ex vtraque; & eadem ratione, quia ad actum peccati ſimul concurrit Deus, & cauſa ſecunda huius tantùm defectus poteſt ſufficere; neque hinc ſequitur, quòd defectus ſit à Deo vt à cauſa.

Quòd ſi quis vlteriùs vrgeat, Deum eſſe cauſam huiuſmodi ipſius comparabilitatis ad voluntatem; & ideò eſſe cauſam actionis, in quantum fundat malitiam; eadem ratione reſponderi poteſt, hanc ipſam comparabilitatem actionis ad voluntatem, non fundare malitiam, in quantum eſt à Deo, ſed ſolùm in quantum eſt à voluntate, cùm hæc ſola debeat illam non ponere; & dum ponit, diſcordet, & deficiat à ſua regula. Et præterea addi poteſt, falſum eſſe, quòd Deus, propriè loquendo, ſit cauſa, vt actio ſit comparabilis ad voluntatem, & ab illa egrediatur, ſiquidem concurſus Dei eſt ſolùm concomitans, & ſimultaneus; neque habet vllam cauſalitatem ad concurſum voluntatis; ſicut neque habet vllam diſtinctionem realem, niſi penes extrinſeca, id eſt, penes ipſa agentia.

10. *Probatur ex S.Thoma.* Quòd verò hic modus explicandi præſentem difficultatem ſit maximè ad mentem S. Thomæ, patet manifeſtè: quia 1.2. *quæſt.*79.*art.*2. *in corp.* ideò ait, peccatum ſolùm eſſe à voluntate creata, non autem à Deo: quia non dicit actionem quomodocunque, ſed cum defectu; & hoc modo ſolùm eſt à libero arbitrio, in quantum deficit ab ordine primi agentis, id eſt, Dei: ſicut & claudicatio, quia non eſt motio quomodocunque, ſed cum defectu, ſolùm eſt à tibia curua, non autem à virtute motiua, quæ, quantùm eſt ex ſe, non eſt cauſa, vt motus ſit cum defectu. Et *ad ſecundum*, in hominē, ſicut in cauſam, ait, reduci non ſolùm actum; ſed etiam defectum: quia cauſando actum, non ſubditur ei, cui debet ſubdi; Deum verò ſolùm eſſe cauſam actus, & nullo modo eſſe cauſam defectus concomitantis actum, qua ratione exit ab homine. Et *quæſt.* 3. *de malo, art.* 1. *ad* 4. quemadmodum claudicatio, quatenus dicit obliquitatem ambulationis, ideò non cauſatur à virtute motiua, quæ mouet tibiam; quia non prouenit à tibia, ſecundùm quod eſt mota à virtute motiua; ſed, ſecundùm quod ex ſe deficit à ſuſcipiendo influxu virtutis motiuæ: ita & peccatum non cauſari à Deo, quia non procedit à libero arbitrio; ſecundùm quod recipit motionem Dei; ſed, ſecundùm quod ab illa deficit. Et *art.*2. *in corp.* quemadmodum pullulatio plantæ in germen inutile, non cauſatur à motu cœli, ſed ex debilitate virtutis generatiuæ; quia non procedit à planta, in quantum recipit motum cœli; ſed in quantum ab illo deficit: ita.

Et *ad ſecundum*, Deum cauſando actum peccati non cauſare deformitatem: quia hæc non conſequitur ſpeciem actus, ſecundùm quod eſt in genere naturæ, & cauſatur à Deo; ſed ſpeciem actus, ſecundùm quod eſt in genere moris, & prout cauſatur ex libero arbitrio. Et *in* 2. *d.*37. *quæſt.*2. *art.*1. *ad* 2. defectum, qui eſt in actione peccati, non eſſe à Deo, quia ſolùm eſt à voluntate, in quantum eſt ex nihilo, id eſt, in quantum eſt defectibilis, non autem in quantum voluntas eſt à Deo. Et *a.*2. *in corp.* in actu deficiente, quicquid eſt de ratione actus, & entis, & boni, totum eſſe à Deo; ſed ipſum defectum ſolùm eſſe à voluntate, ſicut & claudicatio. Et *ad quintum*, non ex eo, quòd deformitas ſit coniuncta inſeparabiliter cum actione, ſequi, quòd Deus, qui eſt cauſa actionis, ſit etiam cauſa deformitatis: quia, ſi in aliquo effectu plura inſeparabiliter ſunt coniuncta, non oportet, vt quicquid eſt cauſa eius, quantùm ad vnum; ſit etiam cauſa eius, quantùm ad alterum: ſic enim natura eſt cauſa oculi, quantùm ad ſubſtantiam, & non quantùm ad defectum cæcitatis, quæ ſolùm accidit ex defectu materiæ. Et 1.2. *quæſt.*49. *art.*1. *ad* 3. in rebus voluntariis defectum actionis ſolùm procedere à voluntate actu deficiente, in quantum non ſubiicit ſe actu ſuæ regulæ. Et *art.* 2. *in corp.* malum, quod conſiſtit in defectu actionis, ſemper cauſari ex defectu agentis; & hunc in Deo nullum eſſe; & ideò huiuſmodi malum non reduci in Deum, vt in cauſam. Et *ad ſecundum*, effectum cauſæ ſecundæ deficientis reduci in cauſam primam non deficientem, quantùm ad id, quod habet entitatis, & perfectionis; ſicut & quicquid eſt motus in claudicatione, &c.

Quæ omnia loca, cùm ſemper afferant hanc rationem præſentis difficultatis, quia malitia, & defectus non comitatur quomodocunque actionem peccati, vel acceptam ſecundùm ſe, & in eſſe naturæ, vel comparatam ad agens; ſed ſolùm prout eſt à libero arbitrio deficiente, & prout ſpecialiter ad illud comparatur, non videtur poſſe eſſe dubium, quòd hæc ipſa ratio ſit maximè ad mentem Sancti Thomæ.

Imò & hæc ipſa maximè videtur eſſe ad mentem S.Auguſtini, qui *lib.* 12. *de ciuit. cap.*7. *tom.* 5. expreſsè negat malæ voluntatis quærendam eſſe cauſam efficientem, cùm ſolùm ſit à cauſa deficiente; non autem ab efficiente. Et addit, Dei naturam nuſquam, & nunquam, & nulla ex parte poſſe deficere; 11. *Probatur ex S. Auguſt.*

ſed

Digitized by Google

ſed iis ſolùm id conuenire, quæ ex nihilo facta ſunt: & *lib. de perfect. iuſtitiæ, lect. reſponſ. 4. tom. 7.* idem ponit exemplum, quod ſæpiùs repetit S. Th. de claudicatione. Et *lib. 3. contra Iulianum, cap. 9. tom. 7.* hac eadem ratione ſoluit ſimile argumentum de peccato originali, quomodo non ſit à Deo, à quo eſt ipſa anima, & corpus, & ipſa tota generatio hominis, per quam contrahitur; & ait huiuſmodi peccatum non ſequi ad huiuſmodi generationem, ſecundùm ſuam naturam, & in quantum eſt generatio hominis; ſed ſolùm, vt dicit ordinem ad primum parentem, qui voluntariè peccauit. Et quemadmodum filius, qui naſcitur ex adulterio, & bonus eſt, non dicitur eſſe fructus, aut effectus laſciuiæ, & turpitudinis criminis, quæ mala ſunt; ſed corporum, ſexuum, & coniunctionum, quæ ex ſe ſunt bona, & à Deo: ita & è contra peccatum originale, cum quo omnes naſcuntur, non eſſe effectum corporum, ſexuum, & coniunctionum, quæ ex ſe bona ſunt, & à Deo; ſed primæ præuaricationis, quæ ab Adamo & à Diabolo. Et *lib. 2. de libero arbitrio, cap. 20. tom. 1.* motum auerſionis à Deo ideò non eſſe ex Deo, quia eſt motus defectiuus; & omnis defectus ex nihilo eſt, id eſt, à voluntate, quæ, in quantum eſt ex nihilo, eſt defectibilis, vt *paulò antè* diximus ex S. Thoma *in 2. diſtinct. 37. quæſt. 2. art. 1. ad 2.*

12. *Conciliantur ſententiæ plurium aliorum Scholaſticorum.* Et in eundem ſenſum videntur poſſe reduci plures aliæ ſententiæ aliorum Scholaſticorum circa hanc eandem difficultatem. Primò enim, quod ait Molina 1. 1. *quæſt. 14. art. 13. diſp. 6. & 7. & in lib. concordiæ, eadem quæſt. 14. & art. 13. diſp. 31. & 32.* ideò Deum concurrendo ad actionem, non eſſe cauſam

13. *Sententia Molinæ, quòd Deus non ſit cauſa malitiæ: quia ſolùm affert concurſum generalem.* peccati; quia, quantùm eſt ex ſe, ſolùm offert concurſum generalem, neque ipſe illum determinat ad talem ſpeciem actionis, quam comitatur malitia, ſed talis determinatio ſolùm habetur à voluntate: hoc, inquam, ſi rectè intelligatur, veriſſimum eſt, & videtur idem cum eo, quod iam retulimus ex S. Th. *quæſt. 3 de malo, art. 2.* vbi ait, motionem primi mouentis non recipi vniformiter in omnibus mobilibus; ſed in vnoquoque ſecundùm proprium modum; & inde effici, vt quicquid eſt actionis à ſecundis mouentibus, totum referatur in primum mouens, tanquàm in cauſam, non autem in illud referatur, quicquid eſt defectus, cùm hoc ſolùm ſequatur ex eo, quòd proximum agens deficiat ab ordine, & ab intentione primi mouentis; & quòd planta, v.g. germinet germen inutile, non referri in cœlum, quod eſt primum mouens; ſed ſolùm in debilitatem virtutis generatiuæ, quæ recipiendo motionem cœli ſecundùm proprium modum, ab illa deficit, & hac ratione non referri in Deum defectum peccati; quia non ſequitur ex motione, quam præbet Deus, ſed ex modo illam recipiendi; qui tamen ſolùm ſe tenet ex parte voluntatis creatæ.

Atque hoc idem etiam aſſerit Bellarm. *lib. 2. de ſtatu peccati, cap. 5. & 18. tom. 4.* & Suar. *diſput. 11. in Metaph. ſect. 3. num. 20. & lib. 2. de auxil. cap. 1. num. 17. & 19.* Vnde, quòd dicitur concurſus Dei ad actum peccati ſolùm eſſe generalis, non eſt intelligendum, quòd Deus per decretum ad intra, ſolùm determinet concurrere ad actum, quaſi in genere, & per actionem ad extra ſolùm habeat à ſe dependentem rationem genericam, & permittat rationem ſpecificam ſolùm dependere à voluntate; ſed, quia antecedenter ad præuiſum liberum conſenſum voluntatis, eſt paratus indifferenter concurrere ad vtrumlibet, & tam ad actum bonum, quàm ad malum; & hoc modo per adiunctionem concurſus indifferentis, conſtituit voluntatem in actu primo ad oppoſita. Et quia huiuſmodi indifferentiam ſui concurſus non determinat ipſe per ſe ad actum malum; ſed relinquit determinandam à voluntate, ideò ſpecies actus dicitur haberi à voluntate; non autem a Deo, tanquàm à cauſa illam antecedente, & per conſequens neque malitia dicitur conſequi ad actionem, vt eſt a Deo; ſed ſolùm vt eſt à voluntate determinante concurſum Dei ad talem ſpeciem, & ab illo deficiente. Et quòd hoc ſolùm voluerit Molina, patet manifeſtè *ex diſp. 7. cit. §. Dixi ad omnem.* vbi ait, peccatum etiam materialiter ſumptum, non eſſe Deo tribuendum, tanquàm cauſæ, quia talis actus non habet, quòd ſit materiale peccati; prout Deus ad illum influit concurſu generali, & ex ſe indifferente, vt ſequatur huiuſmodi actus, vel alius longè diuerſus: ſed ſolùm id habet, prout arbitrium ipſum ſuo influxu particulari illum determinat ad eſſe talis actionis contra legem Dei, ad quem tamen influxum, & determinationem Deus ſolùm ſe habet permiſſiuè, ex Tridentino *ſeſſ. 6. can. 6.* quod idem de materiali peccati etiam aſſerit Aluarez *lib. 3. de auxil. diſp. 24. num. 23.*

Secundò, in eundem ſenſum poteſt reduci id, quod habet Canus *lib. 2. de locis, cap. 4 ad 8. & in relect. de Sacram. par. 2.* Sot. *lib. 1. de natura, & gratia, cap. 18. circa finem*, & ex illis Vaſquez 1. 2. *diſp. 129. cap. 7.* quòd Deus concurrendo ad actionem peccati, ideò non ſit cauſa malitiæ, quia ſolùm concurrit, vt cauſa naturalis; non autem vt cauſa moralis: ſicut enim ineptè aliquis referret peccata, tanquàm in cauſas, in ipſas intelligentias motrices cœlorum; quia ſi concurrunt per motum cœli ad ſingulas actiones inferiorum, ſolùm concurrunt per modum cauſæ naturalis, ſuúmque concurſum ſinunt determinari ab vnoquoque pro ſua libertate, atque arbitrio: ita & ineptè eadem peccata referuntur in Deum, qui ſimiliter, quantùm ex ſe, ſolùm offert concurſum indifferentem, & ad vtrumlibet, eúmque ſinit determinari ad vnum per libertatem cuiuſque, & hanc dum comitatur ad actum malum, potiùs ſe habet, vt cauſa naturalis, & neceſſaria ex ſuppoſitione prioris decreti, de concurrendo ad vtrumlibet, quàm vt cauſa moralis, & in ordine ad quam habeatur in effectu eſſe morale, quod ſine dubio in idem recidit cum eo, quod diximus, malitiam moralem hoc habere ſpecialiter ex propria ratione, vt ſolùm ſit à voluntate creata, cùm ſolùm per ordinem ad illam conſtituatur intrinſecè in eſſe morali. Idque ipſum videtur clarè aſſerere etiam S. Thomas *quæſt. 3 de malo, art. 2. ad 2.* vbi ait, deformitatem peccati non conſequi ad ſpeciem actus, ſecundùm quod eſt in genere naturæ, quomodo cauſatur à Deo; ſed ſolùm ſecundùm quod eſt moralis, quomodo cauſatur à libero arbitrio: cùm enim genus moris, ex eodem S. Thom. *in 2. d. 24. quæſt. 3. art. 2.* ſolùm habeatur per ordinem ad voluntatem, & ibi incipiat, vbi primò inuenitur dominium voluntatis; non aliunde poteſt haberi in actu, quòd ſit moralis, niſi à voluntate; & ideò non niſi ex voluntate, vel per ordinem ad illam poteſt habere, vt fundet malitiam, cùm illam non fundet proximè, niſi in quantum eſt actus moralis, & ſecundùm eſſe morale.

14. *Sententia Cani, Soti, & Vaſq. quòd Deus ſolùm concurrat, vt cauſa naturalis, non autem vt cauſa moralis.*

15. *Genus moris ex S. Th. ſolùm habetur per ordinem ad voluntatem.*

Neque eſt eadem ratio de bonitate morali in ordine ad Deum, & de malitia: nam, quamuis etiam bonitas non conueniat actui ſecundùm eſſe naturæ; ſed ſolùm ſecundùm eſſe morale; & ex hoc capite etiam ipſa ſolùm ſit à voluntate: alia tamen ratione ſpecialiter eſt à Deo, id eſt, tanquàm à cauſa morali, cùm

16. *Quare Deus dicatur cauſa moralis bonitatis, non autem malitiæ.*

cùm Deus illam ſuadeat, & præcipiat, vt notat Sot. *lib.1.de natura, & gratia, cap.21.* & apud Vaſquez *diſput.119. citat. cap.8. num.29.* qua enim ratione qui ſuadet, aut præcipit actum malum, dicitur cauſa moralis etiam malitiæ, quæ ex illo conſequitur; & hæc in illum refertur, tanquàm in cauſam moralem, etiamſi non intrinſecè ab illo habeat, vt ſit quid morale; ſed ſolùm per ordinem ad voluntatem ipſius operantis: ita & qui ſuadet, ac præcipit actum bonum, eſt cauſa moralis bonitatis, etiamſi non intrinſecè, & per ordinem ad illum habeat bonitas, vt ſit quid morale.

Neque eſt abſurdum, quòd huiuſmodi moralitatum Deus non ſit cauſa phyſica, vt notat Vaſquez *loco citato, num.27.* cùm ſolùm reſultent ex proprio modo operandi voluntatis creatæ; non autem ſint aliquæ realitates, aut rationes phyſicæ, quæ indigeant aliqua actione phyſica.

17. *Sententia Richardi, & Gabriel. quòd Deus non ſit cauſa malitia: quia hæc non eſt neceſſariò connexa cum operatione.*

Tertiò, eadem ratione poteſt admitti, quod placet Richard. *in 2. diſt. 37. art. 3. quæſt. 1. ad 2.* & Gabriel. *ibidem, quæſt. vnic. art. 3. dub. 3.* quòd ideò Deus non ſit cauſa malitiæ; quia hæc non eſt neceſſariò connexa cum operatione: non ſolùm enim id eſt verum, ſi operatio fiat, verbi gratia, ab amente, vel ex indeliberatione, & extra illas circunſtantias, in quibus fundat malitiam; ſed etiam, quia abſolutè malitia non ſequitur ad operationem, vt operatio eſt, & ſecundùm eſſe naturæ; ſed ſpecialiter in quantum eſt à voluntate creata, deficiente à ſuo ordine.

18. *Sententia Scoti, quòd Deus non tenetur ponere bonitatem oppoſitam.*

Quartò denique poteſt admitti, quod placet Soto *in 2. diſt. 37. quæſt. 1. §. Ad ſolutionem iſtorum.* quòd malitia ideò Deo non tribuatur: quia Deus non tenetur ponere bonitatem oppoſitam, & per ipſum non ſtat, quòd non ponatur: id enim ipſum eſt, quod diximus, malitiam ex hoc, quòd eſt carentia bonitatis debitæ, poni in actu, ſpecialiter dicere ordinem ad voluntatem creatam, non autem ad quancunque.

19. *Reſpondetur ad rationes dubitandi initio poſitas.*

Ad rationem dubitandi initio poſitam facilè patet ſolutio, ſi in actu peccati diſtinguatur negatio phyſica compoſitionis oppoſitæ, & priuatio moralis, in qua formaliter conſiſtit malitia: ſi enim intelligatur, verbi gratia, actus odij Dei ſecundùm abſolutam, & nudam eſſentiam, & prout poteſt reperiri etiam in amente, negari non poteſt, quòd circa bonum diuinum componat differentiam fugæ, cum ratione generica actus voluntatis; & ex hac compoſitione phyſicè conſequatur negatio compoſitionis oppoſitæ per differentiam proſecutionis. Et de hac negatione veriſſimum eſt, quòd non poſſit non cauſari ab omni eo, à quo cauſatur compoſitio oppoſita; & ſine vllo abſurdo poteſt concedi, quòd etiam cauſetur à Deo, ſicut conceditur, quòd ab illo cauſetur in aqua negatio compoſitionis cum frigore, per hoc, quòd cauſetur poſitiua compoſitio cum calore. Verùm non hoc modo negatio compoſitionis in actu odij habet rationem malitiæ moralis; ſed ſolùm in quantum eſt priuatio compoſitionis, quæ ſit debita poni, & non ponatur ab eo, qui agit modo humano, ac proinde non ex eo, quòd Deus ſimul cum voluntate ſit cauſa phyſicæ negationis in actu odij, ſequitur, quòd etiam ſit cauſa priuationis moralis, cùm hæc ſpecialiter includendo rationem debiti, ſolùm referatur ad voluntatem creatam, eámque ſolam ſibi determinet, tanquàm cauſam.

20. *Negatio phyſica, & priuatio moralis in actu peccati ſunt diſtinguenda.*

21. *Ad confirmationem.*

Ad confirmationem Reſpondetur eodem modo: ſi enim actus odij eliciatur liberè, & ab habente vſum rationis, fundat quidem neceſſariò negationem moralem compoſitionis debitæ; non tamen eam fundat per comparationem ad quodcunque agens; ſed ſolùm per comparationem ad voluntatem creatam: & in hoc eſt diſparitas inter huiuſmodi negationem moralem, quæ habet rationem malitiæ, & inter negationem phyſicam, quòd hæc conſequatur ex actu odij abſolutè accepto, & per comparationem ad quodcunque agens; illa verò per ſolam comparationem ad voluntatem creatam.

21. *Ad alias difficultates.*

Ad alias difficultates idem eſt reſpondendum: quia enim cauſa malitiæ non eſt natura actus quomodocunque, vel dependentia, aut comparabilitas illius ad quodcunque agens; ſed ſola, & præciſa dependentia, & comparabilitas ad voluntatem creatam; ideò Deus, qui ſolùm eſt cauſa actus, non autem dependentiæ, aut comparabilitatis ad voluntatem creatam, non eſt cauſa malitiæ.

23. *Ex eo, quòd Deus ſit cauſa voluntatis, non eſt dicendus eſſe cauſa malitia.*

Quo autem modo Deus non ſit dicendus cauſa malitiæ ex eo, quòd ſit cauſa ipſius voluntatis, quæ illam cauſat, rectè explicat S. Thomas 1. 2. *quæſt. 79. art. 1. ad 3.* vbi ait, tunc ſolùm effectum cauſæ mediæ poſſe referri in cauſam primam, quando procedit à cauſa media, ſecundùm quod ſubditur ordini cauſæ primæ; non autem ſecundùm quod ab illo exit; & hac ratione in moralibus non referri in dominum id, quod facit miniſter contra mandatum domini: ſimiliter enim, quia voluntas non cauſat malitiam, in quantum ſubditur ordini Dei; ſed in quantum ab illo exit, non poteſt Deus dici cauſa malitiæ, ex hoc, quòd ſit cauſa voluntatis.

14. *An, & quomodo potentia ad peccandù ſit à Deo.*

Vtrùm verò ſit concedendum, quòd Deus ſit cauſa potentiæ ad peccandum, quæ eſt in voluntate, videtur quæſtio parui momenti: nam, quanuis S. Thomas aliquando videatur aſſerere, quòd voluntas non ſit cauſa peccati, in quantum eſt à Deo; ſed in quantum eſt ex nihilo, vt videre eſt *in 2. diſt. 37. quæſt. 2. art. 1. ad 2. & diſt. 44. quæſt. 1. art. 1. & quæſt. 24. de ver. art. 7.* quod idem etiam aſſerit Capr. *diſt. 44. citat. quæſt. 1. art. 1. &* 3. & aliqui alij ex Thomiſtis recentioribus apud Vaſquez 1. 2. *diſput. 129. cap. 10. num. 34.* & videtur haberi etiam ex S. Auguſtino *lib. 12. de ciuit. cap. 6. tom. 5.* vbi ait, voluntatem non ex eo malam eſſe incipere, quia natura eſt; ſed, quia de nihilo facta eſt: & *cap. 7.* naturam deficientem iis tantùm conuenire, quæ ex nihilo facta ſunt. Et clariùs id habetur ex S. Damaſceno *lib. 2. de fide, cap. 27.* vbi ait, creaturam rationalem ideò eſſe flexibilem ad malum ſecundùm electionem; quia eſt ex nihilo. Id tamen non ita debet intelligi, quaſi ipſum nihilum, in quantum eſt terminus à quo creationis voluntatis, ſit cauſa potentiæ ad peccandum; ſed, quia per hoc, quod eſt eſſe factum ex nihilo, ſignificatur ipſa intrinſeca defectibilitas creaturæ: & cùm potentia ad peccandum ſit ipſa voluntas facta ex nihilo, & defectibilis; quemadmodum Deus ſine abſurdo conceditur eſſe cauſa voluntatis factæ ex nihilo, & defectibilis; ita & videtur poſſe concedi, quòd ſit cauſa potentiæ ad peccandum, vt notat Vaſq. 1. 2. *diſp. 129. cap. 10. num. 34. cit.* ex Scoto, Gabr. & aliis. Et ſi quis contendat, voluntatem non habere ab alio, ſed à ſe hoc, quod eſt ex nihilo eſſe; quia, ſcilicet, quod conuenit rei ſecundùm ſe, non cauſatur in illa ab alio; & certum eſt, quòd res omnis creata, ſi ſibi relinquatur, nihil eſt; & ideò concedat, eandem voluntatem non habere à Deo, quòd ſit potentia ad peccandum, vt videtur velle S. Thom. *locis citatis*; non erit quæſtio, niſi de nomine, & de modo loquẽdi: certum enim eſt, quòd voluntas non eſt potentia ad peccandum ſecundùm

25. *Creatura rationalis quomodo dicatur eſſe defectibilis, quia eſt ex nihilo.*

oibilom, quod habet ex ſe, & provt ſibi relinqoitut; ſed ſecundùm eſſe ex nihilo, vel poſt nihilum, quod habet à Deo.

Nec S. Thomas negar, quòd potentia peccandi, quantùm ad poſitiuum, quod dicit, ſit à Deo; ſed ſolùm quanrùm ad defectum, quem connotar, & quantùm ad ptimam radicem defectibilitatis, quam ſupponit, quæ eſt nihilum, quod ipſa eſt, quantùm ex ſe, & ex quo accipit eſſe à Deo, vt videre eſt apud Capt. *loco citato*.

Similiter falſum eſt, quòd eſſe caoſam peccati, aut malitiæ, nihil ſit aliod, niſi eſſe cauſam quancunque actionis, quæ eſt deordioata; ſed præterea etiam includit, vt ſit cauſa debens actionem oon cauſate; quod tamen Deo non conuenit.

Quòd aliquæ actiones dicantur malæ intrinſecè, & ex obiecto, non ſignificar, quòd abſolutè ſecundùm ſuam naturam, vel comparatæ ad quodcunque agens, fundent malitiam; ſed ſolùm quòd fundent comparatæ ad certum agens, id eſt, ad voluntatem creatam; & hoc modo ab illa fundanda non poſſint abſolui.

Neque Deus ideò negatur cauſare malitiam, quia cauſet aliquid minus, quàm voluntas; neque voluntas ideò affirmatur cauſate, quia cauſet aliquid plus: ſed, quia malitia ex propria ratione hoc habet, vt ſolùm ſequatur per comparabilitatem actioois ad voluntatem.

Quod dicitur, debitum cauſandi, vel noo cauſandi ex parte Dei non variare ſubſtantiam cauſationis, ſed ſolùm facete, vt cauſando poſſit dici peccate, vel non peccare, veriſſimum eſt, ſi intelligatur teſpectu eioſdem, id eſt, reſpectu malitiæ: falſum tamen, ſi intelligator reſpectu diuerſorum, id eſt, reſpectu actionis, & teſpectu malitiæ: debitum enim cauſandi, vel non cauſaodi actionem, omninò variat ſubſtantiam cauſationis, reſpectu malitiæ; quanuis non variet reſpectu ipſius actionis: ſiquidem malitia non niſi ab ea cauſa poteſt cauſari, quæ habet debitum non canſandi actiooem. Et idem eſt de eo, quod additur, quòd Deus concurrat ad actum peccari, paratus non concurrere: id enim non ſolùm probat, qoòd formalitet concurtendo ad huiuſmodi actum non peccet; ſed etiam quòd nullo modo concurrat ad maliriam, cùm hæc ſolùm poſſit cauſari ab eo, per quem ſtat, vt ponatur concurſus ad hoiuſmodi actum, & vt oon ponatur ad actum oppoſitum.

Denique falſum eſt, quòd ſpecialis ordo, quem dicit malitia ad voluntatem creatam, ſolùm ſir in otdine ad tribuendam denominationem malè agentis; non autem ad recipiendum ſimpliciter eſſe ex parte ipſius malitiæ: hæc enim duo ſe inuicem inferunt, vt malitia per ordinem ad aliquod agens ponatur in eſſe, & vt illud denominet malè agere; & ſi Deus non alia ratione cauſaret bonitatem, & meritum, quàm coocorrendo concomitantet ad entitatem actionis bonæ, & meritoriæ, fortaſſe eadem ratione neque etiam bonitas, & meritum poſſet in illum teferri, vt in cauſam; quà ratione non poteſt referri malitia: quia, ſcilicet, etiam bonitas, & meritum, accepta moraliter, ſolùm ſequunrur ad actionem, provt ſe habet compatabiliter ad voluntatem creatam; quæ eſt priocipium totius eſſe moralis, qood eſt in actu: quanquam, quia hic ipſe concurſus concomitans præſtatur ad actum bonum à Deo, ex affectu, & intentione, vt ille fiar; potiori aliqua ratione poteſt Deus dici cauſa booitatis, quàm dicatur cauſa maliriæ, vt notar Vaſq. 1. 2. *diſp. 129. cit. cap. 8. num. 29.*

Verùm, quia antecedenter ad hunc ipſum coocurſum Deus præterea ſuadet, & ptæcipit actionem bonam, & per auxilia gtatiæ præuenientis ad illam iropellir, ideò ſpecialiter in genere cauſæ moralis, & provt conttadiſtinguitur à cauſa phyſica, dicitur cauſare bonitatem, & meritum, vt *ſuprà* diximus ex eodem Vaſquez, oon, quia eiſe morale booitatis, & meriti participetur intinſecè per comparationem ad Deom, ſiquidem hoc modo ſolùm participatut per compatationem ad volontatem cteatam, & ad ptoprium modum opetandi illius, ſicut & participatur eſſe morale malitiæ, & demetiti; ſed, quia hoc ipſum eſſe morale, quod formaliter habet actio pet comparationem ad voluntatem, etiam habet à Deo tanquàm ab efficiente morali, id eſt, ſuadente, præcipiente, & inclinante, vel impellente per auxilia gratiæ.

Neque rationes *ſuprà* allatæ contra Caietanum, qui ponit malitiam in aliqoo poſitiuo, poſſunt ex hac noſtra doctrina facilè ſolui: cùm enim abſolutè afferar Caietanus, quòd ipſa entitas actus odij, verbi gtatia, abſolutè accepta, & ſecundùm totum eſſe poſitiuum, qood habet, & ſecundùm quod poſitiuè contrariatur actui amoris, ſit malitia, neque hanc rationem determinet per compatabilitatem ad certum agens, omninò ſequitur ex illius ſententia, vt etiam ipſe concedit, quòd Deus ſir caoſa peccati: cùm, quemadmodum ipſa entitas; ita & malitia ſecundùm ipſum ſit quid abſolutum; & idem ſit cauſare malitiam, quod cauſare entitatem.

DISPVT. XLV.

Quomodo Deus ſit cauſa excæcationis, & indurationis.

1. *Quid de hoc doceat S. Thomas.*
2. *Aurium aggrauatio quomodo differat ab excæcatione.*
3. *Reprobus ſenſus reducitur ad excæcationem.*
4. *Excæcatio quomodo dicatur eſſe à propria malitia, & à Diabolo.*
5. *Excæcatio aliquando in prædeſtinatis ordinatur ad ſalutem.*

AD cauſationem peccati ex parte Dei, etiam pertinet cauſatio excæcationis, & indurationis, quæ vel eſt formaliter ipſum peccatum, per quod homo auertitur à diuino lumioe, & agit, vt ſic dicam, excæcatè, & non flectitur ad diuinas inſpirationes, ſed contra illas induratur; vel certè proximè ſequitur ex ipſo peccato, ſicut & ſequitur priuatio gratiæ, & virtutum, & donotum ſupernaturalium; & ſpecialitet ptiuatio ſapientiæ, & intellectus, quæ ſont in anima, quaſi lumen habituale, & priuatio chatitaris, quæ eſt quaſi igois, & cor emollit ad diuinas motiooes, & impreſſiones recipiendas; & ſimul vtraque ſibi poſtulant ſuo quaſi iure actuales illuſtrationes, & motiones, eáſque trahunt frequenter à Deo. Et quia in Scripturis excæcatio, & indutatio aliquando tribuitur ipſi malitiæ eorum, qui excæcantur, & indurantur, vt patet Sapient. 2. *Excæcauit eos malitia eorum.* & aliquando tribuitur Diabolo, vt patet 2. Corinth. 4. *Deus huius ſæculi excæcauit mentes infidelium.* & aliquando tribuitut etiam Deo, vt patet Iſa. 6. *Excæca cor populi huius, & aures eius aggraua.* & ad Rom. 9. *Deus, cuius vult, miſeretur; & quem vult, indurat.*

Ideò

1. *Quid de hoc doceat S. Thomas.* Ideò S. Thomas 1.2. *quaſt.*79. *art.*3. *&* 4. de hoc etiam agit, & rem totam breuiter expedit per diſtinctionem: *Excæcatio enim*, inquit, *& obduratio duo important, id eſt, motum animi humani inhærentis malo, & auerſi à diuino lumine; & præterea gratiæ ſubtractionem, ex qua ſequitur, vt mens diuinitùs non illuminetur ad rectè videndum, & cor non emolliatur ad rectè viuendum.* Et quantùm ad primom, negar, Deum poſſe dici cauſam excæcationis, & indurationis; ſicur nec poteſt dici cauſa peccati: quia, ſcilicet, quòd quis auertatur à lumine inſpirationis diuinæ, & vt dicitur *Iob* 24. ſit rebellis lumini, & relicto iocommutabili bono actu adhæreat bono commutabili, quod eſt excæcari verbaliter, vel in actu exercito, & excæcatè operari, non eſt ex Deo; ſed ſolùm ex libertate voluotatis creatæ, vr paret ex dictis.

Quantùm verò ad ſecundum, affirmat, Deum eſſe cauſam exeæcationis, & indurationis; ſicut & eſt cauſa illuminarionis, & mollitudinis cordis: quia non quemadmodum Sol ſolùm eſt cauſa illuminationis domus, verbi gratia, non autem tenebrarum, & hæ ſolùm ptoueniunt à ponente impedimentum, & claudente feneſtras: ita & Deus ſolùm eſt cauſa illuminationis mentis, & mollitudinis cordis, non aorem excæcationis, & indurationis: neque enim ipſe illuminat, & emollit ex neceſſitate oaturæ, qoemadmodum Sol; ſed volontariè, & ex proprio iudicio; & ideò tam illominatio, quàm excæcatio, vel non illuminatio in ipſom eſt referenda; non autem in illum, qui ponit obicem per actum peccati, cùm etiam poſito obice poſſir Deus illuminare ad illum ipſum tollendum, vt patet, quando illumioat peccatotes ad pœniteotiam; quod ramen nullo modo conuenit Soli, poſiro obiee, & clauſis feneſtris.

Quare, quidquid ſit, vtrùm ſubttactio luminis, & mollitudinis habitoalis per ipſa dona, & virtutes habituales ſapientiæ, & charitaris, quæ comitantur gratiam habitualem, ſir propriè referenda in ipſum Deum, an verò in peccatorem, qui ſiioul cum gratia illa corrumpit per actum peccari mortalis, de qua re *ſuprà* diximus *lib.* 1. *diſput.* 6. præſertim *numero* 3. *&* 4. cerrè ſubtractio luminis, & mollitudinis actualis, per actuales illuſtrationes, & motiones, omninò eſt referenda in Deum, qui ſolùm pro voluntate, & pro iudicio illam efficit; & etiam loquendo de peccatoribus, & habentibus obicem ad lumen, & mollitudinem habitualem, cuius vult, miſeretur, & quem vulr, indurat, vt loquitur S. Paulus *ad Rom.*9.

Et quanuis excæcatio, propriè loquendo, non ſolùm dicat ſubtractionem illuſtrationis actualis, quæ ſe renet ex parte actus; ſed etiam ſubtractionem illuſttarionis habitualis, quæ ſe tenet ex parte potentiæ, ſicut & cæcitas corporalis noo ſolùm dicit priuationem actualis illuminarionis; ſed etiam impedimentum ipſius potentiæ viſioæ: & fortaſſe ſubtractio gratiæ, & virtutum, vel donorum habitualium, non tam proueniar ex voluntate, & iudicio ipſius Dei, quam ex natura, & efficacitate ipſius obicis, qui ponitur per actum peccati mortalis io anima, vt iam indicauimus: ad hoc tamen vt Deus dicatur eſſe cauſa excæcationis, ſatis eſt, ſi illam cauſet pro ſua voluntate, & iudicio, per ſubtractionem illuſtrationis actualis, cùm hæc etiam importetur per excæcarionem; & certum ſir, quòd dependeat à voluntate, & iudicio ipſius Dei; non autem efficaciter ex poſitiooe obicis, & peccati mortalis, vt iam diximus.

Atque boc idem, de cauſa excæcationis ex parte Dei per ſubtractionem auxilij actualis, etiam doceor Scholaſtici communiter apud Vaſquez 1.1. *diſput.* 95. *cap.* 10. *num.* 65. dum aſſeruot, excæcationem ſiimi dupliciter, id eſt, pro peccato quocunque, quo reſiſtitur Dei illuſtrarioni, & vocatiooi; vel certè pro illo, quo reſiſtitur illuſtrationi, & vocationi valdè diuturnæ, & magnæ; & prætereà pro ſobtractione gratiæ, & auxilij actualis, & permiſſione, vt facilè quis labatur in aliquod peccatum, vel diu in illo permaneat, & perſeueret.

Et quanuis Hæretici noſtri temporis contendant, Deum eſſe cauſam excæcationis primo modo, non minùs quàm ſit cauſa illuminarionis oppoſitæ, & bonorum operum; id tamen rectè damnatur in Trident. *ſeſſ.*6. *can.* 6. & in Concil. Arauſ. 2. *can.*25. & aliis apud Vaſquez *loco citato.* Et contrà, quòd Deus rectè dicatur eſſe cauſa excæcationis ſecuodo modo, probatur ex eo: qoia ipſa actiua ſubtractio ioterni lomiois, eſt actiua excæcatio; & peccata, vel permanentia in peccatis, quæ poſteà conſequuntur, poſita tali ſubtractione, ideò Deo non tribuuntur, etiam tanquàm cauſæ per accidens, & remouenti prohibens, vel non agenti, quia non ideò ponit talem ſubtractionem, vt peccata ſequantur, neque haber vllum debitum, vt illam non ponat, vt etiam *ſuprà* diximus *diſp.* 43. *num.* 2. ex doctrina S. Thomæ de voluntario indirecto 1.2. *quaſt.*6. *art.*3.

2. *Aurium aggrauatio quo differat ab excæcatione.* Atque ad excæcationem ſic explicatam redocit S. Thomas 1. 2. *quaſt.* 79. *art.* 3. *citat.* etiam aggrauationem aurium, cuius ſimiliter habetur meotio Iſa. 6. *Excæca cor populi huius, & aures eius aggraua.* Quia enim ad intellectum perficiendum non modò deſeruit ſenſus viſus, per viam inuentioois; ſed etiam ſenſus auditus per viam diſciplinæ; ſubtractio gratiæ illuminantis, & perficientis intellectum, rectè appellatur non modò excæcario, quæ refertur ad viſum; ſed etiam aggrauario aurium, quæ refertur ad auditum; ſicur & ſubtractio gratiæ emollientis, & perficientis affectum, appellatur induratio cordis. Quanquam non omnis ſubtractio huiuſmodi grariæ, ſiue illuminantis, & perficientis intellectum, ſiue emollientis, & perficienris affectum, appellatur excæcario, aut aggrauatio, vel induratio; ſed illa ſolùm, quæ habet adiunctam quandam frequentiam lapſus, & quandam perſeuerantiam & obſtinationem in peccato, vr etiam ſuprà indicaoimus *diſput.*43. *num.*6. Vnde & oon omnis, qoi ſimiliter peccat, dicitur eſſe excæcatus, aggrauatus, aot induratus; ſed ſolùm ille, qui frequenter, & obſtinatè peccat: ſicut & corporaliter non omnis, qui cadit, ideò cadit, qnia eſt cæcus; ſed cæcitas communiter eſt cauſa, aut occaſio lapſus, non cuiuſcunque, ſed frequentis, & grauis, & à quo non eſt facile, vt quis reſurgar: & quemadmodum is dicitur cæcus, aut ſurdus corporaliter, qui non vider, neque audit, quæ debet; ita & ſpiritualiter is dicitur excæcatus, aut auribos aggrauatus, qui oon videt, neque audit, quæ debet; vel ita ſe gerit, ac ſi non videret, neque audirer.

3. *Reprobus ſenſus reducitur ad excæcationem.* Er eadem ratioue ad excæcarionem reducitur etiam is, qui dicitur reprobus ſenſus, ad Rom. 1. *Tradidit illos Deus in reprobum ſenſum.* Senſus enim eſt, quòd aliquando tradat Deus peccatores in mentem reprobam, atque peruerſam, ſecundùm quam ea ptobant, quæ probanda non ſunt; & ea improbaot,

probant, quæ ſunt probanda: & vt benè explicat S.Thomas *in eum locum, lect.* 8. ſenſus hic non eſt accipiendus ſenſus exterior, quo ſenſibilia cognoſcuntur; ſed iorerior, quo iudicatur de agibilibus, iuxta illud Sapient. 6. *Cogitare de illa,* id eſt, ſapientia, *ſenſus eſt conſummatus.* Et hic ſenſus dicitur reprobus, quando habetur reprobandum iudicium de agendis, iuxta illud 2. ad Timot. 3. *Homines mente corrupti, reprobi circa fidem.* & Ierem. 9. *Argentum reprobum vocate eos.*

Atque hoc videtur multò rationabilius, quàm quod habet Vaſquez 1. *parte, diſp.* 95. *cap.* 10. *num.* 69. reprobum ſenſu referri ad voluntatem, & eſſe idem cum obduratione cordis. Contrà enim eſt: quia ſenſus propriè dicit potentiam cognoſcitiuam, non autem appetitiuam: & S. Paulus *loco citato*, reprobum ſenſum apertè diſtinguit à deſideriis cordis, & à paſſionibus ignominiæ, in quas ſimiliter ait fuiſſe à Deo traditos veteres ſapientes: *Tradidit illos Deus in deſideria cordis eorum, & in paſſiones ignominia.*

4. *Excæcatio quomodo dicatur eſſe à propria malitia, & à Diabolo.* Qoòd ſi quæras, quomodo excæcatio ſic accepta pro ſubtractione gratiæ, & carentia interni luminis, aliquando in Scripturis tribuatur malitiæ ipſorum peccantium, & Diabolo, vt *ſuprà* diximus *Sapientia* 2. & 2. *Cor.* 4. Reſpondet S. Thomas 1.2. *quæſt.* 79. *art.* 3. *citat. ad* 3. nec malitiæ peccantium, nec Diabolo tribui eo modo cauſalitatis, quo tribuitur Deo; ſed malitiæ tribui tanquàm cauſæ demeritoriæ proximæ: ſiquidem ideò Deus ſubtrahit huiuſmodi gratiam; qoia peccator per ſuam malitiam demeretur, vt ſubtrahat; & Diabolo tribui, tanquàm cauſæ demeritoriæ remotæ: ſiquidem inducendo ad actum peccati, & ad malitiam, inducit ad proximè demerendam ſubtractionem; cùm tamen Deo tribuatur, tanquàm cauſæ efficienti negatiuæ, quo ſolùm modo poteſt ſubtractio habere cauſam efficientem, cùm ſit negatio.

5. *Excæcatio in prædeſtinatis aliquando ordinatur ad ſalutem.* Et rectè ſubdit *art.* 4. idem S.Thom. quòd quanuis excæcatio de ſui natura, & per ſe loquendo, ſit ordinata ad damnationem, ſiquidem eſt quid præambulum ad peccatum, & quando eſt excæcatio ſimpliciter, & finalis, vel ad totam vitam, ſemper illam inducat; ex diuina tamen miſericordia, quando eſt ad tempus, etiam ordinatut ad ſanatiooem, & ſic contingit in prædeſtinatis, quibus omnia cooperantur in bonum, vt dicitur *ad Rom.* 8. & etiam ſubtractio gratiæ, & permiſſio peccatorum, cùm etiam ex his feruentiores, & cautiores reſurgant: & ideò quemadmodum excæcatio ſimpliciter, & finalis in reprobis eſt aliquo modo effectus reprobationis, vt patet ex S. Thoma 1. 2. *quæſt.* 23. *art.* 3. *ad* 2. in quantum, ſcilicet, Deus reprobato iam aliquo, & finaliter excluſo à beatitudine propter aliqoa peccata præuiſa, etiam ſtatuit in pœnam eorundem peccatorum ſubtrahere illi certa auxilia gratiæ, eúmque excæcare, & indurare; & hanc etiam ſubtractionem gratiæ, & auxiliorum, practicè ordinat ad illius damnationem: ita & excæcatio ad tempus in prædeſtinatis, poſſit dici aliquo modo eſſe effectus prædeſtinationis, vt notat S. Thomas *in illum ipſum locum, ad Rom.* 8. & ex illo Conrad. *in art.* 4. *citat.* §. *Nota autem.* non qoòd ex voluntate antecedente Deus eligat excæcare ad tempus, aut indutare prædeſtinatos; quia intendit eos ſaluare, & ipſa excæcatio, & induratio per ſe, & primaria quadam ordinatiooe ordinetur ad eorum ſalutem: ſed, quia vuluotate conſequente, & ex ſuppoſitione, quòd peccent prædeſtinati, & eorum peccata puniantur per excæcationem, & indurationem ad tempus, hanc ipſam excæcationem, & indurationem diuina miſericordia, ordinatione quadam ſecundaria vlteriùs ordinat ad bonum ſalutis, & facit, vt etiam illa cooperetur ipſis in bonum, vt notat Vaſquez 1.2. *quæſt.* 79. *ad eundem art.* 4. *citatum*, & fuſiùs 1.1. *diſp.* 93. *cap.* 2.

DISPVT. XLVI.

Quomodo inter cauſas peccati extrinſecas numeretur Diabolus.

1. *Diabolus non eſt homini directè cauſa peccandi.*
2. *Diabolus non inhabitat ſubſtantialiter peccantem mortaliter.*
3. *Communiter inducit ad peccatum, commouendo phantaſiam, & appetitum ſenſitiuum.*
4. *Poteſt Diabolus etiam illuminare intellectum.*
5. *Quomodo Diabolus poſſit oſtendere formas nouas, & non priùs cognitas.*
6. *Diabolus non poteſt inducere neceſſitatem peccandi.*
7. *Diabolus etiam inſtigando non eſt cauſa omnium peccatorum, ſaltem directè.*
8. *Diabolus quomodo indirectè ſit cauſa omnium peccatorum.*
9. *Explicantur aliqua loca Sanctorum Patrum.*
10. *Vnicuique eſt deputatus ad oppugnandum ſuus Diabolus, ſicut & ſuus Angelus ad cuſtodiendum.*

DE cauſa peccati ex parte Diaboli, quæ eſt vltima inter cauſas efficientes extrinſecas, agit S.Thomas 1.2. *quæſt.* 80. & ex illo hæc poſſunt notari.

Primò, non poteſt Diabolus eſſe homini directè cauſa peccandi. Ita *art.* 1. *& ſuprà, quæſt.* 75. *art.* 3. vt etiam indicauimus *hoc eodem libro* 2. *diſp.* 38. *num.* 3. cùm enim peccatum eſſentialiter ſit actus volun- 1. *Diabolus non eſt homini directè cauſa peccandi.* tarius inordinatus, non poteſt directè dependere ab alia cauſa, niſi à voluntate, vel ab ea, quæ moueat, & determinet voluntatem ad agendum, & in ea poſſit intrinſecùs operari; qualis tamen ex cauſis extrinſecis, non eſt niſi Deus, vt probatur 1.2. *quæſt.* 9. *art.* 3. *& ſeqq.* Et quanuis etiam obiectum dicatur mouere voluntatem; vnde & 3. *de anima, text.* 54. ipſum appetibile apprehenſum dicitur ſe habere reſpectu appetitus, vt primum mouens immobile; & ipſe appetitus ſolùm mouere alias potentias, vt mouens motum ab appetibili: Diabolus tameo adhuc non poteſt tenendo ſe ex parte obiecti, eſſe cauſa peccati directè, id eſt, ſufficienter, vt explicat ipſe S.Thom. *in fine corp.* & ex vi ſuæ actiouis, & cauſalitatis illud cauſando: quia ex obiectis peccaminoſis, quæ poteſt proponere, aut offerro voluntati, vel etiam perſuadere, quòd habeant rationem boni, nullum eſt, qood ex neceſſitate eam poſſit mouere, ſiue quoad exercitium, ſiue quoad ſpecificationem, cùm hoc ſit proptium ſolius ſummi boni, & vltimi finis clarè viſi, vt probatur 1. *parte, quæſt.* 106. *art.* 2. *&* 1.2. *quæſt.* 10. *art.* 2. Quare, cùm neque poſſit immediatè, & per ſe, nec mediante obiecto ſufficienter agere in voluntatem, & in ea cauſare actum peccati, rectè dicitur non poſſe homini eſſe directè cauſa peccati.

Et quod aſſerunt Sancti Patres, Diabolum inſpirare malignos affectus, vt Sanctus Auguſtinus *lib.* 4. *de Trinitat. cap.* 12. *tomo* 9. & trahere

animas

Digitized by Google

animas in affectum malitiæ, vt Beda *in Act. Apoſt. cap 5. tom. 2.* & replere corda hominum occultis cupiditatibus, vt S. Iſidor. *lib. 1. de ſummo bono, cap. 5. & lib. 2. cap. 41.* & ſimilia, non debent intelligi de operatione, & actu peccati, vel mali affectus, quem directè efficiat; ſed ſolùm de ſuggeſtione, & inſtigatione, quam facit, proponendo obiectum, & eius bonitatem perſuadendo, vt notat S. Thomas 1. 2. *quæſt. 80. art. 1. citat. ad* 1. & eodem modo eſt intelligendum illud S. Hieronymi *lib. 2. contra Iouin. longè à principio*, quòd Diabolus ſit perfector mali, ſicut & Deus eſt perfector boni: neque enim eſt ſenſus, quòd, ſicut Deus per illapſum in animam, & in voluntatem operatur, & perficit bonum ſimul cum illa; ita & Diabolus ſimiliter per illapſum operetur, & perficiat malum; ſed ſolùm, quòd vterque operetur ſuo modo, id eſt, Deus per illapſum, & mouendo interiùs, & permutando voluntatem directè, & cauſando quicquid boni in illa efficitur; & Diabolus ſolùm proponendo obiectum, & perſuadendo, vel inſtigando, aut ſollicitando extrinſecùs quoad ſenſualitatem, & imaginatiuum.

2. *Diabolus non inhabitat ſubſtantialiter peccātem mortaliter.* Atque hoc etiam eſt, quod aſſerit S. Thomas *quodlib. 3. art. 8.* peccantem mortaliter nō inhabitari ſubſtantialiter à Diabolo; ſiue quantùm ad corpus, vt contingit in arreptitiis; ſiue quantùm ad animam, ſicut dicitur 1. *Cor.* 3. Spiritus ſanctus inhabitare in iuſtis: *Templum Dei eſtis, & Spiritus Dei habitat in vobis* id eſt, interiùs; & tanquàm in familiari domo, operando per fidem, & dilectionem: quia Diabolus non eodem modo in homine peccante operatur culpam, ſicut Deus in homine iuſto operatur gratiam, id eſt, interiùs, & per illapſum, cùm hic modus operandi ſit proprius Dei.

3. *Communiter inducit ad peccatum, cōmouēdo phātaſiam, & appetitū ſenſitiuum.* Secundò, poteſt Diabolus ad peccatum inducere, interiùs inſtigando, id eſt, commouendo phantaſiam, & appetitum ſenſitiuum. Ita S. Thomas 1. 1. *quæſt. 111. art. 2. & 3. & 1. 2. quæſt. 80. art. 2.* cùm enim interior noſtræ animæ pars, ſiue potentia, in vniuerſum ſit duplex, id eſt, intellectiua, & ſenſitiua, & illa complectatur intellectum, & voluntatem; certum eſt, quòd Diabolus non poteſt directè operari in voluntate, vt iam diximus; cùm in illa ſolus Deus poſſit eſſe, & operari per illapſum: in

4. *Poteſt Diabolus etiam illuminare intellectum.* intellectu autem poteſt quidem Diabolus, per ſe loquendo, & quantùm eſt ex efficacitate ſuæ naturæ, operari aliquam illuminationem, ſicut & poſſunt ex S. Dionyſio *cap. 8. de cæleſt. Hierarch.* Angeli boni, cum quibus retinet naturam communem, eàque illuminatio poteſt eſſe dupliciter, vt patet ex S. Thoma 1. 1. *quæſt. 111. art. 1.* id eſt, confortando, & corroborando ipſum lumen noſtri intellectus per manifeſtationem alicuius, quod alioqui nos latuiſſet, & ex quo poſſumus fieri fortiores ad cognoſcendum aliquid aliud, vt benè explicat S. Thomas *quæſt. 9. de ver. art. 1.* exemplo magiſtri, qui dicitur confortare, & corroborare intellectum diſcipuli, per hoc, quòd illi oſtendat aliquod medium, quo confortetur, & iuuetur ad alia cognoſcenda, quæ ignorabat; & prætereà diſponendo, & coordinando ipſa phantaſmata, & rem proponendo ſub ſimilitudinibus ſenſibilibus, prout meliùs competit ad rem benè concipiendam: de quo vtroque modo illuminationis legi poteſt S. Thomas 1. 1. *quæſt. 106. art. 1. & quæſt. 111. citat art. 1. & quæſt. 16. de malo, art. 12. & quæſt. 9. de ver. art. 1. citat. & quodlib. 3. art. 7. & quodlib. 9. art. 10. in fine corp.* Caietan. 1. 1. *quæſt. 106. art. 1. citat.* & Scholaſtici communiter, quando tractant de illuminatione Angelorum. De facto tamèn Diabolus ex prauitate ſuæ voluntatis non ſic illuminat noſtrum intellectum; ſed potiùs è contrà rationem obtenebrat, vt peccato conſentiat: & vt habet S. Auguſtinus *lib. 83. quæſtionum, quæſt. 12. tom. 4.* meatus intelligentiæ, per quos radius mentis ſolet pandere lumen rationis, continuò replet quibuſdam nebulis.

Et ſi fortè aliquando illuminet circa aliquam veritatem, hoc ipſum ordinat ad effectum peccati, vt, ſcilicet, homo ex illis ipſis, quæ benè apprehendit, & in quibus illuminatur, moueatur ad ſuperbiam, vel impediatur ab aliqua alia intelligentia veritatis, in quantum per illa benè apprehenſa inducitur ad aliquam dubitationem, quam neſcit ſoluere; & ſic trahitur in errorem, vt notat S. Thomas *quæſt. 16. de malo, art. 12. citat. in fine corp.* Siue autem illuminet circa aliquid ad effectum ſuperbiæ, aut erroris; ſiue obtenebret circa aliud, maximè id facit operando circa phantaſiam, & circa appetitum; & hoc ipſum circa phantaſiam operatur per motum localem ſpirituum, & humorum, in quibus reſident, vel deferuntur phantaſmata ad proprium organum: ſicut enim hic motus ſpirituum, vel humorum, deferendo phantaſmata tempore ſomni, cauſat eas apparentias, & viſiones; quæ tunc contingunt, & appellantur ſomnia, vt patet ex Ariſtotele *in libello de ſomnus, cap* 3. ita etiam poteſt illas cauſare, & de facto, cauſat factus à Dæmone in vigilia, vt notat S. Thomas 1. 1. *quæſt. 111. art. 3. & 1. 2. quæſt. 80. art. 2. & quæſt. 16. de malo, cit. art. 11. in fine corp.*

Addit verò Diabolus prætereà etiam excitationem concupiſcentiæ, aut paſſionis ex parte appetitus, eámque facit ſimiliter per motum localem, appoſito, vel ſubtracto aliquo corporali circa organum appetitus, vt notat S. Thomas *quæſt. 16. citat. de malo, art. 11. ad 3.* vt, verbi gratia, paſſionem iræ appoſita per ſpiritus animales noua caliditate in ſanguine circa cor; & paſſionem timoris, ea ſubtracta.

Et ſimiliter per has paſſiones appetitus facit obtenebrationem: quia facilè decipimur, cùm in paſſionibus exiſtimus, vt patet in eo, qui timet, verbi gratia, & à modica ſimilitudine videtur ſibi hoſtes videre; & in eo, qui amat, & videtur ſibi videre dilectum, vt habet Ariſtoteles *in libello de ſomnus, cap. 2.* & ex hoc ipſo, quòd paſſio de nouo excitata facit aliter ſe habere diſpoſitionem ſubiecti, etiam facit aliter rem apprehendi, & iudicari, vt bonam, aut proſequendam, quàm alioquì apprehenderetur, vt notat S. Thomas 1. 2. *quæſt. 80. art. 2. citat. in fine corp.* & nos *ſupra* docuimus *lib. 1. diſp. 24. num. 10.* dum ageremus de inuoluntario ex concupiſcentia: & *lib. 2. diſp. 40. num. 2.* dum ageremus de cauſa peccati ex parte appetitus.

Non eſt tamen negandum, quòd aliquando Diabolus non ſolùm immutet, modo explicato, imaginationem, & ſenſum internum; ſed etiam externum, & ſenſibiliter oſtendat aliqua vera, ſiue id faciat exhibendo ſenſibus vera corpora priùs exiſtentia, & formata à natura; ſiue ipſemet illa formet, & producat de nouo per cauſas, & ſemina naturalia, vt loquitur S. Thomas *quæſt. 16. citat. de malo, art. 11.* & propterea non eſt negandum, quòd poſſit illuminare intellectum, vel obtenebrare per aliqua ſigna exteriùs exhibita, vt idem ſubdit *art. 12. ſequent.* hoc enim modo, id poſſunt facere etiam homines, & de facto id faciunt, quando alter alterum docet per voces, aut ſcripta; ſed quia communiter non his modis illuminat, aut obtenebrat, dum ad peccatum inducit, & tentat; ſed ſolùm inſtigando per commotionem iam explicatam imaginationis, & appetitus; ideò hos

tantùm modos attulimus cum S.Thoma 1.2.*quæſt.* 80.*art.*2.*cit.*

5. *Quomodo Diabolus poſſit oſtendere formas nouas, & non priùs cognitas.*

Neque contra hunc modum immutandi imaginationem, & phantaſiam, per motum localem ſpirituum, & phantaſmatum præexiſtentium, facit S. Auguſtinus *lib. de ſpiritu, & anima, cap.* 28. *tom.* 3. dum ait, quòd Diabolus homini oſtendit formas non ſolùm notas, ſed etiam ignotas; quod tamen eſſe non poſſet, ſi ſolùm adduceret phantaſmata præexiſtentia: ſiquidem hæc ſolùm habentur de rebus notis, non autem de ignotis, cùm ſint producta etiam ipſa, & relicta ab obiectis per ſenſationes exteriores: nam, vt benè explicat S. Thomas *quæſt.* 16. *citat. de malo, art.* 11. *ad nonum*, non hoc aſſerit S. Auguſtinus, quòd poſſit Diabolus per viſionem imaginariam oſtendere homini formas omni modo ignotas, & nouas, id eſt, ignotas, & nouas non ſolùm ſecundùm ſe totas, vel ſecundùm rationem totius, quæ in ipſis eſt; ſed etiam ſecundùm ſuas partes, & ſecundùm principia: certum enim eſt, quòd non poteſt facere, vt cæcus natus, verbi gratia, imaginetur colores, vel ſurdus ſonos, quæ ſunt formæ omni modo ipſis ignotæ, & nouæ, tam ſecundùm ſe totas, quàm ſecundùm ſuas partes, & ſua principia: ſed ſolùm aſſerit indefinitè, quòd poſſit oſtendere formas ignotas; & ad hoc ſatis eſt, ſi oſtendat formas ſolùm ignotas ratione totius, vt, verbi gratia, montes aureos, etiamſi ſint notæ ratione partium, id eſt, ratione montis, & ratione auri, quaſi ſeorſim, & per ſe: benè enim poteſt Diabolus imaginationi, vel phantaſiæ ſimul offerendo plura phantaſmata, facere, vt ſimul repræſentent aliquid nouum, vt etiam contingit in ſomnis, ſiue id pertineat ad phantaſiam, ſiue ad cogitatiuam, aut aliam ex potentiis, & ſenſibus interioribus.

6. *Diabolus non poteſt inducere neceſſitatẽ peccandi.*

Quantumuis autem inſtiget Diabolus, & phantaſiam, & appetitum commoneat, non poteſt ex neceſſitate inducere ad peccandum. Ita S.Thomas 1. 2. *quæſt.*80. *citat. art.* 3. nam, quamuis poſſit virtute ſuæ naturæ, niſi frænetur, & impediatur à Deo, ita perturbare imaginationem, & ſenſus internos, vt omninò impediat vſum rationis, & libertatis, & ex neceſſitate inducat ad aliquem actum, qui de ſuo genere ſit peccatum, vt aliquando contingit in arreptitiis; non tamen propterea poteſt inducere neceſſitatem ad peccandum, cùm talis actus in tali caſu ſolùm materialiter ſit peccatum; non autem formaliter; neque poſſit imputari ad culpam, niſi ſit in genere moris, & per conſequens perfectè voluntarius, & liber, ſiquidem genus moris ſolùm habetur per ordinem ad voluntatem; & ibi incipit, vbi primò inuenitur dominium voluntatis vt *ſuprà* diximus *diſp.*48.*num.*15. ex S.Thoma *in* 2.*d.*24 *quæſt.* 3.*art.*2.

Atque hoc modo 1. *Petri cap. vltim.* monemur, vt fortiter reſiſtamus Diabolo, quando circuit, quærens quem deuoret, tanquàm leo: quod tamen non eſſet, ſi poſſet nobis neceſſitatem imponere, & ſi ex neceſſitate ſuccumberemus illius inſtigationibus. Vnde, quamuis poteſtas Diaboli ſecundùm eſſe naturæ ſit ſimpliciter maior, quàm poteſtas hominis, & voluntatis, & vt dicitur Iob 41. *Non ſit poteſtas ſuper terram, quæ comparetur ei.* non eſt tamen maior, quantùm ad aliquid, id eſt, quantùm ad libertatem, & actus liberos, cùm horum ſolus homo ſit dominus; non autem Diabolus, neque poſſit in illis pati neceſſitatem, aut violentiam, vt benè notat S. Thomas *in* 2.*diſt.*21.*quæſt.*1.*art.* 2.*ad* 1.

Denique etiam hoc modo inſtigando, non eſt cauſa Diabolus omnium peccatorum, ſaltem directa, quaſi nullum peccatum contingat in indiuiduo, ad quod ipſe non primò inſtiget. Ita S.Thomas 1.1. *quæſt.* 114. *art.* 3. & 1. 2. *quæſt.* 80. *art.* 4. vt enim habet S. Auguſtinus *lib. de eccleſiaſt. dogmat. cap.* 82. *tom.* 3. non omnes noſtræ cogitationes malæ à Diabolo excitantur; ſed aliquoties etiam emergunt ex motu noſtri arbitrij. Et ratio eſt: quia, vt notat Origen. *lib.* 3. *Periarchon, cap.*2.*tom.*4. ſtante fomite, qui iam in nobis eſt relictus ex peccato primi parentis, & ablata originali iuſtitia, per quam appetitus ſubdebatur rationi, etiamſi Diabolus non eſſet in mundo, adhuc in nobis excitarentur appetitus ciborum, verbi gratia, & venereorum, iique poſſent eſſe inordinati, & peccata, ſi à ratione non ordinarentur, vt certè poſſent non ordinari, cùm hæc ordinatio rationis non ſit neceſſaria; ſed contingens, & libera, & ſimpliciter poſſit non eſſe, & de facto ſæpe non ſit. Vnde non eſt, quòd in omnibus noſtris inordinatis actionibus accuſemus Diabolum, eique noſtra omnia peccata adſcribamus, cùm ſæpè nos ipſi per noſtrum modum operandi, quem habemus, poſt amiſſam originalem iuſtitiam, demus initium noſtris peccatis, & occaſionem Diabolo, vt illa promoueat, vt benè notat S.Gregor.Nazianz. *in lib. ſententiarum*, quas carmine ſcripſit, *ſentent.* 52. & apud Vaſquez 1.2. *in Comment. ad art.* 4. *quæſtionis citata.* 7. *Diabolus etiam in inſtigando non eſt cauſa omnium peccatorum, ſaltẽ directè.*

8. *Diabolus quomodo indirectè ſit cauſa omniũ peccatorum.*

Dixi autem, Diabolum non eſſe cauſam directam omnis peccati: quia, vt notat S.Thomas 1.1. *quæſt.*114. *art.*3.*citat.* dupliciter aliquid poteſt dici cauſa alicuius, id eſt, directè, & indirectè: ſi enim ad illud per ſe operetur, & dirigat ſuam actionem, dicitur cauſare directè, vt quando ignis, verbi gratia, cauſat combuſtionem ligni: ſi verò non operetur per ſe ad illud; ſed ad aliquid aliud, illúdque cauſando præbeat occaſionem, vt etiam illud ſequatur, dicitur cauſare indirectè, & occaſionaliter, vt quando aliquis ſecat ligna, vel ad Solem exſiccat, ex quo poſteà ſequitur, vt facilè comburantur, & cùm directè ſit cauſa ſectionis, aut exſiccationis lignorum, indirectè eſt etiam cauſa combuſtionis. Quamuis ergo Diabolus non poſſit dici eſſe cauſa directa omnium peccatorum, quaſi ad illa ſingula ſemper inſtiget, & ad nulla non inſtiget, vt iam probauimus; non eſt tamen negandum, quòd poſſit dici cauſa indirecta, in quantum inſtigauit ad peccatum Adami, ex quo vitiata eſt tota natura, & inducta procliuitas ad peccandum, ſicut & ligna ſecans, aut exſiccans, eáque ſic diſponens ad combuſtionem, diceretur indirectè eſſe cauſa combuſtionis.

9. *Explicantur aliqua loca Sanctorũ Patrum.*

Atque hoc modo ratione huius cauſationis indirectæ ſunt intelligendi aliqui ex Patribus, vt notat S.Thomas *ibidem*, vt, verbi gratia, S.Damaſcenus *de fide, lib.*2.*cap.*4. quando ait, quòd omnis malitia, & omnis immunditia eſt excogitata à Diabolo; & S.Dionyſius *cap.*4.*de diuin.nomin.* quando ait, quòd multitudo Dæmonum eſt cauſa omnium malorum ſibi, & aliis: & S.Auguſt. *ſerm.*68. *ad Fratres in Eremo*, quando ait quòd, *quando cogitamus, aut facimus aliquid mali, ſiue paruum illud ſit, ſiue magnum; nulli dubium eſſe debet, quòd malignum Angelum hortatorem habeamus.* hæc enim, & ſimilia rectè intelliguntur ratione primæ originis, quam in peccato primi parentis à Diabolo habuerunt omnes malitiæ, & peccata omnium noſtrûm, vt exponit S. Thomas *locis citat.* quanquam etiam poſſunt intelligi de generibus ſaltem ſingulorum, ſi non intelligantur de ſingulis generum, vt etiam

ſubdit

ſubdit S. Thomas 1. 1. *quæſt.* 114. *art.* 3. *ad* 3. in quantum, ſcilicet, nullum genus peccati eſt, vt ille loquitur, quod non interdum ex Dæmonum ſuggeſtione proueniat; quamuis aliqua in indiuiduo ſæpè contingant ſine huiuſmodi ſuggeſtione ex ſola conditione, & corruptione naturæ.

Et præterea poteſt addi pro huiuſmodi interpretatione Sanctorum Patrum etiam illud, quod notat Vaſquez 1. 2. *quæſt.* 80. *art.* 4. *cit. in fine*, quòd, quamuis Diabolus non ſemper & primus inſtiget ad omne peccatum in indiuiduo; ſemper tamen præſtò adeſt noſtris malis, & ex noſtris concupiſcentiis ex ſe inſurgentibus ſumit occaſionem promouendi peccata, & nos inſtigandi ad illa complenda, & conſummanda: & ſic, ſaltem quoad complementum, & conſummationem poteſt dici, quòd illum habemus etiam in ſingulis hortatorem, & inſtigatorem; quamuis non ſemper ſic habeamus, quoad primas inchoationes.

10\. *Vnicuique eſt deputatus ad oppugnandū ſuus Diabolus, ſicut & ſuus Angelus ad cuſtodiendum.*

Atque hoc totum præſtat ſpecialiter ille Diabolus, qui deputatur ſuus cuique ad oppugnandum à Principe Dæmoniorum: ſicut & deputatur ſuus Angelus ad cuſtodiendum à Deo, vt ex Scholaſticis tradit Mag. *in* 2. *d.* 11. & S. Thomas 1. 1. *quæſt.* 114. *art.* 3. *cit. ad* 3. & ex Patribus Orig. *lib.* 3. *Periarchon*, *cap* 2. S. Gregor. Nicænus *lib. de vita Moyſis*, *ante med.* S. Auguſtinus *ſerm.* 69. *ad Fratres in Eremo*, & alij apud Vaſquez *tom.* 2. *in* 1. *partem*, *diſputatione* 245. *num.* 8. quamuis enim hæc deputatio certi Diaboli ad cuiuſque oppugnationem, non ſit ita certa, ſicut eſt deputatio Angeli ad cuſtodiendum; eſt tamen valdè probabilis, ſaltem propter authoritates citatas Scholaſticorum, & Patrum, & propter illud S. Pauli 1. Cor. 12. *Datus eſt mihi Angelus Satanæ.* id eſt, deputatus à Satana ipſo, qui eſt aliorum Princeps, vt interpretatur Vaſquez *ibidem.* Et hic Diabolus, quamuis non ſuggerat nobis ſingula mala, quomodo Angelus ſuggerit ſingula bona, quia ad mala ſumus ſufficientes ex nobis ipſis; cùm tamen ad bona, & ad merendum communiter indigeamus auxilio Dei, quod communiter exhibetur per miniſterium Angeli, vt notat S. Thomas *reſp. cit. ad* 3. ſuggerit tamen genera ſingulorum malorum, & quoad complementum, & conſummationem, etiam ſingula generum, vt iam explicauimus.

Digitized by Google

THEOLOGICARVM DISPVTATIONVM MORALIVM LIBER TERTIVS.

De vitiis, & peccatis, prout ſunt capitalia, & cauſæ, vel principia aliorum.

PROOEMIVM.

INTER cauſas peccati non modò illæ ſunt numerandæ, quas iam explicauimus *lib. ſuperiore* tam ſubiectiuas, quàm effectiuas, & tam intrinſecas, quàm extrinſecas; ſed etiam ſunt numerandi ipſimet actus, vel habitus peccatorum, prout eorum aliqui ſunt aliquando cauſa aliorum, vt patet ex S. Thoma 1.2. *quæſt.* 75. *initio*, & indicauimus *ſuprà diſput.* 35 *num.* 1 De his ergo peccatis, quæ plurium aliorum ſunt cauſæ, ſiue principia; idque habent ex propria, ac peculiari ſua ratione, & ideò appellantur peccata, ſiue vitia capitalia, erit hic tertius liber, eáque explicabit, non ſolùm in vniuerſum, & quaſi in genere, docendo, verbi gratia, quòd aliqua rectè dicantur eſſe cauſæ, & principia aliorum omnium, vt cupiditas, & ſuperbia; & aliqua eſſe cauſæ, & principia plurium, vt auaritia, luxuria: ſed etiam in particulari, & in ſpecie docendo de vnoquoque, quibus modis contingat, & quæ alia peccata, & quibus rationibus cauſet. Videri poſſunt Scholaſtici *in* 2. *diſt.* 42. S. Thom. *quæſt* 8. *de malo*, quæ eſt de vitiis capitalibus, & 1.2 *quæſt.* 84. vbi agit in vniuerſum de peccato, prout vnum eſt cauſa alterius, & aliis locis, quando agit de ſingulis vitiis, aut peccatis capitalibus. Nauar. *in Man. cap.* 23. Azor. *tom.* 1. *lib.* 4. *c.* 12. *& ſequentibus.* Tol. *in Summa, lib.* 8. & alij.

DISPVT. I.

Quomodo cupiditas dicatur à S. Paulo eſſe radix omnium malorum.

1. *Vnum peccatum in omni genere cauſa poteſt eſſe cauſa alterius.*
2. *Quædam peccata ſunt principia, & cauſa omnium aliorum.*
3. *Cupiditas innata cuiuſcunque boni temporalis, quomodo ſecundum aliquos ſit radix omnium peccatorum.*
4. *Quare potiùs dicatur radix, quàm principium.*
5. *Cupiditas diuitiarum à S. Paulo dicitur radix omnium malorum.*
6. *Auaritia poteſt aliquando prouenire ex prodigalitate.*

1. *Vnum peccatum in omni genere cauſa poteſt eſſe cauſa alterius.*

SVPPONENDVM eſt ex S. Thom. 1.2. *qu.* 75. *art.* 4. & ex dictis *ſuprà lib.* 2. *diſputat.* 18. *num.* 4. vnum peccatum in omni genere cauſæ poſſe eſſe principium, & cauſam alterius: nam in genere cauſæ efficientis, poteſt eſſe cauſa per accidens, & vt remouens prohibens, in quantum tollit gratiam, & charitatem, & virtutes morales infuſas, per quas homo retrahitur ab aliis peccatis; & præterea poteſt eſſe cauſa per ſe, in quantum inducit diſpoſitionem, aut habitum, qui poſitiuè inclinat ad actus ſimiles. In genere cauſæ materialis, poteſt vnum præparare materiam alteri, vt auaritia, v.g. materiam litigio, quod plerunque eſt de diuitiis inordinatè amatis, & acquiſitis. In genere cauſæ finalis, poteſt ſimonia, v.g. aut fornicatio cauſare furtum, ſi hoc propter illa committatur. Et denique in genere cauſæ formalis, poteſt eadem fornicatio, aut ſimonia, eſſe cauſa furti, in quantum dicitur in moralibus forma haberi à fine, & ipſe finis, v.g. fornicandi apprehenſus, & intentus à fure, eſt in illo quaſi forma & principium, ſeu ratio agendi & furandi.

2. *Quædam peccata ſunt principia & cauſa omnium aliorum.*

Hoc autem poſito, in ſacris Litteris quædam peccata dicuntur eſſe principium, & cauſa omnium aliorum, vt, v. g. cupiditas, quæ à S. Paulo 1. *ad Tim. cap. vlt* appellatur *radix omnium malorum.* & ſuperbia,

ſuperbia, quæ *Eccli.cap.* 10. appellatur *initium omnis peccati.* Et prætereà à Sanctis Patribus ſeptem enumerantur, quæ appellantur capitalia, quia ſunt capita, & principia plurium aliorum, vt patet ea S. Greg. *lib.*31.*Moral.cap.*31. Vt ergo de his agamus, primò de illis quæremus, quæ dicuntur principia omnium: & deinde de aliis, quæ dicuntur principia plurium, & capitalia.

3. *Cupiditas innata cuiuſque boni temporalis, quomodo ſecundùm aliquos ſit radix omnium peccatorum.*

Et quidem circa cupiditatem certum eſt, quòd rectè dicitur eſſe *radix omnium malorum*, ſi nomine cupiditatis iotelligatur inclinatio, quam experimur in natura corrupta ad inordinatè appetenda bona omnia temporalia, & corruptibilia: vt enim notat S.Thom. 1.2.*quæſt*.84. *art*.1.*cit.* ea huiuſmodi amore innaro, & inſito rerum temporalium, omne peccatum procedit; quemadmodum ea radice, quæ eſt terræ adhærens, procedit, & alitur omnis pars arboris. Atque hoc modo cupiditatem videtur iotelligere S.Auguſt. *lib.*2.*de Geneſi ad litteram*, *cap.* 14. & clariùs S. Bonau.*in* 2.*d*.42. *dub*.4. *literali*, vbi ait, appellatione radicis venire pronitatem ipſam libidinis, quæ concurrit ad omne peccatum; non autem genus ipſum peccati, id eſt, libidioem, aut cupiditatem actualem, vel ipſum actum amoris & conuerſionis inordinatæ ad bonum commutabile, & temporale, quæ in omni peccato ſe habet, vt genus, vel vt prædicatum genericum, vt etiam notat S.Thom. *quæſt*. 84. *art*. 1. *cit.* ſiue quoad principale omnis peccati, ſi accipiatur ſolus actus amoris, aut conuerſionis interioris, ſiue quoad totale, ſi accipiatur, tam actus interior, quàm eaterior, & quicquid abſolutè dicitur actus peccati, & inordinata conuerſio ad bonum commutabile, vt notat ibi Conradus §. *In hoc corpore.*

4. *Quare potiùs dicatur radix, quàm principium.*

Vt verò explicet S. Bonauen. quare cupiditas hoc modo accepta pro ipſa pronitate libidinis appelletur potiùs radix omnis peccati, quàm initium; & contrà, *Eccli.* 10. ſuperbia potiùs dicatnr initium, quàm radix; ait, initium propriè dici id, à quo inchoatur motus; & radicem propriè dici id, vnde planta trahit fomentum, & nutrimentum: & ideò reſpectu peccati rectè illud appellari initium, ea qou habetur auerſio à Deo, quæ ſe habet in peccato proportionaliter, ſicut io motu receſſus à termino, à quo; & rectè illud appellari radicem, ex quo habetur conuerſio, quæ ſe haber ſicut acceſſus, vel acquiſitio termini ad quem: & quia auerſio, in peccato maximè habetur ex ſuperbia, per quam homo, ſaltem ioterpretatiuè, ſeſe effert ſupra Deum, eumque contemnit, nec eius mandatis ſubeſſe vult; & conuerſio maximè habetur ex inordinata cupiditate bonorum commutabilium: ideò cupiditas dicitur radix, & ſuperbia appellatur initium. Quam rationem etiam affert S. Thom. in locum illum S. Pauli 1.*ad Tim. cap. vlt. lect.* 2. & 2. 2. *quæſt*. 152. *art*.7.

5. *Cupiditas diuitiarum à S.Paulo dicitur radix omnium malorum.*

Sed, quanuis hæc vera ſint; rectè tamen ſubdit S. Thom. *art*.1.*cit* quòd non ſunt ad mentem S.Pauli, qui *cap.illo vlt.*1.*ep.ad Timot.* cupiditatem non accipit latè pro amore boni temporalis, & commutabilis cuiuſcunque; ſed ſtrictè pro ſolo amore diuitiarum: ſiquidem manifeſtè loquitur contra eos, *qui volunt diuites fieri:* & de his pronunciat, quòd *incidunt in tentationes, & in laqueum Diaboli, & in deſideria multa inutilia, & nociua, quæ mergunt hominem in interitum.* Eiúſque pronunciati eam reddit rationem: quia *cupiditas eſt radix omnium malorum.* Qui certè diſcurſus clarè continet hanc argumentationem. Cupiditas, vel amor inordinatus diuitiarum eſt radix omnium malorum: ergo, qui volunt diuites fieri, incidunt in omnia mala, & in tentatiooes, & in laqueum Diaboli: & per conſequens, non poteſt eſſe dubium, quòd S. Paulus ſtrictè loquatur de ſula cupiditate diuitiarum, vt etiam patet ea texru Græco qui pro cupiditate habet, φιλαρ-γυρία, quæ idem eſt atque amor argenti.

Quòd verò cupiditas hoc modo accepta pro amore diuitiarum, rectè dicatur eſſe radix omnium peccatorum; ea eo eaplicat S. Thomas *artic.* 1. *cit.* quia diuitiæ præbent fomentum, & alimentum omnibus peccatis, ſicut radia omnibus partibus arboris, cùm per diuitias homo acquirat facultatem perpetrandi quodcunque peccatum, eiúſque deſiderium adimplendi: & ſic ratione communis vtilitatis, quam habent diuitiæ ad eaplenda deſideria omnium peccatorum, appellatur à S.Paulo illarum cupiditas, omnium malorum radia.

Sed etiam contra hoc inſtat Dur. *in* 2. *d*. 42. *qu.* 4.*num*.9. quia, ſi admittatur, quòd fomentum, & alimentum peccati præbeatur per diuitias, noo tamen præbetur, quatenus diuitiæ ſubſtant amori, & cupiditati illas habendi; ſed potiùs contrà, quatenus ſubſtant amori, & cupiditati eas expendendi, & erogandi, qui videtur potiùs contemptus diuitiarum, & paruus amor, & parua cupiditas eas habendi: & tamen S. Paulus de cupiditate habeodi diuitias, & oon de cupiditate eas expendendi, affirmat, quòd ſit radia omnium malorum: & noo de iis, qui iam ſunt diuites, & diuitias poſſunt eapendere; ſed de iis, qui cupiunt eſſe diuites, &, vt ipſe loquitur, volunt diuites fieri, affirmat, quòd incidant in tentatiooes, & in laqueum Diaboli.

6. *Auaritia poteſt aliquando prouenire ex prodigalitate.*

Poteſt tameo reſponderi pro S. Thoma, quòd amor, vel cupiditas diuitiarum, quando dicitur eſſe radia omnium malorum, non eſt accipienda, quatenus ſolùm eſt ad effectum eas habendi, & retioendi, quomodo rectè aſſumit Dur. quòd diuitiæ inordinatè amatæ, & retentæ non præbent fomentum, & alimentum peccatis: ſed debet accipi, quatenus etiam eſt ad effectum eas eapeodendi, & erogandi: ſiquidem benè poteſt quis velle fieri diues, vt habeat, quod promptè eroget, & expendat in quoſcunque vſus, & vnde expleat omnes ſuas cupiditates: imò & ſæpè accidit, vt qui excedit in erogando, & dando, & eſt prodigus, ſimul etiam ea quadam neceſſitate eacedat in accipiendo, & acquirendo, & ſit auarus, ne, ſcilicet, deficiant illi bona, quæ eroget, vt patet ex S.Thom. 2.2.*qu.* 119.*art*.1. *ad* 1. Et quannis immediatè, & proximè nutrimentum, & fomentum peccatis non præbeatur per diuitias, niſi quatenus ſubſtant cupiditati, aut voluntati eas eapendendi: vltimatè tamen, & remotè etiam præbetur, quatenus ſubſtant voluntati eas acquirendi & habendi, ſi hæc voluntas non ſit finaliter ad effectum retinendi, ſed erogandi, vt diaimus. Et hoc ipſum, quòd cupiditas diuitiarum ad effectum habendi, quod expendatur pro eaplendis deſideriis peccatorum, ſit radia omnium malorum, non eſt accipiendum cum omnimoda, & totali diſtributione, vſque ad indiuidua, quæ committuntur ſub vnoquoque genere mali, quæ appellatur diſtributio pro ſingulis generum; ſed ſatis eſt, ſi accipiatur cum ſola diſtributione immediata, quæ appellatur pro generibus ſingulorum: nam certum eſt, quòd multa peccata committuntur in indiuiduo, quæ non habent fomentum, & nutrimentum ex diuitiis: vt, v.g. peccatum blaſphemiæ, molliriei, &c. quod quis ea ſe ipſo committit ex ira, aut intemperantia, & ſine vllo ordine ad diuitias; quanuis in omni genere cuiuſque peccati poſſint aliquando diuitiæ præbere fomentum, & nutrimentum;

nutrimentum; vt, ſi quis, v.g. pro alterius blaſphemia, vel mollitie aliquid ſoluat.

Et præterea neque bæc ipſa diſtributio immediata, & pro generibus ſingulorum malorum eſt ſimpliciter neceſſaria ad veritatem, & ſenſum S. Pauli; ſed ſatis eſt, ſi cupiditas diuitiarum dicatur radix; quia eſt cauſa, vt committãtur plura alia peccata, vt exponit S. Thom. *in illum locum S. Pauli, lect.2.* & ea illo Vaſq. 1.2. *diſp.* 136. *cap.2.* ſic enim communiter dicimus, humilitatem, v.g. charitatem, patientiam, orationem, eſſe radicem omnium bonorum, & virtutum; non, quia de facto omnia bona, & omnes virtutes ab vnoquoque comparentur per humilitatem, aut patientiam; ſed, quia poſſunt omnia comparari, & de facto multa comparantur, vt notat Cornel à Lapide *in eum locum S. Pauli, num.*105. & hoc idem etiam colligitur ex ipſomet S. Paulo, qui ſolùm dixit, eos, qui volunt diuites fieri, incidere in deſideria multa inutilia, & noxia; non autem dixit incidere in omnia deſideria inutilia, & noxia.

Et denique contra hanc expoſitionem non obſtat, quòd cupiditas diuitiarum ſit quoddam peccatum ſpeciale, diſtinctum ab aliis: dum enim dicitur eſſe radix aliorum, non ſignificatur, quòd ſit peccatum quoddam vniuerſale in eſſendo, & prædicando; ſed ſolùm in cauſando, vt notat Conradus 1.2. *quæſt.*84. *art.*1. *cit.* §. *In hoc corpore.* eáque vniuerſalitas cauſationis conſiſtat in vniuerſalitate conducentiæ, & vtilitatis ad explenda deſideria cuiuſque peccati, vt iam explicauimus.

DISPVT. II.

Quomodo ſuperbia *Eccli.* 10. dicatur initium omnis peccati.

1. *Superbia, in quantum dicit contemptum Dei interpretatiuum, eſt initium omnis peccati, ratione auerſionis, quæ in illo eſt.*
2. *Superbia, prout eſt appetitus excellentiæ, eſt initium omnis peccati, ſecundum ordinem intentionis.*
3. *Ars, vel habitus, ad quem pertinet finis, imperat aliis, ad quos pertinent media.*
4. *Etiam peccata intemperantiæ, & timiditatis, poſſunt eſſe ex ſuperbia.*
5. *Superbia non eſt initium omnis peccati, ſolùm quoad durationem, & tempus.*
6. *Superbia non eſt initium omnis peccati ſolùm moraliter, id eſt, ferè omnis.*
7. *Etiam peccatum puſillanimitatis poteſt eſſe ex ſuperbia.*
8. *Apoſtatare à Deo quomodo reperiatur in omni peccato, & dicatur eſſe initium ſuperbiæ.*
9. *In idem recidit, quòd amor ſui, & quòd ſuperbia ſit initium omnis peccati.*

ETIAM ſuperbia *Eccli.* 10. numeratur, vt cauſa, & principium, non modò plurium; ſed etiam omnium peccatorum, quando dicitur: 1. *Initium omnis peccati, ſuperbia.*

Superbia, in quantum dicit contemptum Dei interpretatiuum, eſt initium omnis peccati, ratione auerſionis, quæ in illo eſt.

Et quidem, ſi nomine ſuperbiæ intelligatur, vt multi volunt, inclinatio quædam, quam experimur in natura corrupta ad Dei contemptum, ſaltem interpretatiuum, quantum ad hunc effectum, qui eſt non ſubdi eius præceptis; facilè intelligitur, quomodo dicatur eſſe initium omnis peccati: ſiquidem talis contemptus maximè ſpectat ad auerſionem à bono incommutabili, quæ in actu peccati ſe habet, ſicut in motu primum initium, id eſt, receſſus à termino à quo, & per huiuſmodi contemptum ſuperbia diſtinguitur à cupiditate ſimiliter accepta pro inclinatione ad bonum temporale, quæ dicitur radix: quia contrà maximè ſpectat ad conuerſionem, quæ ſimiliter in actu peccati ſe habet, ſicut in motu acceſſus ad terminum ad quem, & peccatis præbet fomentum & nutrimentum, ſicut radix in arbore partibus arboris, vt etiam *ſuprà* diximus *diſp. præcedente, num.* 4. ex S. Bonau. *in* 2. *d.* 42. *dub.* 4. *literali*, & ex eod. S. Thom. *lect.* 2. *in cap. vlt.* 1. *ad Timoth.* Et hæc ipſa auerſio à Deo, eiúſque regula, per ſe pertinet ad ſuperbiam: quia in aliis peccatis communiter contingit, vel propter ignorantiam, vel propter infirmitatem, vel propter deſiderium alicuius alterius boni: in ſuperbia verò contingit formaliter, in quantum eſt ipſa, id eſt, ex hoc ipſo, quòd homo non vult ſubiici Deo, & eius regulæ, vt notat S. Thom. 2.2. *quæſt.* 162. *art.* 6. *in corp.* Vnde etiam ſola ſuperbia dicitur ſe Deo opponere, cùm alia vitia potiùs dicantur à Deo fugere, in quantum ſola ſuperbia directè intendit non eſſe ſub Deo, eíque non ſubdi quoad præcepta: & Deus è contrà *Iacobi* 4. dicitur ſuperbis reſiſtere; in quantum non ſinit eos ſibi non ſubeſſe.

Et quia hic ipſe affectus non ſubiectionis ad Deum, eiúſque legem, formaliter remouet affectum contrarium ſubiectionis, qui maximè prohibet à peccatis; ideò ex hoc etiam capite poteſt dici ſuperbia eſſe initium omnis peccati, id eſt, indirectè, & per accidens, in quantum remouet prohibens, vt benè explicat idem S. Thom. 2.2. *quæſt.* 162. *art.* 2. *in corp.*

Quòd ſi dicas, non ſemper peccata contingere ex hoc formali affectu, vt peccans Deo non ſubſit; & ideò neque ſuperbiam, in quantum dicit hunc Dei contemptum, poſſe dici initium omnis peccati, ratione auerſionis à Deo, quam ipſa includit, quaſi per ſe, & ex propria ratione: Contrà eſt; quia, etiamſi non contingant omnia peccata ex affectu ſuperbiæ; contingunt tamen omnia ex effectu ſuperbiæ; & hoc modo ſuperbia rectè dicitur eſſe initium omnis peccati ſecundùm ſuum effectum, etiamſi non ſit initium ſecundùm ſuum affectum, vt benè explicat S. Thom. *quæſt.* 8. *de malo, art.* 2. *in fin. corp.* & Cont. 1.2. *quæſt.* 84. *art.* 2. §. *Hic quæris de alio peccato.* Sicut enim in aliquibus repetitur ſtultitia ſecundùm effectum, etiamſi non reperiatur ſecundùm affectum, & paſſionem, & hoc modo de Mileſiis dictum eſt, quòd non ſunt ſtulti; ſed operantur, qualia ſtulti, vt ſubdit S. Thom. *ibidem*: ita & in omni peccante repetitur ſuperbia ſecundùm effectum, etiamſi non ſecundùm affectum: & ſi dicatur de aliquo peccante, quòd ſuperbus non ſit, ſimul etiam dicetur de illo, quòd operatur, qualia ſuperbus: quod ſatis eſt, vt ſuperbia ſic accepta pro contemptu Dei interpretatiuo, dicatur initium omnis peccati. Et hoc modo veriſſimum eſt etiam illud S. Auguſt. *in lib. de natura, & gratia, cap.* 29. *tom.* 7. quòd tam ſuperbire, peccare eſt, quàm peccare eſt ſuperbire.

2. Quia tamen *cap.* 10. *Eccli.* non hoc modo accipitur ſuperbia, prout dicit contemptum Dei interpretatiuum, & eſt quid generale ad omne peccatum; ſed prout eſt in ſe peccatum ſpeciale contra humilitatem, & ſpecialiter dicit appetitum inordinatum propriæ excellentiæ, vt patet ex ipſo textu; & notat S. Auguſt. *lib.* 2. *de Gen. ad literam, cap.* 15. & alij apud Vaſq. 1.2. *diſp.* 136. *cap.* 1. *num.* 5. alia ratione explicat S. Thom. 1.2. *quæſt.* 84. *art.* 2. quòd ſuperbia dicatur initium omnis peccati: duplicem

Superbia, prout eſt appetitus excellentiæ, eſt initium omnis peccati, ſecundùm ordinem intentionis.

plicem enim ordinem ait eſſe conſiderandum in actibus peccati, ſicut & in aliis quibuſcunque actibus voluntariis, id eſt, ordinem intentionis, & ordinem executionis: & quia in primo ordine id, quod habet rationem primi, & principij, reſpectu aliorum, eſt ipſe finis, vt *ſuprà* dixit 1.2.*quæſt*.1. *art*. 1. *& art*.3. *ad* 2. *& qu*.20.*art*.1 *ad* 2. *& qu*.57. *art*.4. *in corp. & quæſt*. 65.*art*.1.*in fin.corp. & ad* 4. & finis vniuerſaliſſimus in omnibus peccatis eſt ipſum obiectum ſuperbiæ, id eſt, propria excellentia; ideò ait, quòd ex hac parte rectè dicitur ſuperbia eſſe initium omnis peccati: quemadmodum & ex alia parte executionis, rectè dicitur cupiditas, aut diuitiæ eſſe radix, quia præbent opportunitatem adimplendi omnia deſideria peccatorum. Et quòd vniuerſaliſſimus finis cuiuſque peccati ſit propria excellentia, & obiectum ſuperbiæ, explicatur ex eo, quia naturale eſt, non ſolùm homini, ſed etiam vnicuique rei, vt loquitur S. Thom. *quæſt*.8.*de malo*, *art*.1.*cit. in corp*. vt perfectionem deſideret in bono concupito; quæ tamen perfectio ſolùm conſiſtit in quadam excellentia, & homo quolibet appetitu rationali ſemper appetit, quantùm poteſt, diuinam ſimilitudinem, in quantum omne bonum deſideratum eſt quædam ſimilitudo boni diuini: & quemadmodum, quæ ordinatè amantur, omnia ordinantur, & referuntur ex ſe ipſis ad ipſum Deum, qui eſt vltimus finis; ita & quæ amantur inordinatè, omnia ordinantur ad propriam excellentiam, quæ vltimatè intenditur per omnem actum inordinatum amoris ſui: ſiue enim appetat quis inordinatè abundare, v.g. diuitiis, ſiue ſcientia, aut honoribus, voluptatibus, vel quibuſcunque aliis rebus; ſemper appetit propriam aliquam excellentiam in ſingulis, & ſingulæ excellentiæ ſemper, & ex ſe ipſis referuntur ad excellentiam ſimpliciter, & ſecundùm ſe acceptam, tanquàm aliquæ participationes illius; quod eſt ad illam referri, tanquàm ad vltimum finem, qui propter ſe ſit intentus, & propter quem ſint intenta cætera omnia. Et quemadmodum in omnibus artibus, aut habitibus operatiuis hoc contingit, vt ars, vel habitus, ad quem pertinet finis, extendat ſuum imperium ad omnes alias artes, vel habitus, ad quos pertinent ea, quæ ſunt ad finem; & ars gubernatoria nauis, v.g. ad quam pertinet, tanquàm finis, ipſe vſus nauis, ſemper imperat arti nauifactiuæ; & ars equeſtris arti frænifactiuæ, vt etiam colligitur ex Ariſtotele 1. *Polit.cap*.5. ita & in habitibus virtuoſis, aut vitioſis, illi, ad quos pertinet aliquis finis, poſſunt extendere ſuum imperium ad omnes alios, ad quos pertinent media; & charitas, v.g. quæ eſt circa Deum, poteſt extendere ad omnes virtutes; & ſuperbia, quæ eſt circa propriam excellentiam, poteſt illud extendere ad omnia vitia: & hoc modo ſecundùm ordinem intentionis rectè dicitur eſſe principium omnis peccati; vel, quia actualiter imperat; vel quia ſaltem apta eſt imperare omne peccatum: & quemadmodum nullum eſt peccatum, quod non fit propter aliquam excellentiam; ita & nullum eſt, quod non poſſit habere initium ex ſuperbia.

3. *Ars, vel habitus, ad quẽ pertinet finis, imperat aliis, ad quos pertinẽt media.*

4. *Etiam peccata intemperantiæ, & timiditatis, poſſunt eſſe ex ſuperbia.*

Et per hæc ſoluuntur ea, quæ obiicit in contrarium Dur. *in* 2. *d*.42. *quæſt*. 4. dum ait, non poſſe omnia peccata, etiam hoc modo, ſecundùm ordinem intenſionis, habere initium ex ſuperbia: quia non ad omnia poteſt ſe extendere imperium ſuperbiæ, cùm ex peccatis intemperantiæ, v.g. quæ ſunt circa delectationes turpes, non modò non quæratur excellentia; ſed amittatur; & ideò communiter afferant dedecus, & ruborem; non autem honorem, aut gloriam: quod idem etiam eſt de peccatis inordinati timoris in rebus bellicis, vt cum Dur. obiicit Vaſquez 1.2.*diſp*.136.*c*.2.*in fin*. cùm ſimiliter ex fuga periculorum indebita, non quæratur excellentia, ſed nota ignauiæ, & infamiæ. Soluuntur, inquam: quia, vt notat Cour. 1.2. *quæſt*. 84. *art*.2. *in fin*. falſum eſt, quòd imperium ſuperbiæ, provt dicit inordinatum amorem propriæ excellentiæ, non poſſit ſe extendere etiam ad peccata intemperantiæ, & circa turpes delectationes, cùm non pauci etiam ex illis inaniter glorientur, & putent pertinere ad propriam excellentiam, quòd poſſint illis perfrui, pluſquàm alij. Et idem etiam eſt de peccatis inordinati timoris in rebus bellicis, cùm ij, qui pericula indebitè fugiunt, poſſint prætendere excellentiam quandam ſagacitatis, vel prudentiæ, & dexteritatis in vita tuenda, & in hac excellentia ſic apprehenſa quærere gloriam, & ſuperbiam.

5. *Superbia non eſt initium omnis peccati ſolùm quoad durationem, & tempus.*

Et non eſt dubium, quòd hic modus iam explicatus ex S. Thom. pro vniuerſalitate ſuperbiæ in principiandis, aut cauſandis omnibus peccatis, eſt multò conformior textui *Eccli*. 10. quàm ſint duo alij, quos affert Durand. *loco citato*: vt, ſcilicet, ſuperbia dicatur initium omnis peccati, non ratione cauſalitatis, aut prioritatis naturæ, quam habeat, aut poſſit habere; ſed ſolùm ratione durationis, & prioritatis temporis, ſecundùm quam peccatum ſuperbiæ fuit primum ſimpliciter reſpectu omnium, quæ vnquam fuerunt: ſiquidem peccatum Angeli, quod fuit ſimpliciter primum quoad durationem, & peccatum primi hominis, fuit peccatum ſuperbiæ. Et prætereà, vt verus textus, & litera non legatur, vt communiter legitur: *Initium omnis peccati eſt ſuperbia*. ſed hoc alio modo: *Initium peccati eſt omnis ſuperbia*. & ſenſus ſit, quòd nulla ſit ſpecies, aut modus ſuperbiæ, quæ non poſſit eſſe initium, aut cauſa alicuius peccati. Nam contra hunc ſecundum modum maximè facit variatio literæ contra vulgatam, & communem, quæ non eſt admittenda. Et contra primum manifeſtè faciunt verba textus, quæ immediatè ſequuntur: *Quoniam initium omnis peccati eſt ſuperbia: qui tenuerit illam, adimplebitur maledictis, & ſubuertet eum in finem*. & oſtendunt ſermonem eſſe de initiatione per veram cauſalitatem.

6. *Superbia non eſt initium omnis peccati ſolùm moraliter, id eſt, ferè omnis.*

Et ſimiliter modus allatus ex S. Thom. eſt multò aptior, quàm ille alius, quem affert Vaſq. *diſput*. 136. *cap*.2. *cit*. vt ſuperbia dicatur initium omnis peccati, ſolùm moraliter, & ſecundùm communem modum loquendi: quia eſt initium plurimorum. Contrà enim eſt: quia, ſi id poſſumus intelligere ſtrictè, & ſecundùm rigorem verborum, vt certè poſſumus, iuxta modum allatum ex S. Thom. non eſt, quòd recurramus ad intelligentiam minùs ſtrictam, & ſolùm moralem. Neque valet, quod obiicit Vaſq. de peccato puſillanimitatis, quod eſt oppoſitum ſuperbiæ per defectum; & ideò non videtur poſſe vnquam imperari, aut initium ab illa habere, quæ eſt per exceſſum. Contrà enim eſt: quia, quemadmodum etiam prodigalitas, quæ eſt oppoſita auaritiæ per exceſſum, poteſt ab illa initium ſumere, vt *ſuprà* diximus *diſp*.1. *num*. 6. ex S. Thom. 2.2.*quæſt*.119.*art*.1. vt, ſi quis, v.g. aliquando ad eum finem ſit prodigus, vt plùs accipiat. Et contrà etiam auaritia poteſt initium ſumere à prodigalitate: vt ſi quis aliquando ad eum finem ſit tenax, vt poſteà largè expendat; ita & puſillanimitas poteſt initium ſumere ex ſuperbia, ſi quis in aliquo ideò ſit puſilli animi, quia timet amittere bonam exiſtimationem, & laudem propriæ excellentiæ, quam ſe putat habere, & amat inordinatè.

7. *Etiam peccatum puſillanimitatis poteſt eſſe ex ſuperbia.*

Quòd ſi dicas, ſuperbiam non poſſe eſſe initium ſimpliciter primum reſpectu omnis peccati, cùm

etiam

etiam reſpectu illius detur aliquod aliud ioitium prius, vt, verbi gratia, ipſum à Deo apoſtatare, de quo dicitur eod. cap. 10. Eccli. *Initium ſuperbiæ hominis, apoſtatare a Deo: quoniam ab eo, qui fecit illum, receſſit cor eius.* & præterea ipſe inordinatus amor ſui, qui facit totam ciuitatem Babylonis, vt eſt apud S. Aug. 14. *de ciuit. cap. 28. tom. 5.* id eſt, ipſam vniuerſitatem peccatorum.

8.
Apoſtatare à Deo quomodo reperiatur in omni peccato, & dicatur eſſe initium ſuperbia.

Reſpondeo primò, S. Thom. 1.2. *quæſt. 84. art. 2. cit. ad* 2. apoſtatare à Deo, quando dicitur eſſe initium ſuperbiæ, non ſumi, prout importat ſpeciale peccatum, quod appellatur apoſtaſia per fidem; ſed prout importat aliquid generale in omni peccato, id eſt, auerſionem voluntaris à ſubiectione Dei, eiúſque legis, vt etiam notat idem S. Thom. 2.2. *quæſt. 12. art. 1. ad* 1. & hæc quemadmodum in omni actu peccati poteſt dici eſſe initium, cùm ſit quaſi ipſe receſſus à termino, à quo; & ideò præintelligatur conuerſioni ad obiectum creatum, quæ eſt quaſi ipſe acceſſus ad terminum ad quem; ita & dicitur eſſe initium peccati ſuperbiæ; & per hoc non tollitur, quòd ipſum peccatum ſuperbiæ, acceptum ſecundùm ſe totum, & prout includit auerſionem voluntatis à Deo, & conuerſionem inordinatam ad propriam excellentiam, non poſſit per extenſionem imperij eſſe initium omnium aliorum peccatorum, modo iam explicato.

Deinde ſubdit, ſi apoſtatare à Deo, quando dicitur eſſe initium ſuperbiæ hominis, ſumatur pro ſpeciali peccato, non propterea eſſe ſumendum extra genus ſuperbiæ; ſed ſolùm pro prima illius ſpecie, ſecundùm quam homo ſe erigit ſupra Deum, & non vult illi ſubiici, & hæc ſpecies rectè dicitur eſſe initium ſuperbiæ hominis ſecundùm alias ſpecies, cùm ex eo, quòd quis per ſuperbiam nolit ſubiici Deo, facile conſequatur, vt etiam nolit ſubiici creaturæ; quod contingit per alias ſpecies eiuſdem ſuperbiæ, vt etiam notat idem S. Thom. 2.2. *quæſt. 162. art. 7. ad* 2. Quare, quemadmodum, ſi quis diceret, v.g. cœlum eſſe initium corporum; non propterea valeret inferre, quòd etiam ipſum non eſſet corpus; ſed benè poſſet ſaluari per hoc, quòd eſſet prima ſpecies corporis, & vt prima diceretur eſſe initium aliarum: ita & quando dicitur apoſtatare à Deo eſſe initium ſuperbiæ hominis, non ſequitur, quòd etiam ipſa non ſit ſuperbia; ſed ſolùm quòd ſit prima aliqua ſpecies ſuperbiæ, & vt ſic ſit initium aliarum ſpecierum.

9.
In idem recidit, quòd amor ſui, & quòd ſuperbia ſit initium omnis peccati.

Ad illud verò, quod dicitur de inordinato amore ſui, reſpondet S. Thom. 1.2. *quæſt. 84. art. 2. cit. ad* 3 per hoc, quòd dicatur initium omnis peccati, eſſe ſuperbia, non excludi, quòd etiam amor ſui non ſit initium omnis peccati: quia enim idem actus voluntaris, qui terminatur ad propriam excellentiam, vt ad finem, cuius gratia, etiam terminatur ad ſe ipſum, vt ad finem, cui; neque poteſt amari bonum, niſi alicui; idem actus reſpectu diuerſorum dicitur amor inordinatus excellentiæ, & amor inordinatus ſui ipſius, vt patet ex dictis *ſuprà lib. 2. diſputat. 41. num. 5. & ſequentib.* & hæc vtraque ratio includitur in actu ſuperbiæ, quando dicitur initium omnis peccati eſſe ſuperbia: & ſenſus eſt, quòd initium omnis peccati ſit ille actus, quo quis inordinatè ſibi appetit excellentiam, & qui per conſequens ſimul eſt amor ſui circa excellentiam, & ſimul eſt amor excellentiæ circa ſe ipſum.

DISPVT. III.

Quomodo aliqua vitia & peccata dicantur capitalia; & quænam illa ſint.

1. *Caput ſumitur dupliciter, id eſt, propriè, & metaphoricè.*
2. *Quomodo peccata dicantur capitalia à capite metaphoricè accepto.*
3. *Peccata capitalia poſſunt etiam dici radices peccatorum.*
4. *Sufficientia numeri ſeptenarij in vitiis capitalibus quomodo probetur.*
5. *Quare peccata capitalia communiter appellentur peccata mortalia.*

PRÆTER vitia, & peccata, quæ in ſacris Literis dicuntur eſſe principia, aut cauſæ aliorum omnium, vt iam explicauimus, plura alia enumerantur à Sanctis Patribus, quæ dicuntur principia, & cauſæ plurium, & specialiter appellantur capitalia, vt patet ex S. Greg. *lib. 31. Moral. cap. 31.* & de his eſt agendum in ſequentibus.

1.
Caput ſumitur dupliciter, id eſt, propriè, & metaphoricè.

Primò autem, circa appellationem & vocabulum capitalis, certum eſt ex S. Thom. 1.2. *quæſt. 84. art. 3.* eam dici denominatiuè à capite, & hoc, ſi propriè accipiatur, eſſe illam partem in animali, à qua maximè pendet motus, & ſenſus, & quæ eſt directiua totius animalis; ſi verò accipiatur tranſlatè, & metaphoricè, ſumpta metaphora ab hoc ipſo capite animalis, eſſe omne illud, quod eſt principium, & directiuum aliorum: quo modo etiam homines, qui aliis præſunt, eóſque dirigunt, communiter dicuntur illorum capita. Si ergo denomioatio capitalis, prout tribuitur vitiis & peccatis, ſumatur à capite propriè dicto, prout eſt pars animalis; illud diceretur peccatum, aut vitium capitale, inquit S. Thom. quod punitur pœna capitis: ſi verò ſumatur à capite accepto tranſlatè, & metaphoricè, illud dicetur, quod eſt principium aliorum, & quaſi directiuum, aut ductiuum. Quando verò S. Greg. & Scholaſtici loquuntur de vitiis, & peccatis capitalibus, non loquuntur primo modo, ſed ſecundo. Vnde etiam S. Gregorius ſeptem illa, quæ enumerat, comparat ducibus, qui ducunt ac dirigunt milites in exercitu: quia, ſcilicet, etiam ipſa ſunt directiua & quaſi ductiua plurium aliorum in perniciem, & vaſtationem peccatoris. Et quoniam ratio principij in actionibus maximè attenditur ab ipſo fine, vt diximus *diſp. præcedente, num.* 2. ideò ſpecialiter illa peccata dicuntur capitalia, id eſt, principia & capita aliorum, quæ includunt certos fines, ſecundùm quos peculiariter appetitus mouetur ad illa alia: quemadmodum enim in artibus, & habitibus practicis illæ principiantur, & imperant aliis, ad quas pertinent ipſi fines, vt colligitur ex Ariſtotele 1. *Polit. cap. 5.* & diximus *diſp. præcedente, num.* 3. ita & in vitiis, illud eſt quaſi princeps, & caput aliorum, ad quod pertinet certus aliquis finis, cuius gratia ſunt communiter illa alia; & hac ratione ſe habent illa ſeptem, quæ numerantur, vt capitalia; ſiquidem ab vnoquoque illorum principiantur plura alia ſecundùm principiationem cauſæ finalis, vt conſtabit de ſingulis.

2.
Quomodo peccata dicantur capitalia à capite metaphoricè accepto.

3.
Peccata capitalia poſſunt etiam dici radices peccatorum.

Quòd ſi dicas, huiuſmodi vitia, ſi ea ratione dicantur capita, quia ſunt principia aliorum, poſſe etiam dici radices; cùm ex Ariſtotele 2. de anima. text. 38. *vt capita animalium, ſic & radices plantarum ſint:* quod tamen videtur abſurdum, cùm in

Scriptura,

Scriptura, vna tantùm dicatur eſſe radix malorum, id eſt, cupiditas; non autem plures, *1. ad Tim. cap. vltim.* Reſpondeo, non eſſe faciendam vim vocabulis, & ſine abſurdo poſſe concedi, quòd, ſicut cupiditas dicitur radix; ita & poſſit aliquo modo dici caput: & ſicut hæc ſeptem dicuntur capita; ita & poſſint dici radices, dummodo & illa intelligatur eſſe caput; & hæc intelligantur eſſe radices, quoad ſolam principiationem latè acceptam; & ſimul retineatur, quòd & cupiditas magis propriè dicenda ſit radix, quàm hæc ſeptem, in quantum præbet fomentum, & quaſi alimentum peccatis ſecundùm executionem: & hæc ſeptem magis propriè dicenda ſint capita, quàm cupiditas, in quantum ſunt directiua aliorum; ſicut etiam caput eſt directiuum totius animalis. Et ſimiliter, quamuis ſuperbia poſſit dici omnium caput, ſicut & dicitur initium omnium, ſecundùm cauſalitatem finis, & ſecundùm ordinem intentionis, vt *ſuprà* explicauimus; adhuc tamen hæc ſeptem benè poſſunt appellari capita, cùm contineant fines magis propinquos reſpectu aliquorum plurium; & ſuperbia, in quantum dicitur eſſe initium omnium, contineat finem magis remotum, vt patet ex S.Thom. 1.2.*q.*84.*art.*3.*cit. ad* 1.

4. *Sufficientia numeri ſeptenarij in vitiis capitalibus quomodo probetur.*

Secundò ex finibus, qui peculiariter pertinent ad ſeptem vitia, quæ communiter numerantur, vt capitalia, ita colligit S. Thom. *quæſt.*84. *cit. art.*4. ſufficientiam talis numeri ſeptenarij. Omnis finis dupliciter poteſt appetitum mouere: primò, directè, & per ſe, vt quando bonum mouet ad actum proſecutionis, & malum ad actum fugæ: deinde, indirectè, & quaſi per accidens, vel per aliud, vt quando malum mouet ad actum proſecutionis propter aliquod bonum, quod habet adiunctum; vel bonum mouet ad actum fugæ propter aliquod malum: ſi finis peccatorum ſit mouens directè, & per ſe, habentur quatuor vitia capitalia, id eſt, ſuperbia, auaritia, luxuria, gula: ſi vero ſit mouens indirectè, & per aliud, habentur ſolùm tria, id eſt, ira, inuidia, & acedia: nam omne bonum, quod poteſt directè mouere, vel eſt bonum ſolius animæ, quod ex ſola apprehenſione, & intellectione habet, vt ſit appetibile, vt eſt, verbi gratia, excellentia laudis, & honoris; vel eſt bonum corporis, quod pertinet ad conſeruationem indiuidui, vt cibus, & potus, & ad conſeruationem ſpeciei, vt res venereæ; vel denique eſt bonum externum, vt diuitiæ: circa primum inordinatè appetendum verſatur ſuperbia; circa ſecundum gula; circa tertium luxuria; & circa quartum auaritia; atque ita ex bono, quod directè mouet appetitum, habentur quatuor vitia capitalia iam explicata. Si verò finis, & bonum moueat indirectè, & per aliud, vel eſt bonum proprium, vel alienum; & ſi eſt alienum, vel mouet cum quadam inſurrectione ad vindictam, vel ſine illa: ſi primum, circa illud verſatur acedia, quæ triſtatur de bono ſpirituali proprio propter laborem, quem habet adiunctum; ſi ſecundum, vel eſt inuidia, quæ triſtatur de bono alieno, in quantum eſt impeditiuum propriæ excellentiæ; vel ira, quæ eſt cum inſurrectione ad vindictam.

5. *Quare peccata capitalia communiter appellentur peccata mortalia.*

Atque hæc vitia, vel peccata, quæ à S. Gregor. & Scholaſticis dicuntur capitalia; quia ſunt caput, & principium plurium aliorum, vt iam explicauimus; vulgò appellantur peccata mortalia; non, quia peccatum capitale, & peccatum mortale ad inuicem conuertantur, ſiquidem multa peccata ſunt mortalia, & non ſunt capitalia, vt blaſphemia, & homicidium; & multa ſunt capitalia, quæ communiter non ſunt mortalia: ſed regulariter ſolùm ſunt venialia, vt notat Nauar. *in Man. cap.* 23. *num.* 3. & patet ex primo omnium, quod à multis aſſignatur, inanis gloria, & communiter non eſt niſi venialis: ſed, quia poſſunt eſſe origo multorum mortalium, vt notat Tolet. *lib.* 8. *cap.* 2. & vnumquodque eorum ex ſuo genere poteſt eſſe mortale, ſi materia ſit grauis, & actus ſit perfectè deliberatus.

Quanquam præterea dici etiam poteſt huiuſmodi appellatio peccatorum mortalium ſolùm fuiſſe inducta errore vulgi, & abſolutè loquendo, non eſſe bona, vt ſubdit Tolet. *loco cit.* & ſumpta fuiſſe æquiuocatio à peccato capitali ſecundùm primam denominationem, & acceptionem capitis *ſuprà* explicatam ex S. Thom. *art.* 3. ſecundùm quam illud dicitur peccatum, aut vitium capitale, quod punitur pœna capitis, vt notat S.Thom. *art.* 3. *ad* 3. quia enim pœna capitis in corporalibus eadem eſt cum pœna mortis, facilè potuit ſumi æquiuocatio, & peccatum capitale dici vulgariter peccatum mortale.

Quod verò diximus, ſufficientiam numeri ſeptenarij pro vitiis, aut peccatis capitalibus rectè colligi ex ipſis finibus, qui poſſunt mouere appetitum, vel directè, & per ſe, vel etiam indirectè & per accidens, non debet intelligi de iis finibus, qui mouent ad alia ex ſola conditione ipſius peccantis, qui fortè ſic eſt diſpoſitus, vt multùm afficiatur ad vnum finem, & ex illo procedat, & moueatur ad plura alia; ſiquidem hæc conditio peccantis, cùm non contingat niſi per accidens, & ideò infinitis penè modis poſſit variari, non poteſt cadere ſub ſcientiam, vel ſub artem, vt ex illa poſſit colligi ſufficientia alicuius diuiſionis; ſed debet intelligi de iis finibus, qui ex naturali habitudine, & connexione, quam habent cum aliis, apti ſunt ex ſua natura mouere ad illa, & de facto ſic mouent, & vt in pluribus alia vitia, & peccata ex ipſis oriuntur, vt benè notat S.Thom. 1.2. *quæſt.* 84. *art.* 4. *cit. in corp.* & quia hi fines ex ſua natura ſic connexi cum aliis, ſeptem tantummodo ſunt; ideò & ex illis rectè colligitur ſeptenarius numerus, vt iam explicauimus.

DISPVT. IV.

Quibus modis contingat peccatum ſuperbiæ, & inanis gloriæ, quæ ponitur primum inter peccata, vel vitia capitalia.

1. *Superbia, propriè loquendo, non eſt ponenda, vt primum inter vitia capitalia.*
2. *Vana gloria, quo differat a ſuperbia.*
3. *Peccatum ſuperbiæ poteſt contingere quatuor modis.*
4. *Eſt peccatum mortale.*
5. *Non tamen contra fidem.*
6. *Quomodo peccatum ſuperbiæ ponatur in actu iudicij, cùm ſuperbia ſit in voluntate.*
7. *Pluribus aliis modis poteſt ex ſuperbia peccari mortaliter.*
8. *Quando contingat peccari venialiter ex ſuperbia.*
9. *Quid ſit vana gloria.*
10. *Fama, laus, honor, & gloria, quo differant.*
11. *Ex vana gloria contingit peccari tripliciter.*
12. *Quomodo contingat peccari mortaliter.*
13. *Gloriari de peccato mortali eſt peccatum mortale.*

14. *Gloriari de aliquo ad finem malum, mortaliter, eſt peccatum mortale.*

15. *Medicus, qui ex vana gloria non vult adhibere ſocium, quando debet, peccat mortaliter.*

16. *Quomodo contingat peccari venialiter ex vana gloria.*

17. *Bona opera quecunque ordinare ad vanam gloriam, non eſt niſi peccatum veniale.*

18. *Sacramentorum receptio, aut miniſtratio, propter vanam gloriam, eſt peccatum veniale.*

DE ſuperbia, aut vana gloria, quæ ponitur primùm inter vitia capitalia, legi poteſt S.Greg. *lib.*31.*Moral.c.*31. S.Thom.2.2. *q.*162.*art.*4.*&* *q.*8. *de malo,art.*2.3. *&* 4.Azor. *p.*1.*lib.*4. *à cap.*12. Tol. *lib.*8.*à cap.*3. Reginal. *in praxi fori pœnit.lib.*17.*cap.*21.Valen.2.2.*diſp.*9.*quæſt.*3.*puncto* 1.Nau.*in Manu. cap.*23 & alij.

1. *Superbia, propriè loquẽdo, non eſt ponenda, vt primũ, inter vitia capitalia.*

Primò autem eſt aduertendum, à S.Greg.*lib.*31.*Mor.c.*31.tanquàm primum inter vitia, aut peccata capitalia non poni ſuperbiam; ſed vanam gloriam: & ſuperbiam poni per ſe, quaſi ſupremam Reginam omnium vitiorum, & à qua oriantur, & principientur etiam illa, quæ dicuntur capitalia: ſi enim ſuperbia accipiatur, provt reperitur aliquo modo in omni peccato, ſaltem ſecundùm illum effectum, qui eſt non ſubdi Deo, eiúſque legi, & ſaltem interpretatiuè Deum contemnere, vt *ſuprà* explicauimus *diſp.* 2.*n.*1. omninò debuit non connumerari inter vitia, & peccata capitalia, vt notat S.Thom. *q.*8.*de malo, art.*1.*ad* 16. quia per hæc, illa intelliguntur, quæ cùm ſint in ſe ipſis peccatum aliquod ſpeciale, non autem aliquid commune, & generale in omnibus peccatis, vt eſt ſuperbia; tali modo accepta, ſunt principium plurium aliorum: ſi verò accipiatur, provt eſt ſpeciale peccatum, & dicit amorem inordinatum circa propriam excellentiam, vt circa obiectum proprium, & ſpecificum, neque etiam debuit inter hæc numerari, vt habet idem S.Thom.1.2.*q.*84.*art.*4.*ad* 4 *&* 2.2.*q.*132. *art.*4.*&* *q.*162.*art.*8. & ex illo Nau.*c.*23. *cit.n.*4. & alij communiter: quia etiam hoc modo eſt caput omnium, & propter vniuerſalitatem ſui imperij, poteſt ſecundùm ordinem intentionis eſſe initium etiam illorum, quæ dicuntur capitalia, vt ſimiliter *ſuprà* explicauimus *diſp* 2. *cit n.*1.& abſolutè per vitia, aut peccata capitalia illa ſolùm intelliguntur à S.Greg. quæ ſunt capita plurium, non autem omnium: vnde & comparantur particularibus ducibus, qui ducunt ac dirigunt certos milites; non autem Regi, aut Imperatori, qui ducit, ac dirigit totum exercitum. *Et ipſa,* inquit, *vitiorum Regina, ſuperbia, cùm deuictum plenè cor ceperit, mox illud ſeptem principalibus vitiis, quaſi quibuſdam ſuis ducibus, deuaſtandum tradit, ex quibus vitiorum multitudines oriuntur.* Et rectè, vt primum vitium ex

2. *Vana gloria quo differat à ſuperbia.*

capitalibus, ponit inanem gloriam, quæ in hoc diſtinguitur à ſuperbia, quòd ſit appetitus inordinatus excellentiæ manifeſtandæ; non autem excellentiæ quomodocunque, & ſecundùm ſe, vt notat S. Thom.2.2 *q.*132. *art.*1. *&* *q.*162. *art.*8. *cit.ad* 2. & ideò inordinatè appetit honorem, & gloriam, quæ communiter exhibentur in atteſtationem, & ſignum excellentiæ. Si quis tamen hunc ipſum appetitum inordinatum manifeſtandæ excellentiæ propriæ, appellet ſuperbiam, non erit quæſtio niſi de nomine, ſi ſuperbiam hoc modo acceptam contendat eſſe primum ex his vitiis capitalibus; & quia de facto ſic numeratur non modò à S.Iſidoro, & Caſſiano apud S.Thom. *art.*8.*cit.* & in Catholicis Catechiſmis communiter, non eſt, quòd talis locutio reprehendatur, & ſuperbia dicenda eſt, accipi non ſecundùm totam latitudinem, & rationem excellentiæ propriæ; ſed magis ſtrictè, provt ſolùm verſatur circa excellentiam manifeſtandam; & eſt idem cum vana gloria.

3. *Peccatũ ſuperbiæ poteſt contingere quatuor modis.*

Hoc autem poſito, quatuor ſunt modi, vel ſpecies, quibus poteſt contingere peccatum ſuperbiæ, vt notat S.Gregorius *lib.*31.*cap.*31. *citat.* S.Thom. 2.2.*quæſt.*162.*art.*4. Azor.*part.*1.*lib.*4 *cap.*12.*quæſt.* 6. Nauat. *in Manu. cap.* 23. *num.*7. Prima, ſi quis exiſtimet bonum, quod habet, ſe habere à ſe. Secundò, ſi credat id, quod deſuper datum eſt, ſe accepiſſe ex ſuis meritis. Tertiò, ſi quis iactet ſe habere id, quod non habet. Quartò denique, ſi deſpectis cæteris, velit videri, ſe habere ſingulariter id, quod habet. Propria enim excellentia, in cuius appetitu conſiſtit ſuperbia, quatuor modis poteſt appeti inordinatè: primò, quia inordinatio conſiſtat in bono ipſo, ex quo excellentia quæritur, vt, ſi quis iactet ſe habere id, quod non habet: deinde, quia conſiſtat in modo illud bonum habendi, vt, ſi quis putet bona naturæ, vel quæcunque, ſe habere à ſe ipſo, & non à Deo, ſeque ſibi eſſe cauſam illorum efficientem: vel certè ſi ipſe ſibi non eſt cauſa efficiens, eſſe ſaltem cauſam meritoriam, eáque ſe accepiſſe ex propriis meritis, & non ex libera, & gratuita Dei voluntate: vel denique putet, ſingulariter ſe illa accepiſſe, & aliis omnibus ſe ipſe præferat.

4. *Eſt peccatum mortale.*

Et quidem, ſi quis hæc omnia, vel eorum aliquod deliberatè & aduertenter, practicè, hîc, & nunc, & in particulari, putet eſſe verum; non eſt dubium, quin peccet mortaliter, cùm hoc neceſſariò includat contemptum Dei, & tollat ſubiectionem ad ipſum. Dixi autem, *hîc, & nunc,*

5. *Non tamen contra fidem.*

& in particulari; quia, ſi quis in vniuerſali, & quaſi ſpeculatiuè aſſereret, quòd bona, quæ habet, non habet effectiuè à Deo, ſed à ſe ipſo; peccaret contra fidem; contra quam tamen non peccat, ſi ſolùm practicè hîc, & nunc, de propriis bonis ita glorietur, ac ſi illa haberet ex ſe ipſo: ſicut enim, ſi quis diceret in vniuerſali, fornicationem eſſe bonam, erraret in fide; in qua tamen non errat, ſi ſtimulante concupiſcentia, & ſolùm practicè, hîc, & nunc, eam dicat eſſe bonam, & vt bonam illam appetat: ita etiam in caſu noſtro, vt notat S. Thom. 2.2.*quæſt.*162. *art.* 4. *citat. ad* 1. *&* *quæſt.* 8. *de malo, art.* 4. *ad* 1. *&* *quæſt.* 24. *de ver. art.* 2. &, vt *ſuprà* explicauimus *lib.* 2. *diſput.* 37. *num.* 12. tota hæc res in eo ſolùm conſiſtit, quòd ex vi paſſionis ſolùm actu conſideretur bonitas delectabilis, verbi gratia, quæ eſt in fornicatione, & hîc, & nunc iudicetur & eligatur, vt bona, non ſimpliciter, ſed ad finem, id eſt, ad explendam concupiſcentiam, imò nec iudicetur quidem, aut affirmetur, quaſi in actu ſignato eſſe bona; ſed ſolùm in actu exercito, & per actum facti ſtatim ponatur ipſa actio fornicaria, quæ ſe habet, vt concluſio in ſyllogiſmo practico, vt patet ex Ariſtotele 7. *Ethic. cap.* 3. quod idem etiam accidit in peccatis ſuperbiæ, in quibus ſimiliter, loco concluſionis ſyllogiſmi practici, eſt ipſe actus complacentiæ in bonis ſuis, in quibus ſuperbus ſic ſe magnificat, ac ſi ab alio non haberet, vt loquitur S.Thom. *in* 2.*diſt.*42.*quæſt.*2. *art* 2.*ad* 1.

6. *Quomodo peccatum ſuperbiæ ponatur in actu iudicij, cùm*

Ex quo etiam poteſt intelligi, quomodo peccatũ ſuperbiæ formaliter cõſtituatur in huiuſmodi actibus iudicij, qui pertinent ad intellectum; cùm tamen ſuperbia, propriè loquendo, ſit in voluntate: id enim non eſt, quia tales actus iudicij habeantur formaliter,

ſuperbia ſit in voluntate. ter,& in actu ſignato ab homine ſuperbo; ſed, quia habentur interpretatiuè,& quaſi in actu exercito;& ſuperbus ita ſibi complaceat, ſéque magnificet in bonis ſuis ex affectu ſuperbiæ,vt mens obſcurata ex tali affectu,non actu aduertat, & penetret, quod deberet;ſed ita ſe habeat, ac ſi iudicaret illa eſſe omninò propria,& haberi à ſe,& non à Deo.

7. *Pluribus aliis modis poteſt ex ſuperbia peccari mortaliter.* Addi poteſt ex Azor. *lib.4. c.12.cit.q.5.* & Tolet. *lib.8.c.4.* tunc etiam peccari mortaliter ex ſuperbia, quando quis appetit propriam excellentiam immeritam,aut meritis ſuis maiorem,aut malis artibus,& contra ius, fáſque, & eſt paratus potiùs tranſgredi legem Dei, quàm cadere à ſua excellentia; aut illam quærit cum graui damno aliorum,eos inhonorando, v.g.aut infamando; aut quærit ex re falſa,aut mala, vel relata in malum finem. Et tunc peccari venialiter, quando res, ex qua excellentiam quærimus, eſt parui momenti, vel actus ſuperbiæ non eſt plenè & perfectè deliberatus.

8. *Quando contingat peccari venialiter ex ſuperbia.*

9. *Quid ſit vana gloria.* Circa inanem verò, aut vanam gloriam hæc poſſunt notari ex S.Thom. 2.2.*q.*132. *& q.9. de malo.* Primò, nihil eſt aliud, niſi appetitus inordinatus gloriæ,vel manifeſtationis propriæ excellentiæ,cum laude multorum:& in hoc differt à ſuperbia, vt iam indicauimus, quòd illa ſit appetitus inordinatus excellentiæ ſimpliciter,& quomodocunque; hæc verò ſit appetitus inordinatus manifeſtandi huiuſmodi excellentiam:vt enim notat Nauar. *c.23.n.9.*& Tol. *lib.8.cap.6.*hoc eſt diſcriminis inter famam,laudem, honorem, & gloriam, quòd fama ſit bona opinio,

10. *Fama, laus, honor,& gloria, quo differant.* quæ habetur de aliquo, ſicut è contrà mala opinio eſt infamia; laus ſit ſermo manifeſtans excellentiam; honor ſit reuerentia alicui exhibita in ſignum excellentiæ; gloria denique ſit fama ſimul cum laude:& ideò appetitus gloriæ nihil eſt aliud,niſi appetitus, vt excellentia, quam aliquis habet, manifeſtetur pluribus,& approbetur.

11. *Ex vana gloria contingit peccari tripliciter.* Secundò, hic appetitus, ſecundùm ſe, non dicit aliquid vitioſum, vt notat S.Thom. *locis cit.art.*1. cùm *Matth.*5. dicatur: *Luceat lux veſtra coram hominibus.* Sed tunc ſolùm eſt malus,quando eſt appetitus gloriæ inanis, & vanæ. Et ex eodem S.Thom. *ibidem*, poteſt tripliciter contingere, id eſt, vel ex parte rei,de qua quis quærit gloriam, vt,v.g ſi reuerà non ſit digna gloria;vel ex parte eius, à quo quærit,vt,v.g. ſi quærat ab homine, cuius iudicium non eſt certum; vel denique ex parte eius, qui quærit,vt v.g. ſi gloriam non referat in debitum finem,qui eſt Dei honor,vel ſalus proximi.

12. *Quomodo contingat peccari mortaliter.* Tertiò, hic appetitus ex S.Thom. *art.*3. tunc eſt peccatum mortale, quando contrariatur charitati Dei: ídque poteſt contingere dupliciter. Primò, ratione materiæ, de qua quis gloriatur, vt,v.g.ſi glorietur de aliquo falſo, quod contrarietur diuinæ reuerentiæ, quale eſt illud Ezech.28. *Eleuatum eſt cor tuum,& dixiſti: Deus ego ſum.*& illud 1.Cor.4. *Quid habes,quod non accepiſti? ſi autem accepiſti, quid gloriaris,quaſi non acceperis?* Vel,ſi bonum temporale,de quo gloriatur,præferat Deo, contra illud Ier.9 *Non glorietur ſapiens in ſapientia ſua, nec fortis in fortitudine ſua, nec diues in diuitiis ſuis; ſed in hoc glorietur, qui gloriatur; ſcire, & noſſe me.* Vel denique, ſi teſtimonium hominum præferat teſtimonio Dei, iuxta illud Ioan. 12. *Qui dilexerunt magis gloriam hominum, quàm Dei.* Secundò,poteſt contingere, vt peccetur mortaliter ex parte ipſius gloriantis, qui intentionem ſuam refert ad gloriam, tanquàm ad vltimum finem, & ad illam refert etiam opera virtutum, & propter illam non prætermittit facere, quæ ſunt contra Deum.

13. Atque ex primo capite peccat mortaliter, qui quærit gloriam de peccato mortali, & Dei offenſa: quia hoc ipſo complacet ſibi in illo, vt in re digna gloria:& certum eſt, quòd complacentia de mortali, ſemper eſt mortalis;ſicut & complacentia de veniali,eſt venialis, vt notat Sanchez *lib.1.in Decal.c.3.n.4.*& dicemus *diſput.ſequent.* *Gloria de peccato mortali eſt peccatum mortale.*

14. *Gloriari de aliquo ad finem malum mortaliter, eſt peccatum mortale.* Ex ſecundo verò capite peccat mortaliter, qui quærit gloriam ob malum finem: vt, v.g.qui de aliquo facto laudari appetit,vt conſequatur finẽ carnalem fornicationis, vel ex appetitu gloriæ paratus eſt tranſgredi aliquod præceptum,vt,ſi Medicus,v.g.ne laudem populi amittat, nolit in morbo periculoſo, quem ipſe non benè capit, ſocium adhibere;vel nolit fateri, ſe eſſe inſufficientem ad multos morbos curandos,vt notat Tolet.*lib.8.cit.cap.*7.

15. *Medicus, qui ex vana gloria non vult adhibere ſocium, quando debet; peccat mortaliter.*

16. *Quomodo contingat peccare venialiter ex vana gloria.* Si verò appetitus gloriæ non repugnet charitati Dei,modo explicato,ſolùm eſt peccatũ veniale,etiãſi gloria,quæ appetitur,ſit alioqui vana,vt ſi quis propter vanam gloriá ieiunet,oret,Sacramenta recipiat, vel miniſtret,Sacrum faciat:quamuis enim hæc,& ſimilia principaliter faciat propter vanam gloriam; dummodo tamen in hac vana gloria non conſtituat finem,vt loquitur S.Thom.2.2.*q.*132.*art.*3 non peccat niſi venialiter, & iniuria, quam facit huiuſmodi

17. *Bona opera quæcunque ordinare ad vanam gloriam, non eſt niſi peccatũ veniale.* rebus,aut actibus ſacris, & virtuoſis,eos ordinando, & referendo ad finem vanum & leuiſſimum, qui eſt propria gloria,non autem ad honeſtatem,& bonum virtutis,ſolùm eſt iniuria venialis,& parui momẽti; non autem digna inimicitia Dei,& pœna æterna,vt notat Sanch.*lib.1.in Decal.c.4.n.1.pag.mihi* 10 *col.*2. *in fin* ex Sylu.*verb. vana gloria.q.2.in fin.* Nau.*c.*23. *n.*13.*verſ.4.peccat.* Henriq. *lib.4 de pœnit.c.36.n.4 in comm. litera L,& R*, quicquid dicat Abulen.*in c.6. Matth.q.3.& 55.* & Aug.*verb. vana gloria,num.*1.&

18. *Sacramentorum receptio, aut miniſtratio, propter vanam gloriam eſt peccatum veniale.* apud Sanch.*ibid.* quia, ſcilicet,propria gloria in tali caſu,non tam intenditur, vt finis ipſorum Sacramẽtorum,quàm vt finis ſuſcipientis Sacramenta: & reuerà ipſa ſuſceptio ordinatur ad gloriam;non autem ipſa Sacramenta, quæ relinquuntur in ſua ordinatione intrinſeca, propter quam ſunt primò facta, & inſtituta à Chriſto.

DISPVT. V.

De iactantia, nouitatum præſumptione, & hypocriſi,quæ oriuntur ex vana gloria, & primo loco numerantur,vt eius filiæ.

1. *Filiæ vanæ gloriæ, & vitia, quæ ex illa oriuntur, ſunt ſeptem.*
2. *Quibus modis contingat peccari mortaliter ex iactantia.*
3. *Iactantia de re bona, per ſe loquendo, non eſt peccatum mortale.*
4. *Poteſt tamen ex accidente eſſe mortale.*
5. *Si ex iactantia de re bona, ſed falſa, ſequatur damnum proximo,eſt reſtituendum,& compenſandum de iuſtitia.*
6. *Si quis falſò laudetur, & cum periculo damni aliorum, tenetur contradicere ſuo laudatori ſub peccato mortali.*
7. *Qui iactat ſe, vel alterum de re mala,peccat venialiter, aut mortaliter, pro leuitate,aut grauitate ipſius rei.*
8. *Si cum iactantia de re mala coniungatur actus gaudij,vel complacentiæ,eſt duplex peccatum.*
9. *Quando iactantia eſt cum graui nocumento proximi,eſt peccatum mortale.*

10. *Cum peccato iactantia ſæpè coniungitur peccatum ſcandali.*
11. *Qui alium vituperat ob vindictam non ſumptam, vel ob malum non patratum, peccat mortaliter.*
12. *Qui audit iactantiam de re mala mortaliter, quomodo peccet.*
13. *Nouitatum præſumptio, aut inuentio, vel cupiditas, quando ſit peccatum mortale.*
14. *Si quis ſe veſtiat adeò tenui veſte, vt pudenda per illam traluceant, peccat mortaliter.*
15. *Fœmina, ſi abſque mala intentione oſtentet nudum pectus, non peccat mortaliter.*
16. *Conſuetudo, ſi eſt alicubi, vt viri, & fœminæ ſe oſculentur, non eſt improbanda.*
17. *Conſuetudo, vt fœminæ oſtentent pectora, non eſt de nouo inducenda.*
18. *Inducere in ciuitatem nouos habitus, quomodo poſſit eſſe peccatum mortale.*
19. *Monialis, ſi ex animi leuitate nimis ſe ornet, quomodo peccet.*
20. *Nouitas ludorum turpium, aut qui inferunt graue damnum in re familiari, eſt mortalis.*
21. *Nouitas doctrinæ quando ſit peccatum mortale.*
22. *Hypocriſis ſemper eſt peccatum.*
23. *Quando ſit peccatum mortale.*
24. *Quare in Scriptura dicatur hypocriſis excludere à regno cœlorum.*
25. *Etiam ſimulare improbitatem eſt peccatum, & poteſt eſſe mortale.*
26. *Æquiuocatio, etiam factis exhibita, poteſt eſſe licita.*
27. *Quomodo Sancti aliquando ſimulauerint improbitatem.*

1. *Filiæ vanæ gloriæ, & vitia, quæ ex illa oriuntur, ſunt ſeptem.*

VITIA, & peccata, quæ oriuntur ex vnoquoque vitio capitali, appellantur à S.Greg. illius vitij filiæ, & pro vana gloria aſſignantur omninò ſeptem; id eſt, iactantia, nouitatum præſumptio, hypocriſis, pertinacia, diſcordia, cõtentio, inobedientia: vt enim rectè ratiocinatur S. Thom. 2.2. *q.132.art.5.* ſi quis appetat directè manifeſtare ſuam excellentiam, oſtẽdẽdo, ſcilicet, ſe eſſe maiorem aliis, dupliciter poteſt id facere, id eſt, verbis, & factis; & ſi verba nihil contineant noui, & admirationis, erit ſolùm iactantia; ſi verò contineant aliquid nouæ excellentiæ, ex qua admiratio aliorum captanda ſit, erit præſumptio nouitatum: & ſi excellentiam directè factia manifeſtet, talem, ſcilicet, factis ipſis ſe oſtendendo, qualis verè non eſt, erit hypocriſis, dummodo ſimiliter facta huiuſmodi nihil contineant nouitatis ad captandã admirationem: quia tunc potiùs eſſet nouitatum præſumptio, quæ ſimiliter poteſt committi etiam factis. Si verò appetat quis ſolùm indirectè manifeſtare ſuã excellentiam, oſtendendo, ſcilicet, ſe non eſſe minorẽ aliis, poteſt id facere quadrupliciter: primò, quoad intellectum, per pertinaciam nimis adhærendo ſuæ ſententiæ, & nolens credere meliori: ſecundò, quoad voluntatem, per diſcordiam nolens diſcedere à ſua voluntate, vt concordet cum aliis: tertiò, quoad locutionem clamosè contra alium litigando per contentionem: quartò denique, quoad factum, nolendo per inobedientiam exequi voluntatem, & præceptum ſuperioris, ne ea ratione ſe fateatur inferiorem.

2. *Quibus modis contingat peccari mortaliter ex iactantia.*

Vt ergo *præſenti diſputat.* de illis agamus, quæ verſantur circa propriam excellentiam directè manifeſtandam, ex S.Thom. 2.2.*q.112.art.2.* tunc iactãtia eſt peccatum mortale, quando contrariatur charitati: vt, ſi quia, dum ſe iactat, dicat aliquid contra gloriam Dei, iuxta illud *Ezech.*28. in perſona Regis Tyri: *Eleuatum eſt cor tuum. Dixiſti: Deus ego ſum.* vel faciat aliquid contra charitatem proximi, prorumpendo in contumelias contra aliquem, iuxta illud *Lucæ* 18. de Phariſæo: *Non ſum, ſicut cæteri hominum, raptores, iniuſti, adulteri, velut etiam hic publicanus.* vel denique, ſi quis ſe iactet ex malo fine, qui ſit peccatum mortale; vel de re, quæ ſit mala mortaliter, vel cum notabili damno proximi: vt, ſi quis ſe iactet, v.g. magnum Medicum, aut Aduocatum, cùm reuerà talis non ſit; & ideò multi ad ipſum confluentes graue damnum patiantur, vt notat Tolet. *lib.*8. *cap.*8. & Nauar. *cap.*23.*num.*16.

Verùm, vt clariùs, & diſtinctiùs explicẽtur modi, quibus poteſt peccari mortaliter per iactantiã, multa poſſunt conſiderari. Primò enim poteſt conſiderari materia, de qua eſt iactantia: vt, v.g. ſi ſit de re bona, aut mala, vera, aut falſa. Secundò, poteſt conſiderari perſona, circa quam eſt: vt, v.g. ſi quis iactet ſe ipſum de aliquo bono, aut malo, vero, vel falſo, vel iactet aliquem alium. Tertiò, poteſt conſiderari nocumentum, quod ex iactantia aptum eſt conſequi: vt, v.g. ſi quis ſe, vel alterũ iactet de fornicatione, & aliis, qui audiunt, ſcãdalo ſit, iiſque præbeat occaſionẽ cõſentiẽdi in idem peccatũ; vel iactet ſe de magna peritia artis medendi, quam verè non habet, & aliis damnũ inferat in vita, aut valetudine. Quartò denique, poſſunt cõſiderari illi, qui audiunt talẽ iactantiã: vt, v.g. ſi approbent etiã ipſi, vt rem dignã laude, vel admirentur, & ſuſpiciant rem illam malã, de qua eſt iactãtia.

3. *Iactantia de re bona, per ſe loquendo, non eſt peccatum mortale.*

Et quidem, quãtùm attinet ad materiam, ſi quis ſe iactet de re bona, vt, v.g. quòd oret, quòd ieiunet; per ſe loquendo, non peccat mortaliter, vt *ſuprà* diximus de vana gloria *diſp. præced. n.*17. quia iniuria, quam facit actibus bonis, quærendo ex illis inordinatã manifeſtationem propriæ excellentiæ, non eſt niſi leuis. Dixi autẽ, *per ſe loquendo*: quia, ſi contingat rem huiuſmodi bonã, de qua eſt iactantia, eſſe falſam, & per iactantiam perſuaderi, vt veram, & inde graue damnum contingere aliis, non eſt negandum, quòd talis iactantia ſit peccatum mortale, vt notat Sanch. *lib.*1. *in Decal. c.*3.*n.*2. ex S.Th. 2.2.*q.*112.*cit. art.*2. Caiet. *ibid. & in Summa, c.*23.*n.*13. Leſſ. *lib.*2. *de iuſt. c.*47.*n.*42. & aliis: vt, v.g. in caſu poſito, ſi quis ſe iactet magnum Medicum, cùm talis non ſit; vel magnum Cõfeſſarium, aut magnum Theologum, aut Doctorem, multóſque libros dicat ſe edidiſſe, & ſic obtineat Cathedram, cùm reuerà nullos ediderit. Et non eſt dubium, quòd teneatur compẽſare huiuſmodi dãna, vt cauſata per dolum, & contra iuſtitiam, vt notat Sanch. *ibid.* Imò, qui aduertit, ſe falsò laudari, & iactari ab aliquo alio, & inde ſequi periculum damni notabilis aliorum, omninò tenetur contradicere, & ſe opponere, quantùm ſufficit, vt damnum impediat, ne ſequatur; & alioqui peccat mortaliter, vt notat Nau. *c.*23.*n.*13.*cit.* & Sanc. *lib.*1.*c.*3.*cit. n.*3. Quãquam, ſi ex iactantia, quam alius facit de ipſo, nõ immineat aliis damnum, licitè poteſt quis tacere, & non contradicere, dum falsò laudatur; non quidem quia delectetur, quòd falſæ ſint illæ laudes, aut de ſe proferantur; ſed, quia fortè ſuo ſtatui ſunt conuenientes, ne alioqui, detectis propriis vitiis, ſit aliis ſcandalo, & malo exemplo, vt ſubdit Sanchez *ibidem*.

4. *Poteſt tamen ex accidente eſſe mortale.*

5. *Si ex iactantia de re bona, ſed falſa, ſequatur damnũ proximo, eſt reſtituendum, & compẽſandum de iuſtitia.*

6. *Si quis falsò laudetur, & cum periculo damni aliorum, tenetur contradicere ſuo laudatori ſub peccato mortali.*

7. *Qui iactat ſe, vel alterũ, de re mala, peccat venialiter, aut mortaliter, pro leuitate, aut grauitate ipſius rei.*

Quantùm verò eſt ex parte perſonæ, circa quam eſt iactantia, ſiue quis iactet ſe, ſiue alium de re mala, peccat ſolùm venialiter, quando res illa eſt venialiter mala; & peccat mortaliter, quando eſt mala mortaliter: quia ſemper in tali iactantia includitur approbatio, & complacentia circa rem illam; & talis approbatio, aut cõplacentia de re mala ſumit grauitatẽ, aut leuitatem ex grauitate, aut leuitate ſuæ materiæ, vt notat Caiet. 2.2.*q.*132. *art.*3. *& in Summa, verb. iactãtia, & verbo, inanis gloria.* Nau. *c.*23.*n.*13.*cit.* Sanc. *lib.*1. *in Decal. c.*3.*cit. n.*4. & 6. & alij apud ipſum.

Idque

Google

8. *Si cũ iactãtia de re mala coniungatur actus gaudij, vel complacẽtiæ, eſt duplex peccatum.*

Idque eſt verum, ſiue res illa, de qua eſt iactantia, ſit vera, ſiue falſa: & ſi cum iactantia etiam contingat actus gaudij, & complacentiæ, ſemper eſt duplex peccatum, id eſt, iactantiæ, & complacentiæ; & tanquàm duplex eſt confitendum, vt ſubdit Sanch. *n.5.* quanquam magis communiter id contingat, quando iactantia eſt de re vera, non autem eſt de re falſa.

Sed prætereà benè debet aduerti, vt iactantia verè ſit de re ipſa mala, non autem ſolùm narretur res mala ad declarandam dexteritatem, aut vires corporis, vel artem, aut aliquid huiuſmodi, vt notat Leſſ. *lib. 2.c.47.n.42.* & Sanc. *lib. 1.c.3.cit.n.4.* & 12. tunc enim nõ erit mortale, niſi ſit periculũ cõplacentiæ, & gaudij in ſe, vel in alio, etiã de re ipſa mala, vt iidẽ notãt.

9. *Quando iactantia eſt cũ graui nocumento proximi, eſt peccatum mortale.*

Similiter, quantùm eſt ex parte nocumenti, quod ſequitur ex iactantia, non eſt dubium, quòd poteſt peccari mortaliter, ſi tale nocumentum ſit graue, vt patet in exemplis allatis, ſi quis ſe iactet magnum Medicum, magnum Confeſſarium, magnũ Doctorẽ.

10. *Cum peccato iactantia ſæpè cõiungitur peccatũ ſcandali.*

Et ſpecialiter in peccato iactantiæ eſt aduertendũ ad peccatum ſcandali: vt, ſi quis iactet ſe de vindicta ſumpta pro alio, & iactet ſe coram illo ipſo, pro quo eſt ſumpta, vel corã eius cõſanguineis, eiſque tribuat occaſionẽ cõplacentiæ, & gaudij; vel iactet ſe de fornicatione, & alios ad illã inducat. Et idem eſt, ſi quis

11. *Qui aliũ vituperat ob vindictam nõ ſumptam, vel ob malum nõ patratũ, peccat mortaliter.*

contraria ratione alium vituperet ob prætermiſſam occaſionẽ vindictæ, aut fornicationis, eúmque appellet parui animi, aut alio modo dicteriis, aut cõuiciis proſequatur: non ſolùm enim huiuſmodi vituperationes continent approbationem peccati omiſſi; ſed etiam præbent occaſionem volendi in poſterũ illud cõmittere, & non ampliùs prætermittendi, vt notat Sanch. *c.3.cit.n.7.8.* & *9.* Et ſi peccatum, cuius omiſſio vituperatur, & ad quod non ampliùs omittendum datur, occaſio, ſit contra iuſtitiam, etiam inducet obligationem reſtituendi, vt notat S. Anton. *2.p. tit.1.c.12.§.12.* & alij apud Sanchez *n.9.cit.*

12. *Quĩ audit iactãtiam de re mala mortaliter, quomodo peccet.*

Denique ex parte eorum, qui audiunt iactantiã de re mala, peccat mortaliter is, qui laudatur de re mala mortaliter, ſi, dum audit, laudes acceptet, & in illis ſibi complaceat; vel ſi tacendo præbeat aliis periculũ ſcandali: & qui audiunt huiuſmodi laudes alicuius alterius, ſimiliter peccant mortaliter, ſi illas approbent, & rem malam ſuſpiciãt, & admirentur, vt laude dignam: quia ſemper hæc approbatio rei malæ eſt mala, & mortalis, ſi res ſit mala mortaliter, vt ſubdit Sanchez *lib.1.in Decal.c.3.cit.n.10.* & 11.

13. *Nouitatum præſumptio, aut inuentio, vel cupiditas, quando ſit peccatum mortale.*

Secundò, præſumptio nouitatum, quæ ab aliquibus etiam appellatur inuentio, aut cupiditas nouitatum, vel rerum nouarum, tunc eſt peccatũ mortale, quando peculiariter eſt contra Dei honorem, vel cedit in graue damnum proximi, aut eſt propter finem mortalem, vt notat Azor. *p.1.lib.4.c.13.q.5.* Tol. *lib. 8.c.13.* & Nau. *c.23.n.17.* & tunc eſt peccatum veniale, quando caret his circunſtantiis, & ſolùm eſt de re vana, inutili, & leui. Et per illam peccant, qui ex tali appetitu excellentiæ manifeſtandæ, nouas opiniones inducunt in ſcholas, vel in ciuitates noua genera epularum, ludorum, veſtium, ſpectaculorum, & ex huiuſmodi nouitatum natura, qualitate, & circunſtantiis, ſemper eſt menſuranda grauitas culpæ.

14. *Si quis ſe veſtiat adeò tenui veſte, vt pudenda per illam traluceant, peccat mortaliter.*

Atque hoc modo, ſi quis ſe veſtiat adeò tenui veſte, vt pudenda traluceant, mortaliter peccat, ſiue ſit vir, ſiue fœmina, ex Caiet. *2.2.q.169.art.2. ad 1.dubium*, & ex Nau. *c.14 n.36.verſ.5.* & *c.23.n.19.in fin.* & Sanchez *lib.9. de matr. diſp.46. n.25.* quia huiuſmodi ſeminuditas notabiliter prouocat ad luxuriam omnes, qui vident.

15. *Fœmina, ſi abſque mala intentione oſtentet nudũ pectus, nõ peccat mortaliter.*

Secùs verò, ſi fœmina, ad candorem, & pulchritudinem oſtendendam, & abſque alia mala intentione mortali, oſtentet pectus nudum: neque enim pectus

numeratur inter pudenda, neque ex ſe eſt prouocatiuum ad libidinem; præſertim vbi eſt conſuetudo, vt mulieres oſtentent nuda pectora, vt notat Caiet & Nau. *ibid.* Et ſicut non improbatur conſuetudo, quæ

16. *Conſuetudo, ſi eſt alicubi, vt viri, & fœmina ſe oſculentur, nõ eſt improbãda.*

viget in aliquibus locis, vt viri, & fœminæ ſe inuicẽ oſculentur: ita nec eſt improbãda, vt mulieres oſtentent pectora. Vbi tamen conſuetudo non eſt, vt mulieres ſic incedant, nullo modo eſt inducẽda: quia ex rei ipſius nouitate facilè iuuenes inducerẽtur ad luxuriam; & quod non eſt ex ſe turpe, aut impudicum,

17. *Conſuetudo, vt fœminæ oſtentent pectora, non eſt de nouo inducenda.*

neque tale cõmuniter reputatur in vno loco, poteſt tale videri, aut communiter reputari in alio loco, vt ſubdit Caiet. *ibid.* & patet manifeſtè in Braſilia, vbi tam viri, quàm fœminæ nudæ incedũt; nec tamẽ nuditas turpis eſt: & in vſu earum caligarum, quæ ex parte anteriore ſunt figuratæ in formam membri virilis; nec tamen in iis locis, vbi conſueuerunt geſtari, cenſentur turpes, vt etiam notat *ibid.* Caiet.

18. *Inducere in ciuitatẽ nouos habitus, quomodo poſſit eſſe peccatum mortale.*

Similiter ex hoc capite per præſumptionem, aut inuentionẽ nouitatum, grauiter peccat contra charitatem proximi, qui contra cõmunem conſuetudinem inducit nouos habitus, & præuidet, quòd moralẽ neceſſitatem aliis imponit ſuo exemplo, vt ſumptus faciant ſupra vires, & poſteà creditoribus non ſatisfaciant, vel alimenta eis non præbeant, quibus debent, vt notat Caiet. *art.2.cit. ad 2.dubium*: ſecùs verò, ſi animaduerteret plures eſſe in ciuitate, qui poſſũt ſine incõmodo ſumptus facere: quod enim illos facerent etiã aliqui alij, qui non poſſunt, ſibi deberẽt imputare; non autem primis, qui nouos habitus induxerũt, nõ pro ipſis, ſed ſolùm pro ditioribus, & ſui ſimilibus.

19. *Monialis, ſi ex animi leuitate nimis ſe ornet, quomodo peccet.*

Si quis verò ſolùm ex animi leuitate, & ex vanitate nouitatem inducat in ſe ornando, non ex intentione mortaliter praua; ſed ſolùm ad oſtentandã pulchritudinem, v.g. & elegantem corporis habitudinẽ; non peccaret, niſi venialiter, etiamſi eſſet Religioſus, aut Monialis, vt notat Nauar. *c.23.n.18* quia id totũ non eſt contra charitatem Dei, vel proximi, etiamſi abſolutè ſit contra virtutẽ: ſicut & prodigalitas eandem ob cauſam non eſt mortalis, etiamſi ſit contra liberalitatem. Si tamẽ Monialis ſic ornata oſtenderet ſe ſæcularibus, & illi ex nouitate talis ornatus grauiter prouocarẽtur ad libidinẽ; non videretur excuſanda à peccato mortali, iſque ornatus ex hac circũſtantia eſſet notabiliter contra charitatem proximi.

20. *Nouitas ludorũ turpiũ, aut qui inferunt graue damnũ in re familiari, eſt mortalis.*

Eadem ratione videtur menſuranda, & explicanda grauitas culpæ in nouitate ludorum: ſi enim ludus ſit ex ſe turpis, aut prouocatiuus ad libidinẽ, vt ſunt illi, qui conſummantur oſculis, aut tactibus impudicis; vel inferat graue damnum in re familiari, vt quando in Bacchanalibus expenduntur multa millia aureorum, & poſteà non poteſt ali familia, aut reddi creditoribus ſuum; non eſt dubium, quòd ſit mortalis, vt *ſuprà* diximus ex Nauar. *c.23.num.19* de nouitate veſtium ad vanitatem ornatus.

21. *Nouitas doctrinæ quãdo ſit peccatum mortale.*

Et denique idem eſt de nouitate doctrinæ, ſi ſit periculoſa contra fidem, aut bonos mores; ſi ſit in præiudicium boni nominis alicuius Vniuerſitatis, aut Communitatis; & quæ habuit, v.g. bonum nomen, quoad ſecuritatem, & bonitatem doctrinæ, incipiat illud amittere propter nouitatem, & leuitatem: prout enim hæc nouitas fuerit, vel non fuerit ex his capitibus contra charitatem Dei, vel proximi, erit, vel non erit talis nouitas peccatum mortale.

22. *Hypocriſis ſemper eſt peccatum.*

Tertiò, hypocriſis, qua aliquis factis ipſis ſe talem oſtendit, qualis verè non eſt, ex S. Thom. *2.2 q.111. art 1.* & *3.* ſemper eſt peccatum: quia eſt mendacium quoddã, non quidem in ſignis verborũ, ſed in ſignis factorũ conſiſtens: & quemadmodum mendacium, etiam bono fine prolatum, eſt intrinſecè malum, & peccatum, ſaltem veniale: ita & hypocriſis, vt

notat S.Thom.& Caiet.2.2.*queſt.*111.*cit.art.*1.& ex illo Tol. *lib* 8.*c.*9.*n.*3.vt, ſi quis, v.g.per hypocriſim ſimulet probitatem,ne alios ſcandalizet.

23. *Quando ſit peccatū mortale.* Tunc autem eſt peccatum mortale ex eodem S. Thom.*ibidem, art.*4.quando non ſolùm includit voluntatem ſimulandi ſanctitatem, quæ fortè non habetur;ſed etiam voluntatem illam non habendi:nemo enim priuatur totaliter ſanctitate niſi per peccatum mortale; ſicut certè priuatur, qui poſitiuè vult illam non habere. Si verò hypocriſis non includat huiuſmodi voluntatem, tunc ſolùm eſt peccatum mortale talis voluntas ſimulandi ſanctitatem, quando eſt propter finem, qui repugnat charitati Dei,vel proximi: vt, ſi quis, v.g. ad eum finem ſimulet ſanctitatem, vt falſam doctrinam diſſeminet, vel adipiſcatur eccleſiaſticā dignitatē, qua verè eſt indignus.

24. *Quare in Scriptura dicatur hypocriſis excludere à regno cœlorum.* Et rectè monet S.Th.*art.*4.*cit.*& Caiet.*art.*1.quòd hypocriſis in ſacra Scriptura communiter accipitur, prout includit non ſolùm ſimulationem ſanctitatis; ſed etiam voluntatium illius defectum:vt,quando ad vtrunque fertur intentio, & aliquis ſimul intendit, v.g.ſanctus apparere, & ſanctus non eſſe, & ideò abſolutè dicitur eſſe peccatum mortale, & excludere à viſione Dei, vt Iob 13. *Non veniet in conſpectu eius omnis hypocrita.* Si tamen hæc duo ab inuicem ſeparentur, & aliquis ſolùm intendat apparere ſanctus; non autem ſimul intendat nō eſſe ſanctus;rectè ſubdit S.Thom. quòd tunc ſolùm talis hypocriſis eſt peccatum mortale,quando ordinatur ad finem mortalem,& qui ſit contra charitatem Dei, vel proximi.

25. *Etiam ſimulare improbitatē eſt peccatum,& poteſt eſſe mortale.* Et quod dicimus de ſimulatione ſanctitatis, idem etiam eſt de ſimulatione improbitatis: ſi quis enim ſimulet ſe eſſe malum, non per opera, quæ verè ſint mala, (in quo caſu non eſſet dicendus ſimulare malitiā;ſed verè illā habere,& exercere, vel facere;)ſed per opera, quæ ſolùm habeant ſpeciem mali,& mala non ſint;omninò peccat;tum ratione mēdacij, quod committit,talem ſignificando ſe eſſe per ſigna exteriorum factorum,qualis verè non eſt; tum verò etiā ratione ſcandali,quod aliis præbet,vt patet ex S.Th. 2.2.*q.*111.*cit.art.*1.*ad* 3.& grauitas iſtius peccati ſimiliter eſt menſurāda ex grauitate talis mendacij,& ſcandali;vel ex fine,ad quem ordinatur talis ſimulatio improbitatis,vt patet ex S.Thom.*ar.*3.ex Ariſt.4. *Ethic.c.*7. vbi tractat de veracitate,& eius extremis.

26. *Æquiuocatio etiam factis exhibita poteſt eſſe licita.* Sed in hac re illud etiam eſt aduertendum, poſſe accidere in hypocriſi, aut mendacio,quod fit factis, quod etiam accidit in mendacio magis propriè dicto,quod fit verbis: ſicut enim aliud eſt, quòd quis loquatur contra mentem, & intendat non conformare verba menti,quod propriè eſt mentiri;& aliud, quòd loquatur ſecundùm mentem;ſed præbeat aliis occaſionem,ambiguitate, vel æquiuocatione verborum, ſuam mentem non aſſequendi: ita & aliud eſt, quòd quis operetur ad oſtendendum ſe eſſe alium, quàm verè ſit;& aliud,quòd operetur præbendo aliis occaſionem exiſtimandi, quòd alius ſit. Et quemadmodum æquiuocatio facta verbis, in certis caſibus poteſt eſſe licita;ita & æquiuocatio facta factis.

27. *Quomodo factis aliquādo ſimulauerint improbitatem.* Et hoc modo Chriſtus Dominus *Lucæ vlt.* finxit ſe longiùs ire, componendo, ſcilicet, ſuum motum quaſi ad iter longiùs proſequendum: & S.Ambroſ. dicitur, fœminas introduxiſſe in ſuum cubiculum; idque egiſſe,(quod alioqui ex ſe non erat malum;ſed poterat aliis dare occaſionem ſuſpicandi, aut credēdi malum,)vt ipſe ea ratione non eligeretur in Epiſcopum:neque enim intendit per hoc factum ſignificare falſam ſuam incontinentiam, & prauitatem, quæ fuiſſet vera ſimulatio, & mendacium facto cōmiſſum;& per conſequens intrinſecè malum,& peccatum; ſed ſolùm intendit factum illud quaſi materiale,illúdque permiſit ab aliis accipi tanquàm ſignū ſuæ falſæ incontinentiæ, & prauitatis; cùm tamen reuerà ex ſua natura,vel ex intentione facientis,tale non eſſet,quod ſatis eſt ad illud excuſandum a malitia ſimulationis, & mendacij, vt patet ex Caiet.2.2. *quæſt.*111.*art.*1.*initio.*

DISPVT. VI.

De pertinacia,diſcordia, contentione,& inobedientia,quæ ſunt aliæ filiæ vanæ gloriæ.

1. *Pertinacia in quo conſiſtat, & quomodo poſſit eſſe peccatum mortale.*
2. *Diſcordia quando ſit peccatum mortale.*
3. *Contentio quando poſſit eſſe peccatum mortale.*
4. *Inobedientia quando ſit peccatum mortale.*
5. *Inobedientia formalis, & quæ includit contemptum, ſemper eſt peccatum mortale.*
6. *Inobedientia ſolùm materialis, & quæ non includit contemptum,quando ſit mortalis.*
7. *Secundùm aliquos inobedientia formalis, quando eſt de re leui,eſt ſolùm peccatum veniale.*
8. *Quomodo id poſſit admitti.*
9. *Contemptus ſimpliciter ſemper eſt peccatum mortale: contemptus verò ſecundùm quid, poteſt etiam eſſe peccatum veniale.*
10. *Contemptus executionis præcepti pro hîc, & nunc, poteſt eſſe ſolùm venialis.*
11. *Contemptus Dei, vel eius mandati, ſemper videtur contemptus formalis, & peccatum mortale.*
12. *Inobedientia ex indignatione erga Superiorem, eſt ſolùm venialis.*

Pertinacia eſt primum ex illis aliis vitiis, quæ ideò dicuntur oriri ex vana gloria, & aſſignantur à S.Greg. vt eius filiæ,quia faciūt ad indirectè manifeſtandam propriam excellentiam, vt indicauimus *diſp.præced.* *n.*1.& propriè in hoc conſiſtit,vt quis nimis firmiter adhæreat ſuæ ſententiæ:& tunc eſt peccatum mortale ex Nauar.*c.*23.*num.*32.& Tolet.*lib.*8.*c.*11.*in fin.*& Reginal. *in praxi pœnitent.* *lib.*17.*c.*22.*n.*115.quando ſentētia,quam quis defendit, eſt contra fidem, aut bonos mores, aut contra communem ſenſum Doctorum Eccleſiæ,aut in damnū notabile proximi:vt, ſi Medicus,v.g.cum periculo ægroti ſit pertinax in ſua ſententia; vel Princeps nolit mutare ſuam legem, quam videt eſſe in damnum ſubditorum; aut priuatus quicunque nolit relinquere hæreſim, aut falſam religionem, ne videatur inconſtans. 1. *Pertinacia in quo conſiſtat, & quomodo poſſit eſſe peccatum mortale.*

Diſcordia, qua quis in aliquo habet voluntatem contrariam voluntati alterius, ex S.Thom.2.2.*q.*37. *art.*1. tunc eſt peccatum mortale, quando illud, in quo eſt diſcordia, eſt bonum diuinum, aut bonum proximi,in quo illi duo,qui ſunt diſcordes,deberent ex charitate eſſe concordes:tunc enim repugnat charitati; & ideò eſt mortale: vt, ſi quis animo diſcordandi ab alio,habeat voluntatem contrariam voluntati illius, in eo, quod pertinet ad honorem Dei,vel ad ſalutem proximi. 2. *Diſcordia quando ſit peccatū mortale.*

Contentio ex Nau. *c.*23.*n.*34.& Tolet.*lib.*8.*c.*10. tunc eſt peccatum mortale,quando quis animo contradicendi,altercatur contra veritatem pertinentem ad fidem catholicam,aut ſalutem animæ, vel corporis;vel quando in contentione miſcentur iurgia, aut graues iniuriæ. 3. *Contentio quando poſſit eſſe peccatum mortale.*

Inobedientia,quæ ex S.Thom.2.2.*q.*104.*art.*1.*ad* 2. inclinat ad non faciendum id, quod iubetur, eò 4.

principaliter,

Inobedientia quando ſit peccatũ mortale.

principaliter, quia iubetur, ex eodem S. Thoma *ibid. q.105. art.1.* ex ſuo genere eſt peccatum mortale: quia contrariatur charitati Dei, quando eius præceptis non obeditur, eò præcipuè, quia præcepta eius ſunt; & præterea contrariatur charitati proximi, quando ſuperiori proximo ſubtrahitur obedientia & ſubiectio, quæ illi debetur.

5.
Inobedientia formalis, & quæ includit contemptum, ſemper eſt peccatum mortale.

Et quidem ſi inobedientia ſit formalis, & formaliter includat contemptum præcepti, & Superioris, neque ſolùm omittatur materialiter id, quod præcipitur; ſed omittatur formaliter, quia præcipitur, & vt fiat contra voluntatem præcipientis, & quia is, qui omittit, non vult ſubiici poteſtati Superioris, eiúſque legi, vt loquitur S. Thom. 2. 2. *quæſt.* 186. *art.9. ad* 3. ſemper eſt peccatum mortale, vt benè explicat Sanchez *lib.1 in Decal. c.5. num.*8. *&* 9. ſiue præceptum, quod non ſeruatur per ſe obliget ad mortale, ſiue ſolùm ad veniale, vt docet Caiet. *in Summa, verb. Contemptus, &* 2.2. *quæſt.* 104. *cit. art.*2. & ex illo Nau. *cap.*23. *cit. num.* 36. & ideò Religioſus, qui frangeret ſilentium hac intentione, vt faceret contra voluntatem indicentis illud, eiúſque poteſtatem parui faceret, verè peccaret mortaliter; quia verè, & formaliter contemneret Superiorem, quod eſt mortale, iuxta illud Luc. 10. *Qui vos ſpernit, me ſpernit.* Neque poteſt non eſſe graue, quòd quis nolit ſubiici Superiori: imò communiter ſemper eſt contra duplex præceptum, vt notat Leſſ. *lib.2. cap.46. num.*41. & Suar. *tom.* 3. *de relig. lib.* 10. *cap.* 2. *num.* 5. ex S. Thom. 2.2. *quæſt.* 104. *art.*1. & ex communi ſententia; & per conſequens etiam eſt duplex peccatum: qui enim tranſgreditur, v.g. præceptum ieiunij, vel de audiendo Sacro, formaliter ex contemptu, & quia eſt præceptum; peccat contra virtutem, & præceptum abſtinentiæ, ad quam pertinet materiale ieiunium; & contra virtutem, & præceptum religionis, ad quam pertinet auditio Sacri; & præterea peccat ſpecialiter contra virtutem, & præceptum obedientiæ, ex qua tenetur velle ſubiici poteſtati Superioris, eámque non contemnere: quod peccatum ſine dubio eſt ſpecie diſtinctũ ab illo primo, vt patet ex dictis *ſupr.* de diſtinctione ſpecifica peccatorum. Et ſi præterea huiuſmodi obedientia ſit debita ex voto, & ſimul etiam ex promiſſione fidelitatis facta homini, peccabit propterea contra virtutem religionis, & contra

6.
Inobedientia ſolùm materialis quæ non includit contemptum, quando ſit mortalis.

fidelitatem, vt notat Suar. *loc. cit.* Si verò inobediẽtia ſit ſolùm materialis, neque includat contemptũ, ſed violetur præceptum, non formaliter, quia eſt præceptum; ſed propter aliquod aliud motiuum; tunc ſolùm eſt peccatum mortale, quando præceptum, quod violatur, per ſe obligat ad mortale; & ratio inobedientiæ eſt circunſtantia quædam generalis, quæ reperitur, in omni peccato, & in omni tranſgreſſione præcepti, vt notat Leſſ. *cap.46. cit. num.*40. & non tribuit ſpecialem malitiam, niſi directè intendatur, vt etiam contingit in ratione offenſæ contra Dei amicitiam, in ratione irreuerentiæ contra virtutem religionis, in ratione ingratitudinis, & in aliis huiuſmodi, quæ generaliter poſſunt conſiderari in omni peccato, vt patet ex dictis *ſuprà* de circunſtantiis peccatorum.

7.
Secundùm aliquos inobedientia formalis, quando eſt de re leui, eſt ſolùm peccatũ veniale.

Et quamuis, quod diximus ex Caiet. & Nau. inobedientiam formalem ſemper eſſe peccatum mortale, etiam quando præceptum ſolùm obligat ad veniale, videatur nimis rigidũ Val. 2.2. *d.7. q.3. punct.*3. & ideò non ſolùm aſſerat, inobedientiam formalem circa præceptum de veniali ſolùm eſſe peccatum veniale; ſed etiam citet Caiet. *in Summa, verb. inobedientia*, ibíque aſſerat eum retractare id, quod rigidiùs docuerat 2.2. *loco cit.* falſum tamen videtur, quod Caiet. *eo loco* id retractet: ſiquidem expreſsè aſſerit, inobedientiam formalem eſſe peccatum mortale, non ſolùm quando præceptum quaſi antonomaſticè eſt præceptum, & obligat ad mortale; ſed etiam quando abſolutè eſt præceptum, prout contradiſtinguitur à conſilio: & ſolùm ſubdit, poſſe aliquando contingere, vt ſit peccatum veniale propter imperfectionem actus, vel primi motus, vel materiæ minimæ, vt ſæpè dictũ eſt in ſimilibus. Et quod aſſerit de leuitate materiæ, aut de materia minima, quo modo poſſit admitti, mox explicabimus: doctrina verò ipſius, quòd inobedientia formalis ſit peccatum mortale, videtur communis etiam aliorum, eamque docet S. Thom. 2. 2. *quæſt.* 186. *art.9. cit. in corp. & ad* 3. Altiſiodoren. *lib.* 2. *tract.*20. *cap.*2. *quæſt.* 1. Adrian. *quæſt.*6. Gerſon. *tr. de vita ſpirit. lect.* 5. Caſtr. *lib.1. de lege pœn. cap.* 5. *docum.*6. Med. 1. 2. *quæſt.*96. *art.*2. *dub.*1. *reg.*5. Leſſ. *lib.* 2. *de iuſt. cap.* 7. *n.*2. *& cap.*41. *num.*76. Vaſquez 1.2. *diſp.*156. *cap.*4. *num.*37. Azor. *p.*1. *lib.*4. *cap.*9. *quæſt.*15. Suar. *lib.*3. *de legib. cap.* 28. Tol. *lib.*8. *cap.* 19. *num.*2. Sayr. *lib.*3. *clau. reg. cap.*7. *num.* 16. Sylu. *verb. contemptus, num.*3. *verb. inobedientia, num.* 2. *& verb. lex, num.*8. Ang. *verb. contemptus, & verb. inobedientia.* Sanchez *lib.1. in Decal. cap.*5. *num.*8. & alij communiter apud illum. Et in eandem ſententiam etiam facit S. Bern. *lib. de præcepto, & diſpenſ.* qui inter alia multa expreſsè aſſerit, non qualiſcunque mandati præteritionem, criminalem inobedientiam facere; ſed hoc, quod eſt repugnare, & nolle obedire: *Et ſi, iubente*, inquit, *ſenior e, vt ſileam, verbum elabitur, reum me eſſe fateor; ſed venialiter: ſi verò ex contemptu, ſciens, deliberans, ſponte in verba prorumpo, præuaricatorem me conſtituo, & criminaliter.*

8.
Quomodo id poſſit admitti.

Sed fortaſſe doctrina Valen. meliùs poteſt explicari ex eo, quod habet Caiet. *in Summa, verb. contemptus, §. Secunda eſt.* Couar. *in cap. Alma mater. p.*1. *§.*9. *num.*3. *verſ. Præſumitur contemptus.* Med. 1. 2. *quæſt.*96. *art.*4. *dub.*1. *reg.* 5. Auila *de cenſur. p.* 2. *cap.*5. *diſput.*1. *dub.*1. *in fin.* Sot. *in* 4. *d.* 15. *quæſt.*2. *art.*1. *ad* 1. Sanchez *lib.*1. *in Decal. cap.*5. *num.* 11.

9.
Contemptus ſimpliciter ſemper eſt peccatum mortale contemptus verò ſecundùm quid, poteſt etiam eſſe peccatum veniale.

& alij apud ipſum: diſtinguendum, ſcilicet, eſſe contemptum ſimpliciter, & contemptum ſecundùm quid. Et quamuis ille ſemper ſit peccatum mortale, etiam circa materiam leuem; hunc tamen poſſe eſſe peccatum veniale: ſi quis enim ſubditus Prælato iubenti, vt claudat oſtium, v.g. ex hoc ipſo motiuo non pareat, & non faciat verbum Prælati in hoc minimo, paratus alioqui obedire abſolutè, non peccat mortaliter: quia non contemnit ſimpliciter mandatum Prælati; ſed ſolùm ſecundùm quid, id eſt, non præterit illius mandatum, vt faciat contra illius mandatum abſolutè, & quia nolit illi ſubeſſe; ſed cum hoc addito, vt faciat contra illius mandatum in hoc minimo: hoc autem, ſicut minuit rationem mandati ſimpliciter, ita & minuit contemptum ſimpliciter, & tollit culpam mortalem. Atque ita ex hac doctrina videtur haberi, quòd aliud ſit tranſgredi præceptum, aut legem circa materiam leuem ex contemptu ſimpliciter, & aliud eam tranſgredi ex contemptu ſecundùm quid: & rectè videtur poſſe admitti, quòd talis tranſgreſſio ex contemptu ſecundùm quid, non ſit mortalis; quia obiectum formale, ex quo ſumit malitiam, id eſt, contemptus in re leui formaliter reſtrictus ad rem leuem; non autem ſolùm reſtrictus materialiter, & non manens ſimpliciter in eſſe contemptus, non videtur habere turpitudinem notabilem, quæ in hac materia inobedientiæ ſolùm eſt, vt quis nolit ſimpliciter eſſe ſubiectus Superiori, eiúſque mandato, quatènus Superior, & mandatum eſt; non

autem vt nolit eſſe ſubiectus in hac, vel illa re, quæ eſt leuis, & nullius momenti.

Contemptus executionis præcepti pro hic & nunc, poteſt eſſe ſolùm venialis.

10. Et ſimiliter illud aduertit idem Valen. 2.2. *diſp.* 10. *quæſt.*4. *puncto* 5. *verſ. Ceterùm diligenter.* & ex illo Sanchez *lib.*1. *cit.cap.*5. *num.*10. quòd aliud eſt contemptus formalis Superioris, aut præcepti, & aliud contemptus executionis eiuſdem præcepti pro hîc & nunc: ſi quis enim præceptum violet, non, quia ſimpliciter nolit illi ſubiici; ſed, quia quoad executionem non vult ſubiici, hîc, & nunc, non peccat mortaliter, etſi contemnat Superiorem; non, quia eſt Superior, ſed, quia eſt imprudens, vel ob aliam ſimilem cauſam; & contemnat mandatum, quia eſt inutile, & extra propoſitum; non autem, quia formaliter eſt mandatum; ſolùm peccat venialiter, dummodo talis Superior non ſit ipſe Deus, neque contemnatur eius mandatum, vt notat Leſſ. *lib.* 2. *cap.*46. *num. penult.* & *vlt.* & Sanchez *num.* 11. *cit.* ſiquidem in Deum, aut eius præceptum non poteſt ſine blaſphemia cadere contemptus, ratione imprudentiæ, aut ineptitudinis, & ideò omnis huiuſmodi contemptus videtur formalis, & peccatum mortale, etiamſi non ſit contemptus ipſius Dei

Contemptus Dei, vel eius mandati ſemper videtur contemptus formalis, & peccatum mortale.

11. præcipientis, vel poteſtatis, ex qua præcipit; ſed ſolùm ipſius præcepti, vt, v. g. quia eſt leue, & non obligat ad mortale, vt notat Sanchez *num.* 11. *cit.* quanquam Leſſ. *num. vlt. cit.* ſub formidine aſſerat, quòd ſit ſolùm veniale. Sed negari non poteſt, quin ſit magna inordinatio, vt ait Sanchez, præceptum Dei ex eo formaliter contemnere, quia non obligat ad mortale. Et quemadmodum parui facere Dei authoritatem formaliter, quia reuelat rem paruam, v. g. canem Tobiæ, eſt grauis inordinatio: ita & parui facere Dei poteſtatem formaliter, quia præcipit rem paruam, & eſt quaſi reſtricta ad illam. Et ſemper Dei poteſtas, ſiue conſideretur ſimpliciter, & in ſe, ſiue ſecundùm quid, & prout reſtricta, eſt magni facienda; & contemptus rei paruæ præceptæ non videtur manere paruus, ſi redundet, vel refundatur in contemptum poteſtatis magnæ Dei præcipientis.

Inobedientia ex indignatione erga Superiorem, eſt ſolùm venialis.

12. Neque illud etiam eſt omninò omittendum, quod ſubdit Sanchez *lib.*1. *in Decal.cap.*5. *cit. num.*12. ex Caiet. *verb. contemptus, verſ. Aduerte hîc.* Leſſio *cap.* 46. *cit. n.penult. in fin.* & aliis, quòd aliud eſt præceptum tranſgredi ex contemptu Superioris, & aliud ex indignatione: vt, ſi quis ideò nolit parere, ne Superiorem afficiat hac voluptate: & illud ſolùm eſt peccatum mortale, non autem hoc, vt etiam dicemus *infrà*, *lib.* 5. qui erit de legibus, *diſp.*24.

DISPVT. VII.

De ambitione, & præſumptione, ſiue arrogantia, quæ ſimiliter pertinent ad vanam gloriam.

1. *Quomodo ambitio, & præſumptio pertineant ad vanam gloriam.*
2. *Ambitio ſemper eſt peccatum.*
3. *Quando ſit peccatum mortale.*
4. *Honor quomodo dicatur eſſe præmium virtutis.*
5. *Præſumptio eſt peccatum.*
6. *In multis caſibus eſt peccatum mortale.*

Quomodo ambitio, & præſumptio pertineant ad vanam gloriam.

1. VITIA, quæ hactenus explicauimus, ſpecialiter dicuntur filiæ vanæ gloriæ: quia communiter ab illa principiantur, & cauſantur in genere cauſæ finalis, eámque ſupponunt, vt priorem ſecundùm ordinem intentionis, vt *ſupra* explicauimus: præter illa tamen ſunt etiam aliqua alia, quæ communiter ex illa proueniunt; non tamen in genere cauſæ finalis, & ſecundùm ordinem intentionis; ſed potiùs in genere cauſæ efficientis, & ſecundùm ordinem executionis, vt eſt, v. g. ambitio, & præſumptio, vel arrogantia: ex hoc enim, quòd aliquis putat ſuam excellentiam iam eſſe aliis ſatis manifeſtam & notam, optat exhiberi ſibi ab illis certos honores, id eſt, certa ſigna, & atteſtationes exiſtimationis, quam habent de tali excellentia, in quo propriè conſiſtit ambitio; & prætereà multa audet, quæ verè ſunt ſupra vires, in quo conſiſtit præſumptio, & arrogantia. Atque hac de cauſa poſſunt hæc etiam vitia appellari filiæ vanæ gloriæ, vt notat Reginal. *in prax.lib.* 17. *c.*27. *num* 209. quamuis per alium modum filiationis, quàm ſolùm in genere cauſæ finalis, vt diximus: & parum refert, ſi quis malit eas appellare ſocias, non autem filias, vt vult Nau. *in Man.cap.*23. *num.*11.

Ambitio ſemper eſt peccatum.

Quòd verò ambitio, id eſt, appetitus inordinatus honoris, ſit peccatum, non eſt dubitandum, 2.
cùm ſit contraria charitati, quæ 1. *Cor.* 13. dicitur non eſſe ambitioſa. Et vt habet S. Thom. 2. 2. *qu.* 131. *a.*1. tripliciter poteſt contingere huiuſmodi inordinatio. Primò, per hoc, quòd aliquis appetat honorem ſupra ſuam proportionem, & ſupra merita, quod eſt quærere teſtimonium de excellentia, quam non habet. Secundò, per hoc, quòd talem honorem non referat in Deum. Tertiò, quia non referat ad vtilitatem proximorum: quia enim nomine honoris intelligitur reuerẽtia, quæ alicui exhibetur in ſignum, & in teſtimonium excellentiæ, omninò fundatur in ipſa excellentia, & ſecundùm illam debet commenſurari: & quia excellentia quam aliquis habet, ſemper eſt aliquid quaſi diuinum, & à Deo; non autem competit homini, quaſi à ſe; ideò etiam honor non eſt ſiſtendus, & terminandus in ſolo homine; ſed principaliter eſt dirigendus in Deum, eíque dandus: & denique, quia hæc excellentia ad eum finem à Deo tribuitur alicui, & aliis manifeſtatur, vt cedat aliquo modo in aliorum vtilitatem; ideò & teſtimonium talis excellentiæ, quod ab aliis exhibetur, in tantum debet placere, in quantum ex illo paratur via, vt aliis proſit.

Quando ſit peccatum mortale.

Et ratione primæ inordinationis, quòd honor quæratur ſupra meritum, & ſupra proportionem 3.
ſuæ excellentiæ, rectè notat Nauar. *cap.*23. *num.* 15. quòd peccat mortaliter, qui quærit honorem ex re mala mortaliter. Et ratione ſecundæ, quòd non dirigatur in Deum, peccat mortaliter, qui illum ordinat ad peccatum mortale, vel in eo conſtituit vltimum finem, vel ita honorem quærit, vt potiùs eligat peccare mortaliter, quàm honorem non aſſequi, vel amittere: vt, v.g. ſi non timeat culpam, & vitium ſimoniæ, quando per illam eſt aſſequenda aliqua dignitas eccleſiaſtica, vt etiam notat Reginal. *in praxi*, *lib.*17. *cap.*22. *num.*211. Et denique ratione tertiæ deordinationis, quòd honor non referatur in bonum aliorum, peccat mortaliter, qui poſitiuè illum refert ad malum: vt, ſi quis, v. g. velit eſſe in magno gradu honoris, vt poſſit vindictam ſumere de inimicis, diripere, & ſibi acquirere bona aliorum, vel committere aliquid huiuſmodi: & prætereà, qui aduertit, ſe non eſſe idoneum ad procurandum aliis illud bonum, quod requirit gradus honoris, in quo vult eſſe; vt, ſi quis, v.g. velit eſſe Epiſcopus, aut Curatus; neque tamen ſufficiat ad ea præſtanda pro ſalute animarum, quæ requirit munus Epiſcopi, aut Curati.

Neque ex eo, quòd honor abſolutè ſit inter bona,

na, imò & bonorum externorum ſit maximum, & communiter à Philoſophis prædicetur eſſe præmium virtutis, vt patet ex Ariſtotele *lib. 3. Ethic. cap. 1. & lib. 4. cap. 3.* & laudentur, qui honorem appetunt, & contrà vituperentur, qui illum oon curant; ſeqoitur, quòd illius amor, aut appetitus, non poſſit eſſe inordinatus, & vitioſus, cùm eriam amor booi bonus non ſit, ſi tranſcendat rationis regulam, & ex illa noo ſit tegulatus, vt notat S. Thom. 2.2. *quæſt.* 141. *art.* 1. *cit. ad* 1. & per eooſequens etiam amor honoris debeat eſſe ſecundùm rationem, & omnioò habete triplicem illam ordinationem, quam explicauimus.

4. *Honor quomodo dicatur eſſe præmium virtutis.* Et quod dieitur de honore, quòd ſit præmium virtutis, non debet intelligi ex parte ipſius hominis virtuoſi, quaſi actus virtutis poſſit eligi propter honorem, vt propter finem, cùm ſemper, in quantum virtus, debeat eligi propter honeſtatem, vt propter finem proximum; & propter beatitudinem, vt propter finem, & præmium vltimum: ſed debet intelligi ſolùm ex parte aliorum, in quantum, ſcilicet, non habent aliquid maius honore, quod virtuti rependant, tanquàm præmium: & quia hic ipſe ex eo habet magnitudinem, quia à probis exhibetur virtuti: ſiquidem qoi exhibetur à quolibet, & ob quodlibet, iure optimo minimus eſt, & minimi fit: inde eſt, quòd virtuti verè iotegræ, & perfectæ nullus honor poſſit eſſe ſofficiens præmium, & nollus tribui dignus poſſit, etiamſi virtuoſus à probis viris, & illos honores admittat, qui ſunt inferiores: quia viri probi non habent maiores, quibus afficere ipſum poſſint, vt loquitur Ariſtoteles 4. *Ethic. cap. 3. cit.* & ex illo S. Thom. 2. 2. *quæſt.* 131. *art.* 1. *cit. ad* 2.

Et denique hac ſolùm ratione eſt intelligendum, quòd ſint laudandi, qui honorem appetunt, & vituperandi, qui negligunt: id enim ſolùm eſt verum, quando appetunt debito modo, & ioxta præſcriptum rationis; non autem quomodocunque, & contra rationem, vt idem ſubdit *in reſponſione ad* 3.

5. *Præſumptio eſt peccatum.* Idem proportionaliter eſt dicendum de præſumptione, intelligendo hoc nomine appetitum inordinatum eorum, quæ ſunt ſupra vires, & ſopra virtotem: qoòd enim hic appetitus ſemper ſit malus, & vitioſus rectè probat S. Thom. 2. 2. *quæſt.* 130. *art.* 1. quia, qoemadmodum in natoralibus ſemper actio commenſoratur virtuti agentis; oeque vllum eſt agens, quod nitatur ad actionem ſupra ſuam virtutem actiuam; & magna eſſet inordinatio in natura, ſi hoc contingeret: ita & in moralibus non poteſt non eſſe inordioatum, & peecatum, quòd aliquis illa aſſumat ad agendum, quæ præferuntur ſuæ virtuti. Vnde & io iute ciuili, *l. idem iuris. ff. ad l. Aquiliam*, abſolotè pronunciatur, quòd nemo debet affectare id, in quo intelligit, vel intelligere debet ſuam infirmitatem futuram eſſe aliis periculoſam; & ideò, ſi mulio, v. g. per imperitiam, vel per infirmitatem non poſſit retinere impetum mulatum, in culpa eſſe, ſi mulæ aliquem obterant. Et in iure canonico, *cap. Non eſt putanda. §. fin. 1. quæſt.* 1. mooentur, qui ſacerdotium adipiſci deſiderant, non ad pompam elationis, ſed ad vtilitatem; vt priùs vires ſuas metiantur eum onere, quod ſubituri ſunt: & ſi impares ſint, abſtineant, imò & cum metu ad illud accedant, ad quod exiſtimant ſe ſufficere.

6. *In multis caſibus eſt peccatum mortale.* Et nooeſt dubium, quòd ſit mortale, quando præſumptio eſt coniuncta cum notabili damno proximi, vel eum periculo ootabilis damni: vt, ſi quis aſſumat, v. g. ſibi exercitium artis medendi, aut cauſis patrocioandi, quod non tenet; vel vſurpet ſibi munus audiendi Confeſſiones, & abſoluendi ſacramentaliter, cùm Sacerdos ooo ſit, vel ab Epiſcopo non approbatus; vel munus iudicandi, & iuſtitiam adminiſtrandi, cùm à Priocipe noo ſit deputatus, vt videre eſt apud S. Antoo. *p. 2. tit. 3. cap. 5. §. 5.* & apud Toler *lib. 8. cit. c.* 22.

DISPVT. VIII.

De auaritia, eiúſque filiabus in vniuerſum.

1. *Quomodo auaritia poſſit eſſe peccatum contra iuſtitiam, & contra liberalitatem.*
2. *Auaritia in ſenibus quomodo ſit ſecundùm naturam.*
3. *Auaritia quando ſit peccatum mortale.*
4. *Prodigalitas quando ſit peccatum mortale.*
5. *Tam prodigalitas, quàm auaritia, ſi ſit pura, & ſine admiſtione alicuius alterius vitij, ex ſe ſolùm eſt peccatum veniale.*
6. *Filiæ auaritiæ enumerantur omninò ſeptem.*
7. *Filiæ auaritiæ ex S. Iſidoro ſunt nouem.*
8. *Varij modi auaritiæ, vel illiberalitatis, ex Ariſtotele.*

De aoaritia legi poteſt S. Thom. 2. 2. *quæſt.* 118. Aleo. 2. *p. quæſt.* 14. S. Anton. 2. *p. tit.* 2. Summiſtæ *verb. auaritia.* Nau. *in Man. cap.* 23. *à num.* 69. Azor. *p. 1. lib. 4. c.* 15. Reginald. *in prax. lib.* 23. *cap.* 2. *num.* 25. *& ſequentib.* Tol. *lib.* 8. *cap.* 24. & alij.

Primò autem certum eſt, quòd auaritia propriè verſatur circa diuitias, aut pecunias inordinatè acquirendas, vel habendas; & poteſt rectè definiri, quòd ſit immoderatus amor habendi; & eſt ſpeciale peccatom contra iuſtitiam, ſi huiuſmodi amor immoderatus ſit circa alienum, quod iniuſtè accipitur, vel retinetur; vel certè eſt ſpeciale peccatum contra liberalitatem, ſi ſit circa ſoum. Ita S. Thom. 2. 2. *quæſt.* 118. *cit. art.* 1. 2. *&* 3. Et ſicut cootra liberalitatem per exceſſum eſt prodigalitas; ſiue ſit erga alterum, vt quando quis alteri donat plùs, quàm debet, & quando non debet, iuxta præſcriptum ratioois; ſiue ſit erga ſe ipſum, vt quando quis facit ſumptus immoderatos, & ſuperfluos pro ſe ipſo: ita & per defectum eſt auaritia; ſiue ſit erga alterum, vt quando quis ex nimio amore diuitiarum non donat alteri id, qood debet, & quando debet; ſiue erga ſeipſum, vt quando noo facit ſumptus neceſſarios pro ſeipſo, v. g. ad victum, veſtitum; & in medio vtriuſque extremi conſiſtit liberalitas, quæ moderatur affectum diuitiarum, tam in ordine ad alterum, qoàm in ordine ad ſeipſum. 1. *Quomodo auaritia poſſit eſſe peccatum contra iuſtitiam, & contra liberalitatem.*

Quod verò aſſerit S. Thom. *eadem quæſt.* 118. *art.* 3. quòd peccatum auaritiæ poteſt eſſe etiam cootra iuſtitiam: vt, ſi quis, v. g. ex immoderato affectu habendi, accipiat alienum, debet iotelligi iuxta doctrinam *ſuprà* traditam *lib.* 2. *diſput.* 20. de diſtioctione ſpecifica peccatorum: malitia enim iniuſtitiæ in tali acceptione, erit quaſi intrioſeca, & ex obiecto; & malitia auaritiæ erit quaſi extrinſeca, ex circunſtantia finis: & idem eſt, ſi quis ex auaritia omittat dare eleemoſyoam extremè, vel grauiter iodigenti contra virtutem miſericordiæ; vel omittat alere filios contra virtutem pietatis: malitia enim quaſi iotrinſeca io huiuſmodi omiſſionibus, erit contra miſericordiam, vel contra pietatem; & malitia extrinſeca ob circunſtantiam finis, erit ex auaritia, & contra liberalitatem,

Neque obſtat, quòd huiuſmodi affectus auaritiæ, & illiberalitatis videatur aliquibus eſſe inſitus 2.

ſecundùm

Auaritia in ſenibus quomodo ſit ſecundùm naturam.

ſecundùm naturam, vt, v.g. ſenibus, & aliis huiuſmodi imbecillitatem, aut defectum patientibus, vt patet ex Ariſtotele 4. *Ethic.cap.*1. nam, vt notat S.Thom. 2.2.*quæſt.*118.*cit.art.*1. *ad* 3. inclinationes etiam naturales ſunt regulandæ ſecundùm rationem; & ideò neque etiam ſenes, neque alij, qui propter naturæ defectum auidiùs quærunt ſubſidia rerum exteriorum, excuſantur à culpa, ſi circa huiuſmodi res, & circa auiditatem habendi menſuram excedant.

3. *Auaritia quando ſit peccatum mortale.*

Secundò, ſi auaritia ſit contra iuſtitiam, & circa alienum, certum eſt, quòd ex ſuo genere eſt peccatum mortale, & ſolùm poteſt eſſe peccatum veniale ex imperfectione actus quoad deliberationem, vel quoad paruitatem, & leuitatem materiæ. Si verò ſit contra liberalitatem, tunc ſolùm eſt mortale, quando amor diuitiarum præfertur charitati: vt, ſi quis, v.g. ex illarum amore non vereatur facere aliquid contra amorem Dei, vel proximi. Ita S. Thom. 2. 2. *quæſt.* 118. *art.*4. Vnde non ſolùm peccat mortaliter, qui ex amore pecuniarum paratus eſt facere aliquid contra legem Dei in materia iuſtitiæ, vt, v.g dare ad vſuram, furari: ſed etiam, qui paratus eſt illam violare in materia charitatis, vel quacunque alia, vt, v.g. non ſuccurrendo extremè indigenti.

4. *Prodigalitas quando ſit peccatum mortale.*

Et idem eſt dicendum etiam de prodigalitate: non ſolùm enim ex illa peccat mortaliter, qui Dei legem tranſgreditur in materia iuſtitiæ, prodigè conſumendo res alienas: vt, ſi tutor, vel curator conſumat res pupillorum, vel diſpenſator res ſibi creditas; vel, qui eſt grauatus ære alieno, prodigè diſſipando res ſuas, faciat ſe impotentem ad ſoluenda debita, iiſque ſatisfaciendum, quibus debet ex iuſtitia; ſed etiam, quia legem tranſgreditur in materia charitatis, vel alia quacunque: vt, ſi quis ex prodigalitate non poſſit prouidere vxori, & filiis, prout debet; vel nolit ſuccurrere extremè, vel grauiter indigenti, vel graue ſcandalum aliis præbeat: vt v.g. ſi ſit perſona eccleſiaſtica, vel paratus ſit, quodcunque aliud peccatum mortale potiùs committere, quàm à tali prodigalitate deſiſtere, vt benè notat Tol.*lib.*8.*cap.*25.

5. *Tam prodigalitas, quàm auaritia, ſi ſit pura, & ſine adminiſtione alicuius alterius vitij, ex ſe ſolùm eſt peccatum veniale.*

Si tamen prodigalitas ſit pura, non autem admixta alicui alteri vitio, verbi gratia, iniuſtitiæ, intemperantiæ, impietati erga filios; ex ſe ſolùm eſt peccatum veniale: ſicut etiam auaritia, ſi ſimiliter ſit pura, quia neutra contrariatur charitati Dei, aut proximi, vt notat Caietan. *in Summa, verbo, prodigalitas.*

6. *Filiæ auaritiæ enumerantur communè ſeptem.*

Tertiò, circa filias auaritiæ in vniuerſum ſciendum eſt, à S.Greg.*lib.*31.*Moral.cap.*31.& S.Thom. 2. 2. *quæſt.*118. *cit. artic.* 8. ſeptem vitia enumerari, quæ tanquàm filiæ oriuntur ex auaritia, & ratione quorum illa dicitur eſſe vitium capitale, & ſunt hæc: Obduratio cordis contra miſericordiam, inquietudo, violentia, fallacia, periurium, fraus, proditio. Vt enim benè ratiocinatur *eo loco* S.Thom. inordinatio auaritiæ poteſt eſſe potiſſimùm in duobus, id eſt, in diuitiis retinendis, & in diuitiis acquirendis. Et ſi auarus inordinatè illas retineat, facilè cor eius induratur contra miſericordiam, dum non mollitur, vt de ſuis diuitiis ſubueniat miſeris. Si verò inordinatè cupiat illas acquirere, patitur primò quoad affectum, inquietudinem, dum auaritia ingerit ſollicitudines, & curas ſuperfluas, & auarus nunquam impletur diuitiis, vt dicitur *Eccleſiaſt.*5. Deinde quoad effectum, ſi ad illas acquirendas vtatur vi, incidet in violentiam: & ſi vtatur dolo, eumque verbis committat; vel erit fallacia, ſi doloſa locutio fuerit ſimplex; vel erit periurium, ſi fuerit iuramento firmata: & ſi dolus non committatur verbis, ſed factis, & operibus ipſis; vel erit fraus, ſi conſideretur prout reſpicit res; vel erit proditio, ſi conſideretur, prout reſpicit perſonas.

7. *Filiæ auaritiæ ex S. Iſid. ſunt nouem.*

Atque ad hæc ſeptem vitia reducuntur illa nouem, quæ ſimiliter tanquàm filias auaritiæ enumerat S. Iſidor. apud S.Thom. eodem *art.* 8. & ſunt huiuſmodi: Mendacium, fraus, furtum, periurium, turpis lucri appetitus, falſa teſtimonia, violentia, inhumanitas, rapacitas: mendacium enim & falſum teſtimonium reducuntur ad fallaciam; furtùm verò continetur ſub fraude: & turpis lucri appetitus potiùs eſt quædam ſpecies auaritiæ, quàm filia; ſiquidem per hanc intelligitur vitium aliquod, quod ſit diuerſum, & cooperetur ad finem illius, & ideò dicatur ex illa naſci.

8. *Varij modi auaritiæ, vel illiberalitatis, ex Ariſt.*

Et eadem ratione excluduntur à S. Thom. *art.* 8. *cit. in reſponſ. ad* 4. à filiabus auaritiæ illa omnia, quæ enumerat Ariſtoteles 4. *Ethic. c.*1. tanquàm varios modos auaritiæ, quam ibi appellat illiberalitatem, vt quòd aliqui, qui ex auaritia inordinatè retinent ſuum, & in dando deficiunt, dicantur parci, *Parci.* quando parum dant; vel tenaces, *Tenaces.* quando ſibi omnia tenent, & nihil dant; vel retracti, & reſtricti, *Retracti, vel reſtricti.* quando non niſi difficilè, & cum magna violentia adducuntur, vt dent; vel cumini ſecæ, *Cuminiſecæ.* quaſi cumini granum ſecantes, quando vim faciunt etiam in rebus minimis, neque volunt granum cumini dare integrum, ſi poſſunt dare dimidium. Et contrà aliqui, qui ex auaritia inordinatè acquirunt alienum, & peccant inordinatè accipiendo, dicantur illiberalia opificia exercentes, *Illiberalia exercentes.* quando, vt lucrentur, vile aliquid faciunt; vel lenones, *Lenones.* quando ex meretricio quærunt lucrum; vel fœneratores, *Fœneratores.* quando illud quærunt ex eo, quod gratis debent concedere, & parua ſæpiùs recipiũt cum magnis vſuris; vel aleatores, *Aleatores.* quando ab amicis accipiunt, quibus potiùs dare deberent; vel fures, ſpoliatores, *Fures, ſpoliatores.* vel latrones, *Latrones.* quando vim afferunt, & ipſos etiam mortuos ſpoliant ex appetitu habendi: hæc enim omnia ſolùm ſunt varij modi, vel ſpecies auaritiæ; non autem propriè poſſunt appellari ipſius filiæ.

DISPVT. IX.

De duritia cordis, inquietudine, violentia, fallacia, fraude in particulari, quæ ſunt filiæ auaritiæ.

1. *Ex duritia cordis, quando peccetur mortaliter.*
2. *Ex inquietudine, aut ſollicitudine mentis.*
3. *Sollicitudo poteſt aliquando eſſe tantùm peccatum veniale.*
4. *Violentia in materia auaritiæ quando ſit peccatum mortale.*
5. *Fallacia, fraus, & dolus quo differant.*
6. *Fallacia in materia auaritiæ, quando ſit mortalis.*
7. *Periurium in materia auaritiæ eſt peccatum mortale.*
8. *Fraus in materia auaritiæ quando ſit mortalis.*

1. *Ex duritia cordis, quando peccetur mortaliter.*

ET de ſingulis filiabus auaritiæ dicamus aliquid in particulari, primò, per duritiam cordis tunc peccatur mortaliter ex Nau. *cap.* 23. *num.* 76. & Tolet. *lib.*8.*cap.*26. quando vrget præceptum faciendi eleemoſynam, vel pauperi ſubueniendi, eique ex tali obduratione, vel duritia cordis non ſubuenitur: de præcepto autem eleemoſynæ agemus ſuo loco:

loco: interim videri poteſt idem Tolet. *eod. lib. 8. à cap. 27. vſque ad 42.*

2. *Ex inquietudine, aut ſollicitudine mentis.* Secundò, per inquietudinem, aut ſollicitudinem, quæ in re præſenti nihil eſt aliud, niſi vehemens, & inordinata applicatio mẽtis ad acquirendas, vel conſeruandas diuitias, cum inani aliquo, ac vano timore, ne acquirantur, aut ne conſeruentur, tunc peccatur mortaliter ex S. Thom. 2. 2. *qu. 55. art. 6.* S. Anton. 2. *p. tit. 1. cap. 25.* Tol. *lib. 8. cap. 43.* Reginal. *in praxi, lib. 23. cap. 2. quæſt. 3. num. 29.* quando in diuitiis, de quibus eſt talis inquietudo, conſtituitur vltimus finis; &, qui eſt per illam ſollicitus, paratus eſt potiùs peccare mortaliter, quàm diuitias non acquirere, aut acquiſitas amittere, vel alia omnia, quæ iubentur in Euãgelio, ſolùm facit propter diuitias, vel quando huiuſmodi ſollicitudo illum retrahit à ſpiritualibus, quibus tenetur vacare ex aliquo præcepto; vel quando retrahit ab aliis, quæ debet facere, vt, v.g. ſi impediat auditionem Sacri die feſto; vel inducat timorem ſuperfluum, ne, faciendo id, quod debet, v.g. dando eleemoſynam, ſibi deſint neceſſaria; & ex tali timore illam non det; aut omninò diffidat de prouidentia Dei: quamuis enim ſollicitudo, quantum eſt ex ſe, non ſit mala, ſed poſſit etiam eſſe laudabilis. & virtuoſa: vnde & in Scriptura ſæpè laudatur, vt ad Rom. 12. *Sollicitudine non pigri.* & ad Epheſ. 4. *Solliciti ſeruare vnitatem ſpiritus.* & Micheæ 6. *Indicabo tibi, ô homo, quid ſit bonum, & quid Dominus requirat à te. Vtique facere iudicium, & diligere miſericordiam, & ſollicitum ambulare cum Deo tuo.* Imò & tribuitur ipſi Deo Pſal. 39. *Dominus ſollicitus eſt mei.* ſi tamen ſit inordinata, vel quoad obiectum, vel quoad circunſtantias, & quoad modum, mala eſt, & pro grauitate, aut leuitate materiæ poteſt eſſe mortalis, aut venialis; & ſi quis, v.g ſit ſollicitus de occidendo inimico, de rapienda vxore, vel re aliqua, certum eſt, quòd peccat mortaliter; & ſi ſit ſollicitus de mendaciis officioſis, aut iocoſis excogitandis. aut de prodigalitate in conuiuio facienda, certum eſt, quòd peccat ſolùm venialiter, & in materia auari-

3. *Sollicitudo poteſt aliquando eſſe tantùm peccatũ veniale.* tiæ, & diuitiarum, de quibus agimus, eſt peccatum mortale, quando contingit modis iam explicatis; & eſt veniale. quando quis eſt ſollicitus de re alioqui bona; ſed eo tempore, quo non debet, vt, v.g. de familia, quando eſt in Eccleſia, & vacat Deo, & rebus diuinis; vel de futura vindemia tempore hyemis, quando de illa non poteſt adhuc aliquid prævideri.

4. *Violentia in materia auaritiæ, quando peccatum ſit mortale.* Tertiò, violentia, quantùm facit ad præſens negotium de auaritia, tunc eſt peccatum mortale, quando eſt iniuſta, & circa materiam grauem: vt ſi quis priuata authoritate per vim rapiat res alienas, quæ propriè appellatur rapina: & quamuis, qui talem infert violentiam, communiter dicatur potiùs iniuſtus, quàm auarus, vt concedit etiam S. Thom. 2. 2. *quæſt. 118. art. 8 ad 5.* & Ariſtoteles 4. *Ethic. cap. 1. in fine*; id tamen ſolùm eſt, quia malitia iniuſtitiæ in tali operatione eſt magis apparens, & ſenſibilis, quàm malitia auaritiæ; & ideò ex illa ſpecialiter ſumitur denominatio, quamuis præterea eadem operatio etiam contineat malitiam auaritiæ, ſaltem ex circunſtantia finis, vt *ſuprà* explicauimus *diſp. 8. num. 1.*

Dixi autem, violentiam tunc eſſe mortalem, quando eſt iniuſta: quia tunc infert proximo grauem iniuriam, tam in rebus, ac bonis, quæ ſibi accipit, quàm in ipſa perſona, à qua accipit tali modo; id eſt, per vim, vt notat Caiet. *in Summa, verb. rapina.* Et contra, ſi quis alteri inferat violentiam iuſtam, v.g. vt recuperet iniuſtè ſibi ablata, vel vt capiat prædam ab hoſtibus in bello iuſto, vel Iudex, vt aliquem puniat per miniſtros iuſtitiæ, non eſt peccatum.

Quartò, fallacia, quam *ſuprà* diximus eſſe deceptionem factam verbis, ex Tolet. *lib. 8. cap. 46.* 5. *Fallacia, fraus, & dolus, quo differant.*
idem eſt atque dolus: ſed probabilius videtur, quòd dolus latiùs pateat, quàm fallacia; & non ſolùm comprehendat deceptionem, quæ fit verbis, & appellatur fallacia; ſed etiam illam, quæ fit rebus, & propriè appellatur fraus, vt docet S. Thom. 2. 2. *quæſt. 55. cit. art. 5.* & dicat quancunque machinationem, ſeu circumuentionem, quæ adhibetur ad aliũ decipiendum, vt habetur *lib. 1. ff. de dolo*, & notat Nau. *in Man. cap. 17. num. 177.* atque ita fallacia ſolùm erit ſpecies doli, vt docet S. Thom. 2. 2. *quæſt. 118. art. 8. cit.* & pertinebit etiam ipſa ad aſtutiam, cuius executionem importat dolus, quoad ea media, quæ ſunt aptè excogitata ad malum finem, vt habet S. Thom. 2. 2. *quæſt. 55. art. 4.* Et ideò quemadmodum aſtutia tunc eſt peccatum mortale, quando 6. *Fallacia in materia auaritiæ, quando ſit mortalis.*
media, quæ aſſumuntur ad finem, vel finis ipſe, ad quem aſſumuntur, eſt mortalis; ita & dolus, & ſpecies doli. Et magis in particulari pro re noſtra de auaritia, tunc fallacia auaritiæ filia erit mortalis, quando finis ipſe auaritiæ, ad quem aſſumitur, erit mortalis; vel media, quæ ex dolo verbis adhibito aſſumuntur, erunt mortalia.

Quintò, de periurio, non eſt, quòd probetur, 7. *Periurium in materia auaritiæ eſt peccatum mortale.*
quòd ſit mortale, cùm ſuperaddat fallaciæ ſpecialem malitiam contra virtutem religionis, & ſiue ſit in materia auaritiæ, ſiue in quacunque alia, ſemper ſit mortalis, vt dicitur in materia de iuramento.

Sextò, fraus, quæ ex S. Thom. 2. 2. *quæſt. 118. art.* 8. *Fraus in materia auaritiæ, quando ſit mortalis.*
8. eſt dolus factus in opere, ex ſuo genere eſt peccatum mortale, niſi excuſet imperfectio actus, & leuitas materiæ, & poteſt multipliciter contingere in contractibus, præſertim emptionis, & venditionis; tam ratione rerum, quæ ſunt materia cõtractuum, vt, v.g. ſi vitium habeant; vel tales non ſint, quales exiſtimantur; quàm ratione pretij, de quibus omnibus *ſuo loco* agemus, & interim poteſt videri Nau. *cap. 23. à num. 77.* & Tol. *lib. 8. à c. 47.*

DISPVT. X.

De proditione, quæ vltimo loco numeratur inter filias auaritiæ.

1. *Quid ſit proditio.*
2. *Poteſt contingere quadrupliciter.*
3. *Eſt peccatum mortale.*
4. *Ad proditionem maximè pertinet, quòd ſit contra fidem alicui debitam.*
5. *An, & quomodo ſit licitum, arcem, aut caſtrum iniuſtè occupatum ab vſurpatore, reſtituere proditoriè vero domino.*

PRODITIO, quæ vltimo loco numeratur inter filias auaritiæ, multas habet difficultates, eáſque graues, quæ diligentiùs ſunt explicandæ.

Nomine autem proditionis *hoc loco* ex Sylu. & 1. *Quid ſit proditio.*
Armilla *verb. proditio*, intelligitur deceptio alicuius contra fidem illi datam, aut debitam, & in damnum illius: quamuis enim, ſi ſpectemus vim vocabuli, idem videatur ſignificare, atque manifeſtatio, ſiquidem prodere, idem eſt atque manifeſtare, vel in publicum dare. Qua de cauſa Tol. *lib. 8. cap. 44.* eam definit, quòd ſit manifeſtatio occulti, illatiua nocumenti:

menti : communiter tamen non videtur appellari proditio, niſi aliquo modo ſit contra fidem, aut fidelitatem alicui debitam: neque enim, qui detrahendo de fama alicuius, manifeſtat de illo aliquod crimen occultum, eique damnum infert in fama, dicitur proditor; ſicut neque, qui crimen occultum defert ad iudicem, niſi fortè priùs ſecretum promiſerit. Idque videtur etiam colligi ex S. Thom. 2. 2. *quæſt.* 118. *art.* 8. vbi proditionem in hoc diſtinguit à fraude, quòd illa ſit dolus circa perſonas; hæc verò circa res: neque enim apparet, quid peculiare poſſit includere proditio circa perſonas, per quod diſtinguatur à fraude, niſi aliquem ordinem ad fidelitatem, quæ ſolùm poteſt haberi ad perſonas. Quare clariùs fortaſſe, & pleniùs deſcribetur proditio, ſi vtrunque ſimul iungatur, & dicatur eſſe manifeſtatio occulti contra fidem, aut fidelitatem alicui debitam, & illatiua nocumenti.

2. *Poteſt cõtingere quadrupliciter.*

Atque hoc modo poteſt admitti id, quod habet idem Tolet. *ibidem*, quòd proditio poſſit contingere potiſſimùm quadrupliciter. Primò, circa perſonas, quas aliquis manifeſtat contra fidelitatem, & cum earum nocumento: vt, quando Iudas manifeſtauit Chriſtum Iudæis, & Dalila Samſonem ipſius hoſtibus. Secundò, circa res immobiles, vt ſi quis ex militibus, qui caſtrum, vel ciuitatem defendunt pro aliquo Principe, manifeſtet hoſtibus, quomodo poſſint illud capere. Tertiò, circa res mobiles; vt, ſi quis abſconditam alicuius pecuniam, aut veſtes, latroni oſtendat, vt eas furetur. Quartò denique, circa ſecretum: vt, ſi quis alicuius ſecretum in ipſius detrimentum manifeſtet. In quibus omnibus caſibus non

3. *Eſt peccatum mortale.*

ſolùm proditio ſemper eſt peccatum mortale, vt ex ſe patet; ſed etiamſi fiat propter finem auaritiæ, dici debet filia auaritiæ.

4. *Ad proditionem maximè pertinet, quòd ſit contra fidem alicui debitam.*

Addo tamen, ad peccatum proditionis ita requiri, quòd ſit contra fidelitatem alicui debitam, vt hoc ex communi acceptione magis ad illud pertineat, quàm ratio manifeſtationis: ſiquidem, qui arcem, aut caſtrum tradit hoſtibus, vel aliquem inaduertentem, & incogitantem aggreditur, & occidit, vel amico venenum propinat, verè & propriè dicitur proditor, etiamſi neque illud tradat per alicuius occulti manifeſtationem, neque hos occidat. Imò non ſolùm qui manifeſtat, quod ex fidelitate non debet; ſed etiam, qui non manifeſtat, quod debet, dicitur proditor: vt, ſi quis ſciens conſilia hoſtium de capienda arce, aut caſtro, illa non detegat ſuo Principi, eámque ſinat ab hoſtibus capi: &, vt habetur *cap. Nolite*. 11. *q.* 3. non ille ſolùm eſt proditor veritatis, qui palam pro veritate mendacium loquitur; ſed etiam, qui non liberè veritatem pronunciat, aut defendit, cùm debeat: ſicut enim Sacerdos, qui veritatem à Deo accepit, & liberè debet prædicare, dicitur proditor veritatis, ſi illam non prædicet: ita & laicus dicitur proditor, ſi veritatem, quam accepit à Sacerdote probatam in Scripturis, fiducialiter non defendat.

Vt tamen doctrina hoc loco tradita de proditione ſit plenior, non erit abs re peculiares aliquos caſus ſubiungere, qui ad illam pertinent.

5. *An, & quomodo ſit licitum arcem, aut caſtrum iniuſtè occupatũ ab vſurpatore, reſtituere proditoriè vero domino.*

Quæri enim poteſt, vtrùm ſemper proditio ex motiuo auaritiæ ſit peccatum mortale: vt, ſi quis, v.g. arcem, vel caſtrum, quod iniuſtè ab aliquo occupatur, & cuius ipſi eſt cura commiſſa, ab eodem occupatore proditoriè reſtituat vero domino.

Sed breuiter Reſpondeo ex S. Anton. 2. *p. tit.* 1. *cap.* 22. *n.* 7. Sylu. & Armilla *verb. proditio.* Tabiena *verb. interrogatio, num.* 17. Tolet. *lib.* 8. *cap.* 45. Primò, ſi reſtitutio arcis, aut caſtri, quæ fit proprio domino, fiat ex odio vſurpatoris, vel ex motiuo auaritiæ, & inordinato appetitu pecuniæ, vel alio quouis malo fine, non poſſe non eſſe peccatum: quia ex mala, infectáque radice, qualis eſt mala illa voluntas mali finis, non poſſunt prouenire niſi fructus mortiferi, vt habetur *cap. Fertur.* 1. *q.* 1. Qui tamen arcem, aut caſtrum tali modo proderet vero domino, nihil teneretur reſtituere occupatori iniuſto: quia nihil ab illo auferret, quod eſſet ipſius, vt notat S. Anton. *n.* 7. *cit.* Sylu. *verb. proditio,* & apud illum Archidiac.

Secundò, ſi fiat cum occiſione, vel graui damno alicuius innocentis, vel cum magno ſcandalo, & perturbatione ciuitatis, aut regni, non poteſt non eſſe peccatum, etiamſi fiat ex zelo iuſtitiæ, & charitatis, vt verus dominus recuperet rem ſuam: quia, vt habetur *cap. Denique*, 14. *q.* 5. ſi non poteſt ſubueniri alteri, niſi alter lædatur, commodius eſt, neutrum iuuari, quàm grauare alterum, & ideò vita, vel bonum innocentis non debet in diſcrimen adduci, vt verus dominus recuperet rem ſuam.

Tertiò, ſi verus dominus nulla alia ratione poſſet arcem, vel caſtrum recuperare, eique poſſet fieri reſtitutio ſine cuiuſquam damno, aut periculo, & de facto fieret, ex motiuo ſaltem primario charitatis, aut iuſtitiæ; nullum eſſet peccatum; etiamſi contingeret ſimul fieri ex amore lucri, & pecuniæ, tanquàm ex motiuo ſecundario: quia in tali caſu minùs vrgeret præceptum fidelitatis erga vſurpatorem, quàm charitatis, aut iuſtitiæ erga verum dominum: & vt habetur cap. qui poteſt. 3. q. 3. *Qui poteſt obuiare, & perturbare peruerſos, & non facit, nihil aliud eſt, quàm fauere eorum impietati; neque caret ſcrupulo ſocietatis occultæ, qui manifeſto facinori deſinit obuiare.* Quod quamuis propriè intelligatur de iis, qui habent publicam poteſtatem, & tenentur ex officio; ſuo tamen modo poteſt conuenire etiam aliis. Eiuſque rei habemus exemplum in ſacris Literis 4. *Reg.* 11. de Ioiada Summo Sacerdote, qui dominium regni Iuda, quod ſibi iniuſtè occupauerat Athalia, mater Ochoziæ, facta contra eam coniuratione, ſanctè, & iuſtè illud reſtituit Ioas filio Ochoziæ, qui tunc erat ſeptem annorum, & ad quem de iure ſpectabat. Et contrà 2. *Reg. c.* 3. quia Abner, Capitaneus Iſboſeth, ex malo motiuo, propter indignationem contra eum ſuſceptam ex iuſta reprehenſione, & propter ſpem temporalis remunerationis dominium regni Iſraël, quod Iſboſeth iniuſtè tenebat, quæſiuit tradere Dauid, ad quem de iure ſpectabat, Domino ipſo illi concedente, iuſto Dei iudicio proditoriè occiſus eſt à Ioab, vt notat S. Anton. *loco cit.*

DISPVT. XI.

De proditione, quæ poteſt contingere circa manifeſtationem alicuius ſecreti, vel apertionem litterarum.

1. *Proponitur difficultas quæſtionis.*
2. *Delictum ſecretum cum iniuria, & dolosè extortum non poteſt manifeſtari.*
3. *Impedimentum matrimonij, etiam ſecretò cognitum, eſt manifeſtandum.*
4. *Litteras alienas aperire, eſt peccatum mortale, & punitur pœna falſi.*
5. *Infamare aliquem apud vnum, aut alterum tantùm, vtrùm ſit peccatum mortale.*
6. *Qui aperit litteras alienas, quia credit eas eſſe in damnum proprium, vel alterius, non peccat.*
7. *Superior poteſt aperire litteras ſubditorum.*
8. *Princeps tempore belli licitè aperit literas ex locis finitimis hoſtium.*

9. *Vtrùm*

9. *Vtrùm ſit licitum recolligere, & legere literas dilaceratas, & proiectas.*

10. *Vtrùm, qui literas ſtudioſè fingit, & dilacerat, & proiicit ad alterum decipiendum, teneatur ad damna, quæ inde ſequuntur.*

11. *Scripta alterius ſecreta non poſſunt licitè legi, illo inuito.*

12. *Qui furtim legit argumenta ſibi proponenda in doctoratu, quomodo peccet.*

1. *Proponitur difficultas quæſtionis.*

SECVNDÒ circa proditionem quæri poteſt, vtrùm manifeſtatio ſecreti, quod quis promiſit, vel etiam iurauit non manifeſtare, ſemper ſit peccatum mortale, ſiue fiat ex motiuo auaritiæ, ſiue ex quocunque alio: vt, v. g. ſi ſeruus aliquis ſciat machinationem alicuius contra ſuum dominum, vel machinationem talis dominī contra aliquē, eámque reuelet. De ea re, cùm paulò delicatior ſit, legatur D. Anton. 1. 2. *tit.* 1. *c.* 22. *verſ. fin.* & Sylu. *verb. Secretum.*

2. *Delictum ſecretum cum iniuria & dolo extortum non poteſt manifeſtari.*

Vniuerſim tamen dici poteſt, quòd ſi priuatus vi, aut dolo extorqueat delictum ſecretum alicuius, non poſſit illud manifeſtare vlli, vt ſubdit Nauar. *ibidem:* quia, ſimiliter id eſſet facere illi duplicatam iniuriam. id eſt, poſt primam iniuriam illi factam per extorſionem ſecreti, adiungere aliam per delationem, vel manifeſtationem: ſecùs verò, ſi delictum ſecretum, eiúſque manifeſtatio non vergeret in malum, aut perniciem delinquentis; ſed in bonum: tunc enim licitè poſſet manifeſtari ex Nauar. *ibidem:* vt, v. g ſi mihi communicaſti actum copulæ cum matre, aut ſorore illius, quam modò vis ducere in matrimonium, & Eccleſia per publicas & ſolennes denunciationes à me quærat, ſi quod ſciam impedimentum, iuxta cap *Præterea.* 2. *de ſponſal.*

3. *Impedimentū matrimonij, etiam ſecretò cognitum, eſt manifeſtandum.*

Et hæc quæ dicimus de manifeſtatione delicti, aut delinquentis, ſemper intelligi debent ſeruato ordine charitatis quoad correctionem fraternam, ſi ſit ſpes remedij, & emendationis; & ſeruato ordine prudentiæ, ſecundùm quem non eſt facienda manifeſtatio ſpecialis, quando ſufficit ſola admonitio generalis; & non eſt facienda manifeſtatio perſonæ, ſi ſufficit ſola manifeſtatio delicti, vt notat S. Thom. *quodlib.* 11. *art* 2. & ex illo Nau. *c.* 18. *cit. n.* 56.

4. *Apertio litterarū alienarum punitur pœna falſi.*

Tertiò, ad proditionem, quæ contingit circa ſecretum, etiam pertinet, ſi quis aperiat litteras alicuius, directas ad alium, & ſigillatas, vt notat S. Anton. 2. *p. tit.* 1. *cap.* 22. § 6. Tol. *lib.* 8. *c.* 45. Reginald. *in praxi, lib.* 24. *cap.* 6. *num.* 119. quia etiam in hoc caſu violatur fidelitas, quæ vnicuique debetur in ſuis litteris, & earum ſecreto non violando. Vnde & punitur pœna falſi, vt notat Gloſſ. *in cap. cùm olim.* 2. *verb. ſigilla violauit, de offic. deleg.* Innoc. *ibidem.* Bart. *in l. Titio. num.* 3. *ff. quod municipal.* Iul. Clar. *lib.* 5. *recept. ſentent.* § *falſum. verſ. Aperiens, & deſigillans.* & alij communiter apud ipſum, & apud Sylu. *verb. Falſarius, num.* 2. & de hac proditione hæc poſſunt notari.

Et eſt peccatum mortale.

Primò, ſi quis aperiat litteras alterius, ſolùm, vt ſciat ſecreta illius, curioſitas eſt: & ſi ſit in re graui, eſt peccatum mortale: & quia communiter, ante apertionem non poteſt ſciri, vtrùm ſint de re graui, nécne; ideò communiter eſt peccatum mortale. Ita Tolet. *lib.* 8. *c.* 45. *cit. num.* 3. Petr. Nau. *lib.* 2. *de reſtit. cap.* 4. *n.* 450. & alij.

5. *Infamare aliquem apud vnum, aut alterum tantùm, vtrùm ſit peccatum mortale.*

Neque exiſtimo in contrarium multum valere id, quod addit ſub dubio idem Petrus Nau. *cap.* 4. *cit. num.* 460. fortaſſe dici poſſe, quòd ſi aperiens literas alienas, certus ſit, quòd neque ipſe nocebit ſcribenti, aut alteri, ad quem diriguntur; neque alius occaſione illius, non eſt mortale, etiamſi crimen aliquod ibi ſit ſcriptum: ſecluſo tamen ordine ad confeſſionem ſacramentalem; quia ſola apud vnum infamatio, qui nocere non poteſt, non eſt mortalis, vt idem Petrus Nau. probauerat *ſuprà, eod. cap.* 4. *n.* 134. & de vno, aut duobus viris grauibus, quibus dicere defectum alterius idem eſt, ac nulli dicere, docet Caiet. 2. 2. *quæſt.* 73. *art.* 1. *dub.* 1. Nauar *in Manu. cap.* 18. *num.* 33. Cordub. *tract. de detractione, q.* 2. *concl.* 5. & aliqui alij: & videtur indicare etiā S. Thom. 1. 2. *quæſt.* 73. *cit. art.* 2. *ad* 2. vbi ait, quòd ſi quis vni ſoli malum dicat de aliquo abſente, corrumpit famam eius, non in toto, ſed in parte; quæ tamen pars famæ videtur omninò minima, quando eſt ſolùm reſpectu vnius, aut alterius: hoc, inquam, totum non videtur multùm valere. Primò, quia ius ſecreti, quod vnoſquiſque habet in ſuis literis, ne illæ ab alio aperiantur, non ſolùm reſpicit bonum famæ; ſed multò latiùs patet, & poteſt concernere etiam bonum rei familiaris, & bonum vitæ, & bonum animæ, & omne bonum; & ideò multò maior iniuria videtur fieri per apertionem literarum, & violationem huius iuris ſecreti, quando non ſcitur, quòd certò contineant illæ literæ, quàm per ſolam detractionem, aut famæ denigrationem coram vno, aut altero. Deinde, quia, ſi admittatur poſſe accidere, vt aliquando famæ denigratio coram vno, aut altero, perinde ſit, atque denigratio coram nullo; & is, ad quem pertinet talis denigratio, nihili faciat, quòd ſua crimina illis ſint nota, vel propter intimam familiaritatem, & communicationem, vel propter omninò nullam, aut valdè exiguam attinentiam, quam habet in illis, vel propter aliquam aliam huiuſmodi cauſam; non tamen eſt admittendum indefinitè & vniuerſaliter, quòd denigratio famæ ex hoc ipſo, quòd ſolùm eſt coram vno, aut altero viro graui, & qui credatur non nociturus, perinde ſit, ac ſi eſſet coram nullo: ſiquidem poteſt accidere, vt malit quis ſuos defectus eſſe notos multis, & plebeiis, cum quibus nullam habet attinentiam, quam vni, aut alteri Prælato, & viro graui, cum quo aſſiduè verſatur, & à quo habet dependentiam, etiamſi alioqui non ſit nociturus, vt not. Sot. *lib.* 4. *de iuſt q.* 6. *art.* 3. *& lib.* 5. *quæſt.* 10. *art.* 2. *concl.* 4. & Leſſ. *lib.* 2. *cap.* 11. *dub.* 11. *n.* 70. & Azor. *p.* 3. *lib.* 5. *c.* 9. *quæſt.* 2. *& lib.* 13. *cap.* 6. *dub.* 5. & ideò doctrina illa, quòd denigratio famæ ſit ſolùm venialis, quando eſt ſolùm coram vno, aut altero, qui non eſt crimen diuulgaturus, aut aliter nociturus, non videtur abſolutè & vniuerſaliter admittenda; ſed ſolùm in eo caſu, in quo ex circunſtantiis perinde ſit, atque denigratio coram nullo, & in quo mala illorum exiſtimatio parui, aut nihili fiat, & alioqui ſi mala exiſtimatio etiam vnius, aut alterius, magni fiat, non eſt iactura famæ cenſenda leuis, neque infamatio eſt excuſanda à culpa mortali.

Neque contra hoc facit id, quod habetur cap. *Hoc videtur.* 2. 2. *quæſt.* 5. quòd ſi periurium alicuius prodatur Sacerdoti cuipiam, aut talibus, qui magis poſſunt illi prodeſſe, quàm obeſſe; ſiue, vt eum corrigant; ſiue, vt Deum pro illo orent, & placent; non eſt peccatum: neque enim hoc loco agimus de manifeſtatione delicti ad bonum finem, quæ appellatur detractio ſolùm materialis, & eſt licita, prout habetur cap. *Hoc videtur.* cit. ſed ſolùm de illa, quæ fit ex loquacitate, aut leuitate animi, vt etiam notat Petr. Nau. *lib.* 2. *de reſtit. cap.* 4. *cit. num.* 334. & hanc dicimus, non eſſe culpam ſolùm venialem, ex eo, quòd fiat coram vno, aut altero viro graui, ſi alioqui iactura famæ, & bonæ apud illum exiſtimationis non eſt leuis, nec parui fit.

Secundò, qui aperit literas alienas, quia probabiliter ſcit, eas eſſe conſcriptas in damnum proprium, 6.

Qui aperit literas alienas, quia credit eas eſſe in damnum proprium, vel alterius, non peccat.

vel in damnum tertij, non peccat: quia vnuſqoiſque poteſt ſibi, & alteri ex charitate conſulere, & quauis ratione auertere mala omnia, quæ iniuſtè ab aliquo inferuntur. Ita Tol. *lib.* 8. *c.* 45. *cit.*

7. *Superior, poteſt aperire literas ſubditorum.*

Tertiò, qui eſt Superior, & poteſtatem habet in ſuos ſobditos; vel, ſi nō eſt Superior, ſolùm aperit ex ratihabitione; quia ſperat rationabiliter, eum, qui ſcribit, ratum id habiturum; nun peccat aperiēdo, vt ſi Princeps, v. g. aot Reſpublica tēpore belli aperiat literas ex locis finitimis hoſtiom, vt notat Nauar. *c.* 18. *n.* 53. & Reginal. *lib.* 24 *c.* 60. *num.* 120.

8. *Princeps tempore belli licitè aperit literas ex locis finitimis hoſtium.*

Quartò, qui alterius literas iam lectas, & dilaceratas, & proiectas recolligit, iunctíſque pattibus legit, ſi ex ſola curioſirate id ſaciat, ſolùm peccat venialiter: ſi verò, vt ſibi prouidear ex notiria, quam ſpetat inde habere; prouidentia humana eſt, & ſine peccato, cùm liceat vnicuique in omnem ſui vſum conuertere id, quod habetur pro derelicto, quales ſunt partes literarum dilaceratæ, & proiectæ. Ita S. Anton. *p.* 2. *tit.* 1. *c.* 22. *cit.* §. 8. *pag.* 95. *col.* 3. *in fine.* Roſella *verb. emptio, & venditio, n.* 21. *&* 22. & alij, qui etiam addunt, Venetiis contigiſſe, vt quidam mercatot per literas ex pattibus Orientis admonitus, quòd aromara anno ſequeori ex Oriente non poſſent trāſmitti, & ideò illorum ſutura eſſet Venetiis magna caritas, ac proinde oppottuuè ſibi emeret, quātum poſſet; literas de more dilaceraret, & proiiceret; eaſque mercator alius fortè recolligens, aromata omnia ſtatim coëmeret, neque emenda relinqueret mercarori priori; & deinde ex illa emptione totum lucrū ſibi haberet: & ſicut ſi forte huiuſmodi lucrū nou eueniſſet; ſed contrà, in emptione aromatum moltum damni paſſus ſuiſſet, ptimus mercaror, ad quem fuerant directæ literæ ex Oriente, & à quo fuerāt dilaceratæ, & proiectæ, nullam habuiſſet obligationem aliquid reſtituendi ſecundo mercatori, etiamſi poneretur ipſe finxiſſe illas literas, & ſciēter ad illū finē dilaceraſſe, & proieciſſe, vt illum alium mercatorem deciperet: quia, ſcilicet, hic ſecūdus mercatot ſibi deberet imputare, ſi leuiter crediſſet, vt notat S. Anton. §. 8. *cit.* neque primus efficacē cauſam damni dediſſet contra juſtitiā, etiamſi mortaliter peccaſſet contra charitatem: ita etiam ſecundus mercator nihil tenetur reſtituere ptimo propter luctum, in quo illum prudentet præuenit.

10. *Vtrùm qui literas ſtudiosè fingit & dilacerat, & proiicit ad alterum decipiendum, teneatur ad damna, quæ inde ſequuntur.*

Neque contra hoc mulrùm vrget cap. *Si culpa. de iniur. & damno dato.* vbi dicitur, quòd qui occaſionem damni dar, damnum dediſſe videtur, & tenetur pro damno dato ſatisfacere: id enim non intelligitur de quacunque occaſione; ſed de illa, quæ ſit efficax, & ex qua, per ſe loquendo, ſit aptum ſequi damnum; non autem de illa, quæ ſolùm per accidens, ſeu per aliud, damnum det, vt exponit S. Anton. *loco cit.*

Oppoſitum tamen, quoad vtrunque caſum probabilius putat Rebell. *de oblig. iuſt. p.* 2. *lib.* 9. *q.* 7. *n.* 8. quia qui ptoiicir literas in plures particulas ſtudiosè dilaceratas, adhuc videtur retinere ius ſecreti, cùm ad eum finem dilaceret, vt legi non poſſiot, ac ptoiude non niſi contra ius, & cum ipſius iniuria, colliguntur ab altero, & leguntur; & damna, qoæ inde inferuntur, videntur inferri contra iuſtitiam; & qui ſtudiosè epiſtolam ſcribit, & proiicit ad alterum decipiendum, negari non poteſt, quin ſit cauſa efficax deceptionis, & damni, cùm alter ne ſuſpicari quidem poſſit, moraliter loquendo, de deceptione: & quando is, qui fingitur ſcripſiſſe epiſtolam, eſt dignus fide, & peritus negotiandi; ooo poteſt dici is, qui decipitur, leuiter crediſſe; & ſi leuiter credidit, adhuc non rollitur, quomiouſs cauſa credendi fuerit epiſtola: & ſicut, qui leuitet dat conſilium de furto, aut homicidio, adhuc tenetur ad reſtitutionem, ſi de facto conſilium eſt efficax, & habet effectum; ita qui leuiter dat occaſionem deceptionis & damni.

Sed reuerà, qui literas proiicit, etiam dilaceratas, ſibi tantùm videtur debere imputare, ſi ipſa proiectione amittat ius ſecreti: deberer enim vel comburere, vel ita dilacerare, & conſciodere, vt non poſſent ampliùs reperiri, & legi.

Quiotò, ex his colligitur, quid ſit dicendum de aliis Scripturis, quas aliquis apud ſe habet, & intendit ſibi eſſe ſecretas, & ab aliis non videri: ſi quis enim ſurtiuè ingrediarur alterius domum, aut cubiculum, & ſcrinium aperiat, & ſcripturas euoluat, quas ille apud ſe habet, & ſecretas vult eſſe, peccar primò peccato curioſitatis, etiamſi id faciat ſolo animo, & cupiditate diſcendi, & ſine illo periculo, aut ſuſpicione damni, quod inde alteri poſſit obuenire: vt, v. g. ſi quis euoluar chartas Doctoris, qui creditur præclaras aliquas notas, aut lucubrationes apud ſe habere: vt enim patet ex S. Thom. 2. 2. *q.* 167. *art.* 1. *&* 2. Sylu. *verb. curioſitas, n.* 4. & aliis, vitium curioſitatis multis modis committitur; & ſpecialiter, ſi quæratur ſcientia, aut ootitia modo indebito, qualis certè hic eſt, vt ſurtim euoluantur ſcripta alterius, & ipſo inſcio, & inuito. 11.

Scripta alterius ſecreta non poſſunt licitè legi illo inuito.

Peccat ſecundò peccato iniuſtitiæ, cùm vnuſquiſque habeat ius ſecreti, tam in literis, quas mittit, aut recipit ſigillo clauſas; quàm in aliis ſcriptis, quæ apud ſe vult habere, & aliis eſſe negata, vt notat Nau. *in Man. c.* 18. *n.* 53. *& in c. inter verb.* 11. *q.* 3. *concl.* 6. *coroll.* 15. *num.* 19. Mol. *tom.* 5. *de iuſtit. diſp.* 36. *n.* 2. Reginal. *in praxi, lib.* 24. *c.* 6. *n.* 119. Et poteſt hoc peccatum eſſe mortale, ſi damnum notabile alteri fiat, vel is, ad quem pertinent huiuſmodi ſcripta, multùm cupiat, illa eſſe ſecreta, & grauiter ſit laturus, quòd alteri ſuerint viſa, vt ſubdit Mol. *loc. cit.* & hoc vtrunque facilè poteſt accidere in caſu poſito de Doctore apud ſe habente huiuſmodi notas; ſi, ſcilicet, iis vtatur ad laudem ingenij & doctrinæ, oeque poſſit ampliùs vti, quando iam ſunt alicui alteri cōmunicatæ: & quemadmodum apertio literarum alienarum pertinet ad crimen proditionis, vt *ſuprà* diximus, & ideò etiam punitur pœna falſi; ita & videtur pertinere apertio aliorum ſcriptorum.

Et idem ferè videtur dicendum, ſi quis ſit promouendus, v. g ad Doctoratum, & claoculum ingrediatur cubiculum Promotoris, aut Examinatoris, & ſurtiuè legat argumenta, & quæſtiones proponeodas: primò enim, cùm hæc notitia ſit illi indebita, certum eſt, quòd committat vitium curioſitatis. Deinde, cùm quærat gloriam ex manifeſtatione falſæ excellentiæ, ſecundùm quam oſtendit ſe afferre ſoluriones extemporaneas, quæ tales non ſunt, etiam committit vitium vanæ gloriæ, vt patet ex S. Thom. 2. 2. *q.* 132. *art.* 1. & *ſupra* explicauimus *diſp.* 4. Tertiò, dum ſimulat ſolutiones extemporaneas, facto ipſo committit mendacium, vt de hypocriſi diximus *ſupra* ex S. Thom. 2. 2. *q.* 111. *art.* 1. *&* 3. Quartò, maiorem hanc gloriam non niſi per dolum ſibi vſurpat, & per iniuriam, quam facit toti Collegio, aut Vniuerſitati Doctorum. Quintò, iniuriam facit Examinatori, dum violat ius ſecreti, quod ipſi habent pro ſuis notis, & ſcriptis: & ſi hoc ſecretum vehementer cupiant ſibi ſeruari, ne alioqui periculum ſubeant propriæ exiſtimationis, & honoris, dum apparent quæſtiones proponere nullius difficultatis, poterit ex hoc capite etiam eſſe peccatum graue. 12.

Qui furtim legit argumenta ſibi proponenda in Doctoratu, quomodo peccet.

DISPVT.

DISPVT. XII.

Vtrùm liceat ſine vitio proditionis, inquirere de vita, & moribus aliorum, vt faciunt communiter Principes, qui inquirunt de Prælatis, & iis, qui degunt in Romana Curia.

1. *Ratio dubitandi.*
2. *Vſus Principum in inquirendis aliorũ defectibus.*
3. *Inquiſitio ſuper delictum à quo, & quando fieri poſſit.*
4. *Principes licitè poſſunt inquirere de vita & moribus aliorum.*
5. *Inquiſitio de defectibus ſubditorum eſt licita, & debita.*
6. *In electionibus eſt facienda inquiſitio de perſona electa.*
7. *Impedimenta matrimonij ſunt manifeſtanda ſub mortali, etiamſi ſint ſecreta, & infamiam afferant.*
8. *Princeps poteſt inquirere de vita & moribus, non modò eorum, qui ſunt ſubditi; ſed etiam aliorum.*
9. *Licitum eſt propter bonum commune, detegere alicuius peccata, alioqui ſecreta: & hæc non eſt detractio, niſi materialis.*
10. *Non poteſt Princeps inquirere ab iis, qui tenentur ad ſecretum, vel alio modo non poſſunt reſpondere. Et idem eſt de Superiore religioſo.*
11. *Inquiſitio eſt facienda modo debito.*
12. *Quomodo Princeps debeat vti notitia, quam acquiſiuit de alienis defectibus per ſecretam inquiſitionem.*
13. *Etiam Princeps tenetur ſeruare ſecretò eos defectus, quos ſic inueſtigauit.*

1. *Ratio dubitandi.* SI pertinet ad proditionem, quòd quis violet ſecretom alterius contra fidem illi datam, aut debitam, ſiue illud manifeſtando, ſiue modis indebitis inquirendo, vt, v.g. per apertionem literarum, aut aliarum ſcripturarum, quas aliquis ſibi intendit eſſe ſecretas, etiam videtur ad illam pertinere, quòd quis violet idem ſecretum inquirendo de vita, & moribus alicuius, cùm vnuſquiſque ſuam vitam, ſuóſque mores, quando ſunt praui, maximè cupiat eſſe ſecretos, & etiam quoad illos videatur vnicuique maxime competere ius ſecreti.

2. *Vſus Principum in inquirẽdis aliorum defectibus.* Atque huic quæſtioni maximè poteſt occaſionẽ præbere communiſſimus, ac frequentiſſimus vſus ferè omnium Principum, qui modis omnibus per ſe, vel per alios, quærunt notitiam de vita, & moribus aliorum, & præcipuè Prælatorum, & eorum, qui degunt in Romana Curia, & diligentiſſimè inquirunt de eorum vitiis, & defectibus; ſiue naturales ij ſint; ſiue voluntarij, & culpabiles; ea maximè intentione, vt poſſint deinde hunc, aut illum impedire, provt occaſio tulerit, à maioribus dignitatibus, aut officiis, quæ fortè intelligent eſſe illis parata; vel etiam remouere ab illis ipſis, in quibus de facto ſunt; & hac ratione, etiam res aliorum Principum, quantùm fieri poteſt, pro voluntate adminiſtrent.

3. *Inquiſitio ſuper delictum, à quo, & quando fieri poſſit.* Et quidem pro parte negatiua, & quòd hoc nullo modo ſit licitum, videtur primò facere: quia non poteſt fieri inquiſitio, niſi perſona, contra quam fit, ſit de iuriſdictione perſonæ inquirentis, cap. *Si diligenti. de foro compet.* & auth. *Statuimus. C. de Epiſc. & Cler.* & notat Sylu. *verb. Inquiſitio, n. 5. & 12.*

Secundò, quia etiam ab iis, qui habent iuriſdictionem non fit inquiſitio, niſi præcedat notorietas criminis, aut infamia. c. *Qualiter & quando. 2. de accuſat.* & notat Sylu. *ibidem, n. 4.* & Nau. *in rubr. de iudic. n. 80. 81. & 82. & in Manu cap. 18. n. 38.* quando autem defectus, & delicta ſunt omninò occulta, certum eſt, quòd de illis non præcedit infamia.

Tertiò, quia octauum præceptum diuinum, & naturale, de falſo teſtimonio contra proximum non dicendo, omninò obligat, ne quis detrahat famæ alterius, & ne ſit alteri cauſa, vt detrahat: & notat Nau. *de iudic. n. 81. cit.* & apud illum Sot *de tegen ſecret membro 1. q. 2.* & cùm famæ alterius non modò detrahat, qui falſa crimina illi imponit; ſed etiam, qui exponit occulta, vt patet ex S. Thom. *2. 2. q. 73. art. 1. ad 3.* & Nauar. *in Man. cap. 18. cit. n. 26.* nullus alius eſt alteri magis cauſa, vt detrahat famæ proximi, exponendo occulta, quàm Princeps, ſi de illis inquirat.

Et confirmatur: quia, quemadmodum vnuſquiſque habet ius famæ; ita etiam habet ius ſecreti, quoad crimina, & delicta, quæ committit occulta: & quemadmodum facit illi iniuriam, qui hæc prodit; ita & qui quærit ab alio, vel alium inſtigat, vt prodat.

Denique, poſtquam Princeps, ſiue iure, ſiue iniuria peruenit ad notitiam huiuſmodi occultorum, tenetur etiam ipſe ea non prodere, cùm notitia rei ſecretæ ſemper tranſeat cum eadem obligatione ſecreti, vt communiter dicitur in materia de ſecreto confeſſionis ſacramentalis; & ideò etiam intentio ea manifeſtandi, quando occaſio tulerit, iniuſta eſt, & ipſa actualis manifeſtatio, ſi poſteà fiat ad effectum impediendi à noua dignitate, aut officio, continebit nouam iniuriam, & iniuſtitiam; cùm etiam is, qui occultè eſt malus, habeat ius, vt reputetur bonus, & per conſequens, vt etiam admittatur ad dignitatem, & officia, tanquàm bonus, & ab illis non impediatur.

Et vlteriùs, ſi hæc manifeſtatio, & impeditio facta à Principe, erit iniuſta, non eſt dubium, quòd etiam Princeps tenebitur ad omnia damna, quæ inde fuerint conſecuta, eáque obligatio etiam extendetur ad omnes alios, qui fortè in ea re fuerint miniſtri Principis.

Et poſtremò illa intentio adminiſtrandi pro voluntate, quantùm fieri poteſt, etiam res aliorum Principum, tantùm abeſt, vt poſſit huiuſmodi inquiſitionem, & manifeſtationem cohoneſtare, vt potiùs eam faciat, & oſtendat magis irrationabilem, & iniuſtam, cùm hæc ipſa voluntas adminiſtrandi res alienas ſit maximè irrationabilis, & iniuſta.

Verùm, his non obſtantibus, non videntur damnandi Principes, ſi per ſe, vel per alios ſecretò inquirant de qualitatibus, vita, & moribus aliorum, 4. *Principes licitè poſſunt inquirere de vita, & moribus aliorũ.* eáque notitia, quam ſic habuerint, etiam de occultis criminibus & exceſſibus, prudẽter vtantur, pro loco & tempore ad bonum aliquẽ finem, etiamſi contingat, vt quis impediatur à maioribus officiis, ac dignitatibus: quia recta aliqua ratio ita poſtulat. Idque vt clariùs & diſtinctiùs explicem,

Primò, certum eſt, quòd ſecreta inquiſitio de occultis qualitatibus, aut vitiis alicuius, non eſt per ſe mala, & rectè poteſt cohoneſtari per bonum aliquõ finem. 5. *Inquiſitio de defectibus ſubditorũ eſt licita, & debita.* Probatur: quia ad pœnam quilibet Prælatus, aut Superior poteſt inquirere contra ſuum ſubditum, imò & tenetur, ne ſanguis ſubditorum de manibus eius exquiratur in die Iudicij, cap. *Irrefragabili. de offic. ordin.* & cap. *fin. de regular.* & aliis locis apud Sylu. *verb. inquiſitio, 1. num. 2.* Idque non ſolum quando præcedit denunciatio, aut accuſatio, ſed etiã quando præcedit ſolus rumor, aut fama. c. *Qualiter*

& quando.2. de accuſat. ſiquidem etiam rumor, & fama in tali caſu eſt loco accuſatoris, vt notat S. Thom.2.2.*q.67.art.3.ad* 2.Nao.*de iudic.n.*80.*&* 82. Sylu.*verb. inquiſitio*,1.*n.*14. & omnes communiter.

6. *In electionibus eſt facien à inquiſitio de perſona electa.*

Similiter, in electionibus, aut confirmationibus electorum, non ſolùm licitè poſſunt, ſed etiam debent ij, ad quos ſpectat electio, aot confirmatio, diligenter inquirere de vita, & actibus perſonæ electæ, cap *poſtquàm*. & cap. *nihil eſt. de elect.* etiamſi nullus ſit, qui contra illam ſponte obiiciat. cap. *cùm nobis* & cap. *venerabilem. eod.* & notat Azor. *p.2. lib.6. c.16.q.6.* Et in ſpecie, de electione, aut confirmatione Epiſcopi, grauiſſimè id præcipitur in Trid. *ſeſſ.* 24.*cap.*1.*de reform.* & extat Conſtitutio Greg.XIV, *Onus apoſtolicæ ſeruitutis*. de forma faciendi proceſſus, & inquiſitiones ex præſcripto Concilij Triden. ſuper promouendis ad regimina Eccleſiarum. Et eadem ratione Greg.XV. *in Bulla de electione Summi Pontificis, §. Cardinales.* Præterea etiam pro electione Sũmi Põtificis permittit fieri tractatus; & in Ordinibus religioſis benè inſtitutis non ſolùm pro electione Præpoſiti generalis iubentur ſomi informationes; ſed etiam pro aliis promouendis, ſiue ad gradus, ſiue ad gubernationem; & præſcribuntur certæ formulæ pro huiuſmodi informationibus, & in illis inueſtigatur etiam de occultis defectibus, v.g. de paſſionum immortificatione, de ſuperbia, de inobſeruantia religioſa.

7. *Impedimenta matrimonij ſunt manifeſtanda ſub mortali, etiã ſi ſint ſecreta, & infamiam afferant.*

Et eadem inquiſitio ex eod. Trid. *ſeſſ.24.c.1.de reform. matrim.* diligentiſſimè fit, etiam pro matrimonij validitate, & honeſtate ſuper ipſius impedimentis, tam dirimentibus, quàm non dirimentibus; & vnuſquiſque tenetur ſub mortali, illa manifeſtare, etiamſi alioqui ſecreta ſint, vt probat Sanchez *lib. 3. de matrim. diſp.*13.*n.*2. Et certum eſt, quòd eorum aliqua poſſunt etiam redundare in infamiam aliquorum: vt, v.g. affinitas ex copula illicita, impedimentum criminis ligaminis. Et ratio eſt: quia in his omnibus caſibus ita poſtulat bonum commone, illúdque eſt præferendũ bono, priuato vniuſcoiuſque, ſiue illud ſit bonũ famæ, ſiue aliud quodcũque.

8. *Princeps poteſt inquirere de vita, & moribus, non modò eorum, qui ſunt ſubditi, ſed etiã aliorum.*

Secundò, ſecreta inquiſitio de vita, & moribus alicuius poteſt eſſe licita etiam Principi, ſi verè ſit vtilis ad bonum regimen ſui ſtatus. Et qoidem, ſi loquamur de inquiſitione in ordine ad pœnam, & contra eas perſonas, quæ ſunt ſubditæ, & à Principe poſſunt puniri, nulla eſt difficultas, dummodo ſaltem præcedat infamia de delicto, & ſeruentur cætera, quæ ſunt de iure.

Quòd verò poſſit eſſe licita, etiam de aliis perſonis, in quas Princeps alioqui non habet iuriſdictionem, probatur: quia poteſt etiam illa eſſe vtilis ad bonum regimen ſui ſtatus, & per conſequens etiã illa ſaltem per accidẽs poteſt pertinere ad ius Principis: nam certum eſt, quòd bonum pacis maximè pendet ex conionctione, & vnione ad alios Principes, & ad hanc maximè facit, qoales homines apud ſe habeant alij Principes, & quibus aures accommodent: & ideò quemadmodum Princeps pro bono pacis in ſuo ſtatu firmando, optare debet etiam alios Principes erga ſe eſſe beneuolos; ita & poteſt curare, vt etiam illos beneuolos habeat, qui ſunt apud Principes, cùm ab his maximè pendeat beneuolẽtia Principum; & ſi aliquẽ ex illis aduertat, erga ſe eſſe minùs beneuolom, facilè poteſt ab illo timere etiã iacturam in ipſa beneuolentia Principis; & ideò nõ faciet contra ios, ſi bonis artibus conetur illi præcludere aures Principis; & ſi poteſt, etiam conetur eum remouere ab aula, & ad hunc effectum aliquid habeat, quod loco, & tempore illi obiiciat; & per conſequens etiam poteſt de illo inquirere. Et idem eſt, ſi Princeps huiuſmodi hominem intendat impedire à maioribus dignitatibus, atque officiis: ſi enim defectus, quos de aliquo nouit, verè faciant illum indignum, aut minùs dignum tali officio, & dignitate, licitè poteſt etiam ex hoc alio motiuo boni communis illum impedire, ne dignitates, aut officia dentur indignis, aot minùs dignis.

9. *Licitum eſt, propter bonũ commune, detegere alicuius peccata, alioqui ſecreta.*

Atque hoc modo Nau. *in Man.c.*18.*n.*31. de vnoquoque vniuerſaliter aſſerit, quòd non peccet, ſi detegat vera peccata alicuius, etiam ſecreta, quando id eſt conueniens Reipublicæ: v.g ne inhabilis promoueatur ad Ordines, aut beneficium: quia id conceditur etiam iure communi, *l. ſi quando. C. de iniur. l. ſi quis, & l. eum, qui ff. eod.* & S.Thom.2.2.*q.*61. *art.*2.*ad* 4. & apud Azor. *p.2.lib.6.c.15.q.16.* de eo, qui alterum impedit, ne præbendam obtineat, & intendens honorem Dei, vel vtilitatem Eccleſiæ, procurat, vt detur alteri digniori, abſolutè docet, quòd iuſtè faciat, & ad nullam reſtitutionem, aut compẽſationem teneatur. & *q.73.art.2. in corp.* de eo, qui propter aliquod bonum, vel neceſſarium, & debitis circunſtantiis obſeruatis, profert verba, per quæ diminuitur fama alterius; abſolotè docet, quòd non peccet, & ea locutio non poſſit dici detractio, niſi materialiter, & per accidens. Si verò hæc omnia rectè dicuntur de quouis priuato, potiori ratione poſſunt dici de Principe, ad quem ſpectat non modò bonum priuatum ſuæ perſonæ; ſed etiam bonum publicum ſui ſtatus.

Et hæc detractio ad bonũ finẽ eſt ſolùm materialis, & nõ eſt peccatum.

Tertiò, vt ſecreta inquiſitio Principis de vita, & moribus aliorum, omni ex parte ſit licita, non eſt ſatis, ſi ſolùm fiat ex intentione boni communis, aut alterius boni finis; ſed præterea non debet vitiari ex aliis circunſtantiis. Patet ex communi axiomate, quòd bonum ſit ex integra cauſa; & malum ex ſiogulis defectibos. Vnde & S.Thom.2.2.*q.*73.*art.* 2.*cit.* ad hoc, vt non peccet, qui profert verba, per quæ minuitur fama alterius, non ſolùm ait, quòd debeat illa proferre propter aliquod bonum, aut neceſſarium; ſed etiam quòd debeat obſeruare omnes alias circonſtantias debitas. Et Nau. *in Man.c.* 18 *n.*41. de Prælato, Iudice, aut qoouis alio, qoi procurat, aut vult noſcere peccata ſecreta alterius, ait, quòd grauiter peccet, ſi procuret illa noſcere, à quo, quando, quomodo, & vbi non debet.

10. *Non poteſt Princeps inquirere ab iis, qui tenentur ad ſecretum, vel alio modo nõ poſſunt reſpondere.*

Et non eſt dubium, quòd peccaret Princeps, aot miniſter Principis, ſi inquiſitionem faceret ex odio perſonæ, aut ex appetitu vindictæ, vel ex alio malo fine; vel ab iis inquireret, à quibus non debet; vel, quia non poteſt iis adhiberi fides, vtpote vitis leuiſſimis, & mendacibus; vel, quia interrogari non poſſont, niſi per maleficium, & ſuperſtitionem, vt ſunt Dæmones; vel, qoia non poſſunt reſpondere, & veritatem manifeſtare, niſi per ſacrilegiũ, aot proditionem, vt ſunt Confeſſarij, & ij, qui propter fidẽ alteri datam, aot debitam, ſpecialiter tenentur ad ſecretũ, v.g. ſecretarij, & intimi familiares virorum Principum, aut aliorum qoorumcunque: hac enim de caoſa S.Greg. *lib.*31. *Moral.* & ex illo S.Thom.2.2.*q.*118. *art.*8. proditionem, quæ tamen maximè committitur per manifeſtationem alicuius ſecreti indebitã, numerat inter filias auaritiæ, vt iam diximus; qoia ſæpè contingit, vt ex inordinato amore pecuniæ inducatur quis ad frangendã alteri fidem circa ſecretum ſeruandum: & neque etiam Superior religioſus poteſt præcipere ſuo ſubdito, vt reuelet ſibi ſecretũ, quod ſuæ fidei fuit commiſſum, vt probat S.Thom. *quodlib.*1.*art.*15. quia ſubditus omninò peccaret, ſi fidem frangeret. Et quemadmodũ, ſi ſecretum, qood frangitur, ſit de re graui, ſemper eſt peccatum mortale ex parte illius, qui frangit, vt iam explicauimus *diſp.*10.

Et idem eſt de Superiore religioſo.

*diſp.*10.*&* 11. & notat Tolet.*lib.*8.*cap.*44. ita & eſt mortale ex parte alterius, qui eſt illi cauſa, vt frangat. Vnde Nauar. *in Man.cap.*12.*num.*23.*&* *cap.*23. *num.*27. abſolutè docet, quòd peccat mortaliter, qui alterum inducit ad violandum ſecretum, & aliqua ab eo quærit, quæ non poteſt reuelare ſine peccato mortali contra legem naturalem, vel contra iuramentum, aut promiſſionem de ſecreto ſeruando.

11. *Inquiſitio eſt facienda modo debito.* Et eodem modo certum eſt, quòd peccaret Princeps, aut miniſter Principis, ſi inquiſitionem faceret modo indebito, & etiam ab iis, quos poteſt interrogare, extorqueret veritatem, v.g. per vim, aut dolum, aut alio modo indebito, vel aperiret literas alicuius, ſolùm, vt ſciret ſecreta illius.

Atque ad hæc omnia peccata vitanda in Trid. *ſeſſ.*24.*c.*1. *de reform.* pro iis, qui ſunt eligendi, aut confirmandi in Epiſcopos, non ſolùm præcipitur, vt ſumatur teſtimonium graue, & idoneum; ſed etiam vt ſumatur à viris doctis, & bonis, de quibus, ſcilicet, certum ſit, quòd poſſint interrogari, & reſpondere; neque poſſit eſſe ſuſpicio, quòd fallantur, aut fallant.

Et quoad huiuſmodi ſecreta ab iis quærenda, qui alioqui tenentur illa non prodere, non videtur vlla alia poſſe eſſe exceptio, niſi illa, quam ponit S. Anton. 2.*par.tit.*1.*c.*22.*versùs finem*, ſi, ſcilicet, certum ſit, quòd ex parte eius, cui fides eſt data, ſiot iniuſta: vt, v.g. ſi necem moliatur innocenti: tunc enim, etiamſi fides eſſet firmata iuramento, adhuc poſſent manifeſtari, neque obligaret iuramentum: quia ſemper ex charitate manet obligatio, vt impediatur malum innocentis, vt etiam *ſuprà* explicauimus *diſp.*11. & extra hunc caſum de iniuſtitia, ſemper eſt ſeruandum ſecretum, ſi fides ſit data, aut debita, & ſemper illius manifeſtatio eſt proditoria, & peccatum mortale.

12. *Quomodo Princeps debeat vti notitia, quam acquiſiuit de alienis defectibus per ſecretã inquiſitionem.* Quartò, huc idem, quod diximus, de acquirenda notitia alienorum defectuum per occultam inquiſitionem, à fortiori eſt dicendum, etiam de vſu talis notitiæ iam acquiſitæ: neque enim debent Principes illa vti ex odio perſonæ, aut alio malo fine, neque debent aliquid prodere, aut affirmare, vt certum, quod verè tale non ſit, & habitum à viris probatis, & fide dignis; neque debent per vim, aut dolum impedire aliquem à dignitatibus, aut officiis, vel remouere ab Aula, & à Curia: & ſi poteſt ad bonum commune, quod intenditur, ſatis eſſe, ſi vnus tantùm, aut alter defectus alicuius, & vni tantùm prodatur; non debent prodi plures, & pluribus: & vnico verbo ſemper debet à Principe, quantum fieri poteſt, haberi ratio iuſtitiæ, & charitatis erga illum, cuius defectus inquiruntur, aut produntur.

Et per hæc patet ad rationes dubitandi initio poſitas: quòd enim dicitur inquiſitio non poſſe fieri, niſi ab habente iuriſdictionem in perſonam, in quam inquiritur; ſolùm eſt verum de inquiſitione iudiciali, & ad pœnam, vt patet ex Sylu.*loc.cit.* non autem de extraiudiciali, & ad alios fines.

Et idem eſt, quòd inquiſitio non poſſit fieri, niſi præcedat ſaltem infamia criminis, quæ eſt loco accuſatoris: ſimiliter enim id ſolùm eſt verum de inquiſitione ad pœnam, vt patet ex cap. *qualiter, & quando.*2.*de accuſat.*

Ad tertium patet ex doctrina S.Thom. allata 2.2.*quæſt.*73.*art.*2. neque enim eſt dicendus detrahere famæ alterius, aut eſſe alteri cauſa vt detrahat, niſi materialiter; & quaſi per accidens, qui propter aliquod bonum, aut neceſſariũ, profert verba, per quæ minuitur fama, vel eſt alteri cauſa, vt proferat; & talis eſt Princeps, aut miniſter Principis, dum ſecretò inquirit ad bonum finem.

Ad confirmationem patet eodem modo: ſolùm enim habet vnuſquiſque ius famæ, aut ſecreti, quando non vrget aliud bonum, aut neceſſarium, vt diximus ex S.Thoma: & ſi hoc vrgeat, nulla iniuria ipſi fit, ſi ſolùm per accidens, & ratione illius boni minuatur ipſius fama, & prodatur delictum occultum.

13. *Etiam Princeps tenetur ſeruare ſecretò eos defectus, quos ſic inueſtigauit.* Ad vltimum iam diximus, teneri etiam Principem ad ſecretum, ſi non vrgeat maior neceſſitas alterius boni. Neque hæc neceſſitas debet eſſe ipſa intentio adminiſtrandi, quantum fieri poteſt, etiam res aliorum Principum: ſiquidem hæc, vt benè dicitur in argumento, eſt per ſe irrationabilis, & iniuſta; ſed debet eſſe conſeruatio, & confirmatio pacis, & boni communis in proprio ſtatu, ad quam eſt maximè vtilis, & neceſſaria non ſolùm coniunctio, & beneuolentia aliorum Principum; ſed etiam eorum, qui ſunt apud Principes, vt iam diximus.

DISPVT. XIIII.

De iis, quæ pertinent ad luxuriam ſecundùm ſe.

1. *Quid ſit luxuria.*
2. *Luxuria eſt peccatum.*
3. *Luxuria ex ſuo genere eſt peccatum mortale.*
4. *Luxuria eſt oppoſita caſtitati.*
5. *Caſtitas vnde dicatur.*
6. *Pudicitia quæ propriè ſit.*
7. *Caſtitas virginalis, vidualis, & coniugalis.*
8. *Virginitas non opponitur luxuriæ per defectum.*

DE luxuria legi poſſunt Magiſter, & Scholaſtici *in* 3.*d.*37. S.Thom.2.2. *q.*153. *&* 154. Alen. 2.*p.q.*143.*&* *p.*3.*q.*35. *&* 39. Vaſq. *p.*2, *diſp.*112.*&* *ſequen* quando agit de delectatione moroſa. Valentia 2.2.*diſp.*9. Leſſ.*lib.*4.*qui eſt de temperantia*, *c.*3.*dub.*5. Azor.*p.*1.*lib.*4 *c.*16.*&* *p.*3.*lib.*4.*per totum.* Reginald.*in praxi, lib.*22.*c.*3. S.Anton.1.*par.tit.*14. *&* 2.*p.tit.* 5. Sayr. *lib.*8.*clau reg. per tot.* Summiſtæ *verb. luxuria*, Graffius *in deciſ.aur. p.*1.*l.*2.*c.*74.*&* *ſeq.* Nau.*in Manual c.*16.*&* *c.*23.*à n.*110.& alij. Et quamuis plenior illius tractatio pertineat ad explicationem præceptorum, quando agitur de ſexto præcepto: *Non mœchaberis.* huc tamen loco non ſunt omittenda, quæ ad illam faciunt ſecundùm ſe, & in quantum eſt vitium capitale.

Et primò, quoad vim nominis, rectè notat S. Thom. 2.2. *q.*153. *cit. art.* 1. ex S. Iſidoro *lib.*10. *Etymol c.*11. eam dici à luxando, in quantum totus animus quaſi luxatur, & ſoluitur, eiúſque partes, ſeu potentiæ, quaſi loco mouentur in voluptates: ſicut enim membra corporis ſuis locis mota, & ſoluta, dicuntur luxata; ita & animus per luxuriam ſolutus in voluptates, appellatur luxurioſus, quaſi luxatus, vt benè explicat Leſſ.*lib.*4 *c.*3.*cit.n.*39. *Quid ſit luxuria.* 5. Et quamuis ex Caiet. 2.2. *q.*153. *art.*1.*cit.* apud Latinos Authores, luxuria, vel luxuries ſumatur latiùs, pro qualibet ſuperfluitate, vel abundantia, quomodo dicitur de ſegetibus, & plantis, cùm ex copia alimenti, & ſucci quaſi laſciuiunt, & vberiùs in herbas, ac frondes erumpunt; & in moralibus peccatum luxuriæ hoc modo acceptæ dicatur omnis vſus immodicus quarumcunque deliciarum, & non modò in rem veneream; ſed etiam in epulas, veſtes, vnguenta, & alia huiuſmodi, nimia, & immoderata profuſio: ſtrictè tamen, ac preſsè ſolùm accipitur, prout dicit exceſſum in re venerea; & peccatum luxuriæ abſolutè prolatum, illud ſolùm intel-

ligitur, quod contingit circa voluptates venereas; & meritò, cùm hæ voluptates præ cæteris omnibus maximè animum ſoluant, & quaſi luxent, vt notat S.Thom. *art.1.cit.* atque ita luxuria, prout eſt vitium, aut peccatum capitale, rectè poteſt deſcribi, quòd ſit amor inordinatus per exceſſum circa voluptates venereas.

2. *Luxuria eſt peccatum.* Secundò, quòd luxuria hoc modo accepta ſit peccatum, non eſt, quòd probetur: ſicut enim, ſi contingat inordinatio circa vſum ciborum, qui à natura ſunt inſtituti ad conſeruationem indiuidui, peccatum eſt; ita etiam, ſi contingat circa vſum venereorum, quæ ſimiliter ſunt inſtituta ad conſeruationem ſpeciei. Et quemadmodum ordo rationis circa vnunquodque hoc poſtulat, vt vnunquodque aſſumatur modo conueniente ad ſuum finem, & in vnoquoque peccatum contingit, per hoc, quod in illo non ſeruetur ordo rationis: ita & in vſu venereorum, vt notat S.Thom. 2.2. *q.153.cit. art.2. & q.15. de malo, art.1.*

Neque obſtat, quòd per actum venereum ſolùm emittatur ſuperfluitas aliqua, & excrementum, id eſt, ſemen, quod eſt excrementum, aut ſuperfluum alimenti, vt patet ex Ariſtot. *lib.1. de gener. animal. c.18. & 19.* emiſſio autem excrementi, aut ſuperflui, peccatum non ſit, vt patet inductione in aliis excrementis & ſuperfluitatibus: nam ſemen, vt notat S.Thom. *q.153. cit. art.3. ad 1. & q.15. de malo, art. 1. ad 4.* non ideò dicitur excrementum, quia illius nulla ſit indigentia, & nulla vtilitas in animali, & ſolùm excernatur, vt eiiciatur tanquam inutile; ſed, quia eſt reſiduum ex operatione virtutis nutritiuæ, & à natura excernitur ad finem generationis, ex ipſo vtili & vltimo alimento, vt etiam patet ex Ariſtotele *locis cit.* & ideò non eſt emittendum, niſi ad finem à natura intentum, id eſt, ad generationem; & ſi aliter emittatur, indebitè emittitur, & peccatum committitur.

Quo autem modo actus venereus poſſit eſſe licitus, aut illicitus inter legitimos coniuges, non eſt pluribus explicandum hoc loco, cùm pertineat ad materiam de matrimonio.

3. *Luxuria ex ſuo genere eſt peccatum mortale.* Tertiò, certum eſt, quòd peccatum luxuriæ, ex ſuo genere, eſt peccatum mortale: nam *ad Gal. 5.* inter opera carnis primo loco numeratur, *fornicatio, immunditia, impudicitia, luxuria*: & poſteà ſubditur, *idolorum ſeruitus, veneficia, inimicitiæ*, &c. & de omnibus tandem pronunciatur, quòd *qui talia agunt, regnum Dei non conſequentur.* Quod ſine dubio de omnibus importat malitiam mortalem, cùm hæc ſola poſſit excludere à regno Dei. Et *ad Epheſ. 5.* fornicatio, & omnis immunditia dicitur nec nominanda quidem eſſe inter fideles. Et ratio ſubditur: quia omnis fornicator, aut immundus non habet hæreditatem in regno Chriſti, & Dei. Et ratio eſt: quia, cùm vſus rei venereæ à natura ſit inſtitutus ad procreationem prolis, & ſpeciei conſeruationem, ſicut & vſus ciborum eſt inſtitutus ad conſeruationem indiuidui, & vt habet S.Aug. *de bono coniugali, cap.16. tom.6.* hoc idem ſit concubitus ad ſalutem generis, quod eſt cibus ad ſalutem hominis, omninò eſt cenſendus res grauis, & magni momenti; & ideò etiam inordinatio, & peccatum, quod circa illud contingit, ex ſuo genere eſt cenſendum peccatum graue: & vt habet S.Thom. 2.2. *quæſt.153. art.3.* cùm ordo rationis tantò magis ſeruandus ſit circa aliquid, quantò illud eſt, & excellentius, & magis neceſſarium; & ex conſequenti tantò etiam ſit vitioſior tranſgreſſio talis ordinis, non poteſt non eſſe multùm vitioſa tranſgreſſio ordinis circa rem veneream, cùm hæc ſit tranſgreſſio circa rem maximè neceſſariam ad conſeruationem ſpeciei, quæ eſt multò maioris momenti, quàm conſeruatio indiuidui.

Et quia hæc ratio deformitatis, & malitiæ grauis deſumitur ex fine per ſe, & quantum eſt ex inſtitutione naturæ, quem reſpicit ex intrinſeca ſua ratione actus venereus, facilè conſtat, quare ab hac grauitate malitiæ non excuſentur, qui tales actus ideò exercent, quia vident ex aliquo accidente eos eſſe impeditos à tali fine, vt, v.g. quia ſciunt ſe propter ætatem, aut aliquam aliam huiuſmodi cauſam eſſe impotentes ad generandum: vt enim benè explicat Caiet. 2.2. *q.153. art.3. cit. §. Ad 2. quoque dicitur.* non ex eo, quòd aliquis actus ſit impeditus per accidens, ne aſſequatur aliquem finem, ad quem eſt ordinatus per ſe, & ex ſua natura, ſequitur, quòd poſſit non eſſe inordinatus, ſi fortè exerceatur repugnanter ad illum finem: ſiquidem non eſt attendendum ad id, quod in actibus eſt per accidens; ſed ſolùm ad illud, quod eſt per ſe: & ideò actus venereus, quomodocunque exerceatur, non ſecundùm ordinationem ad finem per ſe, ſemper eſt dicendus exerceri inordinatè, & eſſe peccatum, etiamſi alioqui ſit impeditus per accidens à conſecutione illius finis. Et hinc etiam fit ex S.Thom. *q.15. de malo, art.2. ad 14.* quòd ſi aliquis actus per ſe ordinatus ad aliquem finem, alioqui ſit licitus, non propterea euadat illicitus, ſi ex accidente in aliquo particulari impediatur ab illo fine: vt, v.g. acceſſus mariti ad vxorem, quando hæc eſt vetula, aut ſterilis: ſolùm enim eſt attendendum in actibus humanis, id, quod in illis ſe habet per ſe; non autem id, quod ſe habet per accidens; & ideò cùm acceſſus ad ſuam, per ſe loquendo, ſit licitus, & per ſe faciat ad prolis procreationem, & educationem; non eſt cenſendus fieri illicitus, quando ex accidente in aliquo particulari non facit ampliùs ad illum finem: cùm leges, quæ aliquem actum faciunt licitum, aut illicitum, ſolùm reſpiciant id, quod in illo ſe habet per ſe, neque curent de illo, quod ſe habet per accidens.

Quòd ſi vrgeas, finem generationis magis impediri per continentiam ab omni actu venereo, quàm per actum venereum inordinatè factum, v.g. per concubitum cum non ſua; & ideò vel hunc non ideò eſſe malum, quia impediat talem finem, vel ex hac cauſa continentiam eſſe peiorem: Reſpondeo cum S.Thom. *qu.15. de malo, art.2. cit. ad 13.* poſt iam multiplicatum ſufficienter genus humanum, non eſſe obligationem vacandi poſitiuè, & abſolutè generationi; & ideò continentiam non eſſe malam, ſed ſolùm ſub conditione; & ex ſuppoſitione, quòd detur opera rei venereæ, eſſe obligationem, vt talis opera detur ordinatè, & non repugnanter ad talem finem; & ideò actum venereum factum inordinatè, ſemper eſſe peccatum.

Quartò, vitium, & peccatum luxuriæ opponitur caſtitati per exceſſum, intelligendo hoc nomine virtutem illam ſpecialem, quæ moderatur affectum circa delectationes, & voluptates venereorum, ne aliter aſſumantur, vel appetantur, quàm iuxta præſcriptum rationis. Ita S.Thomas 2.2. *quæſt.151. art. 2. in corp.* & omnes communiter: & patet manifeſtè ex eo, quia amor inordinatus venereorum, in quo diximus propriè conſiſtere rationem luxuriæ, nulli habitui magis opponitur, quàm illi, qui ponit modum in iiſdem venereis, eáque facit non aliter appeti, aut aſſumi, quàm ex præſcripto rectæ rationis: & cùm appellatio caſtitatis à caſtigando ducatur, vt habet S.Thom. 2.2. *q.151. cit. art.1. & 3. Ethic. lect.22.* quod apud Latinos idem eſt, atque verbis 4. *Luxuria eſt oppoſita caſtitati.* 5. *Caſtitas vnde dicatur.*

reprehendere,

reprehendere, & quaſi caſtum, & purum agere, in quantum, ſcilicet, exceſſus concupiſcentiæ, & cupiditatis reprehendit, & moderatur, ſicut & caſtigantur & reprehenduntor exceſſus puerorum, qui proptereà, quando ſunt diſciplinati, dicuntur caſtigati; & quando ſunt indiſciplinati, dicuntur incaſtigati, vt habet S. Thom. *lect.22.cit.* & patet ex Ariſtotele *3. Ethic. cap. vlt.* facilè intelligitur, quæ ſit materia caſtitatis, & quod officium: proxima enim materia illius ſunt motus interni concupiſcentiæ, quos ipſa comprimit, vel componit ad præſcriptum rationis; & materia remota, ſunt actus externi, ſiue ſint præuij ad coniunctionem, & copulam, vt aſpectus, verba, tactus, & oſcula; ſiue ſint ipſa coniunctio. Et in quantum ſpecialiter verſatur circa huiuſmodi actus præuios, qui communiter magis ſolent deprehen-

6. *Pudicitia quæ propriè ſit.*

di ab aliis, quàm coniunctio, quæ communiter ab omnibus fit ſecretiùs, ſpeciali vocabulo appellatur pudicitia, deriuato, ſcilicet, nomine à pudore, quem homines maximè habet de actibus venereis, vt habet S. Aug. *lib.14. de ciu. c.18. circa med. tom.5.* & in ordine ad illos, etiam de quibuſcunque illorum ſignis, vt habet Ariſtoteles *lib.2. Rhetor. cap.6.* & S. Thom. *2.2. q.151. art.4.* & ex illo Leſſ. *lib.4. cap.2. dub.13. num.95.*

7. *Caſtitas virginalis, vidualis, & coniugalis.*

Quando autem dicimus, luxuriæ vitium eſſe oppoſitum caſtitati per exceſſum, ſumenda eſt caſtitas, prout comprehendit omnes modos, vel ſtatus illius, qualis eſt non ſolùm illa, quæ dicitur virginalis, & ſic abſtinet à rebus venereis, ſiue licitis, ſiue illicitis, vt nunquam illas experta ſit, aut conſenſum in illas præſtiterit; & ideò retinet perfectam integritatem corporis, & animi; ſed etiam illam, quæ dicitur caſtitas vidualis, & poſt conſenſum præſtitum, & expertos actus venereos, ab illis abſtinet, ſiue licitis, ſiue illicitis; & denique illam, quæ dicitur coniugalis, & ſolùm abſtinet ab illicitis: hac enim ratione tam eſt actus luxuriæ ſtuprum, quod eſt contra caſtitatem virginalem, quàm fornicatio, & adulterium, quæ ſunt contra vidualem, & coniugalem. Vtrùm autem hi tres modi caſtitatis pertineant ad vnam virtutem in ſpecie infima; an verò ad vnam ſolùm genericè, & quid propriè requiratur ad vnanquanque ex his caſtitatibus, non eſt huius loci. Videri poteſt S. Thom. *2.2. q.152.* Leſſ. *lib.4. c.2. dub.14. & ſeqq.* Azor. *tom.3. lib.3. c.1. & 2.* & alij.

Quòd ſi quæras, quodnam vitium opponatur caſtitati per defectum, ſi luxuria opponitur per exceſſum. Reſpondeo cum S. Thom. *2.2. quæſt.153. art.3. ad 3.* opponi vitium inſenſibilitatis: & per hoc illud intelligi, quod in tantum deteſtatur voluptates venereas, vt neque etiam vxori debitum reddat, & abſolutè etiam contra debitum ab illis abſtineat, & contra præſcriptum rationis: quod eſt benè aduertendum, ne quis exiſtimet, virginitatem, quæ ab huiuſmodi voloptatibus omninò abſtinet, eſſe vitioſam, & includere deordinationem per defectum: opponitur enim etiam ipſa, tanquàm medium, & conſiſtens in mediocritate rationis, luxuriæ, tanquàm extremo per exceſſum: ſiquidem medium in virtutibus non eſt medium rei, neque accipitur ſecundùm quantitatem, ſed ſecundùm rationem, vt

8. *Virginitas nō opponitur luxuria per defectum.*

dicitor 4. *Ethic. cap.1.* & ideò etiam virginitas tenet medium, quamuis abſtineat ab omni voloptate venerea, cùm iam multiplicato ſufficienter humano genere recta ratio dictet, id optimum eſſe propter alia plora bona, quæ ſecum habet huiuſmodi abſtinentia, vt not. S. Thom. *quæſt. 15. de malo, art.1. ad 9. & 2.2. quæſt. 152. art. 3. & 4.*

DISPVT. XIV.

Vtrùm in peccatis luxuriæ poſſit dari paruitas materiæ circa delectationem veneream.

1. *Vtrùm poſſit dari leuitas materiæ in delectatione venerea.*
2. *Afferuntur rationes dubitationis.*
3. *In peccatis luxuriæ non datur leuitas ex parte materiæ circa delectationem veneream.*
4. *Decretum Societatis Ieſu contra paruitatem materiæ in re venerea.*
5. *Delectatio venerea in quo conſiſtat, & quomodo cauſetur, & ſit maior in viris, quàm in fœminis.*
6. *Tactus aliquis quare dicatur libidinoſus.*
7. *Tactus, & oſcula, ſi fiant ex bono fine, non ſunt peccatum.*
8. *Tactus, & oſcula, ſi fiant ex fine venialiter malo, non ſunt peccatum, niſi veniale.*
9. *Ad rationes in contrarium allatas.*
10. *Authores, qui admittunt paruitatem materiæ in re venerea, quomodo ſint intelligendi.*
11. *Ad primam ex rationibus ſupra allatis.*
12. *Quare in aliquibus præceptis detur paruitas materiæ, & in aliis non detur.*
13. *Quomodo ſit dignoſcendum, quòd in aliquo præcepto detur, aut non detur paruitas materiæ.*
14. *Delectatio venerea pertinet ad copulam maximè de propinquo.*
15. *Ad tertiam.*
16. *Ad quartam.*
17. *Tactus partium pudendarum ſupra veſtes quomodo ſit peccatum veniale.*

CIRCA illud, quod diximus *diſput. præced. n.3.* quòd peccatum luxuriæ ex ſuo genere ſit mortale, poteſt oriri difficultas, vt explicetur, vtrùm poſſit etiam in illo contingere id, quod communiter admittitur in pluribus aliis peccatis, quæ ſimiliter dicuntur mortalia ex ſuo genere, vt, ſcilicet, poſſint eſſe venialia, non ſolùm ex imperfectione actus, ratione aduertentiæ, & deliberationis imperfectæ; ſed etiam ex leuitate materiæ, vt accidit, v.g. in furto, in detractione, in læſione corporali, in ſacrilegio, in violatione voti, aut iuramenti, & in aliis huiuſmodi; & ſpecialiter eſt difficultas de delectatione venerea, circa quam ſpecialiter verſatur luxuria: nam ex vna parte, quòd poſſit etiam in illa dari leuitas materiæ, & peccatum veniale ex leuitate materiæ, docet Nau. *in c. Si cus. de pœnit. d.1. n.17.* vbi ait, neminem, quem ipſe legerit, de hac re ſcripſiſſe: & ſubdit, quòd ſicut tranſgreſſio in aliis præceptis excuſatur à mortali propter paruitatem materiæ; ita etiam in hoc, cùm non ſit maius, quàm alia, nec datum ab alio: & quamuis non poſſit dari paruitas in ipſa copula carnali, quæ vltimatè prohibetur per hoc præceptum; poſſe tamen dari paruitatem in ipſa delectatione venerea, quæ prohibetur in ordine ad illam, & ſæpè inſurgit ex ipſo cogitatu, vel tactu. Et ſimile quid etiam habet *in Man. c.14. n.42. & c.16. n.12. & 13.* & idem habet Armilla *verb. impudicitia, n.1. in fin.* vbi ait, non quālibet delectationem modicam eſſe mortalem, ſicut etiam accidit in aliis peccatis: & diſertè Sanchez *lib.9. de matr. diſp. 46. n.9. 10. & 11. & 40.* & apud illum Sot. *de doctr. Chriſtiana, fol.26.* & videtur poſſe citari etiam Vaſq. 1.

1. *Vtrùm poſſit dari leuitas materiæ in delectatione venerea.*

2. *Afferuntur rationes dubitandi.*

 a. diſp.

2.*diſp.*121.*c.*4.*n.*15. vbi tradit, vniuerſalem regulam ad dignoſcendum, vtrùm delectatio ſit mortalis, aut venialis; & ait, tunc eſſe mortalem, quando habet notabilem oppoſitionem cum virtute; & tunc eſſe venialem, quando illam non habet: quam regulam etiam ſequitur Sayr. *lib.*8. *clau. reg. c* 7.*n.* 15. Certum autem videtur, quòd delectatio venerea in materia leui non habet oppoſitionem notabilem cum caſtitate, quæ eſt virtus oppoſita luxuriæ. Similiter videtur poſſe citari etiam Azor. *p.*1. *lib.*4.*c.*16.*q.*2. vbi docet, ex communi conſenſu Theologorum, delectationē eſſe mortalem, aut venialem pro grauitate, aut leuitate materiæ: & Salas *tom.*2.*in* 1.2. *tract.*16.*diſp.*6.*ſect.*35. *in fin.* vbi concludit, dari peccatum veniale ex leuitate materiæ in materia luxuriæ. Et denique poſſunt citari omnes illi, qui negant, tactus, & oſcula eſſe peccata mortalia: quia non referuntur vlteriùs ex intentione operantis ad vlteriorem delectationem ipſius copulæ, vt Martin. de Magiſtr. *tract. de temper. quæſt.* 3. *quæ eſt de luxuria.* Habetur *in Can. Miſſa, lect.*74. *litera E, verſ. Verùm duplicia ſunt.* & plures alij apud Sanchez *lib.*9. *de matr. diſp.*46. *cit. n.*6. & apud Leſſ. *lib.*4.*c.*3.*n.*59.

Nec deſunt rationes, quæ id videntur probare. Primò, enim S. Paul. *ad Epheſ.*5. poſtquàm dixit: *Fornicatio, & omnis immunditia nec nominetur in vobis, ſicut decet Sanctos, aut turpitudo, aut ſtultiloquium.* de fornicatione tantummodo, & de immunditia ſubdit, quòd non habent hæreditatem in regno Chriſti, & Dei; non autem de turpitudine, aut ſtultiloquio: *Hoc enim ſcitote,* inquit, *intelligentes, quòd omnis fornicator, aut immundus non habet hæreditatem in regno Chriſti, & Dei.* Et cùm ex Gloſſa *in eum locum* per turpitudinem eam intelligat, quæ committitur, v. g. in oſculis & amplexibus, apertè videtur indicare, quòd hæc non excludat ab hæreditate in regno Dei, & per conſequens, quòd non ſit peccatum mortale.

Deinde, quòd etiam in materia rei venereæ poſſit dari paruitas, non ſolùm videtur probari à paritate rationis, quam affert Nauar. quia datur in aliis præceptis, & de hoc nulla eſt ratio peculiaris, ex qua non detur: ſed etiam, quia certum eſt, quòd in hoc genere malitiæ datur magis, & minus; & graue, & leue; pro maiore, vel minore propinquitate, & acceſſu ad maximum, quod in tali materia eſt ipſe actus copulæ: quia enim hic actus eſt malus, malitiam communicat, & quaſi refundit in ea omnia, quæ ad ipſum pertinent, & dicunt attributionem, vel tanquàm cauſa ad effectum, vel tanquàm medium ad finem, vel tanquàm diſpoſitio: & prout aliquid proximiùs, vel remotiùs pertinuerit ad talem actum, magis, vel minùs participat de illius malitia, vt patet in tactibus impudicis partium pudendarum, qui ſine dubio maiorem habent malitiam, quàm oſcula, aut tactus libidinoſi aliarum partium, v.g. manus, aut brachij: quia pertinent magis proximè ad copulam: ergo, ſi minuamus proportionaliter huiuſmodi malitiam, quæ deriuatur ex copula, pro magis, ac magis remota pertinentia ad illam, tandem deueniemus ad aliquam, quæ ſit valdè leuis, & ſolùm venialis, quamuis ſit in eodem genere malitiæ ex re venerea: quia, ſcilicet, ſolùm leuiter, & non niſi valdè remotè ad copulam pertinet: ſic enim communiter accidit etiam in aliis peccatis; & quæ ſolùm remotè, v. g. pertinent ad ebrietatem, furtum, aut homicidium, vt prægustatio vini, aſpectus rei alienæ, aut aſperior reſponſio, ſolùm ſunt venialia; etiamſi ipſa inebriatio, furtum, & homicidium ſint mortalia.

Tertiò videtur probari: quia malitia actualis in actu peccati tota deſumitur ex malitia obiectiua, id eſt, ex ipſo obiecto, prout tali modo comparatur ad rationem, & ſecundùm illam eſt diſconueniens, vt patet ex S.Thom. 1.2.*qu.*18.*artic.*5.*in corp.* vel prout fundat talem ordinem ad rationem, pro, vel contra, vt idem ſubdit *art.*10.*in fine corp.* Certum autem videtur, quòd in genere rei venereæ non omnia obiecta fundant æqualiter diſconuenientiam ad rationem. Et quemadmodum aliqua fundant diſconuenientiam grauem, & per conſequens tribuunt actui malitiam grauem, & mortalem, vt illa omnia, quæ proximè pertinent ad ipſam copulam: ita & aliqua poſſunt fundare diſconuenientiam leuem, & per conſequens tribuent actui malitiam leuem, & venialem, vt illa, quæ pertinent ad copulam ſolùm remotè.

Quartò, quia plures caſus particulares poſſunt afferri ex Doctoribus, in quibus reperitur malitia ex re venerea, & ſolùm eſt malitia leuis, & venialis ex leuitate materiæ: nam Sanchez *lib.*9. *de matr. diſp.*46.*cit.n.*11. ex leuitate materiæ excuſat à culpa mortali tactum partium pudendarum, ſi fiat, v.g. ſupra veſtes, non intendendo delectationem ex tactu immediato, qui fortè cogitetur; ſed ſolùm illam leuem, quæ poteſt haberi ex tactu mediato: & *num.* 10. ex eodem capite excuſat amplexus, & oſcula, ſi habeantur ex ioco, & ex animi leuitate, etiamſi ex illis conſurgat delectatio, dummodo hæc reprimatur: & citat pro hoc Caiet. *in Summa, verb. impudicitia.* Nau. *in cap. Si cui. de pœnit. diſp.*1.*n.*11. Graff. *in deciſ. aur. par.*1.*lib.*2.*cap.*75. *num.*10. Et ſubdit ex eod. Nau. *in Man. c.*14.*num.*42. idem eſſe, ſi quis ioco tangat mamillas fœminæ, dummodo non intendat aliam prauam delectationem: & *num.*17. eodem modo excuſat tactus alios leuiores, v.g. manuum fœminæ, pedis, brachij; etiam vellicando, vel digitos intorquendo, vt etiam concedit Caiet. 2.2.*q.*154.*art* 4.§. *In reſponſione ad* 2. *in fine.* & *num.* 14. idem ait eſſe, ſi quis tangat propria verenda ex curioſitate, aut leuitate, etiam quando ſunt alterata: & *num.*22 quando quis delectatur de viſu pulchræ mulieris, in quo caſu id concedit etiam Azor. *p.*1. *lib.*4.*c.*6.*q.*12. & Tolet. *lib.*5.*c.*14.*n.*1. qui id extendit etiam ad locutionem, aut auditionem de rebus venereis, dummodo delectatio non tranſeat ad res ipſas. Et hæc omnia per hos Doctores tunc ſunt venialia, quando manent in ſua natura: non autem ex aliquo accidente trahuntur vlteriùs, & aggrauantur: vt, v.g. ſi fiant ex mala intentione procedendi vlteriùs, vel cum graui periculo conſenſus in actum peiorem. Et ad hæc poſſunt addi etiam illa, quæ communiter admittuntur eſſe tantùm venialia, quamuis ſint in genere luxuriæ: vt, v.g. inter ſponſos de futuro, tactus, & oſcula, ſi fiant cauſa delectationis, vt vult Caietan. 2.2.*q.*154.*art.*4.§. *In reſponſione ad* 2. *in verſ. Ex quibus patet.* & *in Summa, verb. ſponſalitia* Sanchez *lib.*9. *de matrim. diſp.* 46. *cit. num.*51. & aliqui alij apud ipſum: & inter coniugatos ipſe actus copulæ, ſi ſolùm fiat propter delectationem, vt habet S.Thom. 2.2.*q.*154.*cit. art.* 2. *ad* 6. *in fine, & q.*15. *de malo, art.*1. *&* 2. *in corp.* non autem propter prolis procreationem, vel ſi fiat modo indebito. Et denique poſſunt addi etiam aſpectus, & verba turpia, quæ ſine dubio in genere luxuriæ ſunt leuiora, quàm tactus, & in pluribus caſibus ſolùm ſunt venialia, vt videre eſt apud Sanchez *diſp.*47. *cit. num.*22. & *ſequentib.*

Sed his, & ſimilibus non obſtantibus, abſolutè 3.
dicendum eſt, in delectatione venerea non poſſe dari leuitatem ex parte materiæ; ſed ſolùm ex in-

In peccatis luxuriæ non datur leuitas

deliberatione

ex parte materiæ circa delectationem veneream.

deliberatione & imperfectione actus : & eo ipſo, quòd aliquis actus verè, & propriè eſt ex libidine delectationis venereæ, eſſe etiam peccatum mortale, dummodo alioqui ſit ex perfecta deliberatione, & aduertentia. Ita S.Thom. *q.* 15. *de malo, art.* 2. vbi probat ex profeſſo, quòd omnis actus luxuriæ eſt peccatum mortale : quia inordinatio prouenit ex ipſo actu, id eſt, ex obiecto ; non autem ſolùm ex inordinata concupiſcentia, quæ eſt principium actus: & ſpecialiter addit *in reſponſione ad* 16 quòd ſolùm ex accidente poteſt fieri, vt ſit veniale, id eſt, ex imperfectione actus propter deficientem deliberationem rationis : & 2.2 *q* 154. *art.* 4. vbi de oſculis, & amplexibus, & tactibus, quæ, quantùm eſt ex ſe, ſuáque natura, poſſunt fieri ſine libidine, & omninò licitè, vel propter conſuetudinem patriæ, vel propter aliquam neceſſitatem, aut rationabilem cauſam; abſolutè docet, quòd ſi fiant ex libidine, ſemper ſunt peccata mortalia ; ſiue ea libido dicat conſenſum in ipſum actum, verbi gratia, fornicationis, ad quam huiuſmodi tactus & oſcula ordinentur, & referantur ab operante, & exercente ; ſiue dicat conſenſum in ſolam delectationem, quæ in illis ipſis ſentitur, etiam abſtrahendo ab omni alio vlteriore actu, aut vlteriore delectatione, ad quam referantur, vt benè explicat eo loco Caiet. Ita etiam S. Anton. 2 *p. tit.* 5. *c.* 1. *num* 9. vbi concludit de huiuſmodi tactibus & oſculis libidinoſis, & impudicis, ex Beda in illud Chriſti Matth. 5. *Qui viderit mulierem.* id eſſe tenendum, non tanquam opinionem, ſed tanquàm de fide: & qui pertinaciter oppoſitum aſſerat, eſſe hæreticum. Sylueſt. *verb delectatio, q.* 5. Tabiena *verb. oſculum, num.* 1. *circa med.* Armilla 10 *& verb. impudicitia, num.* 1. Azor. *p.* 3. *lib.* 3. *c.* 25. Leſſ. *lib.* 4 *c.* 3. *n.* 59. Cumitolus *in reſponſis moral. lib.* 4. *q.* 20. *infrà* 3. *concluſ.* & fusè Rebellus *de oblig. iuſt. p.* 2. *lib.* 3. *q.* 19. *ſect* 3. imò & Sanchez in quodam manuſcripto, quem morte præuentus non potuit edere, dicitur retractaſſe priorem ſententiam, quòd in delectationibus venereis poſſit dari paruitas materiæ, & abſolutè docuiſſe oppoſitum, tanquàm conformius veritati, & motui proprio Clementis VIII. quo ſimile quid ſeuerè damnauit Romæ in officio ſanctæ Inquiſitionis.

4\. *Decretum Societat. Ieſu contra paruitatem materiæ in re venerea.*

Et pro Doctoribus, & Scriptoribus noſtræ Societatis de anno 1612. ſub die 14. Aprilis, emanauit ſuper hac re decretum à Patre Claudio Aquauiua, bon. mem. tunc Præpoſito Generali, in hæc verba : *Quia nonnullorum opinio, qui docent, etiam in re venerea exiguam aliquam delectationem, deliberatò quæſitam, propter leuitatem materiæ excuſari à peccato mortali, plurimùm obeſſe poſſet non ſolum bonæ Societatis exiſtimationi; ſed etiam puritati morum, quam tum in noſtris, tum in externis, tanti ſemper fecit Societas ; & quia propter periculum, in quod inducit, ac moralem impoſſibilitatem diſtinguendi practicè in re tam lubrica materiam leuem à graui, à doctis admodum, grauibúſque Societatis Patribus, cum quibus negotium hoc communicauimus, in praxi omninò falſa, maximè periculoſa, ac puritati valdè contraria iudicatur : Ne quis è Societate in poſterum publicè, vel priuatim, non modò vt veram, aut probabilem; ſed ne vt tolerabilem quidem vlla ratione eam doceat, aut placere ſibi ſignificet, aut ſecundùm illam conſilium cuiquam det, omnibus in virtute ſanctæ obedientiæ præcipimus, & ſub pœna excommunicationis, ac priuationis lecturæ, vocis actiuæ, & paſſiuæ, necnon habilitatis ad qualibet officia, ac aliis pœnis arbitrio noſtro infligendis.*

5\. Vt verò hæc doctrina ſufficienter probetur, & declaretur, ſupponendum eſt, nomine delectationis in vniuerſum intelligi complacentiam eius, quod per potentiam apprehenſiuam proponitur appetitui conueniens, vt patet ex S.Thom. 1.2. *q.* 11. *art.* 1. *ad* 5. Et hæc complacentia in delectationibus tactus, quæ dicuntur venereæ, maximè cauſatur per diffuſionem ſpirituum ad certas partes factam ad præſentiam obiecti tangibilis delectabilis, & ad nutum imaginationis, & appetitus ; per quos ſpiritus caleſiunt nerui illarum partium, & aliquo modo teruntur, ratione cuiuſdam vaporis, aut flatus, vel humiditatis acris, & mordicantis, & ſic excitatur in corpore quaſi quidam pruritus, qui tandem maximè lenitur per reſolutionem, ac fluxum ſeminis, ab iiſdem ſpiritibus calefacti, attenuati ac ſoluti, in quo pruritu, ac lenimento formaliter conſiſtit voluptas venerea, vt patet ex Hippocrate *lib. de genitura, initio.* Gal. *lib.* 14. *de vſu partium, cap.* 9. *&* 10. Ariſtotele *in probl. ſect.* 30. *quæſt.* 9. & apud Rebell. *de obligat. iuſt. p.* 2. *lib.* 3. *q.* 19. *ſect.* 3. *cit.*

Delectatio venerea in quo conſiſtat, & quomodo cauſetur.

Et hinc etiam fit, vt in iis ſit maior hic ſenſus voluptatis, & delectationis, qui emittunt plus ſeminis, & craſſius, & calidius, vt patet ex Hippocrate *in lib. de genitura. circa med.* & apud Paulum Zachiam *in ſuis quæſtionib. medicolegalib. lib.* 3. *tit.* 1. *q.* 8. *n.* 15. vbi aſſerit, in venere exercenda maiorem, & diuturniorem voluptatem communiter ſentiri à viris, quàm à fœminis : quia & plus ſeminis emittunt, & craſſius, & calidius, & per longiores ductus, qui cernuntur à vaſis ſeminariis virorum. Et contrà in fœminis, propter materiæ tenuitatem, & frigiditatem aliquando euenire, vt vel nullus, vel ferè nullus ſentiatur ſenſus delectationis. Et quemadmodum in aliquibus propter complexionem calidiorem, & ſicciorem maior ſentitur pruritus libidinis, quàm in aliis ; ſpiritu, ſcilicet, aut humiditate illa, quam diximus, magis terente, & mordicante partes neruoſas, pertinentes ad hanc voluptatem; ita & ſentitur maior voluptas ex lenimento talis pruritus, & in aliquibus viris adhuc maior, quàm in aliis.

Senſus delectationis venereæ maior eſt in viris, quàm in fœminis.

6\. *Tactus aliqui quare dicantur libidinoſi.*

Secundò eſt ſupponendum ex S. Thom. 2.2. *q.* 154. *art.* 4 *cit. in fine corp.* tactus, & oſcula ſolùm dici libidinoſa, quatenus fiunt propter delectationem veneream, intelligendo hoc nomine illam ipſam, quæ cauſatur, & ſentitur in ipſo corpore per ſpiritus animales ſubſeruientes generationi, & præcipuè diffuſos ad partes, quæ ſunt inſtrumenta illius, vt notat Sanchez *lib.* 9. *de matrim. diſp.* 46. *cit. n.* 5. ex Caiet. *in Summa verb. impudicitia, initio.* Armilla 10. & Tabiena *verb. cogitatio, q.* 8. *num.* 9. Et vt patet ex dictis, poteſt habere plures gradus, & quaſi partes coordinatas inter ſe ex ipſa inſtitutione naturæ. Et quamuis ex intentione operantis non tendat ad vltimum complementum, quod conſiſtit in excitatione pruritus in partibus ſeminalibus, eiúſque lenimento per fluxum ſeminis ; adhuc tamen libidinoſa eſt, ſi conſiſtat in primo gradu, id eſt, in ipſa excalefactione partium corporis per ſpiritus animales iam dictos, & in eius complacentia ex obiecto tangibili, iam præſente, tanquàm conueniente, & delectabili ſenſui tactus : & quamuis delectatio venerea completè accepta includat hanc vtranque quaſi partem; adhuc tamen venerea eſt, ſi terminetur ſolùm in prima, & ex aliquo accidente non protendatur ad alteram.

His autem poſitis, facilè intelligitur, quomodo in actibus libidinoſis non detur peccatum veniale ex paruitate materiæ ; ſed ſolùm ex imperfectione deliberationis : ſi enim actus libidinoſus is eſt, qui fit propter delectationem, & hæc ex obiectis tangibilibus ſolùm cauſatur per diffuſionem ſpirituum

animalium

Digitized by Google

animalium excaleſacientium, & terentium certos neruos,& ſic diſponentium ad reſolutionem,& fluxum ſeminis;quemadmodum hæc reſolutio,& fluxio non poteſt eſſe res leuis, ſed ex intrinſeca ſua ratione eſt maximè grauis; ita & diſpoſitio per ſe ad illam,quæ eſt huiuſmodi excalefactio, & attritio,vt iam diximus.

Arque hoc eſt, quod aſſerit S. Thom. 2. 2. *q.* 154. *art.* 4. amplexus, tactus, & oſcula libidinoſa, ideò ſemper eſſe peccata mortalia; quia eo ipſo, quòd fiunt propter delectationem, & includunt conſenſum in illam, includunt conſenſum in ipſam delectationem fornicationis, qui certè conſenſus non poteſt non eſſe mortalis: vt enim benè explicat ibi Caiet. quamuis aliquis non ordinet huiuſmodi amplexus, tactus, aut oſcula ad actum copulæ, neque intendat illam delectationem,quæ proximè & immediate habetur ex copula; ſed ſolùm ordinet ad illam ipſam, quæ immediatè, & proximè ex illis ſentitur; rectè dicitur conſentire in delectationem copulæ: quia reuerà illa ipſa, quæ ſentitur immediatè ex huiuſmodi actibus, eſt delectatio copulæ; non quidem perfecta,& conſummata;ſed inchoata; & ex ipſa inſtitutione naturæ eſt quaſi prima illius pars. Et quemadmodum certum eſt, quòd peccet mortaliter, qui deliberatè conſentit in inchoationem,& proſecutionem, quaſi pro medietate alicuius alterius peccati mortalis, v.g. homicidij, rapinæ, furti notabilis: ita & qui deliberatè conſentit in delectationem huiuſmodi tactuum,cùm hæc delectatio verè ſit pars, & quaſi medietas delectationis ipſius copulæ,& ex ipſa rei natura ſit proxima diſpoſitio ad alteram partem,quæ eſt complementum, & conſummatio.

Et ſimiliter hoc eſt, quod communiter aſſerunt Authores citati, Caiet. Sanchez, Leſſ. Azor. & alij, tactus, & oſcula libidinoſa ideò eſſe peccata mortalia; quia ex ipſa naturæ inſtitutione ſunt actus quidam,quaſi præambuli ad actum copulæ, vt cernere eſt etiam in brutis, quæ ante copulam ſimiles actus efficiunt, & per illos ſeſe prouocant, & diſponunt ad copulam: id enim veriſſimum eſt. Et quemadmodum huiuſmodi actus ſunt actus præambuli: ita & eorum delectatio eſt delectatio præambula, ad delectationem vltimam copulæ, & ex illa participat grauitatem malitiæ.

Et quòd reuerà omnis huiuſmodi actus luxuriæ, aut libidinis ſit peccatum mortale, quando eſt inordinatus ex ipſo obiecto,& deliberatè eligitur, in quantum eſt delectabilis ſecundùm tactum; neque detur in hoc genere materiæ leuitas, ex qua ſit veniale: Confirmatur manifeſtè ex S. Paulo, qui *ad Epheſ.* 5. *& ad Galat.* 5. turpitudinem,& immunditiam numerat inter ea,quæ excludunt à regno Dei; quæ tamen turpitudo, & immunditia maximè committitur per amplexos, tactus, & oſcula,vt notat ibi Lyranus.

7. *Tactus, & oſcula, ſi fiãt ex bono fine, non ſunt peccatum.*

Debent tamen hæc omnia intelligi de his actibus,quando ſunt verè luxurioſi,& libidinoſi,id eſt, quando fiunt propter delectationem: quia,vt benè explicat S. Thom. 2. 2. *quæſt* 154 *art.* 4 *cit.* malitia, quam habent,ſolùm eſt ex fine,propter quem ſunt, id eſt,ex copula,cuius ſunt diſpoſitio,& inchoatio, & quaſi pars: & ſi illa ſit licita, ſiue perfectè, & completè, vt inter coniuges; ſiue ſolùm præparatoriè,vt inter ſponſos per verba de futuro, etiam illi ſunt liciti;& ſi illicita, vt inter alios, etiam illi ſunt illiciti,& in illa ipſa ſpecie,in qua eſt copula, vt, v. g. in ſpecie adulterij, ſtupri, inceſtus. Et contrà,ſi non fiant ex affectu luxuriæ, aut libidinis, ſed ex bono aliquo fine, facilè poſſunt excuſari ab omni culpa,vt notat S. Thom. *art.* 4 *cit* & S. Anton. 2. *p. tit.* 5. *c.* 1. §. 9. *cit.* vt, v.g. ſi fiant ex affectu bonæ amicitiæ, vel ex conſuetudine patriæ,vt quando in aduentu,aut diſceſſu mos eſt alicubi,vt viri,tam viris, quàm fœminis,& præſertim conſanguineis, dent manus, & oſculum: vel ex aliqua neceſſitate, vt quando Medicus ad morbum deprehendendum,& benè curandum, tangit fœminam, etiam in partibus ſecretioribus, qui contactus licitus eſt, etiamſi interim ſuboriatur aliqua delectatio, aut motus turpis; quia id eſt planè inuoluntarium, vt notat Leſſ. *lib.* 4. *c.* 3. *dub.* 8. *num.* 60. Vel denique,ſi fiant ex aliqua alia rationabili cauſa,vt quando in Eccleſiis conſueuit dari oſculum pacis; vel,vt dicitur 1. *Theſſalonic.* 5. ſalutantur fratres in oſculo ſancto.

Et ſi fiant ex fine ſolùm venialiter malo extra genus luxuriæ, ſolùm venialiter erunt mali extra idem genus: vt ſi iuuenis, v.g. in choreis ſolùm ex leuitate, & ioco, intorqueat digitos fœminæ, vt notat Caiet. 2. 2 *q.* 154 *art.* 4. *cit.* §. *In reſponſione ad* 2. *in fine.* & conſtabit *diſp. ſequente.* 8. *Tactus, & oſcula, ſi fiãt ex fine venialiter malo, non ſunt peccatum, niſi veniale.*

Ad ea verò, quæ in contrarium ſunt allata *initio diſputationis*, vnico verbo poteſt reſponderi, quòd ſi quid probant, ſolùm probant, poſſe dari peccatum veniale, & leuitatem materiæ in peccatis luxuriæ, & contra caſtitatem quomodocunque, non autem determinatè in materia delectationis venereæ: & cùm illud non ſit negandum,& in terminis admittatur à S. Thom. *q.* 15. *de malo, art.* 1. *&* 2. *&* 2. 2. *q.* 154. *art.* 2. *ad* 6. vt notat Rebell. *de oblig. inſt. par.* 2. *lib.* 3. *q.* 19. *ſect.* 3. §. *cùm enim.* de iis actibus, qui ſunt mali ratione inordinatæ concupiſcentiæ, ex qua ſunt,& non excludunt ordinem debiti finis, vt cõtingit communiter in actibus intemperantiæ inter coniuges, hoc tamen alterum nullo modo eſt concedendum, cùm omninò implicet in terminis, vt in delectatione venerea poſſit eſſe leuitas materiæ,& ratione illius peccatum veniale, ſi per illam intelligitur ipſa delectatio illicitæ copulæ, aut ſeminationis, ſaltem inchoata, & ex ſua natura tendens de proximo ad complementum, & conſummationem,vt iam diximus. 9. *Ad rationes in contrariũ allatas.*

Et quòd hoc ſolùm voluerint Nau. Armilla, & Sanchez *locis cit.* videtur ſatis conſtare: quia de tactibus, & oſculis omnes admittunt, quòd ſint mortalia, quando ſunt libidinoſa, & impudica, & ſolùm fiunt propter delectationem: & quando poſteà aſſerunt, delectationem aliquam poſſe eſſe leuem, non de illa loquuntur, quæ fit per diffuſionem ſpirituum per ſe tendentium ad reſolutionem, & emiſſionem ſeminis,& propriè intelligitur per delectationem veneream,vt iam explicauimus; ſed de alia quacunque complacentia remotiùs pertinente ad idem genus luxuriæ, & habente inordinationem contra caſtitatem, vel certè de illa, quæ inſurgit ex aliqua negligentia illam præcauendi, aut reprimendi, vt notat Rebell. *de oblig. inſt. par.* 2. *lib.* 3. *q.* 19. *Sect.* 3. §. *Nec verum eſt.* non autem de illa, quæ habetur ex directa intentione. Et de alia delectatione, quæ non eſt propriè venerea, optima videtur regula Vaſq. & Sayr. vt tunc cenſeatur mortalis, quando habet oppoſitionem notabilem ad virtutem caſtitatis;& tunc venialis, quando aliquam habet, ſed non notabilem. 10. *Authores, qui admittũt paruitatem materia in re venerea, quomodo ſint intelligendi.*

Et ſimiliter de hac eſt verum, quod docet Azor. & Salas, delectationem eſſe mortalem, aut venialem in genere luxuriæ, & contra caſtitatem, pro grauitate, aut leuitate materiæ.

Neque decretum noſtræ Societatis contra paruitatem materiæ in delectatione venerea, loquitur vniuerſaliter, & latiſſimè de quacunque delectatione,

tione, & complacentia, quæ remotè ſe habeat ad actum venereum;ſed ſtrictè de illa,quæ immediatè & proximè ſumitur ex actu, & re venerea, vel ad illam diſponit;& propriè appellatur delectatio venerea, vt patet ex verbis, & ex fine ipſius decreti, qui ſolùm eſt conſulere morali impoſſibilitati diſtinguendi practicè in re tam lubrica materiam leuem à graui,quæ certè moralis impoſſibilitas ſolùm eſt in illa delectatione,quam diximus.

Quod verò dixerunt aliqui de tactibus, & oſculis libidinoſis,quòd non ſint mortalia,niſi ordinentur & referantur ex intentione operantis ad vltimam & completam delectationem copulæ, nullo modo eſt admittendum,etiam vt probabile,propter rationes iam dictas.

11. *Ad primam ex rationibus ſuprà allatis.*

Neque oppoſitum probant rationes ſuprà allatæ. Ad primam enim ex S.Paulo *ad Epheſ.* 5. patet ex dictis *ſuprà*, & vt notat S.Thom.2.2.*q.*154.*art.*4.*ad* 1.*&* *q.*15.*de malo, art.*2. *ad vltimum*, ideò S. Paulus non expreſſit ſpecialiter de turpitudine,quæ fit tactibus,& oſculis,quòd excludat à Dei hæreditate: quia,quando hi actus, & oſcula fiunt propter delectationem veneream,ſunt idem peccatum cum ipſa fornicatione,aut conſenſu in delectationem illius:ſiquidem delectatio venerea, quæ in illis ſentitur, & propter quam fiunt, eſt ipſamet delectatio copulæ,ſaltem inchoata, vt diximus;& ideò, quod aſſerebat Apoſtolus de fornicatione,intelligi voluit etiam de turpitudine; neque fuit,quòd ſpecialiter de illa idem repeteret.

12. *Quare in aliquibus præceptis detur paruitas materiæ,& in aliis non detur.*

Ad ſecundam falſum eſt, quòd ſit eadem ratio de delectatione venerea, & de aliis præceptis, quoad paruitatem materiæ: ſicut enim præceptum de ſeruando ſecreto in confeſſione ſacramentali, de rebus ſacris non vendendis per ſimoniam, de Deo per iuramentum non vocando in teſtem falſi, de credendo in omnibus Deo reuelanti, & plura alia, ex ipſa ratione obiecti principalis,quod dicitur per ſe primum, fundant grauitatem tranſgreſſionis,& ideò non admittunt paruitatem materiæ, & ex illa leuitatem peccati: ita & præceptum de non conſentiendo, extra coniugium, delectationi venereæ,ex ipſa ratione obiectiua per ſe prima talis delectationis,habet grauitatem,cùm hæc delectatio ſit ipſamet delectatio copulæ, vel illius inchoatio,& quaſi pars,vt probauimus;& ideò ſimiliter non admittit paruitatem materiæ, & leuitatem peccati. Et quemadmodum non is ſolùm peccat mortaliter,qui reuelat confeſſionem ſacramentalem in re graui, aut vendit magno pretio integrum corpus alicuius Sancti,aut Deum vocat in teſtem mendacij maximi,& grauiſſimi,vel Deo reuelanti non credit in re maxima;ſed etiam, qui confeſſionem reuelat in re leuiſſima, aut vendit minimo pretio minimam partem ſacræ Reliquiæ, aut iurat mendacium leue,aut Deo non credit in re leuiſſima: ita & non is ſolùm peccat mortaliter, qui conſentit delectationi venereæ per ipſam copulam; ſed etiam,qui illi conſentit per tactum manus, aut per oſculum faciei. Et ad dignoſcendum,vtrùm detur in aliquo præcepto,aut eius tranſgreſſione,materiæ paruitas,& culpæ leuitas;an verò omnis materia ſit cenſenda notabilis, & omnis tranſgreſſio grauis;optimum videtur,ſi in obiecto formali non confundatur ratio,quæ dicitur per ſe prima: quia, ſcilicet, & ipſa per ſe, & ratione ſui per actum attingitur; non autem ratione alicuius alterius,quæ intelligatur attingi priùs: & ratio, quæ dicitur per ſe ſecunda,quia attingitur ita per ſe, vt tamen attingatur ratione alicuius alterius, quæ intelligitur attingi priùs,vt fuſiùs explicatur in Phyſicis,quando agitur *ad text.*33.*lib.*2.*de anima*, de ſpecificatione potentiarum per actus,& actuum per obiecta: ſi enim ex ratione ipſa obiecti per ſe prima oriatur notabilis oppoſitio ad virtutem, & malitiæ grauitas, non poterit in illo obiecto dari paruitas materiæ,& leuitas culpæ: ſi verò oppoſitio notabilis,& grauitas culpæ ſolùm oriatur ex ratione obiecti per ſe ſecunda,non autem ex ratione per ſe prima;omninò dabitur materiæ paruitas,& culpæ leuitas: & hoc modo, quia ratio obiecti per ſe prima in actu furti,v.g.eſt,quòd res,quæ accipitur,ſit aliena, & ex hac ratione per ſe accepta, & præcisè conſiderata non oritur oppoſitio notabilis ad iuſtitiam, & culpæ grauitas;ſed hæc ſolùm oritur ex eo,quòd res aliena ſit notabilis,& notabiliter faciat ad vſus vitæ, quæ poteſt dici ratio obiecti per ſe ſecunda; rectè dicitur,quòd in furto detur materiæ paruitas, & culpæ leuitas.Et contrà,quia ratio obiecti per ſe prima in actu infidelitatis eſt, vt fides negetur ipſi Deo aliquid reuelanti:& ex hac ſola præcisè conſiderata fundatur oppoſitio grauis ad virtutem fidei,& malitia grauis, non dicitur, quòd in actu infidelitatis poſſit dari materiæ paruitas, & culpæ leuitas;ſed omnis materia in ordine ad illam ſit notabilis,& omnis culpa ſit grauis, etiamſi alioqui in ſe ipſa ſit res minima. Et idem eſt in violatione ſecreti, & ſigilli ſacramentalis, in qua ratio per ſe prima eſt,quòd ſecretum ſit exceptum ab homine loco Dei, & in venditione Reliquiæ,aut rei ſacræ, in qua ratio per ſe prima eſt, quòd res ſacra ſit ſupra pretium, & nulli pretio ſit æquabilis;& in iuramento mendacij, in quo ratio per ſe prima eſt,vt Deus vocetur in teſtem,& patronum mendacij, & in aliis huiuſmodi.Vnde,quia ſimiliter in conſenſu delectationis venereæ ratio obiecti per ſe prima eſt, quòd hæc delectatio ſit ipſamet delectatio copulæ,vel ſaltem illius inchoatio,& quaſi pars,& ex hac ipſa ratione per ſe conſiderata non poteſt non oriri notabilis oppoſitio ad caſtitatem, & grauis malitia; hinc eſt,quòd etiam in illa non poteſt dari materiæ paruitas, & culpæ leuitas, ſed omnis conſenſus deliberatus ex hoc præcisè, quòd eſt circa delectationem veneream, eſt peccatum mortale.

13. *Quomodo ſit dignoſcendū, quòd in aliquo præcepto detur, aut non detur paruitas materiæ.*

14. *Delectatio venerea pertinet ad copulam, maximè de propinquo.*

Et ſi admittatur illud totum, quod additur de maiore,& minore malitia in peccatis luxuriæ, pro maiore, & minore propinquitate, & pertinentia, vel acceſſu ad copulam, quæ in illis eſt maximum; nulla tamen ratione eſt admittendum id,quod ſubſumitur, delectationem veneream *ſuprà* explicatam, poſſe pertinere ſolùm remotè ad copulam, cùm verè pertineat maximè de propinquo, & ſit illius inchoatio,& quaſi pars,vt iam diximus.

15. *Ad tertiam.*

Ad tertiam rationem patet eodem modo: hoc enim ipſum,quòd aliqua delectatio ſit rei venereæ, id eſt, cauſata in ſenſu tactus per diffuſionem ſpirituum ſubſeruientium generationi, quæ eſt ratio obiecti per ſe,& prima,vt iam diximus;fundat notabilem diſconuenientiam ad rationem; cùm talis delectatio ex ipſa inſtitutione naturæ ſolùm ſit conceſſa coniugibus, & in ordine ad procreationem prolis, cùm ſit inchoatio,& quaſi pars delectationis ipſius copulæ.

16. *Ad quartā.*

Ad quartam, ex pluribus caſibus particularibus, quos admittunt Doctores,Reſpondeo, quòd omnes illi caſus ad ſummum probant leuitatem materiæ in peccato luxuriæ largè accepto;non autem ſpecialiter in delectatiòne venerea, de qua in præſentia loquimur.

17. *Tactus partium puden-*

Et ſpecialiter ad primum caſum de tactu partium pudendarum ſupra veſtes, qui ex Sanchez

lib.9.

darum ſupra veſtes, quomodo ſit peccatum veniale.

*lib.9.de matrim.diſp.46.num.*11. ſolùm eſt venialis, Reſpondeo, ab ipſo Sanchez id ſolùm aſſeri ſuppoſita,& ſtante concluſione, quam poſuit *num.*10. *præcedente*,quòd tactus non omninò turpes, & impudici, tunc poſſint non excedere culpam venialem,quaodo fiunt ex leuitate animi,aut ioco,vel ex vanitate, & abeſt delectatio venerea : & cùm *num.* 11. ſubiunxiſſet aliam eſſe rationem de iis tactibus,qui ſunt ex ſe turpes,& impudici, vt,v.g.ipſarum partium verendarum , quia tales ex ſua natura tendunt ad delectationem veneream , eámque notabiliter excitant,& ideò nunquam videntur poſſe conſiſtere intra latitudinem culpæ ſolius venialis; tandem concludit, quòd ſi tangantur partes verendæ ſupra veſtes , non intendendo verè tangere ipſas partes verendas mediis veſtibus, qui eſſet tactus mediatus,nec intendendo delectationem , quæ conſurgit ex tactu illarum ; ſed ſolùm intendendo tactum immediatum ipſarum veſtium,& leuem illam delectationẽ, quæ ex tali tactu immediato poteſt couſurgere ; poteſt non eſſe peccatum mortale. Quod totum ſi admittatur,non probat paruitatem materiæ, & leuitatem culpæ in delectatione venerea , cùm hæc delectatio ex contactu immediato ipſarum veſtium,non ſit propriè venerea , & propinqua copulæ;ſed leuis, vt eam appellat ipſe Sanchez,id eſt,ex leuitate,quamuis remotè poſſit etiam pertinere ad rem veneream,& ad copulam.

Ad alios caſus de amplexibus,& oſculis,quando fiunt ex leuitate , & ioco , de tactibus mamillarum fœminæ, aut de intorquendis illius digitis, ſimiliter ex leuitate , & de tangendis propriis verendis ex curioſitate, ſimiliter patet ex dictis:neque enim fiunt propter delectationem veneream , dum fiunt propter leuitatem,iocum,aut curioſitatem.

Quo autem modo huiuſmodi tactus,etiam propter delectationem ſint liciti,aut non ſint liciti inter ſponſos de futuro , & quomodo poſſit peccari mortaliter per aſpectus , aut verba turpia,dicemus infrà;& quomodo actus copulæ poſſit eſſe peccaminoſus,etiam inter coniuges, dicemus *in materia de matrimonio.*

DISPVT. XV.

Quid ſit dicendum de quibuſdam tactibus in particulari,quoad grauitatem,aut leuitatem malitiæ.

1. *Proponitur difficultas tractanda.*
2. *Tactus partium verendarum ex affectu libidinis, & delectationis ſemper ſunt peccatum mortale.*
3. *Sponſis de futuro non permittuntur tactus partium verendarum.*
4. *Tactus partium verendarum ex neceſſitate, v.g. medendi,non eſt peccatum.*
5. *Non tenetur quis pro curatione pati tactus in partibus pudendis.*
6. *Contrectatio membrorum infantilium non eſt neceſſariò peccatum mortale.*
7. *Contrectatio partium verendarum ſupra veſtes, vel ſolùm ex ioco,non eſt peccatum mortale.*
8. *Contrectatio mamillarum fœminæ ex ioco.*
9. *Contrectatio ſuarum partium verendarum ex leuitate.*
10. *Contrectatio partium verendarum bruti , etiam ad procurandum illi emiſſionem ſeminis.*
11. *Contrectatio partium verendarum ex motiuo curioſitatis,quomodo ſit mortalis,aut venialis.*
12. *Tactus aliarum partium ex affectu delectationis,quæ in illis ſentitur , quomodo ſit peccatum mortale.*
13. *Pati tactus impudicos eſt peccatum mortale.*
14. *Neque excuſatur, ſi fiat ex metu.*
15. *Puella tenetur in conſcientia poſitiuè reſiſtere, quantùm poteſt,vim inferenti ; non autem eſt ſatis , ſi non conſentiat, & non ſe accommodet ſceleri.*
16. *Pati tactus ex ſe non impudicos , quomodo ſit licitum.*
17. *Tactus,& oſcula , quomodo ſint licita inter ſponſos de futuro.*
18. *Secundùm aliquos, tactus , & oſcula ex ſe non turpia , inter ſponſos, neque etiam ſunt peccatum veniale.*
19. *Secundùm aliquos tactus non turpes ſunt mortales,etiam inter ſponſos.*
20. *Probatur rationibus.*
21. *Sponſalia tribuunt de præſenti ius ad tactus, & oſcula ex ſe non turpia.*
22. *Sponſalia ſub conditione in futurum pendente, non cohoneſtant tactus inter ſponſos.*

VT clariùs, & diſtinctiùs conſtet,quandò luxuria ſit peccatum mortale , eſt operæpretium,vt in particulari id explicetur de quibuſdam tactibus, de quibus poteſt eſſe aliqua difficultas.

1. *Proponitur difficultas tractanda.*

Et quidem in vniuerſum eſt præmittenda diſtinctio tactuum , in eos , qui ſunt turpes ex ipſo obiecto,vt, v.g. partium verendarum,& vicinarum verendis;& eos, qui ex obiecto non ſunt turpes,vt, v.g.manuum, aut faciei:& vtrique poſſunt haberi, tam inter perſonas diuerſi ſexus , id eſt , inter marem,& fœminam , inter ſe matrimonio non coniunctas,quàm inter perſonas eiuſdem ſexus , vt, v. g. inter duos mares, aut duas fœminas ; vel etiam ſecum ab vnoquoque , vt ſi quis tangat,& contrectet ſuas partes verendas ; vel denique etiam extra eandem ſpeciem,vt ſi quis tangat partes brutorum: & præterea , poſtquàm fuerit id explicatum de tactibus quaſi actiuis , quos aliquis actiuè habet ad alium,vel ad ſe ipſum, eſt etiam id explicandum de tactibus quaſi paſſiuis , quos aliquis in ſe patitur, & non impedit ab aliquo alio: vt,ſi mulier,v.g.aduertat , ſe tangi quaſi furtiuè ab aliquo , & non ſe retrahat.

2. *Tactus partium verendarum ex aff.ctu libidinis , & delectationis, ſemper ſunt peccatum mortale.*

Primò igitur, de tactibus ex ſe turpibus certum eſt apud omnes, quòd ſemper ſunt peccatum mortale, ſi fiant ex motiuo libidinis, & ex illa delectatione,quæ in illis ſentitur, ſiue fiant inter perſonas diuerſi ſexus , ſiue eiuſdem , vel etiam ſecum ab vnoquoque,vel cum brutis.Ita omnes communiter apud Azor. *tom.*1. *lib.*3. *c.*25.*initio* , Sayr.*lib.*8.*clau. reg.c.*6.*num.*1.Leſſium *lib.*4.*c.*3.*dub.*8.*num.*6. Nau. *in Man.c.*16.*num.*13. Sanchez *lib.*9. *de matr.diſp.* 46.*num.*10.& 11. Et patet ex S.Thom. 2. 2. *quæſt.* 154.*art.*4. cùm enim partes verendæ ſint à natura inſtitutæ ad prolis procreationem , etiam delectatio,quæ ex illis poteſt haberi, ex ſua natura eſt ordinata ad copulam,& eſt venerea ; & ideò conſenſus in illam,qui certè includitur in contrectatione, & tactu huiuſmodi partium,eſt ſemper mortalis, vt etiam patet ex dictis *diſp. præced.*

3. *Sponſis de futuro non permittuntur tactus partium verendarum.*

Vnde & inter ſponſos de futuro communiter à Doctoribus non permittuntur , ſicut neque permittitur ipſa copula,ad quam pertinent maximè de proximo , vt videre eſt apud Sanchez *lib.*9.*de matr. diſp.*46.*num.* 11.& 51. & etiam inter ipſos damnantur peccati mottalis,

mortalis, etiamſi alij tactus aliarum partium, qui ex ſe non ſunt turpes, vel omninò excuſentur ab omni peccato, vel ſolùm damnentur peccati venialis, vt dicemus *infrà*.

Atque hinc fit, vt huius etiam contactus malitia diuerſa ſit pro diuerſitate perſonæ, ad quam habetur; & copulæ, ad quam refertur, vt ex communi ſententia notat Azor. *tom. 3. lib. 3. cap. 25. quæſt. 5.* Sayr. *lib. 8. clau. reg. cap. 6. num. 1.* & Sanchez *lib. 9. de matr. diſp. 46. num. 18.* & patet ex Caiet. 2. 2. *q.* 154. *art. 4. §. Ad euidentiam horum.* & ex aliis: ſiquidem, ſi fiat inter perſonas diuerſi ſexus, refertur ad fornicationem, vel adulterium, vel ſtuprum, aut inceſtum, prout ſe habuerit perſonæ qualitas: & ſi fiat inter perſonas eiuſdem ſexus, refertur ad ſodomiam, vt notat Sanchez *diſp. 46. cit. num. 8. & 12.* & apud illum Graff *p. 1. dec. lib. 2. cap. 75. num. 10.* & alij: & ſi fiat ſecum ab vnoquoque, refertur ad mollitiem, vt notat Armilla *verb. impudicitia, num. 1.* & ex illo Sanchez *num. 14.* & denique ſi fiat cum brutis, & ſimiliter intendatur libido, & delectatio, refertur ad beſtialitatē. Vnde nō eſt admittendum, quod aliqui dicunt apud eundem Sanchez *ibid. num. 19.* omnes actus libidinoſos coniugatorū, in quibus non fit effuſio ſeminis, non pertinere ad adulterium, neque includere circunſtantiam contra matrimonium neceſſariò confitendam: quia coniuges non habent dominium ſimpliciter ſui corporis, ſed ſolùm ſeminis, per cuius commixtionem efficiuntur vna caro, & per quod vacant generationi, qui eſt finis præcipuus matrimonij. Hoc, inquam, non eſt admittendum; quia fides matrimonij non ſolùm obligat poſitiuè ad actus copulæ, & ad ſeminum commiſtionem; ſed etiam ad omnia illa, quæ ordinantur ad copulam, vt ſunt amplexus, & oſcula, & tactus omnes venerei; & præterea obligat negatiuè ad abſtinendum ab omnibus aliis actibus venereis, cum quibuſcunque aliis perſonis, imò & ne cogitandum quidem de illis, vt notat Vaſq. 1. 2. *diſp. 112. in fin.* & Sanchez *num. 19. cit.*

Dixi autem, huiuſmodi tactus ex ſe turpes, eſſe peccatum mortale, ſi fiant ex libidine, & ex delectatione: quia, ſi fiant ex alio motiuo, vel ſimpliciter ſunt nullum peccatum, vel poſſunt eſſe ſolùm peccatum veniale pro qualitate ipſius motiui: vt enim

4. *Tactus partium verendarum ex neceſſitate, v. g. medendi, non eſt peccatum.*

patet ex S. Thom. 2. 2. *quæſt. 154. articul. 4.* contactus quicunque non eſt malus ex ſua ſpecie; ſed ſolùm ex fine, ad quem refertur: & ſi fiat ex neceſſitate, v. g. ad effectum medendi à Medico, vel Chirurgo, nullum peccatum eſt; etiamſi illi ſuboriatur aliqua delectatio, aut motus turpis contra voluntatem, vt notat Leſſ. *lib. 4. cap. 3. dub. 8. num. 60.* S. Anton. *p. 2. tit. 5. cap. 1. §. 9.* Sayr. *lib. 8. cap. 6. num. 1.* Nau. *in c. Si cui. num. 12. & 13. de pœnit. d. 1.* Et hoc modo ex ſacris Canonibus licitum eſt, per inſpectionem, vel aſpectum mulierum probare, vtrùm aliqua puella ſit cognita à viro, cap. *Nec aliqua. 27. q. 1.* & cap. *Propoſuiſti. de probat.* Et fœmina, quæ dicitur arcta, & ideò inepta alicui viro, poteſt fieri apta per inciſionem à Chirurgo, vel ab alia fœmina, vel alio modo per medicinam. cap. *Fraternitatis. de frigid. & malef.* Et communiter matres, ſine vllo ſcrupulo, tangunt partes ſecretas filiorum, ſi fortè in illis laborent aliquo morbo, aut dolore: & idem fit in infantibus, aut ſenibus iam decrepitis, ſi fortè non poſſint ſeſe mouere, & laborent ſimili aliquo morbo, vt notat Nau. *in c. Si cui. num. 13. cit. de pœnit. diſt. 1.*

5. *Non tenetur quis pro curatione pati tactus in partibus pudendis.*

Et ex hoc fine honeſto alicuius neceſſitatis non ſolùm ſunt liciti huiuſmodi tactus inter perſonas eiuſdem ſexus, vt ſi tangat, v. g. virum vir, aut fœminam fœmina; ſed etiam inter perſonas diuerſi ſexus, vt ſi tangat fœminam vir, aut virum fœmina: quamuis enim fœminæ, & præſertim puellæ, non teneantur hos tactus pati, & præſertim à viris, & licitè poſſint pudicitiam præferre curationi, ſiquidem illam iure optimo pluris faciunt, quàm ipſam vitam, & pertinet ad gradum heroicum caſtitatis, ſi quis malit mori, quàm ſubire periculum alicuius delectationis, aut motus turpis; & denique quia non tenetur quis obedire Medico, & admittere medicinam, quando ab illa non minùs abhorret, quam ab ipſo morbo, aut etiam à morte, vt videre eſt apud Innoc. *in cap. Tua nos. num. 4. de homine.* Nau. *in c. Si cui. num. 12. & 13. de pœnit. d. 1. cit.* Leſſ. *lib. 4. cap. 3. num. 60. cit.* certiſſimum tamen eſt, quòd non peccant, ſi illos admittant ad huiuſmodi effectum curationis, & ex morbi neceſſitate; & ex hoc capite quamuis Nauar. *loc. cit.* benè, & laudabiliter dicat feciſſe ſuo tempore, duas fœminas principes, quæ, cùm in partibus ſecretioribus laborarent cancro, noluerunt in illis admittere curationem Chirurgi; non tamen feciſſent malè, ſi admiſiſſent.

6. *Contrectatio membrorum infantilium, non eſt neceſſariò peccatū mortale.*

Ex eodem capite honeſtatis finis, excuſat Sanchez *lib. 9. diſp. 46. cit. num. 13.* ex Nauar. *in Summa Hiſpana, cap. 16. num. 11.* eos, qui non ex libidine, aut concupiſcentia; ſed ex teneritudine amoris erga infantilem ætatem, ſuauiſſimè contrectant, & exoſculantur ipſos totos infantes, & a nullis eorum partibus abſtinent: neque enim hic amor, aut contrectatio ad copulam pertinet, aut rem veneream; ſed ſolùm ad affectum, & amorem naturalem; & alioqui omnes ferè nutrices, aut matres damnandæ eſſent peccati mortalis; & ad ſummum, ſi in hac contrectatione, aut exoſculatione committatur exceſſus, ſolùm erit peccatum veniale ex leuitate.

7. *Contrectatio partium verendarum ſupra veſtes, vel ſolùm ex ioco, non eſt peccatū mortale.*

Contra verò ex malitia finis, ſolùm leuis, & venialis, excuſat idem Sanchez *ibidem, num. 11.* à peccato mortali, ſi quis tangat partes verendas alterius ſolùm ſupra veſtes, & capiat delectationem, non ex contactu immediato, quem fortè cogitat de ipſis partibus, ſed ſolùm de mediato; & potiùs operetur ex leuitate, vt etiam *ſuprà* diximus *diſp. 14. num. 17.* Et ſimiliter excuſat à mortali *num. 12.* ſi quis ex leuitate, & tantùm ioco arripiat partes verendas alterius, vt cernuntur ſæpiùs facere in publicis viis, & plateis pueri, & iuuenes ex infima plebe: & *num. 10.* ex Nau. *in Man. cap. 14. num. 41. verſ. 19.* ſi vir tangat per iocum mamillas fœminæ: & *num. 14.* ſi quis tangat proprias partes verendas, ſimiliter ex leuitate, vel vt calefaciat manus: & *num. 15.* ſi quis tangat partes brutorum, etiam contrectando, & confricando, ad effectum emiſſionis ſeminis: quia communiter hic contactus brutorum non videtur propriè pertinere ad copulam inter homines, & prouocatio ſeminis brutorum ad illud videndum, v. g. ex curioſitate, non poteſt ex ſe habere maiorem malitiam, quàm communiter habeat occiſio bruti: ſiquidem ſolùm eſt impeditio generationis illius, ſeu quaſi occiſio bruti poſſibilis; quod certè eſt minoris momenti, quàm brutum actuale. Sed quamuis fortaſſe hoc poſſit admitti, ſi ſpectetur ipſa rei natura, & appetitus naturalis in homine, qui ſolùm eſt ad copulam intra eandem ſpeciem humanam; non autem extra illam, & cum brutis; ſi tamen ex aliquo accidente per hunc contactum, & confricationem brutorum, excitetur aliquis ad libidinem intra ſuam ſpeciem, vel etiam ad beſtialitatem, & cum ipſis brutis; & hic etiam contactus ſit venereus, & ex delectatione venerea, non eſt negandum, quòd ſit mortalis, & verè pertineat ad copulam brutalem, vt *ſuprà* diximus *num. 3.*

8. *Contrectatio mamillarum fœminæ ex ioco.*

9. *Contrectatio ſuarum partium verendarum, ex leuitate.*

10. *Contrectatio partium verendarū bruti, etiam ad procurandum illi emiſſionē ſeminis.*

11. *Contrectatio partium verendarum ex motiuo curioſitatis, quomodo ſit mortalis, aut venialis.*

Excuſat prætereà Leſſ. *lib.4.c.3.dub.8.num.62.§. Aduerte tamen.* ex aliquorum ſententia à culpa mortali, ſi quis tangat partes verendas, non cauſa delectationis, quam inde intendat, ſed ſolius curioſitatis, quæ ex ſe non eſt peccatum mortale, ſi abſit periculum pollutionis, aut conſenſus in copulam, vel in delectationem copulæ. Verùm hoc non placet Sanchez *lib 9.de matr. diſp.46. num.11.* ſaltem quando hi tactus fiunt inter perſonas diuerſi ſexus: quia ex ipſa rei natura multùm excitant ad delectationem veneream, & ex ſe ad illam tendunt: & quamuis ab ipſo tangente ad illam non referantur, adhuc tamen multùm contrariantur honeſtati naturali; & maximam indecentiam ex ſe habent, & ideò fundant ex ſe ipſis malitiam grauem. Sed hæ quoque rationes, vel omninò, vel magna ex parte tam probant de huiuſmodi tactibus inter perſonas diuerſi ſexus, quàm inter perſonas eiuſdem, vt patet ex dictis: & ſi abſit periculum pollutionis, aut cõſenſus, (quod certè communiter vix videtur abeſſe: & benè eſt aduertendum, vtrùm reuerà abſit,) & ab ipſo tangente huiuſmodi tactus verè ordinentur, & efficiantur ad ſolam curioſam notitiam, falſum videtur, quòd multùm contrarientur honeſtati naturali, & habeant notabilem indecentiam, & per illam fundent malitiam grauem: & ideò opinio Leſſ. prout ab illo aſſeritur, non videtur reprobanda, quanquam hæc etiam curioſitas, vt idem ſubdit, periculoſa ſit, & ſaltem propter periculum, quod communiter inducit, ſit abſolutè cauenda, nec de facili excuſanda à culpa mortali.

12. *Tactus aliarum partium ex affectu delectationis, quæ in illis ſentitur, quomodo ſit peccatum mortale.*

Secundò, de aliis tactibus, qui non ſunt ex ſe turpes, vt, ſi quis, v.g. tangat manum, vel intorqueat digitos, vel brachium vellat, vel premat fœminæ pedem, negat Sanchez *lib.9. de matr. diſp.46.cit.num.16 & 17.* quòd communiter ſint peccata mortalia, non ſolùm quando fiunt ex ſola leuitate, & ioco, vt vult Caiet. *2.2.q.154.art.4.cit.circa ſolutionem ad 2. & in Summa, verb.chorea, in fine.* Armilla 10. Tabiena *verb.oſculum.* Nauar. *c.14.num. 42.verſ.19.* ſed etiam, quando fiunt ex illa delectatione, quæ in illis ſentitur, quamuis Caiet. & Tab. id negent: neque enim viderentur ita de proximo pertinere ad copulam, ſicut amplexus, & oſcula; & alioqui nulla eſſet differentia inter hos tactus, & alios ex ſe grauiores, & turpiores, ſi vtrique ſufficerent ad conſtituendum peccatum mortale, & citat pro hac ſententia etiam Nauar. *cap.14.num.42.verſ.19.cit.*

Verùm hoc non eſt admittendum, ſi delectatio, quæ ex illis capitur, & propter quam fiunt, ſit venerea, id eſt, cauſata per diffuſionem ſpirituum ſubſeruientium generationi, & calefacientium, & terentium neruos certarum partium, & efficientium in illis pruritum, qui ſit leniendus per reſolutionem, & fluxum ſeminis, vt *ſuprà* diximus *diſp.14.* ex Hippocr. Galeno, & Ariſtotele; & ideò hi etiam tactus ſint libidinoſi, iuxta doctrinam ibi explicatam *num.6.* ex S.Thom *2.2.q.154 art.4.* neque enim in hac delectatione venerea poteſt dari materiæ leuitas, cùm ſit ipſamet delectatio copulæ, & ex ſua natura ad illam pertineat, tanquàm inchoatio, & quaſi pars, vt ibi docuimus. Vnde & S.Thom. *art.4.cit.* & Caiet. *ibidem*, & S.Anton. *2.par.tit.5.c.1.§.9.* & Sot. *in 4.d.34.q.1.art.2.* & Azor. *p.3.lib.3.c.25.§ hac opinio eſt vera* & Leſſ. *lib.4.c.3.dub.8.n.59.* & omnes communiter, vniuerſaliter damnant peccati mortalis omnes tactus libidinoſos, neque diſtinguunt, quando ſunt ex ſe turpes, vel non ſunt, quanquàm negandum non eſt, quando ſunt ex ſe turpes, ſpectare aliquo modo magis de proximo ad copulam, & intra latitudinem peccati mortalis fundare maiorem malitiam, quod ſatis eſt, vt inter illas ſit aliqua differentia.

Tertiò, quod diximus de tactibus actiuis, eorúmque honeſtate, aut turpitudine, dicendum eſt etiam de paſſiuis: neque enim licitè poteſt iouenis aliquis, aut puella illos pati, quando ſunt ex ſe turpes, & permittere, vt ſecretò tangantur, v.g. in partibus pudendis; ſed omninò teneotur ſe retrahere, & omninò impedire huiuſmodi tactus, etiam clamando, ſicut fecit Suſanna, *Dan.13.* & omni modo reſiſtendo: quia, vt dicitur *ad Rom.1.* non ij ſolùm digni ſunt morte, qui faciunt aliquid turpe, ſed etiam qui conſentiunt facientibus: & vt dicitur *Deuter.22.* non ille ſolùm dignus eſt morte, qui opprimit virginem alteri deſponſatam; ſed etiam ipſa virgo, ſi opprimitur in ciuitate, & non clamat. Ita S.Anton. *2.p.tit.5.c.1.§.9.* Caiet. *2.2.q.154.art.4.in fin.* Sylu. *verb.delectat.q.4.* Sanchez *lib.9. de matr.diſp.46.num.11.* Azor. *tom.3.lib.3.c.25.quæſt.4.* Leſſ. *lib.4.c.3.dub.8.num.64.* Nau. *in Man.c.16.n.13.* Graff. *in deciſ.par.1.lib.2.c.75.num.11. & ſeqq.* Nec quoad hoc poteſt excuſari vllo metu, etiam alioqui graui, v.g. infamiæ, quam ſibi, vel alteri timeat, ſi fortè clamet, vel grauis inimicitiæ, aut mortis, quam alter minetur, niſi taceat, vt ſpecialiter aduertit Caiet. & Graff. quia, vt diximus *ſuprà*, dum ageremus de metu, *lib.1. diſp.15.num.9.* metus quantumuis grauis, non excuſat à culpa in iis, quæ ſunt intrinſecè mala, vt certè eſt, quòd quis permittat alteri abuſum ſui corporis. Vnde non videtur admittendum, quod habet Sot. *lib.5.de iuſt.quæſt.1.art.5.§ Quòd ſi hic obiter quæras.* & ex illo Nau. *in Man.c.16.num.1. & 13.* puellam non teneri in conſcientia, quantùm poteſt, reſiſtere vim inferenti; ſed ſolùm teneri non conſentire, & non ſe ſceleri accommodare; & ideò non peccare mortaliter, ſi ex metu taceat, aut manus in illum non iniiciat, cùm tamen poſſit. A qua ſententia non videtur diſcrepare etiam Leſſ. *lib.4.cap.3.num. 64.cit.in fin.* vbi ait, teneri vnumquenque ſub mortali ad vitandos contactos paſſiuos turpes, ſi poteſt; & tunc dici non poſſe illos vitare, quando ſine graui incommodo non poteſt, quod, ſcilicet, præponderet, aut ſit æquale ipſi perpeſſioni contactus, & violationis; vt, v.g. ſi impendeat periculum mortis, aut infamiæ, vel amiſſionis bonorum. Quòd verò hoc totum non ſit admittendum, probatur ex ratione iam facta de metu, qui non excuſat à culpa in iis, quæ ſunt intrinſecè mala, cùm ad contrahendum culpam mortalem poſſit ſufficere etiam voluntas coacta, *c.meritò.15.quæſt.1.* & potiùs debeat quis vniuerſa mala pati, quàm rei intrinſecè malæ conſentire, *c.ita ne.32.quæſt.5.* & *c.ſacris.de his, quæ vi.* cùm enim voluntarium non illud ſolùm dicatur, quod eſt à voluntate, in quantum eſt agens; ſed etiam illud, quod eſt à voluntate, in quantum non eſt agens; & illud primum dicatur voluntarium directum, & hoc ſecundum indirectum, vt patet ex S.Thom. *1.2.q.6.art.3.* & explicauimus *ſuprà lib.1.diſput.5.* etiam hæc perpeſſio turpis contactus erit voluntaria indirectè, ſi voluntas poſſit illam impedire, & non impediat: quemadmodum & nautæ eſt voluntaria ſubmerſio nauis, ſi pro illa gubernanda, & non ſubmergenda non agat. Vnde aperta videtur implicantia, quòd poſſit puella non eſſe conſentiens ſuæ violationi, ſi ſolùm ſceleri non ſe accommodet, vt vult Sot. ſi enim prætereà ad illam impediendam poſitiuè non agat, & clamoribus, & membris corporis ſe non iuuet, cùm poſſit, adhuc violatio in illam referetur, in quantum non eſt agens, & erit illi voluntaria indirectè, & ipſa indirectè in illam conſentiet, & cùm

13. *Pati tactus impudicos eſt peccatum mortale.*

14. *Neque excuſatur, ſi fiat ex metu.*

15. *Puella tenetur in conſcientia poſitiuè reſiſtere, quantùm poteſt, vim inferenti; non autem eſt ſatis, ſi non conſentiat, & non ſe accommodet ſceleri.*

cùm ſit intrinſecè mala, omninò erit culpabilis, non ſolùm in foro exteriore, quod Sotus concedit; ſed etiam in foro conſcientiæ, quod ille negat.

Si tamen contingeret inferri puellæ ad hos turpes tactus cum illa habendos, non ſolùm metum grauem, ſed vim abſolutam, & certò aduerteret, quòd non poſſet ſe expedite, ſiue per clamores, ſiue per quaſcunque alias reſiſtentias corporales, fortaſſe doctrina Soti poſſet admitti: qoia non videtur poſſe eſſe obligatio ſub mortali ad ſumenda aliqua media, quando ſciuntur eſſe inſufficientia ad aliqoem finem. Et reuerà in hoc caſu de vi abſoluta illam admittit Nau. *cap. 16. num. 1. cit.* quanquam optimum eſſet etiam in tali caſu non omittere reſiſtentias, & clamores; tum, quia noo poteſt communiter eſſe certum, qoòd hæc media non ſint futura ſufficientia ad impediendam vim, qui eſt finis per ſe intentus; tum verò, quia ſaltem erunt ſufficientia ad declarandam exteriùs vim, ex qua ſuſtinentur illi contactus, & quòd ſint verè inuoluntarij ab extrinſeco, vt explicauimus *lib. 1. diſp. 13. n. 1. & 5.*

16. *Pati tactus ex ſe non impudicos, quomodo ſit licitum.* Si verò contactus, quos aliquis patitur, non ſint ex ſe turpes, videndum eſt, vtrùm ſaltem ſint turpes ex intentione tangentis, & vtrùm de hac intentione certò conſtet illi alteri, qui patitor: primò enim, ſi fiant ex aliqua iuſta cauſa, v. g. ex conſuetudine patriæ, vel ex vrbanitate, vt quando eunti, aut redeunti ex itinere, datur manus, vel etiam oſculum, præſertim inter cooſanguineos, & nulla appareat ſufficiens coniectura de mala intentione alterius, nullo modo peccat, qui abſolutè illos patitur, & admittit, & ſe non retrahit, vt illos impediat, quia omninò liciti ſunt, tam reſpectu agentis, quàm reſpectu patientis, vt patet ex dictis *ſuprà*: ſi verò conſueuerint quidem fieri ex conſuetudine patriæ, ſed hîc & nunc rationabiliter poſſit dubitari, vel etiam certò conſtet illi, qui patitur, de mala intentione tangentis, debent ſaltem ex debito charitatis impediri, ſi commodè poſſunt, neque tacendu, aut immobiliter ſe habendo, eſt danda alteri opportunitas, opere ipſo exterioris contactus explendi cum altero ſuam libidinem: ſi tamen patienti immineat, vel ex clamure, vel ex retractione ſui aliquod malũ notabile, v. g. infamia, aut ſcandalum, & offenſio aliorum, vel etiam grauis inimicitia, omninò ceſſat huiuſmodi obligatio, & ſine vllo peccato poteſt pati tales contactus, dummodo abſit periculum pollutionis, aut conſenſus etiam ex parte patientis in delectationem veneream: quia enim ex ſe liciti ſunt, & ſolùm ex intentione, & malitia tangentis ſunt illiciti, qui illos patitur, & admittit, admittit aliquid ex ſe licitum, vel ſaltem non illicitum, & ad malam intentionem alterius ſolùm ſe habet permiſſiuè & negatiuè, quando illam non poteſt ſine magno ſuo incommodo impedire: & quemadmodum in aliis multis, quod alter facit mala intentione, & cum peccato, poteſt alter recipere, aut pati bona intentione, & ſine peccato, vt, v. g. mutuum, quod ab vſurario requirente vſuras, datur illicitè, & à mutuatario accipitur licitè; iuramentum, quod ab homine infideli præſtatur illicitè per falſos Deos, & à fideli licitè petitur; artificiũ, quod ex ſe poteſt habere bonum, & malum vſum, vt eſt, v. g. gladius, & ſagitta; & ideò ab artifice licitè fit, etiamſi ab alio accipiatur, & vſurpetur illicitè, vt habetur ex S. Thom. 2. 2. *quæſt. 169. art. 2. ad 4.* & plura alia: ita & in caſu præſenti de tactibus ex ſe licitis, poteſt accidere, vt vnus licitè illos ſuſtineat, & ſine peccato, ſi ſubſit rationabilis cauſa non ſe retrahendi, etiamſi alius illicitè, & cum peccato illos efficiat, & ex mala ſua intentione ad libidinem re-

ferat. Et ita doceut omnes Authores *ſuprà* citati *num. 13.* S. Anton. Caiet. Sylueſt. Azor Leſſ. Graff Et eadem ratio eſt, vt ſubdit Caiet. *ibidem*, ſi mulier nõ omittat, v. g ire ad Eccleſias, aut opera ſua facere in aliquo loco; quia aduertit videri ſe ab aliquo ad concupiſcentiam in illa via, aut in illo loco: neque enim dicenda eſt vllo modo peccare, ſi alioqui ex rationabili cauſa illa faciat, cùm ambulatio ad Eccleſiam per talem viam, vel manſiu, & operatio in tali loco, non ſit ex ſe res illicita, & ſolùm proueniat ex malitia alterius, quòd inde ſumat occaſionem libidinis.

Deniqoe hæc, quæ diximos de tactibus ex ſe turpibus, aut non turpibus, tam actiuis, quàm paſſiuis, eorúmque turpitudine, aut honeſtate, intelligi debent vniuerſaliter pro omnibus perſunis, quæ ſunt ſolutæ ab omni vinculo matrimonij: quo autem modo inter cõiuges de præſenti poſſint eſſe liciti, aut illiciti tactus, etiam turpes, ſiue adſit periculum pollutionis extra copulam, ſiue abſit; non eſt huius loci; ſed tractabitur, Deo volente, *in materia de matrimonio*; & interim legi poteſt Sanchez *lib. 9. de matr. diſp. 45.* Magis ſpectat ad præſens negotium, quomodo ſint liciti, aut illiciti inter ſponſos de futuro, ſiue ponantur contraxiſſe ſponſalia purè, & abſolutè, ſiue ſub aliqua conditione, quæ adhuc non ſit purificata & impleta. 17. *Tactus, & oſcula quo modo non ſint licita inter ſponſos de futuro.*

Sed breuiter dicendum eſt, tactus, qui ſunt ex ſe turpes, etiam inter ſponſos de futuro, eſſe illicitos, & peccatum mortale: eos verò, qui non ſunt ex ſe turpes, poſſe eſſe omninò licitos, ſi fiant ex fine beneuolentiæ, & coniunctionis animorum; ſed poſſe etiam eſſe illicitos, ſaltem venialiter, ſi fiant ex fine delectationis, & abſit periculum pollutionis, vel vlterioris turpitudinis, aut conſenſus in illam. Ita Caiet. 2. 2. *quæſt. 154. art. 4. §. In reſponſione ad 2. & in Summa, verb. Sponſalitia.* Nauar. *in Man. cap. 14. num. 18. & cap. 16. num. 12.* Graff. *1. par. deciſ. lib. 2. cap 81. num. 3.* Tolet. *lib. 5. cap. 14. num. 2.* Rebell *de oblig. iuſt. p. 2. lib. 3. quæſt. 19. ſect. 2.* Azor. *p. 3. lib. 3. cap. 25. quæſt. 3.* Valen. *2. 2. diſp. 9. quæſt. 3. puncto 3 ad fin. §. Sentit tamen.* Leſſ. *lib. 4. cap. 3. num. 58. §. Tertiò.* Sanchez *lib. 9. de matrim. diſp. 46. & ſeqq.* & apud ipſum alij plures.

Prima pars de tactibus ex ſe turpibus admittitur communiter ab omnibus, vt patet ex Sanchez *diſp. 46. cit. num. 11. & 42.* Et ratio eſt: quia ex ſe huiuſmodi tactus partium verendarum ſunt ipſa proxima præparatio, & diſpoſitio ad copulam; & ideò ex ipſa rei natura non poſſunt alicui eſſe liciti, niſi illi ſit licita ipſa copula, quales tamen ſunt ſoli coniuges, inter quos per verba de præſenti eſt facta perfecta traditio corporum.

Secunda pars de tactibus ex ſe non turpibus, qoòd poſſint eſſe liciti, & ſine culpa, etiam veniali, ſi fiant ex ſolo fine beneuolentiæ, & coniunctionis animorum; ſimiliter eſt communis, vt videre eſt apud eundem Sanchez *diſp. 46. cit. n. 48.* cùm enim ex S. Thom. 2. 2. *quæſt. 154. art. 4.* poſſint eſſe liciti inter quoſcũque, ſi fiant ex rationabili & iuſta cauſa; potiori ratione dici debent eſſe liciti inter ſponſos ex cauſa iam dicta, vt mutuus amor ferueiut & foueatur in ordine ad matrimonium, cùm hæc ſine dubio ſit cauſa maximè iuſta, & rationabilis. Vnde, quod habet Henriq. *lib. 11 de matrim. cap. 19 num. 4. in fin.* amplexus & oſcula cum deſponſata de futuro ad beneuolentiam iam non debere permitti, quia ſponſalia iam non tranſeunt in matrimonium per copulam affectu maritali ſecutam, non videtur vllius momenti contra hanc partem concluſionis: quia non ideò permittuntur, quia ſponſalia trãſeant

in matrimonium;ſed,quia beneuolentia & coniunctio animorum eſt ex ſe ſufficiens cauſa ad illos cohoneſtandos.

Tertia pars, quòd ſaltem ſint peccatum veniale, ſi fiant cauſa delectationis, & abſit periculum, expreſsè aſſeritur à Caiet. *art.4.cit.* & Sanchez *diſp.* 46.*num.*51.Et ratio eſt:quia, quemadmodum inordinatio aliqua eſt etiam inter coniuges,ſi actus per ſe ordinati à natura ad procreationem prolis,vt eſt, v.g.actus copulæ,referantur ad delectationem, & ſolùm fiant cauſa delectationis;ita & inter ſponſos, ſi actus, qui conceduntur ad coniunctionem animorum, & ad beneuolentiam, ſimiliter ab illis exerceantur propter delectationem, & ideò non poſſunt non eſſe ſaltem peccatum veniale.

18. *Secundùm aliquos, tactus, & oſcula ex ſe non turpia inter ſponſos,neque etiam ſunt peccatum veniale.* Neque oppoſitum exiſtimandi ſunt velle ij, qui aſſerunt abſolutè, huiuſmodi tactus, & delectationes,quæ ex illis ſequuntur, eſſe licitas ſponſis, vt Nau. Graff.Tol.Valen.Leſſ. *locis cit.* vel enim abſolutè id aſſerunt, ſupponendo quòd fiant propter debitum finem,id eſt,propter beneuolentiam, quo certè modo ſunt ſimpliciter liciti, & neque etiam ſunt peccatum veniale; vel certè dum aſſerunt abſolutè,quòd ſunt liciti, intelligi debent ſolùm velle,quòd non ſint peccatum mortale, vt notat Sanchez *num.*51.*cit.*

19. *Secundùm aliquos, tactus non turpes ſunt mortales,etiam inter ſponſos.* Dixi autem,huiuſmodi tactus poſſe eſſe illicitos, ſaltem venialiter: quia non deſunt, qui putent,eos eſſe illicitos etiam mortaliter, ſicut & ſunt communiter inter alios quoſcunque ſolutos ab omni vinculo matrimonij,ſiue de præſenti, ſiue de futuro, pro qua ſententia poteſt citari non ſolùm Rebell.*de oblig.part.2.lib.3.q.19.ſect.2.cit.* vbi ex profeſſo illam probat, & aliqui alij recentiores docti apud Sanchez *diſp.*46. *num.*47. ſed etiam Palud. *in 4.diſt.*31.*q.*3. *art.*2.*num.*17.& Supplem. Gabr. *ibid. q.vnica.art.*3.*dub.*2. qui aſſerunt, huiuſmodi tactus ideò eſſe peccata mortalia inter ſolutos; quia inter illos copula ipſa eſt mortalis: quæ certè ratio,ſi quid probat, etiam probat de ſponſis, vt ex ſe patet.Et prætereà poteſt citari Caiet.*in Summa, verb. impudicitia,& verb.oſculum*,Sot. *in 4.d.*34.*q.*1.*art.* 2.*ad finem, verſ.ex quo fit.* & aliqui alij apud Sanchez *num.*47.qui abſolutè aſſerunt, eos eſſe peccata mortalia inter omnes,præterquàm inter coniunctos matrimonio, quales certè non ſunt ſponſi: & denique poteſt citari Henriq. *lib.*11. *de matr.c.*19. *num.*4. paulò antè cit. vbi ait, cum filia de futuro deſponſata amplexus,& oſcula fuiſſe olim conceſſa à viris doctis, nunc verò non debere permitti: quia iam ſponſalia per copulam affectu maritali habitam,non tranſeunt in matrimonium: quæ ratio ſimiliter probat, quòd non ſunt licita, niſi in matrimonio.

20. *Probatur rationibus.* Et ratio videtur eſſe, quia delectatio venerea, quæ poteſt percipi per amplexus,tactus, & oſcula, eſt ipſamet delectatio copulæ, vel ſaltem illius inchoatio,& quaſi pars, vt *ſuprà* diximus *diſp.*15. & hinc prouenit, vt conſenſus in illam extra matrimonium ſemper ſit mortalis, cùm ſit formaliter ipſe conſenſus in copulam:fit enim hæc delectatio etiam inter ſponſos per diffuſionem ſpirituum ſubſeruientium generationi; & poteſt etiam illa pertinere ad excitandum pruritum,tetendo neruos; & ad cauſandam reſolutionem & fluxionem ſeminis,& per conſequens etiam inter ipſos ſponſos eſt ipſa inchoatio delectationis copulæ,& illicita.

Et confirmatur: quia ſine dubio hic conſenſus in oſcula, & in amplexus magis accedit ad copulam, quàm accedat conſenſus in delectationem vt cogitatam,quæ appellatur delectatio moroſa:quare cùm hæc etiam inter ſponſos de futuro ſit mortalis,erit mortalis etiam ille.

Neque obſtat, quòd ſponſalia ſint inchoatio quædam matrimonij, & ideò poſſint cohoneſtare illas delectationes, quæ ſunt inchoatio delectationis copulæ,quæ propriè eſt delectatio matrimonij. Nam contrà eſt, quia quemadmodum in aliis contractibus,promiſſio de contractu celebrando in futurum non tribuit de præſenti vllum ius ex iis, quæ conſequuntur ad contractum de præſenti;neque is,cui promiſi,v.g.vendere fundum,aut equum meum, poteſt illo licitè vti, antequàm reipſa cum illa perfecerim venditionem,imò & fecerim traditionem:ita & in ſponſalibus, quæ nihil ſunt aliud, niſi promiſſio de futuro matrimonio,& futura traditione corporum, non poteſt de præſenti acquiri vllum ius contrectandi, oſculandi, & amplexandi, vel quomodocunque vtendi promiſſo corpore,antequàm per ipſum contractum matrimonij de præſenti ſit plenè tranſlatum quaſi dominium corporum,& facta traditio.

Sed quamuis negari non poſſit, quòd hæc etiam ſententia ſit probabilis, & abſolutè tutiſſima, & optimum ſit,vt etiam ſponſi de futuro abſtineant ab huiuſmodi tactibus, & oſculis, & amplexibus, idque ſecundùm omnes ſit illis etiam debitum, quando eſt periculum pollutionis,vel conſenſus in vlteriorem turpitudinem, vt iam diximus, (quod certè periculum, vel eſt ſemper, vel vt plurimùm;) multò tamen eſt probabilius,quod communiùs docent Doctores, & iam aſſeruimus in 3. parte concluſionis,huiuſmodi tactus, & oſcula, & amplexus inter ſponſos de futuro,ſi ſint illiciti ex finis inordinatione, vt, v.g. quia referuntur ad delectationem,cùm debeant referri,ſaltem primariò, ad beneuolentiam & coniunctionem animorum, eſſe peccata mortalia, ſed ſolùm venialia. Et ratio eſt: quia cùm ſponſalia ſint promiſſio futuri matrimonij,& inchoatio quædam illius,non ſolùm tribuunt de præſenti ius ad rem, id eſt, ad corpus ſponſæ, prout diſtinguitur à iure in re, id eſt, in corpore, quod plenè acquiritur per ipſum matrimonium de præſenti contractũ;ſed etiam tribuunt ſimiliter de præſenti facultatem, aut ius ad eas actiones, quæ ſunt quaſi præambulæ ad actum matrimonij, & ad copulam, & ſunt quaſi inchoatio quædam illius,vt notat Sanchez *lib.9. d.46.cit. n.48.& 56.verſ. Ad vltimum dic.*volentibus,ſcilicet,liberè,& licitè ipſis ſponſis,per ipſum conſenſum ſponſalium ſibi mutuò dare hanc facultatem, & ius ad huiuſmodi actiones,& delectationes præambulas, vt benè interpretatur communior ſenſus Doctorum;& tales actiones præambulæ ſunt huiuſmodi tactus, & oſcula,& amplexus, alioqui non turpes; & inordinatio, quam habent poſteà ex circunſtantia finis indebiti, non eſt niſi leuis, & venialis, ſicut etiam eſt inter coniuges de præſenti: ſicut enim matrimonium de præſenti contractum cohoneſtat ſubſtantiam actus copulæ, & dum tribuit de præſenti ius ad copulam ordinatè habendam,facit, vt copula ſolùm ſit venialis, ſi poſteà habeatur inordinatè,propter finem indebitum;ita & ſponſalia cohoneſtant ſubſtantiam tactuum, & amplexuum; & dum tribuunt de præſenti ius ad illos ordinatè habendos,ſimiliter faciunt, vt ſolùm ſint veniales,ſi poſteà habeantur inordinatè, propter finem indebitum ſolius delectationis: nam, quemadmodum coniuges ante reformationem decretam in Tridentino liberè, & licitè poterant per ſolos conſenſus mutuos de matrimonij contractu, ſibi tribuere de præſenti ius ad copulã, & modò id poſſunt ſeruatis 21. *Sponſalia tribuunt de præſenti, ius ad tactus, & oſcula ex ſe non turpia.*

tantum

tantummodo certis ſolennitatibus quoad præſentiam Parochi,& teſtium : ita & poterant, & modò etiam poſſunt per ſolos conſenſus mutuos de ſponſalibus ſine aliis omnibus ſolennitatibus ſibi tribuere ius ad tactus, & amplexus, & oſcula, alioqui non turpia,& de facto id tribuunt,cùm ſint pręparatio quædam,& diſpoſitio ad copulam futurã poſt contractũ matrimoniũ de præſentj,& ideò non eſt, quòd dicantur eſſe illis hæc prohibita ſub mortali.

Et per hæc parer ad rationes in contrarium allatas : quamuis enim delectatio huiuſmodi tactuum ſit inchoatio quædam, & quaſi pats delectationis ipſius copulæ ; eſt tamen ab illa omninò diuiſibilis, & ſeparabilis , nec ſemper , & neceſſariò ad illam pertingit , eámque trahit ; & ideò benè poteſt aliquibus eſſe licita de præſenti , quibus eſt licita copula de futuro,ſi, ſcilicet, illis ſit licita præparatio, & diſpoſitio ad copulam de futuro;& penſatis omnibus nõ debeat trahere ſecum periculum copulæ, aut pollutionis,vel turpitudinis de præſenti : quia, ſcilicet, ardor concupiſceutiæ non eſt magnus, nec magna eſt commotio ſpirituum, per quam fit huiuſmodi delectatio. Vnde, quod dicitur delectatio tactuum eſſe illicita iis omnibus, quibus eſt illicita delectatio copulæ,debet intelligi,tam pro tempore præſenti,quàm pro futuro : quo tamen modo delectatio copulæ pro tempore futuro oon eſt illicita inter ſponſos.

Ad confirmatiouem reſpondeo , ſicut ſponſalia cohoneſtant delectationem tactuum ex ſe non turpium,quandiu ab illis abeſt periculum pollutionis, aut conſenſus in vlteriotem rurpitudinem , & non fit magna commotio,& magnus ardot concupiſcẽtiæ : ita & cohoneſtant delectationem cogitationis,dummodo ſimiliter ab illa abſit de præſenti periculum pollutionis, aut cooſenſus;ac proinde non poteſt ex delectarione cogitationis ſumi argumentum contra delectationem tactuum , & vtraque ſponſis eſt concedenda,ſi abſit periculum pollutionis, aut conſeoſus vlteriotis, quod ſemper eſt benè conſiderãdum. Neque hoc, quod modò aſſerimus, eſt contra illud , quod *ſupra* diximus *diſput.* 15. non dari in delectatione venerea paruitatem materiæ : neque enim ibi diſputauimus , vtrùm in tali delectatione poſſit dari paruitas ſecundùm eſſe phyſicum, vt, v.g. quando fit parua commotio ſpirituum ; ſed solùm aſſeruimus , non dari paruitatem ſecundùm eſſe morale , & omnem huiuſmodi delectationem deliberatò quæſitam eſſe mortalem, niſi excuſetur per honeſtatẽ matrimonij , aut ſponſalium ; idque ſaltem propter periculum , in quod inducit,& propter motalem impoſſibilitatẽ diſtinguendi practicè in re tam lubrica,cõmotionem ſpirituum paruam,aut magnã,vt dicitur in decreto ibi allato pro noſtra Societate, eſt pro certo habẽdum.

Ad illud,quod additur de aliis contactibus,patet ex dictis : ſi enim venditor fundi, v.g.promittendo venditionem conſentiret,vt emptor aliquem vſum illius haberet etiam ante ſtipulationem venditionis, & ante plenam tranſlationem dominij per traditionem ipſius fundi , nihil committeret contra naturam contractus , & emptor licitè poſſet illos vſus habere ex fundo , etiam ante acquiſitum plenum dominium illius per ſtipulationẽ venditionis, & per traditiooem ; & promiſſio illa ſimul tribueret de præſenti ius fundo vtendi per certos vſus promiſſos,& pro futuro ius ad fuodum habendum in omnem vſum. Ita autem ſe res habet de facto in ſponſalibus,vt iam diximus;& ideò mirum non eſt, ſi ſponſi licitè poſſint vti ſe inuicem, quoad tactus non turpes,etiamſi ante contractum matrimonium de præſenti nõ poſſint vti ſe inuicem quoad omnẽ vſum:& diſparitas quoad ſpõſalia,& quoad promiſſiones aliorũ contractuũ,ſolum eſt quoad id , quod cõtingit de facto;quia,ſcilicet,per ſpõſalia de facto conceditur ex libera voluntate ipſorũ contrahentiũ & promittentium aliquis vſus per tactus non turpes,cùm tamen per promiſſionem aliorum contractuum ſimiliter de facto nullus vſus coocedatur, ſed omnis vſus reſeruetur, vſque ad celebrationem contractus promiſſi,vt notat Sanchez *lib.9. de matrim.diſp.46.num.56.verſ. Ad vltimum.* Verùm hoc ipſum,quod dicimus de ſponſalibus, tribui per illa aliquod ius de præſenti ad huiuſmodi tactus,ſolùm debet intelligi de ſponſalibus , quando contrahuntur purè, & abſolutè ; non autem ſub conditione in futurũ pendente , & quando perſonæ contrahentes non ſunt impeditæ , ita vt indigeant diſpenſatione Pontificis , & ſponſalia inter ipſos ſolùm contrahuntur ſub reſeruatione talis diſpenſationis:in his enim caſibus, quia validitas, & effectus ſponſalium ſuſpenditur vſque ad tempus purificatæ conditionis , vel impetratæ diſpenſationis , & interim ne ſponſalia quidem ſunt , vt ex communi ſententia notat Sanchez *lib.5.de matr.diſp.5.n.22.*nõ poſſunt interim tribuere vllum ius , aut tactus cohoneſtare, vt idem ſubdit *num.*38. *& ſeqq.* & apud illum Sot. *in 4.d.29.quæſt.2.art.1.ad fin.verſ. Hoc tamen addiderim.*& alij.

22. *Sponſalia ſub conditione in futurum pẽdente non cohoneſtant tactus inter ſponſos.*

DISPVT. XVI.

Quid ſit dicendum de aſpectibus inhoneſtis , quoad grauitatem , aut leuitatem culpæ.

1. *Aſpectus turpes, ſi fiant cauſa delectationis.ſunt peccatum mortale.*
2. *Aſpectus turpes ex cauſa neceſſitatis non ſunt peccatum.*
3. *Si fiant ex ioco, aut ex vana curioſitate , & abſit periculum conſenſus , & lapſus, non ſunt mortale.*
4. *Facere coram ſe nudari fœminam , quomodo ſit peccatum mortale.*
5. *Si quis aſpiciat verenda fœminæ ſub veſte tenuiſſima,peccat mortaliter.*
6. *Si quis aſpiciat fœminam nudam breuiſſimo tempore , ſi ſit valdè puer , aut valdè ſenex , vel complexionis frigidiſſimæ,non peccat mortaliter.*
7. *Si quis aſpiciat natantes nudos.*
8. *Si aſpiciat ſua propria verenda.*
9. *Si aſpiciat verenda,aut copulam brutorum.*
10. *Aſpectus ex ſe turpes ſunt exprimendi in confeſſione in propria ſpecie.*
11. *Aſpectus non ex ſe turpes non ſunt peccatum mortale.*
12. *Sinere ſe videri ad malum finem , quomodo ſit peccatum.*
13. *Puellæ, quæ ſinunt ſe videri ab amatoribus, vt illis nubant,non peccant.*

EX dictis de tactibus facilè poteſt colligi, quid ſit dicendum de aſpectibus , ſi etiam hi habeantur ex affectu luxuriæ , & ex inordinato amore delectationis. Poſſunt autem etiam aſpectus, ſicut & tactus , vel eſſe ex ſe turpes , vt ſi aſpiciantur, v.g. partes verendæ , aut vicinæ verendis , vel etiam aſpiciatur ipſe actus concubitus ; vel non ex ſe turpes,vt ſi aſpiciatur facies, pectus,brachia,crura:& poſſunt eſſe,vel inter perſonas eiuſdem ſexus, vel

vel inter perſonas diuerſi ſexus, vel etiam cum brutis,& in ſpecie diuerſa;vel denique poteſt quiſquam illos habere ſecum ipſe,& non cum alio. Et quidem ſi ex intentione aſpicientis ordinentur ad vlteriorem turpitudinem, v.g. ad copulam, vel ſit periculum,ne ſequatur pollutio,aut præſtetur conſenſus alicui actui, aut delectationi ex ſe mortali, non eſt dubium,quòd etiam aſpectus ſint cenſendi mortales,iuxta illud Chriſti Domini Matth.5. *Qui viderit mulierem ad concupiſcendum eam, iam mœchatus eſt eam in corde ſuo.* Et probatur manifeſtè ex aſpectu ipſius Dauid, quo aſpexit Bethſabee ſe lauantem in ſolario domus ſuæ,2.*Reg.*11. & requiſiuit,quæ eſſet mulier, & tulit eam: & ex aſpectu duorum ſenum,quo aſpexerunt Suſannam lauantem ſe in pomario viri ſui,*Dan* 13.& exarſerunt in concupiſcentiam eius. Et hoc ſaltem modo ſunt intelligendi illi Doctores, qui indiſtinctè, & eodem modo loquuntur de aſpectibus, & de tactibus,& abſolutè pronunciant, quòd ſint peccatum mortale,ſi habeantur animo libidinoſo, vt S. Anton.3 *par.tit.*16.*c.*1.§.10. Sylu. *verb. delectatio, q.*4. Tab.*eod.q.penult.*& alij apud Sanchez *lib.9. de matrim. diſp* 46. *num.*21. Si verò ex intentione aſpicientis non ordinentur ad vlteriorem turpitudinem;ſed ſolùm intendatur illa ipſa delectatio, quæ poteſt ex illis haberi,& in illa ſiſtantur:

1.
Aſpectus turpes, ſi fiant cauſa delectationis,ſunt peccatum mortale.

Primò,certum videtur, quòd aſpectus ex ſe turpes,vt,v.g.ipſius actus copulæ, vel partium verendarum, præſertim inter perſonas diuerſi ſexus, vel partium vicinarum verendis,ſint peccatum mortale. Ita S. Anton. 2.*part.tit.*5.*c.*1.§.7. Sylu *verb.delectatio,in fin.*Nau.*in Man.cap.*14.*n.*36.*verſ. Quintò. & num.*41.*verſ. Decimonono.* Azor.*p.*3.*lib.*3.*cap.*25. *q* 1. Sanchez *lib* 9. *diſp.* 46. *num.* 23. *&* 29. & alij apud ipſum:quia,vt dicitur cap. *Nec ſolo*.32.*q.*5 ex S.Auguſt. *Non ſunt dicendi animos habere pudicos, qui habent oculos impudicos, cùm impudicus oculus impudici cordis ſit nuncius; & corda impudica ſe inuicem ſibi nuncient conſpectu mutuo, etiam lingua tacente; & fugiat caſtitas ipſa de moribus, etiam intactis corporibus, ab immunda violatione,quando ſecundùm concupiſcentiam carnis alterutro delectantur ardore.* Et ratio eſt:quia, quamuis delectatio, quæ habetur per ſenſum viſus, non ſit per ſe, & formaliter venerea,ſicut eſt illa, quæ habetur per ſenſum tactus, quam *ſuprà* diximus eſſe formalem ipſam inchoationem,& quaſi partem delectationis copulæ: eſt tamen venerea cauſaliter, cùm ad ſenſationem viſus circa obiectum turpe, maximè excitetur imaginatio & appetitus,& ad nutum illius diffundantur ſpiritus ſubſeruientes delectationi venereæ,eámque cauſent,vel ſaltem ad illam notabiliter influant, & diſponant. quod certè non poteſt non ab illa participare malitiam grauem, & culpam mortalem. Et quod docuit Ariſtoteles de ſenſu & ſenſili *c.*5.*& lib.*3. *Ethic.c* 10.*& in probl.ſect.*18.*q.*7.delectationes omnes membrorum, vel eſſe formaliter ipſas delectationes guſtus,& tactus, vel ad eas referri,& ordinari,vt ad finem; & canem, v.g. non delectari odore leporis, aut leonem mugitu bouis, vel cerui aſpectu; ſed ſolo eſu,& paſtu carnium, & ſolùm in ordine ad hanc voluptatem guſtus eſſe alias voluptates auditus,viſus,& odoratus; idem videtur poſſe dici in hominibus de iis delectationibus, quas capiunt ex aſpectibus turpibus: neque enim illis delectantur per ſe,& ratione proportionis, quàm habeat tale obiectum cum potentia, ſicut contingit in colore, v.g. viridi,aut in pictura; ſed ſolùm delectantur in ordine ad tactum,& propter delectationem veneream,ad quam referuntur, & ad quam diſponunt media imaginatione,& appetitu,quem mouent.

2.
Aſpectus turpes ex cauſa neceſſitatis non ſunt peccatum.

Secundò, quod *ſuprà* diximus de tactibus turpibus,quòd omninò excuſentur à culpa, ſi fiant cauſa neceſſitatis, v.g. ad medendum, vel ex motiuo honeſto, v.g. ex teneritudine amoris erga infantilem ætatem,qualem teneritudinem habent matres,v.g. aut nutrices;& quòd excuſentur à culpa mortali, ſi fiant ioco,vel ex vana curioſitate, dummodo abſit periculum vlterioris conſenſus in turpitudinem, potiori ratione debet intelligi etiam de aſpectibus, & ſimiliter etiam hi vel excuſantur ab omni culpa,ſi fiant ex neceſſitate, aut alio motiuo honeſto, vel excuſantur à culpa mortali, ſi fiant ioco, aut ex vana curioſitate,& non ex affectu delectationis & libidinis, dummodo ſimiliter abſit periculum pollutionis, aut conſenſus vlterioris. Et quamuis Sanchez *diſp.*46. *n.*23. *cit.* damnet culpæ mortalis aſpectus partium verendarum inter virum, & fœminam,quando fiunt abſque vrgente neceſſitate, etiam ex ſola curioſitate:quia,ſcilicet, tales aſpectus extra caſum neceſſitatis ſunt notabiliter cōtra honeſtatem naturalem, & ſunt vrgentiſſimus luxuriæ ſtimulus,& maximo illius periculo exponunt, idque Sanchez aſſerat conſequenter ad ea,quæ dixerat *eadem diſp.*46.*num.*11. etiam de tactibus ex ſe turpibus inter virum, & fœminam, quando fiunt cauſa curioſitatis, vt *ſuprà* retulimus *diſp.*15.*num.*11. nos tamen, qua ratione id ibi non admiſimus de tactibus,& cum Leſſio *lib.*4.*c.*3.*num.*62. & aliis aſſeruimus,probabile eſſe, quòd non ſint peccatum mortale, ſi fiant ex ſola curioſitate, & abſit probabile periculum deterioris conſenſus;eadem ratione debemus id non admittere de aſpectibus, qui ſine dubio ex proprio genere minùs pertinent ad rem veneream, quàm tactus, vt etiam concedit ipſe Sanchez *num.*22.*præcedente*. Benè tamen debet aduerti,quod etiam ibi monuimus,vt reuerà abſit periculum vlterioris conſenſus & turpitudinis;& verum motiuum,tam in tactibus, quàm in aſpectibus huiuſmodi,ſit ſolus iocus, aut ſola vana curioſitas, non autem ſenſualitas, & delectatio ſub prætextu, & ſpecie ioci, & curioſitatis. Et quia communiter ex ipſa rei natura vix videtur poſſe abeſſe tale periculum,cùm tales aſpectus, & tactus ex ſe turpes, ſint maximè incitatiui ad libidinem, dum maximè mouent imaginationem, & illa mediante efficiunt commotionem, & diffuſionem ſpirituum;ideò non ſunt facilè excuſandi,vt etiam *ſuprà* diximus de tactibus. Atque ex hoc præcipuè motiuo, quòd huiuſmodi aſpectus communiter inducant graue periculum, damnatur peccati mortalis, ſi quis faciat coram ſe nudari fœminā, vt patet ex S. Anton. 2.*p.* *tit.*5.*c.*1 §.7.& Sylu.*verb.delectatio,in fin.*& Roſella *eod num.*5.& Sanchez *diſp.*46.*num.*23.*cit.*non modò ſi libido ſit principaliter in cauſa id faciendi; ſed etiamſi curioſa ſenſualitas videndi, aut ſtulta intentio illam mortificandi, vt loquitur Syluest. *loco cit.*

3.
Si fiant ex ioco,aut ex vana curioſitate, & abſit periculum conſenſus, & lapſus,non ſunt mortale.

4.
Facere coram ſe nudari fœminam, quomodo ſit peccatum mortale.

Et idem eſt,ſi quis aſpiciat verenda fœminæ ſub veſte tenuiſſima tranſparentia, vt *ſuprà* diximus *diſp.*5.*num.*13. ex Caiet. 2. 2. *quæſt.*169. *art.*2.*ad* 1. *dubium.* Nau.*cap.*14.*num* 36.*verſ.quinto,& cap.*23. *num.*19.*in fin.* & Sanchez *lib.*9.*de matr. diſp.*46. *n.* 25. quia, ſcilicet, etiam hic aſpectus ex ſe inducit magnum periculum conſentiendi in libidinem.

5.
Si quis aſpiciat verenda fœmina ſub veſte tenuiſſima,peccat mortaliter.

Et contrà idem Sanchez *diſp* 46.*cit.num.*24. excuſat à mortali,ſi quis aſpiciat fœminā nudam,tam breui tempore, vt non detur occaſio magnæ commotionis ſpirituum, vel ſi ratione ætatis puerilis, aut ſenilis, vel etiam ratione complexionis frigidiſſimæ

6.
Si quis aſpiciat fœminā nudam breuiſſimo tempore,ſi ſit

valdè puer, aut valdè ſenex, vel complexionis frigidiſſimæ, non peccat mortaliter.

diſſimæ ceſſet periculum, quod ſignum eſt grauitatem malitiæ in huiuſmodi aſpectibus etiam Sanchez maximè deſumere ex magnitudine, & probabilitate periculi. Sed contra illud, quod aſſerit de breuitate temporis, quo quis videt fœminam nudam, hoc videtur obſtare: quia etiam per viſionem inſtantaneam mouetur imaginatio & phantaſia, & huic ad nutum obediunt ſpiritus: neque eſt opus longo tempore, vt per ſenſum, & imaginationem cauſetur eorum commotio, & diffuſio: & prætereà, quia per viſionem etiam inſtantaneam relinquitur phantaſma, & ſpecies in memoria, & per actum memoriæ etiam in abſentia obiecti poteſt fieri commotio, & diffuſio ſpirituum, & induci periculum, atque ita ex breuitate temporis, quaſi nudè conſiderata non videtur ſufficienter poſſe actus excuſari à culpa mortali, ſicut neque excuſantur à grauitate periculi.

7. Et *num.* 27. excuſat idem Sanchez ex Nauar. *in Man cap.* 3. *num.* 27. & Corduben. *in Summa, quæſt.* 4. *coroll.* 7. ſi perſonæ eiuſdem ſexus occaſione natandi, vel alia ſimili, ſe aſpiciant nudas: quia ſimiliter inter perſonas eiuſdem ſexus, per ſe loquendo, & communiter, non eſt magnum periculum, & per accidens eſſet, ſi quis in ſe experiretur magnam propenſionem ad ſodomiam, & ex tali aſpectu poneretur in magno periculo, & in graui tentatione; vel ſi propter qualitatem perſonæ daret aliis magnum ſcandalum, vt, v.g. ſi duo Epiſcopi ſimul natarent, & viderent ſe nudos; in quibus tamen caſibus non eſſent excuſandi à culpa mortali, vt idem ſubdit.

Si quis aſpiciat natantes nudos.

8. Et *num.* 28. excuſat à mortali, ſi quis aſpiciat ex vana curioſitate ſua propria verenda.

Si aſpiciat ſua propria verenda.

9. Et *num.* 30. ſi quis aſpiciat verenda brutorum, aut actum copulæ, quem inter ſe exercent: quia hæc omnia non multùm prouocant ad luxuriam, ſi quis tamen ex huiuſmodi aſpectibus experiretur in ſe notabilem delectationem ex diffuſione ſpirituum per totum corpus, & præcipuè ad partes ſubſeruientes generationi, omninò deberet ſub mortali ab illis abſtinere: quia talis delectatio eſſet venerea, & indicium, quod repræſentaretur tunc ab imaginatione talis aliquis actus, vt exercendus à propria perſona aſpicientis, & de illo haberetur delectatio, & complacentia, quod certè eſſet mortale, vt ſubdit Sanchez *eod. num.* 30.

Si aſpiciat verenda, aut copulam brutorum.

10. Et quod diximus *ſuprà diſp.* 15. *num.* 3. de malitia tactuum, ex ſe turpium, quòd debeat cenſeri diuerſa ſpecie pro diuerſitate perſonarum, inter quas ſunt, & tactus virginis, v.g. reducantur ad ſtuprum, & tactus coniugatæ ad adulterium, &c. idem etiam eſt dicendum de malitia aſpectuum: & ideò ſi contingat, quòd ſit mortalis, eſt exprimenda in confeſſione circunſtantia, aut qualitas perſonæ, vt notat Sanchez *num.* 31.

Aſpectus ex ſe turpes ſunt exprimendi in confeſſione in propria ſpecie.

11. Tertiò, quoad aſpectus non ex ſe turpes, qualis eſt, v.g. aſpectus faciei, vel pectoris, aut brachij, vel cruris nudati, etiam fœminæ, negat Sanchez *lib.* 9. *diſp.* 46. *cit. num.* 16. quòd communiter ſint peccatum mortale, etiamſi fiant propter illam delectationem, quæ ex illis habetur: quia neque habent ex ſe notabilem indecentiam, neque communiter ſunt apti inducere magnum periculum. Et hoc idem ex Caietan. exemplo de delectatione moroſa *tom.* 5. habet Tolet. *lib.* 5. *cap.* 14. *verſ.* 3. & Azor. *par.* 3. *lib.* 3. *cap.* 25. *quæſt.* 4. *col.* 210. *in fine.* Et hoc modo S Anton. 2. *p. tit.* 5. *cap.* 1. § 7. excuſat à mortali eas mulieres de Ægypto, quæ aſcenderunt per muros, vt viderent tranſeuntem Ioſeph, virum pulcherrimum, & complacebant ſibi de pulchritudine eius, quadam ſenſuali complacentia, vt ipſe loquitur: & Caiet. 2. 2. *quæſt.* 169. *art.* 9. *dub.* 1. §. *Ad obiectionem.* & *in Summa verb. ornatus,* & Nau. *in Man. cap.* 23. *num.* 9. excuſat eas fœminas, quæ ita incedunt per ciuitatem, vt oſtendant nuda pectora. Et idem Nauar. *cap.* 3. *num.* 27. & Cordub. *in Summa, quæſt.* 4. *coroll.* 7. excuſant eos, qui vident crura, aut pectora fœminarum ſe ſe lauantium in fluuio.

Aſpectus non ex ſe turpes non ſunt peccatum mortale.

Verùm etiam in his aſpectibus benè eſt aduertendum, vt delectatio, propter quam fiunt, non ſit venerea, etiā cauſaliter, modo explicato per motionem imaginationis, & diffuſionem ſpirituum, & ſic non tranſcendat ad genus delectationis tactus; ſed verè contineatur intra genus delectationis viſus: quia alioqui etiam tales aſpectus eſſent mortales, ſicut & tactus, vt *ſuprà* diximus: & idem eſt, ſi in aliquo propter malam inclinationem, aut complexionis diſpoſitionem excitent graue periculum, & magnam commotionem ſpirituum, vt patet ex dictis.

Denique ex dictis *ſuprà diſp.* 15. *num.* 13. & *ſeqq.* de iis, qui patiuntur ab aliis tactus turpes, aut non turpes, facilè poteſt intelligi, quid ſit dicendum de iis, qui patiuntur ab aliis aſpectus turpes, aut non turpes: tenetur enim mulier, v.g. quantum poteſt, vitare, ne turpiter aſpiciatur ab aliquo; & peccat mortaliter, ſi non impediat, cùm poſſit: non autem tenetur vitare, ne aſpiciatur non turpiter, ſi id alioqui eſt illi incommodum, & graue; vt, v.g. quando eſt in Eccleſia, etiamſi aduertat, ſe turpiter aſpici, quantùm eſt ex mala intentione aſpicientis: quanuis ex charitate optimum ſit, ſi conetur, quantùm poteſt, vt omnibus auferat omnes occaſiones peccandi. Et ratio eſt: quia dum eſt in Eccleſia, vel in alio ſimili loco, pro ſuo bono, & commodo, dat operam rei licitæ, & vtitur iure ſuo; & ſolùm permittit, alium vti ſua mala voluntate, quando non poteſt eum ſine ſuo incommodo impedire, ad quod non tenetur. Et contrà, ſi ſtudioſè, & ſine rationabili neceſſitate, aut cauſa ſe oſtendat aſpectibus amātium turpiter, & amet ſic illis placere, mortaliter peccat, etiamſi nihil aliud turpe cum illis intendat, vt loquitur S. Anton. 2. *p. tit.* 5. *cap.* 1. §. 7. *cit.* quia eſt occaſio efficax ruinæ ſpiritualis, & damni illorum, & qui occaſionem damni dat, damnum quoque dediſſe videtur. *c. Si culpa. de iniur. & damn. dat.* quod idem etiam docet Nauar. *in Man. cap.* 16. *num.* 13. *verſ.* 11. Sayr. *lib.* 8. *clau. reg. cap* 6. *num.* 4. & alij apud ipſum. Rectè tamen circa hoc monet Caiet. *in Summa, verb. ornatus, in fin.* quòd aliquando occaſio peccandi non eſt data à muliere, quæ aſpicitur ad malum finem; ſed ſolùm accepta ab ipſo aſpiciente: vt quando ipſa mulier non ſe ornat, aut in aſpectum dat ad hunc finem, vt aſpiciatur, & ametur turpiter, neque in hoc ſibi complacet; ſed ſolùm intendit decenter, & ornatè incedere, iuxta ſuum ſtatum, & gradum; vel ad ſummum ſolùm intendit captare laudem ex pulchritudine & ornatu, & in hoc caſu non ſemper eſt damnanda peccati mortalis, ſed aliquando poteſt damnari ſolius culpæ venialis, ſi non vitet tales aſpectus, vt patet ex S. Thom. 2. 2. *quæſt.* 169. *art.* 2. & Caiet. *ibidem,* & Sayro *lib.* 8. *cit. cap.* 6. *n.* 4. 12.

Sinere ſe videri ad malū finem, quomodo ſit peccatum.

Et poteſt accidere, vt etiam non peccet venialiter, ſi id faciat ad bonum finem: ſic enim communiter nullius peccati damnantur puellæ, quæ ad finem nubendi habent amatores, & ſinunt ſe ab illis videri: nec parentes, quæ hoc illis permittunt, vt patet ex Nau. *cap.* 14. *n.* 18. & Sayr. *lib* 7. *clau. reg. c.* 7. *n.* 4. quanuis benè debeant ſibi cauere à periculo, & tentatione, quam cauſent de præſenti ſibi, vel aliis, 13.

Puellæ, quæ ſinunt ſe videri ab amatoribus, vt illis nubant, nō peccant.

quod facillimum, & frequentiſſimum eſt, & ideò etiam huiuſmodi amatores non ſunt de facili permittendi.

DISPVT. XVII.

Quid ſit dicendum de locutionibus, aut geſtibus turpibus quoad grauitatem, aut leuitatem culpæ.

1. *Malitia locutionis eſt attendenda, tam ex parte loquentis, quàm ex parte audientis.*
2. *Locutio de re turpi non eſt intrinſecè mala.*
3. *Eſt mortalis, ſi ſit ex affectu delectationis turpis in ipſo loquente.*
4. *Vel cauſet delectationem, aut conſenſum turpem in audiente.*
5. *Qui audit turpia, quomodo peccet.*
6. *Locutio turpis ex leuitate, & vano ſolatio, eſt ſolùm peccatum veniale.*
7. *Qui audiendo res turpes, ridet, ne ipſe irrideatur, vt hypocrita, ſolùm peccat venialiter.*
8. *Cantiones turpes ex turpi delectatione ſunt peccata mortalia.*
9. *Scribere, aut legere libros turpes ex turpi delectatione, eſt peccatum mortale.*
10. *Pingere res turpes.*
11. *Facere geſtus, aut nutus turpes.*

AD luxuriam etiam pertinent turpiter dicta, aut facta, & S. Iſidor. apud S. Thom. 2. 2. *qu.* 153. *art.* 5. *ad* 4. inter vitia exteriora, quæ ortum habent ex luxuria, etiam numerat turpiloquium, & ſtultiloquium: & S. Paul. *ad Epheſ.* 5. inter ea, quæ Chriſtianos & ſanctos non decent, & ne nominari quidem in illis debent, ſimiliter numerat ſtultiloquium, id eſt, verba turpia, & turpes locutiones, vt exponit ibi S. Chryſoſt. Quare etiam de his dicendum eſt aliquid, & explicandum, quando in illis poſſit contingere culpa mortalis, aut venialis.

1. *Malitia locutionis eſt attendenda, tam ex parte loquentis, quàm ex parte audientis.*

Et quidem in vniuerſum, quia locutio eſt homini tributa ad manifeſtandas alteri affectiones, & ſenſus animi, vt dicitur 1. *polit. c.* 2. & voces ſunt ſigna earum, quæ ſunt in anima paſſionum, 1. *periherm. c.* 1. & de intrinſeca ratione ſigni eſt, vt ſignificet aliquid, & alicui; ad rectè iudicandum de grauitate, aut leuitate malitiæ, vel etiam ſimpliciter de malitia verborum turpium; debet aduerti tam illud, quod manifeſtant, aut exprimunt ex parte loquentis; quàm illud, quod generant, & imprimunt in audientem, etſi turpitudinem, aut malitiam non contineant, neque ex parte loquentis, neque ex parte audientis, ſimpliciter & omni modo dicenda ſunt eam non continere; & turpitudo, ex qua denominantur verba turpia, ſolùm erit materialis, & obiectiua; non autem formalis, & actualis.

2. *Locutio de re turpi non eſt intrinſecè mala.*

Atque hoc modo, quia notitia rei venereæ & turpis non eſt ex ſe mala, ſed poteſt eſſe laudabilis, & honeſta, ſi habeatur gratia ſui, & ad ſciendum, vel ordinetur, ad bonum finem, v.g. ad docendum, ſi verba turpia nihil aliud exprimant ex parte loquentis, niſi notitiam de tali obiecto, neque aliud imprimant in mentem, & animum audientis, niſi eandem notitiam, ſimpliciter, & abſolutè non ſunt damnanda vllius culpæ, ſed potiùs ſunt laudanda, & approbanda, vt notat Sanchez *lib.* 9. *de matrim. diſp.* 46. *num.* 34. & patet ex Doctoribus, & SS. Patribus, qui etiam de luxuria, & rebus turpiſſimis loquuntur, & ſcribunt, vt ſpeculatiuè, & practicè doceant, quòd ſint turpes, & fugiendæ.

3. *Eſt mortalis, ſi ſit ex affectu delectationis turpis in ipſo loquente.*

Et contra, ſi verba turpia ex parte loquentis exprimant delectationẽ, quam ille capit de rebus ipſis turpibus cogitatis, vel ſimilem delectationẽ imprimant in audientem, non poſſunt non damnari culpæ mortalis, ſicut & damnatur ipſa delectatio, ex qua cauſatur in loquente, & quam cauſant in audiente, vt notat S. Anton. 2 *par. tit.* 5. *c.* 1. §. 8. Nauar. *c.* 16. *num.* 14. Graff. *part.* 1. *deciſ. lib.* 2. *c.* 75. *num.* 8. & *c.* 78. *num.* 12. Caiet. 2. 2. *q.* 148. *art.* 5. *verſ. in* 6. Tol. *lib.* 9. *c.* 14. *verſ. Tertiò.* Leſſ. *lib.* 4. *c.* 3. *num.* 63. Sanchez *lib.* 9. *de matr. diſp.* 46. *num.* 33. & 39. Ang. Tab. Armilla, & alij apud eundem Sanchez *num.* 33. *cit.* Et confirmatur: quia etiam locutio, & verba honeſta vitiantur ex circunſtantia mali finis, vt, v.g. ſi proferantur ex affectu libidinis, & ad fœminam inducendam ad malum: ſicut & vitiatur actus eleemoſynæ, ſi detur ſimiliter ad malum finem: ergo potiori ratione vitiantur, & malitiam contrahunt verba turpia, ſi proferantur ex turpi delectatione de rebus turpibus cogitatis. Et ratio eſt: quia peccata oris, & malitiam, & grauitatem malitiæ communiter ſumunt ex intentione, qua proferuntur, & ream linguam non facit niſi rea mens, vt ex S. Auguſt. refert S. Anton §. 8. *cit.* ac proinde ſi mens eſt mortaliter rea per conſenſum in delectationem mortalem, non poteſt non facere etiam linguam mortaliter ream per locutionem, & verba turpia ex tali delectatione prolata.

4. *Vel cauſet delectationẽ, aut cõſenſum turpem in audiente.*

Et idem eſt, ſi turpem delectationem, aut conſenſum cauſent in animo audientis: quamuis enim fortaſſe mens loquentis non ſit rea mortaliter, quantum eſt ex delectatione, aut conſenſu, quem habet ex ſe; poteſt tamen fieri rea ex illa delectatione, aut conſenſu, quem cauſat in audiente: & hoc eſt, quod communiter aſſerunt Doctores, vt S. Anton. §. 8. *cit.* Nauar. *c.* 23. *num.* 123. Sanchez *diſp.* 46. *cit. num.* 36. & alij, quòd verba turpia, ſi non ſint per ſe peccata mortalia ex grauitate mali finis, ad quem proferuntur, poſſunt eſſe mortalia per accidens, ex circunſtantia ſcandali, & ruinæ ſpiritualis, cuius occaſionem dant audienti, cùm boni mores facillimè corrumpantur per praua colloquia, vt dicitur 1. *Corinth.* 15. & ex licentia loquendi turpiter, facilè conſequatur etiam licentia agendi turpiter; vt eſt apud S. Aug. *lib.* 1. *Confeſſ. c.* 16. & apud Ariſtotelem *lib.* 7. *polit. c. vlt.*

5. *Qui audit turpia, quomodo peccet.*

Et quemadmodum in tali caſu ex hac circunſtãtia ſcandali, & ruinæ ſpiritualis, quam aduertitur pati is, qui audit tales locutiones, & verba turpia, peccaret mortaliter ipſe loquens, etiamſi alioqui talem ruinã non intenderet, quia tamen à ex ipſa rei natura eſt apta conſequi, vt patet ex dictis *ſuprà lib.* 2. *diſp.* 32. de circunſtantia nocumenti: ita & peccaret mortaliter ipſe audiens, ſi aduerteret ex tali auditione tale periculum ſpiritualis ruinæ, & ſe ab illa non auerteret; cùm tamen poſſet, vt notat S. Anton. §. 8. *cit.* Nau. *c.* 16. *n.* 14. Sanchez *lib.* 9. *diſp.* 46. *n.* 33. & 36. & alij communiter.

6. *Locutio turpis ex leuitate, & vano ſolatio, eſt ſolùm peccatũ veniale.*

Si verò locutiones, & verba turpia non exprimant ex parte loquentis ſenſum delectationis de re turpi cogitata, nec ſimilem ſenſum imprimant in audientem; ſed ex parte illius ſolùm exprimant leuitatem animi, & vanam quandam lætitiam, & recreationem, aut vanum ſolatium, & ſimilem affectum leuitatis, & vanitatis imprimant in audientem, omninò ſunt excuſanda à culpa mortali, vt notat Caiet. 2. 2. *q.* 148. *art.* 5. *verſ In ſexto. cit.* S. Anton. §. 8. *cit.* Nau. *c.* 14. *num.* 42. *verſ.* 18. & *cap.* 16. *n.* 11. Graff. *part.* 1. *cit. lib.* 2. *c.* 75. *num.* 9. Sanchez *lib.* 9.

de

de matr.diſp.46.num.35. Tolet.*lib.5.cap.14 verſ.Tertiò.cit.* Leſſ.*lib.4.cap.3.num.63.* & alij, quia huiuſmodi leuitas, & vanitas, tam ex parte loquentis, quàm ex parte audientis non excedit culpam venialem; & delectatio, quæ capitur ex huiuſmodi narrationibus, & locutionibus turpibus, vel propriè capitur ex ipſis narrationibus, prout ſunt diſtinctæ à rebus narratis, & habent ex ſe aliquam rationem delectabilis; vel ſi capitur ex rebus narratis, ſolùm capitur, in quantum leuiter, & confusè apprehenduntur, & tanquàm abſentes, vt notat Leſſ. quo certè modo, neque excitant multùm ad libidinem, neque fundant grauem deordinationem, aut malitiam.

7. *Qui audiendo res turpes ridet, ne ipſe irrideatur vt hypocrita, ſolùm peccat venialiter.*

Fieri tamen poteſt, vt ſolus loquens huiuſmodi turpia, peccet mortaliter, ſi illa loquatur ad malam delectationẽ captandam, vel exprimendam; non autem peccet is, qui audit, ſi in illis non ſibi complaceat, nec delectetur: & quanuis exteriùs ſimulet riſum, & delectationẽ, ne ipſe ab aliis irrideatur, vt hypocrita, & iocoſis conuitiis impetatur, non propreteà eſt damnandus culpæ mortalis: quia reuerà riſus ille non eſt ex approbatione, & complacentia turpitudinis, vt ſupponimus; ſed artificioſa quædam ſimulatio ad vitandam irriſionem, & conuitia propria, vt notat Sanchez *lib.9. de matr.diſp.46.cit. num.38.* quanquam ſi perſona ſic ridens tantæ eſſet authoritatis, vt ſcandalum aliis generatet, & quaſi authoritatem præſtaret loquenti turpiter, eiúſque locutionem facto ipſo approbaret, omninò teneretor ex tali circunſtantia ſcandali non ridere, & poſſet peccare mortaliter, ſi rideret, vt ſubdit Sanchez *ibid.* ſicut etiam peccaret mortaliter, ſi vanam complacentiam, aut gloriam quæreret ex hoc, quòd crederetur etiam ipſe eſſe deditus rebus turpibus, quanuis reuerà non eſſet, cùm talis gloria ex re mortaliter turpi, ſit mortalis, vt notat Nau. *cap.23. num.12.* & diximus *ſuprà*, dum ageremus de ſuperbia, & vana gloria *diſp.4. num.13. & diſput.5. num. 7. & 8.*

8. *Cantiones turpes ex turpi delectatione, ſunt peccata mortalia.*

Atque ex his, quæ diximus de loquentibus, & audientibus turpia, facilè poteſt intelligi, quid ſit dicendum de cantantibus ſimiliter turpia, & quid de pingentibus, aut ſcribentibus, & in lucem edentibus, vel legentibus, & denique quid de facientibus geſtus, aut nutus turpes: hæc enim omnia, ſi fiant ex delectatione mortali, vel cum probabili periculo delectationis mortalis, in ſe, vel in aliis, mortalia ſunt, vt videre eſt apud Sanchez *lib.9.de matr.diſp.46.cit.num.33.43. & ſeqq.* & in ſpecie de cantionibus turpibus id aſſerit S. Anton. *2.p.tit.5. cap.1.§.8.* Nauar. *in Man.cap.16.num.14.* Graff.*p.1. deciſ.lib.2.cap.75.num.8.& cap.78.num.12.* Sanchez *num.33.cit.*

9. *Scribere, aut legere libros turpes ex turpi delectatione, eſt peccatum mortale.*

De ſcribentibus libros turpes, aut eos legentibus id aſſerit Caſtr.*lib.2.de iuſta heret.punitione, cap.15. initio*, & Sanchez *num.43.* Et idem eſt de pingentibus picturas turpes, vt, v.g. Venerem, & Adonidem detectis pudendis, vel etiam velo tenuiſſimo coopertis, ex Sanchez *ibidem*, *num.44.* cùm pictura ſit liber rudium.

10. *Pingere res turpes.*

De facientibus geſtus turpes id aſſerit Graff.*cap.75.num.8.cit.* Caiet.*2.2.quæſt.148.art.5.§.in 6.* & Sanchez *num.33.*

11. *Facere geſtus, aut nutus turpes.*

Et denique de facientibus nutus turpes, id aſſerit Supplementum Gabr. *in 4.d.31. quæſt.vnica, art.3. dub.2.* & Sanchez *eod. num.33.* & de omnibus eſt eadem ratio: quia delectatio turpis, ex qua fiunt, & ad quam ſuapte natura inducunt, ſicut eſt mortalis ex ſe, ita & refundit mortalem malitiam in hæc omnia.

Et quod diximus *ſuprà* de peccatis tactuum, & aſpectuum turpium, quòd in confeſſione ſint exprimenda cum propriis circunſtantiis, & qualitatibus perſonarum, idem hoc loco eſt intelligendum etiam de peccatis verborum turpium, vt notat Sanchex *num.46.* cùm etiam delectatio, ex qua ſumunt malitiam, ſortiatur diuerſitatem ex diuerſitate obiectorum, & perſonarum.

DISPVT. XVIII.

Quid ſit dicendum ſpecialiter de comœdiis, aut ſpectaculis turpibus.

1. *Scribere, aut dare comœdias turpes propter delectationem veneream, eſt peccatum mortale.*
2. *Si ſint valdè turpes, eſt etiam peccatum ſcandali.*
3. *Quanuis alioqui ruina ſpiritualis non intendatur, & præcipuè ſi interloquantur mulieres, cùm earum voces, & cantus ſint valdè periculoſi.*
4. *Scribere, aut dare propter vanam recreationem, non eſt mortale, dummodo abſit periculum.*
5. *Scriptores, & actores comœdiarum, & ſpectaculorum turpium, abſolutè peccant mortaliter.*
6. *Spectatores, & auditores comœdiarum turpium quomodo peccent mortaliter, aut venialiter.*
7. *Clerici quomodo peccent, ſi interſint comœdiis turpibus.*
8. *Qui dat cauſam comœdiæ turpi, peccat mortaliter.*
9. *Spectatores comœdiarum turpium abſolutè peccant mortaliter.*
10. *Qui ſuſtentat histriones, vel actores comœdiarum turpium, peccat mortaliter.*
11. *Qui primi ſoluunt histrionibus, peccãt mortaliter.*
12. *Quomodo peccent Magiſtratus, & Principes non prohibendo comœdias turpes.*
13. *Permiſſio, quæ ſolùm fit non puniendo, poteſt eſſe licita.*
14. *Confirmantur hæc omnia ex ſacris Conciliis, & Canonibus.*

AD locutiones, auditiones, ſcriptiones, lectiones, & geſtus turpes maximè ſpectant comœdiæ, & ſpectacula turpia, in quibus reperiuntur ferè hæc omnia: & quanuis ad præſens negotium de vitio, & peccatis luxuriæ, poſſet fortaſſe ſufficere, ſi vnico verbo diceremus, etiam comœdias, & ſpectacula turpia eſſe peccata mortalia, ſi dentur, ſpectentur, ſcribantur, aut legantur ex fine delectationis, aut conſenſus turpis, vel cum graui illius periculo: quia tamen res hæc frequentiſſima eſt, & non caret ſuis difficultatibus, non erit abs re, ſi diligentiùs pertractetur.

Et quidem de comœdiis, & ſpectaculis turpibus, & obſcœnis in vniuerſum, tria videntur poſſe quæri. Primò ex parte Poëtarum, & actorum, vtrùm ſit peccatum mortale eas componere, vel in theatro dare. Secundò, ex parte ſpectatorum, & auditorum, vtrùm ſit mortale iis intereſſe. Tertiò, ex parte Magiſtratus, & Principis, vtrùm ſit mortale eas permittere.

Et quoad Poëtas, & actores hæc vniuerſaliter dicenda.

1. *Scribere, aut dare comœdias turpes propter delectationẽ veneream, eſt peccatũ mortale.*

Primò, peccant mortaliter, ſi ſcribant, aut dent, ex intentione fouendi delectationem turpem, & veneream in ſe, vel in aliis. Ita S.Anton.*2 par.tit.5.c.1.§.8.* Nau.*in Man.cap.16.num.14.* Graff.*p.1. deciſ.lib.2. cap.75.n.8.& c.78.n.12.* Sanchez *lib.9 de matr.diſp.46.num.39.* & alij, qui vniuerſaliùs loquentes, damnant peccati mortalis omnem turpem locutionem, ſcriptionem, aut geſtum, qui fiat ex intentione turpis delectationis,

Digitized by Google

delectationis,vt iam diximus *diſp.præced.*ſicut enim intentio ipſa talis delectationis ex ſe eſt mortalis; ita & malitiam mortalem refundit in omne illud, quod ad ipſam dirigitur, vt ad finem; neque hoc maiore indiget probatione.

2. *Si ſint valdè turpes, eſt etiam peccatum ſcãdali.*

Secundò, peccant mortaliter iidem Poëtæ, & actores peccato ſcãdali,ſi comœdia ſit valdè turpis, & multùm excitet ad res venereas. Ita S.Thom.2. 2.*quæſt.*168.*art.*3.*in corp.& ad* 3.Ang. *verb. ludus,n.*3.Sylu.*eod.q.*3. Sanchez *loc.cit.num.*36. & 42. quia dant aliis occaſionem ruinæ, cùm ad licentiam loquendi turpiter, ſequatur licentia etiam turpiter faciendi,vt notat Ariſtoteles 7.*Polit.c.vltim.*& verba,& geſtus turpes parent ingreſſum ad res ipſas, vt loquitur S.Athan.*in c.*5.*Epiſtolæ ad Ephes.* & S. Chryſoſt.*ibidem,ſerm.*16.

Neque ad hoc eſt neceſſarium, vt talis ruina aliorum ſit directè intenta, & per ſe volita à Scriptore,vel actore comœdiæ;ſed ſatis eſt,ſi ſit volũtaria in alio,id eſt,in ipſa ſcriptione & actione, & ex illa ſit præuiſa debere conſequi, vt notat Sanchez *num.*42.*cit.* imò etiamſi non ſit præuiſa per ſe, & explicitè in ipſa ſcriptione, & actione, adhoc poteſt tribuere malitiam ſcandali; cùm per ſe ad illam ſequatur,& ex ipſa natura,& conditione actus; non autem ſequatur ſolùm per accidens, & ideò pertineat quodammodo ad ipſam ſpeciem, & naturam talis ſcriptionis & actionis, neque poſſit ſeparari per intentionem agẽtis,vt patet ex S. Thom. 1.2.*qu.* 73. *art.*8. & *q.*1.*de malo,art.*3.*ad* 15. & nos *ſuprà* explicauimus *lib.*2.*diſp.*32.*num.*8. dum ageremus de grauitate peccati ex circunſtantia nocumenti etiam non intenti, & non præuiſi in ſe.

3. *Mulierum cantus & voces ſunt periculoſa.*

Et maximè huius generis videntur eſſe illæ, in quibus mulieres interloquuntur: ſiquidem audire earum voces eſt multò periculoſius vitæ animarum,quàm ſit vitæ corporum audire ſibilum baſiliſci, vt habet S.Auguſt.*lib.de ſing.Cleric. tom.*4. & præcipuè propter hoc periculum 1.*Cor.*14. iubentur tacere in Eccleſia, vt ibi notat S. Anſelm. ne, ſcilicet, peccatum ſuaderent,ſi loquerentur, vt olim *Gen.*3. fecit Eua,Adamum alloquens.

4. *Scribere, aut dare propter vanam recreationem, non eſt mortale,dummodo abſit periculum.*

Tertiò,ſi abſit periculum ſcandali, & ruinæ ſpiritualis, neque intendatur delectatio venerea, ſed vana quædam relaxatio animi,vel oſtentatio artificij in ſcribendo, aut agendo, non peccant mortaliter. Ita Alenſis 2. *part.qu.*132.*memb.*3. Caiet.2.2. *quæſt.*148. *art.*6.*in fin.& qu.*168.*art.*3.*dub.*1. S.Anton.2.*part.tit.*5. *cap.*1.§.8. Nauar. *in Man. cap.*14. *num.*42.*verſ.*18.*c.*16.*num.*11.& *c.*20.*num.*14.Graff. *par.*1.*deciſ.lib.*2.*c.*75.*num.*9. Sanchez *lib.*9.*de matr. diſp.*46.*cit.num.*35. quia ſcriptio,locutio, & repræſentatio rei turpis,non eſt intrinſecè mala, ſed ſolùm ex circunſtantia mali finis, vt probat Sanchez *ibidem,num.*34.& patet in eo,qui ſcribit,aut loquitur ad effectum docendi, vt etiam *ſuprà* diximus *diſp.præced.num.*1.& certum videtur, quòd in caſu noſtro malitia finis,& intentionis,id eſt,ad vanam recreationem, vel oſtentationem non excedit limites culpæ venialis.

5. *Scriptores, & actores comœdiarum, & ſpectaculorum turpiũ, abſolutè peccant mortaliter.*

Verùm hic caſus, in quo Poëtæ, & actores comœdiarum,& ſpectaculorum turpium, ſolùm peccent venialiter, moraliter loquendo, vix vnquam contingit, cùm ab huiuſmodi obſcœnis vix voquã abſit delectatio,aut periculum ſcandali;& ideò abſolutè & ſine diſtinctione videntur damnandi peccati mortalis, habita ratione illius, quod, moraliter loquendo, contingit ſemper, vel vt plurimùm; non autem illius, quod poteſt contingere per non repugnantiam metaphyſicam: & de facto hoc modo damnantur in ſacris Canonib. cap. *pro dilectione.de conſecr. d.*2. vbi præcipitur iis negari communio eccleſiaſtica. & cap. *Scenicis*, *eod tit.& d.*vbi appellantur perſonæ apoſtaticæ:& in Iure ciuili,*l.*2.§.*ignominiæ,verſ. At prætor.ff.de his,qui notantur infamia.*vbi dicuntur eſſe infames:& in auth. *vt cum.de appell.*§. *Aliud quoque.* vbi inter cauſas exhæredandi filium, etiam ponitur, ſi præter voluntatem parentum inter arenarios, & mimos ſe ſociauerit, quæ certè omnia apertè indicant, aut ſupponunt culpam mortalem. Et abſolutè quòd hiſtriones repræſentantes turpia peccent mortaliter, ſine diſtinctione aſſerit S.Thom. 2.2.*quæſt.*168.*art.*3.Palud.*in* 4.*d.*16.*quæſt.*2.*art.*3. Bur.*ibidem, quæſt.*5.*num.*5.& 6. Caiet. 2.2.*quæſt.*167.*art.*2.*circa reſponſionem ad* 2.& *in Summa,verb. ſpectacula*, S. Anton. 2.*part. tit.*1.*c.*23. §.24. & 3.*par.tit.*8.*c.*4.§. 12.*in fin.*Syluest.*verb.ludus,num.*8. Ang.*eod. num.*3. Paulus Comitolus *in reſponſis moral.lib.*5.*quæſt.*11. & alij apud ipſum.

6. *Spectatores, & auditores comœdiarum turpium quomodo peccent mortaliter, aut venialiter.*

Quoad ſpectatores,& auditores earundem comœdiarum, & ſpectaculorum turpium;certum eſt, eos peccare mortaliter, ſi interſint ex deliberata intentione delectationis venereæ, vel cum probabili periculo in eam conſentiendi, vel cum ſcandalo aliorum.Ita Caiet.2.2.*quæſt.*167.*art.*1. *ad* 2.& *in Summa, verb.ſpectacula.* Ang.*verb. ludus, num.*6. Syluest.*verb.eod.qu.*8. Sanchez *lib.*9.*de matr. diſp.*46.*cit. num.*37. & 41. Si verò interſint ob ſolam curioſitatem, vel propter vanam delectationem ex artificio, & excellentia actorum, vel ne habeantur inurbani, & notentur vitio hypocriſis,ſolùm peccant venialiter, vel etiam abſolutè non peccant,ſi interſint bono fine.Ita Nauar. *in Man.cap.*20.*num.*14.ex communi ſententia:& patet ex dictis.

7. *Clerici quomodo peccẽt, ſi interſint comœdiis turpibus.*

Idque eſt intelligendum etiam de Clericis:quia prohibitio,quæ ſpecialiter illis fit, ne ioculatoribus, & mimis intendant, c.*Presbyteri. d.*34.& cap. *Clerici.*2.*de vit.& honeſt.Cleric.*& cap. *Non oportet.* 2.*de conſecr.d.*5.& cap.*præterea.d.*51. ſolùm intelligitur quoad decentiam, & honeſtatem, vt notat Innoc.*in c.Clerici.cit.*vel certè non obligat ad mortale,ſi abſit ſcandalum,& contemptus,vt notat Caiet. *in Summa, verb. Clericorum peccata, in fin.* & ſcandalum hoc tempore credi poteſt communiter abeſſe, cùm frequentiſſimum ſit,vt etiam Clerici comœdiis interſint, vt notat Sanchez *diſp.*46.*cit. num.*41.

Neque ex eo,quòd Clericus,aut laïcus, dum intereſt huiuſmodi obſcœnis,rideat, totáque re gaudere ſe ſimulet,damnandus eſt peccati mortalis, ſi reuerà non delectetur de obſcœnis; ſed ſolùm de artificio in iis repræſentandis; vel riſum & gaudium ſimulet,ne ab aliis ipſe irrideatur,tanquã ſpiritualis,& ſanctus: ſi tamen perſona talis eſſet, vt eo etiam riſu ſcandalum generaret, vel authoritatem præſtaret actioni turpi,eámque approbaret,vel ſi de hoc ipſo ſibi placeret, quòd ab aliis crederetur eſſe deditus rebus turpibus,& inde vanam laudem & gloriam quæreret; non eſſet excuſandus à mortali,vt etiam *ſuprà* diximus *diſp.præcedente, n.*7.ex Nau.*cap.*23.*num.*12. & Sanchez *diſput.*46.*cit. num.*38.

8. *Qui dat cauſam comœdiæ turpi, peccat mortaliter.*

Et idem eſſet, ſi quis daret cauſam huiuſmodi ſpectaculis turpibus: quia, ſcilicet, pro ipſo,& in ipſius gratiam fiunt, & ſi ipſe non adeſſet,non fierent;ſimiliter enim peccaret mortaliter, vt notat Gabr.*in* 4.*d.*15.*quæſt.*13.*art.*3. *dub.*3. Ang. *verb.ludus,num.*6 Nau.*c.*20.*num.*14.*cit.* Comitolus *lib.*5. *cit.quæſt.*11.*n.*8.

9. *Spectatores*

Et quia communiter ſpectatores ipſi, dum frequentant huiuſmodi ſpectacula,& pro illis mercedem

comœdiarum turpium, abſolutè peccat mortaliter. dem ſoluunt,poſitiuè dant illis cauſam; ideò communiter damnantur peccati mortalis;& multi Doctores eodem modo de illis loquuntur,atque de hiſtrionibus, & actoribus, vt Caiet. *in Summa,verb. ſpectacula.* Ang. *verb.ludus, num.*6.Sylu. *eod.quæſt.*8. Comitolus *loco cit.* Et de iis, qui ſuperfluè res ſuas in illos expendunt,eóſque ſuſtentant,quòd peccent

10. *Qui ſuſtentat hiſtriones, vel actores comœdiarum turpiũ, peccat mortaliter.* mortaliter, aptè aſſerit S.Thom.2.2.*quæſt.*168.*art.*3.*ad* 3. & Alen. 2.*p.quæſt.*132.*n.*3. quia eos in peccato fouent, & hoc modo etiam S.Aug.*tract.*100. *in Ioan.* ait,donare res ſuas hiſtrionibus eſſe vitium immane: & S.Hier.apud Altiſiodoren.*lib.*3.*tract.*7. *cap.*7.*quæſt.*3.ait eſſe,immolare Dæmoniis.

11. *Qui primi ſoluunt hiſtrionibus, peccant mortaliter.* Atque ex hoc capite vniuerſaliter peccare mortaliter,omnes illos,qui ſciẽtes turpitudinem,& obſcœnitatem comœdiæ,primi ad illam confluunt,& hiſtrionibus ex ſe non paratis ſoluunt: quia reuerà per ipſos eſt,vt comœdia detur.Poſtquàm verò ſufficiens numerus iam confluxit, & externo peccato hiſtrionum iam eſt data ſufficiens cauſa, non videtur ex hoc capite damnandus, ſi quis alius accedat, quia non ampliùs eos fouet in peccato, neque eorum peccato dat cauſam,cùm hoc vtcunque ſufficienter ſit præſtitum iam ab aliis.

12. *Quomodo peccent Magiſtratus, & Principes non prohibẽdo comœdias turpes.* Quoad Magiſtratus, & Principes, ad quos ſpectat probibere, vel permittere huiuſmodi comœdias,& ſpectacula, primò, certum eſt,quòd peccent mortaliter, ſi illa fieri mandent. Ita Caiet. *verb.ſpectacula:* quia non poteſt aliquis licitè mandare, quod alius non poteſt licitè exequi.

Secundò mortaliter peccant, ſi authoritatem iis præſtent, eáſque approbent, vel aliter hiſtriones in peccato foueant:quia ſimiliter etiam peccat priuatus, ſi præſentia, aut riſu, aut pecuniis id faciat, vt iam diximus.

Tertiò,optimè facerent, ſi ex ſententia Ariſtotelis 7.*Polit. cap.vlt.* obſcœnitates huiuſmodi, etiam per leges exterminarent è ciuitate;vel ſi ex præſcripto Platonis *lib.*7.*de legib.*non priùs liceret hiſtrionibus in ſcenam prodire, quàm eſſent ipſorum fabulæ à legitimis Magiſtratibus approbatæ.

13. *Permiſſio, quæ ſolum fit, non puniendo, poteſt eſſe licita.* Quartò,non videntur peccare,ſi pro aliquo tempore, ad vitandam in populo maiorem licentiam, hiſtriones & hiſtrionum ſpectatores non puniant: quia, vt docet S. Thom. *in* 4.*d.*33. *quæſt.*2. *art.*2. *quæſtiunc.*2. Innoc.*in cap.Iandudum.de preben.*Sylu. *verb.permiſſio.*Nau.*de redit.Eccleſ.quæſt.*1.*monit.*51. *num.*3.*&* *quæſt.*3.*monit.*3. *num.*5.permiſſio, quæ ſolùm fit non puniendo, non autem approbando, licita eſt, ſi fiat ex cauſa, etiamſi alioqui ſit de re illicita;vt ſi fiat,v.g.ad vitandum maius malum,& appellatur permiſſio comparatiua, vel tolerantia, vt notat Gloſ.*in c.Omnis.d.*3. & illius multa habentur exempla etiam in iure, vt, v.g. quòd permittantur comeſſationes immoderatæ pro Dominica Quinquageſimæ,& diebus ſequentibus,cap. *Denique.d.*4. & quòd ad vitandam occiſionem vxoris, permittatur maritus adulterari cum altera. cap. *Si quod verius.*33.*quæſt.*2. & ſimiles. Neque illud, quod hoc modo permittitur, poteſt dici, quòd approbetur. cap.*Meretrices.*32.*quæſt.*4. cùm aliud ſit, non punire; & aliud, approbare: & in caſu præſenti de comœdiis, quòd poſſint permitti à Principe ſine peccato,expreſsè docet Nauar *conſ.*3. *de Iudæis,num.*2. *lib.*5.

14. *Confirmãtur hæc omnia ex ſacris Conciliis,& Canonibus.* Et pro his omnibus maximè faciunt ex ſacris Conciliis, & Canonibus ea, quæ habentur in 6. Synodo generali Conſtantinopolitana, *c.*51. quòd mimi,& eorum ſpectacula omnibus ſint prohibita, & qui aliter fecerit,ſi ſit Clericus,deponatur; & ſi ſit laicus,ſegregetur, vel excommunicetur. Et in Concilio Carthaginenſi 3.*cap.*11.quòd filij Sacerdotum, & Clericorum, ſpectacula non exhibeant, neque ad illa ſpectanda accedant; quia ab illis ſunt prohibendi & laici, cùm ſemper Chriſtianis omnibus fuerit interdictum, vt non accederent,vbi eſſent blaſphemi. Et cap. *Pro dilectione. de conſecr. d.*2. quòd hiſtriones non permittantur communicare in Eccleſia: quia nec Maieſtati diuinæ, nec euangelicæ diſciplinæ congruit, vt honor Eccleſiæ tam turpi, & infami contagione fœdetur. & cap. *Maritum. d.*33. quòd non ordinentur, qui dignoſcuntur luſiſſe in ſcena. Et cap. *Qui venatoribus. d.*86.quòd qui donant hiſtrionibus,donant propter nequitiam; ſicut & qui donant meretricibus: hæc enim omnium maximè debent intelligi de iis hiſtrionibus, & mimis,qui probent ſpectacula turpia, & quæ continent obſcœnitatem, aut aliud quodcunque peccatum, & de iiſdem intelligi debent etiam Sancti Profeſſores, & Doctores, dum grauiſſimè inuehuntur in ſpectacula,vt Tertull. *lib.de ſpectaculis.* S.Cyprian. *lib.*1.*epiſt.*10. *&* *lib.*1.*epiſt.*2.*&* *lib.de ſpectaculis.*S.Ambroſ.*ſerm.*5.*in Pſal.*118. Clemens Alexandrinus *lib.*2.*pædag.cap.*6. S.Thom.2.2. *quæſt.*167.*art.*2.*&* *in* 4.*d.*16.*quæſt.*4.*art.*2.S.Anton. *p.*2.*tit.*3.*cap.*7.§.5.*&* 3.*p.tit.*8.*cap.*4.§.12.& alij.

DISPVT. XIX.

Quomodo luxuria ſit vitium capitale, & quæ ſint illius filiæ.

1. *Luxuria eſt vitium capitale.*
2. *Quomodo luxuria poſſit oriri ex ſuperbia.*
3. *Et ex deſperatione.*
4. *Quomodo luxuria oriatur ex gula.*
5. *Quæ ſint filiæ luxuriæ.*
6. *Cæcitas mentis.*
7. *Præcipitatio rationis.*
8. *Inconſideratio.*
9. *Inconſtantia.*
10. *Temperantia conſeruat prudentiam, & intemperantia deſtruit.*
11. *Amor ſui,& odium Dei.*
12. *Affectus præſentis ſæculi,& horror futuri.*
13. *Quomodo hæc vitia oriantur ex luxuria in genere cauſæ finalis.*
14. *Quænam vitia ex Ariſtotele ſint comites intemperantiæ.*
15. *Quomodo peccetur mortaliter per illa vitia, quæ ſunt filiæ luxuriæ.*

LVXVRIAM inter vitia capitalia numerat S. Greg.*lib.*31.*Moral.cap.*31. & S.Thom.2.2. *quæſt.*153.*art.*4. *&* 5. & omnes communiter.Et ratio eſt: quia ex inordinato amore & appetitu delectationis venereæ, qui eſt finis luxuriæ,inducitur homo ad multa alia vitia, & peccata, quæ ea de cauſa dicuntur ex illa oriri, tanquàm ex vitio capitali & principali,eámque agnoſcunt,vt caput & principem: quia enim ratio principij in humanis actionibus maximè attenditur ab ipſo fine, & hac de cauſa inter habitus practicos illi principantur,ad quos pertinẽt ipſi fines, vt *ſuprà* diximus *diſp.*2.*num.*2. ex Ariſtotele 1.*Polit.cap.*5. rectè dicitur,etiam luxuriam eſſe principium,& caput eorum vitiorum, iiſque principari, quæ oriuntur ex eius fine, qui eſt amor inordinatus delectationis venereæ. 1. *Luxuria eſt vitium capitale.*

Neque obſtat,quòd etiam ipſa poſſit oriri ex ſuperbia, ſiquidem, vt habet S. Iſidorus *lib.*2. *de* 2.

ſummo

Quomodo luxuria poſſit oriri ex ſuperbia.

ſummo bono, cap. 39. per ſuperbiam mentis facilè itur in proſtitutionem libidinis, ſicut & per humilitatem ſalua fit caſtitas carnis. Primò enim id contingit, non in genere cauſæ finalis per ſe, quo modo propriè attenditur ratio vitij capitalis, vt *ſuprà* diximus; ſed in genere cauſæ per accidens, & remouentis prohibens, in quantum, ſcilicet, vir ſuperbus nimiùm fidit ſuæ excellentiæ, ſuíſque viribus; ſéque temerè ingerit in tentationes, & occaſiones, & parum cogitat de diuinis auxiliis per humilem orationem impetrandis; & ideò ſibi relictus facilè labitur in proſtitutionem libidinis. Et quemadmodum *ad Epheſ.* 4. dicitur oriri impudicitia etiam ex

3.
Et ex deſperatione.

deſperatione: *Qui deſperantes ſemetipſos tradiderunt impudicitiæ.* in quantum, ſcilicet, à delectationibus carnis aliqui abſtinent propter ſpem æternæ beatitudinis; & ideò deſperatio, dum remouet huiuſmodi ſpem, remouet prohibens actum luxuriæ, & impudicitiæ, & vt cauſa per accidens, illos cauſat, vt notat S. Thom. 2. 2. *quæſt.* 153. *art.* 4. *cit. ad tertiam*; ita & poteſt dici ſimiliter oriri ex ſuperbia in genere cauſæ per accidens, & remouentis prohibens, in quantum per ſuperbiam impeditur, ac remouetur auxilium gratiæ; ſiue per externam protectionem, quoad remouendas occaſiones, & tentationes; ſiue per internam inſpirationem, ad quam obtinendam eſt opus oratione, & humilitate, quam ſimiliter tollit, atque impedit affectus ſuperbiæ.

Deinde, ſi dicatur, etiam in genere cauſæ finalis poſſe oriri luxuriam ex ſuperbia, in quantum, ſcilicet, finis ſuperbiæ, id eſt, excellentia, propter ſummam vniuerſalitatem, quam continet, eſt initium omnis peccati; & ideò ſuperbia non tam ponitur, vt vitium capitale, diſtinctum ab aliis, quàm vt generale initium, & mater omnium, vt *ſuprà* explicauimus *diſp.* 1. *&* 2. ſi, inquam, hoc dicatur, non propterea ſequitur, quòd etiam ipſa non ſit vitium capitale, ſi ex eius fine oriantur alia vitia, cùm de ratione vitij capitalis hoc ſolùm ſit, vt ex ipſo, tanquàm ex capite, oriantur alia; non autē vt ipſum ex nullo alio oriatur, tanquàm ex capite, vt notat S. Thom. *q.* 153. *art.* 3. *cit ad* 2.

4.
Quomodo luxuria oriatur ex gula.

Et idem eſt reſpondendum, ſi quis obiiciat ex Caſſ. *collat.* 5. initium luxuriæ poſſe eſſe ex gula, quam ipſe appellat gaſtrimargiam: vnde & à S. Greg. *lib.* 31. *Moral. c.* 31. inter filias gulæ numeratur immunditia, vt etiam *infra* dicemus, quæ tamen ex Gloſſa in illud ad Epheſ. 5. *Omnis fornicatio,* &c. videtur eſſe idem cum luxuria: vt enim notat S. Thom. *art.* 4. *cit. ad* 1. & ibi Caiet. ſi luxuria oriatur ex gula, ſolùm oritur in genere cauſæ materialis, & ſecundùm eſſe naturale, non autem in genere cauſæ finalis, & ſecundùm eſſe morale: ex gula enim ſubminiſtratur multa materia corporalis, id eſt, multùm ex ſuperfluo alimenti, & generantur multi ſpiritus animales, qui cauſant pruritum luxuriæ, ad illam materiam excernendam, atque hoc modo ſecundùm eſſe naturale cauſatur luxuria, quæ ſicut dicit ex parte animæ, & quaſi in genere cauſæ formalis, actum appetitus delectationis: ita & dicit ex parte corporis, & quaſi in genere cauſæ materialis, redundantiam ſeminis, & diffuſionem ſpirituum, & includendo ſimul vtrunque, neque eſt affectio ſolius animæ, neque ſolius corporis; ſed corporis per animam, vel ipſius totius, & habentis animam, vt de ira, timore, confidentia, & de aliis huiuſmodi paſſionibus docet Ariſtoteles 1. *de anima, text.* 64. Et contraria ratione per abſtinentiam ciborum, & per ſobrietatem cauſatur materialiter caſtitas, in quantum minuitur, vel non ſubminiſtratur de nouo materia, nec generantur tam multi ſpiritus: vnde & dicitur, quòd ſine Cerere, & Baccho friget Venus. Quòd verò hic modus cauſandi luxuriam, ſecundùm eſſe naturale, & in genere cauſæ materialis, non ſufficiat ad hoc, vt gula dicatur propriè illius caput, vel vitium capitale reſpectu illius, expreſsè aſſerit S. Thom. *in reſp. ad* 1. *cit.* & patet ex dictis. Neque S. Gregor. dum numerat immunditiam inter filias gulæ, nomine immunditiæ intelligit luxuriam; ſed alias ſpurcitias corporales, quæ contingunt ex vitio gulę, v. g. per vomitum, aut per ſimiles emiſſiones ſuperfluitatū, vt notat S. Thom. *ibidem, & ſuprà quæſt.* 148. *art.* 6. & nos dicemus *ſuo loco,* quando agemus de gula. Neque de hac immunditia, quæ eſt filia gulæ, aſſerit Gloſſ. *ad Epheſ.* 5. quòd ſit idem cum luxuria.

Porrò vitia, quæ oriuntur hoc modo ex luxuria, & ideò appellantur illius filiæ, octo enumerantur à S. Greg. *lib.* 31. *Moral. cap.* 31. & à S. Thom. 2. 2. *quæſt.* 153. *art.* 5. & aliis, communiter, id eſt, cæcitas mentis, præcipitatio rationis, inconſiderantia, inconſtantia, amor ſui, odium Dei, affectus præſentis ſæculi, horror futuri: quia enim omnes potentiæ animæ radicantur in vna, & eadem eſſentia animæ, & hæc eſt virtus, quaſi communis reſpectu omnium, & cum omnibus ſemper concurrit, & tanquàm prima vita in actu primo eſt primum principium omnium operationum vitalium, quæ ſunt vita in actu ſecundo, vt *ſuprà* diximus *lib.* 2. *diſput.* 40. *num.* 2. neceſſariò ſit, vt quando multùm intenditur vna potentia in ſuo actu, intensè concurrat etiam anima ad illum actum, eiúſque virtus ea de cauſa minor remaneat, vel etiam omninò impediatur pro aliis actibus aliarum potentiarum. Vnde, quia actus luxuriæ, id eſt, appetitus inordinatus delectationis venereæ communiter eſt intentiſſimus, & propter magnitudinem delectationis, & paſſionis, virtutem animæ ferè totam abſorbet, omninò efficitur, vt per illum maximè impediantur, & deordinentur à ſuis actibus aliæ potentiæ ſuperiores, & præcipuè ratio, & voluntas, prout ſunt principia humanorum actuum, vt benè explicat S. Thom. 2. 2. *quæſt.* 153. *art.* 5. *cit.* nam ex parte rationis impediuntur & deordinantur præcipuè quatuor actus, ſecundùm quos communiter exercentur humanæ actiones, id eſt, ſimplex intelligentia, qua apprehenditur aliquis finis vt bonus; conſultatio, vel conſiliū, quod eſt de his, quæ ſunt agēda propter finem; iudicium, & conſideratio de particularibus, quæ occurrunt, vel poſſunt occurrere inter agendum; & deníque præceptum, vel imperium rationis de agendo, aut exequendo id, quod fuerit apprehenſum, & conſultatum, & iudicatum vt bonum, & vt agendum: & primus actus ſimplicis intelligentiæ circa aliquem finem, aut bonum, deordinatur ex luxuria per cæcitatem mentis, in quantum, ſcilicet, dum mens eſt tota in apprehendendis & expendendis voluptatibus carnis, in aliis omnibus eſt quaſi cæca & inhabilis ad apprehendendum bonum; & per concupiſcentiam non modò decipitur, ſed etiam ſubuertitur cor, iuxta illud Dan. 13. *Species decepit te, & concupiſcentia ſubuertit cor tuum.* Secundus verò actus rationis, qui eſt conſultatio, aut conſilium, deordinatur ex luxuria per præcipitationem rationis, quæ propriè importat ſubtractionem cōſilij, id eſt, impetum, vel motum animæ à ſummo rationis vſque ad imum operationis per corpus exercitæ, non deſcendendo per gradus medios, per quos oporteret ordinatè deſcendere, id eſt, per recordationem præteritorum, per intelligentiā præſentium, ſolertiam in conſiderandis futuris, ratiocinationem

5.
Quæ ſint filiæ luxuriæ.

6.
Cæcitas mentis.

7.
Præcipitatio rationis.

Digitized by Google

ratiocinationem in conferendo vnum cum altero, & docilitatem in acquieſcendo ſenteutiis aliorum, vt patet ex S.Thom. 2.2.*quæſt.*53. *art.*3. claré enim cooſtat, quòd luxutioſus, dum operatur ex impetu paſſionis, hos omnes gradus quodammodo tranſilit, & per hoc vitium præcipitationis deordinat actum conſilij.

8. *Inconſideratio.* Tertios actus, qui eſt iudicium, & conſideratio eorum, quæ occurrunt inter agendum, deordinatur per inconſiderationem, io quantum luxurioſus ex affectu luxoriæ multa facit, quæ non conſiderat, & quæ non debet, iuxta illud *Dan.*13. de ſenibus Suſannæ: *Auerterunt ſenſum ſuum, vt non recordarentur iudiciorum iuſtorum.*

9. *Inconſtantia.* Deuique quartus actos, qui eſt imperium, aut præceptum rationis de agendo, & exequendo, quod fuerit benè apprehenſum, & iudicatum, deordinatur per inconſtanriam; non quidem illam, quæ opponitur conſtantiæ in arduis, & difficilibus, quomodo conſtantia eſt pars fortitudinis; ſed illam, quæ opponirur conſtantiæ in abſtinendo à delectationibus, & pertinet ad temperantiam: certum enim eſt, quòd ſi fortè luxurioſus aliquando ſibi imperet, & præſcribat receſſum ab amica, & continentiam à delectationibus, in tali imperio non eſt conſtans, illúdque reuocat eriam viſa vna, aut altera amicæ lacrymula.

10. *Temperantia cõſeruat prudentiam, & intemperãtia deſtruit.* Et quoniam hæc quatuor maximè pertinent ad prudentiam, quæ benè apprehendit finem, benè conſultat de mediis, benè omnia conſiderat, & conſtanter, & firmiter imperat, idem Ariſtotel. 6. *Ethic. c.*5. abſolutè aſſerit, quòd ſemper temperantia conſeruat prudentiam; & voluptates, vel intemperantia illam deſtruunt: cùm enim intemperans non benè apprehendat finem, neque aduertat, quòd eius cauſa oportet eligi, & agi omnia, omninò corrumpit principium humanorum actuum, quod eſt prudentia. Quod idem ex multorum ſententia etiam docet idem Ariſtoteles *lib.* 7. *Ethic. cap.*11. vbi ait, virum prudentem ideò fugere voluptates, quia prudentiæ impedimento ſunt, atque eò magis, quò quis magis delectatur, vt certè contingit in voluptate venereorum, in qua conſtitutus nemo intelligere quidpiam poteſt.

Ex parte verò voluptatis deordinatur per luxuriam duplex actus, id eſt, ille, qui eſt circa finem, dum facit eum poni in voluptatibus; & ille, qui eſt circa ea, quæ ſunt ad finem, dum ea tantùm cupit, quæ poſſunt conducere ad voluptates; & ea reſpuit, quæ ab illis poſſunt abducere. Et pro deordinando

11. *Amor ſui, & odium Dei.* primo actu circa finem faciunt duo vitia, id eſt, amor ſui, ſecundùm quem conſtituit ſe ipſum, vt finem cui, ad quem refert voluptates, cùm illas non amet niſi ſibi; & odium Dei, ſecundùm quod Deo non vult rationem finis, vtpote contrariam, ac pugnantem cum voluptatibus. Et ſimiliter pro deor-

12. *Affectus præſentis ſæculi, & horror futuri.* dinando ſecundo actu circa ea, quæ ſunt ad finem, faciunt duo alia vitia, id eſt, affectus præſentis ſæculi, in quo ſolo poteſt habere conducibilia ad voluptates; & horror futuri, in quo è contrà debet illis carere, imò & pro illis puniri: & hac de cauſa experientia conſtat, quòd nemo tantoperè horret mortem, ſicut homines voluptarij, vt notat Leſſ. *lib.* 4. *cap.* 4 *dub.* 5 *num.* 43. iuxta illud Eccleſ. 41. *O mors, quàm amara eſt memoria tua homini pacem habenti in ſubſtantiis ſuis, & cuius viæ directæ ſunt in omnibus!* Vnde hoc loco amor ſui non eſt accipiendus latiſſimè, prout dicit inclinationem voluntatis ad quodcunque bonum, quod ſibi aliquis poteſt velle, quomodo *ſuprà* diximus, eum eſſe principium commune omnium peccatorum; ſed debet accipi ſtrictè, & determinatè, prout ſolùm eſt ad delectabilia carnis, quæ amat luxurioſus, vt notat S.Thom. 2.2. *quæſt.*153. *art.*5. *ad* 3. & ſimiliter odium Dei non eſt accipiendum latiſſimè, prout dicit quancunque fugam, & auerſionem voluntatis à bono Dei ex quocunque motiuo; ſed ſtrictè, & determinatè, prout eſt ex motiuo luxuriæ, & in quantum Deus prohibet, & punit delectationes à luxurioſo amatas & concupitas, vt habet idem S.Thom. *in fin. corp.* quod idem proportionaliter intelligi debet etiam de affectu præſentis ſæculi, & de horrore futuri.

13. *Quomodo hæc vitia orientur ex luxuria in genere cauſæ finalis.* Quòd ſi vrgeas, prima quatuor vitia, quæ dicuntur deordinare in homine luxurioſo actus rationis, id eſt, cæcitatem mentis, præcipitationem rationis, inconſiderationem, & inconſtantiam, non videri luxuriæ filias, cùm neque ex illa, neque ex eius fine cauſentur in genere cauſæ finalis; ſed potiùs ad illam ſe habeant, quaſi paſſiones, & conſequantur ex quadam neceſſitate materiæ, aut naturæ, quod tamen non ſufficit ad rationem vitij capitalis, vt ſæpiùs diximus: Reſpondeo ex Caiet. 2.2. *quæſt.*153. *cit. art.* 4. *in fin.* & Leſſio *lib.* 4. *cap.* 3. *dub.* 5. *num.* 41. falſum eſſe, quòd etiam hæc non cauſentur à fine luxuriæ in genere cauſæ finalis: quamvis enim verè, & propriè non ſint media, neque vllus eligat, aut aſſumat, v.g. cæcitatem mentis, tanquàm medium ad delectationem veneream; cauſalitas tamen finis, vt probatur in Phyſicis, non eſt ſolùm circa media, ſed abſolutè conſiſtit in tractione metaphorica, vt patet ex Ariſtotele 1. *de gener. text.* 55. & 12. *Metaph. text.* 26. & omne illud cauſatur per talem cauſationem, per quod finis trahit agens ad ſe, illúdque quodammodo ſibi adiungit; ſicut & mouens propriè, motu tractionis, de quo Ariſtoteles 7. *Phyſ. text.* 10. adiungit propriè, id eſt, adiunctione locali ſibi, vel alteri ipſum mobile, vt ibi dicitur: & quemadmodum certum eſt, quòd agens incipit trahi, & moueri ad finem, non ſolùm per electioné mediorũ; ſed etiam per alium actum anterioré, qui eſt intentio, imò & per actum adhuc anteriorem, qui eſt concupiſcentia, vel actus appetitus ſenſitiui; ita & certum eſt, quòd trahitur per cæcitatem mentis, & per alia huiuſmodi vitia, quæ ſimiliter à fine luxuriæ, id eſt, à delectatione & voluptate apprehenſa cauſantur; ſimul cum ipſa concupiſcentia appetitus, vel intentione voluntatis: ſiquidem eo ipſo, quòd appetitus ex magnitudine apprehenſa delectationis intensè ad illam fertur, & mouetur, & voluntas ex magnanimitate appetitus ſimiliter intensè fertur per actum intentionis, impeditur, ac deòrdinatur actus rationis, vt loquitur S.Thom. & inducuntur cæcitas mentis, & alia vitia, quæ talem ob cauſam rectè poſſunt, ac debent appellari filiæ luxuriæ.

14. *Quænam vitia ex Ariſtotele ſint comites intemperantiæ.* Atque ad hæc vitia, ſeu filias luxuriæ poſſunt reduci etiam illa, quæ Ariſtoteles *in libello de virtutibus, qui ſolet haberi ante libros Politicorum*, appellat proprios comites intemperantiæ, vt facetum eſſe, & dicacem, & vrbanum, & verſutum, tam in verbis, quàm in rebus; & præterea ordinis perturbatio, impudentia, confuſio, iniuria, negligentia, diſſolutio. Et ſimiliter poſſunt reduci etiam illa, quę tradit S. Iſidor. apud S.Thom. 2.2. *quæſt.*153. *art.* 5. *cit.* vt turpiloquia, ſcurrilia, ludicra, ſtultiloquia. Quamvis enim octo illa ſuperiùs enumerata ex S. Greg. poſſint dici, quòd ſunt ſolùm interiora, & propter illa adhuc poſſunt aſſignari plura alia, quæ conſiſtant in aliquo actu exteriore, vt etiam concedit S.Thom. *art.* 5. *cit. ad* 4 poteſt tamen etiam dici, quòd ad illa octo reducantur cætera omnia, cùm omnia, vel proueniant ex mentis cæcitate, vel ex

præcipitatione rationis, vel ex inconſideratione, vt ex ſe patet, & declarat S.Thom. *ibidem*, & Leſſius *lib.4.c.3.dub.5.n.44.*

15. *Quomodo peccetur mortaliter per illa vitia, quæ ſunt filiæ luxuriæ.*

Quòd ſi quæras, vtrùm contingat peccari mortaliret per hæc vitia, quæ ſunt filiæ luxuriæ: Reſpondeo cum Nauar.*c.23.num.*114.non ſolùm peccari mortaliter, quando committitur contra ſextum præceptum per ſe, & explicitè; ſed etiam quādo aliquis per mentis cæcitatem, ex affectu luxuriæ in ſe cauſatam, non proponit ſibi explicitè Deum, & vitam æternam pro vltimo fine, vel per præcipitationem rationis, & inconſideratione non eligit media, ad quæ tenetur ex aliquo præcepto; vel per inconſtantiam deſiſtit ab eo, quod tenetur exequi; vel per amorem ſui tranſgreditur aliquod aliud præceptum; vel per amorem præſentis ſæculi deliberatè vult ſemper, & perpetuò viuere in hoc mundo, & contemnit beatitudinē æternam, vel denique Deum ipſum odio habet. Et quamuis communiter ex huiuſmodi vitiis non contingat peccatum mortale, niſi quando occurrit tranſgreſſio alicuius præcepti; poteſt tamen aliquando contingere, vt peccetur mortaliter etiam propter periculum huiuſmodi tranſgreſſionis, ſi aliquis ex præcipitatione, vel inconſideratione in illo ſe conſtituat, etiamſi poſtea talis tranſgreſſio re ipſa non ſequatur, vt notat Nauar. *ibidem*, & abſolutè negari non poteſt, quin malitia, quæ habetur ex his filiabus luxuriæ, etiam per ſe acceptis, ſit grauis, & mortalis, cùm ſint grauia impedimenta ad æternam ſalutem conſequendam, vt notat Reginald. *in praxi, lib.22.c.3.n.17.*

DISPVT. XX.

De iis, quæ pertinent ad affectionem, & actum iræ.

1. *Quomodo contingat paſſio iræ.*
2. *Ira aliquando ſumitur pro vitio, & peccato.*
3. *Et pro ſimplici actu voluntatis.*
4. *Quomodo ira poſſit deſcribi ex Ariſtotele.*
5. *Delectatio ex ira qualis ſit.*
6. *Paſſio iræ includit paſſionem triſtitiæ, & plures alias.*
7. *Motiuum iræ ſemper eſt aliquis contemptus apprehenſus.*
8. *Species, & modi iræ ſunt plures.*
9. *Vitium eſt ſibi contrarium, & ſe ipſum deſtruit.*
10. *Iracundi propriè qui dicantur.*
11. *Acuti; acerbi, vel amari.*
12. *Species iræ, in quantum eſt paſſio, quomodo ſumantur.*
13. *Species iræ, in quantum eſt vitium, & peccatum, quomodo ſumantur.*
14. *Ira fellea, mania, & furor, quomodo ſint ſpecies iræ.*
15. *Excandeſcentia, ſeuitia, vecordia, quomodo ſint ſpecies iræ.*
16. *Ira ex S.Greg. alia eſt ſine voce, alia cum voce, & alia cum verbo expreſſo.*
17. *Iracundia propriè quæ ſit.*
18. *Ira maximè impedit vſum rationis.*
19. *Homo iratus eſt quaſi arreptitius à Dæmone.*
20. *Quæ fiunt calore iræ, non ſunt rata, & firma.*
21. *Diſpoſitio ad pias cauſas non reſcinditur ex eo, quòd ſit facta in calore iracundiæ.*
22. *Secundùm aliquos vota, & iuramenta facta in calore iracundiæ non obligant.*

INTER vitia capitalia quarto loco numeratur etiam ira, & de illa legi poteſt S.Thom. 1.2.*qu.*46.47.& 48.vbi agit de ira, eiúſque cauſis, in quantum eſt paſſio: & 2.2.*qu.*158.vbi de illa agit, in quantum eſt vitium, & peccatum. Alen. *part.2.quæſt.*139.*memb.*1.S.Anton.*par.2.tit.*7. Nau. *in Man.cap.*23.*à num.*115. Leſſ. *lib.4.c.4 dub.4.n.*23.*& ſeqq.*Azor.*part.*1.*lib.4.c.*17. Valen.1.2.*diſp.*3.*quæſt.*10.*&* 2.2.*diſp.*9.*quæſt.*3.*puncto* 1.*§.Ira, cùm eſt immoderata.* Reginal. *in praxi, lib.*21.*c.*9 *num.*121. *& ſeqq.*Tolet.*lib.*8.*à c.*56.Summiſtæ *verb.ira.*

1. *Quomodo contingat paſſio iræ.*

Primò autem eſt ſupponendum ex S. Thom. *in* 3.*d.*15.*quæſt* 2. *art.*2. *quæſtiuncula* 2.*&* 2.2.*q.*158. *art.*8.nomen iræ aliquando ſumi pro paſſione, aut affectione appetitus ſenſitiui, à qua, tanquam à maximè nota, & manifeſta præ aliis, vt loquitur S. Thom.1.2.*q.*46.*ar.*1.*ad primum*, facultas ipſa appetitiua denominatur iraſcibilis, in quantum poteſt operari circa vindictā, id eſt, circa malum alteri inferendū, vt releuetur aliud malum, quòd ipſe priùs intulit, vel inferre voluit contra eum, qui iraſcitur; iſque actus talis appetitus dicitur paſſio iræ: quia eſt cum paſſione, & tranſmutatione corporali, vt habet S.Thom.2.2.*q.*158.*art.*8. id eſt, cum feruore, vel efferueſcentia ſanguinis circa cor: nam eo ipſo, quòd apprehenditur malum ab altero illatum, vel de proximo inferendum, & quòd ſit arduum, nec de facili poſſit repelli; fit accurſus ſpirituum ad cor, tanquàm ad arcem, in ſubſidium totius animalis, & ex eorum caliditate fit feruor in ſanguine, & in humore cholerico, aut bilioſo, & elicitur actualis appetitus vindictæ, id eſt, mali alicui alteri inferēdi, ad hoc vt repellatur malū aliud ab ipſo illatū.

Atque hoc modo dicitur ira cauſare feruorem, imò & eſſe ipſe feruor ſanguinis circa cor, vt patet ex S.Thom.1.2.*quæſt.*48.*art.*2. in quantùm, ſcilicet, ad repellendam iniuriam, & malum præſens, quod intenditur per motum iræ, fit magna commotio, & perturbatio ſanguinis circa cor, quod eſt inſtrumentum paſſionum animæ, vt etiam indicatur per ea, quæ apparent exteriùs in homine irato, in quo, vt habet S.Gregor. lib.5.Moral. cap.31. *Ira ſuæ ſtimulis accenſum cor palpitat, corpus tremit, lingua ſe præpedit, facies igneſcit, exaſperantur oculi, & nequaquam recognoſcuntur noti: & ore quidem formatur clamor; ſed ſenſus, quid loquatur, ignorat.* Et quamuis feruor ad amorem pertineat; quia tamen etiam amor tunc maximè ſentitur, cùm eum prodit indigentia, vt eſt apud S.Auguſt. *lib.*10.*de Trinit.circa fin tom.*3. etiam in re præſenti tunc magis ſentitur amor excellentiæ propriæ, quando quis in illa patitur detrimentum, propter acceptam iniuriam; & ſic feruentiùs cor mouetur ad illam repellendam, & per iram, eiúſque feruorem, etiam creſcit, & magis ſentitur feruor amoris; quamuis reuerà alterius rationis ſit feruor amoris, atque iræ, vt ſubdit S Thom.*quæſt.*2.*cit.ad* 1.Siquidem feruor amoris eſt cum quadam dulcedine, & lenitate, vtpote tendens in bonum amatum; & ideò aſſimilatur calori aëris, & ſanguinis, qui eſt coniunctus cum humiditate; cum tamen feruor iræ ſit cum amaritudine, imò & factus ſpecialiter ex euaporatione fellis, vt eſt apud S.Damaſc. *lib.*2.*de fide, cap.*16.& ideò aſſimilatur calori ignis, & choleræ, qui eſt coniunctus cum ſiccitate. Remittitur verò, & minuitur hic feruor iræ per temporis tractum; vnde & dicitur 3.*Rhetor.cap.*3. quòd tempus quietat iram: quia etiam memoria acceptæ iniuriæ, ex qua

ira

ira maximè pendet, tractu temporis excidit, eiúſque æſtimatio paulatim minuitur, provt magis ac magis receditur à præſenti illius ſenſu, qui eſt maximus, vt patet ex eodem S.Thom. *ad* 2. Et ſimiliter per ſuperuentum iræ maioris, aut poſterioris miteſcit ira prior, vt notat Ariſtoteles *lib* 2. *Rhetor.cap.* 3. & S.Thom. *art.* 2. *cit.ad* 3. quia etiam prior iniuria comparatione poſteriotis apparet minor, & virtus ad repellenda contraria eo ipſo euadit minor pro ſingulis, quòd eſt quaſi diuiſa ad plura.

Atque hoc totum eſt commune etiam brutis, noo autem proptium ſolius hominis, vt patet ex S.Thom. 1.2. *quaſt.* 46. *art.* 4. *ad* 2. *&* *art.* 7. *ad* 1. vbi etiam addit, motum iræ contingere aliquando in homine, ad ſimilitudinem illins, qui contingit in brutis, id eſt, ex ſola imaginatione nonciante læſionem, non autem ex ratione; & ſic iraſci etiam homines ex quodam impetu, & quaſi inſtinctu naturæ, etiam contra res irrationales, imò & contta inanimatas, vt quando ſcriptor ex ira proiicit pennam, vel eques percutit equum.

2.
Ira aliquãdo ſumitur pro vitio, & peccato.

Aliquando verò nomen iræ ſumitur pro vitio, vel peccato, in quantum, ſcilicet, dicit materialiter aliquem habitum, qui inclinat ad huiuſmodi actus, & poteſt appellari iracundia; vel aliquem actum ex certa aduertentia, & ratione, quomodo erit peccatum: poteſt enim etiam paſſio appetitus eſſe bona, vel mala moraliter, & mereri laudem, aut vituperationem, ſi ſit, vel non ſit regulata per rectam rationem, vt notat S.Thom. 2.2. *quaſt.* 158. *cit.art.* 2. *ad* 1.

3.
Et pro ſimplici actu voluntatis.

Aliquando denique ſumitur ira pro ſimplici motu ipſius voluntatis, quo aliquis, nõ ex paſſione, ſed ex iudicio rationis vult alteri pœnam infligere, vel malum inferre. Et quamuis huiuſmodi actus volontatis poſſit eſſe ſine vllo motu, & paſſione appetitus, vt patet in Deo, qui ſolùm per actum voluntatis dici poteſt iraſci; in nobis tamẽ cõmuniter, & vt plurimùm habet adiunctum etiã motũ in appetitu, cùm naturaliter appetitus inferior ſequatur ſuperiorem, & ab illo moueatur, ſicut ſphæra inferior mouetur à ſuperiore, 3. *de anima, text.* 57. vt *ſuprà* explicauimus *lib.* 1. *diſp.* 24 *n.* 4. & In præſenti materia de motu iræ docet S. Thom 2.2. *quaſt.* 158. *cit.art.* 8. *in corp.* & ſolùm dicitur eſſe actus voluntatis, non, quia excludat actum, & paſſionem appetitus, ſaltem conſequenter, vt diximus; ſed, quia non eſt ex illo antecedenter, cùm ſit ex iudicio, & ex ratione.

4.
Quomodo ira poſſit deſcribi ex Ariſtotele.

Hæc autem ira, quæ eſt propria hominis, rectè poteſt dici cum Ariſtotele 2. *Rhetor. cap.* 2. eſſe appetitus apparentis vltionis, cum dolore, propter apparentem, immeritò, vel in ſe, vel in ſuos contemptum: primò enim niſi ſit appetitus vltionis, eáque ſit apparens, & apprehenſa, vt poſſibilis, erit quidem triſtitia, dolor, aut odium; non tamen erit ira; quia, vt habetur 1. *Rhetor.cap.* 11. & ex Auic. *in lib. de anima*, notat S.Thom. 1.2. *quaſt.* 46. *art.* 1. *in fin. corp.* nemo illis iraſcitur, quos vlciſci putat impoſſibile; eámque ob cauſam iis, qui potentia multùm excedunt, aut non iraſcimur, aut minùs iraſcimur.

5.
Delectatio ex ira qualis ſit.

Et ex eo, quòd vltio ſit apparens, & apprehenſa poſſibilis, prouenit voluptas, & delectatio, quæ reperitur in ira, ratione cuius dictum eſt ab Humero, vt refert Ariſtoteles 1. *Rhetor.cap.* 11. *cit.* *&* *lib.* 2. *c.* 2. & explicat S. Thom. 1.2. *quaſt.* 48. *art.* 1. quòd ira, defluente melle ſit dulcior. Quemadmodum enim acceptas iniurias vlciſci, & punire eſt delectabile; & ideò, qui id nõ aſſequitur, ſæpè triſtatur; ita & qui ſperat, ſe id poſſe aſſequi, ſpe ipſa gaudet, & dum in tali cogitatione moratur, voluptatem capit ſimilem illi, quam capit ſomnians, vt dicitur *lib.* 2. *Rhetor. cap.* 5. *cit.* in quantum, ſcilicet, ſpecies illa eſt quædam imaginatio, & repræſentatio futuræ vltionis, ſine conſideratione particularium, quæ ipſam faciunt difficilem, aut moleſtam, qualis communiter eſt repræſentatio eorum, quæ faciunt delectationem ſomniantibus, vt exponit *eo loco* Auerr.

Secundò dicitur talis appetitus vltionis eſſe cum dolore: quia iniuria, aut malum, quod eſt paſſus is, qui iraſcitur, non poteſt non cauſare triſtitiam, & dolorem; & hac de cauſa ex Ariſtotele 2. *Rhet. cit. cap.* 2. *&* 3. & S.Thom. 1.2. *quaſt.* 46. *art.* 1. paſſio iræ dicitur continere, & includere plures alias paſſioes, tanquàm cauſas, à quibus cauſatur, & quæ in illa manent, vt in effectu; id eſt, paſſionem triſtitiæ, ſeu doloris, deſiderium, ſpem, delectationem, &c. quia reuerà omnes huiuſmodi paſſiones ad iram concurrunt. Et quamuis hoc ita ſit, ita tamen neque eſt triſtitia, neque delectatio, aut vlla alia ex huiuſmodi paſſionibus: quia triſtitia, aut dolor ex accepta iniuria ſæpiùs re ipſa ſeparatur ab ira, vt patet in iis, quorum vltio eſt impoſſibilis, & qui multùm excedunt potentia, contra quos, vt iam diximus ex Ariſtotele, & Auicenna, nõ iraſcimur, etiãſi de illorum iniuriis multùm triſtemur, ac doleamus: & delectatio tunc augetur, quando ira minuitur, id eſt, eo ipſo actu vltionis: ſiquidem, vt habetur 4. *Ethic.cap.* 5. vltio iram ſedat; quia voluptatem loco doloris inducit: & deſiderium ſimiliter poteſt eſſe, quando vltio eſt impoſſibilis, cùm etiam impoſſibilium poſſit eſſe voluntas, quamuis non electio: & denique etiã ſpes poteſt actu haberi, quando vltio eſt impoſſibilis, vt ſi quis modò ſperet vlciſci iniurias anno ſequente, & modò non poſſit. 6.

Paſſio iræ includit paſſionem triſtitiæ, & plures alias.

Dicitur tertiò appetitus vltionis, qui eſt ira, eſſe debere propter apparentem contemptum: quia motiuum iræ ſemper eſt aliquid factum contra eum, qui iraſcitur; & ira ſemper fit ex his, quæ ad ſe ipſum, vt habet Ariſtoteles 2. *Rhetor. cap.* 4. *versùs fin.* & explicat S.Thom. 1.2. *quaſt.* 47. *art.* 1. & hoc ipſum ſemper eſt aliqua illius paruipenſio, vel deſpectio, vt ſubdit S.Thom. *art.* 2. ex eodem Ariſtotele *cap.* 2. ſemper enim qui iniuriam, aut malum facit alteri, propter quam ille iraſcitur, & vindictam appetit; ideò facit, quia parui, vel nihili illum æſtimat, eiúſque bona, quæ poteſt ab illo ſperare, vel mala, quæ poteſt timere; & alioqui ſi magnifaceret, omninò curaret habere illum amicum, neque iniuriam inferendo, daret illi occaſionem, & materiam iræ. Atque hac ratione omnes, qui putant ſe immeritò contemni, iraſcuntur: vt ſi quis, v.g. non admittatur ad alterius aſpectum, aut colloquium, nec dignus putetur; vel, ſi aliquod impedimentum ponatur voluntati illius, quia nihili fit, quod ægrè ferat; vel ſi contumeliis voluptatis cauſa afficiatur, vt communiter fieri ſolet à iuuenibus, & diuitibus, qui voluptatem ideò capiunt ex contumeliis in alios iactis, quia malè iis dicendo, aut faciendo putant ſe illis excellere. Et ſimiliter inde prouenit, quòd aliqui facilè, & ex leui occaſione iraſcuntur: quia facile putant ſe ab illis contemni, quibus ipſi excellunt, & à quibus contemni non debent; & diues, v. g. hac ratione facile iraſcitur contra pauperem, orator contra verborum inopem, Princeps contra ſubditum; & qui ſe principatu dignum putat, contra eum, quem putat natum ad ſeruitutem: & in his omnibus eò motus iræ eſt maior, quò contemptus apprehenditur eſſe maior, & magis indebitus: vt, v.g. ſi is, qui contemnitur, de contemnente ſit optimè meritus, eique benè fecerit per ſe, vel per ſuos; ſi contemnens ſit amicus, vel aſſuetus honorari ab eo, qui contemnitur, & ſic de aliis, 7.

Motiuum iræ ſemper eſt aliquis contemptus apprehenſus.

De quibus omnibus legi poteſt Ariſtoteles 2.*Rhetor.c.2.cit.* & S.Thom.1.2.*q.47.cit.*

8. *Species, & modi iræ ſunt plures.*

Iræ autem ſic explicatæ plures ſpecies aſſignantur ab Ariſtotele 4.*Ethic. c.5.* eáſque, in quantum ira eſt paſſio, benè explicat S. Thom. 1.2.*quæſt.*47. *art.*8.& in quantum ira eſt virium,& peccatum, 2.2.*quæſt.*158.*art.*5.& benè aſſerit Ariſtoteles,eas eſſe inter ſe contrarias,& non poſſe ſimul omnes reperiri : quia vitium, & malum non ſolùm eſt multiplex,ſed etiam ſe ipſum perdit, & deſtruit,ne alioqui,ſi integrum ſit, & ſecundùm omnẽ ſui modum in aliquo reperiatur, euadat omninò intolerabile: & in re præſenti de ſpeciebus iræ, non ſolùm ait, eas differre ; quia aliqui iraſcuntur, in quos non oportet, & ob quæ non oportet, & magis quàm oportet ; ſed etiam, quia iraſcuntur citiùs, quàm oportet ; & iram retinent diutiùs, quàm oportet: nam, qui propriè iracundi appellantur,ij ſunt, qui citò iraſcuntur, & quibus non debent, & ob quæ non debent, & magis quàm debent : ſed prætereà hoc habent peculiare,& optimum,quòd ab ira citò deſiſtunt,cámque non retinent;ſed ſtatim reddunt, & quacunque vltione, quam ceperint, ſiue verbis, ſiue factis, contenti ſunt : & quia celeriùs excandeſcunt quacunque ex cauſa, & ſummè biliosi ſunt,Græco vocabulo ἀκρόχολοι, quaſi iræ acutioris, & intenſioris, vt exponit eo loco Euſtrat. qua de cauſa à S.Thoma appellantur acuti : his verò in eo contrariantur alij, qui ab Ariſtotele dicuntur acerbi,& à S.Thoma amari,quòd nec facilè iraſcuntur, nec citò, nec ex quacunque cauſa ; ſed longo tempore iram retinent,niſi priùs certa vltio,quam expectant, illam ſedauerit,& voluptatem loco triſtitiæ,& doloris induxerit, nec priùs reconciliantur: & quia indignationem exteriùs non manifeſtant, & nemo eſt,qui verbis, & ſuaſionibus eos conetur mitigare, ideò ſecum ipſi diu æſtuant, nec niſi longo tempore iram concoquunt, & ſemper ſibi ipſis moleſti ſunt, & illis aliis, quorum amicitia,& familiaritate vtuntur.

9. *Vitium eſt ſibi cõtrarium, & ſeipſum deſtruit.*

10. *Iracundi propriè qui dicantur.*

11. *Acuti; acerbi, vel amari.*

Infeſti, vel difficiles.

Denique ab his eò differunt alij, quos Ariſtoteles appellat *infeſtos*,Græcè χαλεπούς,& S.Thom.*difficiles*, quòd quamuis etiam ipſi nec citò, nec facilè iraſcantur, & fortaſſe etiam iram interiùs non occulent; iraſcuntur tamen, ob quæ non debent,& magis quàm debent,& appetitum vindictæ diutiùs retinent,neque placantur ſine vltione, & punitione,etiam vltra id,quod iniuria meruit, atque ita in aliquibus conueniunt cum iracundis, & acutis, & in aliquibus cum acerbis, & amaris : & tamen in aliis ab vtriſque differunt, vt notat ibi Euſtratius.

12. *Species iræ, in quantum eſt paſſio, quomodo ſumantur.*

Atque hi tres modi, vel ſpecies iræ, acutioris, amarioris, vel acerbioris, & difficilioris,ſi attendantur,in quantum ira eſt paſſio,rectè videntur deſumi ex eo,quòd poteſt paſſionẽ augere,id eſt,vel ex parte ſubiecti, & eius,qui iraſcitur;vel ex parte triſtitiæ,& cauſæ,ex qua iraſcitur ; vel ex parte vltionis, & vindictæ, ad quam iraſcitur, vt videre eſt apud S.Thom.1.2.*quæſt.*46.*art.*8.*cit.* & Leſſ.*lib.*4.*c.*4.*dub.*4.*num.*29. Reginal. *in praxi,lib.*21. *c.*9. *num.*524.qui enim ex propria complexione, & temperamento multùm habent humoris biliosi, illúdque tenue, quia calorem, & feruorem facilè concipiunt,iram habẽt acutiorem, quæ citò,& facilè incaleſcit, & feruet,& citò refrigeratur, & deferuet: &,vt habet S.Gregor.lib.5.Moral.c.32. *accenſis calamis ſimiles ſunt, & dum vocibus perſtrepunt, quaſi quoſdam accenſionis ſuæ ſonitus reddunt, & citiùs flammam faciunt, ſed protinus in fauilla frigeſcunt.* Qui verò ex temperamento ſunt biliosi, ſed bilem habent magis craſſam, & tenacem, vel etiam ſunt melancholici ; ideò ſeriùs, & difficiliùs iram concipiunt : quia tales humores non ita facilè incaleſcunt ; ſed ideò longo tempore illam retinent,quia ratione eiuſdem craſſitiei, & tenacitatis humorum diu remanet in memoria concepta triſtitia, cui per iram medelam quærunt : & donec illa, vel tractu temporis euanuerit, vel per vindictam ſedata fuerit, nunquam iram deponunt, & qui tales ſunt,ex eodem S.Gregor.loco cit. *lignis grauioribus, durioribúſque non diſpares, accenſionem tardè ſuſcipiunt; ſed tamen accenſi ſemel, difficiliùs extinguuntur: & quia ſe tardiùs in aſperitatem concitant,furoris ignem diutiùs ſeruant.* Qui denique ex temperamento ſimiliter ſunt biliosi per bilem craſſam, & tenacem; ſed imaginationem defigunt non tam in triſtitiam ex accepta iniuria;quàm in ipſam vltionem, quam mente determinant, eámque prætereà obſtinatè volunt,& iræ diuturnitati cauſam dant, non ſolùm per imaginationem ; ſed etiam per obſtinatum appetitum vindictæ, non niſi per hanc deponunt iram,etiamſi fortaſſe non fuerit commenſurata iniuriæ,ſed eam exceſſerit,quia ſic voluerunt.

Si verò hi modi iræ attendantur, in quantum ira eſt vitium,vel peccatum, poteſt dici,quòd rectè deſumantur ex diuerſa deordinatione, quæ poteſt contingere in ira, vt benè explicat S. Thom.2.2. *q.*158.*art.*5 id eſt,vel ex parte cauſæ, ſi quis iraſcatur ex qualibet leui cauſa, vt contingit in acutis; vel ex parte durationis, ſi diutiùs retineat iram; ídque dupliciter:vel,quia nimis retinet memoriam iniuriæ,vt contingit in acerbis,& amaris ; vel,quia nimis obſtinatè vindictam appetit, & quærit, vt contingit in infeſtis, & difficilibus. Atque hi tres modi,aut ſpecies iræ, non videntur differre ab illis aliis,quas ponit S.Damaſc.*lib.*2.*de fide,cap.*16. & S. Greg.Nicæn.*lib.*4.*c.*13. & apud S.Thom. 1.2.*q.*46. *art.*8.*cit.*& 2.2.*quæſt.*158. *art.*5. dum aſſerunt, tres eſſe ſpecies iraſcibilitatis, id eſt, iram, quæ dicitur fellea, aut fel,maniam, & furorem : dum enim dicunt de ira fellea,quòd habeat principium, & motum,id eſt,quòd facilè incipiat,& terminetur, ſatis declarant, quòd per illam idem intelligant, atque Ariſtoteles per iram acutam. Et fortaſſe ea de cauſa appellant felleam, ſiue fel, vt colligitur ex S. Thom.1.2.*quæſt.*48.*art.*2.*ad* 1. quia hæc ipſa facilitas iram concipiendi, proximè efficitur ex facili euaporatione bilis, aut fellis, ratione propriæ tenuitatis,vt *ſuprà* diximus,cùm abſolutè per euaporationem fellis efficiatur feruor in ſanguine circa cor, vt habet S.Damaſc. *lib.*2.*de fide,c.*26. & apud S.Thom. *q.*48. *art.*2.*cit.in argumento. Sed contra*, in quo tamen feruore materialiter conſiſtit ira,vt patet ex communi definitione, qua dicitur eſſe efferueſcentia ſanguinis circa cor. Et dum aſſerunt iidem Patres de mania, aut inſania, quòd ſit ira permanens,& in vetuſtatem deueniens,ſatis declarant,quòd ſit idem cum ira acerba, aut amara. Et denique dum aſſerunt,quòd furor obſeruat tempus ad ſupplicium,& ad vindictam,ſatis indicant,quòd ſit idem cum ira infeſta,aut difficili, vt benè notat S.Thom.*locis cit.* Et eadem ratione ad has ſpecies videntur reduci illæ aliæ tres, quæ recenſentur ab Ariſtotele *in libel. de virtutibus*, dum ait, tres eſſe ſpecies iracundiæ, excandeſcentiam, ſæuitiam,& vecordiam : excandeſcentia enim videtur pertinere ad iram acutam, cùm etiam ipſa perficiatur ſecundùm velocitatẽ iræ, vt notat S. Thom.1.2.*q.*46.*art.*8.*ad* 2. & expreſsè habetur ex Ariſtotele 4. *Ethic. c.*5.*cit.* ſæuitia, quæ maximè oſtenditur in ſumendo ſupplicio,& vindicta,pertinet ad iram infeſtam,

13. *Species iræ,in quantum eſt vitium, & peccatum, quomodo ſumantur.*

14. *Ira fellea, mania,& furor quomodo ſint ſpecies iræ.*

15. *Excandeſcentia,ſæuitia, vecordia, quomodo ſint ſpecies iræ.*

ſeu

Digitized by Google

ſeu difficilem, & vecordia videtur pertinere ad iram acerbam, ſeu amaram, quæ triſtitiam retinet, nec ſe prodit exteriùs, & ſolo etiam tractu temporis euaneſcit.

16. *Ira ex S. Greg. alia eſt ſine voce, alia cum voce, & alia cum verbo expreſſo.*

Alij verò modi, ſeu gradus iræ, quos ponit S. Greg. *lib. 21. Moral. cap. 5.* id eſt, ira ſine voce, ira cum voce, & ira cum verbo expreſſo, iuxta illud Chriſti Domini Matth. 5. *Qui iraſcitur fratri ſuo.* quæ eſt ira ſine voce, & ſolùm interiùs, & in corde retenta: &, *Qui dixerit fratri ſuo, racha.* quæ eſt ira cum voce; ſed non cum pleno verbo formata, ſiquidem racha nihil ſignificat: &, *Qui dixerit, fatue:* quæ eſt ira cum verbo expreſſo, & completa per ſermonem perfectum: hi, inquam, gradus non deſumuntur ex ipſo motu, vel actu iræ; ſed ſolùm ex effectu, prout, ſcilicet, eadem ira magis ac magis exit, & ſe prodit exteriùs, & tendit in complementũ & conſummationẽ effectus vltimi, qui eſt homicidium, & ideò propriè non ſunt ſpecies, vt videre eſt apud S. Thom. 1. 2. *quæſt. 46. art. 8. cit. ad 3. & 2. 2. quæſt. 158. art. 5. ſimiliter ad 3.*

17. *Iracundia propriè quæ ſit.*

Atque ex his, quæ docuimus de ſpeciebus, aut modis iræ, poteſt intelligi, quid ſit diſcriminis inter iram, & iracundiam: quamuis enim non raró inter ſe confundantur, & pro eodem ſumantur apud Authores; propriè tamen iracundia illa eſt, quæ facilè & citò excitatur, & ſedatur, id eſt, illa ipſa, quæ appellatur acuta, vt patet ex Ariſtotele 4. *Ethic. cap. 5. cit.* vbi aſſerit, iracundos citò iraſci, & quibus non debent, & ob quæ nũ debent; ſed citò etiã deſiſtere. Et *in libel. de virtutibus*, vbi aſſerit, iracundi eſſe, vt facilè ad iram moueatur, quouis verbo, aut facto. Et in hoc recidit etiam illud Galen. *comm. 1. in primum de morb. vulg. text. 18. claſſ. 3.* quòd ira ſolũ ſit circa res magnas, & magni momenti, vel apprehenſas, vt tales: iracundia verò circa res paruas, & parui momenti: & ideò qui dicuntur irati, magnanimi ſint; qui verò iracundi, puſillanimes, imò & ipſo etiam temperamento differant; ſiquidem iracundi ſunt frigidi; irati verò ſunt calidiſſimi: vnde & iracundia reperitur in pueris, mulieribus, & aliis huiuſmodi frigidioribus, vt notat idem Galen. *lib. 5. de plac. Hippocr. & Plat. cap. 17. in fin.* ira verò ſolùm in viris perfectis, & perfectæ caliditatis, vt notat Seneca *lib. 1. de ira, cap. 3.*

Atque hoc diſcrimen inter iram, & iracundiam videtur magis probandum, quàm illud aliud, quod affert Seneca *lib. 1. cit. de ira, cap 4.* quòd iracundia dicat quaſi potentiam, vel actum primum ad iraſcendum; ira verò dicat operationem, & actum ſecundum: & iracundus dicatur, qui eſt in habitu, & diſpoſitione ad iram; iratus verò, qui eſt in actu: nam contrà eſt: quia, ſi per potentiam, & actum primum intelligatur ipſa potentia appetitiua, prout eſt circa malum arduum, & fugiendum, ea neque dicitur iracundia, neque ira; ſed iraſcibilis, vt patet ex S. Thom. 1. 1. *quæſt. 81. art. 2.* ſi verò intelligatur temperamentum, & diſpoſitio proxima, ea multiplex eſt, & diuerſa in iis, qui dicuntur acuti, & aliis, qui dicuntur amari, vt iam diximus; & ideò non poteſt vno vocabulo ſufficienter ſignificari: & ſi dicatur vocabulum iracundiæ determinatè ſignificare temperamentum, & diſpoſitionem ad citò, & facilè iram concipiendam, & ſedandam, habetur intentum: ſiquidem hæc diſpoſitio eſt ad iram primæ ſpeciei, aut modi, quæ appellatur acuta, & facilè poteſt concedi, quòd tale vocabulum primariò ſignificet habitũ, aut propenſionẽ ad talem iram, & ſecũdariò, & per quandã extenſionẽ, etiã dicatur de actu, & abſolutè iracundia, tam ſignificet habitum hunc vitioſum, quàm actum, vt notat Leſſ. *lib. 4. cap. 4. dub. 4. num. 23.* ſicut & nomen ſcientiæ tam ſignificat habitualem, quàm actualem, & nomen animalis primariò ſignificat naturam communem brutis, & homini, & ſecundariò accipitur pro ipſis brutis, & abſolutè nomen generis tribuitur ſpeciei minùs perfectæ, vt ſæpiùs dicitur in Philoſophicis. Sed reuerà quæſtio hæc, cùm ſit de vocabulo, eſt parui momenti; & dummodo conſtet, modos iræ eſſe plures, parum refert, quis eorum, & quomodo dicatur propriè ſignificari per vocabulum iracundiæ.

Siue autem quis moueatur per motum iræ primo modo, ſiue ſecundo, aut tertio, benè eſt aduertendum pro negotio morali, quantus ſit huiuſmodi motus, quo vnuſquiſque mouetur, & vtrùm ſit tantus, vt omninò impediat, vel ſaltem diminuat vſum rationis: vt enim patet ex dictis *ſuprà lib. 1. diſp. 12.* de inuoluntario ex amentia, & *lib. 2. diſp. 40.* de cauſa efficiente peccati ex parte appetitus ſenſitiui, quæ eſt paſſio, per illam alterationem, & commotionem ſanguinis, & ſpirituum, quæ contingit in paſſione iræ, facilè poteſt accidere, vt deprauentur phantaſmata, neque debitè obiiciantur, aut relinquantur conſideranda, aut contemplanda intellectui, & ideò etiam intellectiones, & actus rationis ſint deprauatæ, & abſolutè impediatur vſus rationis, vt docet S. Thom. 1. 2. *quæſt. 48. art. 3.* imò vocabulum iræ maximè videtur deriuatum ab eundo, vt notat Tolet. *lib. 8. cap. 56. num. 2.* quia homo per iram maximè it extra ſe, vnde & dicitur ad ſe redire, quando ab ira quieſcit. Et hoc modo S. Greg. lib. 5. Moral. cap. 31. *Per iram*, inquit, *ſapientia perditur, vt quid, quóve ordine agendum ſit, omninò neſciatur.* Sicut ſcriptum eſt: *Ira in ſinu ſtulti requieſcit: quia, nimirum, intelligentiæ lucem ſubtrahit, cùm mentem promouendo confundit.* Et paulò pòſt hinc ait prouenire etiam illa, quæ exteriùs ſæpè cernuntur in homine irato, vt etiam *ſuprà* retulimus *num. 1.* vt palpitet cor, & corpus tremat, & lingua ſeipſam præpediat, & nequaquam recognoſcantur noti; & ſi lingua clamorem formet, ignoret ſenſus, quid loquatur. Vnde & concludit, quòd homo iratus non longè ſit ab arreptitiis, cùm actionis ſuæ conſcius nũ ſit. *Et in quo itaque*, inquit, *iſte ab arreptitiis longè eſt, qui actionis ſuæ conſcius non eſt?* Et hoc idem monet S. Paulus *ad Epheſ. 4.* dum ait: *Sol non occidat ſuper iracundiã veſtram. Nolite locum dare Diabolo.* Vt enim notat S. Anton. *par. 2. tit. 2 §. 2.* locus Diabolo, vt in nobis habitet, maximè datur per iracundiam, cùm Sol rationis ſuper illam nobis obſcuratur & occidit, & Dæmones cum talibus libenter conuerſantur. Et ad hoc facit etiam illud S. Chryſoſt. *hom. 47. in Ioan. circa fin. tom. 3.* & apud S. Thom. 2. 2. *quæſt. 158. art. 4. in 2. arg.* quòd inter iram, & inſaniam nihil differat, & ira ſit breuis quidam Dæmon, imò & grauior, quàm qui vexantur Dæmonio, in quantum, ſcilicet, aufert vſum rationis, per quem homo eſt dominus ſui, vt loquitur *eo loco* S. Thom. Et, quòd per iram impediatur vſus rationis, confirmatur etiam ex eo, quòd 7. *Ethic. cap. 6.* Ariſtoteles tribuit iracundo, quòd non ſit inſidioſus; ſed manifeſtus, ſiue apertus; & ita hoc etiam differat inter cætera à concupiſcentia, ſiue cupiditate, quòd hæc ſit latens, & inſidioſa; non autem illa. Et 2. *Rhetor. cap. 4.* quòd qui iraſcitur, dolorem inferre cupiat, & velit cognoſci: vt enim benè explicat S. Thom. 1. 2. *quæſt. 46. art. 6. ad 2. & 2. 2. quæſt. 41. art. 2. in fin. corp.* reuera ex eo, id eſt, quia ira appetit malum ſub ratione iuſti vindicatiui, & per conſequens ſub ratione pœnæ; de cuius tamen ratione eſt, quòd ſit contraria voluntati, & afflictiua, & inferatur pro culpa. Et hinc prouenit, quòd is, qui iraſcitur, ſpecialiter

Ira maximè impedit vſum rationis. 18.

Homo iratus eſt quaſi arreptitius à Dæmone. 19.

Digitized by Google

intendat,vt alter,cui malum infert, non ſolùm doleat;ſed etiam cognoſcat, quòd ptopter illatam iniuriam ſibi hoc prouenit,& tanquàm in pœnam ab illo ipſo,qui ex ira ſumit vindictam. Sed prætereà rectè ſubdit S.Thom. 1. 2.*quæſt*.48. *art*. 3.*cit*. *ad* 2. non ſolùm id ptouenire ex ampliatione cordis, quam facit ira per ſuum ealorem,& quia vindicta, quam illa intendit,pettinet ad virilitatem,& excellentiam; in qua tamen homo communiter non quærit latere , ſed manifeſtus , ac notus eſſe : cùm è contrà delectabilia,quæ intendit concupiſcentia, includant turpitudinem, & mollitiem quandam,& ideò concupiſcentia dicatur latens & inſidioſa, id eſt , quaſi ex inſidiis operans : ſed etiam prouenire ex impedimento rationis , quod cauſatur per iram, ratione cuius is,qui iraſcitur, non poteſt diſcetnere,quid ſit occultandum , & quid manifeſtandum; nec vias, & modos occultandi excogitare. Et ſimiliter ex eodem impedimento rationis per itam cauſato, aliquando prouenit in homine itato inordinata locutio, & aliquando omnimoda impeditio linguæ ab vſu loquendi , & omnimoda taciturnitas,vt benè explicat S.Thom.*ead*.*q* 4.*art*.4.

20. *Quæ fiunt calore iræ, non ſunt rata & firma.* Atque hinc factum eſt,vt ſecundùm Iuriſconſultos, ea , quæ fiunt , aut dicuntur in calore iræ,non priùs habeantur rata , & firma, quàm calor reſederit,& ex perſeuerantia einſdem propoſiti ſatis conſtet,quòd fuerint dicta,aut facta ex ſufficiente aduertentia, & iudicio , vt expreſsè habetur *l. diuortium non eſt ff.de diuort. & repud & l.quicquid calore.ff.de reg.iur.& cap.diuortium.de pœnit. d.*1.*& cap. ſi quis iratus.*2.*q*.3. Et ſimiliter hinc factum eſt, vt ira in delictis dicatur minuere culpam. *l.Gracchus. C.ad l.Iul.de adult.*& contractus reſcindat.*l.locatio. ff.de publicanis.* & notat Gloſſ. *in l. diuortium non eſt.ff.de diuort.& in l. quicquid calore. ff. de reg.iur.*

21. *Diſpoſitio ad pias cauſas non reſcinditur ex eo, quòd ſit facta in calore iracundiæ.* *cit.* niſi fortè contractus fuerit ad pias cauſas, in quo caſu non reſcinditot.*cap.ſunt,qui opes.*17.*quæſt.* 4. Et denique ex multorum ſententia hinc factum eſt , vt etiam irritetur iuramentum & votum, ſi fortè fiat calore iracundiæ, vt videre eſt apud Sanchez *lib.*1.*de matr diſp*.8. *num* 4. vbi ex Theologis

22. *Secundùm aliquos vota & iuramenta facta in calore iracundia non obligant.* pro hac ſententia citat Ricc. *in* 4 *d*.38. *quæſt*.2.*art.* 2.& ex Canoniſtis Gloſſ. *in c.dudum. verſ.calore.de iuriur.*Hoſtienſ. *in c.dudum.& c.ſicut ex literis.num.* 9.*eod.tit.*Panorm *in c.dudum.num* 8.*& in c. ſicut ex literis.num.*2.*& in c.ſi verò. num.*7. *eod.tit.* & plures alios Iuriſtas:quauuis ipſe Sanchez *ibidem*, *num*.5. *& lib*.4.*in Decal.c*.1.*n*.2. id non admittat,niſi fortè iracundiæ calor ſit tantus , vt omninò impediat vſum rationis,& tollat eam deliberationem, & aduertentiam, quæ eſt neceſſaria, & ſufficiens ad peccandum mortaliter : & *diſp*. 8. *cit*. *num*.11.de hac tantùm ira intelligat textus eitatos ex Iure canonico,& ciuili,quòd quæ fiunt , aut dicuntur calore itacundiæ,non ſint rata,aut firma : & magis ſpecialiter id , quod habetur *l*.1. *ff. ad l.Iul.maieſt.* quòd iuramentum calore iracundiæ præſtitum minimè liget, quæ ſententia ſine dubio eſt probabilior , & tutior , vt dicemus *ſuo loco* , quando agemus de voto,& de iuramento.

Hoc autem loco ſatis ſit hæc indicaſſe , vt conſtet , quomodo ira omninò impediat , vel ſaltem minuat vſum rationis;& in delictis omninò tollat, vel ſaltem minuat culpam ; & in contractibus,votis,ac iuramentis vel omninò impediat obligationem , vel ſaltem faciat ad faciliotem reſciſſionem, aut diſpenſationem.

DISPVT. XXI.

De iis, quæ pertinent ad peccatum iræ, eiúſque grauitatem,aut leuitatem.

1. *Ira,& paſſiones animi ex ſe non ſunt mala.*
2. *Ira eſt ſatellitium rationis.*
3. *Ira poteſt eſſe bona.*
4. *Ira quando ſit mala.*
5. *Quando ira ſit peccatum mortale.*
6. *Quando ira ſit peccatum veniale.*
7. *Ira eſt leuius peccatum, quam inuidia;& hæc eſt leuius,quàm odium.*
8. *Ira eſt leuius peccatum , quàm peccatum concupiſcentiæ.*
9. *Ira,quando eſt venialis,habet peculiarem grauitatem,& turpitudinem.*
10. *Quomodo ira dicatur eſſe magis ſecundùm naturam hominis,quàm cupiditas.*
11. *Vltio propriè dicta , & punitio , ſiue pœna,quo differant.*
12. *Paſſio iræ multùm iuuat ad actus externos virtutum.*
13. *Virtus fortitudinis indiget ira, tanquàm inſtrumento.*
14. *Moderatio iræ pertinet ad virtutem manſuetudinis.*
15. *Defectus iræ poteſt appellari ſeruilitas , aut inſenſibilitas.*
16. *Manſuetudo,& clementia quo differant.*

IRAM eſſe malam moraliter , ſicut & alias animi paſſiones , & ideò non eſſe licitum,vnquam iraſci,ſenſerunt Stoici, vt patet ex M. Tullio *lib*.3.*Tuſcul. quæſtionum.* Et contrà,& iram,& paſſiones non eſſe malas ex ſe , ſed tunc ſolùm , quando ſunt immoderatæ, & vltra præſcriptum rationis , ſenſerunt Peripatetici. Et horum ſententiam magis probat S. Auguſt. *lib*.9.*de ciu. c*.4.*tom*.5.& ſimpliciter eſt tenenda , vt vera,vt probat S.Thom.*de paſſionibus in vniuerſum*, 1.2.*quæſt*.24.*art*.2. & ſpecialiter de ira 2. 2. *quæſt*. 158.*art*.1. Sicut enim appetitus ſenſitiuus à natura tributus,eſt bonus ſimpliciter, & eſt regulabilis per rationem;ita & eius motus,qui appellantur paſſiones,boni ſunt,ſi ſint regulati. & ſuas habent vtilitates, & fines , propter quas à natura ſunt inſtituti. Et ſi dicantur ex ſe eſſe quaſi indifferentes , vt regulentur,& non regulentur à ratione , dici etiam debent,eſſe ex ſe indifferentes, vt ſint boni , & mali moraliter ; non autem abſolutè ſunt damnandi, vt mali. 1. *Ira,& paſſiones animi ex ſe non ſunt mala.*

Et ſpecialiter de ira , quòd non ſit mala, ex eo patet : quia habet in natura optimum finem , cùm ſit tributa ad repulſionem malorum, ſicut & amor eſt tributus ad proſecutionẽ bonorum : vnde & dicitur à S. Gregorio Nicæno *lib*.4.*c*.13. & apud S. Thom.1.2.*quæſt*.46.*art*.2. eſſe quaſi armigera concupiſcentiæ,in quantum,ſcilicet,impugnat id,quod impedit concupiſcentiam,Et in homine ſpecialiter dicitur cum locum habere, quem habet miles in Republica : qua de cauſa à Sancto Nemeſio,vel, vt alij volunt, à S. Gregorio Nicæno *lib*.1. *de natura hominis,c*.21. appellatut ſatellitium rationis : quia, ſcilicet, quemadmodum miles non adhibetur,niſi poſt decretum Senatus , aut Principis , & ad illud executioni mandandum ; ita & ira non eſt excitanda,niſi poſt conſilium , & deliberationem rationis, vt notat Leſſ. *lib*.4.*cap*.4.*dub*.4. *num*.23. Ad quod 2. *Ira eſt ſatellitium rationis.*

facit

3. *Ira poteſt eſſe bona.* facit etiam illud ex S.Greg.*lib.5. Moral.cap.34.circa med.* & apud S.Thom.2.2. *quæſt.158.art.1.ad 2.* quòd cauendum ſummoperè ſit, ne ira, quæ vt inſtrumẽtum virtutis aſſumitur, menti dominetur, & quaſi domina præeat: ſed quaſi ancilla, ad obſequiũ parata, à rationis tergo nunquam recedat: verè enim à natura ad hoc eſt tributa, vt ſit in homine inſtrumentũ, & adiumentũ virtutis; & ea tollat, quæ poſſunt illi eſſe impedimento, & ardua ſunt; & ideò ſi ſubſit rationi, eámque ſequatur, ad quam pertinet totum regimen actus virtutis, non autem illi præſit, aut illã præeat, bona eſt, & dicitur ira ſecundùm zelum, & ex Ariſtotele 4.*Ethic.cap.5.* eſt laudabilis; non autem eſt mala, quæ dicitur ira ſecundùm vitium, vt patet ex S.Thom.*ibidem.* & cùm ex proprio obiecto, in quantum ira eſt appetitus vindictæ, verſetur circa vindictam, prout eſt ſumenda de eo, qui iniuriam intulit, & reſpiciat tam vindictam, prout eſt bona ipſi iraſcẽti, quàm perſonam, de qua eſt ſumenda, tanquàm malam, & diſconuenientem, vel contrariam, vt notat S. Thom. 1.2.*quæſt.46.art.2.* omninò debet includere actum rationis, & eſſe cum ratione, cùm includat collationem aliquam vindictæ cum ipſa iniuria, & hoc vtrunque debeat cõmenſurare ad inuicem, vt tradit S.Thom.*art.4.* & ſi talis collatio, & commenſuratio per actum rationis benè fiat, nec plus appetatur, aut ſumatur vindictæ, quàm iniuria poſtulet, & ratio præſcribat, quoad omnes circunſtantias temporis, loci, & perſonæ; non poterit ira non eſſe licita, & ſimpliciter bona, vt concludit S.Thom.2.2.*q.158.art.1.cit.*

4. *Ira quãdo ſit mala.* Communiter tamen non ita accidit; ſed propter facillimam alterationem, & motionem, quæ contingit in humore cholerico, vtpote multùm participante de natura, & qualitatibus ignis, qui inter corpora eſt maximè mobilis, facillimè euenit, vt ira non perfectè ſequatur rationem; ſed includat contra illam aliquam inordinationem, ſi non in obiecto, vt, v.g. appetendo illi vindictam, qui non meruit; vel maiorẽ, quàm meruit; vel eo modo quo non meruit; includat ſaltem quoad modum ipſius iræ, id eſt, non benè reprimendo, ac regulando paſſionem, & actum appetitus; ſed ſinendo eum interiùs, vel exteriùs magis feruere, quàm par ſit, & vt habetur 7.*Ethic.cap.6.initio*, videtur quidem ira rationem audire, ſed non rectè illam percipit: nam, quemadmodum feſtini miniſtri faciunt, qui priuſquàm omnia, quæ dicuntur, audierint, excurrunt, & deinde ab actione aberrant: & quemadmodum canes, qui antequàm inſpexerint, an amicus ſit quiſpiam, ſi ſtrepitum tantummodo fecerit, ſtatim latrant: ita & ira ob feruorem, celeritatémque naturæ, audiens quidem, ſed non attendens quid percipiatur, incitatur ad vindictam, & ſtatim atque ratio, vel imaginatio contumeliam, aut contemptum oſtenderit, ipſa, quaſi ratiocinando ex ſe collegerit, bellum ei eſſe inferendum, indignatur, & in hac celeritate, reprimenda omninò eſt, & corrigenda per rationem, nec permittenda, vt ipſa ex ſe ſyllogizet, & colligat, quòd bellum ſit inferendum; ſed ſolùm eſt adhibenda ad belli executionem, poſtquàm ratio benè deliberauerit, & concluſerit illud eſſe inferendum: ſicut & in Republica adhibetur miles, ſolùm poſt conſilium, & decretum Principis, aut Senatus, vt iam diximus: & niſi reprimatur, & reguletur, eſt ira inordinata & mala. Et quamuis etiam, dum exequitur bellum ex decreto rationis, aliquo modo eam turbet per commotionem, & alterationem humorum, quam, vt diximus, neceſſariò cauſat, & includit; ea tamẽ turbatio ſolùm eſt apta impedire deliberationem, & conſultationẽ; non autem executionem belli præconſultati, & prædeliberati; & ideò nõ arguit inordinationem in ipſa ira, vt notat S.Thom. 2.2.*q.158.art.1.cit.ad 2.* & Sylu.*verb.ira, num.2.* cùm etiam artes, dum actualiter operantur, impediantur, ne ſimul deliberent de iis, quæ agunt; ſed præſupponantur iam priùs deliberaſſe; & ideò poſt deliberationem congruenter, & non inordinatè poſſunt totæ eſſe in ipſa actione, etiam cum actuali impeditione deliberationis.

Quòd ſi quæras de inordinatione iræ, quando poſſit eſſe mortalis, & quãdo ſit venialis: Reſpõdeo cum S.Thom.2.2.*q.158.art.3.* ſi inordinatio ſit quoad obiectum, id eſt, quoad ipſam vindictam, quæ per iram appetitur, eſſe mortalem ex ſuo genere: quia contrariatur charitati, & iuſtitiæ, vt ſi quis, v.g. velit puniri eum, qui non meruit, vel vltrà quàm meruit, vel non ſecundùm legitimum ordinem, vel non ob debitum finem, qui debet eſſe conſeruatio iuſtitiæ, & correctio culpæ. 5. *Quãdo ira ſit peccatũ mortale.*

Et talis inordinatio ſolùm poteſt eſſe venialis ex imperfectione actus, vt ſubdit S.Thom.*ibidem*, vt, v.g. ſi motus iræ præueniat iudicium rationis, & non ſit perfectè deliberatus, vel certè ſit de vindicta ex ſe leui, & quæ ſi re ipſa inferretur, non eſſet peccatum mortale: vt ſi intendas, v. g. parum trahere aliquem puerum per capillos, vel aliquid ſimile: vt enim habetur 4.*Ethic.cap.5.* qui paululùm tantummodò tranſgreditur, ſiue deflexerit ad nimium, ſiue ad parum, vniuerſaliter non vituperatur.

Si verò inordinatio iræ ſolùm ſit quoad modum iraſcendi: vt, ſi quis, v.g. nimis ardentèr iraſcatur interiùs, neque impetum iræ vllo modo reprimat, vel exteriùs nimis manifeſtet ſigna iræ, ſolùm eſt venialis, neque habet ex ſuo genere, vt ſit mortalis, vt ſubdit S.Thom.*art.3.cit.* niſi fortè ex vehementia, & modo iræ excidat quis à dilectione Dei, aut proximi, & paratus ſit tranſgredi aliquod aliud præceptum, quod ſine dubio ſolùm erit per accidens, & extra genus iræ: ſicut etiam, ſi quis ex modo iræ ſit aliis graui ſcandalo, vt, v.g. ſi ſit Prælatus, vel incumbat in conuerſionem infidelium, vt notat Leſſ. *lib.4.cap.4.num.25.* 6. *Quando ira ſit peccatum veniale.*

Neque faciunt in contrarium verba illa Chriſti Domini Matth.5. *Qui iraſcitur fratri ſuo, reus erit iudicio: & qui dixerit, racha; reus erit concilio: & qui dixerit, fatue; reus erit gehennæ ignis.* Per quæ tria ex Gloſſ. *ibidem*, ſignificantur diuerſæ manſiones in æterna damnatione pro modo peccati, & per conſequens videtur ſignificari, quòd ſemper ira ſit peccatum mortale, etiamſi ſolùm interiùs contineatur; non autem exteriùs manifeſtetur per verba, & ſiue ſit ita ſine voce, ſiue cum voce, aut verbo expreſſo, vt *ſuprà* diximus *diſp.præcedente, num.16.* ex S.Greg.*lib.21. Moral.cap.5.* Hæc, inquam, non faciunt contra id, quod diximus, peccatum iræ ex ſuo genere poſſe etiam eſſe veniale, ſi ſolùm ſit ex modo iraſcendi, non autem ex obiecto: quia, vt benè explicat S.Thom.*art.3.cit.ad 2.* & *art.5.ad 3.* Caiet. *art.3.cit.* Leſſ.*lib.4 cap.4 cit.num.26.* & omnes communiter, non loquitur Chriſtus Dominus de motu iræ quomodocunque; ſed determinatè de illo, qui tendit ad homicidium, & mortem proximo inferendam, qui certè eſt inordinatus per inordinationem ex obiecto, quam diximus ex ſuo genere eſſe mortalem: explicat enim eo loco præceptum de homicidio: *Audiſtis, quia dictum eſt antiquis: Non occides.* & ait, non ſolùm eſſe peccatum ipſam externam occiſionem; ſed etiam ipſam internam voluntatem occidendi, quæ eſt ira; & hanc etiam eſſe dignam, quæ iudicetur & puniatur in Dei iudicio. & tantò magis, ſi prorumpat exteriùs in voces, ſiue le-

oiores, qoalis eſt, v.g. ſi dicat, *racha*, quæ ex S.Hier. apud Hebræos ſolùm eſt ioteriectio iraſeentis, & dolentis, & nihil determinatè ſignificat, vt notat S.Anton. *p.2.tit.7.c.1.§.2.* ſiue prorumpat in voces grauiores, quales ſuni contumeliæ, vt ſi dicat, v.g. *fatue*, vel in quoſcuoque alios actus iniurioſos ptoximè, atque ita ex hoc loco nihil colligitur contra iram, quæ ſolùm dicitur eſſe inordinata ex modo iraſcendi, & non ex obiecto.

7. *Ira eſt leuius peccatum, quàm inuidia, & hac eſt leuius, quàm odiũ.*

Secuodò, ſi quæras de grauitate peccati iræ, quando eſt mortale ex ſuo genere, id eſt, ex obiecto, vtrùm ſit maxima comparatiuè ad alia peccata, id eſt, vtrùm ira ſit maximum & grauiſſimum peccatorum. Negat S.Thom. 1.2.*quaſt.46.art.6.&* 2.2. *quaſt.158.cit.art.4.* eam eſſe peccatum maximom & grauiſſimum: quia ratione obiecti, id eſt, vindictæ, & mali, quod alteri appetit, potiùs eſt peccatum minimum, & leuiſſimum, ſi comparetur cum aliis, quæ ſimiliter verſantur circa malum alterius, quale eſt, v.g. peccatum inuidiæ, & peccatum odij: cùm enim odium appetat alreri malum abſolutè, in quantum eſt illius malum, & ideò appetat ſine vlla menſura, aut termino, vt eiiam contingit in aliis omnibus, quæ appetuntur propter ſe; & inuidia appetar malum, in quantum facit ad proprium honorem, & excelleotiam ipſius inuidentis; & ira, in quantum eſt iuſta vindicta acceptæ iniuriæ; grauiſſimum omnium eſt peccatum odij, & ſecundo loco eſt peccatum inuidiæ, & tertio eſt peccatum iræ: ſiquidem peius eſt appetere malum ſub ratione mali, qood facit odium, quàm appetere ſub ratione boni, quod facit inuidia, & ira; & inter hæc ipſa peius eſt appetere maluo ſub ratione boni exterioris, quod eſt honor, & gloria, quàm appetere ſub ratione, & ſpecie rectitudiois iuſtitiæ, ad quam pertinet iuſta vindicta, vel iuſtum vindicatiuum, quod appetit ira, quanuis in eo appetendo non benè obtemperet præſcripro rationis, neque tegatur vera prudeotia; ſed ſolùm ſpecie, & imagine prudentiæ; & ideò ſit deordinata, & peccatum. Dum autem S.Thom. *hoc loco* aſſerit, quòd peccatom iræ ſit leuius, quàm peccatũ inuidiæ, non eſt intelligẽdus id aſſerere vniuerſaliter, & ſimpliciter, & omni modo, quaſi omne peccatũ iræ omni modo ſit leuius, quàm omne peccatum inuidiæ, & nullum poſſit dati peccatum inuidiæ, quod ſit leuius aliquo peccato iræ: ſed ſolùm id aſſerit, quantùm eſt ex illa grauitate, quæ habetur ex obiecto formali, & per ſe primo, quod in inuidia eſt malum alterius, in quantum facit ad propriam gloriam; & in ira, in quantum eſt iuſtum vindicatiuum, vt benè explicat Caietanos *eod.artic.4.§.Ad 1.dubium.* Vnde, ſi quis per inuidiam inuideat alteri ſolùm bona temporalia, & per iram appetat illi mortem, & carentiam vitæ, vel per inuidiam inuideat homini ſceleſtiſſimo aliquod bonum, & illius eiuſdem carentiam optet per iram viro optimo, & ſanctiſſimo; non eſt dubium, quòd peccatum iræ erit grauius, & inuidiæ leuius; ſed non per eam grauitatem, quæ habeatur ex obiecto ſimpliciter, & per ſe primo, de qua loquitur S.Thom. ſed per eam, quæ habetur ex obiecto ſecundario, vel ex circunſtantia perſonæ, de qua ille non loquitur. Et quod *ſuprà* diximus *lib.*2. *diſp.* 27. de inæqualitate peccatorum ex obiectis, quòd quæ ex obiectis ſunt leuiora, poſſint aliquando eſſe grauiora ex circunſtantiis; debet intelligi eſſe dictum etiam in caſu præſenti de inæqualitate iræ, & inuidiæ: & dum hæc dicitur eſſe grauior, & illa leuior, ſolùm deber intelligi, quantùm eſt ex ratione obiectiua per ſe prima; oon autem ex omni capite, & omni modo.

Et ſimiliter, quando dicitur obiectum per ſe primum in ira, eſſe vindictam, vel iuſtum vindicatiuum, ſolùm debei intelligi, quòd is, qui iraſcitur, ſemper appetat alteri malum, tanquàm vindictam à ſe apprehenſam, vt illi debitam pro accepta iniuria, ac proinde ſemper in illa hîc & nunc apprehendar rationem iuſti, & debiti; quanuis reuerà contingat, vt neque ſit iuſta, neque debita: & quoad hoc is, qui iraſcitur, practicè erret; ſicut & errat, qui fornicatur, dum hîc & nunc putat bonum, vt fornicetur; & omnis, qui peccat, dum ſimiliter putat bonum, vt peccet: & quemadmodum hic error practicus in aliis actibus inordinatis non excuſat à culpa, vt *ſuprà* explicauimus *lib.*2.*diſp.37.num.*10. ita neque excuſat in peccato iræ, vt notat Caiet. 2.2.*q.158.art.4.cit.§.Ad 2.dubium.*

Et eadem ratione, ſi ira conſideretur ex parte obiecti, id eſt, boni, ſub cuius ratione vindictam appetit, & comparatur cum peccatis concupiſcentiæ, quæ ſimiliter tendunt in aliquod bonum, negat S.Thom. 2.2.*quaſt.158.art.4.cit.* quòd ira ſit peccatum grauius; ſed contrà aſſerit, quòd ſit tantò leuius, quantò bonum iuſtitiæ, aut iuſtum vindicatiuum, quod per iram appetitur, eſt melius, quàm bonum vtile, aot delectabile, quod appetitur per cõcupiſcentiam, quod idem pluribus *ſuprà* docuerat *qu.156.art.4.* cùm doceret, incontinentiam concupiſcentiæ eſſe peiorem, quàm ſit incontinentia iræ, de qua etiam Ariſtoteles 7. *Ethic.c.6. ſub initium*, abſolutè aſſerit, quòd cupiditas, eiúſque incontinentia eſt turpior, quàm iræ, aut iræ incontinentia: quia ira rationem quodam modo ſequitur, dum appetit vindictam, vt iuſtam, & debitam pro iniuria, eíque commenſuratam, vt *ſuprà* diximus: cupiditas verò non tam rationem, quàm ſenſum ſequitur; & ſtatim incitatur ad fruitionem, quando aliquid fuerit repræſentatum vt delectabile. Sed ſimiliter etiam hæc aſſertio S.Thom. eſt intelligenda formaliter, & quantùm eſt ex ratione obiectiua primaria, quæ io concupiſcentia eſt bonum delectabile, & in ira eſt ipſa vindicta, vel iuſtum vindicatiuum; & ideò non eſt negandum, quòd ex aliquo alio capite poteſt dari peccatum iræ, quod ſit grauius peccato concupiſcentiæ: vt ſi quis, v.g. per iram erga mulierem velit illam occidere, & alius per concupiſcentiam velit cum illa fornicati; vel vnus per iram erga maritum, velit violare illius vxorem; & alios per ſimplicem concupiſcentiá velit cum illa adulterari: in his enim & ſimilibus caſibus maior grauitas, quæ apparet io peccato iræ, non prouenit ex ratione obiecti, quam per ſe primò reſpicit ira; ſed ex ratione per ſe ſecunda, vel ex circunſtantia alterius actus imperati per actum iræ, vt benè explicat Caiet. *art.* 4. *cit.*§. *Ad 3.dubium.* Atque hoc modo etiam S.Thom. 2.2 *quaſt.*158.*art.*4. cùm dixiſſet, incontinentiam iræ, quantùm eſt ex parte paſſioois, ex qua ratio ſuperatur, eſſe minùs turpem, quàm ſit incontinentia concupiſcentiæ, addit in fine corporis, quòd ſi vtraque incontinentia conſideretur ex alio capite, id eſt, quantùm ad malum, in qnod quis incidit, quando per vtranque recedit à præſcripto rationis, incontinentia iræ, vt plurimùm, eſt grauior, quia ducit in ea, quæ pertinent ad nocumentum proximi; atque ita aſſerit, quòd maior grauitas, aut turpitudo concupiſcentiæ non eſt quoad omnia, & ſimpliciter ex omni capite; ſed ſolùm, quantùm eſt ex obiecto primario, & per ſe, vt iam diximus.

8. *Ira eſt leuius peccatum, quàm peccatum concupiſcentia.*

Si verò peccatum iræ conſideretur, quando ex ſuo genere non eſt peccatum mortale, ſed ſolùm veniale; id eſt, ſi loquamur de illa malitia, quam habet

9. *Ira, quando eſt venialis,*

Digitized by Google

habet peculiarem grauitatem, & turpitudinẽ.

habet ex ſola inordinatione modi iraſcendi, contraria ratione affirmat S. Thom. *eod. art.4.quæſt.* 158. quòd ſit grauius, & habeat ſupra alia peccata quandam excellentiam; non, quia ex obiecto formali, quod eſt iuſtum vindicatiuum apprehenſum, & ſimpliciter loquendo non ſit leuius, etiam quando eſt veniale; ſed, quia cum hac ipſa leuitate ſimpliciter, quæ eſt ex obiecto, habet ſpecialem quandam rationem grauitatis, & deordinationis, quæ poteſt dici ſecundùm quid: nam, vt explicat *eo loco* Caiet. §. *Ad 4. dubium.* ex ipſa velocitate, & vehementia, cum qua inſurgit motus iræ, propter facillimam, & maximam mobilitatem humoris cholerici, vt *ſuprà* diximus, contrahit peculiarem quandam deordinationem & turpitudinem ſupra alia peccata, eáque ſatis apparet; tum ex iis nocumentis, quæ ex vehementi & celeri motu iræ ſunt apta ſequi in ordine ad alios, vt ſunt, v.g. contumeliæ, percuſſiones, homicidia; tum ex iis, quæ conſequuntur in ipſa perſona hominis iraſcentis, vt eſt turbatio mentis, & ſigna ipſa, vel actus exteriores, qui in ipſa cernuntur, vt quòd palpitet cor, corpus tremat, lingua balbutiat, igneſcat facies, exaſperentur oculi, & noti non agnoſcantur, vt *ſuprà* retulimus *diſp. præcedente, num.*1. ex S.Greg. *lib.5. Moral. c.*31.

10.
Quomodo ira dicatur eſſe magis ſecundùm naturam hominis, quàm cupiditas.

Neque obſtat, quòd paſſio iræ ſit magis naturalis, quàm paſſio concupiſcentiæ, aut cupiditas, vt patet ex Ariſtotele 7. *Ethic. cap.*6. quia, vt benè explicat S.Thom. 1.2. *quæſt.46. art.5.* id ſolùm eſt, ſi ſpectetur natura hominis in ſpecie, & in quantum eſt rationalis; & præterea natura talis hominis in indiuiduo, & in quantum ratione proprij temperamenti eſt diſpoſitus, vel propenſus ad iram, non autẽ ſi ſpectetur natura hominis in genere, & in quantum eſt animal: cùm enim naturale in tantum aliquid dicatur, in quantum eſt à natura, vel ſecundùm naturam, vt patet ex Ariſtotele 2. *Phyſic. text.5.* non poteſt ira eſſe magis ſecundùm naturam genericam hominis, & in quantum homo eſt animal, quàm concupiſcentia, aut cupiditas, cùm ex natura generica maior ſit inclinatio ad conſeruationẽ indiuidui & ſpeciei, quæ fit per delectationes guſtus, & tactus, ad quas eſt cupiditas, quàm ad ſumendam vindictam, ad quam eſt ira. Eſt verò magis ſecundùm naturam ſpecificam hominis, & in quantum homo eſt rationalis, quia ſequitur magis rationem, quàm cupiditas, vt iam diximus, cùm verſetur circa vindictam, prout apprehenditur iuſta, & commenſurata iniuriæ; & præterea eſt magis ſecundùm naturam huius hominis in indiuiduo, quia temperamentum ad vindictam magis de facili ſequitur ira, quàm ſequatur cupiditas temperamentum ad cupiditatem: ſiquidẽ illud eſt ex humore cholerico, qui eſt maximè igneus, & ideò maximè facilis, & promptus ad motum. Ex hoc autem toto non ſequitur, quòd hæc ipſa ira, ſi ex tali natura ſecundùm ſpeciẽ, vel ſecundùm indiuiduum ſequatur inordinatè, & ſecundùm vitium, ex hac ipſa maiori facilitate, & promptitudine, cum qua ſequitur, non contrahat peculiarem aliquam excellentiam turpitudinis, & ex hoc ipſo ſit turpior, quòd ſequendo rationem, tam facilè, & tam indecenter ab illa deuiet, quod ſolùm contendit S.Thom. *art.4. cit.*

Atque ex his, quæ diximus de bonitate, & malitia iræ, poſſunt facilè ſolui, quæ affert Seneca *lib.1. de ira, à cap.5.* vt probet vniuerſaliter & abſolutè, quòd ira naturæ hominis eſt ſemper contraria, & ſemper mala, & neque etiam ex parte eſt retinenda viro probo, & ſtudioſo: ſolùm enim poſſunt habere locum de ira ſecundùm vitium; non autem de ira, quæ appellatur per zelum: nam, quanuis appetitus vindictæ, & vltionis ex ſe ipſo ſit malus, ſi vltio, & vindicta ſumatur propriè, prout contradiſtinguitur à punitione, & pœna *ex 1. Rhetor. cap.*10. id eſt, prout vltio eſt gratia tantùm illius, qui agit, & vlciſcitur, vt, ſcilicet, eius appetitus expleatur, eáque expletione ipſe gaudeat: punitio verò, & pœna eſt gratia illius, qui patitur, vt, ſcilicet, corrigatur, & melior efficiatur, vel certè gratiam aliorum, qui ex illo exemplum ſumunt; ſi tamen vltio ſumatur largè, prout ſolùm dicit repulſam iniuriæ, & punitionem illius, qui intulit, ſæpè poteſt accidere, vt eius appetitus ſit bonus, & laudabilis.

11.
Vltio propriè dicta, & punitio, ſiue pœna, quo differant.

Et ſimiliter, quanuis ira ratione paſſionis corporeæ, cum qua eſt, id eſt, ratione efferueſcentiæ ſanguinis ſæpè perturbet organa ſenſuum, & imaginationis, & ſic impediat vſum rationis, ad eum ferè modũ, quo eum impedit ebrietas, mania, & furor; & ideò ex ſua natura non videatur poſſe regulari à ratione, cuius vſum, vel omninò, vel ex parte tollit; ſi tamen huiuſmodi paſſio nõ ſit nimia, id non habet, ſicut neque potus vini perturbat ſenſus, ſi ſit moderatus, & tunc rectè poteſt regulari ratione, ſi eadem ratio ab ipſo initio illi reſiſtat, neque eam ſinat quomodocunque excreſcere. Et è contrà ſæpè accidit, vt illa ipſa paſſio corporalis multùm iuuet ad actus externos virtutum, vt, v.g. ad actum fortitudinis, quando eſt ſubeundum periculum mortis: niſi enim ira calefaciat ſanguinẽ, & diffundẽdo per corpus ſpiritus calidiores, vires ipſas corporis augeat, & imaginationem, vel apprehẽſionem imminentis periculi aliquo modo impediat, vel diminuat; ſæpè fiet, vt imaginatione præſentis periculi, & præ triſtitia & dolore ſenſus deficiat, & vires corporis non ſufficiant; quod tamen vtrunque tollit per paſſionem iræ, dum hæc abſorbet triſtitiam ſenſus, & vires corporis auget. Et quanuis fortaſſe, dum hæc perſtat, vires animæ ad deliberandum, & conſultandum diminuat; id tamen parum refert, cùm tunc tẽporis non ſit opus deliberatione & conſultatione, ſed ſola executione illius, quod ſupponitur ante irã fuiſſe deliberatum, & conſultatum, vt *ſuprà* diximus *num.*4. ex S.Thom. 2.2. *q.*158. *art.*1. *ad* 2. Et in hac re ſagacitatem naturæ iure poſſumus admirari: quia enim tempore belli, v.g. corporis vires adiumento egent, ad exequendum id, quod ratio priùs præſcripſit; non autem imaginatio, & phantaſia ad præſcribendum aliquid de nouo; ideò paſſionem iræ in ſubſidium dedit, qua iuuantur vires corporis, & impeditur imaginatio, aut phantaſia ad repræſentandum aliquid de nouo, & ea mediante impeditur etiam ratio, ne de nouo conſultet, aut deliberet.

IX.
Paſſio iræ multùm iuuat ad actus externos virtutum.

Neque poteſt ad hos effectus eſſe ſufficiens ſola virtus fortitudinis, ſine adiumento iræ, ita vt ipſa per ſe præſcribat, & imperet, quibus viribus, v.g. ſit pugnandum: ſicut ars venatoria ſine adiumento iræ præſcribit, quo impetu feræ ſint inſequẽdæ: ſi enim ſenſus tempore belli, v.g. abſorbeantur ex apprehenſione periculi, etiam vires frigebunt in corpore; neque vlla re aptiùs, quàm iræ feruore poſſunt incaleſcere, & ideò etiam fortitudo illa indiget tanquàm inſtrumento & adiuncto, neque poteſt ſine illa eſſe ſatis per ſe.

13.
Virtus fortitudinis indiget ira, tanquàm inſtrumento.

Pertinet verò huiuſmodi ira, quando eſt bona, & per zelum, non autem ſecundùm vitium, & inordinata, ad virtutem manſuetudinis, vt patet ex Ariſtotele 2. *Ethic. cap.7. & lib.4. cap.5. & lib.1. magn. Moral. c.*21. *& lib.3. Moral. Eudem. c.5. & in libello de virtutib.* & ex S.Thom. 2.2. *quæſt.*157. *art.*1. nam, licèt mediocritas circa iram non habeat proprium vocabulum, ſicut neque habent, propriè loquendo, vitia ipſa per exceſſum, vel per defectum, quæ illi mediocritati

14.
Moderatio iræ pertinet ad virtutem manſuetudinis.

Google

mediocritati opponuntur, cùm vocabulum iræ paſſionem, vel affectum ſignificet, non autem vitium, aut peccatum; & vocabulum iracundiæ, quo communiter appellatur tale vitium per exceſſum, vt
15. *Defectus iræ poteſt appellare ſeruilitas, aut inſenſibilitas.*
habetur *lib.2. Ethic. c.7.* ſit certa quædam ſpecies talis vitij, vt habetur *lib.4.c.5.* & *ſuprà* diximus *diſp.praecd.n.17.* & vitium aliud per defectum omninò careat nomine, niſi appelletur iræ vacuitas, vt habetur *lib.2.cit.* vel ſeruilitas, & inſenſibilitas, cùm ſeruiles, & inſenſati illi dicantur, qui non mouentur ad iram, quibus oportet; ſed laceſſiti faciles, atque humiles ſe ſe præbent ad contemptum, vt habetur *lib.4. Ethic.c.5.cit.& lib.3. Moral. Eudem.c.5. cit.* commodè tamen talis mediocritas poteſt reduci ad manſuetudinem, cùm manſuetus *ex locis cit.* ille ſit, qui perturbatione vacat, & ab affectu minimè ducitur; ſed, quemadmodum ratio ipſa ſtatuerit, ita & ob id. & tandiu ſuccenſet, etiamſi hac in re peccare potiùs videatur quoad defectum, & promptior ſit ad veniam dandam, quàm ad vltionem: & vt habetur *in libello de virtutibus, cit.* manſuetudinis proprium ſit poſſe ferre moderatè obiecta crimina, & contemptus; nec celeriter ferri, ac rapi in vltiones, nec eſſe de facili mobilem ad iram; ſed eſſe moribus comem, & mitem, & ingenio quieto, & ſtabili.

16. *Manſuetudo, & clementia quo differãt.*
Et à manſuetudine ſic explicata hoc differt clementia, quòd illa ſit mediocritas iræ inter quoſcunque, & potiſſimùm inter æquales, & conuiuentes: hæc verò ſit potiſſimùm ſuperioris ad inferiorem, vt notat Seneca *lib.1. de clementia, ad Neronem, c.3. & 5.* & ex illo Burid.4. *Ethic.q.14.art.3.* & S. Thom. *2.2.q.157. præſertim art.1.*

DISPVT. XXII.

Quomodo ira ſit vitium capitale.

1. *Ira eſt vitium capitale.*
2. *Quæ vitia oriantur ex ira, tanquàm filiæ.*
3. *Non omnia vitia, quæ oriuntur quomodocunque ex ira, ſunt filiæ illius.*
4. *Odium non eſt vitium capitale, ſicut ira.*

1. *Ira eſt vitium capitale.*
IRAM eſſe vnum ex vitiis capitalibus, patet ex S. Greg. *lib.31. Mor.c.31. ſæpiùs cit.* & ex S. Thom. *2.2.q.158.art.6.* eſt enim multorum aliorum vitiorum principium, & caput; tum ratione ſui finis, & obiecti, quod eſt vindicta, & multùm habet de ratione appetibilitatis, & ideò efficit, vt plura alia propter illam inordinatè appetantur, & eligantur; tum verò etiam ratione impetus, cum quo inſurgit, & quo mentem præcipitat ad multa inordinata, vt videre eſt apud S. Thom. *loc.cit.*

2. *Quæ vitia oriantur ex ira tanquàm filiæ.*
Et quoniam in triplici ſtatu poteſt ira conſiderari, vt ſubdit S. Thom. *eadem quæſt.158.art.7.* id eſt, prout ſolùm continetur in corde; & prout vlteriùs ſe prodit per verba, & eſt in ore; & denique, prout exteriùs procedit ad facta, & eſt in opere; vitia, quæ ex illa prodeunt, ſecundùm hos omnes ſtatus numerantur à S. Greg. omninò ſex, id eſt, rixa, tumor mentis, contumelia, clamor, indignatio, & blaſphemia: ſi enim ira conſideretur in primo ſtatu, & prout eſt in corde, oritur ex parte eius, in quem iraſcitur, indignatio, ſecũdùm quam illum reputat planè indignum ſuo aſpectu, & colloquio, & in quem conferat aliquid boni: & prætereà ex parte eius, qui iraſcitur, oritur tumor mentis, id eſt, conatus quidam iorcrior, & quædam audacia ad intentandam vindictam, & vt loquitur Caiet. *ad art.7.cit.dub.2.* repletio quædam, vel quaſi tumefactio, aut tumor animi per cogitationes vindictæ, iuxta illud B. Iob cap.15. *Nunquid ſapiens replebit ardore ſtomachum ſuum?* vel, vt alij explicant apud Leſſ. *lib.4.c.4.n.32.* tumor mentis eſt extollentia, qua is, qui iraſcitur, effert ſe ſupra alium, cui iraſcitur, & magnum ſe facit, vt illum deprimat; ſicut & bruta, dum iraſcuntur, corporaliter ſe ſe extollunt, & intumeſcunt.

Si verò conſideretur in ſecundo ſtatu, & quatenus prætereà eſt in ore, oritur clamor, ratione inordinatæ, & confuſæ locutionis, qua is, qui iraſcitur, ſæpè nihil ſignificat, ſed ſolùm oſtendit ſe eſſe iratum, vt *ſuprà* diximus ex illo Chriſti Domini Matth.5. *Qui dixerit fratri ſuo, racha.* quæ, ſcilicet, ſolùm eſt interiectio iraſcentis, & nihil determinatè ſignificat, vt notat S. Thom. *q.158.cit.art.5. ad 3.* & prætereà oriuntur contumeliæ, & blaſphemiæ, ſi, ſcilicet, prorumpat in verba iniurioſa contra proximum, vel contra Deum. Si denique conſideretur in tertio ſtatu, & quatenus ira procedit ad factum, oritur rixa, intelligendo hoc nomine omne nocumentum, quod facto ipſo infertur, vt benè explicat S. Thom. *art.7.cit.*

Atque ad hæc reducuntur etiam alia quatuor, quæ à quibuſdam apud Nau. *c.23.n.115.* adduntur; id eſt, maledictio, ſeditio, bellum, & vindicta: ſiquidem maledictio reducitur ad contumeliam, vel blaſphemiam: ſeditio, & bellum reducuntur ad rixam; ſicut & vindicta, ſi accipiatur pro nocumento factis exhibito, vt notat Nau. *ibidem*, & Tol. *lib.8.c.54.* Dicuntur verò hæc omnia oriri ex ira, tanquàm ex vitio capitali: quia oriuntur ex illo tanquàm ex capite, id eſt, maximè in genere cauſæ finalis, quod præcipuè requiritur ad vitium capitale, vt patet ex dictis *ſuprà diſp.3.n.2.* verè enim is, qui iraſcitur, ex amore ipſo vindictæ, eiúſque gratia concipit indignationem, & mentis tumorem contra eum, cui iraſcitur, & prorumpit contra eum in contumelias, & in blaſphemias contra Deum, & in clamores inordinatos, & incompoſitos, vt magnificet iniuriam, quam putat ſe accepiſſe, &, ſi poteſt, etiam procedit ad rixam, vt appetitum vindictæ facto expleat, vt notat Caiet. *2.2.q.158.art.7.cit.§. Ad ſextum dubium.* Et quanuis ira turbando rationem, eiúſque iudicium impediendo, plurium aliorum 3. *Non omnia vitia, quæ oriuntur quomodocunque ex ira, ſunt filiæ illius.*
vitiorum & peccatorum poſſit eſſe principium, &, vt habet Gloſſ. in illud Prou. 26. *Vir iracundus prouocat rixas.* omnium vitiorum ianua ſit, eáque aperta ad omne facinus armetur animus: quia tamen huiuſmodi principiatio non eſt in genere cauſæ finalis, imò eſt ſolùm per accidens, & tanquàm principiatio remouentis prohibens, id eſt, impedientis, & remouentis iudicium rationis, per quod homo communiter retrahitur & prohibetur à malis; ideò non dicitur capitale reſpectu illorum; neque illa dicuntur ipſius filiæ, vt notat S. Thom. *2.2.q.158.art.6.ad 3.*

Et eadem ratione, quanuis odium, quo quis appetit alteri malum, prout malum illius eſt, poſſit eſ- 4. *Odium non eſt vitium capitale, ſicut ira.*
ſe principium plurium aliorum vitiorum; quia tamen ſimiliter non eſt principium in genere cauſæ finalis, cùm malum, vt malum, non poſſit habere rationem finis, vel ſaltem minùs poteſt illam habere, quàm habeat vindicta, quæ per iram appetitur ſub ratione boni; ideò odium, vel nullo modo eſt dicendum eſſe vitium capitale, vel ſaltem minùs rationabiliter, quàm ira, poteſt inter illa connumerari, vt habet idem S. Thom. *art. 6. cit. ad 2.*

DISPVT.

DISPVT. XXIII.

De indignatione, & mentis tumore, quæ numerantur primo loco inter filias iræ.

1. *Indignatio quid propriè ſit.*
2. *Poteſt eſſe peccatum mortale.*
3. *Coniuges, aut alij quicunque, non poſſunt ſine graui peccato continuare indignationem.*
4. *Signum odij eſt, non dignari aliquem ſuo aſpectu, aut colloquio.*
5. *Depoſitio indignationis vtrùm debeat ſignificari exteriùs.*
6. *Inimico petenti veniam ſunt exhibenda ſigna exteriora dignationis, & dilectionis.*
7. *Non tamen eſt neceſſariò condonanda ſatisfactio pro iniuria.*
8. *Satisfactio pro iniuria eſt admittenda, qualis poteſt exhiberi ab iniuriante.*
9. *Iudex licitè poteſt remittere pœnam reo, etiam non habita pace à parte offenſa, dummodo ſeruet exilium per aliquod tempus.*
10. *Publicæ literæ pacis vtrùm poſſint negari perſonæ offendenti.*
11. *Literæ pacis in aliquibus caſibus non poſſunt negari ſine peccato.*
12. *Tumor mentis, qui eſt iræ filia, in quo conſiſtat.*
13. *Tumor mentis diuerſo modo pertinet ad iram, quàm pertineat ad ſuperbiam.*
14. *Non eſt neceſſarium, vt filia iræ ſit in eodem ſubiecto proximo, in quo eſt ira.*
15. *Tumor mentis, quomodo ſit peccatum mortale.*

1. *Indignatio quid propriè ſit.*

INDIGNATIO ex S.Thom. 2.2.*quæſt.*158.*art.*6. & Caiet. *ibidem*,§. *Ad primum dubium.* in hoc conſiſtit, vt is, qui iraſcitur, indignum reputet iniuriantem, cui iraſcitur, vt illum dignetur ſuo aſpectu, aut colloquio, vel vt aliquid boni in illum conferat, eò quòd iniuriam fecit, & prouocauit ad iram, ſuámque dignationem demeruit: & quanuis reuerà non ſemper res ita ſit, vt qui apprehenditur intuliſſe iniuriam, & contra quem eſt indignatio, demeruerit dignationem iraſcentis, & indignantis, cùm facilè poſſit accidere, vt contraria ratione ipſemet, qui iraſcitur, demeruerit dignationem alterius, cui iraſcitur; ſatis tamen eſt, ſi practicè ipſe indignans ita exiſtimet, & in hoc ipſo ſit practicè ignorans, vt putet, ſe immeritò, & contra ius affectum fuiſſe iniuria, ſuámque iram eſſe iuſtam, vt patet ex dictis *ſuprà diſp.*21. & notat Caiet. *loco cit.* & *in Summa, verb. indignatio.*

2. *Poteſt eſſe peccatū mortale.*

Et quidem, ſi motus iræ, ex quo prouenit indignatio, ſit inordinatus, & malus, nemini poteſt eſſe dubium, quòd etiam mala, & inordinata ſit ipſa indignatio: ſed communiter non eſt mala mortaliter, niſi pertingat ad ſubtrahendum aliquid proximo, quod ſit illi debitum ex charitate, vel ex iuſtitia, & non ſit leue, vt notat Toler. *lib.*8. *cap.*58. *cit.* Reginal. *in praxi, lib.*21. *cap.*9. *num.*125. Caiet. Sylu. & Summiſtæ communiter *verb. indignatio*: vt, v. g. ſi indignatio tranſeat in odium; ſi indignans omittat illum iuuare, vel paratus ſit non iuuare in graui neceſſitate, vel in iis, in quibus eſt obligatio eum iuuandi; ſi grauiter eum contemnat, & notabiliter depriuat quoad ſuam æſtimationem; ſi ex tali ſubtractione colloquij, & aſpectus, vel familiaritatis ſequatur graue ſcandalum aliorum; & denique ſi oppoſita dignatio quoad aſpectum, & colloquium, in certis circunſtantiis ſit illi debita ex charitate, iuxta ea, quæ traduntur de charitate, & dilectione cuiuſque, & præcipuè inimicorum.

Atque ex his videtur colligi, quòd difficilè poſſunt excuſari à graui peccato, v.g. coniuges, ſi alter alteri ex indignatione neget loquelam, aut aſpectum, & veniam, etiam petenti, pro illata moleſtia, aut iniuria, & non reconcilietur; niſi fortè id fiat ſolùm ad tempus in pœnam iuſtam admiſſæ culpæ: ſi enim ex præcepto charitatis ea omnia ſigna dilectionis ſunt exhibenda inimicis, quorum negatio, ſiue ex ſe, ſiue ex circunſtantiis, & ex hominum exiſtimatione eſt effectus, & ſignum odij, aut vindictæ, vt notat S.Thom. *in* 3 *d.*30. *quæſt.*1. *art.*2. *præſertim in reſponſione ad* 5. Palud. *ibid. quæſt.*1. Mag. *quæſt.*3. & alij, quia, ſcilicet, negatio horum ſignorum, cùm ſit communiter ſignum odij, eſt ſignum actus interni per ſe mali, & ab illo communiter ſolet oriri, tanquàm effectus, & actus externos, & ideò non poteſt non participare ab illo malitiam; multò magis eſt exhibenda dignatio aſpectus, & locutionis, cùm nullum ſit maius indicium, & ſignum odij, quàm auerſari aſpectum, & nunquam loqui, vt notat Ang. *verb. diligere, num.*2. & Sylu. *verb charitas, num.* 4. & Gloſ. *in cap. Cùm Hadrianus. d.*63. *verſ. Et ad ſalutandum.* vbi ait, eo ipſo, quòd quis non vult ſalutare alium, præſumi illius inimicum: quod ſaltem eſt verum in eo, qui erat ſolitus ſalutare, vt notat Ang. *loco cit.* Et ſi inimico petenti veniam, ex præcepto Domini, non eſt neganda, iuxta illud Lucæ 17. *Si peccauerit in te frater tuus, increpa illum: & ſi pœnitentiā egerit, dimitte illi: & ſi ſepties in die peccauerit in te, & ſepties in die conuerſus fuerit ad te, dicens: Pœnitet me. dimitte illi.* multò minùs eſt neganda coniugi, & omninò eſt remouenda indignatio.

3. *Coniuges, aut alij quicunque, non poſſunt ſine graui peccato cõtinuare indignationem.*

4. *Signum odij eſt, nō dignari aliquē ſuo aſpectu, aut colloquio.*

Quòd ſi vlteriùs quæras, quouſque ira, & indignatio ſit deponenda pro accepta iniuria; & vtrùm ſufficiat eam deponere ſolùm interiùs, an verò prætereà huiuſmodi depoſitio ſit manifeſtanda exteriùs per actus poſitiuos externos dignationis oppoſitæ, vt, v.g. eum ſalutando, vel reſalutãdo, vel etiam condonando omnem ſatisfactionem, eiúſque condonationis publicas literas dando, quæ dicuntur literæ pacis: Reſpondeo, id multa inuoluere, quæ propriè pertinent ad materiam de charitate, & de dilectione inimicorum; breuiter tamen, quatenus poſſunt etiam facere ad materiam de peccato iræ, & indignationis, hæc poſſunt indicari.

5. *Depoſitio indignationis vtrùm debeat ſignificari exteriùs.*

Primò, certum eſt, internam depoſitionem indignationis, & iræ, eſſe faciendam ex animo, & ex corde pro quacunque iniuria: ſi enim oppoſita retentio in animo, & in corde eſt peccatum mortale, iuxta caſus iam poſitos; nemini poteſt eſſe dubium, quin ſit neceſſaria interna depoſitio ex animo, & ex corde. Et hanc benè probat parabola illa *Matth.* 18. de Rege, qui voluit rationem ponere cum ſeruis ſuis, &c. & parabolæ concluſio illata à Chriſto: *Sic & Pater meus cæleſtis faciet vobis, ſi non remiſeritis vnuſquiſque fratri ſuo de cordibus veſtris.*

Secundò, certum videtur, quòd, per ſe loquendo, non eſt neceſſarium, vt huiuſmodi depoſitio manifeſtetur exteriùs per actus poſitiuos externæ dignationis. Ita omnes communiter apud Suar. *tract. de charitate, diſp.*5. *ſect.*5. *n.*9. neque enim vlla eſt obligatio poſitiua dignandi aliquem ſuo colloquio, eíque exhibendi ſigna beneuolentiæ; ſed ſolùm eſt obligatio negatiua non dedignandi, & non exhibendi ſigna odij, ſiue intulerit mihi iniuriam, ſiue non intulerit. Vnde & S.Thom. 2.2. *quæſt.*25. *art.*8. diſertè negat, vllam eſſe obligationem, vt erga inimicum, per ſe loquendo, habeatur ſpecialis motus, vel actus dilectionis; ſicut neque eſt obligatio, vt talis actus, vel motus ſpecialiter habeatur ad

quoſcunque

quoſcũque homines particulares;ſed ſolùm aſſerit eſſe obligationem,vt non excludatut à generali dilectione omnium hominum : & *art.9.* idem docet de exhibendis, aut non exhibendis exterioribus ſignis dilectionis ſpecialis,aut generalis: quæ doctrina etiam valet in caſu noſtro de exhibendis, aut non exhibendis exterioribus ſignis dignationis internæ. Dixi autem, *per ſe loquendo:* quia ex accidente,ſi occurrat, v.g. neceſſitas poſitiuè eum dignandi, & iuuandi, vel propter indigentiam, in quam deuenit;vel propter circunſtantias,in quibus non poſitiuè eom dignari, moralitet cenſetur effectus,& ſignum iræ, & odij;benè poteſt eſſe obligatio manifeſtandi exteriùs depoſitionem indignationis,& exhibendi externam dignationẽ, vt patet ſimiliter ex doctrina S.Thom.iã relata de dilectione,& ſignis dilectionis ad inimicum:ſicut enim tenetur vnoſquiſque in præparatione animi eſſe paratus ad ſpecialẽ dilectionẽ inimici, & ad eã ſignificandam exteriùs,ſi occurrat neceſſitas, vt ibi ſubdit S.Thomas; ita & tenetur in præparatione animi eſſe paratus ad ſpecialem dignationem, & ad eam ſignificandam exteriùs, ſi ſimiliter occurrat neceſſitas.

Et talis neceſſitas non ſolùm eſt accipieoda ex parte perſonæ,cui indignamor: vt, v.g.ſi deueniat ad grauem, aut extremam indigentiam noſtræ dignationis; ſed etiam ex parte circunſtantiarum, quæ moraliter inducunt neceſſitatem, etiam ex parte indignantis: hac enim ratione S. Thom. 2. 2.*quæſt.*83.*art.*8. Caiet. *ibid.*& S.Bonao. *in 3.d.*30. *dub.*2. *litera H*, S.Anton.2.*part.tit.*8.*c.*3.§.6. Sylu. *verb.charitas,num.*4. Nau.*in Man.c.*14.*num.*8.Suar. *tract. de charitate, diſp.*5. *ſect.* 5.*art.* 9. & omnes

6. *Inimico petenti veniam, ſunt exhibenda ſigna exteriora dignationis, & dilectionis.*

communiter docent,quòd inimico petenti veniam non modù eſt remirtenda interior indignatio; ſed etiam ſunt exhibenda ſpecialia ſigna dilectionis,& dignationis: quia,ſcilicer, ipſa petitio veniæ inducit moralem neceſſitatem huiuſmodi ſignotum ex parte indignantis: ſiquidem,vt loquitur Caiet.*loco cit.* cùm communiter offenſi homines malam habeant voluntatem contra offendentes, ſi præterea contingat,quòd offendenti,petenti veniam, offenſus non annuat,probabilis,& violenta ſuſpicio, & opinio fiet,quòd contra illum retineat indignationem, & malam voluntatem, & offendenti iterum dabitur occaſio recidiuæ inimicitiæ, & aliis dabitur ſcandalum, atque ita petitio veniæ moralem neceſſitatem ioducit ex parte offenſi, & indignari, vt etiam exteriùs ſigna exhibeat depoſitæ indignationis. Et idem eſt,ſi idem offendens ſalutet offenſum, vel illi per viam obuiet, vel ſimul reperiatur cum aliis ab illo ſalutatis:in his enim & ſimilibus caſibus non poteſt offenſus non reſalutare offendentem, vel ab illo per aliam viam diuertere, vel aliis ſalutatis illum excludere, & non ſalutare:quia moraliter hæc omnia acciperentur vt effectus, & ſignom odij, vel indignationis,& darent alteri occaſionem perſeuerandi in inimicitia,& aliis omnibus materiam ſcandali; atque ita ex parte offenſi moralem faciunt neceſſitatem exhibendo exteriùs huiuſmodi ſigna.

7. *Non tamen eſt neceſſariò condonanda ſatisfactio pro iniuria.*

Rectè tamen addit Sylu.*verb.charitas,num.4.cit.* Suar.*de charitate, diſp.5.ſect.5.num.*10. Valen. 2.2. *diſp.3.quæſt.3.puncto* 2.§.*Secundò, ſequitur.* Reginal. *in prax.lib.*17.*c.*12. *num.*25. Bunacina *in præcepta Decalogi,diſp.3.q.4.puncto 3.num.5.* §.*Ex quo ſequitur.*& alij communiter,quòd inter hæc ſigna exteriùs exhibenda, non eſt neceſſariò ponenda condonatio ſatisſactionis:quia,vt habet Gloſſ.*in c.Si quis contriſtatus.verſic. ſatisfaciente,d.*90. nemo eſt cogendus remittere ſatisſactionem,& actionem iniuriarum:vnde & cap.*Si illic.*13. *qu.*4. præcipitur, vt ordine iudiciatio puniatur offenſa, de qua ibi eſt ſermo,ſi offenſo non fuit exhibita ſatisfactio,iſque nolit eam remittere: & cap. *Et qui emendat.d.*45. non is ſolùm dicitur benè facere, qui condonat ſatisfactionem; ſed etiam ille,qui requirit,& accipit, & punit delictum aliqua pœna emendatoria:& cap. *De occidendis.*23. *quæſt.*5. etiam illis præſtari dicitur beneficium,qui terrore aliquo repelluntur, ne malè faciant. Et ratio eſt:quia actio iniuriarum tam eſt iuſta, quàm repetitio ablatæ pecuniæ, vt notat Turrecrem.*in c.Si quis contriſtatus.d.*90. *cit.* & æſtimatio iniuriæ poteſt licitè peti etiam vltra intereſſe ipſarum rerum, vt notat Sylu. *verb. charitas,n.* 4.*cit.in fin.* Vnde etiam S.Thom.2.2.*quæſt.*67.*art.*4. ex eo negat,poſſe Iudicem, etiam ſupremum,relaxare pœnam alicui reo, ſi ille, qui paſſus eſt iniuriam, nolit eam remittere: quia actio iniuriarum vnicuique competit, neque poteſt à Iudice, etiam ſupremo, impediri, cùm hic potiùs teneatur, ius ſuum vnicuique dicere;quod tamen non eſſet,ſi is, qui eſt paſſus iniuriam, teneretur ex ſe condonare ſatisfactionem, neque haberet ius eam proſequendi in iudicio.

Sed vlteriùs circa hoc ipſum illud ſubdunt Syl- 8. *Satisfactio pro iniuria eſt admittenda,qualis poteſt exhiberi ab iniuriãte.*
ueſt.& Suar. *locis cit.* in hac ipſa ſatisfactione proſequenda,ac repetenda ab inferente iniuriam, non modò non eſſe miſcendum aliquod odium, vel affectum,& appetitum vindictæ;ſed neque etiam talem inferentem iniuriam eſſe nimiùm vrgendum, aut premendum, vt ſatisfaciat, etiam pro minima iniuria,aut damno, & vltrà quàm poſſit, & poſtquàm verè conatus eſt ſatisfacere pro ſuo poſſe, omninò eſſet contra charitatẽ,eum ampliùs vrgere, & premere; & vt dicitur Matth.18. eum tenere,& ſuffocare, donec redderet vniuerſum debitum: & hoc modo in ſacris Canonib. *cap. Si quis contriſtatus.d.*90.præcipitur,vt qui ab alio eſt contriſtatus, vel affectus iniuria,& ſatisfaciente eo, qui contriſtauit,non vult illi reconciliari, & ſatisſactiunẽ recipere,acerrimis mediis,id eſt, pœnis excommunicationis,vt exponit ibi Gloſſ.tandiu maceretur,donec gratanti animo ſatisſactionem recipiat: quia, ſcilicet,verè tenetur ſatisfactionẽ admittere, quam ille exhibet,neque poteſt illum obligare vltra ſuum poſſe.Et in hoc videtur ſundari communis vſus ſe- 9. *Iudex licitè poteſt remittere pœnam reo,etiam non habita pace à parte offenſa,dummodo ſeruet exilium per aliquod tempus.*
tè omnium Principum, vt ſæpè reis condonent delictum, & pœnam relaxent pace petita à partibus, & non obtenta:cum hoc ſolùm, vt ſeruent exilium à loco delicti per aliquod tempus:Iſque vſus videtur approbari etiam in Bullis Pontificiis, ſiquidem Pius II. Extrau. *Ad retinendas.* & Pius V. Extrau. *Licèt alias.*etiam homicidis,& bannitis concedunt, *Vt poſſint remiſſionem obtinere, dummodo exulent per* 40.*milliaria a loco,in quo morantur hæredes occiſi; ſi tamen ab illis pacem non habuerint.*Quia enim reus per ſuum delictum fecit iniuriam Reipublicæ, & perſonæ particulari,quam læſit, poteſt Iudex gratis relaxare pœnam, quã meruit pro iniuria in Remp. & ſatisfactionem, quam debet perſonæ offenſæ,rationabiliter poteſt taxare, indicendo exilium: & poſt huiuſmodi decretum. perſona offenſa omninò poteſt, ac debet eſſe contenta tali ſatisſactione. Et contrà,ſi Iudex pro bono communi, & in aliorum exemplum velit punire delictum, licitè poteſt id facere, etſi perſona particularis,quæ fuit offenſa, gratis remittat ſuam totam ſatisfactionem:quamuis hæc, depoſito odio, & indignatione priuata, licitè poſſit ex zelo iuſtitiæ, & boni communis etiam agere pro punitione, vt ſubdit Suarez

tractatu

tract. de charitate, diſp. 5. ſect. 5. num. 10. cit.

10. *Publica litera pacis vtrùm poſſint negari perſonæ offendenti.*

Atque ex his videtur poſſe ſolui etiam alia quæſtio, quæ in hac materia eſt ſatis frequens, vtrùm offenſus teneatur io couſcientia perſonæ offendenti, petenti veniam, & pacem poſtulanti, date publicas literas huiuſmodi pacis: quanuis enim de hoc ex aotiquis Doctoribus nullus ttaćtarit, vt notat Paulus Comitolus *in reſp. moral. lib. 4. quæſt.* 32. *num.* 3. ex dictis tamen facilè poteſt colligi cum eod. Comitolo, quòd abſolutè, & vniuerſaliter uulla ſit talis obligatio: quod idem videntur aſſerere etiam omnes illi, qui abſolutè negant, eſſe obligationem condonandi ſatisfactionem pro iniuria, vt retulimus *num.* 7. Si enim is, qui ab aliquo fuit offenſus, ſolùm tenetur deponere iram, & indignationem ex animo, & huius depoſitionis dare ſigna, etiam exteriùs in caſu neceſſitatis; & ſpecialiter, quando offendens veniam petit, vt iam diximus *num.* 5. *&* 6. non autem tenetur remittere actionem iniuriatum, & ſatisfactionum, & poteſt licitè illam proſequi coram Iudice, & vlteriùs etiam agere ex zelo iuſtitiæ, & boni communis ad iuſtam punitionem, vt diximus *num.* 7. 8. *&* 9. certum eſt, quòd nulla poteſt eſſe obligatio ad dandas literas pacis, ſi hæ literæ debeaut contiuere uou ſolùm depoſitionem internæ itæ, & indignationis; ſed etiam condonationem iniuriæ, & remiſſionem actionis, quæ competit ex iniuria, ad effectum, vt qui petit, & obtinet huiuſmodi literas, omniuò abſoluatur à ſuo delicto; cùm præſertim communiter etiam interſit Reipublicæ, & boni communis, vt homines ſicarij, & facinoroſi, quales vt plurimũ ſunt, qui petuut has literas poſt patrata homicidia, ptohibeantur, ne viuant in ciuitate, & liberè conuiuant cum ciuibus: ſiquidem ex eorum præſentia, & conſuetudine facilè excitantut, & renouantur odia & inimicitiæ.

11. *Literæ pacis in aliquibus caſibus non poſſunt negari ſine peccato.*

Dixi autem, abſolutè, & vniuerſaliter nullam eſſe obligationem dandi bas literas: quia ex accidente, & in certis caſibus non videtut negandum, quòd poſſit eſſe obligatio, vt tandem concludit Comitolus *lib. 4. cit. quæſt.* 32. *num.* 17. vt, v.g. ſi is, qui fecit iniuriam, & literas petit, non ſit homo facinoroſus, & ſolitus aliàs delinquere; ſed potiùs è contrà ſit valdè vtilis ciuitati; ſi non fuerit primus author rixæ; ſi petierit veniam, & exhibuerit pro ſuo poſſe ſatisfactionem; ſi ex illius abſentia graue damnum immineat innocenti, v.g. vxori, filiabus, & filiis; ſi aliis detur ſcandalum; ſi ipſimet detur occaſio fouendi inimicitias, & machinandi maiores iniurias, vt, v.g. homicidia, &c. ſi enim petitio veniæ inducit moralem neceſſitatem, vt poſitiuè ſiot exhibenda petenti veniam ſigna externa dignationis, & dilectionis, & iu caſu talis petitionis, ipſa negatio huiuſmodi ſigoorum moraliter reputatur effectus, & ſignum oppoſitæ indignationis, & odij, vt diximus *num.* 6. ex S. Thom. 2. 2. *quæſt.* 83. *art.* 2. & omnibus communiter, & ideò talis negatio eſt per ſe mala, & contta charitatem, etſi ſatisfactio eſt recipienda, qualis poteſt exhiberi pro ſuo poſſe ab iniuriante, nec poteſt hic niſi contra chatitatem vrgeri ampliùs, vt diximus *num.* 8. omninò eſt exhibendum etiam hoc ſignum per literas, & etiam buius negatio moraliter erit effectus, & ſignum internæ indignationis, & odij, quando nullus ſit alius bonus finis, ex quo poſſit cauſari, & cohoneſtari, vt contingit in caſibus poſitis: neque enim videtur ſufficiens, ſi quis dicat, ſe id facere ex motiuo, & zelo iuſtitiæ, vt malefactores condigna recipiant. Nam contrà eſt: quia in circunſtantiis poſitis, quòd is, qui deliquit, ſit alioqui vit bonus, & vtilis Reipublicæ, & ſimplicitet neceſſarius ſuæ familiæ, & nulli alteri futurus ſit noxius, potiùs videtur eſſe babenda ratio chatitatis, quàm rigoroſæ iuſtitiæ; ſicut & in illo, qui debet centum ex iuſtitia commutatiua, & non habet vllo modo, vnde ſoluat, vt iam diximus *num.* 8. ex parabola Euangelij *Matth.* 18. Vnde non videtut negaudum, quòd ſaltem ratione ſcandali, poſſit teneri Epiſcopus pacem concedere, etiam per inſtrumentum, & ſcripta fide, ſi inimicus illam petat, vt pluribus probat Ludou. Catboo. *in tract. de repacific. cap.* 14. *& ſequent.* imò & poteſt, & debet ad id cogi, etiam in foro fori, authoritate Summi Pontificis, vt patet ex allegatis per Farinac. *in prax. crim. p. 2. quæſt.* 107. *num.* 45. *&* 8. & Ludou. Carbon. *tract. cit. cap.* 39.

Et ſolùm pro caſu ſcandali, aut ſimilibus debet intelligi id, quod habetur in Rituali Peruſino, edito 1. Ian. 1597. *tit. de Sacram. Euchar. in princ.* quòd pro ſumenda Euchatiſtia ſit obligatio ad dandam pacem; & ea, quæ pluribus affert Ludou. Beia *in ſuis caſibus conſcient. p. 1. caſu* 10. vel, vt eſt in alia editione *caſu* 1. *congreg.* 4. vt probet, vniuetſaliter, omni petenti literas pacis, & offerenti ſatisfactionem, quam poteſt, eſſe dandas buiuſmodi literas; neque poiſe negati ſine peccato mortali: quod idem videtur aſſerere etiam Azor. *p. 2. lib.* 12. *c.* 3. *quæſt.* 7. vbi ait, pacem cum inimieo eiſe componendam, ſi veniam petat: quanquam addat, non eiſe obligarione dandi veniam, ſi illam petat ſtatim, atque affecit iniutia; vel ſi maiora, & plura mala probabiliter timeantur eſſe otitura: nam quod affert Beia ex Chriſto Domiuo Lucæ 17. *Si ſepties in die peccauerit in te frater tuus, & ſepties in die conuerſus fuerit ad te dicens: Pœnitet me, dimitte illi.* ſolùm probat, quòd ita & indignatio ſit deponenda ex animo; & ad ſummum buius depoſitionis ſiot exbibenda etiam ſigna exteriùs; non autem probat, quòd ſiut exhibendę inter hæc ſigna publicæ literæ, quæ contineant remiſſionem ſatisfactionis, & actionis iniutiarum, quæ ioſtè & licitè poteſt tetineri, etiam dimiſſa iniuria quoad priuatam indignationem, & odium. Et idem eſt de illis aliis verbis Matth. 18. *Serue nequam, omne debitum dimiſi tibi, quoniam rogaſti me: nónne ergo oportuit & te miſereri conſerui tui, ſicut & ego tui miſertus ſum?* Quicquid euim ſit, vetùm per illud verbum, *oportuit*, importetur vera obligatio, & neceſſitas; an verò ſolùm conuenientia, & decentia: & per illud, *ſicut*, importetur veta, & omnimoda æqualitas; an verò ſolùm ptoportionalitas: ex toto hoc loco nihil determinatè probatur pro literis; ſed ad ſummum probatur neceſſitas miſerendi conſetuo; ſicut & Deus miſeretur nobis, id eſt, ſaltem cum teſetuatione ſatisfactionis, & ſine illius remiſſione, & condonatione io totum, ſiquidem etiam Deus ſibi illam reſetuat dimiſſa culpa, vel exhibendam io hac vita, vel in altera.

Similiter, quod affert ex S. Thom. Caiet. Syluestro, Nauar. & plutibus aliis, tam Theologis, quàm Summiſtis, & Canoniſtis, ſolùm probat vniuetſaliter, quòd iniurianti petenti veniam ſint exhibeuda etiam exteriùs aliqua ſigna reconciliationis; non autem quòd determinatè ſint dandæ literæ pacis, de quibus, vt *ſuprà* diximus ex Comitolo, nullus eſt ex antiquis Doctoribus, qui loquatur; & ſolùm de huiuſmodi ſignis reconciliarionis exteriùs exbibendis petenti veniam loquitur S. Thom. *in 3. d. 30. quæſt.* 1. *art.* 2. *in corp. & ad* 5. *&* 2. 2. *quæſt.* 83. *art.* 8. Caiet. *ibidem*. S. Bonau. *in 3. d. 30. cit. dub. 2. literali*. S. Anton. 2. *p. tit.* 8. *cap.* 3. §. 6. Syluest. *verb. charitas, num* 4. *cit.* Nauat. *in Man. cap.* 14. *num.* 8. Armill. *verb. charitas, num.* 1. & alij.

Neque obſtat, quod monet Barthol. Medina *in*

ſua Inſtitutione Confeſſariorum, quòd hæc doo ſint ferè incompatibilia, vt quis temittat ex animo acceptam iniutiam;& tameo velit eam puniri à Iodice per ioſtitiam vindicatiuam;& ideò Confeſſarij quoad hoc debeant eſſe benè oculati: neque enim ſunt incompatibilia hæc duo, ſi benè iotelligantor; vt quis ex animo temittat iniutiam quoad vindictam, priuata aothoritare de illa ſumendam, quod ſolùm eſt in præcepto;& ſimul non remittat quoad vindictam ſumendam à Iudice per authoritatem publicam, quod non eſt in præcepto;& Confeſſarij ſolùm in boc debent eſſe oculati, vt vindictæ etiam publicæ non ſe immiſceat affectus odij, aut indignationis priuatæ; & malum, quod infertur à Iudice, intendatur, & procuretur, quatenus eſt malom iniuriantis,& ex appetitu priuatæ vindictæ; ſed ſolùm ex zelo iuſtitiæ,& boni publici.

Similiter oeque obſtat, quòd negare huiuſmodi literas, ſemper habeat ſpeciem malam,& reputetur effectus viodictæ, & ex S.Paulo 1. *Theſſalonicenſ. c. vlt.* ſit abſtinenduin ab omni ſpecie mala: vt enim notat Sylo. *verb. charitas, num. 4. cit.* tunc ſolùm debet intelligi id eſſe de neceſſirate, non autem ſolùm de conuenientia,& perfectione, quando illud ita haber ſpeciem malam, vt oon poſſit habere ratiooam boni: vt, ſi aliquis actus, v.g. in ſe malus, haberet ſpeciem fornicarionis, qood tamen non eſt in caſu præſenti de negatione huiuſmodi literarum: poteſt enim reuerà prouenire, non ex affectu priuatæ vindictæ; ſed ex zelo iuſtitiæ,& ex actione iniuriarum:& benè poteſt de hoc conſtare, etiam exteriùs, & ſufficieoter tolli hæc ſpecies mala, ſi illi, cui negantur literæ pacis, ſimul exhibeantur alia ſigna cxterna dilectionis,& dignationis.

12. *Tumor mentis, qui eſt iræ filia, in quo conſiſtat.* Atque hæc de indignatiooe, quæ eſt prima iræ filia, quatenus eſt in primo ſtatu,& ſolùm cootioetur in animo,& in corde. De rumore autem mentis, quæ eſt altera filia, quatenos ſimiliter ira eſt in primo ſtatu; & non conſideratur, proot ſe prodit exteriùs; ſupponendum eſt id, quod diximus *diſp. præcedente, n. 2.* ex S.Thom. 2.2. *qu. 158. art. 7. in corp.* Caiet. *ibid.*& aliis, eum in hoc cooſiſtere, vt qoi iraſcitur, varias cogitationes, & vias vindictæ concipiat, iiſque animum repleat, & quaſi tumefaciat, & per illas in ſuo animo magnum ſe faciat ſupra alium, coi iraſcitur; ſicut & bruta corporaliter tument,& ſe extollunt, dum iram concipiunt, & ad vindictam proximè ſe accingunt, vt patet in fele,& cane, & in aliis, quæ pilos, aut iubam ſenſibiliter

13. *Tumor mentis diuerſo modo pertinet ad iram, quàm pertinat ad ſuperbiam.* arrigũt,& inflant tempore iræ. Et quanuis tumorem animi poſſint efficere etiam cogitationes ſuperbiæ, ſecundùm quas aliquis ſeſe extollit, & inflat ſupra alios, quibus inordinatè intendit excellere, hoc tamen loco, quando dicitur mentis tomor eſſe filia iræ, non accipitur, prout eſt ex cogitationibus excellentiæ,& ſuperbiæ; ſed prout eſt ex cogitationibus viodictæ, & iræ, & facit quendam conatom,& audaciam hominis intentantis vindictam, vt loquitur S.Thom. *qu. 158. art. 7. cit. ad 3.* Neque obſtat, quòd hæ cogitationes, & viæ ad ſumendam vindictã, io quibus dicitur tumor conſiſtere, pertioeãt potiùs ad conſilium, qui eſt actus rationis, quàm ad appetitum, ad quem videntur debere pertinere filiæ iræ; ſicut & pertinet ipſa ira. Nam contrà eſt:

14. *Non eſt neceſſarium, vt filia iræ ſit in eodem ſubiecto proximo, in quo eſt ira.* quia, vt notat Caiet. 2. 2. *qu. 158. art. 7. cit. §. Ad ſecundum dubium.* ad hoc, vt aliquod vitium, aut peccatũm oriatur ex alio, & ſe habeat reſpectu illius, tanquàm filia, non eſt neceſſarium, vt ſit in eadem potentia, tanquàm in ſubiecto proximo; ſed ſatis eſt, ſi oriatur ex illo, tanquàm ex fine, & ad illud ordinetur, vt ad finem: quo certè modo cogitationes, & conſilium de viis vindictæ, quæ efficiunt mentis tumorem, oriontur ex ira, & appetitu vindictæ,& ad illam ordinaptur, vt ad finem.

Et quòd huiuſmodi tumor ſit inordioatus, quan- 15. *Tumor mentis, quando ſit peccatum mortale.* do ipſa ira eſt mala,& tunc ſit mortalis, quando eadem ira,& vindicta, ex qua oritur, eſt mortalis, vel quando ex illo caoſatur aliquis alius malus effectus contra charitatem Dei, aut proximi, vel contra iuſtitiam, aut aliquam aliam ſimilem virtutem, expreſsè notat Ang. *verb. tumor.* Tol. *lib. 8. c. 58.* Reginal. *in praxi, lib. 21. c. 9. n. 126.* & alij:& patet ex dictis *ſuprà, n. 2. de indignatione.*

DISPVT. XXIV.

De clamore, & contumelia, quæ ſecundo loco numerantur inter filias iræ.

1. *Clamor ex ira quando poſſit eſſe mortalis.*
2. *Contumelia propriè quid ſit.*
3. *Eſt iræ filia.*
4. *Propriè fit verbis.*
5. *Poteſt tamen fieri factis.*
6. *Contumelia, conuicium, improperium, quo differant.*
7. *Conuicium quid propriè ſit, & quot modis contingat.*
8. *Improperium quid propriè ſit.*
9. *Contumelia poteſt fieri, etiam ſcriptis.*
10. *De ratione contumeliæ eſt, vt ſit dehonoratio manifeſta: id tamen non eſt illi eſſentiale.*
    Detractio poteſt fieri non ſolùm occultè, ſed etiam palàm.
11. *Vt actio, aut factum, per quod infertur contumelia, ſit ex ſe malum in alio genere, eſt duplex peccatum.*
12. *Contumelia formalis prolata animo dehonorandi, ex ſuo genere eſt peccatum mortale.*
13. *Contumelia ſolùm materialis poteſt non eſſe peccatum.*
14. *Contumelia, etiam formalis, poteſt aliquando eſſe peccatum veniale.*
15. *Contumelia grauiter dehonorans eſt peccatum mortale, etiamſi proferatur incautè.*
16. *Superiores non debent contumelias proferre in ſubditos.*
17. *Si contumelia grauis proferatur ex ira leni, eſt peccatum mortale.*
18. *Si dum corripitur vnum vitium, obiiciantur per contumeliam plura alia, poteſt eſſe peccatum mortale.*
19. *Qui alterum dehonorauit per contumelias, tenetur petere veniam, aut aliter reſtituere honorem.*
20. *Reſtitutio honoris poteſt remitti; ſed talis remiſſio non eſt præſumenda ex quocunque ſigno.*
21. *Superior poteſt condonare reſtitutionem honoris pro iniuria facta ſubdito.*
22. *Contumelia non ſemper eſt ſuſtinenda; ſed aliquando eſt repellenda.*
23. *Quomodo contumelia poſſit repelli.*
24. *Si contumelia magna ſit, licitum eſt aliquando occidere contumeliantem.*

SI motus iræ non contineatur ſolùm in corde, ſed exteriùs ſe prodat, etiam in ore, tres babet filias ex S. Greg. *lib. 31. Mor. c. 31.* & S.Thom. 2.2. *quæſt. 158. art. 7.* id eſt, clamorem, contumeliam, & blaſphemiam, prout, ſcilicet, is, qui

iraſcitur,

iraſcitur,iram exprimit, vel confuſis tantùm & inordinatis locutionibus, quæ per ſe neque Deo, neque proximo ſint iniurioſæ, vel etiam exprimit locutionibus Deo iniurioſis,quæ dicũtur blaſphemię; vel iniurioſis proximo, quæ dicuntur contumeliæ, vt patet ex dictis *ſuprà diſp.22.num.* 2. Hoc autem loco, miſſis blaſphemiis,quæ ſunt ex ſe ſatis notæ, & ſuo loco explicabuntur diſtinctiùs,vt aliquid dicamus de clamore,& contumeliis:

1. *Clamor ex ira quando poſſit eſſe mortalis.*

Primò certũ videtur,quòd clamor, id eſt,cõfuſa, & inordinata locutio & elatio vocis,quæ ſolet procedere ex iræ perturbatione,per ſe loquendo,ſolùm eſt venialis,vt notãt S. Anton *p.2.tit.7.c.3.§.3.* Ang. *verb.clamor.* Tol.*lib.8.cap.*58. Reginal.*lib.21.cap.9. num.*127. & alij; poteſt tamen etiam eſſe mortalis, ſi ira,ex qua procedit,ſit mortalis;vel ſi coniũgatur cum contumeliis, aut blaſphemiis; vel graue ſcandalum ex illa ſequatur; & perſona, quæ grauiter iraſcitur,& inordinatè clamat, ſit valdè grauis,ſuiſque clamoribus multùm offendat, vt ſubdit S.Anton.& alij iam citati.

Secundò,de contumelia legi poteſt S.Thom.2.2. *quæſt.*72.Alen.2.*p.quæſt.*128.Sot *lib.5.de iuſt.quæſt.* 9.Nau.*in Man cap.*8. *num.*10.*& ſeqq.* Petr.Nau.*lib.* 2.*de reſtit.cap.4.p.1.dub.5. num.*62. *& ſeqq.* Ludou. Mol.*tract.4. de iuſtit.diſp.*18. *& ſeqq.* S.Anton.*p.2. tit.7.cap.*6.Sylu. & Summiſtæ *verb.contumelia.*Sayr. *lib.*11.*clau.reg.cap.*8.Reginal.*lib.24.cap.5*.Azur.*p.3.*

2. *Contumelia propriè quid ſit.*

*lib.*13.*cap.5.* Tol. *lib.5.cap.9.* & alij: & ex his tunc propriè fit contumelia, quando quis id, quod eſt contra honorem alicuius, deducit in notitiam eius, & aliorum;dicendo,v.g.illi,quòd ſit fur,mendax,& ſimilia: & ſecundùm etymologiam nominis, *contumelioſus*,aliquis ex eo dicitur,quia eſt velox,& tumet verbis iniuriæ, vt notat S.Thom. *quæſt.72.cit. art.*1.ex S.Iſidor. *lib.*10. *etymol. cap.* 3. & rectè numeratur à S.Greg. vt iræ filia; quia, quamuis poſſit

3. *Eſt iræ filia.*

etiam prouenire ex aliis vitiis, vt, v.g. ex ſuperbia, iuxta illud Prou.11. *Vbi ſuperbia,ibi cõtumelia.*& ex ſtultitia,iuxta illud Prou.20. *Omnes ſtulti miſcentur contumeliis.*in quantum,ſcilicet, ſuperbi facilè alios deſpiciunt,& inhonorant per contumelias, quando iraſcuntur; & ſtulti facilè ſe immiſcent contumeliantibus,& etiam ipſi contumelias iactãt:frequentiùs tamen propter propinquitatem,quam habet ad finem iræ, qui eſt vindicta, ex ira oritur, cùm nulla vindicta ſit magis in promptu homini irato, quàm vt per contumeliam dehonoret illum, cui eſt iratus,vt notat S.Thom. *quæſt.72.cit.art.4.*& S. Anton.*p.2.tit.7.cap.6.initio,* & Mol. *tract.4.de iuſt. diſp.19.num.4.*Vnde & mulierum eſt magis propria, quàm virorum, qui poſſunt alia arma in promptu habere,vt ſubdit Mol.*ibidem.*

4. *Propriè fit verbis.*

Dicitur verò maximè propriè fieri verbis ex eod. S.Thom.*ibidem, art.*1. quia cùm importet dehonorationẽ alicuius,& ideò ea deducat in notitiam,quæ poſſint eum dehonorare; omninò debet conſiſtere in aliquibus ſignis, per quæ contumelioſus, & dehonorans manifeſtet ſuam notitiam de alterius indignitate & inhonorabilitate;quæ tamen ſigna cõmuniter inter homines nulla ſunt alia, niſi verba.

5. *Poteſt tamen fieri etiam factis.*

Non eſt tamen negandum, quòd abſolutè loquendo, poſſit etiam fieri factis, ſi etiam hæc adhibeantur ad dehonorationẽ,vt ſubdit S.Thom. *ibidem* ex Gloſſ.io illud S.Pauli ad Rom.1. *Contumelioſos, ſuperbos.* quo loco aſſerit, eos eſſe contumelioſos, qui dictis,vel factis contomelias,& turpia inferunt.

6. *Contumelia, conuiciũ,improperium, quo differant.*

Et quoad hoc, quòd propriè in verbis conſiſtat, maximè conuenit etiam cum conuicio, & improperio; ſed prætereà ab illis hoc differt ex S.Thom. 2.2.*quæſt.72.art.1.ad* 2. quòd contumelia propriè ſolùm eſt, quando ad aliquem dehonorandum deducuntur in notitiam mala culpæ:conuicium verò,

7. *Conuicium quod propriè ſit, & quomodu contingat.*

quando deducuntur mala quæcunque: vt, ſi alicui dicas per iniuriam, quòd ſit cæcus, ſtultus, illegitimus, fur, mendax, &c. & præſertim, quando plura ſimul ex huiuſmodi verbis iniurioſis in aliquem iaciuntur: ſiquidem conuicium ex ipſa notione nominis, vt habetur *l.Item apud Labeonem ff.de iniur.& famoſ.libell.*& notat Mol. *tract.4 de iuſt.diſp.* 21.*num.*1.Ang. *verb.contumelia*, vbi etiam addit *ex ead.l. Item.* conuicia poſſe fieri in abſentem, vt ſi quis abſente te ad domum tuam veniat,& multa iniurioſè proferat: nec tantùm fieri ab eo,qui loquitur;ſed etiam ab eo, qui alium concitat ad loquendum:& denique neceſſarium eſſe,vt huiuſmodi verba iniurioſa dicãtur publicè, & in cœtu multorum. Improperium denique hoc differt à conuicio, & contumelia, quòd tunc propriè ſit, quando aliquis iniurioſè alteri reducit ad memoriam, auxilium, quod ei contulit neceſſitatem patienti, iuxta illud

8. *Improperium quid propriè ſit.*

Eccleſ.20. *Exigua dabit, & multa improperabit.* & illud de Deo Iacobi 1. *Dat omnibus affluenter,& non improperat.*Et cum improperio idem eſt etiam probrum, aut opprobrium, vt notat Mol. *diſp.21.cit. num.*2. quamuis hæc tria, id eſt, contumelia,conuicium, & improperium,non rarò ſumantur pro eodem, vt notant S.Thom. *qu.72. art.1.ad 3.cit.*Sayr. *lib.11. clau. reg.c.* 8. *cit.n.3.* & omnes communiter.

9. *Contumelia poteſt fieri etiã ſcriptis.*

Et quod dicimus,contumeliã poſſe fieri non ſolùm verbis,ſed etiam factis,debet intelligi,ſiue hæc verba, aut facta dicantur, & fiant re ipſa in præſentia illius, contra quem fiunt, & qui intenditur per illa dehonorari;ſiue ſcribãtur illi per literas, aut libellos,quando eſt abſens, vt notat Caiet.2.2.*quæſt.72. art.1. initio.§. Ad hoc dicitur.* & ex communi ſententia ſubdit Sayr.*num.3.cit.*& ſatis colligitur ex S. Thom.*art.1.cit.ad* 2.vbi ait, per id omne poſſe fieri contumeliam,quod poteſt habere vim verborum in ſignificando dehonorationem alterius;quod certè maximè conuenit libellis, & literis, quando hæ ad illum ipſum mittuntur, vel etiam ad alios, eóſque deducunt in notitiam dehonorationis. Quod addo, quia ſi quis ſolùm interiùs, vel occultè proferret verba iniurioſa, & dehonoratiua contra aliquem, neque intenderet ea deuenire ad illius notitiam,imò id nollet,& ideò exteriùs illum reuereretur;propriè non peccaret peccato dehonorationis, & per conſequens neque peccato contumeliæ, de quo loquimur, cùm ad hoc requiratur intentio dehonorandi, & dehonorationis manifeſtatio, vt notat Caiet. *ibidem:* quando tamen non fit per actum occultum, aut ſolùm interiorem; ſed ſolùm per

10. *De ratione contumeliæ eſt, vt ſit dehonoratio manifeſta: id tamen ſecundùm aliquos non eſt illi eſſentiale.*

actum exteriorem, qui fiat in ſignum paruæ exiſtimationis,quæ de illo habetur;imò,ſi verba,aut facta aliqua dehonoratiua fierent ab aliquo, qui vellet latere,& eſſe occultus;nõ autem agnoſci,vt author dehonorationis; propriè non haberent rationem contumeliæ factæ ex ira, de qua loquimur, vt ſubdit Caiet. *ibid.§. In eodem.* cùm propriè contumelioſus velit eſſe manifeſtus iniuriator, & dehonorator; ſicut & qui iraſcitur, vult eſſe manifeſtus vindicator acceptæ iniuriæ, vt notat S.Thom.1.2. *quæſt.46.art.6.ad* 2.*&* 2.2.*quæſt.41.art.2.in fin.corp.* & *ſuprà* diximus *diſp.20. num.19.* tum propter rationes ibi allatas; tum verò ne alioqui is,qui iraſcitur,per hoc ipſum,quòd intendit latere,clarè oſtendat,ſe ab illo,aut ab aliis eius cauſa, timere aliquid; ac proinde in hoc ipſo illum honoret; non autem ſimpliciter,& abſolutè dehonoret,quod ſimpliciter pertinet ad contumeliam: & hac de cauſa ex Petr. Nau.*lib.2.de reſtit.cap 4. num 63.* Soto *lib.5.de iuſt.*

quæſt.9.art.1.§. Reſpondetur. & aliis apud Reginald. *in praxi,lib.24.c.5.num.*98. contumelia,conuicium, & impropetium dicútur eodem modo ſe habere ad detractionem, murmurationem, & ſuſurrationem; ſicut ſe habet rapina ad furtum: quia, ſcilicet, quemadmodum rapina communiter fit palàm, & furtum fit in occulto;ita & cõtumelia, conuicium, & impropetium ex propria ratione hoc habent, vt fiant palàm; detractio verò, murmuratio,& ſuſurratio,vt fiant in occulto:quod idem colligit Sot. etiam ex S.Thom.2. 2.*q.72.art.*1. vbi ait, tunc eſſe contumeliam,quando quis id,quod eſt contra honorem alicuius, deducit in notitiam eius, & aliorum,id eſt, quando intendit tale conuicium, quaſi in faciem,illi iactare,vt Sot.exponit. Addit tamen Mol.*tract.*40 *de iuſt.commut.diſp.*18.*num.*4.id ſolùm eſſe aliquid accidentale ad peccatum contumeliæ, illúdque eſſentialiter ſolùm conſiſtere in hoc,quòd ſit contra bonum honoris, ſiue præterea ſit contra præſentem,ſiue contra abſentem:ſicut enim poteſt quis honorari, non ſolùm præſens, ſed etiam abſens,imò & mortuus; ita & poteſt dehonorari, & ſemper malitia dehonorationis non differt eſſentialiter à malitia contumeliæ. Et eadem ratione etiam contingit in peccato detractionis:nam,quanuis communiter ſolùm contingat in occulto;id tamen ſolùm eſt illi accidentale,& abſolutè loquendo,poteſt detractio etiam fieri palàm,vt notat Mol. *num.4.cit.* ex Adr. *quodlib.*11.*litera D.* & Nauar.*in Man.c.*18.*num.*12.*&* 18.& talis eſſet,ſi quis coram eo ipſo,cui detrahit, manifeſtaret aliis eius crimina,& ſimul eum læderet in bono famæ, quod propter pertinet ad detractionẽ; & ſimul in bono honoris, nihili eum faciendo per publicationem præſentialem ſuorum criminum,quod pertinet ad contumeliam;& vnico actu ſimul faceret duo peccata diſtincta ſpecie ſub eodem genere iniuſtitiæ, id eſt, alterum circa bonum famæ, & alterum circa bonum honoris,vt notat Mol.*ibidem.*Sed fortaſſe dici poteſt, eſſentiale id eſſe peccato contumeliæ,quatenus habet malitiam iræ, & ſpecialiter fit ab homine nato ad ſumendam pœnam, & vindictam de accepta iniuria; quanuis ſit accidentale, quatenus habet malitiam iniuſtitiæ, & facit inæqualitatem quomodocunque, & ex quocunque motiuo in bono honoris, idque ſolùm probare rationes Mol.Vt enim *ſuprà* diximus *diſp.*20.*num.*19. ex S.Thom.1. 2.*q.*46 *art.6.ad* 2.*&* 2.2.*qu.*41.*art.*2.*in fin.corp.* hoc ipſo, quòd ira malum infert ſub ratione iuſti vindicatiui, & pœnæ commenſuratæ acceptæ iniuriæ, ſpecialiter intendit, vt ab eo,cui infert, ſuſtineatur vt pœna,& cum habitudine,aut reſpectu ad illatam iniuriam;& per conſequens,vt ab illo ſciatur,quod ſibi infertur, vt pœna; & ab illo ipſo,qui priùs eſt paſſus iniuriam: & ſine hac manifeſtatione & notitia poterit dehonoratio habere reſpectu illius rationem mali.& iniuſti;non tamen habebit rationem pœnæ, & vindictæ, & per conſequens neque habebit malitiam iræ.

Detractio poteſt fieri non ſolùm occultè,ſed etiã palàm.

11. Neque ſolùm in iis factis poteſt conſiſtere contumelia,quæ alioqui ex ſe nullam habent rationem iniuriæ,niſi hanc,quòd ſint dehonoratiua,& ſolùm aſſumantur,vt ſigna interioris contemptus, & paruæ æſtimationis,quæ de illo habetur:vt,ſi quis,v.g. deturpet,aut fœdet ianuam alicuius,vel ad ianuam apponat cornua, vel eius imaginem laceret, & ſimilia: ſed etiam poteſt conſiſtere in iis factis, quæ habent ex ſe aliquam aliam rationem iniuriæ: vt,ſi quis, v.g. percutiat aliquem baculo, & non tam intendat lædere illum in corpore,quàm in honore,& facto ipſo ſignificare, quòd eum nihili faciat,& ſolùm reputet dignum baculo, & vt notat Caiet. 2. 2.*quæſt.72.art.1.cit. §. In eod.*& Mol. *tract.4 de iuſt. commut.diſp.*18.*num.*4. qui ſic percutiet, peccabit quidem duplici peccato, id eſt, iniuſtitiæ in bonis corporis,in quantum actio, quam facit, eſt percuſſio corporalis; & præterea iniuſtitiæ in bonis honoris,in quantum eadem actio aſſumitur,vt ſignum ad illum dehonorandum, in quo conſiſtit peccatum contumeliæ: magis tamen erit dicendus eſſe contumelioſus, quàm percuſſor: ſicut & in aliis peccatis,qui furatur, v.g. propter adulterium, vel propter homicidium,eſt magis adulter, aut homicida, quàm fur.

Si actio, aut factum, per quod infertur contumelia, ſit ex ſe malum in alio genere,eſt duplex peccatũ.

12. Vt autem cognoſcatur, quando conuicium, aut contumelia ſit peccatum mortale, maximè eſt attendendum ad intentionem,ex qua infertur,vt docet S.Thom.2.2.*quæſt.72.cit.art.*2. & omnes communiter: nam, vt docet ibi S.Thom. *quæſt.*:6 *art.* 3.Sot.*lib.5.de iuſt quæſt.9 art.2.concl.*1. & Reginal. *lib.24.c.5.num.*100. hoc maximè differunt peccata operis, quæ in facto conſiſtunt, vt, v.g. furtum,& homicidium,à peccatis oris,quæ conſiſtunt in verbis,vt,v.g.contumelia, & detractio; quòd illorum malitia ex ipſo facto ſtatim appareat, ſiquidem factum,v.g.homicidium per ſeipſum damnificat: at verò hæc expendi maximè debeant ex intentione: ſiquidem contumelia,v.g.non damnificat ſono vocis;ſed ſignificatione,quam accipit ex intẽtione loquentis. Quare,cùm contumelia ſolùm conſiſtat in aliquo ſigno dehonoratiuo,& ideò dicatur maximè propriè fieri verbis, & in tantum concedatur poſſe fieri etiam factis, in quantum facta poſſunt aſſumi loco verborum, & induunt etiam ipſa rationem ſigni, vt iam diximus ex Caiet. *ad art.*1. *eiuſdem quæſtionis* 72. rectè expenditur illius malitia ex intentione vtentis tali ſigno: & ſi hic intendat alterum dehonorare, & exteriùs ſignificare paruam exiſtimationẽ,quam habet de illo, erit contumelia formalis ex ſuo genere peccatum mortale;non minùs quàm furtum, aut rapina;cùm homo nõ minùs amet honorem,quàm rem poſſeſſam;nec minùs doleat de amiſſione honoris,quàm rei poſſeſſæ. Vnde & S.Paul. *ad Rom.*1. inter eos, quos ſtatim ſubdit, eſſe dignos morte, etiam ponit contumelioſos: & Chriſtus Dominus *Matth.*5. de eo,qui dixerit, *fatue,* fratri ſuo,diſertè pronunciat, quòd ſit reus gehennæ ignis. Et quod aſſerit S.Thom.2.2.*quæſt.*73. *art.*3.de peccato detractionis,quòd ſit leuius,quàm peccatum homicidij,& adulterij,per quæ damnum infertur in bono vitæ, & ſit grauius, quàm peccatum furti, per quod infertur damnum in bonis externis; cùm tamen ipſa detractio inferat damnum in bono famæ,quod eſt quid medium; idem poteſt dici etiam de peccato contumeliæ, vt notat Mol. *tract.4.diſp.*19.*num.*1. cùm inferat damnum in bono honoris.

Contumelia formalis prolata animo dehonorandi, ex ſuo genere eſt peccatum mortale.

13. Si verò is,qui profert contumeliam, non intendat eum dehonorare, ſed corripere, vel etiam eum illo iocari, aut aliquid huiuſmodi, non erit contumelia, niſi materialis;& vel erit peccatum tantummodo veniale, ſi modus debitus corripiendi, aut iocandi aliquantulum excedatur; vel etiam nullo modo erit peccatum, ſi non excedatur: ſic enim S. Paul.*ad Gal.6.*eos appellat inſenſatos: *O inſenſati Galatæ.* & Chriſtus Dominus Lucæ vltimo diſcipulos euntes in Emaüs appellat ſtultos,& tardos corde ad credendum: *O ſtulti,& tardi corde ad credendum.*Quæ tamen verba,quãuis materialiter ſint contumeliæ, certiſſimum eſt, quòd nihil malitiæ continuerunt; eò,quia fuerunt dicta non ad finem dehonorandi, ſed ſolùm ad finẽ corripiendi,& non

Contumelia ſolùm materialis poteſt non eſſe peccatum.

excellerunt

exceſſerunt modum debitum correptionis. Et ratio eſt ex eod. S. Thom. *quæſt. 72. art. 2. cit. ad* 2. quia, ſicut eſt licitum ad correptionem aliquem verberare, vel in rebus, & in pecunia damnificare; ita & eſt licitum dehonorare per aliquod verbum conuicioſum: & quemadmodum, ſi in illis modus debitus non excedatur, ſimpliciter non peccatur; ita & in his.

14\. *Contumelia etiam formalis poteſt aliquando eſſe peccatū veniale.*

Quòd verò contumelia, aut conuicium poſſit aliquādo eſſe peccatum tantummodo veniale, ex eo probat S. Thom. *art. 2. cit. ad* 3. quia, ſi ſit contumelia formalis, & fiat animo dehonorandi, poteſt dehonorare ſolùm leuiter, vel proferri ſolùm ex leuitate animi, aut ex ira tantūmodo leui, & nō ex propoſito grauiter dehonorādi, aut cum affectu grauis dehonorationis, &, vt addit Tol. *lib. 5. cap. 9. num. 2.* poteſt contumelia eſſe venialis, etiam quando profertur ex ioco, & non ſeruatur debitus modus: quod addo, quia alioqui, ſi modus ſeruetur, poterit pertinere etiam ad virtutem vrbanitatis, vt notat Mol. *tract. 4. diſp. 18. cit. num.* 8. & patet ex Ariſtotele 4. *Ethic. cap.* 8. vbi ait, ad eutrapeliam, & vrbanitatem pertinere, benè conuiciari. Et prætereà poteſt contumelia eſſe venialis, ſi proferatur inter perſonas infimæ ſortis; vt, v.g. inter ſeruos, famulos, ruſticos, pueros, mulierculas. Et poteſt proferri etiam gratia correctionis, vt, v.g. à magiſtro in diſcipulum, à domino in ſeruum, à viro in vxorem, à patre in filium, à ſuperiore in ſubditum: quanquam hi omnes ſemper debent modum ſeruare; & alioqui poterunt etiam ipſi peccare mortaliter, ſi grauiter dehonorent: vt, v.g. ſi Princeps magnum conuicium dicat honeſto ſubdito, & hic multùm dehonoretur, quamuis fortaſſe non dicat ex intentione dehonorandi:

15\. *Contumelia grauiter dehonorans eſt peccatū mortale, etſi proferatur incautè.*

poteſt enim contumelia, aut conuicium graue incautè prolatum, & non ex intentione grauiter dehonorandi, eſſe peccatum mortale, ſi re ipſa grauiter dehonoret, vt habet S. Thom. *art. 2. cit. in fin. corp.* Caiet. *ibidem.* Sot. *lib. 5. de iuſtit. quæſt. 9. art.* 2. Valen. 2. 2. *diſp. 5. quæſt. 16. puncto 2. aſſert.* 3. Molina *tract. 4. diſp. 18. num.* 3. Reginald. *lib. 24. c. 5. num.* 101. Sayr. *lib. 11. clau. reg. cap.* 8. *num. 4. in fin.* & omnes communiter: quia, quemadmodum, ſi quis dum iocatur cum altero, ioco illum percutiat, v.g. in oculo, & grauiter lædat; non poteſt ſe excuſare à culpa mortali, per hoc, quòd non percuſſerit ex intentione lædendi, & ſolùm intenderit cum illo iocari: quia, quando læſio per ſe, & ex rei natura ſequitur ex aliqua actione, pertinet quodammodo ad ipſam naturam, & ſpeciem actionis, neque poteſt, quoad communicandam malitiam, ab illa ſeparari, vt *ſuprà* diximus, dum ageremus de grauitate peccatorum ex circumſtantia nocumenti, *lib. 2. diſp. 32. num.* 8. ex S. Thom. 1. 2. *quæſt. 73. art. 8. & quæſt. 1. de malo, art. 3. ad* 5. ita & in caſu præſenti, ſi quis incautè proferat contumeliam, ex qua alius re ipſa grauiter dehonoretur, non poteſt ſe excuſare per hoc, quòd incautè illam protulerit, & non ex intentione grauiter dehonorandi: nam ſimiliter grauis dehonoratio, quando per ſe, & ex rei natura ſequitur ad aliquam contumeliam, pertinet quodammodo ad ipſam ſpeciem, & naturam illius; neque poteſt ab illa ſeparari quoad communicandam malitiam; & nimis craſſa, & ſupina omninò eſt huiuſmodi inaduertentia, & incautela, quæ non aduertit nocumentum notabile læſionis corporalis ex percuſſione, v.g. in oculo, vel notabilem dehonorationem ex contumelia graui: & ideò, ſi quis aſſerat, ſe eo modo percuſſiſſe incautè, vel incautè contumeliam protuliſſe, non eſt propterea excuſandus à culpa.

16\. *Superiores nō debent contumelias proferre in ſubditos.*

Et quod dicimus de hac contumelia ioco prolata, intelligi etiam debet, ſi proferatur ex intentione corripiendi; ſed excedatur modus debitus correptionis; & ſubditus, qui corripitur, grauiter dehonoretur, ſupra id, quod meruit per ſuum delictum: vt enim notāt Caiet. *art. 2. cit.* & Sayr. *cap. 8. cit. n. 6.* ſæpiſſimè accidit, vt ſubditi grauiùs ferant à ſuis ſuperioribus aliquas contumelias, quàm ferrent verbera; neque ſuperiores ſunt abſolutè domini honoris ſubditorum, vt poſſint pro arbitratu facere illius iacturam; ſed ſolùm poſſunt cum magna moderatione, & ex magna prudentia, diminutionem aliquam facere de illo, quando ita poſtulat correptionis neceſſitas, aut vtilitas, ſecundùm quam bona temporalia ſubditorum poſſunt ſubordinari bonis ſpiritualibus eorundem, vt notat Sayr. *num.* 5. & hoc tantùm habetur exemplo Chriſti, qui, vt diſcipulos infidelitatis argueret, vocauit ſtultos, & tardos corde ad credendum; & exemplo S. Pauli, qui ſimiliter, vt argueret Galatas, eos vocauit inſenſatos, vt *paulò antè* retulimus. Et quia communiter periculum eſt, ne huiuſmodi contumeliis excedatur modus debitus correptionis, & ſubditi potiùs exacerbentur contra ſuperiores, quàm emendentur; tutiſſimum eſt, vt ſuperiores ab illis abſtineant, & correptionem aliter faciant, vt notant Caiet. Sot. Sayr. *locis cit.* intelligendo hoc loco per ſuperiores, etiam patres, reſpectu filiorum; & maritos, reſpectu vxorum; & dominos, reſpectu famulorum, aut ſeruorum, quos ſimiliter non debent per contumelias dehonorare, pluſquàm oportet ex præſcripto rationis, etiam ex motiuo, & fine correptionis.

17\. *Si cōtumelia grauis proferatur ex ira leui, eſt peccatum mortale.*

Et à fortiori idem eſſet dicendum de huiuſmodi ſuperioribus, ſi ex fine, & intentione corripiendi ſubditos, proferrent in illos contumelias graues, & grauiter illos dehonorarent, ſimul admiſcendo ex parte ſua aliquid iræ, & paſſionis vitioſæ: nam, quamuis Sylu. *verb. contumelia, quæſt.* 3. & Nauar. *in Man. cap.* 18. *num.* 11. exiſtiment, non eſſe mortale, ſi principalis cauſa conuiciandi ex parte ſuperioris ſit correptio ſubditi; non autem paſſio iræ, & appetitus vindictæ, & ſi non eſſet correptio, ſimpliciter non conuiciaretur; multò tamen videtur probabilius, quòd poſſit eſſe peccatum mortale, ſi tenerà grauis dehonoratio inferatur indebitè, vt notat Petr. Nau. *lib. 2. de reſtit. cap. 4. p. 1. num.* 66. Michaël Salon. 2. 2. *quæſt. 72. art. 2. concl.* 4. Sayr. *l. v. 11. clau. reg. cap. 8. cit. num.* 7. ſi enim peccat mortaliter, qui ioco, vel ex intentione corripiendi, per incautelam grauiter dehonorat; ſicut & peccat, qui grauiter lædit, v.g. in oculo, vt iam diximus: multò magis, ſi id faciat ex aliqua ira, & ad culpam mortalem, ſatis eſt grauitas damni, quod infertur, ſiue in honore, ſiue in corpore; non autem requiritur grauitas iræ per ſe acceptæ, aut cauſæ, ex qua infertur: neque ſuperioribus eſt concedendum, vt prætextu correptionis grauiter excedant in ſuis ſubditis dehonorandis.

18\. *Si, dum corripitur vnum vitium, obiiciuntur per contumeliam p'ura alia, poteſt eſſe peccatum mortale.*

Et ex hoc capite etiam peccarent grauiter iidem ſuperiores, ſi, dum intendunt corripere ſubditum de aliquo vitio, obiicerent illi per contumeliam alia vitia, de quibus ille corrigendus non eſſet: vt, v. g. ſi eum, quem intendunt corripere de vitio furti, appellent illegitimum, aut ebrium, aut adulterum, vt notat Nauar. *cap. 18. cit. num.* 12. Petr. Nauar. *c. 4. cit. num.* 66. Sayr. *c. 8. num. 7. cit.* Quia enim hæc alia vitia non ſunt per ſe corrigenda, neque eorum correctio tunc intenditur à Superioribus, neque poſſunt ex ſe facere ad correctionem alterius vitij diſparati; non exprobrantur à ſuperiore, vt ſuperior eſt, & ex poteſtate corripiendi; ſed ſolùm, vt eſt

particnlatis perſona, & ſubditum dehonorant in eo, in quo non eſt ſubditus, ac proinde non poſſunt excuſati à culpa graui.

19. *Qui alterum dehonorauit per contumelias, tenetur petere veniã aut aliter reſtituere honorem.*

Quocunque autem modo per contumelias, aut conuicia indebitè, & iniuſtè prolata grauiter aliquis dehonotetur, certiſſimum eſt, quòd eſt facienda reſtirutio honotis: ſic enim moner S. Paulus ad Rom. 13. *Reddite omnibus debita; cui honorem, honorẽ,* &c. & de omni eo, quod eſt alteri iniuſtè ablatum, neceſſaria eſt reſtitutio, vt probat S. Thom. 2. 2. *q.* 62. *art.* 2. Et quanuis actio contumeliá inferentis, & alterum dehonorantis, poſtquàm eſt facta, non poſſit fieri, vt non ſit facta; poreſt tamen fieri, vt eius effectns, id eſt, diminutio dignitatis perſonæ, in opinione bominom, reparetnt pet exhibitionem reuerentiæ, vt idem ſubdit *in reſponſione ad* 3. Qualis autem debear eſſe huiuſmodi exhibitio teuerentiæ, ex qua ſufficienter teſtituatur honor ablatus; non conſtat inter Doctores, vt videre eſt apud Sayrum *lib.* 11. *clau. reg. c.* 8. *n.* 8. quidam enim abſolutè pronunciant, opus eſſe, vt inhonoraos petat veniam ab inhonoraio, vt Sot. *lib* 4 *de iuſt. q.* 6. *art.* 3 *ad* 5. Sylu. *verb. contumelia, q.* 4. Valen. 2. 2. *diſp.* 5. *q.* 16. *puncto* 1. & alij. Contrà verò Caiet. 2. 2. *qu.* 72. *art.* 3. Couat. *lib.* 2. *var. reſol. c.* 10. *n.* 7. Petr. Nau. *lib.* 2. *de reſtit. c.* 4. *part.* 1. *dub.* 6. & aliqui alij affirmant, ſatis eſſe, ſi honor reſtituatur quocunque modo; neque eſſe neceſſarium determinarè, vt inhonorans petat veniam; quia hæc videtur eſſe nimia abiectio, & bumiliatio, ad quam aliquis non eſt cogendus. Et reuerà, ſi inhonotans ſit Prælatns, aut ſuperior, vel vir nobilis; & inhonoratus ſit ſubditus, & plebeins; certum videtur, quòd non ſit opus, vt petar veniam, & ſe illi abiiciat flectendo genua: ſic enim expreſsè habet S. Auguſt. in Reg. *Quando autem neceſſitas diſciplinæ in moribus coercendis dicere vos verba dura compellit, non à vobis exigitur, vt à ſubditis veniam poſtuletis, ne apud eos, quos oportet eſſe ſubiectos, dum minùs ſeruatur humilitas, regendi frangatur authoritas.* Et communis conſuetudo inter viros illuſtres non hoc habet, vt petant veniam, & ideò neque à Confeſſatiis ad hoc ſunt eogendi, vt notat Sayr. *lib.* 11. *c.* 8. *cit. num.* 11. §. *Dixi in propoſitione.* & idem eſt de magiſtris, pateutibus, & dominis, qui ſimiliter non ſunt cogendi veniam petere à ſuis diſcipulis, filiis, aut famulis, vt ideio notar.

Inter alios verò communis conditionis homines optima, & facillima via teſtituendi honorem, eſt petitio veniæ: & ſi inhonoratio fuit poblica, publicè venia eſt petenda, vt notat Sylu. *verb. contumelia, qu.* 5. & ſi conuicium continuit falſom, deber etiam honor teſtitui per confeſſionem, & expoſitionem falſitatis: & denique, vno verbo, tota hæc res de teſtitutione honoris videtur regulanda

20. *Reſtitutio honoris poteſt remitti; ſed talis remiſſio non eſt præſumenda ex quocunque ſigno.*

prudenti iudicio, & habita ratione perſonarum, & circunſtantiarum: &, ſi quæ damna temporalia præterea ſunt conſecuta ex tali dehonoratione, vt, v. g. ſi fuit priuatus aliquo officio, aut beneficio, vel ad recuperandum honorem coactus eſt facere aliquas expenſas, debent ſimiliter etiam hæc compenſati, niſi ille, qui fuit dehonoratus, temittat debitum, tam teſtituendi bonoris, quàm damna compenſandi, quod ſine dubio poteſt facere: quanquam hæc remiſſio non videtur facilè præſumenda ex quibuſcunque indiciis, etiam familiaris conuerſationis, quam fortè habear is, qui fuit iniuriatus, & dehonoratus cum ipſo dehonorante: ſiquidem hæc conuerſatio ad ſummum ſolùm eſt ſignum depoſiti odij, & poteſt fieri ex aliquo alio fine; non autem eſt ſignum remiſſæ, & condonatæ ſatisfactionis, & teſtitutionis honoris, vt notat Petr. Nau. *lib.* 2. *de reſtit. c.* 4. *part.* 1. *dub.* 6. *n.* 90. & Sayr. *c.* 8. *cit. n.* 14. contra S. Anton. 2. *part. c.* 2. §. 3. Sylu. *verb. contumelia, q.* 4. & aliquos alios, qui abſolutè affirmant, familiarem conuerſationem poſſe accipi, vt ſignum remiſſæ iniuriæ, & condonatæ reſtitutionis honoris.

21. *Superior poteſt condonare reſtitutionem honoris pro iniuria facta ſubdito.*

Et quod dicimus, remiſſionem obligationis teſtituendi honorem, poſſe fieri ab ipſo dehonorato, debet intelligi etiam de ipſius Prælato, aut ſuperiore; & poteſt etiam hic remittere, & condonare reſtitutionem bonoris, & ſatisfactionem debitam ſuo ſubdito, vt notat S. Anton. 2 *p. tit.* 7. *c.* 6. §. 5. ex Gloſſ. *in c. Non dicatis.* 12. *q.* 1. *verſ. Poſſidere* vbi ait, Monachom non poſſe agere de iniuria ſibi illata, ſed hoc pertinere ad eius Prælatom.

22. *Contumelia non ſemper eſt ſuſtinenda, ſed aliquando eſt repellenda.*

Verùm neque ſubditus, neque Prælatus abſolutè tenetur ad hanc condonationem, vt etiam diximus *ſuprà* de condonatione ſatisfactionis pro quacunque iniuria *diſp.* 23. *n.* 7. & in ſpecie, de condonatione dehonorationis factæ per contomeliam, docet S. Thom. 2. 2. *qu.* 72. *art.* 3. vbi aſſerit, contumelias non ſemper eſſe ſuſtinendas; ſed aliquando etiam eſſe tepellendas; tum, vt teprimatur audacia inferentis, vt de cætero talia non attentet; tum verò, vt conſulatur exiſtimationi eius, qui patitur, & non impediatur profectus, quem forte poreſt in aliis facere. Et, vt notar Mol. *tract.* 4. *de iuſtit. diſp.* 20. *n.* 1. & 2. quemadmodum extra hos duos caſus conſilium eſt, vt contumelia patienter ſuſtineatur, ita in his caſibus conſilium eſt, vt repellatur; & aliquando poteſt etiam eſſe præceptum, ſi, ſcilicet, bona illa grauiter periclitentur ex contumelia, & poſſet illis prouideri ſufficienter per hoc, qoòd contumelia repellatur.

23. *Quomodo contumelia poſſit repelli.*

Quòd ſi quæras, quomodo ſit facienda hæc ipſa repulſio contumeliæ: Reſpood. ex Soto *lib.* 5. *de iuſtit. queſt.* 9. *art.* 3. §. *Poſtrema autem ſupereſt dubitat.* & ex Mol. *tract.* 4. *de iuſt. diſp.* 20. *num.* 3. & Reginal. *in praxi, lib.* 24. *c.* 5. *n.* 104. primò, non eſſe faciendam pet aliam contumeliam diſparatam, quæ illi obiiciatur: vt, ſi quis me appellet, v. g. furem, & ego eum appellem adulterum: &, ſi ille notet contra me genus; & ego contra illum notem ingenium, & mores: quanuis enim huiuſmodi vitia, quæ contra illum obiicio, non contineant falſitatem; adhuc tamen non poſſum obiicere: quia hoc eſſet vindictam de illo ſumere priuata authoritate. Et quemadmodum ex præcepto euangelico non eſt licitum repercutere eum, qui iam percuſſit: ita neque recalumniari illi, qui iam eſt calumniatus. Deinde, licitum eſt ea obiicere, quæ per ſe faciunt ad eleuandam, atque eluendam calumniam, quam ego patior, vel paſſus ſum: vt, ſi ille appellet, vel appellauit me furem; & ego dicam eum eſſe mendacem, & plura alia eius mendacia commemorem, quæ oſtendant, non eſſe illi fidem adhibendam in eo, quod dixit, me eſſe furem: neque enim hoc eſt vindictam ſumere priuata authoritate, quod eſt illicitum; ſed vim vi repellere, ſuáque exiſtimatione defendere, ſeruato moderamine inculpatæ tutelæ, quod eſt maximè licitum. Et denique licitum eſt, depoſito odio, reſtitutionem honoris, & ſatisfactionem debitam à Iudice quærere: & ſi fiat ex zelo iuſtitiæ, poterit eſſe non modò licitum; ſed etiam meritorium: &, vt addit Molin. *num.* 3. *cit.* dum adhuc ſit, & continuatur contumelia, non modò eſt licitum

24. *Si cõtumelia magna ſit, licitum eſt aliquando occidere contumeliantem.*

ea obiicere, vt iam diximus, quæ poſſunt facere ad honorem tuendum, & fidem contumelianti abrogandam; ſed, ſi contumelia magna ſit. & per illam magna fiat honoris iactura, neque poſſit aliter impediri, poteſt etiam eſſe licitum interficere calumniantem:

niantem:quia ſimiliter in tali caſu id ſolùm eſt vim vi tepellere, & honorem tueri contra iniuſtum, & violentum dehonorantem, vt etiam notat Nau *cap.* 15.*num.*4.Petr.Nau. *lib.*2.*de reſtit.c.*3.*n.*380. Victoria *in relect. de iure belli,num.*5. Henriq.*de irreg.cap.* 10. & alij plures apud Leſſ. *lib.*2.*cap.*9. *num.*79.& quemadmodum pro defenſiooe bonorum externorum licitum eſt occidere furem,aut raptorem,quando bona ſunt alicuius momenti, & aliter defendi non poſſunt,vt probat idem Mol. *tract.*3.*de iuſt. diſp.*17.& Leſſ.*cap.*9.*cit.num.*41.*&* 66.ita & pro defenſione honoris licitum eſt occidere contumeliantem,vt etiam *ſuprà* diximus *lib.*1. *diſp.*20. *num.* 9. Poſtquàm verò contumelia eſt iam prolata, & completa;ſolùm eſt licitum ex eodem Molina vindictam petere à Iudice per publicam poteſtatem,& ea omnia dicere contra contumeliantem, quæ poſſunt minuere illius fidem, & recuperare honorem apud alios amiſſum; dummodo omnia verè dicantur, & nihil addatur de aliis, quæ ad negotium per ſe non faciunt, vt iam diximus; & nihil dicatur ex intentione vindictæ: ex hac enim non modò locutio; ſed etiam taciturnitas mala eſſent:vt,ſi quis, v. g. dum alius contra eum contumelias iactat, eo animo taceat,vt ille magis commoueatur, & moleſtiùs ferat, quaſi oculis videns nihili fieri ſuam iram,& ſuas contumelias; & ſic de illo ſumat vindictam, vt notat Sot. & Molina *locis citat.* Vtrùm autem licita ſit compenſatio honoris,& famæ,poſtquàm duo affecerunt ſe inuicem contumeliis; & poſſit vnus reputare ſe liberum ab obligatione reſtituendi alteri honorem ablatum, quia alter non cogitat de reſtituendo viciſſim honore ablato etiam ipſi; nun eſt huius loci. Videri poteſt Mol. *de iuſt. tract.*4. *diſp.*49. & Sot. *lib.*4. *de iuſtit.quaſt.*6. *art.*3.§.*Ex his,quæ dicta ſunt.* & alij.

DISPVT. XXV.

De maledictione, quæ reducitur ad contumeliam.

1. *Maledictio quid propriè ſit.*
2. *Maledictio formalis,& maledictio materialis.*
3. *Poteſt eſſe ex ira, & ex odio contra Deum, & contra creaturas.*
4. *Maledictio non eſt intrinſecè mala; ſed poteſt aliquando eſſe licita.*
5. *Licitum eſt optare alteri malum ad bonum finem.* *Odium inimicitiæ,& odium abominationis.*
6. *Maledictio formalis ex ſuo genere eſt peccatum mortale, & poteſt eſſe in multiplici ſpecie.*
7. *Maledictio formalis poteſt aliquando etiam eſſe venialis.*
8. *Maledictio materialis ex ſuo genere non eſt peccatum mortale.*
9. *Maledictio materialis per modum imperatiui poteſt eſſe mortalis.*
10. *Qui alterum, vel ſeipſum tradit Diabolo per maledictionem ſolùm materialem, non peccat mortaliter.*
11. *Maledictio Dei,& Sanctorum,etiam materialis,eſt peccatum mortale.*
12. *Si filij maledicant parentibus, vel ſubditi ſuperioribus peccant mortaliter.*
13. *Superior peccat mortaliter, ſi maledicat ſubdito.* *Maledictio eſt leuius peccatum, quàm detractio.*
14. *Maledicere creaturis, in quantum ſunt creaturæ,eſt peccatum blaſphemiæ.*
15. *Maledicere ſibi,vel proximo,per maledictionem formalem, eſt peccatum mortale.*
16. *Maledicere ſibi, vel proximo per maledictionem ſolùm materialem,non eſt peccatum mortale.*
17. *Maledicere Diabolo, quomodo ſit licitum, aut illicitum.*
18. *Maledicere damnatis.*
19. *Maledicere peccatoribus.*
20. *Maledicere animabus defunctorum.*
21. *Maledicere vento, pluuiæ, & aliis huiuſmodi nobis moleſtis.*
22. *Maledicere creaturis irrationabilibus ſecundùm ſe,vel in quantum ſunt bona proximi.*
23. *Maledicere loco, aut tempori, in quo contigit aliquid triſte.*

AD contumeliam,quæ eſt iræ filia,à multis reducitur maledictio, vt *ſuprà* retulimus *diſp.* 22.*num.*2.ex Nauar. *in Man.cap.*23.*num.*115. & ex Tolet.*lib.*8. *cap.*54. ſed nomine maledictiunis hoc modò acceptæ, non eſt intelligenda quæcunque dictio mali,vt notat S.Thom.2.2.*quæſt.*76 *art.*1.etiam per modum enunciationis, & per verbum indicatiui,provt ſonat vis nominis;qua ratione etiam detractores, & eos, qui enunciant aliorum defectus, appellamus maledicos: ſed eſt huiuſmodi vocabulum preſſiùs accipiendum, provt ſpecialiter importat dictionem mali per modum imperatiui, vel optatiui, vt quando optamus, aut precamur alteri malum, vel etiam imperando inferimus, quantùm poſſumus. Legi poteſt S.Thom. 2.2. *quæſt.*76.*cit.* Caiet.*ibidem,& in Summa,verb.maledictio.*S.Anton. *p.*2.*tit.*7.*cap.*5. Mol. *de iuſt.tract.*4.*diſp* 22. Valen.2. 2.*diſp.*5.*quæſt.*19.Sot.*lib.*5.*de iuſtit.quæſt.*22. Alen. *p.*2.*quæſt.*130. Sayr.*lib.*12.*clau.reg.cap.*5.*num.*12.*& ſeqq.*Reginal.*lib.*18.*num.*203. Nau. *in Man.cap.*23. *num.*117.*& ſeqq.* Summiſtæ *verb. maledictio.* Siue autem fiat maledictio per modum imperatiui, ſiue per modum optatiui, rectè notant S.Anton. Caiet. Sayr.& alij ex S.Thom.2.2. *quæſt.*76.*cit.art.*1. quòd poteſt fieri dupliciter;id eſt,cum intentione,vt malum, quod optatiuè, vel imperatiuè alteri dicitur, verè illi eueniat; & hæc appellatur maledictio per ſe, & formalis: & prætereà ſine tali intentione, vt malum eueniat, & hæc appellatur maledictio per accidens, & materialis: qua enim ratione hæc eadem diuiſio formalis,& materialis aſſignatur,& explicatur de aliis peccatis linguæ,vt,v.g.de cōtumelia,& detractione; quæ tunc appellantur formales, quando fiunt animo dehonorandi, aut detrahendi; & tunc appellantur materiales, quando fiunt ſine tali animo: eadem ratione eſt aſſignanda, & explicanda in re præſenti de maledictione.

1. Maledictio quid propriè ſit.

2. Maledictio formalis, & maledictio materialis.

Rurſus, ſiue malum dicatur alteri imperatiuè, aut optatiuè,ex intentione,& animo,vt eueniat;ſiue dicatur ex alia intentione; benè eſt diſtinguendum ex parte cauſæ motiuæ, vtrùm dicatur ex ira, & ex appetitu vindictæ; an verò ex odio, aut aliqua alia cauſa huiuſmodi: & ex parte illius, cui dicitur, vtrùm dicatur Deo, an creaturis: & ſi creaturis, vtrùm dicatur creaturis intellectualibus, & rationalibus,quales ſunt Angeli, homines,& Dæmones; ſiue, vt loquitur S.Paulus, intellectuales cœleſtes, terreſtres, & infernales: an verò dicatur creaturis irrationabilibus, quales ſunt reliquæ omnes.

3. Poteſt eſſe ex ira, & ex odio. Contra Deū, & contra creaturas.

Vt verò diſtinctiùs explicemus, quod, & quale peccatum ſit huiuſmodi maledictio,

Primò, certum eſt ex S.Thom.2.2.*quæſt.*76.*art.* 1.*cit.* eam non eſſe intrinſecè malam, vt non poſſit ex fine boneſto cohoneſtari: ſi enim Iudex, v.g.ex

4. Maledictio nō eſt intrinſecè mala,ſed poteſt aliquā do eſſe licita.

DD 4 motiuo

motiuo iuſtitiæ, per modũ imperatiui dicat malum reo, illúdque ſic imperando, per ſuos miniſtros re ipſa inferat; certiſſimũ eſt, quòd non facit illicitè; & ſi priuatus aliquis, conformando ſe diuinæ iuſtitiæ, pœnas optet, & precetur contra peccatores; ſimiliter non facit illicitè, cùm plores huiuſmodi precationes factæ à Prophetis, & ſanctis viris habeantur in Scriptura: & ipſa etiam Eccleſia anathematizando, pluribus malè precetur. Et idem eſt ex eodem

5. *Licitum eſt optare alteri malum ad bonum finẽ.*

S.Thom. *ibidem*, ſi quis alteri malum optet, aut dicat, non ex motiuo iuſtitiæ; ſed propriæ, vel alienæ vtilitatis: vt, ſi optet, v.g. alicui peccatori ægtitudinem ad effectũ, vt reſipiſcat, vel ne aliis nocumẽto ſit. Et ratio eſt: quia in his omnibus caſibus non intenditur, aut dicitur alteri malum, vt malum; ſed ſub ratione aliqua boni; & benè intenditur, & iuxta præſcriptum rationis. Et hoc modo notat Sot. *lib.5. de iuſt. qu.12. art.1. cit.* & Sayr. *lib.12. clau. reg. c.5. num.17.* licitum eſſe optare Turcis, aut hæreticis, vel aliis quibuſcunque publicis hoſtibus, vt de medio tollantur, ne ampliùs vexent Chriſtianam Rempublicam: & illi, qui ludo, aut viriis fortunas conſumit, licitum eſſe optare à Deo infirmitatem, aut mortem, ne tota familia ad extremam inopiam redigatur: & illi, qui litem contra nos gerit iniuſtè, optare pauperiem, vt illam non poſſit ampliùs proſequi: & iuueni, qui puellam ſollicitat, optare infirmitatem, vt ſic reſipiſcat; vel etiam mortem, ſi futurum non eſt, vt reſipiſcat. Et quanuis nõ liceat mala hæc temporalia te ipſa inferre priuata authoritate; licitum tamen eſt, ea optare, & procurare, vt eueniant authoritate publica, & à Iudice; & à fortiori orare etiam, vt eueniant Dei permiſſu, & ab ipſo Deo, penes quem eſt ſumma poteſtas, vt loquitur Sot. *loc. cit.* Molin. *tract.4. diſp.22. cit. num.7.* & non eſt dubium, quòd non facit contra charitatem erga proximum, qui optat illi malum aliquod temporale, ad effectum, vt liberetur à malo ſpirituali, quod eſt longè maius: ſiquidem, vt dicitur Matth.18. *Melius eſt debilem, vel claudum ad vitam ingredi, quàm duas manus, vel duos pedes habentem mitti in ignem æternum.* Et, vt explicat Caiet. 2.2. *qu.34 art.2. initio*, & ex illo Sayr. *num.17. cit.* quanuis odium inimicitiæ, quod per ſe terminatur ad perſonam, & ratione perſonæ ad bonum illius, & correſpondet amori amicitiæ, ſemper ſit malum, & contra charitatem, & per illud neque etiam peccatorem odio habeat Deus; odium tamen abominationis, quod reſpondet amori concupiſcentiæ, & per ſe terminatur ad bonum, quod quis in perſona abominatur, non eſt intrinſecè malum, & licitè poteſt quis abominari in aliquo aliquod bonum, ſi eſt in præiudicium alterius boni maioris, vel in illo ipſo, in quo bonum abominationi habetur, vel in aliquo alio, & ideò etiam poteſt quis licitè in aliquo abominari bonum temporale, v.g. ſanitatem, aut vitam, ſi eſt in præiudicium boni ſpiritualis, vel alterius boni maioris; & licitè poteſt illi optare, aut precari oppoſitum malum, quod fit per maledictionem, de qua agimus.

Odium inimicitia, & odium abominationis.

6. *Maledictio formalis ex ſuo genere eſt peccatum mortale, & poteſt eſſe in multiplici ſpecie.*

Secundò, maledictio formalis, qua dicitur alteri malum, cum intentione, & animo, vt eueniat; ex ſuo genere eſt peccatum mortale. Ita S.Thom. 2.2. *quæſt.76. cit. art.3.* & omnes communiter: quia ipſa intentio, & voluntas interior mali alterius mala eſt, & ſaltem eſt contra charitatem proximi; & expreſſio talis voluntatis facta verbis imperatiuis, aut optatiuis, non poteſt non participare eandem malitiam: & maximè de his maledicis intelligitur illud S Pauli 1.Cor.6. *Maledici regnum Dei non poſſidebunt.* Sed rectè notat Molin. *tract.4. cit. de iuſt. diſp.22. num.2. & 3.* ex parte motiui, ex quo poteſt prouenire huiuſmodi intentio, & dictio mali; & ex parte obiecti, aut mali, quod intenditur, & dicitur; & ex parte circunſtantiarum, & perſonarum, quibus dicitur, & intenditur, poſſe illam eſſe in multiplici ſpecie: nam, ſi ex ira, & ex appetitu vindictæ, ad aliquem dehonorandum, dicatur contra illum maledictio in præſentia alicuius, vel aliter illi præiudicetur in bonore; cenſenda erit habere malitiam contumeliæ, & ex grauitate dehonorationis erit attendenda illius grauitas: ſi verò dicatur ex odio, & malum, quod dicitur, intendatur vt malum illius, cui dicitur, habebit malitiam odij, & erit directè contra charitatem; & pro diuerſitate ipſius mali, quod dicitur, & intenditur, diuerſa erit: vt, v.g. ſi ſit malũ temporale, corporis, fortunarum, aut famæ; vel ſit malum ſpirituale, gratiæ, aut gloriæ, & ſimilium; & ſi maledictio dicatur ex aliquo alio fine, poterit habere malitiam iniuſtitiæ, & ſimiliter erit diuerſa pro mali diuerſitate: & ſi contingat nullum malum in ſpecie dici alicui; ſed ſolùm indefinitè, & quaſi in genere; erit peccatum in ſpecie odij, & pro obiecto habebit malum indefinitum, & in genere, vt notat Valen. 2.2. *diſp.5. qu.19. puncto 1. concluſ.* 2. & Sayr *lib.12. clau. reg. cap.5. num.14.*

Et idem eſt, ſi attendantur circunſtantiæ perſonarum, in quas dicitur: ſi enim dicatur, v.g. contra Deum, erit blaſphemia, & directè contra virtutem religionis: & ſi dicatur contra parentes, erit impietas, & directè contra virtutem pietatis.

Poteſt tamen huiuſmodi maledictio formalis aliquando etiam eſſe ſolùm peccatum veniale, ex eodem S. Thom. *quæſt.76. art.3. cit.* & omnibus communiter: vt, v.g. ſi malum, quod alteri dicitur, ſolùm ſit leue, vel ſolùm dicatur ex leui motu, vel ex ioco, aut ex indeliberatione, aut ſubreptione aliqua. Sed pro iudicanda hac ipſa indeliberatione & ſubreptione, non eſt attendendum ad breuitatem temporis, quo fortè durauit motus maledictionis; vel ad dolorem, & pœnitudinem, quæ fortè ſtatim eſt conſecuta poſt prolatam maledictionem; & ad voluntatem oppoſitam, quæ ſtatim eſt habita, vt malum illud non eueniret ampliùs; hæc enim non probant indeliberationem & imperfectionem actus: ſed quòd actus fuerit deprehenſus fuiſſe malus. Et benè poteſt, etiam in inſtanti, vel tempore valdè breui, præſtari conſenſus, qui ſit peccatum mortale, & poſteà de illo haberi actus doloris, vt notat Caiet. 2.2. *qu.76. art.1. cit.* Molin. *diſp.22. cit. num.5.* Sayr. *lib.12. c.5. cit. num.13.* & alij: ſed eſt attendenda indeliberatio aliunde, & præcipuè ex magnitudine iræ, aut paſſionis, ex qua maledictio eſt prolata; & ſi pœnitens, præſertim rudis, aut timoratus, vel ſcrupuloſus id non poſſit certò dignoſcere, meliùs id conieciet Confeſſarius prudens ex circunſtantiis perſonæ, & actus, quas poterit per ſe aduertere.

7. *Maledictio formalis poteſt aliquãdo etiam eſſe venialis.*

8. *Maledictio materialis ex ſuo genere non eſt peccatum mortale.*

Tertiò, maledictio materialis, qua dicitur alteri malum, ſine intentione vt eueniat, ea ſuo genere non eſt peccatum mortale. Ita Sayr. *c.5. cit. num.16.* quia enim verba non habent malitiam, in quantum ſunt ſoni quidam, & ſolùm materialiter proferuntur; ſed in quantum ſunt ſigna earum motionum, & affectionum, quæ habentur in animo; peccata verborum maximè ſunt attendenda ex intentione, & actu interiore, ex quo procedunt, vt diximus *diſp. preced. n.13.* & docet S.Thom. 2.2. *q.72. art.2. & q.76 art.3.* & alij: & ideò, ſi intẽtio, ex qua quis in alterum profert maledictionẽ, non ſit mala mortaliter, qualis cõmuniter non eſt, quando non eſt, vt malum

malum eueniat; neque etiam maledictio erit mortalis. Atque ex hoc capite excuſantur, non modò Iudices, dum ex iuſtitia imperant malum inferri reis; & viri probi, dum optant, & à Deo precantur malum aliquod temporale peccatoribus, propter ſpiritualem vtilitatem illorum, aut aliorum, vt diximus *num.* 4. ſed etiam parentes, dum ad effectum obiurgationis, & reprehenſionis, etiam cum ira maledicunt filiis; & viri, & domini, & ſuperiores, dum ſimiliter maledicunt vxoribus, famulis, & ſubditis; & denique omnes, qui ita aliis maledicunt, vt tamen maledictiones ipſis maledicentibus non tranſeant guttur, vt loquitur Caiet. 2. 2. *quæſt.* 76. *art.* 1. *cit.* & cum illo Mol. *num.* 5. Sayr. *num.* 16. & alij: in his enim, & ſimilibus caſibus, cùm verba maledictionum non ſignificent intentionẽ, & voluntatem mali cõtra eos, in quos dicuntur, vt ſupponimus; ſolùm ſignificant internam diſplicentiam, quæ hîc, & nunc habetur; v. g. à parentibus, de aliquo facto, aut dicto filiorum, & voluntatem eos reprehendẽdi, & obiurgandi, quæ ſine dubio, quamuis fortaſſe poſſit eſſe aliquo modo inordinata propter impetum iræ, ex quo procedit, vel propter propriam, & intrinſecam inordinationem ipſius locutionis, qua fit obiurgatio; non eſt tamen inordinata mortaliter. Et quemadmodum ad exprimendum tantummodò affectum doloris, quem ſenſit Dauid 2. *Reg. cap.* 1 de interfectione Saülis, & Ionathæ, quæ contigerat in montibus Gelboë, protulit contra ipſos montes eas maledictiones, vt nec ros, nec pluuia ſuper illos veniret, nec eſſent agri primitiarum; neque illa verba maledictionis exprimebant affectum, & voluntatem mali contra montes; ſed ſolùm affectum doloris ex illa interfectione, vt notat Mol. *tract.* 4. *diſp.* 22. *cit. num* 9. ita & parentes, aut domini, ad exprimendam diſplicentiam, quam habent de filiis, aut de famulis, & ad eorum obiurgationem, proferunt contra ipſos aliquando verba maledictionum: & cùm intentio non ſit contra ipſos; ſed ſolùm ad exprimendam diſplicentiã, vt diximus; non eſt maledictio niſi materialis, & ideò venialis. Diſtin-

9\. *Maledictio materialis per modũ imperatiui poteſt eſſe mortalis.*

guit tamen *art.* 1. *cit. initio* Sot. *lib.* 5. *de iuſt. quæſt.* 12. *art.* 1. & alij, duplicem modum, quo poteſt proferri maledictio materialis, id eſt, modum imperatiui, & modum optatiui: & de hoc abſolutè dicunt, quòd maledictio ſit venialis, ſi ſit ſine animo, & intentione, vt malum eueniat: quia neque intendit alterum lædere, neque lædit re ipſa: de illo verò, quòd poſſit aliquando eſſe mortalis, ſi, ſcilicet, imperium ſit efficax; & malum, quod imperatur, inferri ſine huiuſmodi intentione, vel aliquod aliud, re ipſa inferatur, & executioni mandetur per miniſtros, ad quos dirigitur locutio imperatiua; & quia non aliter ſignificatur intentio oppoſita ipſius imperantis, vel non cauetur ſufficienter, ne malum inferant: vt, ſi quis, v. g. diſtrictis gladiis iubeat aliquem perterrefieri, ſine alia intentione aliter eum lædendi; & tamen re ipſa ſequatur læſio. Et hæc doctrina videtur veriſſima, ſi declaretur, prout etiam in ſimili diximus de contumelia incautè prolata, & grauiter dehonorante, *diſp. præcedente, num.* 15. id eſt, ex doctrina aliàs tradita de circunſtantia nocumenti non præuiſi, & non intenti, ſed per ſe conſequentis ex aliquo actu, vt patet ex S. Thom. 2. 2. *quæſt.* 73. *art.* 8. & *ſuprà* declarauimus *lib.* 2. *diſp.* 32. *n.* 8.

10\. *Qui alterum, vel ſe ipſum tradit Diabolo per maledictionem ſolùm materialem, non peccat mortaliter.*

Excipit præterea Sot. *lib.* 5. *de iuſtit. quæſt.* 12. *art.* 1. *cit.* ab hac regula de maledictione ſolùm materiali, quòd ex ſe non ſit peccatum mortale, eam maledictionem, qua non videtur poſſe eſſe alia maior, vt, ſcilicet, quis tradatur Diabolo; & hic vocetur, vt eum exportet: eſt enim, inquit, blaſphemiæ genus, & ſcandalum, ſempiternam mortem alicui imprecari, & vix à mortali peccato excuſari poteſt. Verùm id non placet Mol. *tract.* 4. *diſp.* 22. *num.* 4. dummodo hæc etiam maledictio ſit ſolùm materialis, vt communiter eſſe ſolet; & non ex animo, vt malum eueniat. Sed addit, ſi quis ex ira ſeipſum Diabolo tradat; quamuis id faciat ſolùm materialiter, & non ex animo; non audere ſe illum excuſare à culpa lethali, propter fœditatem, horrorem, & peruerſitatem rei. Sed reuera hæc etiam maledictio ſui ipſius, quamuis ſit grauior; non tamen videtur mortalis, ſi etiam ipſa ſit ſolùm materialis, & non ex animo, cùm reuerà non ſit grauiter contra charitatem ſui ipſius; & qui illam profert, neque lædat re ipſa ſe, neque habeat intentionem lædendi; & peccata verborum maximè attendantur ex intentione ea dicentis, vt *ſuprà* diximus *diſp. præcedente, num.* 12. ex S. Thom. 2. 2. *quæſt.* 72. *art.* 2. & *quæſt.* 76. *art.* 3.

11\. *Maledictio Dei, & Sanctorum, etiam materialis, eſt peccatum mortale.*

Alia verò eſt ratio, ſi maledictio, etiam materialis, & ſine animo, iactetur in Deum, vel in Sanctos: quia reuerà eſt blaſphemia, & materialiter etiam prolata eſt peccatum mortale, vt etiam *ſuprà* diximus *lib.* 1. *diſp.* 28. *num.* 21. quando profertur ab homine ebrio, & eſt præuiſa ante ebrietatem, vt notat Sanchez *lib.* 1. *in Decal. cap.* 16. *num.* 44.

12\. *Si filij maledicant parentibus, vel ſubditi ſuperioribus, peccant, ſi mortaliter,*

Et idem eſt ex Mol. *diſp.* 22. *num.* 4. Sot. *lib.* 5. *de iuſt. quæſt.* 12. *art.* 1. Sayr. *lib.* 12. *clau. reg. cap.* 5. *num.* 16. & aliis, ſi filij maledicant parentibus; vel ſubditi Prælatis, & ſuperioribus; vel famuli dominis; & præſertim ſi huiuſmodi maledictiones in faciem illis iactentur, cùm hoc ſit grauiter contra reuerentiam, & obſeruantiam, quæ illis debetur, etiam præſcindendo ab omni alia intentione, & animo, vt malum eueniat; & ideò regulariter non ſit excuſandum à culpa mortali.

13\. *Superior peccat mortaliter, ſi maledicat ſubdito.*

Et vice verſâ, idem proportionaliter eſt dicendum, ſi Prælatus, aut ſuperior, vel perſona aliqua grauis maledicat ſubdito, vt ſubdunt Authores cit. eſt enim graue ſcandalum: neque confert ad correctionem, aut alium bonum finem; ſed potiùs iram facilè conuertit in odium, & maledictionem facit eſſe formalem; non autem remanere ſolùm materialem. Et propter has eaſdem rationes grauiter dicuntur peccare etiam parentes, ſi filiis maledicant, quamuis non ita facile ſint damnandi culpæ mortalis, ſi id faciant ad effectum obiurgationis, vt *ſuprà* diximus. Quanta autem ſit grauitas huius peccati maledictionis, rectè explicat S. Thom. 2. 2. *quæſt.* 76. *art.* 4. dum illud comparat cum peccato detractionis ſecundùm ea, quæ vtrique peccato conueniunt per ſe, id eſt, in quantum vtrunque eſt dictio mali, & contra proximum: & aſſerit ſecundùm hoc vtrunque, grauius eſſe peccatum detractionis, quàm maledictionis: quia detractio, in quantum eſt dictio mali, propriè eſt de malo culpæ; maledictio verò de malo pœnæ: & certum eſt, quòd dicere malum culpæ, peius eſt, quam dicere malum pœnæ, quando alioqui modus dicendi eſt idem: in quantum verò eſt contra proximum, adhuc detractio aliquando eſt grauior, quia re ipſa affert proximo nocumentum in fama; cùm tamen maledictio, quando dicitur ſecundùm modum optatiui, ſolùm afferat ſecundùm deſiderium; & quando dicitur per modum imperij, & verè habet rationem cauſæ, poſſit eſſe de malo minore, quàm ſit nocumentum famæ; & ideò etiam tunc ſit peccatum leuius, quamuis poſſit eſſe etiam grauius, ſi malum, quod dicit, & cuius eſt cauſa, afferat proximo maius nocumentum.

Maledictio eſt leuius peccatum, quàm detractio.

14\. Atque ex his poteſt colligi, quid ſit dicendum de malitia, & grauitate particularium maledictionum,

quæ

Maledicere creaturis, in quãtum ſunt creaturæ, eſt peccatum blaſphemiæ.

quæ profetuntur: nam primò, qui maledicit Deo, vel Sanctis, vel aliis creaturis, etiam inanimatis, in quantum ſunt creaturæ, peccat mortaliter peccato blaſphemiæ. Ita S.Thom. 2. 2. *quæſt.*76. *art.*2. *cit.* Mol.*tract.*4.*de iuſt.diſp.*22.*cit.num.*12. Sayr. *lib.*12. *clau.reg.cap.*5.*num.*18.*&* 19. & omnes communiter. Et quidem de Deo, & Sanctis patet ex ſe. De aliis verò creaturis, patet ſimiliter: quia in quantum ſunt creaturæ, & effectus Dei, dicunt ordinem ad ipſum Deum, & ſunt aliquid Dei; & ideò in Deum ipſum dicitur, ac refunditur, quicquid mali in illas dicitur, in quantum ſunt creaturæ: idque eſt verum etiam de damnatis, & de Diabulo, ſi maledictio in illos dicatur, in quantum ſunt creaturæ, vt notat expreſsè S.Thom.*qu.*76.*cit.art.*1. *ad* 4. *&* Mol.*num.*12.*cit.*

15\. *Maledicere ſibi, vel proximo per maledictionẽ formalem, eſt peccatum mortale.*

Secundò, qui maledicit ſibi, vel proximo, quem tenetur diligere ex charitate, & habet intentionem, vt illi eueniant mala, quæ dicit; peccat mortaliter, etiamſi intentionem huiuſmodi ſolùm habeat pro tempore breuiſſimo, & poſteà ſtatim pœniteat; dummodo talis intentio ſit actus deliberatus; & malum, quod dicitur, ſit notabile. Ita S.Thom. *art.* 3.Nau.*in Manu.c.*23.*num.*117. & omnes communiter: & patet ex dictis *paulò antè num.*6.*&* 7. Sed circa maledictionem ſui, rectè ibi aduertit Nauar. quòd tunc ſolùm eſt mortalis, quando malum, quod quis ſibi dicit, tale eſt, vt non poſſit ſine peccato mortali in illud conſentire: ſi quis enim ſibi optet, v. g. carentiam eorum bonorum temporalium, quæ poteſt ſine peccato mortali per prodigalitatem effundere; talis maledictio, vel imprecatio, non erit maius peccatum, quàm eſſet ipſa realis profuſio.

16\. *Maledicere ſibi, vel proximo per maledictionẽ ſolùm materialem, non eſt peccatum mortale.*

Tertiò, qui maledicit ſibi, vel proximo, ſine intentione, vt mala eueniant, & per maledictionem ſolùm materialem, non peccat mortaliter. Ita S. Thom.*art.*3.*cit.* & patet ex dictis *paulò antè num.* 8.*&* 9. niſi fortè ex aliquo alio capite contineat notabilem deformitatem: vt ſi filij, v.g. vel ſubditi maledicant parentibus, aut ſuperioribus, & maledictiones iis iactẽt in facie, vt diximus *n.*12.*&* 13.

17\. *Maledicere Diabolo, quo modo ſit licitum, aut illicitum.*

Quartò, qui maledicit Diabolo, ratione ſuæ naturæ, & naturæ ipſi vult malum, v. g. negatione ipſius eſſe; peccat mortaliter. Patet ex dictis *num.* 14. nam, quamuis Dæmones non poſſint amari ex charitate, vt docet S.Thom. 2.2.*qu.*25.*art.*11. quaſi ad illos ſit amicitia, quæ eſt charitas, & fundatur potiſſimùm in communicatione æternæ beatitudinis, cuius ipſi ſunt incapaces; poſſunt tamen amari ex charitate, ſicut bonum alterius, id eſt, tanquàm aliquid ipſius Dei, quomodo etiam amantur creaturæ irrationales, in quantum faciunt ad gloriam Dei, & ad hominum vtilitatem; & ſic pertinent ad ipſum Deum, & ad ipſos homines, qui maximè amantur ex charitate: hoc enim modo etiam Dæmonibus debemus velle bonum, quatenus ſunt aliquid ipſius Dei; & bonum eſt, quòd conſeruentur ad gloriam Dei in ſuis naturalibus, vt habet S. Thom.*qu.*25.*art.*11.*cit.* quare, qui abſolutè, & omni modo vellet illos non eſſe, peccaret mortaliter contra charitatem Dei; ſicut & qui bona proximi vellet non eſſe, peccaret mortaliter contra charitatem proximi: ſecùs verò eſt, ſi quis maledicat Diabolo ratione culpæ, & malitiæ; hoc enim modo dignus eſt, cui ab omnibus maledicatur, iuxta illud Iob, c.3. *Maledicunt ei, qui maledicunt diei.* Et quamuis Eccleſ.21. dicatur, quòd impius, dum maledicit Diabolum, maledicit animam ſuam; id tamen ipſum, quòd maledicat animam ſuam, ſi fiat tatiooe culpæ, licitum eſt: & ſenſus illorum verborum ſolùm eſt, quòd peccatot maledicens Diabolo ratione culpæ, ſe ipſum arguat eſſe dignum eadem maledictione, cùm etiam in ipſo ſit culpa, vt notat S. Thom. *q.*76. *cit. num.* 1.*ad* 4.

18\. *Maledicere damnatis.*

Quintò, hoc, quod diximus de Diabolo, debet etiam intelligi de damnatis: ſi quis enim illis maledicat ratione naturæ, peccat mortaliter; ſi quis verò maledicat ratione culpæ, non peccat: & quoad obligationes eos amandi ex charitate, eſt eadem ratio de illis, & de Dæmonibus, vt patet ex S.Thom. 2.2.*q.*25.*art.*11.*cit.ad* 2.

19\. *Maledicere peccatoribus.*

Sextò, qui maledicit peccatori ratione naturæ, peccat mortaliter: quia etiam peccatores ſunt amandi ex charitate, vt probat S.Thom. *qu.*25.*cit. art.*6. cùm etiã illi ſint capaces beatitudinis, & poſſint in illa nobiſcum communicare: ſecùs verò, ſi illis quis maledicat ratione culpæ, cùm ex hoc digni ſint odio, iuxta illud Pſal.118. *Iniquos odio habui.* & Pſal.138. *Qui oderunt te, Domine, oderam, & ſuper inimicos tuos tabeſcebam: perfecto odio oderam illos.*

20\. *Maledicere animabus defunctorum.*

Septimò, qui maledicit animabus defunctorum per maledictionem formalem, peccat mortaliter: quia etiam ad defunctos ſe extendit charitas, cùm etiam illi ſint capaces æternæ beatitudinis.

21\. *Maledicere vento, pluuiæ, & aliis huiuſmodi nobis moleſtis.*

Octauò, qui maledicit vento, pluuiæ, pulueri, & aliis huiuſmodi creaturis irrationalibus, in quantum ſunt creaturæ Dei, peccat mortaliter peccato blaſphemiæ, vt iam diximus *num.*4. ſecùs verò, ſi ſolùm maledicat, in quantum ſunt aliquid nobis moleſtum: ſicut enim licitè poſſumus nobis optare carentiam mali; ita & poſſumus optare non ventum, & non pluuiam, in quantum ſunt nobis mala, & moleſta; id eſt, vt ventus, & pluuia, quæ ſunt nobis moleſta, & in quãtũ ſunt talia, abſolutè nõ ſint.

22\. *Maledicere creaturis irrationalibus, ſecundùm ſe, vel in quantum ſunt bona proximi.*

Nonò, qui maledicit creaturis irrationalibus abſolutè, & ſecundùm ſe conſideratis; non autem in quantum ſunt creaturæ Dei, vel in quantum ſunt bona proximi; peccat venialiter: quia, etiamſi huiuſmodi creaturæ non poſſint amari ex charitate, quaſi ad ipſas ſit amicitia, quæ eſt charitas, ſiquidem non poſſunt nobiſcum communicare in iis bonis, in quibus fundatur huiuſmodi amicitia: ſi quis tamen iis optet, aut velit mala, prout abſolutè, & ſecundùm ſe conſiderantur; negari non poteſt, quin otiusè, & vanè optet, & velit, & ideò peccet venialiter, vt notat S.Thom. 2.2.*quæſt.*76.*art.*2.*cit.* Nauar.*c.*23.*num.*117.*cit.* Molin. *diſp.*22. *num.*6. *& ſeqq.* Sayr.*lib.*12.*c.*5.*num.*17. & omnes communiter: ſecùs verò, ſi quis malediceret huiuſmodi creaturis irrationalibus, in quantum ſunt bona proximi: quia tunc perinde eſſet, ac ſi malediceret proximo: & ſicut charitas ſe extendit ad proximum, tanquàm ad illum, cum quo eſt amicitia, & quem amamus, & cui volumus bonum; ita & ſe extendit ad has creaturas irrationales, in quantum ſunt bona, quæ volumus proximo, vt notat S.Thom. 2.2.*q.*25.*art.*11.*cit.* Quare, cùm hæ creaturæ irrationales tripliciter poſſint conſiderari, vt habet idem S. Thom. 2.2.*qu.*76.*art.*2. id eſt, vel in quantum comparãtur ad Deum, à quo ſunt, vel in quantum comparantur ad hominem, propter quem ſunt; vel in quantum conſiderantur ſecundùm ſe, & abſolutè; earum maledictio ſemper eſt mala, & peccatum: ſed tertio modo ſolùm eſt mala venialiter; primu verò, & ſecundo eſt etiam mala mortaliter, vt iam diximus. Sed quoad ſecundum modum, & in quantum creaturæ irrationales ſunt propter hominem, & conſiderantur vt bona illius, rectè addit Mol. *n.*7. quòd in iis caſibus, in quibus excuſatur à culpa maledictio hominis, vt iam diximus *num.*5. id eſt, vel,

quia

quia infertur in pœnam,& ab habente poteſtatem, v.g. à Iudice, vel quia optatur ſecundùm ordinem charitatis ad alium finem ſuperiorem, aut bonum maius, debet ſimiliter excuſari etiam maledictio huiuſmodi creaturarum: ſic enim Deus ipſe *Gen.3.* in pœnam primi peccati maledixit terræ: *Maledicta terra in opere tuo*,&c.& *Deut.28.* in pœnam aliorum peccatorum maledixit filiis Iſraël bona omnia temporalia: *Maledictum horreum tuum, & maledictus fructus ventris tui, & fructus terræ tuæ, armenta boum,& greges ouium tuarum*,&c. Et in humanis iudiciis in pœnam certorum criminum, mandantur dirui domus, & nunquam ampliùs reædificari; imò & ſale ſeminari.

Et ad idem faciũt etiam illæ maledictiones creaturarum irrationalium,quæ aliquando habentur in Scriptura ad ſignificandam tantummodo aliquam pœnam futuram à Deo,& infligendam hominibus, vt notat S.Anton. 2. *p.tit.7.cap.5.§.4.* & Mol. *diſp.22.cit.num.*8. vt quando Chriſtus Dominus *Marci* 11. maledixit ficulneæ ſine fructibus, eámque ſua maledictione areſecit, ad ſignificandam tantummodo deſertionem, & quaſi ſpiritualem areſactionem futurã Synagogæ à Deo ob fructus iuſtitiæ illi non redditos. Nec multùm differunt ab his maledictionibus etiam illæ, quas *ſuprà* diximus *num.*8. aliquando proferri,non ad exprimendum affectum, aut deſiderium illius mali, quod dicitur creaturis irrationalibus; ſed ſolùm ad exprimendum dolorem,vel diſplicentiam alicuius alterius,ad quod illæ creaturæ pertinuerunt aliquo modo, ſaltem vt locus, vel vt tempus, in quo illud contigit: vt,

23. *Maledicere loco, aut tempori, in quo contigit aliquid triste.* quando Dauid 2. *Reg. cap.*1. maledixit montibus Gelboë,in quibus contigit mors Saülis,& Ionathæ; & Iob *cap.3.* ad exprimendam ſuam calamitatem maledixit diei ſuæ natiuitatis, & nocti ſuæ conceptionis, de qua re plura poſſunt videri apud S.Anton.*tit.7.cap.5.§.4.cit.* Mol.*diſp.22. cit.num.9.&* 10. & Sayrum *lib.12. clau. reg.cap.5.num.*18.*&* 20. qui etiam rectè monet, in huiuſmodi maledictionibus loci, aut temporis, benè eſſe aduertendum, vtrùm dicantur, in quantum referuntur verè ad ipſos homines,& tali diei,v.g.ideò maledicitur, quia in illo natus eſt homo, & viuere incepit: an verò dicantur, in quantum referuntur ad ſolas calamitates, & res triſtes, aut luctuoſas, quæ contingunt hominibus:primo enim modo idem eſt maledicere,v.g.diei natiuitatis, ac maledicere homini nato, quod eſt ſemper illicitum, & peccatum; & ſecundo modo idem eſt maledicere eidem diei, ac maledicere calamitatibus, ac rebus triſtibus, prout tales ſunt, quod eſt licitum,vt etiam notat Caiet.2.2.*quæſt.76. art.1.§.Nota* 2.

Nec multùm refert, ſi fortè is dies, cui maledicitur, ſit dies feſtus: quia hoc ad maledictionem ſe habet per accidens: ſicut & quòd ille idem dies ſit creatura Dei, & non maledicitur vt feſtus, vel vt creatura,vt ſubdit Caiet. *ibidem*; ſed vt menſura,& tempus rei triſtis,& malæ.

DISPVT. XXVI.

De rixa,quæ eſt vltima iræ filia.

1. *Rixa quid propriè ſit.*
2. *Bellum,rixa,& ſeditio,quo differant.*
3. *Schiſma,& ſeditio,quo differant.*
4. *Rixa aliquando ſolùm dicitur reſpectu vnius;non autem reſpectu alterius,cum quo ille rixatur.*
5. *Rixa eſt iræ filia.*
6. *Quomodo rixa, prout dicit externum nocumentum illatum proximo, ſit actus ab ira imperatus,& non elicitus.*
7. *Rixa quomodo ſit peccatum mortale, aut veniale.*
8. *Delicta, quæ fiunt in rixa, quomodo puniantur, aut non puniantur.*
9. *Licitum eſt occidere alterum ad ſui defenſionem.*
10. *Ad defenſionem rerum ſuarum licitum eſt occidere furem.*
11. *Fur nocturnus quando poſſit impunè occidi.*
12. *Licitum eſt alterum occidere ad defenſionem honoris,& famæ.*
13. *Quomodo in rixa poſſit inculpabiliter occidi aliquis tertius.*
14. *Si brutum ab alio prouocatum,damnum faciat,ad nihil tenetur dominus bruti.*
15. *Pugna ex rixa non eſt propriè duellum,quod habet annexam excommunicationem.*

DE blaſphemia,quæ eſt altera iræ filia,in quantum ira non continetur ſolùm in corde; ſed prodit ſe etiam ex ore; non eſt,quòd hoc loco agamus, cùm habeat alium locum magis proprium circa ſecundum præceptum, de non aſſumendo in vanum Dei nomine. Vt verò dicamus aliqua de rixa,quæ aſſignatur,vt iræ filia,in quantum ira procedit ad tertium ſtatum, & non modò ſe prodit in ore,ſed vlteriùs etiam procedit ad factum;& alteri, in quem eſt, facto ipſo ex appetitu vindictæ infert nocumentum, vt patet ex S.Thom.2.2.*quæſt.*158. *art.7.in fin.corp.*& *ſuprà* indicauimus *diſp.22.n.2.*

Sciendum eſt,rixam ſecundùm nominis appellationem deriuari à ringendo, quod canum eſt pro- 1. *Rixa quid propriè ſit.*
prium; &, vt habet S.Iſidor. *lib.10.etymol.cap.*17. & apud S.Thom.2.2.*quæſt.41.art.*1. rixoſus à rictu canino dicitur; & ille eſt, qui ad contradicendum eſt ſemper paratus,& iurgio delectatur,& prouocat contendentem: vnde ex S.Thom.*ibidem*, & S.Anton. *p.2.tit.7. cap.7.§.2.* quemadmodum contentio eſt quædam contradictio,quæ fit verbis; ita & rixa eſt quædam cõtradictio,quæ fit factis:vt, v.g.quãdo aliqui ex ira inuicem ſe percutiunt, vt habet Gloſ. in illud S.Pauli ad Gal.5.*Diſſenſiones,iræ,rixæ*,&c.& ideò videtur eſſe quoddam priuatum bellum, quod inter perſonas priuatas geritur, non ex aliqua publica authoritate; ſed magis ex inordinata voluntate. Et,vt ſubdit idem S.Thom.2.2.*quæſt.42.art.*1. hoc eſt diſcriminis inter bellum, rixam, & ſeditio- 2. *Bellum,rixa, & ſeditio, quo differant.*
nem,quòd,quanuis hæc omnia importent quandam contradictionem; bellum tamen, & rixa important mutuam oppugnationẽ in actu; & bellum propriè eſt contra extraneos,& hoſtes,& quaſi multitudinis ad multitudinem; & rixa eſt vnius ad vnum, vel paucorum ad paucos: ſeditio verò, quæ ex nominis etymologia,vt notat Sylu.*verb ſeditio*,eſt quaſi ſeorſum, vel ſecùs ductio, non dicit neceſſariò impugnationem in actu; ſed poteſt etiam eſſe, ſi ſolùm ſit præparatio ad talem impugnationem, & propriè ſolùm eſt inter partes vnius multitudinis inter ſe diſſentientes, vt, v.g.cùm vna pars ciuitatis excitatur contra aliam, & propriè opponitur vnitati & paci vnius multitudinis. Et ſi hæc multitudo ſit 3. *Schiſma, & ſeditio, quo differant.*
ſpiritualis,& eccleſiaſtica, propriè dicitur ſchiſma, vt habet Sylu.*verb.ſeditio,initio*; & ſubdit S.Thom. *quæſt.42.art.1.cit.ad* 2. ſi præſertim neque etiam ſit præparatio ad pugnam corporalem,quæ ad ſchiſma non eſt neceſſaria. Et rectè hæc omnia,ſi proueniant ex ira, dicuntur reduci ad rixam, vt *ſuprà* diximus *diſp.22.cit.* ex Nau. *in Man. cap.23.num.*115. & ex Tol.*lib.8.cap.*54.

Ex hoc verò, quod aſſerit S.Thom.2.2.*quæſt.41. art.*2. 4.

Rixa aliquādo ſolùm dicitur reſpectu vnius;nō autem reſpectu alterius, cum quo ille rixatur.

art.1.cit. rixam eſſe quaſi priuatum bellum, quod geritur inter priuatas perſonas, non ex publica authoritate,ſed ex inordinata voluntate;rectè colligit idem S.Thom.*ibidem*,& S.Anton. *par.2.tit.7.c.7.§.2.cit.* poſſe accidere, vt contentio,contradictio,vel pugna,quæ eſt inter aliquos,non ſit rixa, reſpectu vtriuſque'; ſed ſolùm reſpectu vnius: ſi quis enim iniuſtè alterum inuadat, iſque ſolo animo ſe tuendi,& repellendi iniuriam cum debita moderatione ſe defendat, propriè non eſt rixa', niſi reſpectu inuadentis;ſicut & ſolùm reſpectu illius eſt voluntas inordinata: ſi verò etiam is, qui inuaditur,inordinatè ſe gerat, & vel ex odio,vel ex ira, & appetitu vindictæ excedat debitam moderationem ſe defendendi,rixa eſt reſpectu vtriuſque:& contrà,ſi is, qui inuadit,iuſtè inuadat, vt contingit in miniſtris iuſtitiæ;& is,qui inuaditur, iniuſtè reſiſtat,& repugnet,vt contingit in aliis; non eſt rixa reſpectu inuadentis,ſed ſolùm reſpectu alterius,qui inuaditur, vt notat S.Anton *loco cit.*

5. *Rixa eſt iræ filia.*

Quòd verò rixa hoc modo accepta pro contentione,& contradictione aliquorum pertingentium, vſque ad facta,ſit iræ filia, ex eo probat S.Thom.2.2.*qu.4.cit.art.2.*quia ex ira & appetitu vindictæ facilè prouenit, vt quis intendat alterum lædere eo ſciente,& repugnante;quod importatur ratione rixæ:nam,quanuis voluntas lædendi poſſit eſſe etiam ex odio, ſi, ſcilicet, læſio intendatur, quatenus eſt malum illius,qui læditur; odium tamen non reſpicit per ſe,vt læſio fiat eo ſciente;ſed,ſiue fiat in occulto,ſiue in manifeſto,perinde illi eſt: at verò ira, cùm intendat læſionem inſerre ſub ratione iuſti vindicatiui,& ſub ratione pœnæ pro iniuria ſibi priùs illata,per ſe reſpicit,vt cognoſcatur, qui inſert,& quare infert,id eſt,pro iniuria,& in pœnam, vt *ſupra* diximus *diſp.20. num.19. & diſp.24.num.10.*ex Ariſtotele 2.*Rhetor.c.4.& 7. Ethic.c.6.* & S. Thom.1.2.*quæſt.46.art.6.ad* 2. & ideò, cùm nomine rixæ importetur læſio alterius eo ſciente, ac repugnante,qui læditur;ſpecialiter dicitur prouenire ex ira,& aſſignatur,vt iræ filia.Et per hoc non tollitur, quòd pluribus aliis rationibus non poſſit etiam prouenire ex pluribus aliis principiis;vt,v.g. ex paſſionibus partis concupiſcibilis, iuxta illud S. Iacobi c.4. *Vnde bella, & lites in vobis? Nónne ex concupiſcentiis?* In quantum ſcilicet, etiam ira, & paſſiones iraſcibilis oriuntur ex paſſionibus concupiſcibilis, tanquàm ex prima radice, vt patet ex S.Thom. 1.2.*quæſt.25. art.1. & 2. & 2.2.quæſt.41. art.2.ad* 1.ex iactantia & ſuperbia, iuxta illud Prouerb.18. *Qui ſe iactat, & dilatat, iurgia concitat.*in quantum,ſcilicet, iactantia & ſuperbia eſt occaſio iræ, dum quis per hoc ipſum reputat ſe offenſum, quòd alter ſe iactat, eique ſe præfert, vt notat S. Thom.*art.2.ad* 2.Et ex aliis huiuſmodi, quæ rectè proſequitur idem S.Thom. *ibidem,in reſponſionibus ad alia argumenta.*

6. *Quomodo rixa, prout dicit externum nocumentum illatum proximo, ſit actus ab ira imperatus,& non elicitus.*

Quòd ſi obiicias, rixam non poſſe aſſignari, vt filiam iræ, in quantum nomine rixæ intelliguntur omnia nocumenta, quæ facto proximis inferuntur ex ira,vt loquitur S.Thom.2.2. *quæſt.158. art.7. in fin.corp.* quia hac ratione eſt ipſe actus externus iræ,id eſt,ipſa vindicta;quæ tamen non poteſt aſſignari,vt filia;ſicut nec actus externus, v.g.luxuriæ, aſſignatur,vt filia luxuriæ, cùm ad hoc requiratur, vt ſit actus alterius vitij, & ſolùm cauſetur à vitio capitali in genere cauſæ finalis, vt ſæpiùs diximus; & imperetur ex eius motiuo,& per conſequens ſolùm dicatur eſſe actus illius,vt imperatus, non autem vt elicitus: Reſpondeo, cum Caiet.2.2.*quæſt.158.art.7.cit.§.Ad 4.dubium.* falſum eſſe,quòd nocumentum facto ipſo illatum proximo ex ira, ſit proprius actus externus iræ,& ab illa elicitus: potiùs enim eſt proprius actus externus iniuſtitiæ, & ab illa elicitus, & ab ira non eſt niſi imperatus,ac proinde in idem recidit,ſi dicatur filia iræ,eſſe rixa, ac ſi dicatur eſſe *iniuſtitiã*, prout iræ obedit,imperanti ex proprio motiuo vindictæ hoc,vel illud nocumentum externum.

7. *Rixa quomodo ſit peccatum mortale, aut veniale.*

Similiter ex hoc,quòd rixa ſit bellum priuatum, non ex publica authoritate, ſed ex inordinata voluntate, rectè colligit S.Thom.2. 2.*quæſt.41.art.1. cit.in corp.*& S.Anton. *part.2.tit.7.c.7.§.2.cit.* Sylu. *verb.rixa,initio*,& omnes communiter, quòd ſemper importet peccatum:hoc enim ipſo,quòd procedit ex voluntate inordinata, non poteſt etiam ipſa non eſſe inordinata,& per conſequens non importate malitiam, & peccatum; & hoc in eo,qui alterum inuadit iniuſtè,ex ſuo genere eſt mortale;cùm nocumentum inferre proximo, etiam opere manuali,ſit peccatum mortale contra 5. præceptum: *Non occides.* per quod prohibetur omnis læſio perſonalis iniurioſa,cap.*homicidij.de pœnit.d.1.* Atque hoc modo *ad Gal.5.* rixæ numerantur inter opera carnis,de quibus ſubditur: *Qui talia agunt,regnum Dei non conſequentur.* quod tamen non eſt, niſi per peccatum mortale. In eo verò, qui ſe defendit,poteſt rixa aliquando eſſe ſine omni peccato, & aliquando cum ſolo peccato veniali, & aliquando etiam cum mortali, prout,ſcilicet, diuerſimodè ſe habuerit, quoad intentionem, & modum ſe defendendi: ſi enim ſolo animo repellendi iniuriam, & inuaſorem, & cum debita moderatione ſe defendat,nullum omninò peccatum eſt,& reſpectu illius neque etiam propriè eſt rixa,vt *ſuprà* diximus *num.* 40.ſi verò ſe defendat ex odio, vel cum intentione vindictæ, vel cum exceſſu debitæ moderationis, ſemper eſt peccatum;ſed eſt veniale,quando huiuſmodi defenſioni ſe immiſcet leuis aliquis motus odij,aut vindictæ,vel leuiter exceditur debita moderatio;& eſt mortale, quando obfirmato animo in inuadentem inſurgitur ad eum occidendum, vel grauiter lædendum. Et idem eſt,ſi ipſe inuaſor non ſit iniuſtus,ſit verò ipſe defenſor, vt notat ibidem S.Anton.& patet in exemplo poſito,ſi quis indebitè reſiſtat miniſtris iuſtitiæ.

8. *Delicta, quæ fiunt in rixa, quomodo puniantur, aut non puniantur.*

Et pro menſura,& modo culpæ,quam habet,vel non habet,qui ſe defendit contra rixantem, & inuadétem,punitur, vel non punitur in foro externo, ſi fortè illum occidat, aut grauiter lædat; & tenetur, vel non tenetur ad reſtitutionem, & compenſationem damnorum, quæ conſequuntur: ſi enim illum occidat ſine culpa, vt, v.g. quia ita eſt neceſſarium ad ſui defenſionem, eſt indubitata iuris concluſio,quòd tale homicidium non ſit punibile, vt notat Iul.Clar. *lib.5 recept.ſenten.§. homicidium. verſ.Excuſatur autem homicida.* Et ratio eſt: quia licitũ eſt ipſo iure naturæ vnicuique vim vi repellere, & vt dicitur *l. vt vim.ff.de iuſt.& iur.*iure hoc euenit, vt quod quiſque ad tutelam ſui corporis fecerit,iure feciſſe exiſtimetur. Idque etiam valet in foro conſcientiæ, vt ex communi ſententia Theologorum notant Leſſius *lib.2.de iuſt.c.9.num.4 & ſeq.*Caiet.2.2.*quæſt.64.art.7.* Nau. *in Man. c.15.num.5.*Couarr. *in Clem.Si furioſus.part.3.§. vnico,num.6.*& Iul.Clar.*loco cit.* Qui etiam addit,idem eſſe, ſi quis iniuſtum inuadentem,& rixantem occidat pro defenſione rerum ſuarum, quæ vitæ æquiparantur,vt dicit Gloſſ.*in l. Aduocati. C.de Aduoc.diuerſ.iudic.* & cùm ſint neceſſariæ ad vitam tuendam,ſunt quodammodo ipſa vita, vt *ſuprà* diximus *lib.1.diſp.19.num.1.* Et quanuis Felin. *in c.2. de homic.*

9. *Licitum eſt occidere alterum ad ſui defenſionem.*

10. *Ad defenſionem rerum ſuarum licitum eſt occidere furem.*

*de homic. poſt num.*4. ex communi ſententia affirmet, non licere de iure canonico occidete futem pro ſeruandis taotummodò rebus ſois;id tamen intelligi debet, quando aliter poſſunt ſeruari, aut recuperari, vt,v.g.capiendo furem, vt notat Nau.*cap.* 15.*num.*5.*cit.*& alioqui,ſi oon poſſint aliter ſeruari, aut recuperari; communis ſententia eſt, quòd liceat illum occidete, vt notat Leſſ. *lib.*2.*cap.*9.*cit. num.*66.*& ſeqq.*Iaſ.*in l.vt vim.num.*25.*ff.de iuſtit.& iur.*& ex illo Iul. Clar.*§.homicidium.cit. verſ. Vltima eſt defenſio.* Et qnidem de fute nocturno eſt textus expteſſus *in l. furem nocturnum. ff. ad leg. Corn. de ſicar.* quanqnam etiam ad bunc occidendum multa debent concurrete, vt tradunt Criminaliſtæ apud

11. *Fur nocturnus quando poſſit impunè occidi.*

Clarum *ibidem*; id eſt, vt occidatur ſolùm pro defenſione ſui ipſius,vel rerum ſuarum: & ideò ſi recedat ſine rebus,non oecidatur: vt, qui vult illum occidere, priùs clamet, & quærat ab aliis auxilium, & ſe ab illo defendat ſine oeciſione, ſi poteſt: vt eum non poſſit cognoſcere, neque habeat teſtes, qui poſſint eognoſcete; & ideò non poſſit deponere contra eum de furto: & denique vt non poſſit eum capere: & ſi aliquod ex his non concurrat, illicita cenſetur occiſio furis, etiam nocturni: quia vel reuerà non eſt, vel ſaltem præſumitur noo eſſe neceſſaria ad defenſionem ſui,vel rerum ſuarum.

12. *Licitum eſt alterum occidere ad defenſionem honoris, & famæ.*

De fure autem diurno certum ſimiliter eſt, quòd liceat eum occidere, ſaltem in eo caſu, quando fur defendit ſe telo,aut alio huiuſmodi: vt notat Leſſ. *lib.*2.*cap.*9.*dub.*11.*num.*69. Couar. *in Clem.Si furioſus p.*3.*§.vnico,num.*6.*verſ.Primus cit.*& Clarus *verſ. Vltima eſt. cit.* quia tunc rationabiliter poteſt dubitari, quòd etiam venit ad occidendum, & non poteſt viuus dimitti ſine pericolo propriæ vitæ. Extra hunc verò caſum, licitum etiam eſſe illum occidere, quando fugit cum re furtiua, eáque eſt magni momenti, neque eſt ſpes eam aliter recuperandi; eſt communis ſententia, vt iam diximus,& eſt valdè probabilis,vt patet ex Leſſio *lib.*2.*cap.*5.*cit.num.* 69.*&* 70. vbi etiam ait, id eſſe licitum, quando res non poteſt recuperari, niſi magnis moleſtiis, & in iodicio; imò etiamſi poſteà poſſit reeuperati, adhuc non eſſe contra iuſtitiam,ſi fur procul fugiens, & rem furtiuam ſecum deferens, telo, aut iaculo conficiatur, vt etiam conceedit Caiet.2.2.*quæſt.*64. *art.*7.quia vnuſquiſque ius baber,vt defendat ſuam poſſeſſionem,etiam ciuilem, neque ſinat ſe ſpoliari: quanquam negari non poteſt,quin talis occiſio verè ſit contra charitatem, ſi res à fute accepta poteſt poſteà recuperari, cùm charitas ſemper præcipiat, vt quàm minimo proximi damno ſeruemus res noſtras.

Et eadem ratione, quia periculum famæ, & honoris, æquiparatur periculo vitæ, *l.vſta.ff.de man. vindic.* licitum etiam eſt aggreſſorem occidere pro defenſione honoris, vt ſi ab illo immineat, v.g.per iram graue periculum alicuius iniuriæ perſonalis, vt notat Nau. *cap.*15.*num.*4. & alij apud Leſſ. *lib.*2. *cap.*9.*num.*79. Batt. *in l.*1.*num.*8.*C.vnde vi.* & Angel.*in l.is,qui aggreſſorem, num.*2.*in fin.C.de ſicar.* & Iul. Clar. §. *homicidium, cit.verſ. Idémque, & multò magis.* qui etiam addit *verſ. Atque adeò.* id verum eſſe, etiamſi is,qui occidit huiuſmodi aggreſſorem, & inſultantem, poſſit ab illo fugete, & ſe ſaluare per fugam: neque enim ad id tenetur, ſiue ſit talis perſona, cui ſit dedecori fugere,ſiue non; & adhuc poteſt licitè occidere. Verùm hoc in foro conſcientiæ non eſt admittendum,ſi quis poſſit cõmodè fugere, & ſine dedecore: ſiquidem alioqui non videtur ſeruare moderamen inculpatæ tutelæ, ſi poteſt ſine occiſione ſe tueri,vt rectè monet Leſſ.*cap.*9.*cit. num.*80. quanuis ſpeculatiuè ſit verum, aut probabile, quòd poſſit quis pro defenſione ſui honoris licitè alium occidete;practicè tamen id oon eſſe de facili admittendum propter periculum odij,& exceſſus in ſumenda vindicta propria authoritate, vt etiam pluribus dicemus in materia de homicidio.

13. *Quomodo in rixa poſſit inculpabiliter occidi aliquis tertius.*

Quòd verò diximus,excuſari à culpa,& non puniri occiſionem iniuſtè inuadentis,& rixantis,quando eſt neceſſaria ad ſui defenſionẽ,extenditur etiam ad occiſionem alterius, qui fortè ſit innocens, & medium ſe ioterponat, v.g.ad componẽdam rixam, vt videte eſt apud Mol. *tract.*3.*de iuſt.diſp.*30.*num.* 6.*& ſeqq.*Leſſ.*lib.*2.*cap.*9.*cit.dub.*9.*num.*57. & apud Iol. Clar. *lib.*5.*§.homicidium.cit.verſ. Adde quod.* ſi quis enim me aggrediatur, v.g. iniuſtè, & alius ſe interponat, vt rixam diuidat, & ego ad ſugiendum ictum rixantis,protegã me tettò hunc mediatorem, & ſic ille ictum excipiat & moriatur, nullam culpã eommitto, & nullius pœnæ ſum reus, dummodo oon ego fuerim author rixæ, nec moderamen exceſſerim in me defendeodo, oec mediatorem per vim oppoſuerim ad ictum excipiendum, vt notat Mol.*num.*9. ſed tota culpa & pœna eſt reſerenda in alterum, qui me inuaſit, & fuit cauſa, non ſolùm rixæ; ſed etiam omnium,quæ per ſe ſunt conſecuta ex rixa, & ideò tenetur ad omnia.

14. *Si brutum ab alio prouocatum damnũ faciat, ad nihil tenetur dominus bruti.*

Et proportionaliter idem eſt, ſi quis prouocet aliquod brutum, v.g. meum canem, aut meum taurum, & hic prouocatus illum occidat, aut grauiter lædat: quia enim Dominus bruti omninò eſt ſine culpa,ad nihil tenetur,vt notat Sylu.*verb.rixa,verſ. Tertium.ex l.prima.§. cùm arietes. ff. ſi quadr. paup. fec.dic.* vbi ſtatuit, quòd ſi arietes, aut boues committant cornua, & alter alterum occidat; ad nihil tenetur dominus illius, qui fuit prouocatus,ſi fortè occidit prouocantem: ſed benè tenetur dominus prouocantis, ſi occidit prouocatum: quia, ſcilicet, in culpa fuit, eum minùs cuſtodiendo, & continendo.

Contrà verò, ſi is, qui iniuſtè fuit prooocatus ad rixam,culpam committat in ſe defendendo,& modum excedat; punietur quidem, ſi alterum lædat: ſed mitiùs,vt notat Panorm. *in cap.Si rixati. de iniur.*& ex illo Sylu. *verb.rixa, cit.* quia difficillimum eſt, calorem iracundiæ, & iuſtum dolorem compeſcete, vt in ſimili dicitur, *l.ſi adulterium,§. Imperatores.ff.de adult.* & ideò quemadmodum culpa eſt minor; ita & pœna omni iure eſt mitior.

15. *Pugna ex rixa nõ eſt propriè duellum, quod habet annexam excommunicationem.*

Et hanc ob cauſam, cùm leges Eccleſiæ puniant pœna excommunicationis ſingulare certamen, quod appellatur duellum, quando fit ex condicto, vel ex compoſito loci,& temporis; non tamen puniunt ea pœna,quando fit ex rixa,vt notat Sanchez *lib.*2.*in Decal.c.*30.*num.*28. & apud illum Farinac. *conſ.*9.*in fine,vol.*1. quia,ſcilicet, ex hoc ipſo, quòd fit ex rixa,quæ eſt iræ filia, præſumitur fieri ex calore iracundiæ,& per conſequens minùs culpæ habere, quàm ſi fieret præmeditatè, & ex condicto loci,& temporis.

DISPVT. XXVII.

De iis, quæ pertinent ad gulam in vniuerſum.

1. *Nomine gula quid propriè intelligatur.*
2. *Crapula,& ebrietas quid propriè ſit.*
3. *Modi, ſeu ſpecies gula quenam ſint.*
4. *Species gula communiter differunt eſſentialiter.*
5. *Omnes alij modi gula ad hos reducuntur.*

6. *Motiuum formale peccati gulæ eſt apparens ſufficientia alimenti; non autem ſenſus ſaporis.*

7. *Formale motiuum temperantiæ eſt moderatio vſus ciborum, & venereorum; non autem moderatio ſenſus delectationis.*

POST itam inter vitia capitalia quinto loco ponitur gula, & de illa legi poteſt S.Thom. 2.2.*quæſt*.148. *& qu.24.de malo.* Alen.2.*part.quæſt*.142.S.Anton.2 *part.tit*.6.pet multa capita.Leſſ.*lib*.4 *cap*.3.Azor.*part*.1. *lib*.4.*cap*.18 Reginald. *in praxi,lib*:21.*cap.vltim.* Valen.2.2.*diſp*.9.*quæſt*.3.*puncto* 1.Tol.*lib*.8.*à cap*.59.Nau. *in Man.cap*.23.*num*.119. *& ſeqq.*Syluest.& Summiſtæ *verb.gula*,& alij.

1. *Nomine gulæ quid propriè intelligatur.* Primò autem, nomine gulæ, prout eſt vitium capitale, & de illo hîc loquimur, intelligitur inordinatus amor, vel appetitus cibi, & potus, qui à S. Greg.*lib*.30.*Moral.c*.27. appellatur *ventris ingluuies*; & à Caſſiano, & Græcis Patribus appellatur γαστριμαργία, vt etiam notat Alenſ. *quæſt*. 142. *cit. m*. 4. non autem intelligitur inordinatus appeti-

2. *Crapula, & ebrietas quid propriè ſit.* tus ſolius cibi, qui propriè appellatur nomine comeſſationis, aut crapulæ; vel inordinatus appetitus ſolius potus inebriantis, qui appellatur nomine ebrietatis; & ſi per ſe accipiantur, non ſunt vitium capitale, quod communiter numeratur, & intelligitur nomine gulæ; ſed ſolùm ſunt ſpecies, aut partes illius, vt notat S.Thom.2.2.*quæſt*.150.*art*.1. & Reginald.*lib* 22.*c.vlt.cit.ſect*.3.*num*.54. & colligitur ex illo Chriſti Domini Lucæ 21. *Attendite, ne fortè grauentur corda veſtra crapula, & ebrietate.* & S. Pauli ad Rom.13. *Sicut in die honeſtè ambulemus, non in comeſſationibus, & ebrietatibus*,&c. vt exponit *eo loco* Tol. *annot*.15. & Cornel. à Lapide *num*.201. & S.Thom. *quæſt*.150.*art*.1.*cit*.Quanquam non eſt negandum, quòd aliquando nomen gulæ accipitur, prout eſt peccatum contradiſtinctum ab ebrietate, & ſolùm dicit inordinatum amorem, aut appetitum ipſius cibi, vt notat Valen 2.2. *diſp*.9. *quæſt*.3. *puncto* 1.*verſ.Gula* & Caiet. 2.2. *quæſt*. 150. *art*.1. & dicemus *infrà*, quando agemus de ebrietate. Sed vlteriùs nomine amoris, & appetitus, qui ponitur in definitione, aut deſcriptione gulæ, non eſt intelligendus appetitus naturalis, quem habent viuentia circa alimentum, & ex cuius carentia excitatur in animalibus ſenſus quidam moleſtiæ in ventriculo, qui conſtringitur, & corrugatur, alimento exucto, vt benè explicat Gal. *lib*. 1. *de cauſis ſymptomatum,cap* 7. ſed debet intelligi appetitus elicitus; id eſt, ipſa actualis appetitio. vt notat S.Thom. 2.2.*quæſt*.148 *cit.art*.1. & ex illo S.Anton. *part*.2. *tit*.6 *cit.c*.2.

Et non eſt dubium, quòd talis appetitio, ſi ſit inordinata, cùm recedat quoad aliquid ab ordine rationis, & ſit vitioſa, & peccatum: ſiquidem opponitur, propriè loquendo, per exceſſum virtuti abſtinentiæ, vt notat Leſſ *lib*.4.*cap*.3.*cit.num*.1. & Valent.2.2.*diſp*.9.*quæſt*.3 *puncto* 1.*cit.verſ.Gula.* Et quemadmodum abſtinentia ponit moderationem rationis in vſu cibi, & potus, vt patet ex S. Thom.2.2.*quæſt*.146.*art*.1.*&* 2. ita & gula tollit moderationem, eamque excedit.

3. *Modi, ſeu ſpecies gulæ quanam ſint.* Idque, in vniuerſum loquendo, dupliciter poteſt contingere; id eſt. vel ex parte ipſorum ciborum, qui appetuntur; vel ex parte ipſius vſus, & actualis ſumptionis, qua abſumuntur: ſi enim cibi, qui appetuntur, ſint nimis lauti & pretioſi, quoad ſubſtantiam ipſam, vel ſpeciem, vel nimis accuratè, & ſtudioſè ſint præparati, vel in nimia quantitate; inordinatio, & exceſſus contingit ex parte ipſorum ciborum, & eſt vel ſecundùm ſubſtantiam, vel ſecundùm qualitatem, vel ſecundùm quantitatem, vt ex ſe patet: ſi verò cibi, quoad nihil ex his, contineant inordinationem, & exceſſum; ſed ipſe vſus ciborum, & ipſa actualis comeſtio ſit inordinata; v. g. quoad tempus, quia illud nimis præuenit, quam alioqui oporteret; vel ſit inordinata quoad modum, & præ ſe ferat, v.g. nimiam auiditatem, & ardorem; tota inordinatio, & exceſſus eſt ex parte ipſius vſus, & ſumptionis ciborum, prout conſideratur tanquàm diſtincta ab ipſis cibis. Et ex hoc duplici capite inordinationis, & exceſſus aſſignantur quinque illi modi gulæ, quos ponit S. Greg. *lib*.30. *Moral.c*.27.*cit*. & ex illo explicat S.Thom. 2.2.*quæſt*.148 .*art* 4.& memoriæ cauſa comprehenduntur hoc verſiculo:

Præproperè, lautè, nimis, ardenter, ſtudioſè.

Prima enim dictio, *præproperè*, ſignificat primam inordinationem ex parte ipſius actualis vſus ciborum, id eſt, quoad circunſtantiam temporis, quod nimis indebitè præuenitur. Secunda, *lautè*, inordinationem quoad ſubſtantiam, & pretioſitatem ipſorum ciborum. Tertia, *nimis*, ſignificat inordinationem eorundem quoad quantitatem. Quarta, *ardenter*, ſignificat alteram inordinationem ex parte vſus, id eſt, nimiam auiditatem, & ardorem in comedendo. Et denique quinta, *ſtudioſè*, ſignificat inordinationem ciborum quoad qualitatem præparationis.

Et quoniam in peccatis gulæ, hæ corruptiones circunſtantiarum communiter proueniunt ex diuerſis motiuis; & ideò aliquis, v. g. inordinatè ſe habet quoad circunſtantiam temporis, & præproperè comedit, quia irrationabiliter famem non fert, vt notat S.Anton. *part*.2.*tit*.6. *cap*.1 §.4. vel certè, quia irrationabiliter de hoc ipſo delectatur, vt præproperè comedat, vt notat Caiet.2.2.*quæſt*. 148.*art*.3.§.*Ad obiecta in* 3.*dubio.&* §. *Ad tertium.* & de hoc ipſo ſpecialiter delectatur, quòd lautè comedat, & ſic de aliis; non debent huiuſmodi ſpecies communiter exiſtimari ſolùm accidentales, quales ſunt, v.g. in illiberalitate, ſi quis ex eodem motiuo inordinatè habendi accipiat pecuniam, quando non oportet, & à quo non oportet, & pluſquàm oportet; ſed debent cenſeri omninò eſſentiales in genere moris, vt docet S.Thom.2.2.*quæſt*. 148.*art*.4.*cit.ad* 1.*& quæſt*.14.*de malo,art*.3 & patet ex dictis *ſuprà,lib*.2.*diſp*.20.*num*.1.de diſtinctione ſpecifica peccatorum ex circunſtantiis, iuxta doctrinam S.Thom.1.2.*quæſt*.79.*art*.9. quia enim in moralibus ſpecies maximè ſumitur, & diuerſificatur ex fine, & hic ſe habet, ſicut forma in Phyſicis, ex S.Thom.1. 2. *quæſt*.60.*art*.1. & ſicut prima principia in ſcientiis, ex eodem S.Thom. 1. 2.*quæſt*.72.*art*.5.& Ariſtotele 7.*Ethic. cap*.8. ſemper eſt admittenda in peccatis diuerſitas ſpecifica, quando conſtat in illis de diuerſitate ipſius finis, & motiui formalis, & proximi, ex quo proueniunt, vt communiter accidit: & contrà, ſi quis aliquando ex eodem motiuo, & fine tranſgrediatur, & corrumpat plures ex huiuſmodi circunſtantiis, & ex eodem motiuo, verbi gratia, delectationis, & voluptatis, ſumat cibos præproperè, & nimis lautos, & nimios in quantitate, & nimis ſtudioſè præparatos, & nimia auiditate, & ardore; non peccabit niſi in vna ſpecie: quia in tali caſu omnes hæ circunſtantiæ manebunt in pura ratione circunſtantiæ, neque aliquid habebunt, per quod tranſeant in rationes formales, & tribuant diſtinctionem ſpecificam, vt *ſuprà* explicauimus *lib*.2.*diſput*.20.*citat. num*.4. 4. *Species gulæ communiter differunt eſſentialiter.*

Atque

5. *Omnes alij modi gulæ ad hos reducuntur.*

Atque ad hos quinque modos, ſeu ſpecies gulæ reducit S.Thom. 2. 2. *quæſt.*148. *art.*4 *cit.* & Alen. *p.*2.*quæſt.*142. *num.*6. illos quatuor, quos affert S. Iſidor. *lib.*2.*de ſummo bono, cap.*22. *non longè à fine, & cap.*42.quando ait,quòd guloſus excedit in cibo ſecundùm quid, quantum, quomodo, quando: ſub quarto enim modo exceſſus, qui ſignificatur per particulam, *quomodo,* comprehendit duos ex modis allatis à S. Greg. id eſt, nimium ardorem in comedendo, & nimium ſtudium in cibis parandis, & condiendis.

Et eadem ratione ad eoſdem quinque modos reducuntur aliæ omnes inordinationes, quæ ſolent contingere in genere gulæ, & contra virtutem abſtinentiæ per inordinatum appetitum, aut vſum cibi, vel potus, vt benè explicat Caiet.2.2.*quæſt.*148. *art.*4. & Leſſ. *lib.*4.*cap.*3. *num.*4. *&* 5. qui enim ex gula comedit carnes, v.g. in die prohibito, vel peccat primo modo, quia præuenit tempus conueniens comedendi carnes; vel peccat ſecundo modo, quia comedit cibos ſibi indebitos ſecundùm ſubſtantiam: & qui comedit in loco indebito, v.g. in foro, vel in Eccleſia, quia non poteſt expectare, donec veniat domum, ſimiliter peccat primo modo, quia ſimul cum circunſtantia loci, etiam violat circunſtantiam temporis, & præuenit tempus conueniens comedendi, quale eſt tantùm illud, quo domi manetur; non autem illud, quo manetur in ſuro, vel in Eccleſia: & qui comedit cibos omninò incongruos, vt, v.g. carnes humanas, aut carbones, vel ſimilia, idque facit non ex amentia, & feritate, vel affectione belluina; ſed ex gula, (quod tamen vix videtur poſſe contingere) peccat ſecundo modo, qui comprehendit omnes cibos indebitos quoad ſubſtantiam.

Dixi autem, ad quinque modos, aut ſpecies gulæ aſſignatas reduci omnes alias inordinationes, quæ contingunt in eodem genere gulæ, & contra virtutem abſtinentiæ: quia fieri poteſt, vt per aliquam circunſtantiam trahantur ad aliud genus peccati; & tunc, vel nullo modo erunt in genere gulæ, vel ſimul erunt in duplici genere peccati iuxta doctrinam *ſuprà* traditam de diſtinctione ſpecifica peccatorum ex circunſtantiis, *lib.*2.*diſp.*20. Si quis enim, v.g. comedat ante Euchariſtiam, potiùs peccat peccato ſacrilegij, & contra virtutem religionis, eiúſque obligationẽ de non communicando poſt cibũ, quàm peccato gulæ: & ſi quis comedat cibos noxios, & corporis valetudini multùm aduerſos, potiùs peccat contra charitatem erga ſe ipſum, & contra obligationem de vita & ſanitate tuenda, quàm contra abſtinentiam, & ex peccato gulæ, vt notat Caiet. & Leſſ. *locis cit.*

6. *Motiuũ formale peccati gulæ, eſt apparens ſufficientia alimenti; non autem ſenſus ſaporis.*

Quòd ſi quæras, quodnam ſit motiuum formale peccati gulæ in vniuerſum accepti, & ſub quo contineantur particularia motiua cuiuſque gulæ acceptæ in ſpecie: Reſpondeo ex Alen. 2.*p.quæſt.* 142.*num.*2. pro motiuo formali quaſi generico rectè poſſe aſſignari ſufficientiam apparentem in alimentis; quemadmodum in peccato auaritiæ, v.g. motiuum formale eſt ſufficientia apparens, quoad bona externa, quæ ſunt neceſſaria ad vſus vitæ. Et ad idem pertinet, quod aſſerit Leſſ. *lib.*4.*cap.*1.*num.*5. de motiuo formali temperantiæ in vniuerſum acceptæ, ſub qua pro vſu ciborum continetur abſtinentia, & pro vſu venereorum continetur caſtitas: ſicut enim temperantia in vniuerſum accepta pro motiuo formali non habet moderationem voluptatis, & delectationis formaliter acceptæ, prout habetur ex cibis, & ex venereis, & formaliter dicit iudicium ſenſus guſtus de tali, aut tali ſapore; & iudiciũ ſenſus tactus de tali, aut tali tangibili: ſed moderationẽ ipſius vſus ciborum, & venereorũ, ex quibus ſequitur delectatio & voluptas, vt etiam probat Ariſtoteles 3. *Ethic.cap.*10. ita & abſtinentia pro motiuo formali habet determinatè moderationem vſus ciborum, & caſtitas moderationem vſus venereorum, & ſolùm mediante hac moderatione huiuſmodi vſuum dicuntur moderari delectationes, & voluptates, quæ alioqui ex ſe conſequuntur omninò neceſſariò, neque poſſunt in ſe ipſis aliam moderationem habere: imò ſpecialiter, quantùm facit ad delectationes guſtus, ipſe Ariſtoteles 3. *Ethic. cap.*10.*cit.* expreſsè aſſerit, quòd parum, vel nihil pertinent ad virtutem temperantiæ, cùm ſolùm cõſiſtãt in iudicio de ſaporibus, & hoc non cenſeatur cõmuniter pertinere ad temperantem, vel intemperantem, vt patet ex iis, qui vina explorant, vel obſonia condiunt, & ſæpiùs iudicant de ſaporibus: neque tamen per hoc vllam laudem temperantiæ, aut vituperationẽ intemperantiæ incurrunt; & præterea ex iis, qui multi ſunt in vſu ciborum, & venereorum, & per hoc formaliter cenſentur intemperantes, etiamſi non multùm iudicent de ſaporibus, aut obiectis tangibilibus. Vnde & Philoxenus ille Eryxius gulæ deditus optaſſe dicitur guttur longius collo gruis, vt per illud duraret diutiùs actualis ſumptio, & vſus ciborum; nec multùm curauit de iudicio, & ſenſu, vel delectatione ſaporum, cùm non per guttur, ſed per palatum, aut linguam feratur iudicium de ſaporibus, vt notat *eo loco* S. Thom. *lect.*20.

7. *Formale motiuum tẽperãtiæ eſt moderatio vſus ciborum, & venereorum; non autẽ moderatio ſenſus delectationis.*

Neque contra hoc, quòd formale motiuum peccati gulæ ſit apparens ſufficientia in alimentis, multùm facit, quòd aliquando etiam in gula reperitur apparens nimietas, & ſuperfluitas, vt patet in iis, qui ſcienter & aduertenter ſe cibis ingurgitant. Nam contrà eſt: quia, vt notat Alen. 2.*p.quæſt.*142. *cit. m.*2. hæc ipſa apparentia nimietatis, & ſuperfluitatis non tollit apparentiam ſufficientiæ, cùm facilè poſſit accidere, vt cibus, qui primùm apparet nimius, & ſuperfluus, gula poſtmodum vincente rationem, eiúſque iudicium obſcurante, appareat ſufficiens, & non ſuperfluus, vt etiam contingit in aliis peccatis, in quibus turpitudo priùs cognita per rationem, creſcente paulatim concupiſcentia minùs cognoſcitur; & ſolùm leuiter: ſicut & carmina Empedoclis tempore ebrietatis, aut ſomni, vt ſæpiùs diximus *ſuprà*, dum ageremus de ignorantia, quæ reperitur in peccatis ex Ariſtotele 7. *Ethic.cap.*3.

DISPVT. XXVIII.

In quibus caſibus peccatum gulæ poſſit eſſe mortale.

1. *Peccatum gulæ tunc eſt mortale, quando quis illi adhæret, vt fini vltimo.*
2. *Qui ex gula paratus eſt tranſgredi alia præcepta, dupliciter peccat.*
3. *Peccatum gulæ eſt contra certum aliquod præceptum diuinum.*
4. *Peccatum gulæ non eſt propriè contra aliquod ex præceptis Decalogi.*
5. *Præcepta Decalogi quomodo dicantur ſolùm eſſe præcepta iuſtitiæ.*
   Sed reductiuè pertinent ad præceptum de ſanctificando Sabbatho.
6. *De grauitate peccati gulæ.*
7. *Quibus modis guloſus poſſit conſtituere vltimum finem in cibis.*

8. *Guloſus pluribus aliis modis poteſt peccare mortaliter.*
9. *Quomodo gula ſit peccatum mortale, ſi ex illa committantur alia peccata.*
10. *Peccatum gulæ poteſt eſſe mortale ex lege aliqua poſitiua.*
11. *Peccatum gulæ communiter eſt veniale.*
12. *Miniſtrare ægroto cibum, aut potum, & ex illo febrim augere, non eſt peccatum mortale.*
13. *Peccatum gulæ non eſt mortale ex eo, quòd præuideatur ſecutura nocturna pollutio.*
14. *Pollutio, quæ præuidetur indirectè cauſanda ex peccato mortali alterius generis, non propterea eſt mortalis.*
15. *Pollutio, quæ præuidetur indirectè cauſanda ex actu turpi, eſt mortalis.*
16. *Quomodo actus gulæ poſſit influere in pollutionem.*
17. *Pollutio indirectè cauſata ex actu gulæ, qui ſit mortalis propter fornicationem, non eſt mortalis.*
18. *Idem eſt, ſi cauſetur indirectè ex actu ſolùm venialiter turpi.*
19. *Pollutio, quæ præuidetur indirectè cauſanda ex aliquo actu, eſt ſaltem peccatum veniale.*
20. *Non omne periculum mali eſt neceſſariò vitandum.*

1. *Peccatum gulæ tunc eſt mortale, quando quis illi adhæret, vt fini vltimo.*

REGVLA ad dignoſcendum peccatum mortale ex vitio gulæ, hæc eſt ex S.Thom. 2.2. qu. 148. art. 2. & quæſt. 14. de malo, art. 2. *Inordinatio gulæ tunc eſt mortalis, quando deordinat, vel auertit ab vltimo fine: idque contingit, quando homo inhæret delectationi gulæ, tanquàm fini, propter quem Deum contemnit; paratus, ſcilicet, agere contra Dei præcepta, vt aſſequatur huiuſmodi delectationes.* Et ſenſus eſt, vt exponit Caiet. *ibid. § Sed horum euidentiam* quòd peccatum gulæ tunc ſit mortale, & auertat ab vltimo fine, eùmque tollat, quando quis illi adhæret, vt fini vltimo: quia enim intemperans *ex 3. Ethic. c. 11.* iucundorum cupiditate adeò ducitur, vt ea aliis omnibus anteponat; rectè dicitur iis adhærere vt fini vltimo: ſiquidem & iis adhæret propter ſe; & aliis ſolùm adhæret propter ipſa; quod eſt proprium vltimi finis: & non eſt dubium, quòd etiam guloſus, ſi adeò ducatur cupiditate ciborum, vt eos aliis omnibus anteponat, eóſque propter ſe appetat, & cætera ſolùm appetat propter ipſos, in iis conſtituet vltimum finem, vt etiam explicabimus *infrà num. 7.* & non poteſt eſſe ſine peccato mortali, cùm per hoc Deus ipſe grauiter contemnatur, qui ſolus ex ſua natura eſt vltimus finis, & ſolus eſt amandus propter ſe, & ſolus eſt prima ratio amandi cætera, ante quam non eſt alia ratio amandi prior. Et hoc modo veriſſimum eſt id, quod habet S.Thom. 2.2. *qu. 148. art. 2. cit. ad* 2. quòd peccatum gulæ, in quantum auertit ab vltimo fine, contrariatur dilectioni Dei, qui ſolus eſt diligendus, ſicut vltimus finis: ſicut enim præcepta omnia ſunt propter dilectionem Dei, vt propter finem, iuxta illud 1. ad Timoth. 1. *finis præcepti, charitas.* in quantum, ſcilicet, vnúquodque diſponit circa ſuam materiam, vt Deus ſuper omnia diligatur, eíque nihil præferatur: ita & omnes deuiationes a præceptis, eorúmque tranſgreſſiones, id eſt, omnia peccata, ſunt deuiationes ab vltimo fine, eiúſque dilectione, vt notat S.Thom. 2.2. *q. 122. art. 1. ad* 4.

Et ex hac ratione vltimi finis, ſic a guloſo cõſtituta in cibis, prouenit id, quod ſubdit S. Thom. *q. 148. art. 2. cit.* vt propter cibos ſit paratus præcepta tranſgredi, & ex hoc, tanquàm à poſteriori, & ab effectu, vel ſigno nobis noto, rectè poſſumus cognoſcere illud prius, vt ſubdit Caiet. *ibidem:* & abſolutè, hoc ipſo, quòd aliquis ex gulæ cupiditate paratus eſt agere contra Dei præcepta, colligi poteſt, quòd gulæ adhæreat, tanquàm vltimo fini, & peccet mortaliter, & verè deuiet ab vltimo fine.

2. *Qui ex gula paratus eſt tranſgredi alia præcepta, dupliciter peccat.*

Neque hoc peccatum eſt ſolùm in eo genere, aut ſpecie mali, quam poteſt habere ex iis præceptis, quæ homo guloſus paratus eſt tranſgredi per gulam, ſicut eſſet, v. g. ſolùm in ſpecie furti dare eleemoſynã, aut ſtudere, in eo, qui eſſet paratus furari pro danda eleemoſyna, aut ſtudẽdo: ſed verè eſt peccatum in propria ſpecie gulæ, cùm hæc ipſa ſit ſpecialis, & grauis inordinatio, vt cibi appetantur tanquàm vltimus finis, id eſt, per ſe, & tanquàm prima ratio appetendi cætera: & idem eſſet etiam de volũtate dandi eleemoſynã, aut ſtudendi, ſi eleemoſyna, aut ſtudium amaretur ſimpliciter propter ſe, & tanquàm vltimus finis: ſiquidem hæc ratio vltimi finis, tributa etiã eleemoſynæ, & ſtudio, grauiter illam deordinaret: quia tamen communiter id non accidit, & qui eſt paratus, v.g. furari, vt det eleemoſynã, non amat eleemoſynam propter ſe, ſed vlteriùs illam refert in Deum, & verè amat propter Deum; & tota illius deordinatio ſolùm eſt, quia illam amat, vt rationem amandi furtum; quo tamen modo non eſſet amanda; ideò talis voluntas eleemoſynæ, aut ſtudendi, communiter ſolùm eſt mala in ſpecie furti; non autem habet malitiam propriam, aut ſpecialem, & proportionaliter eodem modo ſe habet, ſicut & voluntas ſeruandi vitam, & ſe ſuſtentandi in ea fœmina, v.g. quæ parata eſt fornicari, & de facto conſentit in fornicationem, ne ab aliquo occidatur; vel, vt habeat, vnde vitam ſuſtentet: quia enim, propriè loquendo, non ideò agit deordinatè, & peccat, quia amet vitam, & ſuſtentationem, tanquàm vltimum finem; ſed quia illam amat, vt rationem fornicandi, & volendi fornicationem; ſolùm peccat in ſpecie fornicationis; & vnum tantùm peccatum, non autem duo. At verò, qui amat cibum ex gula, tanquàm vltimum finem, eíque tribuit amabilitatem propter ſe, quæ eſt propria vltimi finis; & prætereà illum amat, vt rationem volendi furtum; dupliciter peccat, & in duplici ſpecie; id eſt, in ſpecie gulæ, inordinatè amando cibum propter amabilitatem vltimi finis, quam non habet; & in ſpecie furti, amando illud propter cibum: & prima illa inordinatio nõ eſt exiſtimanda prouenire ex nimia intenſione actus, & actualis appetitionis, quæ fortè ſit; ſed ex ratione ipſa obiectiua formali, quæ ſpecificat huiuſmodi appetitionem, & eſt ipſa amabilitas vltimi finis: & hæc ſine dubio, ſiue ametur, & appetatur intenſè, ſiue remiſsè; ſemper amatur, & appetitur mortaliter: & ſine hac ratione formali obiectiua quæcunque alia appetitio cibi, etiam intenſiſſima, ſolùm eſt venialis, vt notat Caiet. *art. 2. cit. § cit. Ad horum euidentiam. verſ. Et benè nota.* & ſi fortè amabilitas obiectiua appetitionis cibi contingat, vt ſit ſolùm venialis, etiam inordinatio talis appetitionis erit ſolùm venialis in ſpecie gulæ; quamuis poſſit prætereà eſſe mortalis in ſpecie furti, ſi prætereà ſit ratio volendi furtum, vt idem ſubdit *verſ. Habes quoque ex hac theoria.*

3. *Peccatum gulæ eſt contra certum aliquod præceptum diuinum.*

Quòd ſi quæras, contra quod præceptum ſit gula, eiúſque actus, quando præſertim eſt peccatum mortale: Reſpondeo cum eodem Caiet. *ibid. § Ad horum euidentiam. cit. verſ. Et cùm Martinus dicit.* dupliciter poſſe quæri de præcepto; id eſt, generaliter, & indeterminatè de quocunque præcepto

diuino,

diuino,& naturali;& prætereà magis ſpecialiter,& deretminatè de præcepto Decalogi. Et primo modo dici poteſt peccatum gulæ eſſe contra illud præceptum Chtiſti Domini Lucæ 21. *Attendite,ne grauentur corda veſtra crapula,& ebrietate.* & ad Rom. 13. vbi comeſſationes, & ebtietates numerantur intet opera tenebrarum: *Abiiciamus opera tenebrarum, & induamur arma lucis: ſicut in die honeſtè ambulemus, non in comeſſationibus, & ebrietatibus,* &c.& ad Galat. 5. vbi ſimilitet ebrietates,& comeſſationes numerantur inter opera carnis, de quibus dicitut: *Prædico vobis,ſicut prædixi: quoniam qui talia agunt,regnum Dei non conſequentur.* Et hoc præceptum, cùm ſit de re ex ſe mala, & contra dictamen ipſum oaturale; dicendum eſt eſſe diuinum naturale, non autem diuinum poſitiuum; ſicut eſt, v.g. præceprum de Baptiſmo,aut confeſſione ſacramentali,vr ex ſe pater.

4. *Peccatũ gulæ nõ eſt propriè contra aliquod ex præceptis Decalogi.*

Secundo verò modo negat S. Thom. 2.2. *quæſt.* 148. *art.* 2. *ad* 1. peccatum gulæ directè contrariari vlli præcepto Decalogi: ſicut etiam plura alia ſunt peccata mortalia, quæ nulli tali præcepto contrariantur. Et ratio eſt: quia,vt benè explicat idem S. Thom. 2.2. *quæſt.* 122. *art.* 2. cùm præcepta Decalogi ſint prima principia legis,quibus ratio naturalis ſtatim præſtat aſſenſum, tanquàm principiis manifeſtiſſimis, omniuò debuerũt ſolùm eſſe de iis,in quibus ratio debiti manifeſtè appatet, id eſt, ſolùm de iis, quæ ſunt ad alterum, & dicuntur præcepta iuſtitiæ: ſiquidem in iis, quæ ſunt ad ſe ipſum, videtur primo aſpectu, quòd homo ſit dominus ſui, & poſſit licitè facere, quodcunque libuerit; atque ita tatio debiti in illis minùs apparet. Qua ergo tatione peccatum ſupetbiæ, provt conſiſtit in appetitu inordinato excellentiæ; & peccatum auaritiæ, provt conſiſtit io appetitu inotdinato diuitiatum; nulli ptæcepto Decalogi directè conttariantur: eadem rationo non eſt neceſſarium, vt vlli ditectè contrarietur peccatum gulæ, cùm neque hoc peccatum, neque illa,ſint ex iis,quæ ſunt ad alterum,& manifeſtiſſimè continent rationem debiti: ſi tamen peccatum gulæ ſit reducendum ad aliquod ptæceptum Decalogi, tectè ſubdir S. Thom. 2.2. *quæſt.* 148. *art.* 2. *ad* 1. *cit.* quòd per quandam reductionem poſſit dici pertinere ad tertium præceptum de ſanctificatione Sabbathi: ſiquidem hoc præceptum non literaliter, ſed ſpiritualiter, & moraliter intellectum,eſt præceptum generale, & generaliter præcipit quietem mentis in Deo, tanquàm in vltimo fine, & propter hanc ſecundariò præcipit etiam ceſſationem ab omni actu peccati, qui eſt opus maximè omnium aliorum ſetuile, vt patet ex eodem S. Thom. *q.* 142. *cit. art.* 4. *ad* 1. & ſpecialiter hæc reductio tribuitur peccato gulæ potiùs, quàm peccato ſuperbiæ, aut luxuriæ, vel cuicunque alteri: quia gula hoc habet ſpeciale, vt mentem non ſinat in Deo quieſcere; ſed eam maximè deprimat vſque ad delectationes communes cum brutis; quod non habet peccatum ſuperbiæ: & prætereà habet hoc aliud, vt nullo alio præcepto magis directè prohibeatur, ſicut prohibetur luxuria per illa duo: *Non mœchaberis, & non concupiſces vxorem proximi tui.* vt notat Caiet. 2.2. *quæſt.* 148. *art.* 2. *cit. in fine.*

5. *Præcepta Decalogi quomodo dicantur ſolùm eſſe præcepta iuſtitiæ.*

Sed reductiuè pertinet ad præceptum de ſanctificando Sabbatho.

6. *De grauitate peccati gulæ.*

Si verò vlteriùs quæras de gtauitate peccati gulæ, illúdque conſideres, & compares in ordine ad alia peccata, negat S. Thom. 2.2. *quæſt.* 148. *cit. art.* 3. quòd ſit maximum omnium peccatorum, ſi attendatur illa grauitas, & magnitudo, quæ in peccatis eſt maximè per ſe, & deſumitur ex obiecto: hac enim ratione non eſt dubium, quòd illa peccata ſint gtauiota, quæ verſantur circa Deum, vt eſt, v.g. periutium, aut ſacrilegium, quàm illa, quæ verſantur circa res corporales, eáſque ioſimas, vt eſt, v.g. cibus & potus, circa quæ eſt peccatum gulæ.

Si verò atteodatur illa grauitas, quæ in peccatis poteſt haberi ex parte ipſius peccátis, vt, v.g. ſi peccet ex maiori aduertentia, maiore malitia, maiore libertate, minore concupiſceotia, & paſſione; ſubdit, quòd etiam hæc in peccato gulæ non eſt maxima; ſed potiùs multùm minuitur, & alleuiatur ex ipſa neceſſitate aſſumptionis ciborum, & ex difficultate diſcernendi,& moderandi in cibis, quod eſt conueniens,& ſufficieos ſecundùm rationem: hinc enim facilè prouenit minor notitia, & aduertentia de exceſſu, & minor indifferentia ad eum vitandum; & ex conſequenti minuitur grauitas.

Si denique attendatur illa grauitas, quæ poteſt haberi ex circunſtantia mali effectus conſequentis, hoc modo concludit, quòd vitium gulæ poteſt habere quandam magnitudinem, in quantum ex illa occaſionantur diuerſa peccata: ſic enim peccatum luxuriæ in Sodomis fuit occaſionatum ex gula, iuxta illud Ezech. 16. *Hæc fuit iniquitas Sodomæ, ſaturitas panis, & vini,* &c. vt ootat S. Thom. *ibidem in reſponſ. ad* 1. Et non eſt dubium, quòd paſſim occaſionantur etiam plura alia peccata. Et quoniam hæc circunſtantia mali effectus non ſe habet per ſe ad gulam, ſed ſolùm per accideos, & per occaſionem; ideò non arguit in illa per ſe maiorem grauitatem, vt idem ſubdit *in reſponſ. ad* 2.

Atque ex his, quæ diximus io vniuerſum de malitia morali peccati gulæ, poſſunt intelligi ea, quæ tradunt Doctores communiter de cettis caſibus particularibus. 7. *Quibus modis guloſus poſſit conſtituere vltimũ finem in cibo.*

Primò enim certum eſt, quòd peccet mortaliter, qui in cibis ponit vltimum finem, vt iam diximus ex S. Thom. ſiue id faciat explicitè & ſignanter, quomodo Epicurei ſummum bonum conſtituerunt in voluptatibus; ſiue implicitè, & in actu exercito, amando cibos, eorúmque delectationem propter ſe, & amando cætera propter cibos, quæ eſt propria amabilitas vltimi finis, vt iam diximus, ſiue denique id faciat interpretatiuè, & paratus ſit ex affectu gulæ præcepta tranſgredi, & propter eius delectationem Deum deſerere, vt benè explicat Leſſ. *lib.* 4. *cap.* 3. *dub.* 1. *num.* 6. & his omnibus modis de guloſo poteſt dici, quòd habeat ventrem pro Deo, iuxta illud S. Pauli ad Philipp. 3. *Quorum Deus venter eſt.* & quòd cauponetur verbum Dei, iuxta illud 2. Cor. 2. *Adulterantes* (vel, vt Græcè habetur, *cauponantes*) *verbum Dei.*) id eſt, more cauponum omnia referentes ad guſtum, vt ſpecialiter faciunt plures Hæretici noſtri temporis, qui fidem, & Euangelium propter ventrem deprauant.

Secundò certum eſt, quòd peccet mortaliter, qui ex gula tranſgreditur aliquod præceptum graue, ſiue affirmatiuum, ſiue negatiuum: vt, v.g. ſi furetur, vel contrahat contractus iniqoos; ſi non ſoluat creditoribus id, qood debet ex iuſtitia; ſi filias in matrimonio non collocet; ſi proximo non ſubueniat in extremis, aut grauibus neceſſitatibus; vel ad hæc, & ſimilia reddat ſe impotentem, ſolùm vt habeat, vnde lautè comedat, & ad hunc finem prodigat ſua, ſicut fecit Eſaü, *Gen.* 25. qui vendidit primogenitutam pto edulio lentis; ſi graue nocumentum valetudini inferat, idque certò aduertat, vel probabiliter, & rationabiliter timeat; ſi graue ſcandalum aliis præbeat, idque teneatur vitare iuxta illud 1. Cor. 8. *Si eſca ſcandalizat fratrem meum, non manducabo carnes in æternum.* ſi conſtituat ſe per gulam in periculo probabili alterius peccati, vt, verbi gratia, ſi incitetur grauiter ad turpia, 8. *Guloſus pluribus aliis modis poteſt peccare mortaliter.*

Digitized by Google

& experientia notit, quòd facilè aſſentiatur.

9. *Quomodo gula ſit peccatum mortale, ſi ex illa committantur alia peccata.*

Et quidem, ſi hæc tranſgreſſio præceptorum, vel promptitudo animi, & voluntatis ad illa tranſgredienda, ita proueniat ex affectu gulæ, vt ex illa, tanquàm à poſteriori, & ab effectu, vel ſigno nobis noto poſſit colligi ratio formalis obiectiua illius affectus non eſſe quæcunque, ſed illa, quam *ſuprà* dixi *num.* 1. *&* 2. eſſe propriam amabilitatem vltimi finis, & ſemper fundare malitiam grauem, & deordinationem mortalem; non eſt dubium, quòd in caſibus ſupradictis, vtrunque peccatum ſit mortale; & in eo, v.g. qui propter gulam furatur, vel contrahit contractus vſurarios, aut iniuſtos, non ſolùm furtum, & vſura, vel iniuſtitia; ſed etiam gula ſit mortalis in propria ſpecie, cùm reuerà ille affectus deordinationem & grauitatem non habeat ſolùm ex eo, quia eſt ratio volendi furtum, aut iniuſtitiam; ſed etiam ex eo, quia ipſa gula per ſe amatur ea amabilitate, qua amatur vltimus finis, vt *ſuprà* explicauimus *num.* 2. Si verò hæc tranſgreſſio præceptorum, aut promptitudo ad tranſgreſſioné non proueniat per ſe ex ipſa ratione obiectiua affectus gulæ; ſed ſolùm per accidens, quia guloſus per ſuã libertatem eligit furari propter gulam, etiamſi gulam non amet, tanquàm vltimum finem; poterit peccatum gulæ in propria ſpecie eſſe ſolùm veniale; & prætereà poterit eſſe mortale in alia ſpecie, vt, v.g. in ſpecie furti, ſi propter gulam furetur; & in tali caſu ſatis erit, ſi in confeſſione ſolùm manifeſtetur malitia furti; non autem erit neceſſarium, vt prætereà manifeſtetur malitia gulæ, cùm hæc ex ſe ſolùm ſit venialis: & quemadmodum qui committit aliquod peccatum mortale propter aliquem finem ex ſe non illicitum, & non malum, & fornicatur, v. g. vt aliquid lucretur, quo vitam ſuſtentet; ſatis eſt, ſi aperiat in confeſſione illud peccatum; non autem tenetur aperire finem: ita, etiamſi committat aliquod peccatum mortale propter finem, qui ſolùm venialiter ſit illicitus, & malus; & fornicetur, v.g. vt furetur aliquid modicum; ſatis eſt, ſi aperiat illud peccatum; non autem tenetur aperire finem, & furtum modicum.

10. *Peccatum gula poteſt eſſe mortale ex lege aliqua poſitiua.*

Tertiò, propter hos caſus, in quibus ex gula poteſt peccari mortaliter, quaſi ex ipſa rei natura, poteſt etiam peccari ex lege aliqua poſitiua, ſi abſtinentiam, vel ſimpliciter, vel ab his, aut illis cibis grauiter præcipiat, vt benè explicat S. Anton. p. 2. *tit.* 6. *c.* 1. §. 1. ſic enim *Gen.* 3. præcepit Deus Adamo abſtinentiam à fructu arboris vitæ: & *Leuit.* 11. præcepit Hebræis, ne comederent de certis animalibus, v.g. de porco, aquila, miluo, coruo, & ſimilibus, propter ſpiritualem, ſcilicet, ſignificationem certorum vitiorum, quæ per illa animalia denotabantur, & quæ per illam prohibitionem per ſe intendebantur prohiberi: vt, v.g. vitium luxuriæ per porcum; vitium rapinæ, & auaritiæ, per miluum; tarditatis, & procraſtinationis, per coruum; ſuperbiæ, & delicioſitatis, per aquilam; & ſimilia, vt videre eſt apud S. Anton. *loc. cit.* Et eadem ratione initio Eccleſiæ prohibitum fuit gentilibus ad fidem conuerſis per Apoſtolos, ne comederent de idolothytis, & carnibus immolatis idolis, vt patet 1. *Corint.* 8. *&* *Act.* 15. ne, ſcilicet, aliqui ſcandalizarentur, & crederent, ab illis id fieri in venerationem idoli: & ſimiliter propter concordiam ſpecialiter ſeruandam inter omnes, qui conuerterentur ad fidem, prohibitum fuit per eoſdem Apoſtolos, *Act.* 15. *cit.* ne fideles veſcerentur ſanguine, & ſuffocato; quia, nimirum, qui ex Iudæis conuertebantur, id maximè abhorrebant, vtpote aſſueti veteri legi, quæ id grauiter prohibebat; & ideò alij fideles, ſi fortè ab illis cibis non abſtinuiſſent, fuiſſent illis maximè odioſi, & graues, nec facilè potuiſſet inter omnes ſeruari communis charitas, & concordia: de qua re legi poteſt S. Thom. 1. 2. *quæſt.* 103. *art.* 4. *ad* 3. & Franc. Victoria *in relect. de temperantia, num.* 2. §. *Ad aliud, quod eſt maius dubium.* Et denique hac eadem ratione in noua Eccleſia eſt prohibitus vſus carnium in certis diebus; & in aliis etiam vſus eorum ciborum, qui originantur à carnibus; & eſt præcepta abſtinentia ſimpliciter ab omnibus cibis, & ſolùm permiſſa vnica tantùm comeſtio: & non eſt dubium, quòd peccet mortaliter contra has leges, & præcepta, ſi quis ex vitio gulæ illa non ſeruet, etiamſi alioqui præſcindendo ab huiuſmodi legibus, & præceptis, tales comeſtiones ex ſe non eſſent mortales, & ſolùm ſint tales, quia prohibitæ per has leges.

11. *Peccatum gulæ communiter eſt veniale.*

Quartò, poteſt etiam peccatum gulæ eſſe veniale ex multis capitibus: vt, v.g. ex leuitate naturæ, ex imperfecta deliberatione; & vniuerſaliter, quando illius inordinatio ſolùm eſt quoad ea, quæ ſunt ad finem, non autem quoad ipſum finem, vt loquitur S. Thom. 2. 2. *q.* 148. *art.* 2. nam, quanuis peccet mortaliter, vt *ſuprà* diximus *num.* 8. qui ex tali, vel tanto cibo, ſibi, vel alteri infert notabile damnum quoad valetudinem corporis, vt ſi incidat, v. g. in grauem febrim, aut phreneſim, idque faciat aduertenter, vel omittat aduertere non ſine culpa, in quantum, ſcilicet, id directè contrariatur fini ciborum, qui eſt nutritio, & conſeruatio vitæ; ſi tamen huiuſmodi damnum, quod ſibi, vel alteri infert, nó ſit notabile, nó peccat mortaliter; vt, ſi ægrotus, v.g. ad ſitim refrigerandam aliquantulùm bibat, & febrim augeat; vel ſi aliquis alius talem potum illi miniſtret, & ſimiliter illi cauſet augmentum febris, vt notat Toler. *lib.* 8. *cap.* 60. *num.* 1. Sylu. *verb. gula, n.* 2. *verſ. Secundò.* & alij. Et idem videtur eſſe, ſi quis ſe ingurgitet cibis vſque ad vomitum, aut ſimiles immunditias corporales: nam, quanuis Ang. *verb. immunditia,* & Sylueſt. *verb. gula, num.* 2. *verſ. Tertiò.* & apud illum Archidiac. affirment, quòd ſit mortale, ſcienter ex voluptate comedere vſque ad vomitum; oppoſitum tamen affirmat Caiet. *in Summa, verb. gula, & verb. immunditia.* Nau. *c.* 23. *num.* 119. §. *Quartò dicimus.* Reginal. *lib.* 22. *c. vlt. ſect.* 3. *n.* 54. Tolet. *lib.* 8. *c.* 62. & videtur probabilius iuxta regulam iam allatam ex S. Thom. 2. 2. *qu.* 148. *art.* 2. quòd inordinatio gulæ ſemper ſit venialis, quando eſt ſolùm quoad ea, quæ ſunt ad finem; non autem quoad ipſum finem: certum enim videtur, quòd hæc inordinatio, quoad tantam nimietatem ciborum, & vſque ad vomitum, non eſt inordinatio quoad finem. Sed de hoc dicemus aliquid etiam *infrà*, quando agemus de immunditia, quæ numeratur, vt filia iræ.

12. *Miniſtrare ægroto cibum, aut potum, & ex illo febrim augere, non eſt peccatum mortale.*

Et ſimiliter, quanuis peccet mortaliter, qui comedit, aut bibit ad malum finem, v. g. ad luxuriandum; vel quando probabiliter timet, ne ex nimio cibo, & potu ſequatur illi grauis tentatio de re turpi, & graue periculum lapſus mortalis; vel etiam ipſe lapſus in rem turpem, vt *ſuprà* diximus *n.* 8. *cit.* vel quando directè intendit per cibi, & potus nimietatem procurare pollutionem in ſomnis, quod per ſe nunquam licet, vt ex communi ſententia notat Leſſ. *lib.* 4. *cap.* 3. *dub.* 14. *num.* 95. non tamen peccat mortaliter, qui comedit, aut bibit inordinatè, & ex hoc præuidet, aut dubitat, ſecuturam illi pollutionem in ſomnis, dummodo illam per ſe non intendat, & non procuret per huiuſmodi cibos, vt iam diximus: ita enim expreſsè habent, S. Anton. 2. *part. tit.* 6. *c.* 5. *non longè ab initio,* Sylueſt.

verb.

verb.pollutio. Nau.*in Man. cap.*16. *num.*8.Suar.*tom.* 3.*in* 3.*par. quæſt.*80.*art.*7. Vaſq.*p.*2. *diſp.*115. *cap.*3. *num.*9.Leſſ.*lib.*4.*cap.*3.*dub.*1. *num.*7.*&* *dub.*14.*num.* 100.*&* 101.Tol.*lib.*5.*cap.*13.*&* *lib.*8.*cap.*60. Sanch. *lib.*9.*de debito coniug.diſp.*45.*num.*16.*&* 17. & apud illum alij plures: & ſatis apertè idem docet etiam S.Thom. 2. 2. *quæſt.*154.*art.*5. *&* 3.*p.quæſt.*8.*art.*7. vbi enumerata triplici cauſa huiuſmodi pollutionis; id eſt, extrinſeca ſpirituali, qualis eſt Dæmon; intrinſeca animæ aut ſpirituali, quales ſunt turpes imaginationes, aut cogitationes præcedentes; & intrinſeca corporalis, qualis eſt ſuperfluitas humoris ſeminalis, vel ſuperfluitas cibi, & potus; ſubdit, ex qualibet huiuſmodi cauſarum poſſe exiſtere pollutionem ſine peccato, & cum ſolo peccato veniali, & cum peccato mortali; atque ita concedit, etiam ex crapula, vel ſuperfluitate ciborum poſſe illam contingere cum ſolo peccato veniali. Et clariùs, & efficaciùs idem probatur ex ſacris Canonibus *cap. Teſtamentū.d.*6.vbi ex S.Greg. *in reſp.*11.*ad Auguſt.* dicitur, quòd quando huiuſmodi pollutio contingit ex crapula, habet quidem animus aliquem reatum; nō autem vſque ad prohibitionem percipiendi Euchariſtiam, vel Miſſarum ſolennia celebrandi, id eſt, ſolùm peccat venialiter, non autem mortaliter, vt exponit ibi Gloſ. Et ratio eſt: quia pollutio, & emiſſio ſeminis extra actum coniugij non fundat ſecūdùm ſe, & quomodocunque grauē deordinationem, & malitiam, ratione cuius ſemper ſit peccatum mortale, quando eſt voluntaria ſufficienter; ſicut fundat, v.g. homicidium, aut adulterium; ſed ſolùm fundat talem deordinationem, quando eſt voluntaria certo modo, id eſt, in ſe, & directè, & cauſatur per actionem, quæ ſit ad illam per ſe ordinata, & inſtituta à natura; vel ſaltem, ſi eſt voluntaria in alio, & indirectè, tunc ſolùm fundat, quando eſt per ſe volita, & intenta; & illud aliud ex hac ipſa illius volitione, & intentione aſſumitur, & eligitur, vt notant Vaſq.*p.*2. *diſp.*115.*cap.*3. *cit.num.*7. *&* 9. & omnes communiter apud Sanchez *lib.*9.*de debito coniug. diſp.*45. *cit.num.*15. Vnde eſt magna diſparitas inter huiuſmodi pollutionem, & inter homicidium, aut adulterium, vel aliud ſimile contra ius naturæ: homicidium enim, & adulterium, v.g. ex ſe ipſo fundat deordinationem grauem, quocunque tandem modo ſit voluntarium, & ſiue ſit voluntarium in ſe, & directè, vt, v.g. per exploſionem bombardæ factam ſcienter, & aduertenter ad occidendum; ſiue ſit voluntarium in alio, & indirectè, vt, v.g. per ebrietatem, aut ſomnum; & ſemper non excuſatur quis à culpa graui; & ſemper eſt adhibenda diligentia, vt non ſequatur, & eſt ceſſandum ab illa actione, ex qua præuidetur debere ſequi, etiamſi alioqui non ſit mala, aut illicita: at verò pollutio, & emiſſio ſeminis ſecundùm omnes excuſatur ab omni culpa, ſi cauſa, ex qua præuidetur debere ſequi, ſit alioqui licita, & conueniens; vt, v.g. ſtudere, aut diſputare de rebus turpibus ad effectum ſciendi, aut docendi; audire confeſſiones; fœminas cautè alloqui; moderatè comedere, aut bibere; & alia huiuſmodi, vt patet ex S. Thom. 2. 2. *quæſt.*154. *art.*5. *in corp.* Caiet. *tom.*1. *opuſculorum, tract.*22. *de pollut. ex audientia confeſſionum, quæſt. vnica, art.*1.*&* 2. Azor. *tom.*3.*lib.*3.*c.*24.*quæſt.*7. Leſſ. *lib.*4.*cap.*3. *num.*100. Sanchez *lib.*9.*de matr.diſp.*45. *cit.num.*4. & aliis communiter apud illum. Et huius ipſius diſparitatis prima radix eſt ipſa ratio obiectiua, quæ diuerſo modo fundat ordinem rationis in homicidio, & in pollutione, aut emiſſione ſeminis: quia enim occiſio hominis priuata authoritate nullum habet bonum vſum in natura; inde eſt, vt ſemper ſit mala, ſiue ſit voluntaria directè, ſiue indirectè, & ſiue ſit volita, & intenta, ſiue non; & dictamen, aut lex naturæ ſit vniuerſaliſſimum de homine ſimpliciter nō occidendo priuata authoritate, & de tollenda omni cauſa, ex qua præuidetur, aut timetur ſecutura occiſio: at verò emiſſio ſeminis extra actum coniugij, & extra prolis procreationē ex ipſa inſtitutione naturæ, ſæpè habet bonum vſum, vt, v.g. ad naturam exonerandam, & expellendos humores ſuperfluos; & ideò ſæpè cauſatur independenter à voluntate per ſolas cauſas naturales, vel etiam ex morbo, & renum debilitate; & proptereà non ſemper eſt mala; ſed tunc ſolùm, quando eſt voluntaria directè, & per actionem ex ſe ordinatam, & factam ad illam, vt diximus; vel ſaltem, quando eſt in ſe volita, & intenta, & ex hac directa volitione, & intentione eſt procurata per quancunque aliam cauſam, quæ poſſit etiam indirectè, & quomodocunque illam efficere: & hoc modo dictamen, aut lex naturæ non eſt vniuerſaliter de pollutione, aut ſeminis emiſſione non permittenda; ſed ſolùm de illa non procuranda, & cauſanda extra actum coniugij per actionem directam; vel etiam de non procuranda per actionem indirectam, quando talis actio aſſumitur propter illam, & ex directa illius volitione, & intentione: & extra hos modos dictamen naturæ, vel ſimpliciter non prohibet huiuſmodi pollutionem; vt quando cauſa, ex qua prouenit indirectè, eſt ſimpliciter licita, & conueniens; vel ſaltem non prohibet grauiter, & ſub peccato mortali, vt quando eſt aliquo modo illicita, & diſconueniens, qualis eſt, v.g. actus gulæ, & immoderatus vſus cibi, vel potus, ex ſolo affectu inordinato ipſius; non autem ex affectu pollutionis.

13. Peccatū gulæ nō eſt mortale ex eo, quòd præuideatur ſecutura nocturna pollutio.

Idque eſt verum, non ſolùm, quando huiuſmodi cauſa, ex qua pollutio ſequitur indirectè, eſt illicita leuiter, & ex ſe ipſa eſt ſolummodo peccatū veniale: ſed etiam, quando eſt illicita grauiter, & peccatum mortale ratione alicuius circunſtantiæ extrinſecè ſe habentis ad pollutionem, & nihil ad illam per ſe conferentis, vt ſubdit Vaſq. *diſp.*115.*cap.*3. *cit.num.*9. & Sanchez *lib.*9.*diſp.*45. *cit.num.*5.*&* 17. & alij: vt, v.g. ſi quis comedat contra præceptum ieiunij, vel audiat confeſſiones in ſtatu peccati mortalis: quamuis enim huiuſmodi actiones ſint per ſe peccata mortalia in certa ſpecie; non tamen faciunt eſſe mortalem ipſam pollutionem, quæ indirectè ex illis cauſatur, & non directè intenditur, cùm malitiæ, per quas ſunt mortalia, ſe habeant merè per accidens ad pollutionem, neque faciant eam cauſari, aut intendi alio modo, quàm indirectè; qui tamen modus non eſt ſufficiens ad hoc, vt ipſa per ſe ſit peccatum mortale, vt iam diximus: ſecùs verò eſſet, ſi talis actio, quæ præuidetur cauſatura indirectè pollutionem, eſſet ex ſe illicita in genere ipſo luxuriæ, vt ſunt, v.g. tactus, aſpectus, & verba turpia: quia enim huiuſmodi cauſæ ex ſe ipſis, ſuáque natura notabiliter excitant appetitum libidinis, & notabiliter influunt in pollutionem; rectè numerantur inter cauſas directè illam cauſantes; & pollutio in ordine ad illas, omninò fundat grauem deordinationem, & malitiam mortalem, vt notat Suar. *tom.*3.*in* 3.*p.quæſt.*80. *art.*7.*cit.* Sanchez *lib.*9. *diſp.*45.*cit.num.*14.*&* 16. & alij apud ipſum.

14. Pollutio, quæ præuidetur indirectè cauſanda ex peccato mortali alterius generis, non proptereà eſt mortalis.

15. Pollutio quæ præuidetur indirectè cauſanda ex actu turpi, eſt mortalis.

Quòd ſi obiicias, etiam actum crapulæ, & peccatum gulæ in eſu immoderato ciborum, & præcipuè calidorum, & flatulentorum, & in potu largiore vini notabiliter influere in pollutionem ſubſequentem; ſiquidem per concoctionem tam copioſam alimenti notabiliter aggrauantur receptacula humorum, vt dicitur *cap.Teſtamentum.d.*6. & notabiliter

16. Quomodo actus gulæ poſſit influere in pollutionē.

liter augetur humor ſpermaticus, & ſeminalis, qui poſteà tantò faciliùs expellitur; notabiliter augentur flatus, & vapores, qui inflant neruos, & arterias, & faciunt alterationem in partibus pudendis; & notabiliter augentur ſpiritus animales, qui illas terunt, & prurtiunt, & ſemen calefaciunt, attenuant, & reſoluunt, per quæ ſola perficitur, & completur delectatio venerea, & fluxus ſeminis, vt *ſupra* diximus *diſp*.14. *n*.5. ex Hippocrate *in lib. de genitura*, Gal. *de vſu par. lib*. 14. *c*. 9. *&* 10. & Ariſtotele *in problem. ſect*. 30. *q*. 1. Et potiori ratione huiuſmodi eſus inordinatus poteſt talem fluxum cauſare in ſomnis: ſiquidem, vt habet S. Thom. 2. 2. *qu*. 154. *art*. 5. *in corp*. quando humor ſeminalis ſuperabundat, ſomniat dormiens ea, quæ pertinent ad expulſionem huiuſmodi humoris abundantis; ſicut etiã contingit, quando natura grauatur aliqua alia ſuperfluitate, atque ita excitantur, aut formantur in imaginatione phantaſmata pertinentia ad emiſſionem talis humoris; & per hæc phantaſmata, etiam in ſomnis, fit concurſus ſpirituum animalium ad partes ſeminarias, & per illos fit reſolutio & emiſſio ſeminis. Et prætereà, ſi addas, negari non poſſe, quin, ſaltem cum actu crapulæ, ex ipſa rei natura ſit valdè coniunctum periculum pollutionis; quod tamen ſine graui peccato quæri non poteſt, iuxta illud Eccleſiaſtici 3. *Qui quærit periculum, peribit in illo*.

Reſpondeo, totum hunc influxum, qualiſcunque tandem, & quantuſcunque ſit, ſolùm eſſe indirectũ; & ideò pollutionem reſpectu illius non fundare malitiam, & deordinationem grauem, niſi talis influxus ſit directè volitus, & electus propter illam, vt iam diximus. Et totum hoc, quod dicitur prouenire ex actu crapulæ, & gulæ, & ex eſu, vel potu immoderato, quoad multiplicationem humoris ſeminalis, ſpirituum animalium, & flatuum, ſiue vaporum, poteſt prouenire etiam ſine crapula, & gula, ex eſu, & potu moderato; & de facto ita ſæpè contingit, ſi ita ferat naturalis complexio, & diſpoſitio huius, vel illius, vt ex alimento etiam moderato, quod ſumit, multùm adgeneret ſeminis, & ſpirituum, & flatuum; & contrà poteſt contingere, & ita de facto ſæpè contingit, ſi ita ferat complexio, & diſpoſitio alicuius alterius, vt ex alimento etiam immoderato, & nimio, quod ſumit, parum conuertat in ſubſtantiam ſeminis, & parum generet de ſpiritibus animalibus, & de flatibus; quod ſignum eſt, pollutionem, & emiſſionem ſeminis, ſi fortè cauſatur, non cauſari per ſe ex cibo, & potu, ſiue immoderato, ſiue moderato; ſed ſolùm ex naturali diſpoſitione cuiuſque, & per virtutem expulſiuam debiliorem, aut fortiorem, poſito cibo, & potu, ſiue immoderato, ſiue moderato, tanquàm conditione materiali; & cibum, & potum potiùs ſe habere, vt cauſam per accidens; & ideò neque tribuere pollutioni malitiam grauem, neque hanc ab illa accipere; ſed vtranque manere in ſua grauitate, aut leuitate malitiæ, quam habet per ſe. Et quamuis fortaſſe hæc propoſitio, quòd pollutio, & emiſſio ſeminis, quando eſt voluntaria indirectè, non fundet grauem deordinationem, & malitiam mortalẽ, niſi ſaltem ſit volita, & intenta directè, & quòd non ſit grauis obligatio vitandi cauſam, ex qua ſequitur tali modo indirectè, non poſſet probari, & declarari ſufficienti ratione, & euidentia; ſatis tamen eſſe deberet ad eam aſſerendam, & admittendam etiam ſola auctoritas eorum Doctorum, quos iam retulimus *n*. 13. Et iuxta illos, plures caſus particulares poſſunt videri apud Sanchez *lib*. 9. *de matr. diſp*. 45. *cit*. *n*. 17. *& ſeqq*. vt, v. g. *n*. 18. quòd non peccet mortaliter per malitiam pollutionis, & in ſpecie mollitiei, ſi quis comedat inordinatè, vt ſit potentior ad fornicandum; & ex tali comeſtione præuideat ſecuturam pollutionem in ſomnis; ſed eam non intendat: & *n*. 19. quòd non peccet mortaliter in eadem ſpecie mollitiei, qui præuidet pollutionem ſecuturam ex aliquo actu, ſolùm venialiter turpi, v. g. ex aſpectu, aut locutione: & *n*. 21. quòd idem ſit, etiamſi tales actus ſint mortales in genere luxuriæ; ſed in alia ſpecie quàm mollitiei, & ſint coniuncti, v. g. cum deſiderio copulæ: dummodo enim non ſint cum deſiderio delectationis venereæ quaſi ſimpliciter, & indefinitè acceptæ, vel cum conſenſu in cogitationem veneream, quæ ſolet eſſe cauſa per ſe etiam pollutionis, poterunt eſſe mortalia in alia ſpecie luxuriæ; non tamen erunt mortalia in ſpecie pollutionis, & mollitiei. Sed, quicquid ſit de his, & ſimilibus, quæ parum faciunt ad præſens negotium de peccato gulæ,

17. *Pollutio indirectè cauſata ex actu gulæ, qui ſit mortalis propter fornicationem, non eſt mortalis.*

18. *Idem eſt, ſi cauſetur indirectè ex actu ſolùm venialiter turpi.*

19. *Pollutio, quæ prauidetur indirectè cauſanda ex aliquo actu, eſt ſaltem peccatum veniale.*

Illud non eſt omittendum, quod habet idem Sanchez *diſp*. 45. *cit*. *n*. 22. & Leſſ. *lib*. 4. *c*. 3. *dub*. 4. *n*. 100. & apud ipſum Nau. S. Anton. Sylu. & alij, quamuis pollutio indirectè ſolùm voluntaria in cauſa, & non volita, nec intenta in ſe, non ſit peccatum mortale, & non ſit grauis obligatio ad eam vitandam in tali cauſa; negari tamen non poſſe, quin ſaltem ſit peccatũ veniale: ita enim expreſsè habetur *c. Teſtamentum. d*. 6. ex S. Gregorio, vbi dicitur, quòd ſi pollutio in ſomnis contingat, *quia appetitus gulæ vltra modum rapitur in ſumendis alimentis, atque idcircò humorum receptacula grauantur; habet exinde animus aliquem reatum, quamuis non vſque ad prohibitionem percipiendæ Euchariſtiæ*. Quo loco expreſsè id aſſerit etiam Gloſ. *verſ. reatum*. & confirmat, quia nemo eſt ex viris piis, ac timoratis, & caſtitatem amantibus, qui amore caſtitatis non abſtineat ab huiuſmodi cauſis, quas videt cauſaturas indirectè pollutionem; & qui alioqui, ſi non abſtineat ſine graui, & rationabili cauſa, non putet caſtitatis munditiam à ſe aliquantulum violari.

20. *Non omne periculum mali eſt neceſſariò vitandum.*

Ad illud verò, quod additur, etiam periculum pollutionis eſſe vitandum, quando aduertitur: Reſpondeo, falſum eſſe, quòd omne periculum, etiam mali, & damni grauis, ſit vitandum: vt enim docet S. Aug. *epiſtola* 154. *ad Publicolam*, & refertur *c. de occidendis*. 23. *qu*. 5. ſi ex iis, quæ propter bonum, & licitè facimus, mali aliquid accidat præter noſtram voluntatem; non debet nobis imputari, quia alioqui, nec ferramenta domeſtica, aut agreſtia eſſent habenda, ne quis ſe, aut alium illis interimeret; neque arbor, aut reſtis, ne quis ſe inde ſuſpenderet; neque feneſtra facienda eſſet, ne quis ſe per illam præcipitaret; neque boues Chriſtianorum deberent habere cornua, aut equi vngulas, aut dentes canes, ne aliquem læderent; & ſic de aliis: & qua ratione pericula, quæ imminent ex his, & ſimilibus, non ſunt neceſſariò, & ſub peccato vitanda; ita nec eſt vitandum periculum pollutionis, ſi fortè immineat ex re alioqui licita, aut non mala; & ſi immineat ex re mala, & illicita, non maiori obligatione, & ſub maiore peccato eſt vitandum huiuſmodi periculum pollutionis, quàm ſit vitanda ipſa pollutio, quando non eſt in ſe volita, & intenta; ſed ſolùm indirectè eſt voluntaria; id eſt, ſolùm ſub obligatione leui, & ſub peccato veniali.

Google

DISPVT. XXIX.

An, & quomodo gula ferina, & beſtialis, circa eſum crudarum carnium, aut humanarum, ſit peccatum mortale.

1. *Eſus crudarum carnium, aut humanarum, eſt quid ferinum, & beſtiale.*
2. *Poteſt aliquando prouenire ex morbo, & aliquando ex aſſuetudine.*
3. *Fœminæ prægnantes multa appetunt extra communem ordinem.*
4. *Inſania lupina, aut canina, vel lycanthropia, aut cynanthropia, quomodo contingat.*
5. *Comedere carbones, aut terram, non eſt peccatum mortale.*
6. *Comedere carnes crudas brutorum, aut bibere ſanguinem, non videtur mortale.*
7. *Neque eſt contra præceptum diuinum.*
8. *Comedere carnes humanas eſt peccatum mortale.*
9. *Secundùm aliquos probatur ex Scriptura.*
10. *Impugnatur ratio Caiet. & Nau. quòd ſolæ carnes brutorum ſint cibus conueniens.*
11. *Impugnatur alia ratio Caietani, quòd ea tantùm caro ſit conueniens cibus, quæ poteſt præparari per occiſionem.*
12. *Impugnatur ratio Victoriæ, quòd alimentum ſemper ſit ignobilius alito.*
13. *Impugnatur alia ratio, quòd cadauera iure ipſo naturæ ſint mandanda ſepulturæ.*
14. *Sepultura cadauerum ad quid ſit inuenta.*
15. *Comedere carnes humanas eſt peccatum mortale: quia eſt contra futuram reſurrectionem.*
16. *Licitum eſt vti carne, aut adipe humano, pro medicamento.*
17. *Probabile eſt, quòd eſus humanæ carnis in extrema neceſſitate poſſit eſſe licitus.*
18. *Eſus humanæ carnis, etiam in extrema neceſſitate, non eſt in præcepto.*
19. *Vita non eſt neceſſariò ſeruanda, niſi remediis ordinariis.*
20. *In caſu neceſſitatis licitum eſt porrigere aliis humanas carnes comedendas.*
21. *Humanæ carnes non ſunt tradendæ beſtiis, etiam à Iudice.*
22. *Non eſt licitum humanas carnes ſacrificare.*

1. *Eſus crudarū carnium, aut humanarum, eſt quid ferinum, & beſtiale.*

EX Ariſtotele 7. *Ethic. cap.* 5. quemadmodum obiectorum, quæ reputantur iucunda, & delectabilia, alia verè ſunt talia ex ipſa natura, vel abſolutè, & ſimpliciter; vel pro generibus animalium, atque hominum: alia verò non ſunt talia ex natura, ſed ſolùm ex læſione aliqua, aut morbo, vel etiam ex aſſuetudine talia reputantur; ita & habituum, qui circa huiuſmodi obiecta iucunda, & delectabilia acquiruntur, alij poſſunt dici eſſe huiuſmodi aliquo modo ſecundùm naturam: alij verò non ſecundùm naturam, ſed prorſus ferini, & beſtiales; qualis fuit, v.g. in illa muliere, quæ dicitur conſueuiſſe reſcindere ventres aliarum mulierum grauidarum, & inde fœtus comedere, vel in efferatis illis nationibus, prope Pontum, quæ dicuntur crudis carnibus, etiam humanis, veſci conſueuiſſe, & mutuare ſibi infantes ad epulandum. Et aliquando ex eod. Ariſtotele *ibidem*, ſimiles habitus, & inclinationes etiam contingunt ex morbo, aut inſania, vt de facto contigit cuidam, qui matrem mactauit, & in cibum ſumpſit; & alteri, qui conſeruum occidit, eiúſque iecur comedit: & aliquando ſimile quid etiam prouenit ex aſſuetudine, vt ſunt in aliquibus euulſiones pilorum, & roſiones vnguium, & carbonum, vel terræ comeſtiones, quibus à pueritia aſſueuerunt. Et ſimile quid de huiuſmodi vitiis, & habitibus ferinis, atque beſtialibus, etiam habet S. Thom. 2. 2. *quæſt.* 142. *art.* 4 *ad* 3. vbi agens de intemperantia, quæ inter vitia eſt maximè exprobrabilis, ait, quædam vitia dici humana, quia attenduntur ſecundùm paſſiones, humanæ naturæ aliqualiter conformes: quædam verò excedere modum humanæ naturæ, & eſſe magis exprobrabilia; ſicut, ſi quis delectetur in comeſtione carnium humanarum; vel in coitu beſtiarum, aut maſculorum: quod enim hæc excedāt modum humanæ naturæ, ideò eſt, quia ſunt ferina, & beſtialia, vt loquitur Ariſtoteles; id eſt, ferarū, & beſtiarum naturis ſolis conformia, non autem vllo modo naturæ humanæ.

2. *Poteſt aliquando prouenire ex morbo, & aliquādo ex aſſuetudine.*

Et quod aſſerit Ariſtoteles, huiuſmodi vitia poſſe aliquando prouenire etiam ex morbo, rectè poteſt confirmari ex quotidiana experientia fœminarum prægnantium, quæ humoribus corporis naturalem ſtatum certo quodam modo excedentibus, mirum eſt, quàm auidè appetant, & quàm alieo è à connaturalibus, & conuenientibus alimentis, vt, v.g. carbones, terram, calcem, ſtuppam, crudos piſces, aut carnes, & plura alia magis miranda, vt videre eſt apud Paulum Zacchiam *in quæſt. medicolegalibus, lib.* 1. *tit.* 3. *quæſt.* 2. *n.* 13. Et de anno 1629. ego ipſe noui puellam, quæ auidiſſimè ferebatur in eſum candelæ cereæ: & quamuis benè aduerteret, eam nec dulcem ſibi ſapere, nec ſaporem alium delectabilem habere; ad ſolum tamen aſpectum ita in illam accendebatur, vt etiam toto vulturuberet, & vix poſſet ſe continere, quin ſimul cum pane eam ceram comederet: & cùm ex me quæſiſſet, vtrùm huiuſmodi fames eſſet à Dæmone, & talis eſus eſſet peccatū; quæſiuit etiam à Medico per interpoſitam perſonam, vtrùm eſſet ex morbo; iſque reſpondit, omninò eſſe, eamque indigere purgatione humoris phlegmatici excedentis in ſtomacho.

3. *Fœminæ prægnantes multa appetunt extra communem ordinem.*

Et clariùs hoc idem probatur experientia illorum, qui laborant lycanthropia, aut cynanthropia, id eſt, lupina, aut canina inſania; & ex humorum vitio, & atræ bilis exceſſu, induunt imaginationes, & affectus planè lupinos, aut caninos; & terræ cauernas inhabitant, & loca tantùm deſerta pererrant; & ferarum, atque hominum cadauera eruunt; & greges, atque homines quaſi lupi inuadunt; &, ſi poſſunt, etiam deuorant, vt videre eſt apud eundem Paulum Zach. *lib.* 2. *tit.* 1. *quæſt.* 16. *num.* 43 & apud Martin. Delrium *lib.* 2. *diſquiſit. magic. q.* 18.

4. *Inſania lupina, aut canina, vel lycanthropia, aut cynanthropia.*

Et denique, quòd poſſint hæc vitia prouenire ex aſſuetudine, non eſt, quòd probetur, cùm ſemper ita proueniant, quando non proueniunt ex morbo: & quemadmodū plures nationes certis cibis aſſueuerunt, v.g. limacibus, & ranis, à quibus aliæ maximè abhorrent; ita & illæ, quæ nunc abhorrent à carnibus crudis, aut etiā humanis, potuerunt per aſſuetudinē id paulatim acquirere. Et ad idem facit etiā exemplum eorum, qui dicūtur paulatim aſſueuiſſe etiam comedendis venenis, vt de Mithridate, Rege Ponti, videre eſt apud Plin. *lib.* 25. *cap.* 2. & de aliis pluribus apud Cœlium Rhodiginum *lib.* 11 *cap* 13. vt de quadam puella, quæ ex tali aſſuetudine perinde vtebatur, atque alebatur venenis, atque alij communiter vtuntur, & aluntur aliis cibis; & tam venenoſa euaſit, vt ſputo, & quouis alio humore appropinquantes perimeret: & de alia in Colonia Agrippina, quæ vorabat araneas: & apud Conimbr. *lib.* 1. *de gener. cap.* 5. *quæſt.* 6. *num.* 2. de quodam filio Cambyſis Regis, qui, cùm eſſet educatus venenis, ita

euaſit

euaſit venenoſus, vt etiam muſcæ, quæ eius cutim exugerent, turgidæ interirent: & noſtra tempeſtate de iis, qui etiam publicè, & in plateis vorant ſerpẽtes, & bufones, ad oſtentandam virtutem, & efficaciã alicuius antidoti, quod vẽditant contra venena.

De hoc igitur eſu crudarum, aut humanarum carnium, quem appellamos ferinum, & beſtialem, eſt explicandum in præſentia, an, & quo modo ſit peccatum mortale, ſi contingat noo ex amentia, aut morbo, qui tollat vſum libertatis; ſed ex vitio gulæ, & cum perfecto vſu rationis. Et quidem etiam loquendo io hoc caſu, rectè ootat Caiet. *qu.* 148. *art.* 2. §. *Ad* 2. non benè colligi, quòd ſit mortale, ex eo, qoùd ſit ferinum quid, & pertineat ad beſtialitatem; vel ex eo, quòd ſit contra ius naturæ: nam etiam mendaciom eſt cootra ius naturæ, & ambulare manibus, & pedibus, eſt quid ferinum; & pertinet ad beſtialitatem; & tamen non eſt mortale, cùm neque contrarietur charitati Dei, neque pro-

5. *Comedere carbones, aut terram, non eſt peccatum mortale.*

ximi, aut ſui ipſius: & idem eſt, ſi quis comedat, v. g. carbones, aut calcem, ſine notabili præiudicio ſanitatis, & ex vitio humorum, aut morbo tale aliquid appetat, vt ſubdit Caiet. *ibidem:* ſimiliter enim non eſt mortale, etſi non ſit quid humanum, ſed pertineat ad beſtialitatem.

6. *Comedere carnes crudas brutorum, aut bibere ſanguinem, non videtur mortale.*

Et idem videtur eſſe, ſi quis comedat carnes crudas eorum animalium, quibus licitè veſcitur, aut bibat eorum ſanguinem: quanuis enim etiam hoc ſit quid ferinum, & beſtiale, & canum, aut luporum, & coruorum proprium, & extra caſum neceſſitatis non poſſit licitè fieri, & ſine aliqito peccato, vt notat Azor. *part.* 1. *lib.* 7. *c.* 33 *qu.* 4. & Franc. Victoria *in relect. de temperantia, num.* 5. non tamen apparet, ex quo capite poſſit damnari culpæ mortalis, ſi alioqui talis eſus crudarum carnium, & potus ſanguinis, non ſit in præiudicium vitæ, & ſanitatis: nam, vt *ſuprà* diximus *diſp. præcedente, n.* 1. & 11. ex S. Thom. 2. 2. *qu.* 148. *art.* 2. inordinatio gulæ, per ſe loquendo, tunc ſolùm eſt mortalis, quando quis illi adhæret, vt fini vltimo; & omnis alia inordinatio, quæ in illa ſit, qooad ea, qoæ ſunt ad finem; non autem quoad ipſum finem, ſolùm eſt venialis. Quare, quemadmodum inordinatio per exceſſum quoad cibos, nimis ſtudioſè coquendos, & parandos, noo excedit malitiam venialem; ita neque inordinatio per defectum quoad illos ſimpliciter non coquendos, & non parandos. Vnde & Doctores communiter, quando enumerant caſus, in quibus gula eſt peccatum mortale, non faciunt mentionem de eſu crudarum carnium, aut de potu ſanguinis brutorũ; ſed ſolùm de eſu carniũ humanatũ, & potu ſanguinis humani, quæ ſine dubio ex propria rationẽ habent peculiarẽ grauitatem, vt dicemus, & ſic poteſt videri ex Leſſio *lib.* 4. *c.* 3. *dub.* 1. *n.* 6. & 7. Tol. *lib.* 8. *c.* 60. Reginal. *in prax. lib.* 22. *c. vlt. ſect.* 2. *n.* 53. Sylu. *verb. gula, num.* 2. Caiet. Armilla, & Summiſtis *eod.* Et apud nationes non barbaras communi vſu receptum eſt, vt non modò lac, qui certè ſubſtantialiter eſt ſanguis; & oua, præſertim recentia, quæ tamen videntur caro liquida, edantur cruda; ſed etiam plura animalcula, præſertim exanguia, vt conchylia, edantur viua, vt notat Perer. *tom.* 2. *in Geneſ. lib.* 14. *diſp.* 5. *n.* 50. & maiorum animalium carnes ſale tantummodo, & ad ventum exſiccatæ, neque aliter coctæ, à multis edantur, vt patet communiter in carne ſuilla.

7. *Neque eſt contra præceptum diuinum.*

Neque vrget in contrarium præceptum diuinum Gen. 9. *Omne, quod mouetur, & viuit, erit vobis in cibum: quaſi olera virentia tradidi vobis omnia, excepto, quòd carnem cum ſanguine non comedetis.* Primò enim per illud, quòd animalia, & omne, quod mouetur & viuit, dicuntur in cibum eſſe homini tradita, quaſi olera virentia, ſatis aptè ſignificatur, quòd non ſit ſpecialiter præceptus certus modus illa edendi; id eſt, præparata, vel non præparata per coctionem: ſicut nec eſt præceptus talis modus pro edendis oleribus: & deinde, ſi verba ſequentia benè attendantur, non tam prohibentur edi ab homine carnes crudæ, quàm adhuc viuæ, & ſanguine adhuc fluentes, ſicut eduntur à feris, vt ſi quis, v. g. ab animali adhuc viuente membrum abſcinderet, & abſciſſum comederet, vel integrum animal, v. g. gallinam, aut columbam, paulatim diſcinderet, ac dilaniaret & diſciſſum voraret, vt ex Caiet. Lyrano, Abul. Carthuſ. *in eum locum* refert Perer. *tom.* 2. *in Gen. lib.* 14. *diſp.* 2. *cit. num.* 50. & 52. Et denique, ſi admittatur, verba illa continere prohibitionem crudarum carnium, ſiue adhuc viuentium, & ſpirantium, totúmque ſanguinem in ſe ipſis adhuc habentium, ſiue iam occiſarum, & exanguium; adhuc ex illis non probatur, quòd eſus crudarum carnium, aut potatio crudi ſanguinis, ſit ex ſe, ſuáque natura peccatum mortale, quod ſolùm *hoc loco* negamus; ſiquidem illud præceptum non fuit ad prohibendum per ſe eſom carnium, aut potum ſanguinis brutorum; ſed ſolùm ad prohibendam per ſe crudelitatem, & feritatem circa homines; & in ſignum, ne per homicidium funderetur humanus ſanguis; & ne rabida fames, aut ſitis vindictæ, hominum carnibus, aut ſanguine expleretur, grauiſſimè prohibuit Deus, ne fames, & ſitis materialis expleretur crudis carnibus, & ſanguine brutorum, vt notat S. Thom. 1. 2. *quæſt.* 102. *art.* 3. *ad* 8. & *art.* 6. *ad* 1. S. Chryſoſtom. *hom.* 27. *in Geneſ.* Perer. *tom.* 2. *cit. lib.* 14. *diſp.* 2. *num.* 53. & patet manifeſtiſſimè ex ipſo textu; ſiquidem hæc ſubditur ratio, quare carnes cum ſanguine non eſſent edendæ: *Sanguinem enim animarum veſtrarum requiram de manu cunctarum beſtiarum; & de manu hominis, de manu viri, & fratris eius requiram animã hominis.* Et ſenſus eſt: Ideò excipio brutorum carnes com ſanguine, dom vniuerſaliter trado: Omne, quod mouetur, & viuit, & abſolutè carnem cum ſanguine non comedetis, non quia ſit mihi curæ de brutis, & eſus quicunque illorum carnium ſit ex ſe malus; ſed, quia eſt mihi curæ de homine, & in ſignum, quòd verè nolim vos ſitire humanum ſanguinem, etiam nolo vos concupiſcere, aut ſitire vllum ſanguinem. Et hoc præceptum de vitando homicidio tunc maximè temporis, id eſt, poſt dilunium, quando erat maxima hominum paucitas, fuit neceſſarium: poſteà verò tempore Euangelij, quemadmodum ceſſarunt alia omnia præcepta veteris legis, & præſertim cæremonialia, & figuralia; ita & ceſſauit hoc præceptum de carnibus cum ſanguine non edendis, & ſolùm remanſit præceptum diuinum naturale de vitando homicidio, quod erat figuratum, & ſignificatum per illud; & eſus carnium, aut ſanguinis brutorum relictus eſt ſuæ naturæ, id eſt, vel nullius malitiæ, ſi fiat debito modo, vel certè non grauis, & non mortalis, ſi fiat aliquo modo indebito. Atque ita, ſi qua mulier hoc tempore ex affectu inordinato prægnantis concupiſcat, & comedat carnes crudas; vel paraſitus aliquis ad faciendum periculum de bonitate ſui ſtomachi, vel ad captandam admirationem aliquam ludicram, crudum ſanguinem hauriat; non proprereà videtur damnandus culpæ mortalis, ſicut nec damnaretur, ſi ad eundem finem captandæ admirationis, comederet fœnum, aut paleam, quaſi equus, aut bos, vel ſimilem aliquem cibum beſtiarum.

Alia verò eſt ratio de carnibus, adipe, aut ſanguine 8.
humano:

Comedere carnes humanas eſt peccatũ mortale.

humano: hæc enim quocunque modo comedantur,& ſiue ſint cocta, ſiue cruda; non comeduntur ſine peccato mortali,ſaltẽ extra caſum extremæ neceſſitatis,qualis eſſet,v.g.ſi quis nullum aliũ cibum haberet ad vitam tuendam, niſi carnes occiſorum in prælio, & alioqui fame periret. Ita docet Caiet. 2.2 *quæſt.*148.*art.*2.§.*Ad* 2.Franciſ.Victor.*in relect. de temperantia, num.*5. Leſſ. *lib.*2.*cap.*9. *num.*29.*&* *lib* 4.*cap.*3.*num.*9.*& ſeqq.* Valen.2.2.*diſp.*9.*quæſt.*3. *puncto* 1.§ *Item, eſſet gula.* Reginal. *in praxi, lib.*12. *cap.vlt. ſec.*2.*num.*53.§.*Quintus.* Azor.*p.*1.*lib.*7.*cap.* 33.*quæſt.*4.Emman.Sà *verb.comedere,num.*1.Tol.*lib.* 8.*cap.*60. *num.*3. Sanchez *lib.*1. *Decal.cap.*18.*num.* 11.*& ſeqq.* Nau.*in Man. cap.*22.*num.*122 & omnes communiter: & ſatis etiam colligitur ex S. Thom.2.2.*quæſt.*142.*art.*4.*ad* 3.vbi eſum,& comeſtionem carnium humanarum appellat peccatum excedens humanam naturam, illúdque comparat peccato coïtus beſtiarum, aut maſculorum. Et non deſunt, qui putent, huiuſmodi eſum carnium humanarum ſpecialiter fuiſſe prohibitum *Gen.*9. verbis illis: *Excepto, quòd carnem cum ſanguine non comedetis: ſanguinem enim animarum veſtrarum requiram de manu cunctarum beſtiarum, & de manu hominis*, &c. vt notat Valen.2.2.*diſp.*9.*q.*3.*puncto* 1. hæc enim ratio de humano ſanguine apertè videtur declarare, quòd etiam præcedens exceptio eſſet intelligenda de humana carne: & ſic intelligit Lyran.& Burgenſ.*in eum locum*, & apud Franc.Victor. *in relect.de temperantia,n.*5.*cit.* & apud Peter.*lib.*14. *in Geneſ.diſp.*2. *cit.n.*65. Nec multùm differt, quod placet Caiet.*in eundẽ Geneſ.locum*,& aliquibus aliis apud eundem Peter. *n.*66. *& ſeqq.* quòd verba illa: *Sanguinem enim animarum veſtrarum requiram*, &c. non reddant cauſam exceptionis præcedentis de nũ comedenda carne cum ſanguine; ſed cõtineant ſpecialem aliam exceptionẽ de non comedenda in ſpecie carne humana: ſi præſertim ex Hebræo particula, *enim*, aliter legatur; id eſt, vtique, vel veruntamen: nam ſenſus erit, quòd ſi caro abſolutè nõ poteſt comedi, niſi priùs ſanguis fundatur; eo ipſo, quòd ſanguis humanus abſolutè dicitur non eſſe fundendus, intelligi debet etiam abſolutè non eſſe comedenda caro humana: & eo ipſo, quòd caro brutorum non eſt conceſſa in cibum, niſi priùs præparetur, & diſponatur per effuſionem ſanguinis; etiam caro humana, dum abſolutè prohibetur diſponi, & præparari per huiuſmodi effuſionem, intelligi debet non eſſe conceſſa, ſed abſolutè eſſe prohibita. Sed reuerà, ſi hoc totum admittatur, non videtur ex hoc loco ſimpliciter & abſolutè concludi, quòd caro humana ſecundùm ſe non poſſit aſſumi in cibum; ſed ſolùm quòd non poſſit aſſumi, quando ad hunc effectum eſt effundendus humanus ſanguis, & per huiuſmodi effuſionem eſt diſponenda, & præparanda; non autem quòd non poſſit aſſumi, ſi ſanguis ſit iam aliter fuſus, vt ſi quis, v.g. ſit iã occiſus in prælio, vel à feris, vel ex caſu fortuito, cadente tegula.

9\.

Secũdùm aliquos probatur ex Scriptura.

10\.

Impugnatur ratio Caiet. & Nau. quòd ſola carnes brutorũ ſint cibus conuenieus.

Quare hoc loco Geneſis, & iure diuino poſitiuo omiſſo, multùm laborant Doctores, vt id probent ex iure naturæ, & varij varias afferunt cauſas; quæ tamen non videntur admodum efficaces. Nam Caiet. 2.2.*quæſt.*148.*art.*2.*cit.* & ex illo Victoria *relect. de temperantia,num.*5.*cit.*& Nauar.*cap.*22.*num.*121.dicunt, ideò eſſe peccatum mortale comedere carnes humanas; quia ſola vegetabilia, & carnes brutorum, iure ipſo naturæ, ſunt apta materia ad hominem nutriendum; ſicut & ſola fœmina humana eſt apta fœmina ad coitum hominis, & ad hominem generandum. Vnde & Deus *Geneſ.*1. dedit Adamo ante diluuium facultatem veſcendi vegetabilibus, & poſteà *cap.*9. poſt diluuium dedit Noë etiam facultatem veſcendi animalibus. Sed contrà eſt: quia hoc totum apertè videtur inuoluere petitionem principij, cùm hoc ipſum, quod aſſumitur, ſit in quæſtione, vtrùm ſolæ carnes brutorum iure naturæ ſint apta materia ad nutriendum hominem: & hoc ipſum eſſet explicãdum, vnde tandem colligatur, & quomodo probetur: neque enim eſt ex iis principiis, quæ ſunt nota ex terminis, & non poſſunt probari per alia principia priora; ſed lumine ipſo naturæ ſunt ita manifeſta, vt nullus ratione vtens, illa non capiat, vt patet manifeſtè ex eo, quia plures populi circa Pontum, & circa Danubium, & plures alij apud Indos dicuntur veſci humanis carnibus, vt eſt apud Ariſtotelem 7.*Ethic cap.*5.*cit.*& quòd pleræque aliæ nationes hunc cibum reſpuant, tanquàm contra naturam, & qui ſapiat feritatem; forraſſe dici poteſt, id ſolùm eſſe ex communiore aſſuetudine ſic inducta apud pleraſque; non autem ex inſtinctu, & ductu naturę: & ſicut apud multas gẽtes multa ciborũ genera cõmuniter reſpuuntur, & ſtomachum faciunt, vt mures, ranæ, limaces, oua cruda, & ſimilia; quæ tamen apud alias gentes ex oppoſita aſſuetudine licitè comeduntur: ita & dici poteſt accidere etiam in carne humana. Et quòd inter grauiſſima, atque turpiſſima facinora Lucij Catilinæ, illud communiter cenſeatur, quòd humanum ſanguinem vino miſtum in pateris circumtulerit, & ſociis coniuratis propinauerit; ſimiliter dici poteſt, id ſolùm cenſeri turpe ab iis, inter quos eſt oppoſitus vſus, vel certè ratione odij, & crudelitatis conceptæ in hoſtes, ex qua illud poculum propinabatur; non autem, quia ſimpliciter potatio ſanguinis ſit contra naturam. Et confirmatur præterea: quia etiam Doctores Catholici multùm inter ſe diſcrepant in reddenda ratione, quare communiter non liceat veſci humanis carnibus; & vt doceant, vtrùm ſaltẽ in aliquo caſu id liceat, id eſt, in extrema neceſſitate, vt dicemus; quod tamen non eſſet, ſi natura ipſa ita dictaret, & omnes gentes ita doceret, vt putat Victoria. Et longè diſpar eſt ratio de fœmina humana in ordine ad coitum, & generationem hominis; & de carne brutorum in ordine ad nutritionem; cùm certiſſimum ſit ex ipſa inſtitutione, & determinatione naturæ, hominem ſimilem generanti, nec poſſe ex alio ſemine generari, quàm ex humano, & virili, neque in alia fœmina, quàm humanâ: & tamen ſimiliter certiſſimum ſit, quòd nutritio hominis poteſt fieri, etiam ex alia carne, quàm brutorum. Neque ex eo, quòd Deus Adamo, & Noë ſolùm conceſſerit eſum vegetabilium, & brutorum, poteſt probari, quòd eſus aliorum ſit poſitiuè illicitus, cùm etiam mel, & oua, & lac, non ſint expreſſè à Deo conceſſa; & tamen non ſunt illicita.

Et denique, ſi concedatur ex ipſo lumine, & dictamine naturæ eſus carnis humanæ eſſe ferinus, & beſtialis, & homini abſolutè illicitus; adhuc tamen reſtat probandum, quòd ſit illicitus grauiter, & ſub mortali, cùm ex feritate, & beſtialitate ſimpliciter non valeat id inferri, vt *ſuprà* diximus *num* 4.*&* 5. ex ipſo Caiet.2.2.*quæſt.*148.*art.*2.*cit.*

Secundò idem Caiet. *ibidem*, id probat ex eo, quia cibum humanum ſemper eſt licitum ſibi parare, & ſi opus eſt, etiam vita priuare, vt patet communiter in vegetabilibus, & brutis, quæ vt comedantur, licitè mortificantur, & occiduntur: quod tamen de homine, eiúſque carnibus dici non poteſt, cùm nunquam ſit licitum innocentem occidere, ſiue vt comedatur, ſiue propter alium quocunque finem. Sed contrà eſt primò: quia ſi id concedatur, ad ſummum ſolùm probat, quòd carnes hu- 11.

Impugnatur alia ratio Caiet. quòd ea tãtùm caro ſit conueniens cibus, quæ poteſt præparari per occiſionem.

manæ

manæ non poſſunt in quocunque caſu licitè comedi ; ſi, ſcilicet , ſint occidendæ, & præpatandæ per mortem ; non autem ptobat,quòd ſi fortè iam ſint occiſæ,& habeantur pro derelictis,vt ſæpè contingit tempore belli,non poſſint comedi.Deinde,quòd non poſſint occidi & præparari in cibum , non eſt per ſe,& formaliter ex eo , qoia non ſunt aptæ , vt nutriant,& aſſumantur in cibum , quantùm eſt ex ſua natura ; ſed ſolùm per accidens , quia illarum non babetur dominium : ſicut enim etiam canies brutorum, quando ſunt ſub dominio alterius, non poſſunt licitè occidi , & parari in cibos;neque tamen hinc ſeqoitur,quòd ex ſe non ſint cibus aptus, cùm hoc ſolùm proueniat ex accidente,non autem per ſe ex ratione cibi ; ita & carnes humanæ. Er quemadmodum ex eodem Caiet.*ibidem*,& pluribus aliis,de quibus *infrà*,licitum eſt humanam carnem, aut adipem aliquando aſſumere pro medicamento, ſi ita præſcribat ars mediciuæ ; & in caſu extremæ neceſſitatis , etiam comedere, non obſtante, quòd non liceat per occiſionem eam præparare in tale medicamentum , aut cibum : ita & dici poteſt,non obſtare, quominùs poſſit comedi etiam extra hunc caſum.

Tertiò,id probat Victoria *relect.cit.de temperantia,n.5.*& Valen.2.2.*diſp.9.q.3.puncto* 1. & Leſſ. *lib.* 4 *diſp.3.dub.2. num.9.* quia alimentum ſemper eſt ignobilius eo , cuius eſt alimentum , cùm ad illud ordinetur,& referatur,vt ad finem;qui tamen præſtat iis, quæ ſunt ad fioem. Vnde & plantæ aluntur ex ſucco terræ,& animalia aluntur ex plantis ; vel ſt ſint ſpeciei perfectioris , & robuſtioris , ex aliis animalibus imperfectioribus, & debilioribus.Quare homo , cùm non ſit quoad ſpeciem ignobilior homine , non poteſt eſſe alimentum hominis. Sed contrà eſt : quia falſum eſt , quod aſſumitur, non poſſe aliquid eſſe alimentum alterius , niſi illo ſit ignobilius , & imperfectius : plantæ enim etiam aluntur ſucco carnis , ſi cadauer fortè ſit ad ipſarum radices;& animalia imperfectiora, v.g.canes,etiam aluntur carnibus perfectiorum,v.g equi, aut leonis,imò & carnibus hominis, ſi fortè proiiciatur illius cadauer:& quanuis hoc ſolùm contingat poſt peccatum Adami ex Leſſio *ibidem* , & aliquo modo in pœnam,ſicut contingit & mors ; non tamen contingit , quia per peccatum ſit facta variatio pbyſica in ipſa entitate carnis humanæ ; & cùm ante peccatum ex ſua natura non eſſet alimentum aptum brutorum , poſt peccatum euaſerit aptum;ſed ſolùm,quia eſt ſublata poteſtas non moriendi,quæ ſupra naturam babebatur ex gratia, & hoc ipſo, quòd caro humana rediit quodammodo ad ſuam naturam , vt poſſet deſinere eſſe animata per animam hominis,& ab illa ſeparari , etiam rediit,vt virtute agentis poſſet corrumpi in eſſe carnis,& tranſmutari in aliud compoſitum, & per cõſequens , vt etiam poſſet virtute naturalis caloris, qui eſt in bruto,v.g.in cane, aut leone , conuerti in illius ſubſtantiã,eúmque nutrire. Vnde,quanuis ea, quæ intrinſecè , & ex ſe ſunt propter aliquem finem,communiter ſint quid ignobilius, & imperfectius;illud tamen,quod eſt alimentum alterius,non eſt intrinſecè , & ex ſe ordinatum ad illud ; ſed ad ſummum ſolùm extrinſecè,& per accidens,per ordinationem ipſius Dei,& ideò non eſt neceſſarium, vt ſit intrinſecè quid ignobilius,vt patet manifeſtè in iis omnibus, quæ ſunt alimentum, verbi gratia, ignis, id eſt, corporis ſimplicis ; & tamen ſunt mixta , vt ligna , oleum , adeps, & ſimilia ; & in iis, quæ ſunt alimenta viuentium , & per ſe habent certam ſpeciem in vniuerſo , & ſecundùm illam non ſemel ſunt quid perfectius , & nobilius.

12. *Impugnatur ratio Victoria, quòd alimentum ſemper ſit ignobilius ali o.*

Addo , ſi Victoriæ , & Leſſio hoc concedamus, quòd alimentum debeat eſſe quid ignobilius eo, cuius eſt alimentum , etiam carnem humanam iam mortuam,quo ſolùm modo poteſt eſſe alimentum, eſſe quid ignobilius homine viuo , pro qoo ambigimus,vtrùm poſſit eſſe alimentum:& quemadmodum aliquando licitum eſt eam relinquere , aut etiam exponere volatilibus cœli , & beſtiis terræ dilaniandam , & deuorandam , non obſtante quòd ſit quid nobilius, & perfectius, vt contingit in iis, qui occiduntur in bello , vel propter crimina , & ſcelera ita damnantur ; imò etiam licitè poteſt comedi ab homine,ſi vrgeat caſus extremæ neceſſitatis,vt ſubdit Leſſius *num.*10. ita & poteſt id eſſe licitum , etiam extra caſum extremæ neceſſitatis, quantum eſt ex hoc capite dignitatis , aut perfectionis.

Quartò,addunt Victoria, & Leſſ.& Azor.*loc.cit.* eſum humanæ carnis ideò eſſe peccatum mortale: quia maximè pugnat cum pietate, atque humanitate,qua ſepulturæ officium debetur humanis cadaueribus, quod tamen officium omninò tollitur , ſi eſus eſt licitus. Sed neque hoc multùm vrget : hoc enim ipſum ſepulturæ officium noo apparet, quòd iure naturæ ſit grauiter debitum. Et quemadmodum eorum cadauera,qui nauali , aut terreſtri prælio occiduntur,traduntur piſcibus,aut beſtiis deuoranda;neque vllus eſt,qui propterea putet ſe peccare mortaliter , quia ſepulturæ illa non tradit : ita neque peccaret , quantùm eſt ex hoc capite, ſi illa comederet.Et ratio eſt:quia,vt docet S.Thom. *in* 4. *d.45.qu.2.art.3.quæſtione* 3. ſepultura mortuorum eſt adinuenta propter viuos,ne eorum oculi ex turpitudine cadauerum offendantur , & corpora fœtoribus inficiantur;& propter mortuos,vt pro ipſis oretur,dum eorum memoria apud viuos per ſepulcra,& monumenta ſeruatur : &, vt ſubdit *in reſponſione ad* 3. qui mortuos ſepelit , in tantum dicitur illis impendere officium hnmanitatis , in quantum ſe conformat illorum affectui , & ſollicitudini,quã naturaliter habuerũt,dum viuerent,de eo,quod futurum eſſet poſt mortem de ſuis corporibus, iiſque ſatisfacit in eo,in quo ſibi ipſi non poſſunt ſatisfacere , & quòd reputaretur in eorum confuſione, vt habet idem S.Thom. *in* 4 *d.*15.*qu.2.art.3.quæſtiun.* 1.*ad* 1. in quantum, ſcilicet, per hoc oſtenderetur, quòd nullum haberent , à quo diligerentur, & qui eos vellet curare ; quæ tamen omnes rationes non probant ex iure ipſo naturæ grauem neceſſitatem, & obligationem ſub mortali , vt corpora mortuorum ſepulturæ tradantur, vt ex ſe patet;& per conſequens neque probant grauem prohibitiooem, quantùm eſt ex hoc capite, vt non comedantur.

13. *Impugnatur alia ratio, quòd cadauera iure ipſo naturæ ſint mandanda ſepulturæ.*

14. *Sepultura cadauerum, ad quid ſit inuenta.*

Fortaſſe ad hoc probandũ illud eſt efficacius,ſuppoſita immortalitate animæ rationalis, & myſterio vniuerſalis reſurrectionis : quia materia carnium vniuſcuiuſque ab ipſa natura , & naturæ authore , eſt determinata ad formam illius , eámque æterno tempore debet habere : hinc enim fit,vt non poſſit nutrire alterum , & aſſumere formam illius, omninò incompoſſibilem formæ priori , ad quam eſt determinata ; & ideò neque carnes humanæ poſſint aſſumi ab alio homine,vt alimentum, & vt conuertendæ in illius ſubſtantiam, & informandæ per eius formam:nam, quemadmodum vniuſcuiuſque anima, ſuppoſito myſterio reſurrectionis futuræ , ius habet ad ſuam materiam , ſuúmque corpus reſumendum ; ita & ius habet , vt ſuam materiam, ſoúmque corpus à nullo alio occupetur;quod tamen contingeret , ſi poſſent ipſius carnes aſſumi in cibum.

15. *Comedere carnes humanes eſt peccatum mortale: quia eſt contra futuram reſurrectionem.*

Digitized by Google

in cibum. Et idem eſt, ſi vnus aliquis ponatur comedere partem aliquam ſui corporis, & abſcindere, v.g. ſibi manum, eámque comedere: quia enim ſimiliter illa materia eſt iam determinata à natura, vt informetur ab anima rationali illius hominis indiuidui, non in quacunque parte corporis, ſed ſolùm in manu; non poteſt ſine magna deordinatione aſſumi, vt cibus, & nutrimentum aliarum partium, & vt conuertatur in illarum ſubſtantiam. Idque non ſolùm valet de carnibus, & aliis partibus ſimilaribus, aut diſſimilaribus, quæ poſſunt, ac debent informari ab anima; ſed etiam de iis omnibus, quæ ſunt de integritate cuiuſque corporis, & ſunt ad illud determinatæ, vt eſt, v.g. ſanguis, & alij humores: quia enim in reſurrectione debent ſimiliter reſumi, & reintegrare idem corpus, quod integrauerant priùs, non poteſt eorum materia eſſe occupata, & informata ab anima alicuius alterius; & ideò neque poteſt aſſumi in cibum, & alimentum alterius. Atque hanc rationem, quanuis non ſic explicatam, videtur attingere etiam Victoria *relect. cit. de temperantia, num.* 5. & Leſſ. *lib.* 4. *cap.* 3. *num.* 9. *cit.* dum ad probandum, quòd caro humana non ſit apta, vt aſſumatur ab homine in alimentum, inter cætera etiam aſſerunt, quòd alioqui magna ex parte confunderetur diſtinctio corporum in reſurrectione, & fieret iniuria reſurrectioni. Et non eſt dubitandum, quòd hæc deordinatio ſit ex ſe grauis, & mortalis, cùm ſit directè, & in re grauiſſima contra inſtitutionem, & intentum naturæ.

Neque valet, ſi quis obiiciat, ex hac ratione etiam ſequi, quòd peccaret mortaliter, ſi quis comederet oleta, aut fructus arborum, quæ ſcirentur alimentum ſuxiſſe ex cadaueribus occiſorum, aut mortuorum; vel comederet brutum, quod ſimiliter ſciretur fuiſſe nutritum humanis carnibus: ſiquidem etiam in illis reperitur materia, quæ iam erat determinata ad aliam animā rationalem. Nam cōtrà eſt: quia, poſtquàm materia vnius hominis, quæ iam erat determinata à natura, vt perpetuò eſſe deberet ſub illius forma, per plures tranſmutationes ſubſtantiales tranſiit ad plures alias formas; ſaltem moraliter, & ex communi exiſtimatione, non cenſetur eſſe ampliùs illius, neque fit illi iniuria, ſi, quatenus reperitur ſub alia forma, v.g. oletis, aut bruti, aſſumatur in alimentum ab alio homine; quod tamen oppoſito modo ſe habet, ſi aſſumatur, quando adhuc remanet ſub forma carnis, & communiter exiſtimatur eſſe illius, vt iam diximus.

16. *Licitum eſt vti carne, aut adipe humano pro medicamento.*

Et idem videtur eſſe, ſi aſſumatur, non vt cibus, & alimentum, quod conuertatur in ſubſtantiam aliti; ſed ſolùm vt medicamentum: quòd enim hoc in caſu neceſſitatis ſit licitum, docent omnes communiter, vt Caiet. 2.2. *quæſt.* 148. *art.* 2. *cit.* Victoria *relect. cit. de temperantia, num.* 6. Valen. 2.2. *diſp.* 9. *quæſt.* 3. *puncto* 1. Sanchez *lib.* 1. *in Decal. cap.* 18. *num.* 15. Tol. *lib.* 8. *cap.* 60. *num.* 2. Leſſ. *lib.* 4. *cap.* 3. *dub.* 2. *num.* 10. vbi id probat ex communi vſu apud omnes recepto de mumia, quæ nihil eſt aliud, quàm caro humana, pretioſis vnguentis condita, pro variis vſibus medicinæ: & præterea, quia licitum eſt haurire humanum ſanguinem ex vena adoleſcentis detractum, ad hoc, vt ſeni vigor concilietur, & ſenectus prorogetur: quod remedium Marſil. Ficinus *in lib. de ſanitate tuenda*, & plures alij Medici laudant, vt ſingulare: & eo ipſo, quòd caro, vel adeps, aut ſanguis humanus adhibetur, vt medicamentum, ad reſtaurandam temperiem qualitatum deperditam, non autem vt alimentum ad reſtaurandam ſubſtantiam; & quòd propterea debeat informari forma & anima illius, qui alitur, nulla iniuria fit alteri, ad cuius animam fuerat primò determinata illa materia, vt ex ſe patet; & ideò licitè poteſt adhiberi. Neque ex eo, quòd licitè adhibeatur, vt medicamentum morbi, ſequitur, quòd poſſit etiam communiter adhiberi, vt medicamentum famis, & vt cibus: ſiquidem magnum eſt diſcrimen inter medicamentum, & alimentum, vt tradunt communiter Medici: & eo ipſo, quòd finis medicamenti eſt, vt reſtauret temperiem qualitatum deperditam; & finis alimenti, vt reſtauret ſubſtantiam; debet illud remanere inuictum à calore naturali, vt patet ex Ariſtotele *in problematis, ſect.* 1. *prob.* 8. cùm tamen hoc omninò ſit peruincendum, & tranſmutandum in ſubſtantiam aliti. Vnde, ſi contingat, humanam carnem, aut adipem ſimul adhiberi, vt medicamentum, & vt alimentum, non poterit hoc eſſe licitum, niſi in caſu extremæ neceſſitatis, vt mox dicemus.

17. *Probabile eſt, quòd eſus humanæ carnis in extrema neceſſitate poſſit eſſe licitum.*

Vtrùm autem humana caro poſſit adhiberi, etiam vt alimentum, ſaltem in eo caſu, qui ſit extremus; vt, ſi quis nullum alium habeat cibum, niſi carnes occiſorum in prælio, & omninò debeat fame perire, niſi illas comedat; non conſtat inter Doctores: nam id licere affirmat Caiet. 2.2. *quæſt.* 148. *art.* 2. *cit.* Nauar. *in Man. cap.* 23. *num.* 122. Abulen. *in cap.* 6. *lib.* 4. *Reg.* Bonacin. *diſp.* 2. *de peccatis, quæſt.* 8. *puncto* 2. *num.* 13. Emman. Sà *verb. comedere, num.* 1. Tol. *lib.* 8. *cap.* 60. *cit. num.* 3. Leſſ. *lib.* 4. *cap.* 3. *dub.* 2. *num.* 10. Sanchez *lib.* 1. *in Decal. cap.* 18. *num.* 12. Negat verò Victoria *relect. de temper. cit. num.* 6. Valen. 2.2. *diſp.* 9. *quæſt.* 3. *puncto* 1. Azor. *p.* 1. *lib.* 7. *cap.* 33. *quæſt.* 4. & videtur colligi etiam ex S. Thom. 2.2. *quæſt.* 142. *art.* 4. *ad* 3. vbi comedere carnes humanas appellat peccatum excedens humanam naturam, & comparat cum coitu maſculorum, aut beſtiarum; qui certè in nullo caſu poteſt licere: & videtur probari etiam efficaciter ex ratione allata de determinatione materiæ ad vnam tantùm animam rationalem, quæ ratio ſemper videtur valere, & ſiue caſus ſit extremæ neceſſitatis, ſiue non.

Sed, quanuis hoc ſit tutius, & fortaſſe etiam probabilius propter rationem allatam; & qui in caſu extremæ neceſſitatis nullum alium habet cibum, niſi carnes humanas, optimè ſit facturus, ſi illas non edat, & perinde ſe habeat, ac ſi ſimpliciter cibum haberet planè nullum; quomodo videmus communiter fieri, etiam tempore famis, & obſidionis; & factum illud, quòd mater comederit proprium filium, vt refert Ioſephus *lib.* 7. *de bello Iudaico, cap.* 8. communiter eſt reputatum maximè horribile; negari tamen non poteſt, quin etiam oppoſitum ſit tutum, & probabile ſufficienter; & in tali caſu licitè ſit facturus, qui illas comedat; tum propter authoritatem tantorum Doctorum, qui id affirmant; tum verò, quia etiam in aliis pluribus iura alterius non obligant, vt ſeruentur cum certo periculo propriæ vitæ; & ideò dici poteſt, neque etiam hoc ius, quod habet vnuſquiſque, vt ſua materia relinquatur informanda per ſuam animam, & non aſſumatur ab alio, vt alimentum, & conuertenda in ſubſtantiam aliti, & informanda per eius animam, obligare in huiuſmodi caſu extremæ neceſſitatis, cùm præſertim in die vniuerſalis reſurrectionis non ſit futurum Deo difficile, eam rurſus reſtituere primo, ad quem fortè fuit determinata in prima generatione, & tanquàm pars primigenea; & pro ſecundo, ad quem pertinuit poſteà, tanquam alimentitia, ſupplere aliunde: ſicut & omninò ſupplebit, ſi eadem materia ponatur per nutritionem trāſiiſſe in ſubſtātiam plantæ, aut bruti, illúdque poſteà fuerit cibus alterius hominis, vt iam diximus *num.* 15. Et quanuis non ſit licitum, etiam in caſu quan-

tunuis extremæ neceſſitatis, innocentem occidere, eiúſque carnes per occiſionem præparare ſibi in cibum, vt etiam notat Leſſ. *c.3.cit.n.*11. cùm ſimpliciter vitæ alterius non habeatur dominium, neque Deus in cibum dederit hominem homini, ſicut & dedit bruta. *Omne quod monetur, & viuit.* Gen.9. imò ſecundùm aliquos expreſsè negaoetit, & prohibuerit, vt *ſuprà* diximus *n.9.* ſi tamen ponatur, iam eſſe occiſus, poteſt non eſſe illicitum; idque à fortiori poterit admitti in eo caſu, in quo huiuſmodi carnes non aſſumantur ſolùm vt alimentum ad reſtaurandam ſubſtantiam; ſed ſimul etiam, vt medicamentum ad reſtaurandam temperiem; quod ſæpè coontingit.

Et quod dicimus de caſu extremæ neceſſitatis, quòd poſſit excuſare eſum humanæ carnis, debet intelligi; ſiue hæc neceſſitas ſit inducta per cauſas merè naturales; ſiue etiam per voluntarias, & liberas: vt, ſi quis barbarus, v.g. minetur alteri mortem, niſi comedat carnes humanas: niſi enim id faciat in odium Chriſtianæ religionis, licitum erit illas comedere, vt ootat Sanchez *lib.1.in Decal. c.*18.*cit.n.*13. ex Victoria *relect.cit. de temperantia, n.*6. & *ſuprà* indicauimus, dum ageremus de metu *lib.1.diſp.*15.*num.*11.

18. *Eſus humana carnis, etiam in extrema neceſſitate non eſt in præcepto.*

Quòd ſi quæras, vtrùm in huiuſmodi caſibus extremæ neceſſitatis, non modò ſit licitus huiuſmodi eſus humanæ carnis; ſed etiam ſit debitus; ita vt mortaliter ſit peccaturus, ſi quis eligat potiùs mori, quàm has carnes comedere: Reſpondet Sanchez *lib.1.in Decal.c.*18.*cit.n.*14. & Leſſ. *lib 4. c.3.cit.n.*12. & Azor. *par.1.lib.7.c.*33.*qu.*4. non eſſe debitum: quia enim bonom virtutis ex ſuo genere eſt præſtantius vita, licitum eſt propter virtutem parui facere vitam, vt etiam multis exemplis probat Victoria *relect.cit.de temperantia, n.*9. & non eſt dubium, quòd ſemper eſt actus virtutis, ſi quis ex charitate, & pietate erga defunctos, abſtineat ab eſu ferino ipſarum carnium, & potiùs velit eas terræ committere, vel in terra relinquere, vt putreſcant, vt *ſuprà* diximus *n.*14. ex S.Thom. *in 4.d.*45.*qu.*2.*art.*3.*quæſtiuncula* 3.*ad* 3. Et cùm vita non ſit ex bonis ſupremis, non tenemur eam ſeruare, niſi mediis ordinariis.

19. *Vita non eſt neceſſariò ſeruanda, niſi remediis ordinariis.*

Et qua ratione non tenetur quis ad vitam tuendam, cum magnis doloribus pati inciſionem, v.g. cruris, aut brachij; vel cum magno incommodo mutare patriũ ſolum; vel cum magnis expenſis vti medicamentis, aut cibis pretioſiſſimis; vel tempore obſidionis, aut famis, cum magno faſtidio veſci canibus, felibus, muribus, calceorum ſegmentis, & ſimilibus; ita nec tenetur ad eam ſeruandam vti eſu humanæ carnis, cùm præſertim opinio, quæ aſſerit, huiuſmodi eſum, neque etiam in extrema neceſſitate eſſe licitum, ſit valdè probabilis, vt iam diximus, & licitum ſit eam practicè ſequi, & ex illa operari, etiam contra oppoſitam opinionem, quam fortè aliquis habeat propriam, vt dicemus *in materia de conſcientia*, & notat Sanchez *num.*14.*cit.*

20. *In caſu neceſſitatis licitum eſt porrigere aliis humanas carnes comedendas.*

Atque hæc, quæ diximos de eſu humanæ carnis omninò illicito extra caſum extremæ neceſſitatis, & probabiliter licito, ſi vrgeat extrema oeceſſitas, intelligi debent de vnoquoque, tam reſpectu ſui, qnam reſpectu alterius: ſicut enim per ſe eſt illicitum, vt quis ſibi comedat humanas carnes, extra caſum neceſſitatis; ita & eſt illicitum, vt quis eas tradat comedendas alteri, vel de iis comedendis conſilium det.

21. *Humanæ carnes non ſunt tradendæ beſtiis, etiã à Iudice.*

Neque ſolùm id eſt verum, ſi tradantur alteri homini; ſed etiam ſi tradantur beſtiis, vt notat Victoria *relect. de temperantia, n.5. cit. versùs finem*, ex illo Geneſ.c.9. *Sanguinem enim animarum veſtrarum requiram de manu cunctarum beſtiarum.* vbi ſpecialiter hoc prohibetur, ne detur beſtiis humana caro, quantùm moraliter fieri poteſt: quod addo propter eos, qui moriuntur nauali bello, & communiter noo aliter ſepeliuntur. Vnde neque Iudici id eſt licitum, vt reorum cadauera obiiciat feris, vt notat Azor. *par.1.lib.7.c.*33.*qu.*4. *cit.versùs finem.* quanquam non deſint, qui putent, id aliqoando licere in vindictam publicam, & in aliorum exemplum, vt idem ſubdit: & in lege veteri *Deuter.*21.*in fine*, etiam corpora eorum, qui fuiſſent propter ſcelera appenſi in patibulo, præcipiebantur ſepeliri eadem die, ne permanerent cadauera in ligno: ſiquidem, vt ibi dicitur, maledictus a Deo eſt, qui pendet in ligno.

22. *Non eſt licitum humanas carnes ſacrificare.*

Et idem eſt, ſi caro humana ſit mactanda in ſacrificium: neque enim id modò licet, aut vnquam licuit, niſi Dei mandato, qui vitæ, & necis habet ſupremum imperium, vt ſubdit *ibidem* Azor. Et contrà, quemadmodum eſt licitum in caſu neceſſitatis, vt quis ſibi comedat carnes humanas; ita & eſt licitum, vt eas aliis porrigat, ſiue ſcientibus, ſiue inſcientibus: & quemadmodum etiam in tali caſu neceſſitatis, non eſt ſimpliciter obligatio, vt quis ſibi comedat; ita neque eſt obligatio, vt porrigat aliis: neque enim in tali caſu poſſunt dici concurrere duo præcepta incompatibilia; id eſt, alterum affirmatiuum de vita tuenda, & alterum negatiuum de non comedendis humanis carnibus, vt propterea illud ſit ſeruandum, quod eſt maioris momenti, & obligationis, id eſt, præceptum de vita tuenda; & alterum ſit negligendum, id eſt, præceptum de non comedendis humanis carnibus: nam, vt diximus *paulò antè*, præceptum de vita tueoda non obligat ſimpliciter, & omni modo, vel in omni caſu; ſed ſolùm, quando conſeruatio vitæ non concurrit cum actu virtutis, qui eſt bonum ordinis ſuperioris; vel quando occurrit per media ordinaria, quorum tamen neutrum eſt in caſu noſtro, cùm parcere humanis carnibus ſit actus humanitatis & pietatis, vel charitatis erga defunctum; & comedere homanas carnes ad vitam tuendam, ſit quid valdè extraordinarium, & ad quod omnes habent naturalem horrorem.

DISPVT. XXX.

De iis, quæ pertinent ad ebrietatem.

1. *Ebrietas in quo conſiſtat.*
2. *Eſt ſpecies gulæ.*
3. *Ebrietas deriuatur à bria, id eſt, menſura vinaria.*
4. *Nomine vini intelligitur omne, quod poteſt inebriare.*
5. *Inordinatio in vſu vini debet accipi habito reſpectu ad ipſum bibentem.*
6. *Ebrietas, etiam ex odore vini, eſt vitanda.*
7. *Ebrietas poteſt contingere cauſa medicinæ, & ex præſcripto Medicorum.*
8. *Ebrietas eſt peccatum,*
9. *Ebrietas eſt peccatum mortale.*
10. *Quis vſus rationis tollatur per ebrietatem.*
11. *Eſt diſpar ratio inter ebrietatem, & ſomnum, quoad tollendum vſum rationis.*
12. *Per ebrietatem priuatur quis facultate implendi præcepta.*
13. *Quare ebrietas, quando eſt minor, cauſet plura, & grauiora peccata.*
14. *Ebrietas etiam tunc eſt cauſa peccatorum, quando per*

do perfectè occupat vires apprehenſiuas, & motiuas.

15. *Ebrioſus nunquam caſtus.*
16. *Ebrietas ſecreta pandit.*
17. *Ebrietas eſt cauſa plurium morborum corporalium.*
18. *Ebrietas, etiam ſemel incurſa, eſt peccatum mortale.*
19. *Secundùm aliquos ebrietas non eſt peccatum mortale, niſi ſit aſſidua.*
20. *In quo caſu poſſit admitti, quòd ebrietas non ſit mortalis, niſi ſit aſſidua.*
21. *Inebriare alium eſt peccatum mortale.*
22. *Prouocare alium ad potandum cum periculo ebrietatis, eſt peccatum mortale.*
23. *Ebrietas ex rationabili neceſſitate poteſt excuſari à culpa.*
24. *Licita eſt ad procurandum vomitum, ex Medicorum praſcripto.*
25. *Et quando omnis alius potus prater inebriantem eſt noxius.*
26. *Quando potus inebrians pracipitur à tyranno, ſub mortis comminatione; vtrùm poſſit ſumi ſine peccato.*
27. *Licitum eſt inebriare alium, quando aliter non poteſt vitari malum maius.*
28. *Ad vitandum malum maius licitum eſt inducere ad minus.*
29. *Peccata ex ebrietate non excuſantur.*
30. *Contractus in ebrietate ſunt irriti.*
31. *Signa ebrietatis quanam ſint.*
32. *Ebrietas imperfecta ſolùm eſt peccatum veniale.*

AD vitiom gulæ etiam ſpectat ebrietas, vt *ſuprà* diximus *diſp.* 27. *num.* 2. ex S. Thom. 2.2. *quaeſt.* 150. *art.* 1. ex Christo Domino Lucæ 21. *Ne fortè grauentur corda veſtra crapula, & ebrietate.* & Paulo ad Rom. 13. *Non in comeſſationibus, & ebrietatibus.* Et intelligimus hoc loco, nomine ebrietatis, ipſam vini compotationem vsque immoderatam, vt per illam priuetur quis violenter vſu rationis; id eſt, non retinendo in ſe facultatem pro arbitratu illum recuperandi, ſed inducendo neceſſitatem manendi quaſi per vim ſine vſu rationis toto tempore ebrietatis: quanuis enim ebrietatis
1. vocabolum ex eodem S. Thom. *quaeſt.* 150. *art.* 1. *cit.*
Ebrietas in quo conſiſtat. aliquando ſumatur pro ipſa priuatione vſus rationis ex potu immoderato, & hoc modo non dicat culpam, ſed effectum pœnalem, conſequentem ex culpa; ſumitur tamen prætereà etiam pro ipſo actu potationis immoderatæ, ex qua quis incidit in illum effectum pœnalem; & hoc modo dicit culpam, ſi talis potatio inordinata inducens violentam priuationem vſus rationis, ſit voluntaria, & non contingat ex ſola fortitudine vini præter opinionem ipſius bibentis: quomodo credendus eſt fuiſſe inebriatus Noë, vir alioqui ſanctiſſimus,
2. *Gen.* 9. ſed ex inordinata concupiſcentia, & vſu vini,
Eſt ſpecies gulæ. & cum ſufficiente notitia, & aduertentia illius effectus conſecututi: & hoc modo de illa loquimur, dum loquimur de peccato gulæ, cùm reuera contineatur ſub gula ex S. Thom. *ibidem*, tanquàm ſpecies ſub genere: ſiquidem gula in vniuerſum accepta dicit inordinatum appetitum cibi, & potus: ebrietas verò huiuſmodi inordinationi genericæ prætereà ſuperaddit quaſi differentiam ſpecificam, quòd pertingat vſque ad deordinationem, & turbationem rationis: nam, quemadmodum ſacrilegium, v. g. rectè dicitur contineri ſub furto, tanquàm ſpecies ſub genere; quia hoc, quod eſt rē alterius, quæ accipitur, eſſe ſacram, aut commiſſam loco ſacro, eſt quædam alienitas, iuxta ea, quæ de differentiis cuiuſque generis dicuntur ab Ariſtotele 7. *Metaph. text.* 43. & ſpecialiter diſconuenit rectæ rationi ſub illo ipſo genere, ſub quo diſconuenit in vniuerſum accipere rem alienam: & adulteriū rectè dicitur contineri ſub fornicatione, tanquàm ſpecies ſub genere; quia hoc, quod eſt, fœminam, ad quam acceditur, eſſe alteri nuptam, eſt quædam non ſuitas, & ſpecialiter diſconuenit ſub hoc ipſo genere, ſub quo diſconuenit in vniuerſum accedere ad non ſuam, vt *ſuprà* diximus *lib.* 1. *diſp.* 20. *num.* 3. ex S. Thom. *quaeſt.* 2. *de malo, art.* 6. ita & ebrietas rectè dicitur contineri ſub gula, tanquàm ſpecies ſub genere: quia hoc, quod eſt inordinatam delectationem potus pertingere vſque ad deordinādum vſum rationis, ſpecialiter diſconuenit ſub hoc ipſo, quod eſt inordinatè delectari potu; & in idem recidit, ſi id explicemus ex parte obiecti, & dicamus cum Caiet. 2.2. *quaeſt.* 150. *art.* 1. *cit.* §. *in eod. art.* 1. inordinatam delectationem, aut vſum vini abſolutè, & ſecundùm ſe ſpectare ad gulam genericè acceptam; inordinatam verò delectationē, aut vſum vini inebriatiui ſpectare ſpecialiter ad ebrietatem: certum enim eſt, quòd vinum, quatenus eſt inebriatiuum, ſpecialiter diſconuenit rectæ rationi: & hæc diſconuenientia ſpecialis continetur ſub diſconuenientia vini inordinatè potati, accepta genericè; & ideò benè poteſt ebrietas, quæ ſpecialiter verſatur circa vſum inordinatum vini, aut potus inebriatiui, aſſignari, vt ſpecies gulæ, quæ verſatur genericè circa vſum inordinatum vini, aut potus ſimpliciter.

Nec refert, quòd nomen gulæ aliquando ſumatur, prout ſolùm eſt circa cibos, & ſpecialiter opponitur abſtinentiæ, vt patet ex S. Thom. 2.2. *quaeſt.* 146. *in principio*: vt enim benè explicat Caiet. 2.2. *quaeſt.* 150. *art.* 1. *cit.* §. *In eod. art.* 1. & *ſuprà* indicauimus *diſp.* 27. *num.* 2. nomen gulæ eſt æquiuocum; & aliquando ſumitur, prout eſt quid commune ad comeſſationem, & ebrietatem, & dicit genericè appetitum inordinatum cibi, & potus, ſeu delectabilis ſecundùm guſtum; & aliquando ſumitur pro ipſa ſpecie comeſſationis, quæ tanquàm præcipua, & primaria, ſibi retinet nomen generis: & quæ huc vſque diximus de ſpeciebus, aut modis gulæ, quoad comedendū præproperè, lautè, &c. & de malitia veniali, aut mortali cuiuſque, ſolùm diximus de gula hoc ſecundo modo accepta, pro ipſa comeſſatione: quod verò nunc addimus, etiam ebrietatem eſſe ſpeciem gulæ, ſolùm addimus de gula accepta genericè, & primo modo, pro appetitu inordinato delectabilis cuiuſcunque ſecundùm guſtum. Et quemadmodum prima ſpecies gulæ, quæ eſt comeſſatio, opponitur ſpecialiter abſtinentiæ: ita & altera ſpecies, quæ eſt ebrietas, opponitur virtuti ſobrietatis, vt patet ex S. Thom. 2.2. *quaeſt.* 146. *cit. in principio*, qui etiam hac de cauſa *quaeſt.* 149. agit de ſobrietate, & *quaeſt.* 150. de ebrietate.

Quod verò diximus, nomine ebrietatis intelligi 3.
comporationem immoderatam, clarè patet etiam ex ipſa etymologia nominis: nam, quemadmodum nomen ſobrietatis deriuatur à bria, & aliquis dicitur ſobrius, quaſi ſeruans briam, vt notat S. Thom. 2.2. *quaeſt.* 149. *cit. art.* 1. intelligendo, nomine briæ, menſuram, ſiue indefinitiuè, & quancunque, vt vult ibi S. Thom. ſiue determinatè menſuram vinariam, aut vas vinarium, vt ibi notat Caiet. ex Donato *ſuper Terentium*, & Seruio *ſuper Virgilium*: ita & nomen ebrietatis ſimiliter deriuatur à bria; & aliquis dicitur ebrius, quia debitam vini menſuram excedit, & quaſi eſt extra briam, vt notat Leſſ. *lib.* 4. *c.* 3. *dub.* 3. *num.* 13.

Ebrietas deriuatur à bria, id eſt, menſura vinaria.

Google

4. *Nomine vini intelligitur omne, quod poteſt inebriare.*

Et ſpecialiter hæc immoderatio, quando dicitur, debere eſſe circa potum, de illo potu debet intelligi, ex eod. S. Thom. *qu.* 149. *art.* 1. qui poteſt inebriare, & ſua fumoſitate natus eſt caput conturbare, ſiue ſit vinum, ſiue ceruiſia, aut aliud quodcunque: ſicut enim hæc ſunt inuenta loco vini, & vt ſuppleant illius defectum; ita & ſecundariò intelliguntur, & veniunt appellatione vini, vt notat Caiet. *ibidem.* Vnde & qui tenentur, vno aliquo die abſtinere à vino, etiam tenentur abſtinere à ceruiſia, & aliis huiuſmodi, vt idem ſubdit.

5. *Inordinatio in vſu vini debet accipi habito reſpectu ad ipſum bibentem.*

Et ſimiliter, quando dicitur ebrietas prouenire ex multo vino potato, aut eſſe ipſa immoderata compotatio vini; debet intelligi, ſiue ſit immoderata propter ſolam qualitatem, ac fortitudinem vini, quod etiam in parua & modica quantitate potatum eſt aptum inebriare; ſiue ſit immoderata propter quantitatem. Et hæc vtraque immoderatio debet accipi non abſolutè, quaſi detur communiter aliqua qualitas, aut quantitas vini, quæ bibi non poſſit ſine ebrietate; ſed debet accipi ſolùm relatiuè, & in reſpectu ad ipſum bibentem, vt notat Caiet. *art.* 1. *cit.* facilè enim accidit, vt illud vinum, quod vnum inebriat, & eſt reſpectu illius immoderatum, & multum, non inebriet alium, & non ſit immoderatum, aut multum reſpectu illius. Vnde & S. Thom. 2. 2. *qu.* 149. *art.* 3. abſolutè docet, vſum vini ſecundùm ſe non eſſe illicitum: quia vniuerſaliter nullus cibus, aut potus ſecundùm ſe eſt illicitus, iuxta illud Chriſti Domini Matth. 15. *Non quod intrat in os, coinquinat hominem.* ſed ſtatim ſubdit, quòd aliquando poteſt reddi illicitus per accidens, ex conditione ipſius bibentis, qui vino de facili læditur; atque ita indicat, etiam vſum vini ſimpliciter, non autem ſolùm in magna quantitate, aut fortitudine, poſſe alicui eſſe immoderatum, & illicitum, ſi ſic habeat illius conditio.

6. *Ebrietas etiā ex odore vini eſt vitanda.*

Quòd ſi contingat, perturbationem capitis, & mentis non prouenire ex vino immoderatè potato, ſed ſolùm ex vino odorato, vt ſæpe accidit; non eſt exiſtimanda ebrietas, de qua loquimur, vt notat Caiet. 2. 2. *quæſt.* 150. *art.* 1. *cit.* Valen. 2. 2. *diſp.* 9. *qu* 3. *puncto* 2. *initio*, & Leſſ. *lib.* 4. *c.* 3. *dubio* 3. *num.* 13. ſiquidem non eſt ex gula, aut ſpecies gulæ: quanquàm hic etiam odor, ſiue vini, ſiue alterius cuiuſcunque, eſt vitandus, quando aduertitur probabile periculum inebriandi, vt ſubdit Leſſ. *dub.* 3. *cit. num.* 29. cùm parum referat, quòd defectus rationis potiùs incurratur per ſenſum guſtus, quàm per ſenſum odoratus, dummodo alioqui ſit idem defectus, & eadem diſconuenientia ad rationem.

7. *Ebrietas poteſt contingere cauſa medicinæ, & ex præſcripto Medicorum.*

Et quod dicimus, mentis defectum non eſſe ebrietatem, de qua loquimur, ſi contingat ex vini odore; potiori ratione eſt dicendum, ſi contingat ex potatione adhibita, non cauſa delectationis, ſed cauſa medicinæ, & ex præſcripto Medicorum: ita enim expreſſè aſſerit Caiet. 2. 2 *qu.* 150. *art.* 2 §. *Ad hoc dicitur.* & *in Summa verb. ebrietas.* Sylu. *eod. num.* 4. Nau. *c.* 23. *num.* 119. Leſſ. *lib* 4. *c.* 3. *dub.* 3. *num.* 13. *cit.* & alij, de quibus *infrà*, dum abſolutè aſſerunt licitum eſſe potum vini, aut alterius cuiuſcunque inebriantis, ſi ex præſcripto Medicorum ſit neceſſarius ad vomitum prouocandum; vel alio modo ad ſanitatem curandam: quamuis enim communiter ad vomitum prouocandum poſſit ſufficere etiam potus aquæ tepidæ, & in tali caſu non ſit licitus potus vini, aut alterius inebriantis, vt notat S. Thom. 2. 2. *quæſt.* 150. *art.* 2. *ad* 3. facilè tamen poteſt accidere, vt ſpecialiter in aliquo non ſufficiat, propter peculiarem illius diſpoſitionem; & prætereà, vt ad euocandas, vel educendas per vomitum certas ſuperfluitates ſolus ſufficiat potus vini; non autem potus aquæ: cùm ſæpè vomitus ex alia, atque alia cauſa prouocatus alias, atque alias ſuperfluitates emittat, vt notat Martin. de Magiſtr. apud Caiet. *quæſt.* 150. *art.* 2. *cit. initio.* Et quemadmodum poteſt contingere, vt cibus, vel potus, qui eſt moderatus homini ſano, ſit immoderatus infirmo: ita & è conuerſo poteſt accidere, vt qui eſt ſano immoderatus, non ſit immoderatus infirmo, vt loquitur S. Thom. *art.* 2. *cit. ad* 3. & hic licitè poſſit multùm comedere, aut bibere ſecundùm conſilium medicinæ; quod tamen non poſſet, ſi eſſet ſanus: & ideò, ſi ex hoc potu ſequatur ebrietas, non eſt cenſenda illa eſſe, de qua loquimur, & quæ eſt ſpecies gulæ, cùm non ſit ex delectatione potus.

His autem poſitis, certum eſt ex S. Thom. 2. 2. *qu.* 150. *art.* 1. *cit.* & omnibus communiter, quòd ebrietas ſit peccatum, ſi contingat non præter opinionem bibentis, & inuoluntariè; ſed ex inordinata concupiſcentia, & vſu vini; & de illa, aut eius periculo habeatur ſufficiens aduertentia, & notitia; & ideò ſufficienter ſit voluntaria, vel in ſe, & directè, vt, ſi quis directè intendat inebriari, & ad hunc finem bibat immoderatè, vt ſe inebriet; vel ſaltem in alio, & indirectè, vt, ſi quis ſolùm intendat delectationem ex potu, & non curet de ebrietate, quam probabiliter præuidet ſecuturam: ſi enim inordinata potatio vini ex ſolo affectu delectationis, eſt peccatum gulæ, etiam præſcindendo ab ebrietate, quā inducat; ſicut & inordinata comeſtio cibi: potiori ratione erit peccatum, ſi pertingat vſque ad ebrietatem. Vnde & communiter ebrietas reprehenditur in ſacris Literis, tam in veteri, quàm in nouo Teſtamento, vt Prou. 23. *Cui væ? cui rixa? cui fouea? cui ſuffuſio oculorum? Nónne his, qui commorantur in vino, & ſtudent calicibus epotandis? Ne intuearis vinum, quando flaueſcit: ingreditur blandè, ſed in nouiſſimo mordebit vt coluber, & ſicut regulus venena diffundet.* Eccleſiaſtici 19. *Vinum, & mulieres apoſtatare faciunt ſapientes.* & Iſai. 5. *Væ, qui potentes eſtis ad bibendum vinum, & viri fortes ad miſcendam ebrietatem.* & Oſeæ 4. *Fornicatio, vinum, & ebrietas auferunt cor.* & Lucæ 21. *Attendite, ne grauentur corda veſtra crapula, & ebrietate.* & 1. ad Cor. 6. *Nolite errare: neque fornicarij, neque idolis ſeruientes, neque adulteri, neque molles, neque fures, neque auari, neque ebrioſi regnum Dei poſſidebunt.* Et denique *ad Gal.* 5. inter opera carnis, quæ ſunt fornicatio, immunditia, &c. etiam numerantur ebrietates, & comeſſationes: & de omnibus concluditur, quòd qui talia agunt, regnum Dei non conſequentur. Et idem communiter aſſerunt etiam S. Patres, quos refert Valen. *tom.* 3. *diſp.* 9. *quæſt.* 3. *puncto* 2. & Leſſ. *lib.* 4. *c.* 3. *dub.* 3. *n.* 16.

8. *Ebrietas eſt peccatum.*

Neque ſolùm ebrietas, quando eſt voluntaria, ſaltem in cauſa, id eſt, in immoderata compotatione vini, eſt peccatum quomodocunque; ſed etiam eſt peccatum mortale, vt tradunt communiter Doctores, S. Thom. 2. 2. *qu.* 150. *art.* 2. Alen. 2. *par. quæſt.* 142. *n.* 12. S. Anton. 2. *par. tom.* 6. *c.* 3. Caiet. 2. 2. *loc. cit.* & *in Summa, verb. ebrietas.* Sylu. Ang. & Summiſtæ *eod.* Nau. *c.* 23. *num.* 121. Tol. *lib.* 8. *c.* 61. Reginald. *lib.* 22. *c. vlt. ſect.* 4. *num* 55. Gloſſ. *in c. Vnum. ver. ebrietas. d.* 25. Valen. 2. 2. *diſp.* 9. *qu.* 3. *puncto* 2. *concluſ.* 1. Azor. *part.* 1. *lib.* 7. *c.* 35. *qu.* 5. Leſſ. *lib.* 4. *cap.* 3. *dub.* 3. *num.* 15. & alij: hoc enim apertè indicant loca Scripturæ iam allata, dum ebriis dicunt *Væ*; quæ tamen particula iuxta phraſim Scripturæ ſæpè eſt comminatoria damnationis æternæ; & ideò etiam ſupponit culpam mortalem, vt notat Leſſ. *n.* 15. *cit.* Et prætereà aſſerunt, quòd ebrietas facit apoſtatare

9. *Ebrietas eſt peccatum mortale.*

ſapientes,

Digitized by Google

ſapientes, & aofert cor: & denique diſertè pronunciant, quòd qui ebrietati dant operam, regnum Dei non conſequentur. Et ratio eſt: quia, qui voluntariè ſe inebriat, priuat ſe irrationabiliter maximo bono, quod eſt vſus rationis, ſéque eximit irrationabiliter ab illis curis; ad quas tamen omnioò tenetur, in quantum eſt homo; & pco toto tempore ebrieratis, non eſt in illius poteſtate, vt recuperet huiuſmodi vſum rationis, & curas reſumat, quoad dirigendas, & regulandas ex illius præſcripto ſuas operationes: & ſicut, ſi quis priuaret alterum vſu domus, aut vſu oculi, vel manus, etiam ad tempus, verè peccaret mortaliter, quia faceret alteri irrationabiliter graue damnum; ita & ſi ad tempus priuet ſe ipſum vſu rationis, omninò eſt dicendus peccare mortaliter, cùm vſus rationis ſit bonum longè maius, quàm vſus domus, aut oculi, & ſit ex bonis naturalibus, quorum quiſque non habet domiońum, tam in ſe ipſo, quàm in alio; non autem ſit ex bonis voluntariis, quæ poſſunt eſſe ſubiecta voluntati cuiuſque, & ideò tam non poſſit ſe illo priuare, ſioe pro ſemper, ſiue pro certo tempore, quàm non poteſt priuare alium, vt notat Caiet. 2.2. *quæſt.* 150. *art.* 2. & quemadmoduio, qui voluntariè ſe priuaret vſu rationis per voluntariam admiſſionem Dæmonis ad obſidendum ſuum corpus, etiam per certum tempus, omninò peccaret mortaliter: ita & qui ſe priuat per volũtariã ebrietatẽ, cùm hæc ex S. Baſilio *hom.* 14. & apud Valen. 2.2. *diſp.* 9. *q.* 3. *puncto* 2. §. 2. *probatur.* ſit voluntarius Dæmon ex voluptate inditus noſtris animabus; & ideò, qui ſeruit ebrietati, ſpontaneo Dæmoui ſeruit; & ex S. Chryſoſt. *hom.* 57. *ad popul Antioch.* vbi ebrietas, ibi Diabolus: & *hom.* 58. *in Matth.* nemo Diabolo ſit magis amicus, quàm qui deliciis, & ebrietate maculatur.

10\. *Quo vſus rationis tollatur per ebrietatem.*

Et per vſum rationis hoc loco non intelligimus vſum actualem, & ipſum actum ſecundum potentiæ rationalis, qui ſine dubio eſt in poteſtate cuiuſque, & ſæpè ſine peccato poteſt non exerceri, etiam extra ebrietatem; neque intelligimus ſolutionem potentiæ, & proximã expeditioneio, vt poſſit exire in huiuſmodi actum, quæ ſolutio, & proxima expeditio poteſt ſimiliter aliquando non haberi ſine peccato, vt de facto non habetur tempore ſomni; qui, quemadmodum eſt ligamentum ſenſuum exteriorũ; ita & eſt ligamentum potentiæ rationalis, & libertatis: ſed intelligimus ſolutionem, & expeditionem aliquo modo remotam, vt, ſcilicet, ſaltem retineatur poteſtas ad remouendum, & tollendum ligamentum proximum, & potentiam rationalem benè ſoluendam, & proximè expediendam pro actu ſecundo, & vſu rationis actuali, ſi opus fuerit. Et de vſu rationis ſic accepto pro tali ſolutione, & expeditione potentiæ aliquo modo remota, certò affirmamus cum Caiet. & Leſſ. & aliis communiter, quòd non ſit ſub dominio, & poteſtate cuiuſqoe, & non poſſit tolli ſine culpa mortali, ſiue in ſe ipſo, ſiue in alio, per immoderatam compotationem, & ebrietatem.

11\. *Eſt diſpar ratio inter ebrietatẽ, & ſomnũ, quoad tollendum vſum rationis.*

Et ex hoc apparet, longè diſparem eſſe rationem ebrietatis, & ſomni, in quo ſimiliter videmur priuare nos ipſos vſu rationis; nec tamen peccamus. Primò enim, qoi ſomno ſe dat ex neceſſitate naturæ, noo priuat ſe vſu rationis irrationabiliter, & quaſi violenter per caoſas extrinſecas; ſed ſolùm voluntariè, & liberè permittit, ac ſinit ſe priuari per caoſas intrinſecas, & naturales, & in bonum naturæ, vt ſpiritus reſtaurentur, & vires reficiantur pro operationibus corporis, & mentis. Et deiode, qui dormit, ſemper habet in ſua poteſtate vſum rationis iam explicatũ; ſiquidem ſemper poteſt, quando voluerit, excitari à ſomno, vel ex aliquo ſtrepitu, qoem ipſe poteſt ad id ordinare, vel ab alio homine; atque ita ſemper poteſt expedire, ac ſoluere potentiam rationalem, & ſolùm manet priuatus vſu rationis actuali, & proxima ſolutione potentiæ ad talem vſum, non autem ſolutione aliquo modo remota; quod tameo non contingit in ebrietate, quæ non modò ligat proximè potentiam; ſed etiam inducit neceſſitatem permaneodi in tali ligamento, quandiu ipſa fuerit; neque relinquit facultatem illud tollendi; & ideò dicitur violenter priuare vſu rationis, in quantum non relinquit facultatem ad illum redeundi pro arbitratu, vt contingit in ſomno; ſed inducit neceſſitatem permanendi quaſi per vim in huiuſmodi ligamento, vt notat Valen. 2.2. *diſp.* 9. *quæſt.* 3. *puncto* 2. §. *Item, quod diximus.* & *ſuprà* iodicanimus *num.* 1. & in hoc ſine dubio eſt grauis deordinatio, ſicut & eſt grauis iniuria io dignitatem creaturæ rationalis, qua parte eſt rationalis, & Dei imago, cùm reuerà pro toto tempore, quo durat ebrietas, faciat hominem ſimilem brutis, & oon valentem vti ratione, vt notat S. Aoguſt. *ſerm.* 231. & S. Baſil. *ſerm. in ebrietatem*, & ex his Leſſ. *dub.* 3. *cit. num.* 22. Idque eſt verum, ſiue quis directè intendat per inordinatam compotationem priuare ſe vſu rationis; quod eſſet vitium pluſquàm humanum, & pertineret ad beſtialitatem, vt loquitur Caiet. 2.2. *quæſt.* 150. *art.* 1. *in fine* §. *Ad* 2. *dubium*, ſiue id iotendat ſolùm indirectè, vt per ſe conſequeos ex immoderata compotatione.

Et quòd hæc priuatio vſus rationis voluntariè inducta per ebrietatem, ſit notabiliter diſcũueniens, & peccatũ mortale, confirmatur etiam ex eo: quia qui hoc modo ſe priuat vſu rationis, priuat ſe facultate vitandi turpia, & implendi præcepta negatiua; & facultate faciendi honeſta, & implendi præcepta affirmatiua, ſi fortè obligent pro illo tempore; &, vt habet S. Thom. 2.2. *quæſt.* 150. *art.* 2. *in corp.* omninò peccat mortaliter, dum ſic ſe exponit periculo peccandi, cùm ex S. Ambroſ. *lib.* 1. *de Abraham, cap.* 6. *tom.* 4. per ebrietatem vitia caueri non poſſint: &, vt habet 1.2. *quæſt.* 88. *art* 5. *ad* 1. omninò eſt contra virtutem, vt quis abſque neceſſitate reddat ſe impoteotem ad vtendum ratione, per quam in Deum ordinatur, & vitat peccata: & hac ratione de ebrio dicitur Prou. 23. *Oculi eius videbunt extraneas, & cor eius loquetur peruerſa.* in quantum, ſcilicet, contra præcepta negatiua, ex multo vino ſequuntur fornicationes, & adulteria per peccata operis; & maledicta, & blaſphemiæ per peccata oris: & abſolutè, *erit ſicut dormiens in medio mari, & quaſi ſopitus gubernator amiſſo clauo.* in quantum, ſcilicet, per totum tempus ebrietatis amittit, quoad omnes actus humanos, gubernaculum rationis, & ſemper quaſi dormiens, & conſopitus illo non vtitur: quod certè non poteſt non eſſe maximè diſconueniens, cùm præcepta, tam negatiua, quàm affirmatiua, obligent ſemper; neque poſſit quis per vini compotationem eximere ſe, etiam ad tempus, ab illis ſeruandis, & ab omni cura, aut onere dirigendi per rationem ſuas operationes: & quidem certum eſt, quòd ſi ebrietas non ſit tanta, vt vires apprehenſiuas, & motiuas omninò liget, totúmque hominem languere faciat, neque ſuſtineat ipſe ſe, omninò facit, vt deliret, & in multis peccet, provt occaſio ſe obtulerit, v.g. optando, loquendo, & faciendo turpia, vel ad vindictam inſurgendo, & huiuſmodi; de qua re legi poteſt Ariſtoteles *in probl. ſect.* 2. *quæſt.* 2. & 26. vbi explicat, quare, qui leuiter ſe inebriant, magis delirent, & peccent, quam qui vehementer, & omninò temulenti fiunt: idque ait contingere,

12\. *Per ebrietatẽ priuatur quis facultate implendi præcepta.*

13\. *Quare ebrietas, quãdo eſt minor, cauſet plura & grauiora peccata.*

quia in his vires apprehenſiuæ, vini nimierate omninò conſopiuntur: in illis verò ſolùm impediuntut à recto iudicio, vt etiam *ſuprà* diximus *lib. 1. diſp. 11. num. 4. & ſect. 30. qu. 1.* vbi explicat, quo mudo vinum mores potantium paulatim euariet, & tandem perducat ad perfectam inſaniam. *Vbi enim vinum* inquit, *hominem frigentem, taciturnúmque à ſobrietate accepit, paulò liberaliore poculo refouet, excitátque ad verba; tum largiore potu verborum vberem, eloquentem, fidentémque reddit; poſt hoc, proceſſu potandi ampliore, audacem, propenſúmque facit ad agendum; deinde pleniùs amplificato, in contumeliam, & petulantiam vertit; mox ad inſaniam propemodum accedit; poſtremò, ex nimio potu reſoluit, ſtultúmque agit in modum eorum, qui à pueris morbo laborant comitiali*, &c.

14. *Ebrietas etiã tunc eſt cauſa peccatorũ, quando perfectè occupat vires apprehenſiuas, & motiuas.*

Si verò ebrietas tanta ſit, vt vires apprehenſiuas, ac motiuas perfectè occupet, neque ita faciar delirare, & peccare contra præcepra negatiua, ſicut quando eſt minor; adhuc conuincitur, eſſe peccatum mortale ex eo, quia irrationabiliter conſtituit ebrium extra vſum rationis, eique aufert facultatẽ benè regulandi ſuas operationes, prout hominem decer; & honeſtè agendi, & implendi præcepta affirmatiua, ſi tunc occurrant. Atque hæc etiam ratio ex periculis peccatorum, in quæ homo ſe coniicit per ebrietatem, dicenda eſt per ſe facere ad grauitatem malitiæ illius: ſiquidem hæc pericula non conſequuntur per accidens, ſed maximè per ſe, & ex natura ebrietatis, vt notar Caiet. 2. 2. *qu.* 150. *art.* 2. §. *Ad euidentiam.* & ideò rectè dicitur pertinere aliquo modo ad ſpeciem illius, vt ſæpiùs diximus *ex* 1. 2. *qu.* 75. *art.* 8. & ex propoſito explicauimus *lib.* 2. *diſp.* 31. *num.* 8. Vnde, quanuis ebrietas primò, & per ſe ſit peccatum mortale ſub genere gulæ, ex hoc, quòd ſit inordinatio circa delectationem vini inebriantis, vt *ſuprà* diximus *num.* 2. per ſe tamen, & ſecundariò etiam eſt peccatum mortale ex periculis aliorum peccatorum, in quæ coniicit ebrium, vt notat Caiet. *loc. cit.* Vtrùm autem huiuſmodi actus, alioqui peccaminoſi, & turpes, imputentur, aut non imputentur ad culpam, quando præuidentur ex ebrietate, ſatis explicauimus *ſuprà lib.* 2. *diſp.* 28. *n.* 21. *& ſequentib.*

Et quanuis ebrietas non ſemper, & eoſdem effectus operetur in omnibus, ſed alios atque alios in diuerſis pro diuerſa illorum temperie, & conſtitutione, vt etiam *ſuprà* diximus *lib.* 1. *diſp.* 11. *num.* 6. ex Ariſtotele *in problem. ſect.* 3. *queſt.* 16. & plura ex his periculis agendi turpiter poſſint vitari, ſi ante ebrietatem, v.g. præcipiatut alicui tertio, vt tali, vel tali modo gubernet ebrium, vt notat Martin. de Magiſt. apud Caiet. 2. 2. *qu.* 150. *art.* 2. *ſub initium* §. *Hæc ſunt motiua.* ad eam tamen damnandam culpæ mortalis, ſatis eſt, ſi illos operetur communiter, & in pluribus, vt ſubdit Caiet. *ibidem*, §. *Ad euidentiam.* cùm doctrina moralis ſolùm attendat, quod communiter accidit, & eſt per ſe; non autem quod rariùs, & ſolùm ex accidente: & falſum eſt, quòd poſſit ſufficienter prouideri ante ebrietatem periculis agendi turpiter contra præcepra negatiua pro ipſo tempore ebrietatis, vt idem ſubdit: ſiquidem ad ſummum, ſi ebrius detineatur per vim intra cubiculum, vel in vinculis, ſolùm poterit prohiberi, ne exequatur actiones turpes, v.g. fornicando, percutiendo, & huiuſmodi; non autem poterit prohiberi, ne habeat interiùs turpes concupiſcentias, & ne exteriùs proferat verba turpia; quæ tamen ſimiliter ſunt contra præcepta negatiua. Et prætereà, ſi poſſer ſufficienter adhiberi prouiſio, etiam pro verbis, & concupiſcentiis turpibus, & abſolutè poſſent vitari omnia pericula; adhuc ebrietas eſſet damnanda: quia talis prouiſio ſolùm eſſet per accidens, & ſolùm à paucis poſſet adhiberi; cùm tamen in ebrietate ſint conſideranda ea, quæ ſunt per ſe.

15. *Ebrioſus nũquam caſtus.*

Atque hanc rationem damnandi ebrietatem ex pluribus aliis criminibus, quibus ipſa dat cauſam, rectè explicat etiam S. Hieron. in illud capitis 1. epiſt. ad Titum: *Non vinolentum.* dum alios ait pocula in tela vertere, alios ſcyphum iacere in faciem conuiuæ, alios ſciſſis veſtibus in vulnera aliena proruere, alios clamare, alios dormitare; alios vomere, vt bibant; & alios bibere, vt vomant. Et addit *paulò pòſt*, hoc debere ſufficere, quòd ſecundùm Apoſtolum, *in vino luxuria ſit*: & vbicunque ſaturitas, atque ebrietas fuerint, ibi libido dominatur. Ex quo tandem concludit: *Nunquam ego ebrium caſtum putabo.*

16. *Ebrietas ſecreta pandit.*

Et ad idem facit etiam proditio ſecretorum, quæ ex ebrietate facillimè accidit, & tamen negari non poteſt, quin ſit grauiter illicita: vt enim dicitur Prou. 31. *Nullum ſecretum, vbi regnat ebrietas.* Vnde ex S. Ambr. de Elia, & ieiunio, c. 17. *Plerique etiam vino vtuntur, vt equuleo; & quibus tormenta non eliciunt vocem proditionis, eos tentant bibendo. Quis inter cyathos texit, quod latere cupiebat?*

17. *Ebrietas eſt cauſa pluriũ morborum corporalium.*

Neque ſolùm ebrietas eſt cauſa peccatorum, vt diximus, & per illam graue damnum infert animo; ſed etiam eſt cauſa plurium morborum corporalium; nec poteſt non afferre maximum damnum etiam corpori; & ideò etiam ex hoc capite eſt damnanda culpæ mortalis, ſi præſertim ſit aſſidua: vinum enim, quando eſt nimium, multùm corrumpit calorem naturalem, conſumendo propter nimiam caliditatem totum humidum, quo deberet nutriri; ſicut & ignis maior dicitur extinguere minorem; vel certè nimia humiditate illum extinguendo, & ſuffocando, vt habet Ariſtoteles *in probl. ſect.* 3. *qu.* 5. *&* 25. *& ſect.* 30. *qu.* 1. Atque inde fit, vt non ſolùm ex vini nimietate ſæpiſſimè accidant ebriis dolores laterum, aliíque morbi frigidi, ex eod. Ariſtotele *ſect.* 3. *cit. qu.* 1. *&* 6. id eſt, apoplexiæ, paralyſes, epilepſiæ, ſpaſmi, & ſimiles, vt exponit Galen. *lib.* 3. *de complex.* ſed etiam ſæpè contingant voluntariæ ſuffocationes, & interitus, vt habet idem Ariſtoteles *ſect.* 30. *quaſt.* 1. *cit.* ex eo, ſcilicet, quòd aliquando inter potandum contingat repentina extinctio caloris naturalis, & aliquando poſt ſedatam ebrietatem, vt ibi dicitur: in quibus caſibus ſolent euenire maximi angores, ſicut eueniunt melancholicis per melancholiam valdè frigidam; & in huiuſmodi angoribus tam ebrioſi, quàm melancholici laqueum petunt, vel alio modo repentè ſe interficiunt, non ſine omnium admiratione; eò quòd huiuſmodi euentus nullum indicium, vel cauſa præceſſerit. Quòd verò aliquis per inordinatam vini compotationem in huiuſmodi morbos, aut pericula ſponte, ac ſcienter ſeſe coniiciat; certum eſt, quòd non vacat culpa mortali: & ideò peccatum ebrietatis etiam ex hoc capite eſt damnandum vt mortale.

Quam rationem etiam attigerunt aliqui ex Patribus, vt S. Chryſoſt. *hom. contra crapulam tom.* 5. S. Baſil. *hom. in ebrietatem.* S. Aug. *ſerm.* 231. S. Ambr. *de Elia, & ieiunio, c.* 16. & apud Leſſ. *lib.* 4. *c.* 3. *dub.* 3. *cit. n.* 20. dum aſſerunt, ex vini nimietate oriri lippitudinem oculorum, vertiginem, fatigationem, & dolorem capitis, membrorum omnium tremorẽ, animæ ac mentis ſtuporem, podagram, chiragrã, & plures alios morbos, propter quos meritò eſſet fugienda ebrietas, etiamſi nulla alia eſſet gehenna.

Atque

Google

18. *Ebrietas, etiã ſemel incurſa, eſt peccatum mortale.*

Atque hoc, quod dicimus, ebrietatem, quando eſt voluntaria, eſſe peccatum mortale, debet intelligi etiam de ebrietate tantùm ſemel incurſa; non autem ſæpiùs, & ex conſuetudine; cùm etiam ſemel priuare ſe pro certo tempore vſu rationis, & reddere impotentem ad ſeruanda præcepta, ſit graue malum: & ſic docet S.Thom. expreſsè 1.2.*quæſt.*88. *art.*5. *ad* 1.*&* 2.2.*quæſt.*150.*art.*2.*in corp.* *&* *in cap.*13.*ad Rom.ſect.*3.*verſus finem,* *&* *in cap.*5.1.*ad Cor.*Caiet. 2.2.*quæſt.*150.*art.*2.*cit.* §. *Ad hæc dicitur.* *&* §. *Ad cuius euidentiam.*Leſſ.*lib.*2.*cap.*3.*dub.*3.*num.*16.Valen.2.2.*diſp.*9.*quæſt.*3.*puncto* 2.& omnes communiter.

19. *Secũdum aliquos ebrietas non eſt peccatum mortale, niſi ſit aſſidua.*

Quanquàm negari non debet ex eod.Caiet.*art.*2.*cit.* §. *Ad hoc poteſt dici.* quòd aliquorum opinio fuit, quam ipſe ibi appellat antiquam, quòd ebrietas non ſit peccatum mortale, niſi ſit aſſidua; non, quia iteratio actus poſſit facere peccatum mortale de veniali; ſed, quia tunc ſolùm habet vim inferendi damnum notabile per impeditionem vſus rationis, quando eſt aſſidua. Et pro hac ſententia videtur facere S. Auguſt. *ſerm.*4. *de Purgatorio, tom.* 10. qui etiam refertur cap. *Vnum.*§.*Alias autem.d.*25. vbi ait, quòd ebrietas ſit peccatum mortale, ſi ſit aſſidua: & Gloſ *ad Gal.*5.*verb. ebrietates,* imò & ipſe S.Thom. *ibidem, lect.*5.*in fine,* vbi ait, quando inter opera carnis à S.Paulo numerantur ebrietates, intelligi aſſiduas; & clariùs *quæſt.*2.*de malo, art.*8.*ad* 3.vbi ait, *quòd, ſicut ſemel inebriari, eſt peccatum veniale: ita* *&* *multoties inebriari, per ſe loquendo: ſed per accidens,* *&* *diſpoſitiuè multoties inebriari, poteſt eſſe peccatum mortale, vt, v.g. ſi ex conſuetudine perducatur quis in tantam complacentiam ebrietatis, vt proponat inebriari, etiam diuino præcepto contempto.*& denique *quæſt.*7.*de malo, art.*4.*ad* 1.vbi ait, *ebrietatem, quantum in ſe eſt, auertere rationem à Deo in actu, vt, ſcilicet, ratio, ebrietate durante, non poſſit in Deum conuerti:* *&* *quia homo non tenetur, rationem ſuam ſemper in Deum conuertere actu, propter hoc ebrietatem non ſemper eſſe peccatum mortale: ſed, quando homo aſſiduè inebriatur, ideò videri, quòd ebrietas in tali ſtatu ſit peccatum mortale; quia videtur, quòd non curet, vt ratio ſua conuertatur in Deum,* *&* *quòd propter vini delectationem contemnat conuerſionem rationis in Deum.* Et præterea ad idem videtur facere, quia in Canonibus Apoſtolorum *can.*42.etiam in Epiſcopis, Preſbyteris, aut Diaconis ſolùm videtur reprehendi, & damnari ebrietas aſſidua quando dicitur: *Epiſcopus, aut Presbyter, aut Diaconus aleæ, aut ebrietati deſeruiens, aut deſinat, aut deponatur.*vt videre eſt apud S.Thom.2.2 *quæſt.*150 *art.*2. *in argumento, Sed contrà.* Deſeruire autem ebrietati omninò importat aſſiduitatem, vt notat Martin. de Magiſt.apud Caiet.*art.*2.*cit. ſub initium* §.*Hæc ſunt motiua.* Et denique ad idem videtur facere etiam S. Paulus 1.*Corin.*6. vbi non de ebriis, ſed de ebrioſis pronunciat, quòd regnum Dei non poſſidebunt, *neque fures, neque auari, neque ebrioſi,* &c. & *cap.*5. *præcedente,* vbi ſimiliter non ebrios, ſed ebrioſos ait eſſe vitandos: *Si is, qui frater nominatur inter vos, eſt fornicator, aut auarus, aut ebrioſus,* &c.*cum huiuſmodi nec cibum ſumere.*

20. *In quo caſu poſſit admitti, quòd ebrietas non ſit mortalis, niſi ſit aſſidua.*

Sed contra hanc opinionem faciunt ea, quæ iam diximus de priuando ſe irrationabiliter proxima facultate vtendi ratione, & ſeruandi præcepta, ſuáſque actiones modo humano regulandi, quæ certè non ſolùm probant de ebrietate aſſidua, quòd ſit mortalis; ſed etiam de incurſa tantùm ſemel; dummodo voluntariè, & ſcienter ſit incurſa, non autem ex ignoratione, v.g. fortitudinis vini, aut debilitatis proprij capitis: hoc enim modo, ſi contingat ex huiuſmodi ignoratione, veriſſimum eſt, quòd non ſit mortalis, niſi ſit aſſidua; non, quia aſſiduitas, vel iteratio actus de peccato veniali faciat mortale; ſed, quia ſtante aſſiduitate non poteſt ampliùs ſtare huiuſmodi excuſatio per ignorationem fortitudinis vini, aut debilitatis proprij capitis; & qui aſſiduè inebriatur, omninò inebriatur ſciens, & volens, vel certè notabiliter negligens in ſciendo, & cauendo, vt loquitur Sylu. *verb.ebrietas, num.*2.Nauar.*cap.*23.*num.*121.& omnes communiter; imò ipſe S.Thom.*in cap.*5.1.*ad Cor.lect.*3. hoc tantùm modo explicat locum S.Auguſt.*ex ſerm.cit. de Purg.* quòd ebrietas ſit mortalis, ſi ſit aſſidua; & modum loquendi S.Pauli, quòd ebrioſi ſint vitandi: *Hoc enim,*inquit, *credo ideò eſſe: quia ebrietas ex ſuo genere eſt peccatum mortale: nam, quòd aliquis propter delectationem vini velit perdere vſum rationis, exponens ſe periculo multa alia peccata perpetrandi, videtur eſſe contrarium charitati; contingit tamen per accidens, ebrietatem non eſſe peccatum mortale propter ignorantiam fortitudinis vini, vel debilitatis proprij capitis, quæ tamen excuſatio tollitur per frequentem experientiam.* Et idem repetit pro explicatione S.Auguſt. 2. 2. *quæſt.*150. *art.*2.*cit.ad* 1. cùm enim dixiſſet *in corpore articuli,* ebrietatem, quæ ſic contingit, vt quis neſciat potum eſſe immoderatum, & inebriare potentem, non eſſe peccatum; & illam, quæ ſic contingit, vt quis percipiat, potum eſſe immoderatum; ſed non exiſtimet, eum eſſe potentem inebriare, ſolùm eſſe peccatum veniale; & denique illam eſſe materialem, quæ ſic contingit, vt quis benè aduertat, potum eſſe immoderatum, & inebriantem; & tamen magis volt ebrietatem incurrere, quàm abſtinere à potu, quia ſecundùm hoc volens, & ſciens priuat ſe vſu rationis, quo ſecundùm virtutem operatur, & peccata declinat; ſubdit *in reſponſione ad* 1. quod erat ex authoritate citata S. Auguſt. *quòd aſſiduitas facit ebrietatem eſſe peccatum mortale, non propter ſolam iterationem actus; ſed, quia non poteſt eſſe, quòd homo aſſiduè inebrietur, quin ſciens,* *&* *volens ebrietatem incurrat, dum multoties experitur fortitudinem vini,* *&* *ſuam habilitatem ad ebrietatem.*

Ex quibus locis S. Thomæ manifeſtè apparet, quid ſibi voluerit etiam aliis locis, quando videtur aſſerere, quòd ebrietas ſolùm aſſidua ſit mortalis: neque enim de illa loquitur, quæ incurritur benè ſcienter, & volenter, cùm ex hoc ipſo capite id affirmet de ebrietate aſſidua, quòd ſit mortalis: quia hoc ipſo, quòd frequenter incurritur, incurritur benè ſcienter, & volenter: ſed ſolùm loquitur de ebrietate abſolutè, vel etiam de illa, quæ incurritur cum aduertentia immoderationis potus; non autem cum æſtimatione, quòd poſſit inebriare: & de hac rectè aſſerit, quòd ſit mortalis, ſi ſit aſſidua, vt explicauimus. Et quanuis ad locum allatum ex S.Auguſt. optima ſit hæc reſponſio allata ex S.Thoma; addi tamen præterea poteſt cum Caiet. 2.2.*quæſt.* 150.*art.*2.*cit.*§.*Ad hæc dicitur.* quòd S.Auguſt. dum aſſerit, quòd ebrietas ſit mortalis, ſi ſit aſſidua; non proptereà negat, eam eſſe mortalem, ſi non ſit aſſidua: & cum Leſſio *lib.*4.*cap.*3. *dub.*3.*cit. num.*16. quòd S.Auguſt. ibi ſolùm enumerat quædam crimina capitalia, de quibus non poterat eſſe controuerſia apud populum: vnde & idem aſſerit de iracundia, quòd ſit mortalis, ſi longo tempore teneatur; cùm tamen certiſſimum ſit, eam eſſe mortalem, etiamſi teneatur breuiſſimo tempore, dummodo ſit plenè voluntaria, & ſit appetitus vindictæ grauis.

Ad illud verò, qood additur ex Canonibus Apoſtolorum, falſum ſimiliter eſt, quòd ſolùm reprehendatur ebrietas aſſidua: dum enim ibi præcipitur, vt moneantur deſiſtere ab ebrietate, & alioqui

deponantur à ſuis officiis;ſatis indicatur, quòd ipſa ebrietas ex ſe ſit mala, vt notat Caiet. *art.* 2. *cit.*§. *Ad dicta.* quanuis non puniatur pœna ibi ſtatuta, niſi poſt monitionem, & ante illam toleretur.

Denique ad S.Paulum,præter reſponſionem iam allatam ex S.Thom.*lect.* 3.*cit.in cap.* 5. 1. *ad Corin.* addi poteſt ex Cornelio à Lapide *in cap.*6.*cit.eiuſdem* 1. *Ep.ad Cor.* *n.*34. & Leſſio *lib.*4.*c.*3.*cit.num.* 55. Græcum vocabulum *μέθυσοι*, tam ſignificare ebrium,quàm ebrioſum, vel deditum ebrietati; & ideò etiam Latinum,*ebrioſos*, non eſſe accipiendum ſtrictè;ſed latè, prout comprehendit tam ebrioſos, quàm ebrios.

21. *Inebriare alium, eſt peccatum mortale.*

Ex his colligitur, quid ſit dicendum de eo, qui inuitat alterum ad bibendum,eúmque inebriat: vt enim habet S.Thom. 2.2.*qu.*150.*art.*1.*ad* 3. quemadmodum,qui ſe ipſum inebriat, ignorans fortitudinem vini,aut debilitatem ſui capitis, excuſatur à culpa; & ab illa non excuſatur, ſi illam non ignoret,& ſciens,ac prudens ſe inebriet: ita & qui inebriat alterum,eúmque inuitat ad bibendum, ignorans ſimiliter conditionem illius,quòd ex tali potu facilè ſit inebriandus,excuſatur; & contrà non excuſatur, ſi id non ignoret:nam, ſicut non poteſt quis propter ſolam delectationem potus priuare ſe vſu rationis;ita nec poteſt priuare alium. Et hac de cauſa rectè Leſſ.*lib.*4.*c.*3.*dub.*3.*num.*32. abſolutè damnat peccati mortalis prouocationem illam ad æquales calices, quæ fit in conuiuiis, præſertim apud aliquas nationes,ſi fiat ex intentione,aut animo ſe, vel alterum inebriandi, aut ſaltem cum aduertentia in ſe,vel altero ſecutùræ ebrietatis; quod idem etiam aſſerit Reginald.*lib.*22.*c.vlt.ſect.*4.*num.*58.& Valen. 2.2.*diſp.*9. *qu.*3.*puncto* 2.*concluſ.*4.idque probat etiam ex Patribus, & præſertim ex S.Aug.*ſerm.* 231. vbi inter cætera etiam ait,quòd qui in conuiuiis adiurant,vel cogunt alios ad bibendum,pro ſe, & pro illis in die Iudicij erunt rei. Et eadem ratione ex Tabiena *verb. ebrietas*, & Reginald. *lib.*22.*c. vlt.ſect.*4 *num.*56. mortalis peccati ſunt damnandi caupones,qui vt plùs lucrentur, miniſtrant vinum bibentibus,quo ſciunt,eos eſſe inebriandos: & ex S.Anton. *part.*2. *tit.*6.*c.*3.§.2. Tabien.& Reginald. *locis cit.*neque etiam illi ſunt excuſandi, qui commodè poſſunt impedire, ne alij inebrientur,& non impediunt, cùm reuerà grauiter peccent contra charitatem erga proximum: & in Confeſſione ſacramentali non ſolùm tenentur hi omnes manifeſtare,quòd alios inebriauerint,aut occaſionem,& materiam dederint inebriandi; ſed etiam debent manifeſtare, quot illi fuerint, & quoties id fecerint,ſiue cum vno,ſiue cum pluribus.

22. *Prouocare alium ad potandum cum periculo ebrietatis, eſt peccatum mortale.*

Caupones,qui vinum miniſtrant, vt bibentes inebrientur, peccant mortaliter.

23. *Ebrietas ex rationabili neceſſitate poteſt excuſari à culpa.*

Siue autem quis inebriet ſeipſum, ſiue alterum, ad hoc vt damnetur peccati mortalis; non debet hoc facere ex rationabili cauſa, quæ talem actum excuſet à culpa:quemadmodum enim licitè poſſumus nos priuare vſu membrorum,quando rationabiliter ita ſuadet maior neceſſitas, vt,v.g.abſcindere brachium,vt mortem vitemus,vt videre eſt apud Leſſ.*lib.*2.*c.*9.*dub.*14.*num.*96. ita & poſſumus nos priuare per ebrietatem vſu rationis:& hac ratione probabiliſſimum eſt, vt *ſuprà* indicauimus *num.* 7. quòd liceat ex præſcripto Medicorum ſumere potum inebriantem, vel ad vomitum excitandum,vel ad aliquem huiuſmodi effectum: ita enim expreſsè affirmant Caiet.Syl.Nau.Leſſ.*locis cit.num.*7. Azor. *tom.*1.*lib.*7.*c.*22.*qu.*5. Tol. *lib.*8 *cap.*61. Valent.2.2. *diſp.*9.*qu.*3.*puncto* 2.Reginald. *in praxi,lib.*22.*c.vlt. ſect.*4.*num.*55.& alij:& ſatis apertè etiam S.Thom. 2.2.*qu.*150.*art.*2.*ad* 3.vbi ait,cibum,vel potum,qui eſt nimius, aut ſuperfluus ſano, poſſe non eſſe nimium,& ſuperfluum infirmo, & poſſe licitè ſumi ad vomitum prouocandum, de conſilio Medicorum: & quanuis ſubdat, ad huiuſmodi vomitum non eſſe neceſſarium, vt ſit potus inebrians, cùm etiam potus aquæ tepidæ vomitum excitet, & ideò neget excuſari aliquem ab ebrietate,ſi fortè ex cauſa vomitus in illam incurrat;id tamen ſolùm aſſerit ex ſuppoſitione, quòd potus inebrians non ſit neceſſarius ad talem effectum: & ſi contingat ex aliquo accidente,quòd ſit neceſſarius etiam potus inebrians,vt *ſuprà* diximus *num.*7.eadem ratione non erit nimius, & immoderatus ex doctrina S.Thom. vt notant Caiet.*ibidem*,§.*In reſponſione ad* 3.& Valent. *puncto* 2.*cit.*§. *Vnde Caiet.* & ideò ſimpliciter erit licitus; & ebrietas, ſi conſequatur,culpa vacabit. Oppoſitum tamen docent S.Anton.2.*part.tit.*6. *c.*3.§.1. Ang.& Roſella *verb.ebrietas, num.*2. Tab. *eod.num.*4. qui aſſerunt, ebrietatem eſſe intrinſecè malam, & ideò nunquam licere,cùm non ſint facienda mala,vt eueniant bona. Sed negari non poteſt,quin prior ſententia ſit probabilior, dummodo ſanitas Medicorum indicio non poſſit aliter haberi, quàm per potum inebriantem, & poſteà in ebrietate vitentur peccata, quæ poſſunt ex illa conſequi, vt notat Tol. v.g. homicidium;& potus non ſumatur ex amore delectationis guſtus, ſed ex amore ſanitatis, vt notat Azor.

24. *Licita eſt ad procurandum vomitum ex Medicorum præſcripto.*

Et idem eſſet etiam de eo, qui talem haberet complexionem,vt ex vino quantocunque, & quocunque potato inebriaretur, & ex alio potu non inebriante grauiùs læderetur:ſimiliter enim poſſet hic de conſilio Medicorum vinum bibere,& ebrietatem contemnere,vt notat Caiet. 2.2.*qu.*150. *art.* 2.*cit.*§.*Ad hoc dicitur.* 25.

Et quando omnis alius potus præter inebriantē eſt noxius.

Secùs verò, ex eodem Caiet.*ibidem*,eſſet de illo, qui ſe inebriaret ad vitandam, v.g.ſæuitiam tyranni ita iubentis, vel ad alium bonum finem alterius generis: quia enim mediocritas in cibo,& potu ſolùm eſt attendenda ex bono corporis, & valetudinis, ad quod eſt per ſe ordinatus, & quando eſt vltra talem exigentiam,ſemper eſt ſuperfluus, & peccatum, non poteſt licitè adhiberi ad alium quemcunque finem: quia nunquam eſt faciendum id, quod eſt malum in ſuo genere, vt eueniat bonum in alio genere; & media ſolùm ſunt aſſumenda ad eum finem, ad quem ex ſua natura ſunt proportionata. Et pro hac ſententia videtur manifeſtè facere etiam S.Auguſt.*ſerm.*232.vbi,*etiamſi,* inquit, *ad hoc veniretur, vt tibi diceretur: Aut bibas,aut morieris. melius erat,vt caro tua ſobria occideretur, quàm per ebrietatem anima moreretur.* 26.

Quando potus inebrians præcipitur à tyranno ſub mortis comminatione, vtrum poſſit ſumi ſine peccato.

Sed oppoſitum verius putat Leſſ.*lib.*4.*c.*3.*dub.*4. *num.*36.& *ſeqq.*& plures alij viri docti apud illum; & negari non poteſt,quin ſit valdè probabile:nam, ſicut licitum eſſet ſibi manum abſcindere,ſi tyrannus ita iuberet,& alioqui certam mortem comminaretur,vt notat Tol.*lib.*5.*c.*6. & idem Leſſ. *lib.*2.*c.* 9.*dub.*14.*num.*101. ſiquidem etiam eſt licitum ex ipſo inſtinctu naturæ exponere brachium vulneri,vt defendatur caput: &,ſicut eſſet licitum,fungos, aut alios cibos noxios ſumere cum periculo febris,aut morbi,aut plùs ieiunare, quàm ferat valetudo,aut vitrus abſtinentiæ, ſi ſimiliter tyrannus ſub mortis comminatione ita iuberet; ita & poteſt eſſe licitum ſumere potum inebriantem; neque in caſu tantæ neceſſitatis dici debet eſſe immoderatus, & vitioſus;ſicut neque cenſetur immoderatus, ſi adhibeatur ex morbi neceſſitate, & ad ſanitatem recuperandam: parum enim videtur referre,quòd neceſſitas ex morbo ſit inducta intrinſecùs, & per cauſas naturales;& neceſſitas à tyranno ſit inducta

extrinſecùs,

extrinſecùs, & per cauſas voluntarias, cùm ſemper ipſa neceſſitas ſit intrinſeca in ipſo homine, cui indicitur. Et confirmatur: qoia, quanuis membrorum corporis, & ſanitatis, & vſus rationis non habeamus dominium; habemus tamen cuſtodiam propter bonum torius: & ideò licitè poſſumus de illis diſponere, & huiuſmodi cuſtodiam aliqoando deponere, ſi ita ſit neceſſarium ad bonum totius, vt certè accidit in caſu poſito, quando alioqui à tyranno certò imminet mors: neque hoc eſt facere malum in vno genere, vt eueniat bonum in alio genere; ſiquidem potus in tali caſu neceſſitatis non eſt verè immoderatus, & ſuperfluus; ſicut neque eſt in caſu morbi, vt diximus: & quod dicimus de tyranno potum iubente vſque ad ebrietatem, videtur locum habere etiam, quando in aliquibus locis habet conſuetudo, vt niſi quis inuitanti reſpondeat æqualibus cyathis, ſtatim gladio inuadatur, vel prouocetur ad duellum.

Ad locum verò pro Caiet. allatum ex S. Auguſt. *ſerm.* 232. multipliciter reſpondet Leſſ. *dub.* 4. *cit. n.* 38. vel enim intelligi debet, quando quis cogitur bibere in contemptum virtutis, & honeſtatis; non autem, quia is, qui cogit, putat ſibi inferri iniuriam, v.g. niſi reſpondeatur æqualibus poculis: vel certè intelligitur, quando poteſt ſe ſubducere à compotatione, & ebrietatem impedire.

27. *Licitum eſt inebriare alium, quādo aliter non poteſt vitari malū maius.* Et idem eſt ex eodem Leſſio *lib.* 4. *cap.* 3. *dub.* 4. *cit. num.* 33. ſi occurrat grauis neceſſitas inebriandi aliquem alium: vt, ſi quis, v.g. in certam horam moliatur proditionem arcis, aut caſtri; vel impediat, ne ciuitas, quæ eſt in manibus Hæreticorum, & rebellium, ſuo Principi reſtituatur, neqoe ſuppetat alius modus ad auertenda hæc mala, niſi lautè illum excipiendo, & largioribus poculis inebriando: ſimiliter enim id eſſe licitum, patet ex eo: quia rationabiliter pluris fit tantorum malorum auerſio, qoàm priuatio vſus rationis ad breue tempus, quæ huic infertur per potum inebriantem: neque hoc eſt illum inducere ad peccatum mortale ebrietatis; ſed inducere ad minus malum, quando aliter non poteſt vitari malom maius: quod communiter admittitur eſſe licitum,

28. *Ad vitādum malū maius, licitum eſt inducere ad minus.* vt patet ex Caiet. *in Summa, verb. Tyrannus.* Sanchez *lib.* 7. *de matr. diſp.* 11. *num.* 14. 15. *&* 16. Henriq. *lib. de irregular. cap.* 16. §. 4. & aliis, vt probat manifeſtè *ex Geneſ.* 19. exemplo Lot, qui viris, & populo Sodomæ obtulit duas filias virgines conſtuprandas, vt ab iniuria liberaret doos illos Angelos, qui ad ipſum diuerterant; & cùm eſſet vir iuſtus, non elegit in hoc ſimpliciter culpam; ſed oſtendit, ordinem eſſe ſeruandum in fuga culparum; & tolerabilius eſſe, ſi quis committat culpam minorem, quàm maiorem, vt loquitur S.Thom. *quaſt.* 1. *de malo, art.* 5. *ad* 14. Et *Geneſ.* 37. idem patet exemplo Ruben, qui, vt impediret occiſionem, & mortem Ioſeph, conſilium dedit aliis fratribus, vt eum proiicerent in ciſternam, ſuáſque manos ſeruarent innoxias: & exemplo Iudæ, qui poſteà iiſdem fratribus author fuit, vt eum de ciſterna eductum venderent Iſraëlitis; neque in hoc cenſetur peccaſſe.

Neque ſolùm id eſt licitum, quando ſperatur mens peccantis eſſe euocanda à peccato maiore, per hoc, quòd inducitur ad peccatum minus; ſed etiam, quando ſolùm ſperatur eſſe impediendum peccatum, & malum maius, ſaltem quoad externam executionem, quicquid ſit de mente, & voluntate peccantis, vt ſubdit Leſſ. *dub.* 4. *cit. num.* 34. & hoc modo, volenti, v.g. occidere Petrum, licitè poſſum ſuadere, vt priùs diripiat illius domum, ſi ſperem interim eum ſubducere, & ſimpliciter impedire illius mortem; & volenti prodere vrbem, poſſum ſuadere, vt priùs expilet ærarium, ſi ſperem interim proditionem eſſe impediendam. Et quemadmodum in his, & ſimilibus caſibus licitè facerem, ſi ſuaderem malum minus ſub expreſſa comparatione ad malum maius; & dicere, v.g. vt potiùs diriperet domum Petri, quàm eum occideret; & potiùs expilaret ærarium, qnàm proderet ciuitatem: ita & poſſum licitè facere, ſi comparationem ſola mente retineam, non autem exprimam verbis; quia reuerà non abſolutè induco ad malom minus; ſed ſolùm comparatiuè ad maius, & ſolùm, vt illud impediam, quando aliter oon poſſum impedire, vt benè explicat Leſſ. *num* 4. *cit.* Quæ ratio non ſolùm probat, id eſſe licitum, quando malum minus, quod ſuadetur, continetur aliquo modo ſub malo maiore, ad quod iam erat intentio, vt aliqui volunt: ſed etiam, quando non continetur, & eſt aliquid diſparatum, vt patet in exemplis *ſuprà* allatis de Lot, & de fratribus Ioſeph: & dummodo malum minus non ſuadeatur abſolutè, ſed ſolùm comparatiuè, vt diximus; licitè ſuadetur. Eadem ergo ratione licitè facit, qoi, vt impediat proditionem, lautè excipit proditorem, & largioribus poculis eum inebriat: quia reuerà nō abſolutè eom inducit ad peccatum ebrietatis; ſed ſolùm comparatiuè ad peccatum proditionis; & facto ipſo ſatis exprimit, comparationem, quam mente concipit inter hæc duo mala; & perinde eſt, ac ſi dicat, vt potiùs ſe inebriet, quàm arcem prodat. Et ex hoc capite rectè concludit *ibidem* Leſſ. *num.* 35. quòd potuit excuſari quidam, qui ab Hæreticis captus, & ductus ad tabernam, ſtrenuè illos prouocauit ad pocula; & tandem, cùm eſſent inebriati, fuga ſeſe ab illis proripuit. Et ſimiliter ex eodem capite vitandi ſibi, vel alteri maius malum, videretur excuſandus, ſi quis alterum inebriaret, vt veritatem aliquam ab illo erueret, ad qoam quomodocunque, & quibuſcunque artibus eruendam haberet ius: vt, v. g. ſi probabiliter, & prudenter timeret, ne ille, vel alius moliretur ſibi interitum, neque poſſet commodè ſibi cauere, ſine certiore notitia, aut indicio talis molitionis, illúdque indicium non poſſet alio modo expiſcari, quàm illum inebriando: ſimiliter enim non irrationabiliter pluris faceret ſecuritatem ſuæ vitæ, quàm ebrietatem alterius; & ideò non eſſet damnandus peccati mortalis. Contrà verò non poſſet Iudex reum inebriare, vt veritatem ab illo erueret, quia non habet ius extorquendi ab illo veritatem per iniuriam; & per iniuriam extorqueret, ſi extorqueret ab inuito, & ad hunc finem illum inebriaret, & priuaret vſu rationis; neque poteſt ex hac notitia, aut probatione hoc modo iniurioſa, & illicita, venire ad ſententiam, *l. maritus. ff. de queſtionibus.*

Ex dictis ſimiliter colligitur, quomodo peccata, 29. *Peccata in ebrietate non excuſantur.*
quæ committuntur in ebrietate, non excuſentur, ſi ante illam fuerunt præuiſa: ita enim expreſsè docet S.Thom. 2. 2. *quaſt.* 150. *art.* 4. Caiet. *ibidem*, *&* *in Summa, verb. ebrietas.* Sylu. & Summiſtæ communiter *eod.* Tol. *lib.* 8. *cap.* 61. *cit.* Azor. *par.* 1. *lib.* 7. *cap.* 33. *quaſt.* 6. Reginal. *in praxi, lib.* 22. *cap. vlt. ſect.* 5. *n.* 6. & omnes communiter. Et ex Caiet. *ad art.* 4. *cit.* peccatum, quod committitur in ebrietate, reputandum eſt fuiſſe præuiſum, quando in ſua ſpecie, vel in ſuo genere fuit præcognitum, vt, v. g. quia oouit quis ſe in ebrietate aliis detrahere, vel conuiciari, vel ſaltem in genere, ſe per linguam delinquere, vel adhuc communiùs, ſe in aliquo, aut in multis peccare; vel, ſi debuit id præcognoſcere, vt, v g. quia nouit ſuas prauas inclinationes, & quòd communiter accidat hominibus ebriis; & vniuerſaliter vix poteſt

Digitized by Google

poteſt contingere, quòd peccatum conſequens ex ebrietate excuſetur, ſaltem io totum, niſi priùs ſit adhibita diligentia, vt non ſequatur, vel omni modo fuerit non præcognitum. Neque *hoc loco* pluribus de hoc eſt agendum, cùm ſatis ſit explicatum *ſuprà*, dum ageremus de voluntario, & de cauſis peccatorum.

30. *Contractus in ebrietate ſunt irriti.*

De contractibus verò, ſi celebrentur tempore ebrietatis, quòd ipſo iute ſint irriti, expreſsè habet Syluest. *verb. ebrietas, qu.* 5. Sanchez *lib.* 1. *de ſponſal. diſp.* 8. *num.* 19. Reginal. *lib.* 22. *c. vlt. ſect.* 5. *num.* 60. & omnes communiter; & patet ex dictis *ſuprà* de inuoluntario, & de ignorantia. Vnde, ſi quis ab homine ebrio aliquid dono accipiat, vel lucretut ex ludo, omninò tenetur reſtituete, vt notat Reginald. *ſect.* 5. *cit. num.* 61. & ſi quis cum homine ebrio contrahat ſponſalia, aut matrimonium, nulliter contrahit, vt notant S. Anton. 3. *part. tit.* 1. *c.* 19. *ante* §. 1. Couat. *in* 4. *decret. part.* 2. *cap.* 2. *num.* 9. Sanchez *lib.* 1. *de ſponſ. diſp.* 8. *n.* 19. Et ſponſalia ſic contracta, ante Tridentioum, non tranſiſſent in matrimonium per copulam ſubſecutam; ſiquidem hoc de iure antiquo ſolùm competebat ſponſalibus validis, *cap. Is, qui fidem. de ſponſalibus.* & notat Sancbez *lib.* 1. *cit. diſp.* 26. *n.* 7. & 9.

31. *Signa ebrietatis quanà ſint.*

Quòd ſi quæras, quibus ſignis poſſit cognoſci, quòd aliquis fuerit, vel non fuerit ebrius, ad hoc vt poſſit etiam conſtare de nullitate, aut validitate contractuum: Reſpoodeo ex Leſſio *lib.* 4. *c.* 3. *dub.* 3. *n.* 30. & Reginal. *in praxi, lib.* 22. *c. vlt. ſect.* 4. *num.* 57. hæc ſigna poſſe aduetti. Primò, ſi die ſequenti poſt ebrietatem non meminit eorum, quæ dixit, aut fecit, & à quo domum, aut cubitum deductus fuerit, vel adiutus, cùm tamen communiter ſoleat meminiſſe: ſignum enim eſt, quòd nimia vini caliditas, & nimia copia vaporum in cauſa fuerit, vt ſpecies in memoria non ſint relictæ, & aſſeruatæ. Deinde, ſi fecit, aut dixit, quæ, quando eſt ſana mente, non ſolet: vt, v. g. ſi fecit, aut dixit turpia; ſi blaſpbemauit; ſi domum, aut vxotem turbauit; cùm tamen communiter ſit modeſtus, ac facilis: ſignum enim eſt, quòd vſus rationis, & prudentia, quæ eſt regula humanarum actionum, non fuerit libera, & expedita ad ſuum muuus. Tertiò, ſi potuit diſceroere inter bonum, & malum, & bona eligere, & mala vitare, non videtur fuiſſe ebrius, etiamſi fortè pedibus non benè conſiſteret, aut lingua balbutiret, vel tota domus ei circumagi videretur: illa enim diſcretio ſine vſu rationis non conſiſtit, & ex vino benè potuerunt impediri vires motiuæ magis, quàm appreheoſiuæ: vnde, propriè loquendo, hæc potus immoderatio non eſt appellanda ebrietas, ſed potiùs eſt quidam modus, aut ſpecies crapulæ,

32. *Ebrietas imperfecta ſolùm eſt peccatum veniale.*

vt ex S. Aug. *in Confeſſ. lib.* 10. *c.* 31. *tom.* 1. & S. Thom. 2. 2. *q.* 150. *art.* 2. *ad* 2. notat Valen. 2. 2. *diſp.* 9. *qu.* 3. *puncto* 2. §. *Item diximus.* vbi etiam addit ex Caiet. & Sylu. *verb. ebrietas, qu.* 1. buiuſmodi crapulam, & potus immoderantiã parum abeſſe à peccatu mortali, quanuis abſolutè mortalis non ſit, cùm noo ſit completa ebrietas, neç multùm lædat rationem.

DISPVT. XXXI.

Quomodo gula ſit vitium capitale, & quæ ſint illius filiæ.

1. *Gula eſt vitium capitale.*
2. *Quæ ſint filiæ gulæ.*
3. *Vnum vitium poteſt dici capitale reſpectu alterius, etiam propter cauſalitatem efficientis.*

1. *Gula eſt vitium capitale.*

VITIVM gulæ rectè numeratur à S. Gregor. *lib.* 31. *Moral. c.* 31. & Doctoribus communiter, inter vitia capitalia: quia ex inordinato affectu cibi, & potus, quod eſt illius motiuum, plura alia vitia oriuntur, & præcipuè tanquàm ex principio, & cauſa finali, ex qua cauſalitate maximè attenditur ratio capitis in viiiis, vt *ſuprà* diximus *diſp.* 3. *n.* 1. & 2. ex S. Thom. 1. 2. *qu.* 84. *art.* 3. cùm enim cibus, & potus ſit maximè neceſſarius ad vitæ conſeruationem, quæ homini præ cæteris omnibus eſt cbariſſima, & delectatio ſit per ſe multùm appetibilis, vtpote proprietas quædam felicitatis; mirum non eſt, ſi gula, id eſt, appetitus inotdioatus cibi, & potus, ad multa trahat affectũ hominis, eiúſque cauſa multa homioes faciant, & patiantur, etiam ex vitio, & contra rationem: imò & ad cibum, & potum ferè omnia referant, iuxta illud Eccleſ. c. 6. *Omnis labor hominis in ore eius.* & ideò vitium gulæ ſit capitale, vt benè explicat S. Thom. 2. 2. *qu.* 148. *art.* 5. Id tamen debet intelligi, non ſolùm de gula, prout eſt vitium per exceſſum, & non per defectum, vt notat Aleo. *part.* 2. *qu.* 142. *m.* 5. ſiquidem per defectum non habet motiuum, quod tanquàm finis trabat hominem ad alia vitia; ſed etiam debet intelligi, prout gula accipitur latè, & comprehendit quancunque ingluuiem ventris, ſiue ſit circa cibum, ſiue circa potum, vt notat idem Alen. *m.* 4. non autem prout accipitur ſtrictiùs pro appetitu ſoliua eibi, vel ſolius potũs, cùm vitia tam poſſint cauſari ex appetitu huius, quàm ex appetitu illius, vt ex ſe patet, & *ſuprà* diximus *diſp.* 27. *n.* 2. ex S. Thom. 2. 2. *qu.* 150. *art.* 1. & aliis.

2. *Quæ ſint filiæ gulæ.*

Portò filiæ gulæ quinqne numerantur à S. Greg. *loco cit.* id eſt, inepta lætitia, ſcurrilitas, immunditia, multiloquium, & bebetudo meotis circa intelligentiam: vt enim benè explicat S. Thom. 2. 2. *q.* 148. *cit. art.* 6. propter fumoſitates, quæ generantur ex immoderatione cibi, & potus, facilè turbantur ſenſus interiores, atque ita contingit primò hebetudo mentis circa intelligentiam: ſicut è contrà abſtinentia à cibis multùm confert ad perceptionem ſapientiæ, iuxta illud Eccleſ. c. 2. *Cogitaui abſtinere à vino carnem meam, vt animum meum transferrem ad ſapientiam.* Deinde, conſopito quodammodo rationis gubernaculo, contingit in appetitu inepta lætitia, iuxta illud lib. 3. Eſdræ, c. 3. *Vinum omnem mentem conuertit in ſecuritatem, & iucunditatem.* Tertiò, io verbis contingit ſupetfluitas, quæ appellatur multiloquium. Quartò, io actibus, & geſtibus corporis contingit ſcuttilitas, quæ eſt iocularitas quædam proueniens ex defectu tationis, & riſum mouens: vel certè, ſi referatur ad verba, hoc poteſt diſtingui à multiloquio; quòd illud ſolùm dicat ſuperfluitatem verborum; hæc verò præterea poſſit dicere etiam turpitudinem, & inboneſtatem. Et denique ex parte corporis prouenit immunditia, vel ſpurcitia quoad inordinatam, & incompoſitam comeſtionem, & emiſſionem quarumcunque ſuperfluitatum, vel ſpecialiter quantum ad emiſſionem ſeminis.

3. *Vnum vitiũ poteſt dici capitale reſpectu alterius, etiam propter cauſalitatem efficientis.*

Quòd ſi dicas, huiuſmodi vitia non prooenire ex gula, tanquàm ex cauſa finali, ſiquidem non habent rationem medij ad motiuum, ac finem illius; id eſt, ad delectationem guſtus, ſed potiùs videntur prouenire ex illa, tanquàm ex cauſa efficiente: Reſpondeo ex Caiet. 2. 2. *quæſt.* 148. *art.* 5. rationem capitis in vitiis ſolùm peculiariter, & præcipuè attendi ex cauſalitate finis; non autem omninò, quaſi

ex nulla

ex nulla alia cauſalitate vnum vitium poſſit dici caput alterius, aut appellari capitale reſpectu illius: ac proinde, quanuis hæc vitia prouenirent ex gula in genere cauſæ efficientis, adhuc poſſent appellati illius filiæ; & gula, reſpectu illorum poſſet dici vitium capitale. Deinde Reſpondeo, etiam hæc vitia poſſe dici prouenite ex gula, tanquàm ex fine, ſi eligantut, vel petmittantut ex amote delectationis guſtus, tanquàm ex amore finis; & aliquis ex appetitu, & amore gulæ eligat, v.g. vel permittat io ſe hebetudinem mentis, quam præuider neceſſariò ſequi ex actu gulæ, eique eſſe annexam. Et hanc vtranque teſponſionem etiam ttadit S.Thom.2.2. *quæſt.*35.*art.*4. vbi agens de acedia, ait, quòd, ſicut homines multa operantur propter delectationem, vt ptopter finem; tum, vt eam conſequantur; tum etiam ex eius impetu ad aliquid agendum petmoti: ita etiam multa opetantur propter triſtitiam; tum, vt eam euitent; tum verò, quia eius pondere in aliqua agenda prorumpunt: & hoc ſecundo modo acediam eſſe vitium capitale reſpectu multorum aliotum, quæ ex illa prouenjunt. Et *quæſt.*14.*de malo, art.*4. agens de hebetudine ſenſus, quæ eſt filia gulæ, ait, eam oriri, vel ex nimia ſumptione cibi, vel ex ſollicitudine circa huiuſmodi ſumptionem: & ſi dicatur nimia ſumptio cibi eam cauſare in genete cauſæ efficientis, nimia ſollicitudo circa talem ſumptionem videtur dicenda eam cauſare in genere cauſæ finalis, cùm ſit ipſe amot inordinatus illius, tanquàm finis.

DISPVT. XXXII.

Quibus modis contingat peccari mortaliter ex hebetudine mentis, & ex inepta lætitia, quæ ſunt primæ inter filias gulæ.

1. *Hebetudo mentis poteſt aliquando eſſe mortalis.*
2. *Eſt peccatum diſtinctum ſpecie à peccato gulæ.*
3. *Inepta lætitia, quæ eſt filia gulæ, in quo conſiſtat.*
4. *Poteſt eſſe peccatum mortale, ſi adhibeatur ad finem mortalem.*
5. *Vel cum graui irreuerentia loci, temporis, perſonæ, aut rei ſacræ.*
6. *Dupliciter peccatur in ſuperfluitate ludi.*
7. *Ludi theatrales non ſunt exercendi à Clericis, neque in Eccleſiis.*
8. *Repræſentationes ſacræ poſſunt fieri in Eccleſia.*
9. *Vſus laruarum eſt illicitus Clericis, & perſonis eccleſiaſticis.*
10. *Vtrùm Clerici, & Eccleſiaſtici peccent mortaliter, ſi laruis vtantur.*
11. *Geſtatio habitus parum conuenientis ſtatui clericali, eſt peccatum mortale in Clerico.*
12. *Religioſi profeſſi, ſi laruis vtantur, peccant mortaliter, & ſunt excommunicati.*
13. *Religioſi profeſſi non poſſunt dimittere habitum ſub pœnam excommunicationis.*
14. *Religioſi non poſſunt occultare habitum proprium ſub alieno.*
15. *Si Religioſi intra clauſtra vtantur laruis, vel dimittant habitum, non peccant mortaliter.*
16. *Chorea quando ſint peccatum mortale.*
17. *Clerici, & Religioſi. & Moniales peccant mortaliter, ſi faciant choreas.*

1. HEBETVDO mentis, quæ conſiſtit in quadam obtuſione, & debilitate ad benè intelligendam, & penetrandam veritatem, & opponitur mentis acumini, vt explicat S.Thom.2.2.*quæſt.*15.*art.*2. & ex illo S.Anton.1.2.*tit.*6.*cap.*4.§.2. tunc eſt peccatum mortale, quando quis, vt inordinatè, & immoderatè comedat, vel bibat, voluntariè fit ineptus, aut notabiliter minùs aptus ad ea intelligenda, quæ ſunt illi neceſſaria ad ſalutem, vel ad quæ tenetur ex officio, aut ex gtaui præcepto: vt, ſi Medicus, v.g. quo tempore debet ſtudere pro graui neceſſitate ægroti; vel Aduocatus, Magiſter, Concionator, quando debet ſtudere pro aliqua re gtaui, pertinente ad ſuum officium, voluntariè fiat hebes. Ita S.Anton. *loco cit.* Ang. *verb. hebetudo.* Tol. *lib.*8.*c.*62. *Hebetudo mentis poteſt aliquãdo eſſe mortalis.*

Dicitor autem quis voluntariè fieri cæcus, aut hebes mente ex S.Thom.2.2. *quæſt.*15. *cit. art.*1. vel quia voluntariè ſe auertit à conſidetatioue eorum principiorum, per quæ debet intelligere bona ſpiritualia, iuxta illud Pſal.35. *Noluit intelligere, vt benè ageret.* vel, quia voluntariè ſe occupat citca alia, quæ mentem diſtrahunt, & auertunt à tali conſideratione, iuxta illud Pſal.57. *Supercecidit ignis,* id eſt, concupiſcentiæ: *& non viderunt Solem.* & quia hæc voluntaria occupatio circa alia, per quæ diſtrahitur, & auertitur mens, maximè cõtingit per vitia carnalia, quæ ſunt gula, & luxuria circa delectationes corporales vehementiſſimas, rectè dicuntur hebetudo, & cæcitas maxime oriri ex peccatis carnalibus, vt idem ſubdit *art.*3. id eſt, illa ex gula, & hæc ex luxuria; & ioter ſe ſolùm diffetunt ſecundùm magis, & minus: quia cæcitas propter maiotem vehementiam, & efficacitatem delectationis venereæ, quoad mentem, & animum occupandum, & diſtrahendum, quaſi totaliter excludit cognitionem bonorum ſpiritualium; hebetudo verò propter minorem efficacitatem delectationis ciborum, ſolùm teddit magis debilem, & minùs aptum ad illa benè intelligenda, ac peoetranda: & vtraque eſt peccatum, quaodo tollit, aut impedit cognitionem alioqui debitam, & ſpecialiter opponitur dooo intellectus, per quod diſponimur ad benè apprehendenda, & intimè penetranda bona ſpitiualia, vt habet idem S.Thom. *art.*2. *in fine.* & eſt peccatum diſtinctum à peccato luxuriæ, & gulæ, vt idem habet *art.*1. & 2. ex S.Greg. 2. *Eſt peccatum diſtinctũ ſpecie à peccato gulæ.*

*lib.*31. *Mor. cap.*31. vbi eas ponit, vt filias ex illis progenitas, & cauſatas: & non eſt dubium, quòd quemadmodum mentis lumen & acumen pro aliquo bono intelligendo poteſt eſſe debitum ex alia vittute, quàm ex virtute caſtitatis, & abſtinentiæ, vt patet in exemplis allatis de Medico, Aduocato, Magiſtro, aut Concionatore, ſi teneantut ex ptoprio munere ad aliquid benè ſciendum, & penettandum; ita & mentis cæcitas, aut hebetudo poteſt habere aliam ſpecie malitiam, quàm luxuriæ cuntra virtutem caſtitatis, aut gulæ contra virtutem abſtinentiæ: & ſi hæc vitia luxuriæ, & gulæ, in eo, qui voluntariè fit cæcus, aut hebes modo explicato *diſputatione præcedente, num.*3. verè ſe habeant, vt imperantia, eotum malitia etit verè extrinſeca, & prætet illam hebetudo, & cæcitas poterunt habere aliquam aliam malitiam magis iotrinſecam, vt patet ex dictis *ſuprà, lib.*2. *diſp.*20. de diſtinctione ſpecifica peccatorum ex citcuoſtantiis.

Inepta lætitia, quæ à S.Greg. ponitut, vt filia gulæ, non eſt intelligenda cooſiſtete in quauis lætitia inotdinata: hoc enim modo eſt affectus quidam generaliter conſeqnens omnem actum peccati, & præcipuè ſi fiat ex habitu, vt docet S.Thom.2.2. *quæſt.*148. *art.*6. *ad* 1. cùm omnis peccans lætetur de actu peccati, & de conſecutione finis, quem intendebat, ioxta illud Prouerb.2. *Lætantur, cùm malè fecerint, & exultant in rebus peſſimis.* ſed conſiſtit in 3. *Inepta lætitia, quæ eſt filia gulæ, in quo conſiſtat.*

lætitia

lætitia quadam vaga, & incompoſita,quæ mouet ad cantilenas obſcœnas,verba,vel actus turpes,ſaltos,choteas,ludos,& alia huiuſmodi: vt enim habet Ariſtoteles in ptobl.ſect.30.problem.1.*Vbi vinum hominem frigentem, ac taciturnum à ſobrietate accipit,paulò liberaliori poculo refouet, excitátque ad verba; tum largiore potu verborum vberem, eloquentem,fidentémque facit.* &, vt habet S.Thom. *art.* 6. *cit.* per immoderantiam cibi, & potus, conſopito rationis gubernaculo, quo paſſiones erant tegendæ,ac gubernandæ,totus homo conuertitur in ſecuritatem & iucunditatem.

4. *Poteſt eſſe peccatum mortale, ſi adhibeatur ad finem mortalem.*

Er per hanc ineptam lætitiam, qoæ eſt filia gulæ, poteſt primò peccari mortaliter ex Caiet. 2.2. *quæſt.*148.*art.*5.*§.In* 6.*ſpecialiter.*& Nauar.*in Man. cap.*23.*num.*123. ſi quis per huiuſmodi verba, aut cantilenas iocompoſitas, & turpes, intendat inducere aliquem,vel aduertat, & debeat aduertere, facilè illum inductum iri ad conſenſum, vel delectationem alicuius actus mortalis:ſecùs verò,ſi verba, aot cantilenæ ſolùm adhibeantur, quia delectant ipſæ per ſe,neque eſt periculum conſenſus in actum malum:tunc enim ex Caiet.*ibidem*,ſolùm ſunt peccata venialia, quanuis ſiot valdè periculoſa, cùm boni mores facilè cortumpantur colloquiis prauis.

5. *Vel cum graui irreuerentia loci, temporis, perſonæ, aut rei ſacræ.*

Secundò,ſaltus,choreæ,cantilenæ,& alia huiuſmodi, in qoibus conſiſtit inepta lætitia,poſſunt eſſe peccatum mortale, ſi fiant cum graui itreuerentia loci, temporis, aut perſooæ, vel tei alterius ſacræ; vt, v.g. ſi fiant in Eccleſia tempore Quadrageſimæ, qood eſt tempus pœnitentiæ, à perſonis religioſis, aut eccleſiaſticis, præſertim Sacerdotibus, cum graui ſcandalo: vt enim docet S.Thom. 2.2.*quæſt.*168.*art.*3. & ex illo S.Anton.*part.*2.*tit.*6. *cap* 4.*§.*2.

6. *Dupliciter peccatur in ſuperfluitate ludi.*

dupliciter poteſt peccari in ſuperfluitate ludi,quæ ex S.Thom. *ibidem, in reſponſione ad* 2. pertinet ad ineptam lætitiam, quæ eſt filia gulæ; primò ex ipſa ſpecie actiooum, quæ aſſumuntur in ludo: vt, ſi quis cauſa ludi vtatur torpibus vetbis, aut factis, vel iis, quæ vetgunt in damnum proximi,detrahendo, v.g. alicui, vel eum irridendo,vel contumelias, & conuicia in eum iactando: & hoc genus ludi à M.Tullio *lib.*1.*Offic.* appellatut illiberale, petulans, flagitioſum, obſcœnum: & à S. Thom.dicitur eſſe peccatum mortale: & ex S.Anton. *loc.cit.* talis etiam eſt inepta lætitia, quæ voluntariè & affectatè capitur ex tali ludo: & de illa intelligitur id, quod habetur Prou.14. *Riſus dolore miſcebitur,& extrema gaudij luctus occupat.* id eſt, luctus perpetuus, vt exponit ibi Gloſſ.qui tamen luctus non incurritur, niſi per peccatum mortale. Deinde, poteſt peccari in ludo ex defectu circunſtantiarum: vt, ſi quis illo vtatut temporibus,aut locis indebitis, aot præter conuenientiam negotij, vel perſonæ; & hoc etiam ex S.Thom. aliquando eſt peccatum mortale: vt, ſi quis ex vehementia affectus,quem habet ad ludum,tales ludos non refugiat, quando ſunt contra præceptum Dei,vel Eccleſiæ: aliquando verò ſolùm eſt veniale, id eſt, quando nihil graue committitut contra Deum, & rectam rationem:& ſi ludus neutro ex his modis ſit ſuperfluus, omninò eſt licitus; & ideò neque officium hiſtrionum, quod ex ſe ordinatur ad voluptatem exhibendam ex ludo, ex ſe eſt illicitum, aut peccatum, dummodò moderarè vtantur ludis.

7. *Ludi theatrales nō ſunt exercendi à Clericis, neqi in Eccleſiis.*

Et quòd grauiter poſſit peccari ex ludi ſuperfluitate ſecundùm defectum circunſtantiarum, vt, v.g.ſi ludi theattales fiant io Eccleſiis, vel à perſonis eccleſiaſticis,non ſolùm aſſeruot Authores cit, ſed etiam expreſsè habetur *c.Cùm decorem de vita, & honeſt. Cler.* vbi Innoc. III. huiuſmodi ludos prohibet fieri in Eccleſiis,& præcipuè à Diaconis, Preſbyteris, & Subdiaconis: & cap. *Clerici officia. eod.* vbi idem Pontifex præcipit Clericis,ne intendant mimis,ioculatoribus,& hiſtrionibus.

Per hoc tamen non prohibentur in Eccleſiis repræſentationes ſacræ, quæ faciunt ad compunctionem, & deuotionem, vt notant Gloſſ. & Panorm.*in cap.Cùm decorem cit. de vit. & honeſt.Cler.* & ex Nauarr. *cap.*23. *num.*153. *cit.* non peccarent mortaliter Clerici, ſi parum & ſecretò vacarent huiuſmodi ludis,dunmodo alioqui non eſſent valdè turpes, vt etiam *ſuprà* diximus *hoc ipſo libro, diſp.*18.*num.*7.dum ageremus de comœdiis,& ſpectaculis turpibus. 8. *Repræſentationes ſacræ poſſunt fieri in Eccleſia.*

Tertiò, ſiue in lodis theatralibus,& turpibus,ſiue extra illos, certum eſt,quòd peccaot Clerici, & Eccleſiaſtici,ſi ex inepta lætitia laruis vtantur:nam *cap.Clerici.de vit.& honeſt.Cleric.* expreſsè dicitur, quòd mimis,ioculatoribus & hiſtrionibus non debent inteodere: & ſpecialiter de iis, qui ſunt in ſacerdotio,aut perſonatibus conſtituti, quòd non debent habitum transformare, niſi id exigat iuſta caoſa timoris:& *cap. Cùm decorem.eod.*monſtra laruarum non ſolùm prohibeatur introduci in Eccleſiis; ſed etiam ſpecialiter prohibentur Subdiaconis, Diaconis & Preſbyteris, tanquàm ludibria inſaniæ: & *Clem.*2.*de vit.& honeſt.Cleric.* grauiter puniuntur omnes Clerici, qui abiectis veſtibus proprio Ordini congruentibus,ſine rationabili cauſa aſſumunt alias, & in publico portant: & *in Trid.ſeſſ.*14.*cap.*6. *de refor.* ſtatuitur, vt Clerici ſemper deferant veſtes proprio Ordini congruentes;& grauiter puniantur,qui admoniti ab Epiſcopo eas non detulerint. Et expreſsè hoc idem aſſeruot omnes Doctores,tam Canoniſtæ, quàm Summiſtæ,& Theologi, vt Cardin.*in Clement.*2.*cit.qu.*3.*de vit.& honeſt.Cleric.* Panorm. *in cap.Cùm decorem.cit. num.*1.Syluest. *verb.ludus,num.*2. Ang. *eod. num.*2. Armilla *verb.larua.* Caietan.2.2.*quæſt.* 169. *art.*4.*§.Ad* 3.*dubium.& in Summa, verb.Laruarum vſus.* Leſſ. *lib.*4.qui eſt de temperantia, *cap.*4. *dub.*13.*num.*98. Paul. Comitol. *in reſponſ.moral. lib.*6. *quæſt.*7.Alphonſ.Viual.*in Supplemento ad Candelabrum aureum,cap.*14.*num.*48. & apud ipſum omnes communiter. 9. *Vſus laruarum eſt illicitus Clericis, & perſonis eccleſiaſticis.*

Et quidem, ſi Clerici laruis vtantur ad finem malum,mortaliter, vel cum probabili periculo alicuius peccati mortalis, vel grauis nocumenti alterius, qooad bona corporis, vel famæ,aut fortunæ, vel cum graui ſcandalo aliorum, qui Clericorum exemplo facilè inducentur ad laruis malè vtendum; vel,ſi turpiter,& inhoneſtè laruati incedant, eóque habitu incitent alios ad libidinem; non eſt dubium, quòd peccent mortaliter, vt ex communi ſententia notat Viual. *in Supplemento cit.c.*14.*num.*38.*& ſeqq.* 10. *Vtrùm Clerici & Eccleſiaſtici peccent mortaliter, ſi laruis vtantur.*

Si verò abſit ſcandalum, & prauus finis, negat Leſſ. *lib.*4.*cap.*4.*num.*98.*cit.* quòd peccent mortaliter Clerici per vſum laruarum; idqoe videtur colligi etiam ex aliis pluribus, qui ſolùm aſſerunt, id eſſe peccatum: non autem explicant,quòd ſit mortale,vt notat Viual.*c.*14.*cit.n* 48.

Sed videtur longè probabilius, quòd peccent mortaliter, etiam præſcindendo à ſcandalo,& quauis alia mala circunſtantia, ſi præſertim ſint Clerici beneficiati, aut in ſacris, vt ex profeſſo probat Comitol. *lib.*6.*quæſt.*7.*cit.* tunc eoim ſolùm ſuperfluitas lodi ex inepta lætitia, vel ex animi leuitate Clericis eſt venialis, quando natura actus, quem

aſſumunt

aſſumunt in ludum, non repugnat, ſpecialiter ſtatui clericali, vt notat Caiet. 2.2.*quæſt.*169.*art.*4.§. *Ad dubium* 3. quo tamen modo repugnat, ſi aſſumant arma, & laruas, vt idem ſubdit. Et pro eadem ſententia etiam facit idem Caiet *in Summa, verb. laruarum vſus.* vbi ait, eum reddi illicitum, non ſolùm ex malo fine, & incongruo tempore, loco, & modo; ſed etiam plurimùm id eſſe penſandum ex conditione perſonæ: quia iuuentutis licentia eſt, vt tempore, quo licet inſanire, laruas aſſumant; & à viris grauibus, quales ſunt Eccleſiaſtici, & præcipuè Prælati, valdè alienum cenſetur. Quod idem habet etiam

11. *Geſtatio habitus parum conuenientis ſtatui clericali, eſt peccatum mortale in Clerico*

Armilla *verb. larua.* Et poſſunt addi etiam Sylu. & Ang. *verb. ludus, num.* 2. *cit.* vbi docent, ludum laruale̅ eſſe prohibitum Clericis; quia non poſſunt mutare habitum: ſi enim ex Trid. *ſeſſ.* 14. *cap.* 6. *de refor.* temeritas eſt, & cõtemptus religionis, & propriæ dignitatis, & honoris, quòd Clerici non ſemper deferant veſtes ſuo Ordini congruentes; ſed aliquando publicè portent veſtes laicales: & debet id puniri per ſuſpenſionem ab ordine, & ab officio, & beneficio; & per priuationem officiorum, & beneficiorum; quantò magis, ſi laruas aſſumant, & publicè laruati incedant? Et confirmatur: quia *Clem.* 2. *de vita & honeſt. Cleric.* de Clerico, qui abiectis veſtibus proprio Ordini congruentibus præſumit ſine rationabili cauſa alias aſſumere, & in publico portare, vniuerſaliter dicitur, quòd indignum ſe reddit prærogatiua Profeſſorum illius Ordinis, & qui publicè fuerit vſus veſte virgata, vel partita, ſuſpenditur per ſex menſes à perceptione fructuum ſuorum beneficiorum: & ſi nõ fuerit beneficiatus, ſed conſtitutus in ſacris, citra ſacerdotium, per idem tempus ſex menſium, redditur inhabilis ad eccleſiaſtica beneficia: & ſi habuerit dignitatem, perſonatum, aut curam animarum, vel fuerit Sacerdos, aut Religioſus, ſuſpenditur per annum à perceptione fructuum beneficiorum: vel, ſi hæc non habuerit, per idem tempus inhabilis redditur ad illa obtinenda. Et cùm hæ pœnæ ſint valdè graues, apertè indicant, eſſe culpam mortalem in huiuſmodi geſtatione habitus, parum conuenientis Ordini clericali, & à fortiori idem eſt de vſu laruatum.

12. *Religioſi profeſſi, ſi laruis vtantur, peccant mortaliter, & ſunt excommunicati.*

Et magis in ſpecie de Religioſis profeſſis, quòd peccent mortaliter, etiam ceſſante ſcandalo, ſi extra Monaſteria, & abſque rationabili cauſa geſtent laruas, expreſsè docet Armilla *verb. larua.* Comit. *in reſponſ. moral. lib.* 6. *quæſt.* 7. ex communi ſententia: & Viual. *in Supplem. ad Candelabrum aureum, cap.* 14. *num.* 51. & colligitur à fortiori ex iam dictis de Clericis: quia hic ludus per laruas, & depoſitio proprij habitus, & geſtio publica habitus alieni, magis illis repugnat, quàm Clericis: & *Clement.* 2. *de vita, & honeſt. Cleric.* ſpecialiter puniuntur Religioſi, ſi deponant proprium habitum; imò & incurrunt ex-

13. *Religioſi profeſſi non poſſunt dimittere habitũ ſub pœna excommunicationis.*

communicationem ipſo facto, per cap. 2. *Ne Cler. vel Monac. in* 6. vbi ad ſubtrahẽdam Religioſis materiam euagandi, ſub excommunicatione latæ ſententiæ prohibetur omnibus Profeſſis, ne in ſcholis, vel alibi habitum ſuæ Religionis dimittant: eámque cenſuram ſemper incurrunt tales Profeſſi, quando exhibent ſe conſpectibus hominum ſine habitu, vel in habitu laicali, aut Clerici ſæcularis, ſine iuſta cauſa, vt notat ibi Ant. Andr. *num.* 4. S. Anton. 3. *p. tit.* 24. *cap.* 53. Sylu. *verb. habitus, num.* 1. Nau. *in Man. cap.* 27. *num.* 132. Roder. *in quæſt. regular. tom.* 2. *quæſt.* 76 *art.* 6. Sanchez *lib.* 6. *in Decal. cap.* 8.

14. *Religioſi non poſſunt occultare habitum propriũ ſub alieno.*

num. 38. & *ſeqq.* vbi ex profeſſo agit de hac excommunicatione. Suar. *de cenſ. diſp.* 23. *ſect.* 4. *num.* 28. & alij: vel etiam quando habitum proprium ſub alieno occultant, vt notat Sylueſt. *verb. habitus, num.* 3. Nau. *cap.* 27. *num.* 131. Gloſ. *in Clem.* 2. *verb. Extrinſecus. de vit. & honeſt. Cler.* Viual *in Supplem. ad Candelabrum aureum, cap.* 14. *cit. num.* 52. quamuis Panorm. *in cap. Deus, qui. num.* 4 *de vit. & honeſt. Cler.* & Suar. *de cenſur. diſp.* 23. *ſect.* 4. *cit. num.* 53. oppoſitum ſentiant.

15. *Si Religioſi intra clauſtra vtantur laruis, vel dimittãt habitũ, non peccant mortaliter.*

Dixi autem, Religioſos peccare mortaliter, ſi extra Monaſteria geſtent laruas: quia, ſi id faciant intra Clauſtra pro honeſta recreatione, neque peccant mortaliter, neque incurrunt excommunicationem, vt notat Armilla *verb. larua, cit.* & de dimiſſione proprij habitus, & ſuſceptione alterius ad breue tempus pro actione aliqua ludicra, notat Suar. *de cenſ. diſp.* 23. *ſect.* 4. *cit. num.* 29. ex Sylu. *verb. habitus, num.* 3. *cit.* & S. Anton. *loco cit.* & rectè ſubdit idem Suar. *num.* 30. ſi dimiſſio habitus ſine cauſa fiat extra Monaſteria, ſemper inducere excommunicationem, non ſolùm ſi fiat ad longum tempus, vel in perpetuum; ſed etiam, ſi fiat ad breue tempus: quia hæc cenſura non fertur propter durationem, & permanentiam in dimiſſione habitus, vel geſtatione alterius; ſed propter temerariam dimiſſionem, quæ tamen conſummatur in puncto; & ideò ſufficit ad excommunicationem, ſiue poſteà duret multùm, ſiue parum.

16. *Chorea quãdo ſint peccatum mortale.*

Quartò, de choreis, quæ fiunt ex inepta lætitia, hoc habent S. Anton. *p.* 2. *tit.* 6. *cit. c.* 6. & Ang. *verb. chorea*; eas tunc eſſe peccatum mortale, quando fiunt ad incitandum ſe, vel alios ad libidinem; vel cum tali affectu, vt, etiamſi ſcirentur excitare ad libidinem, vel ab Eccleſia prohiberentur, adhuc fierent; vel quando fiunt in Eccleſiis; vel, ſi fiant à

17. *Clerici, & Religioſi, & Moniales peccant mortaliter, ſi faciãt choreas.*

Clericis, aut Religioſis, aut Monialibus, niſi fortè fiant ſecretò, & non in præſentia ſæcularium; ſed ſolùm inter ipſos Religioſos, aut Moniales: tunc enim non eſſent peccatum mortale, etſi fierent ex leuitate animi, & ex inepta lætitia. Et denique, quando fiunt tempore indebito, vt, v. g. tempore Quadrageſimæ; vel, ſi impediant die feſto auditionem Sacri; vel maxima pars diei feſti in illis inſumatur: ſi verò fiant tempore nuptiarum, vel lætitiæ ex aduentu amici, ex victoria, ex patriæ liberatione, & huiuſmodi; & fiant à laicis, cum honeſtis perſonis, ſine cantibus, & ſine geſtibus impudicis, & ad libidinem excitantibus, & ſine periculo conſentiendi in actum malum, vel excitandi alios ad libidinem; non ſunt reprehenſibiles. Quia tamen cõmuniter huiuſmodi conditiones non reperiuntur in choreis noſtri tẽporis: ſiquidem, quamuis aliquis illas incipiat bona intentione; vix tamen inde exit, quin prouocetur ad libidinem; & ex S. Hier. non eſt credendum viro, ſi dicat, ſe illæſum exiiſſe à talibus ſpectaculis, cùm Dauid ex eo, quòd viderit Bethſabee lauantem ſe, prouocatus ſit ad libidinem; non apparet, quomodo poſſint fieri, vel diu, & ſtudioſè ſpectari ſine peccato mortali, vt habet Ang. *verb. chorea*, ſi præſertim fiant ſæpiùs, & ex conſuetudine.

DISPVT. XXXIII.

De aliis filiabus gulæ, quæ ſunt multiloquium, ſcurrilitas, & immunditia.

1. *Multiloquium ex ſe eſt peccatum veniale; ſed ex accidente poteſt multipliciter eſſe mortale.*
2. *Verboſitas, aut linguoſitas, quo differant à multiloquio.*
3. *Scurrilitas quando ſit peccatum mortale.*
4. *Si ex ſcurrilitate aliquis multùm irrideatur, & dehonoretur, eſt peccatum mortale.*

5. *Si ex ſcurrilitate irrideantur actus virtutum, eſt peccatum mortale.*
6. *Si irrideantur parentes, aut ſuperiores, eſt peccatum mortale.*
7. *Si ex ſcurrilitate fiant ventoſitates, eſt ſolùm peccatum veniale.*
8. *Scurrilitas apud vulgus reputatur vrbanitas, & eutrapelia.*
9. *Eutrapelia eſt virtus.*
10. *Quomodo aliqui ex Patribus aſſerant, iocum non decere Chriſtianum hominem.*
11. *Scriptura ſacra non eſt conuertenda ad ſcurrilitatem.*
12. *Immunditia, quæ eſt filia gulæ, in quo conſiſtat, & quale peccatum ſit.*

SI ex cibi, & potus nimietate, & fumoſitate conſopiatur gubernaculum rationis, præter ineptam lætitiam, quæ contingit in appetitu, contingit etiam in verbis ſuperfluitas, quæ appellatur multiloquium; & in verbis ſimul, & actibus, ſeu geſtibus corporis contingit ſcurrilitas; & in reliquo corpore contingit immunditia per emiſſionem plurium ſuperfluitatum, vt *ſuprà* diximus *diſp.31.num.2.* ex S.Thom.2.2.*quæſt.148.art.6.* Quare, vt etiam de his explicemus, quo modo contingat circa illa peccari mortaliter, aut venialiter:

1. *Multiloquiũ ex ſe eſt peccatum veniale; ſed ex accidente poteſt multipliciter eſſe mortale.*

Primò certum eſt, quòd multiloquium ex ſe eſt peccatũ tãtummodo veniale, ſicut & alia quæcunque prolatio verbi otioſi. Et hoc modo intelligitur id, quod habetur Prou.10. *In multiloquio non deerit peccatum.* Poteſt tamen eſſe mortale ex S.Anton. *part.2.tit.6.cap.4.§.4.* & Nauar. *in Man.c.23.n.123.* ſi fiat in contemptum Dei, vel alio modo cedat in grauem irreuerẽtiam illius; ſi fiat ex malo fine, v.g. inducendi aliquem ad peccatum mortale; vel cum tanto affectu, & complacentia, vt is, qui loquitur, paratus ſit potiùs tranſgredi aliquod præceptum Dei, vel Eccleſiæ, quàm à loquendo deſiſtere.

Et quòd ſæpiùs contingat peccari mortaliter ex multiloquio, ex eo colligit S. Greg. *in paſtor. par.3.c.20.initio,* & apud S.Thom. *art.6.cit.* & S.Anton. *§.4.cit.* quia diues ille, qui epulabatur quotidie ſplendidè *Lucæ 16* ſpecialiter in Inferno cruciabatur in lingua: vt enim ibi loquitur S.Greg. *Niſi gulæ deditos immoderata loquacitas raperet, diues ille in lingua grauiùs non arderet.*

2. *Verboſitas, aut linguoſitas, quo differant à multiloquio.*

Et in his caſibus idem eſt etiam de verboſitate, aut linguoſitate, quæ ex proprio vocabulo non ſolùm dicit ſuperfluam, & inordinatam locutionem; ſed etiam connotat quendam contẽmptum; & quòd proueniat ex habitu: & in hoc diſtinguitur à multiloquio, quod quantum eſt ex ſe, ſolùm dicit ſuperfluitatem ſermonis, neque ſonat vllum contemptum, aut quod proueniat ex habitu, vt notat Ang. *verb. multiloquium.*

3. *Scurrilitas quando ſit peccatum mortale.*

Secundò, ſcurrilitas, quæ ex S.Thom. *art.6.cit.* & Ariſtot.4. *Ethic.c.8.initio,* ſiue conſiſtat in geſtibus corporis, ſiue etiam in verbis, ſemper dicit inhoneſtatem, ſemper eſt peccatum mortale, quando committitur gratia delectationis venereæ, quam aliquis capit, dum facit, vel loquitur huiuſmodi turpia, & ad quam excitat alios: & vniuerſaliter ſemper eſt peccatum mortale, quando ordinatur ad mortale, vt loquitur S.Thom. *in c.5. Ep. ad Epheſ. lect.2. in fin.* Si verò committatur ſolùm ex leuitate, & ſolùm vt prouocet riſum; ſolùm eſt veniale. Ita Caiet. *2.2.qu.148.cit.art.5.§. Ad hoc dicitur.* & Tolet. *lib.8 c.62.* Neque enim in tali caſu, quando aſſumitur ſolùm ad riſum, eſt contra bonum Dei, aut proximi, vel notabiliter contra bonum ipſius aſſumentis, ſicut requiritur ad peccatum mortale. Vnde & S.Paul. *ad Epheſ.5.* cùm inter ea, quæ inter Sanctos nec nominari quidem debent, id eſt, inter Chriſtianos, qui vocatione, Baptiſmo, & profeſſione tenentur ad ſanctitatem, numeraſſet ſtultiloquium & ſcurrilitatem; de hac ſubdit ſolùm, quòd ad rem non pertineat; id eſt, quòd, per ſe loquendo, conſiſtat in quadam vanitate, & ſit quid merè inutile, & vanum: & quando poſteà explicat pœnam eorum, quæ dixerat nominanda non eſſe, id eſt, excluſionem à regno Dei; ſolùm reſumit aliqua grauiora, non autem ſcurrilitatem: *Hoc enim ſcitote, intelligentes, quòd omnis fornicator, aut immundus, aut auarus, quod eſt idolorum ſeruitus, non habet hereditatem in regno Chriſti, & Dei.* quod ſignum eſt, ſcurrilitatem ex ſe non habere hanc pœnam, vt excludat à regno Dei, cùm ſolùm conſiſtat in quadam vanitate, & per conſequens non eſſe ex ſe peccatum mortale, vt notat Caiet. *loc. cit.* Si tamen, qui hoc modo ex leuitate profert ſcurrilia, & directè ſolùm intendit riſum mouere, rationabiliter poſſet timere, quòd aliquis ex tali ſcurrilitate prouocaretur ad libidinem, idque aduerteret; non eſſet excuſandus à mortali, vt notat S.Anton. *part.2.tit.6.c.4. §.5.* quia daret illi occaſionem ruinæ ſpiritualis; &, qui cauſam damni dat, damnum dediſſe videtur, *c. Si culpa. de iniur. & dam. dat.* Niſi fortè id ſolùm contingeret inter virum, & vxorem, in quo caſu ſcurrilitas, quæ hoc modo prouocaret ad actum coniugalem, dici poſſet pertinere ad rem coniugij, neque eſſe illam, quam reprehendit S. Paulus *ad Epheſ.5.* dum ait, *quæ ad rem non pertinet,* vt notat S. Anton. *ibidem*; & ideò non eſſet damnanda peccati mortalis.

Et ſimiliter non eſſet excuſandus à culpa mortali, ſi quis ex ſcurrilitate, & ad riſum excitandum, cauillos in aliquem iaceret, eúmque grauiter læderet in fama, vel in honore, & grauiter irridendo, grauiter dolore afficeret: cùm enim ex Ariſtotele 4. *Ethic.c.8.cit. initio*, ſcurræ ſit, ita affectare ridicula, vt potiùs ſtudeat riſum mouere, quàm honeſtè loqui, aut dolore eum non afficere, quem cauillatur; & cauillus, conuicium quoddam ſit, vt idem ſubdit *poſt medium*: ſi talis cauillus, aut conuicium ſit graue, & multùm redundet in irriſionem, & contemptum alterius, & grauiter illum contriſtet; non eſt dubium, quòd grauiter ſit contra bonum proximi, & per conſequens ſit peccatum mortale, vt etiam *ſuprà* diximus de contumelia, aut conuicio graui incautè prolato *diſp.24. num.15.* ex S.Thom.2.2. *quæſt.72.art.2.* Caiet. Sot. Molina, & aliis; & in caſu præſenti ſpecialiter id aſſerit S.Thom. *art.2. cit. ad 1. & qu.75.art.2.* & Molin. *tract.4. de iuſt. diſp.18.n.6. & diſp.21.num.3. & 4.* & S. Anton. *par.2.tit.6.c.7. §.1.* & alij. Ad quod facit etiam doctrina, quam de irriſione, aut deriſione in vniuerſum tradit S. Thom.2.2.*qu.75.cit.art.1. & 2.* & ex illo S.Anton. *c.7.cit.* quia enim deriſio in hoc diſtinguitur à conuicio, detractione, & ſuſurratione, quòd per ſe intendat cauſare erubeſcentiam, & confuſionem in perſona deriſa; ſicut & conuicium intendit dehonorationem, & detractio diminutionem famæ, & ſuſurratio ablationem amicitiæ; & hanc erubeſcentiam, & confuſionem tentat deriſio, vertendo in riſum, & in ludum, tam eius malum, quàm ipſam perſonam, eámque omninò parui pendendo, & habendo ſic vilem, vt de eius malo non curet, ſed reputet pro ludicro; negari non poteſt, quin ſit peccatum mortale, imò & grauius quàm contumelia, vt habet S.Thom. *art.2.cit.* ſiquidem contumelioſus malum alterius videtur accipere ſeriosè; deriſor autem

4. *Si ex ſcurrilitate aliquis multùm irrideatur, & dehonoretur, eſt peccatum mortale.*

5. *Deriſio, vel ſubſannatio alterius, eſt peccatum mortale.*

Digitized by Google

autem accipit ludicrè, atque ita magis contemnit, & dehonotat perſonam deriſam. Et quòd confuſio, & erubeſcentia ſit ex ſe magnum malum, patet ex eo: quia, quemadmodum de opere bono, ac virtuoſo meretur aliquis honorem, & famam apud alios, & apud ſe ipſum bonæ conſcientiæ gloriam, iuxta illud 2. Cor. 1. *Gloria noſtra hæc eſt, teſtimonium conſcientiæ noſtræ*, id eſt, clara notitia, quam nos ipſi habemus de noſtro bono; vnde ſequitur etiam quies, & ſecuritas mentis, quæ ſine dubio eſt maximum bonum: & *Prou.* 15. dicitur quaſi iuge conuiuium: ita è contrà de opere malo, ac turpi meretur quis apud alios dehonorationem, & infamiam, & apud ſe ipſum erubeſcentiam, & confuſionem malæ conſcientiæ, id eſt, claram notitiam de ſuo malo; & ex hac ſimiliter ſequitur mentis inquietudo, & timor dehonorationis, in quo propriè conſiſtit erubeſcentia, ex S. Damaſc. *lib. 2. de fide, cap.* 15. & S. Thom. *q. 75. cit. art. 1. ad* 1. & ideò non poteſt deriſor non cauſare magnum malum in perſona deriſa, dum illi cauſat talem erubeſcentiam, & confuſionem, & talem inquietudinem mentis, & timorem dehonorationis, vt ſubdit S. Thom. *art. 1. cit. ad* 3. & ſiue hoc malum directè cauſetur per irriſionem, ſiue indirectè per ſcurrilitatem, perinde eſt, quantùm ad grauitatem culpæ, cùm ſatis ſit, ſi malum, quod alteri infertur, ſit voluntarium, etiamſi non ſit volitum.

Subſannatio propriè quid ſit.

Neque poteſt hoc peccatum eſſe leue, aut veniale, niſi ex leuitate materiæ, vt, v.g. ſi erubeſcentia, & cõfuſio, quæ cauſatur, ſit leuis; & malum, quod vertitur in riſum, & in ludum, ſit leue, vt notat S. Thom. *art. 2. in corp.* & S. Anton. *p. 2. tit. 6. cap. 7. cit. ante* §. 1. & idem eſt dicendum, ſi per ſcurrilitatem cõtingat ſubſannatio, quæ ex eod. S. Thom. *art. 1. ad* 1. S. Anton. *cap. 7. cit. initio.* Mol. *tract. 4. diſp. 21. num.* 3. non differt à deriſione, niſi in modo: ſiquidem irriſio fit ore, id eſt, verbis, & cachinnis; ſubſannatio verò fit motibus corporis, & præcipuè naſo rugato, vt notat Gloſ. in illud Pſal. 2. *Qui habitat in cælis, irridebit eos.* & dicitur à ſanna, quæ apud Latinos ſignificat irriſionem, diſtorto ore, & labiis contractis, & oſtenſione dentium interiorum. Vnde hæc duo non niſi per metaphoram tribuuntur Deo, quãdo dicitur irridere, & ſubſannare peccatores; & per hoc ſolùm ſignificatur, quòd illos nihili faciat, & in eorum pœnis iuſtè inflictis ſibi complaceat, vt notat S. Anton. *c. 7. cit. ſub initium*, & Mol. *tract. 4. diſp. 21. num. 3. cit.*

Siue ergo quis per ſcurrilitatẽ verbis, & riſu aliquem derideat, ſiue geſtibus, & motibus corporis eum ſubſannet; ſemper peccat mortaliter, quando confuſio, & erubeſcentia, quam illi cauſat, eſt grauis, etiamſi talem confuſionem & erubeſcentiam non intendat directè, vt iam diximus.

Si ex ſcurrilitate irridentur actus virtutum, eſt peccatum mortale.

Et à fortiori idem eſt, ſi quis ex ſcurrilitate derideat actus virtutum, vel homines virtuoſos, & ſic deridendo retrahat illos ab illarum exercitio, & ad vitia moueat: non ſolùm enim peccat mortaliter propter iniuriam, quam facit ipſi virtuti, & honeſtati, quam ſic deridet; ſed etiam propter damnum, quod facit proximo, quem ſic reuocat à virtute, & impellit ad vitium, vt ſubdit S. Thom. 2. 2. *quæſt. 75. art. 5. cit.* S. Anton. §. 3. *cit.* Mol. *diſp. 21. cit. num.* 5. exemplo peccati filiorum Eli, quod 1. *Reg.* 2. dicitur fuiſſe grande nimis coram Domino: quia retrahebant homines à ſacrificio Domini.

6. *Si irridentur parentes, aut ſuperiores, eſt peccatum mortale.*

Et denique idem eſt, ſi ex eadem ſcurrilitate derideantur parentes, aut ſuperiores, qui ſpecialiter ex virtute pietatis, & obſeruantiæ ſunt honorandi, vt notant iidem Doctores *Prou. n.* 30. de oculo, qui ſubſannat patrem ſuum, & deſpicit partum matris ſuæ, id eſt, ipſam matrem, quæ tantis laboribus eum peperit, dicitur, quòd *ſuffodiant eum corui de torrentibus, & comedant eum filij aquilæ*, id eſt, quòd dignus ſit, vt in patibulum grande agatur, & corui, & aquilæ oculos illi eruant. Extra hos verò caſus, ſi ſcurrilitas non ſit notabiliter contra bonum Dei, aut proximi, rectè dicitur ſolùm eſſe peccatum veniale, vt iam retulimus *num.* 3. & hoc modo S. Anton. *p. 2. tit. 6. cap. 4. §. 5. cit. in fine*, ſolius culpæ venialis damnat ventoſitates, quas ſcurræ ex ore, vel ex parte inferiore ſtudioſè emittunt ad riſum excitandum, & alias huiuſmodi leuitates & indecentias.

7. *Si ex ſcurrilitate fiant ventoſitates, eſt ſolùm peccatum veniale.*

Et quamuis, quod apud S. Paulum Latinè legimus, *ſcurrilitatem*, Græcè habeatur, *εὐτραπελίαν*, per hanc tamen non illa eſt intelligenda, quæ ponit mediocritatem in iocis, & ex eodem Ariſtotele 4. *Ethic. cap. 8. cit.* & S. Thom. 2. 2. *quæſt. 168. art. 2.* eſt virtus; ſed ſolùm illa, quæ in iocis excedit, neque habet rationem loci, ac temporis, ac perſonarum, cum quibus aliquis, vel coram quibus iocatur; neque expendit verba, aut facta, quibus iocatur; ſed abſolutè in iocis eſt nimius, indecens, importunus, vel intempeſtiuus, mordax, maledicus, ſpurcus, indecorus, ineptus: & hæc proprio nomine appellatur ſcurrilitas, & tanquàm vitio per defectum opponitur ruſticitati, per quam aliqui è contra, neque ipſi aliquid faceti dicunt, neque alios dicentes æquo animo patiuntur; ſed ſemper ſe exhibent ſeueros, & graues, & ſemper Catones videri volunt, agreſtes, moroſi, & melancholici: quia enim vulgus iocis, & ſalibus eſt multùm addictus, & plerique ſunt, qui iocis delectantur magis, quàm deceat, etiam ſcurrilitas communiter reputatur vrbanitas, & eutrapelia; & etiam ſcurræ appellantur faceti, vt ſubdit Ariſtoteles *cap. 8. cit.* & ideò ex hac communi appellatione etiam S. Paulus ſcurrilitatem, & exceſſum in iocis potuit appellare eutrapeliam; quam acceptionem etiam declarauit per alia verba, quæ ſubdidit: *quæ ad rem non pertinent.* vel, vt Græcè habetur, *τὰ οὐκ ἀνήκοντα.* id eſt, *quæ non decentia*: huic enim clarè apparet, de ea tantùm eutrapelia, & vrbanitate ſermonem eſſe, quæ eſt indecens, & indecora, vt notat S. Hieronym. *in eum locum*, & ex illo Corn. à Lapide *num.* 179. & talis non eſt, quando iocus non ſumitur ex operationibus, aut verbis turpibus, aut nociuis: quod genus iocandi etiam à M. Tullio *lib. 1. Offic.* appellatur illiberale, petulans, flagitioſum, obſcœnum; & quando non totaliter in riſum reſoluitur grauitas animi, vt monet S. Ambroſ. *lib. 1. Offic. c.* 20. *tom.* 1. ſed ſemper in ioco elucet aliquod lumen probi ingenij, vt monet M. Tullius *loc. cit.* & denique quando iocus benè ordinatur ſecundùm omnes circunſtantias perſonæ, loci, & temporis, & abſolutè eſt dignus homine, loco, & tempore, vt notat S. Thom. 2. 2. *quæſt. 168. cit art. 2.* qui etiam *in reſponſione ad* 1. rectè explicat dictum illud S. Ambroſ. *lib. 1. Offic. cit. cap. 23. tom.* 1. quòd non ſolùm profuſi, ſed abſolutè omnes ioci ſint declinandi ab homine Chriſtiano, quia Chriſtus Dominus dixit: *Væ vobis, qui ridetis: quia flebitis.* & in Scripturis ſanctis non reperimus, quemadmodum ludicra vſurpare poſſimus: neque enim S. Ambroſ. excludit vniuerſaliter iocos à conuerſatione humana, vt ſubdit S. Thom. *ibidem*; imò illos apertè aſſerit aliquando eſſe honeſtos, & ſuaues; ſed illos ſolùm excludit à ſacra doctrina, & eccleſiaſtica diſciplina, cuius dignitas non admittit iocandi licentiam, cùm ſit omninò de rebus maximis & grauiſſimis. Et eadem ratione poteſt intelligi etiam illud S. Chryſoſt. *in cap. 5. Epiſt. ad Epheſ.* quòd eutrapelia apud Chriſtianos virtus non ſit;

8. *Scurrilitas apud vulgus reputatur vrbanitas, & eutrapelia.*

9. *Eutrapelia eſt virtus.*

10. *Quomodo aliqui ex Patribus aſſerant, iocum nõ decere Chriſtianum hominẽ.*

Digitized by Google

ſit;quia abſolutè Chriſtianum non decent ioci, ſed potiùs luctus,& fletus:& illud S.Hieronym.*in idem c.5. Epiſt.ad Epheſ.* quòd iocularitas, quæ riſum mouet,ſit propellenda à Sanctis, id eſt, à Chriſtianis; quia illis magis conuenit flere, quàm ridere, cùm in Hebraïco Euãgelio Dominus dixerit ad diſcipulos: *Et nunquam læti ſitis, niſi cùm videritis fratrem vnum in charitate.* hæc enim omnia, & ſimilia, veriſſima ſunt, quando Chriſtiani,& Sancti tractant de iis,quæ ſpectant ad Chriſtianitatem, & ſanctitatem, hoc eſt, de rebus fidei, & pietatis,in quibus ſine dubio eutrapelia non poteſt eſſe virtus, & propter ſerietatem potiùs fletus debet locũ habere,quàm riſus; & ſi quid ioci fuerit in illis admixtum, ſemper erit ſcurrilitas vitioſa, & cum exceſſu. Vnde & in Tridentino *ſeſſ.4. in decreto, de editione,& vſu ſacrorum librorum,in fine*,grauiſſimè prohibetur,ne verba, aut ſententiæ ſacræ Scripturæ conuertantur, & torqueantur ad profana,id eſt, ad ſcurrilia, fabuloſa,vana, adulationes,detractiones,ſuperſtitiones,incantationes,diuinationes, ſortes,& libellos famoſos; & omnis huiuſmodi conuerſio ad profana appellatur temeritas, irreuerentia,& contemptus ſacræ Scripturæ; & qui ſic conuertunt,appellantur temeratores,& violatores verbi Dei, & dicuntur iuris & arbitrij pœnis per Epiſcopos coërcendi:& non eſt dubium, quòd hæc cõuerſio ſacræ Scripturæ ad vſus profanos, cùm ſit ſemper illicita, & peccatum,vt notat Azor. *part.1. lib.8.c.2.qu.4* poteſt etiam eſſe peccatum mortale,ſi pro circunſtantiis loci, & temporis, & pro rei natura & profanitate contineat grauem irreuerentiam, & contemptum erga Deum, & verbum Dei, vel res diuinas: quod enim diximus *ſuprà, num.5.* de irriſione actuum virtuoſorum, quod ſit mortalis;etiam propter iniuriam, quæ infertur ipſi virtuti, & honeſtati ſecundùm ſe; potiori ratione eſt dicendum de irriſione ipſius ſacræ Scripturæ, aut rerum ſacrarum, & vniuerſaliter de irriſione ipſius Dei,& eorum,quæ Dei ſunt,apertè aſſerit S.Thom. 2.2.*qu.75.art.2.* quòd ſit peccatum grauiſſimum. Et inter ea,quæ Dei ſunt, & non poſſunt ſine peccato grauiſſimo irrideri, non modò ſunt numeranda Sacramẽta Eccleſiæ, & miracula,quæ Deus operatur per Sãctos ſuos;ſed & verba ſacræ Scripturæ, vt notat S. Anton. *part.2.tit.6.c.7.§.3.* quanquam communiter non ſic accidat;& riſus, qui fortè excitatur ex tali verſione, & applicatione verborum Scripturæ ad res profanas, non ſit vllo modo de ipſa Scriptura, vel eius Authore,qui eſt Deus; ſed ſolùm de apta,& ingenioſa applicatione verborum illius,ſolùm materialiter acceptorum,& de illorum congruentia ad rem illam profanam,de qua agitur; & ideò communiter talis applicatio non videatur damnanda culpæ mortalis.

11. *Scriptura ſacra non eſt conuertenda ad ſcurrilitatem.*

12. *Immunditia, quæ eſt filia gulæ, in quo conſiſtat,& quale peccatum ſit.*

Tertiò,immunditia,vel ſpurcitia,quæ eſt poſtrema ex filiabus gulæ,ex Alen.*part.2.qu.144.memb.6.* potiſſimùm dicit modum inordinatum,quo aliquis cibis ſeſe ingurgitat vſque ad eructationem, & vomitum, & emiſſionem aliarum huiuſmodi ſuperfluitatum, quale eſt etiam ſemen,& de quibus dicitur Eſa.28. *Omnes menſæ eorum repletæ ſunt vomitu ſordium.* Et per hoc vitium peccat ex S.Anton.*part.2.tit.6.c.4.§.6.*qui comedit,ſicut porcus, ore inuncto manibus lutulentis, veſtibus deturpatis: communiter tamen non eſt peccatum mortale, etiamſi aliquis ſcienter, & abſque vlla vtilitate ſeſe ingurgitet vſque ad vomitum, vt etiam *ſuprà* diximus *diſp.28.num.12.* ex Caiet.Nauar.Tol. Reginal.contra Ang.& Syluest.qui affirmant,id eſſe mortale.Et negari non poteſt, quin etiam hoc ſit valdè probabile,non ſolùm propter periculum morbi, & ægritudinis, quæ ex tali ingurgitatione ſæpiùs repetita poteſt facilè contrahi; ſed etiam propter grauem turpitudinem,& grauem offenſionem aliorum,quæ ab illa vix videtur poſſe ſeparari: ſi tamen ingurgitatio verè ſeparetur à periculo ægritudinis, & à ſcandalo,aut offenſione aliorum, multò eſt probabilius,quòd ſolùm ſit peccatum veniale. Et ab hac etiam culpa veniali excuſaretur, qui non ex delectatione gulæ;ſed de conſilio Medicorum, multùm comederet ad vomitum prouocandum, & ſanandum per vomitum aliquem alium languorem, vt notat S.Anton. *§.6. cit.* & patet à fortiori ex dictis *ſuprà*,de ebrietate,*diſp.30.n.23.& 14.*

De aliis ſuperfluitatibus, quæ emittuntur per immunditiam, qualis eſt, v. g. emiſſio ſeminis, non eſt,quòd hoc loco agamus pluribus:ſatis enim patet ex dictis *ſuprà* de peccato luxuriæ, & certum eſt,quòd ſemper eſt peccatum mortale, quando eſt directè intenta, vt notat Angel. *verb.immunditia.*

DISPVT. XXXIV.

De iis,quæ pertinent ad inuidiam ſecundùm ſe.

1. *Inuidia quomodo deſcribatur.*
2. *Dolor,& triſtitia; delectatio, & gaudium; quo differant.*
3. *Nemeſis, quid propriè ſit, & quare in Scriptura prohibeatur.*
4. *Zelus, & æmulatio in quo conſiſtat, & quomodo ſit ſpecies inuidiæ.*
5. *Bonum alterius qua ratione ſit obiectum inuidiæ.*
6. *Diſplicentia boni alterius ex inuidia, & ex odio, quomodo differant.*
7. *Odium preſſè acceptum quando contingat.*
8. *Motiuum inuidiæ quomodo differat à motiuo ſuperbiæ.*
9. *In quibus maximè,& ad quos ſit inuidia.*
10. *Qui maxima, & feliciter gerunt, communiter ſunt inuidi.*
11. *Ambitioſi communiter ſunt inuidi.*
12. *Puſillanimes communiter ſunt inuidi.*
13. *Mulieres ſunt inuidæ.*
14. *Senes ſunt inuidi.*
15. *Quomodo inuidia dicatur eſſe inter æquales.*
16. *Quomodo is,qui inuidet,ſemper ſit minor.*

DE inuidia ex antiquis Philoſophis legi poteſt Ariſtoteles *lib.2.Rhetor.c.9.&* 10. & Plutarc. *in lib.de differentia inter odium, & inuidiam*, & ex Theologis S.Thom.2.2.*quæſt.36.& qu.10. de malo.* Alen.*part.2.qu.138.* S.Anton. *part.2.tit.8.* Caiet.2.2.*qu.36.cit.*Valen.2.2.*diſp.3.qu.13.* Azor. *par.1.lib.4.c.17.qu.4 & 5.*Reginald.*in praxi, lib.17.c.12.ſect.3.*Tol.*lib.8.cap.63.* Summiſtæ *verb.inuidia.* Nauar. *in Man.c.23.num.*118.& alij:& ex illis hæc poſſunt colligi.

Primò, inuidia, quæ ex M.Tullio *lib.3. Tuſcul.* dicitur à nimis videndo, aut tuendo fortunam alterius,rectè deſcribitur, eſſe *triſtitia, vel dolor inordinatus de alieno bono*, in quantum eſt diminutiuum excellentiæ propriæ. Ita Ariſtoteles, S.Thom. Caiet.& omnes communiter.Dicitur *triſtitia*: quia ex S.Damaſc.*lib.2.de fide,c.14.*& S.Gregor.Nicæn.*lib.4.c.12.*& apud S.Thom.1.2.*quæſt.35.art.8.* & apud 1. *Inuidia quomodo deſcribatur.*

Azor.

Azor.*part.*1.*lib.*3.*c.*13.*qu.*3. hæc ſe habet, vt genus, & inuidia eſt ſpecies quædam triſtitiæ. Dicitur, *vel dolor:* quia ex eod. S.Thom. *part.*2.*qu.*35.*cit.art.*2. triſtitia, & dolor pro eodem ſumuntur, quando referuntur ad animum, & ſolùm differunt, ſicut ſuperius, & inferius: quia diſplicentia, quæ cauſatur ex apprehenſione ſenſus exterioris, & per corpus, ſolùm dicitur dolor, non autem triſtitia; ſicut & complacentia ſolùm dicitur delectatio, non autem gaudium: quæ verò cauſatur ex apprehenſione interiori, ſiue intellectus, ſiue imaginationis, promiſcuè, & indiſtinctè, tam appellatur dolor, quàm triſtitia; ſicut & complacentia, tam appellatur delectatio, quàm gaudium; atque ita dolor, & delectatio latiùs patent, quàm triſtitia, & gaudium; & omnis triſtitia eſt dolor; & omne gaudium eſt delectatio; non autem è contrà, omnis dolor eſt triſtitia; neque omnis delectatio eſt gaudium: & cùm dicamur dolere, non ſolùm corpore, ſed etiam animo; triſtari tamen non dicimur, niſi animo, vt etiam notat Azor.*lib.*3. *cap.*13.*cit.quæſt.*1.& Suar.*in* 1.2.*tract.de paſſionibus, diſp.*1.*ſect.*7.*num.*7.

2. *Dolor, & triſtitia; delectatio, & gaudiũ; quo differant.*

Dicitur, *inordinatus*: quia hîc loquimur de inuidia, in quantum eſt vitium, aut peccatum, quomodo intrinſecè includit inordinationem, & poteſt quis ordinatè triſtari, aut dolere de bono alterius, abſque eo quòd incurrat crimen inuidiæ, vt mox explicabimus.

Dicitur denique, *de alieno bono*, in quantum eſt diminutiuum excellentiæ propriæ: quia hæc ſe habet in actu inuidiæ, tanquàm propria differentia ſpecifica, & propter hanc diſtinguitur ab aliis ſpeciebus triſtitiæ, vt patet ex S.Thom.1.2.*quæſt.*35. *cit.art.*8.*&* *quæſt.*84.*art.*4. *in fin.corp.* quamuis enim obiectum triſtitiæ in vniuerſum, ſit malum proprium ipſius triſtantis; fieri tamen poteſt, vt aliquando triſtitia etiam ſit de malo alieno, ſi apprehendatur, ac reputetur, vt proprium, vt contingit in affectu miſericordiæ; & præterea vt ſit de bono alieno, ſi apprehendatur, ac reputetur, vt malum proprium, vt contingit in affectu inuidiæ, & aliquibus aliis affectibus apud Ariſt.2.*Rhetor. cap.*9. & apud S.Thom.2.2.*quæſt.*36.*art.*2. nam, ſi doleas, aut triſteris de bono alterius, quia inde times tibi aliquod damnũ, vt, v.g. ſi inimicus tuus, vir alioqui iniuſtus, ac ferus, ſit euectus ad magnam dignitatẽ, aut officium; & de hoc ideò doleas, ac triſteris, quia maiorem habet poteſtatem nocendi tibi, vel tuis; & ſic apprehendas illius bonum, vt tibi malum; triſtitia hæc de bono alterius à te apprehenſo, ac reputato, vt malo proprio, non eſt inuidia, ſed timor; & poteſt etiam eſſe ſine peccato, ſi ſit rationabilis & ordinatus, vt notat S.Gregor. *lib.*22. *Mor. cap.*11.*in princip.*& ex illo S.Thom.2.2.*q.*36.*art.*2.*cit.* & hoc modo 1. *Machab.*2. Marathias, & alij ex Hebræis licitè potuerunt triſtari de proſperitate, & exaltatione Antiochi, eò quòd ipſos cogeret ad ſacrificandum idolis: & *Exodi* 15. populus Hebræorum licitè potuit gaudere de ſubmerſione Pharaonis, à quo timebat iterum duci in ſeruitutem: & ex hac lætitia cecinit Moyſes carmen Domino: *Cantemus Domino: glorioſè enim magnificatus eſt*, &c. Si verò doleas de bono alterius, quia putas illũ indignũ; & hoc ipſum reputas malum, quòd proſperentur indigni, ſimiliter non eſt inuidia; ſed nemeſis, vel indignatio: & ex Ariſtotele *cap.*9.*cit.* ſimiliter non eſt mala, ſed pertinet ad bonos mores, cùm iniuſtum ex ſe videatur, vt bona conferantur indignis; & ideò laudabile ſit, & honeſtum, ſi de hac iniuſtitia aliquis doleat. Verùm, quia temporalia bona, vt diuitiæ, & honores, de quibus ſolis locutus eſt Ariſtoteles, cùm ſola poſſint haberi à dignis, & ab indignis, ſecundùm doctrinam fidei ex iuſta Dei ordinatione, & à Deo ipſo rectè tribuuntur indignis, quia diſponuntur, vel ad eorum correctionem, vel ad condemnationem; & rectè negantur viris probis ac dignis, quia reuerà ſunt quaſi nihil in comparatione ad bona futura, quæ illis ſeruantur; ideò ſimpliciter huiuſmodi nemeſis, aut triſtitia in ſacris Literis non laudatur, ſed contrà abſolutè prohibetur Pſal.36. *Noli æmulari in malignantibus, neque zelaueris facientes iniquitatem.* & Pſal.72. *Mei autem penè moti ſunt pedes, penè effuſi ſunt greſſus mei.* quia zelaui ſuper iniquos pacem peccatorum videns, & ſæpè alibi, vt notat S.Thom.2.2.*quæſt.*36.*art.*2.*cit.* & fusè explicat Caiet.*ibidem*, qui dictum Ariſtotelis, quòd nemeſis ſit laudabilis, & pertineat ad bonos mores, ſolùm approbat præſcindendo ab ordinatione, & diſpoſitione diuina, & conſiderando iuſtitiam rei ſecundùm ſe: nam, ſicut monſtra rectè dicuntur eſſe iniuſta ſecundùm quandam iniuſtitiã naturalem; quia ſecundùm naturam iuſtum non eſt, vt leo, v.g. naſcatur cum facie hominis, & hæc reperiatur in corpore leonis; ita & dicitur eſſe iniuſtum, quantùm eſt ex ſe, vt bona temporalia dentur indignis: & quemadmodum, ſtante Dei ordinatione, nulla eſt iniuſtitia, vt naſcantur monſtra, & leo naſcatur cum facie hominis; ita nec vt indigni habeant in hac vita bona temporalia.

3. *Nemeſis quid propriè ſit, & quare in Scriptura prohibeatur.*

Similiter, ſi doleas de bono alterius, quia tu ipſe non habes bonum, quod vides haberi ab alio, & hoc apprehendis, vt malum proprium, quòd ille in bono habendo ſit ſine te, neque tu ſis illi ſocius; zelus eſt, & æmulatio, non autem inuidia propriè dicta ex Ariſtotele 2.*Rhetor.cap.*11.& S.Thom.2.2.*quæſt.*36. *art.*2.*cit.* & eſt laudabilis, ſi ſit de bonis honeſtis, iuxta illud 1. Corint. 12. *Æmulamini chariſmata meliora.* & cap.14. *Æmulamini ſpiritualia.* & 2.Corinth. *Æmulor enim vos Dei æmulatione.* Si verò ſit de bonis temporalibus, poteſt aliquando eſſe laudabilis, vt, ſi quis doleat, quòd alius habeat bona, quibus ipſe indebitè caret, & quæ honeſtè appetere, & procurare poteſt: & aliquando poteſt non eſſe laudabilis; vt, ſi ruſticus, v.g. doleat, quòd non habeat Regis diuitias, vel inſignia Doctoratus: & hoc ſolùm eſt, quod aſſerit S.Thom.2.2.*quæſt.*36.*art.*2.*cit.* quando ait, quòd zelus, ſi ſit de bonis temporalibus, poteſt eſſe cum peccato, & ſine peccato, prout, ſcilicet, huiuſmodi bona appetuntur, vel non appetuntur ex præſcripto rationis, vt benè explicat Caiet. *ibidem*, §.*Ad hoc dicitur.* Appellatur tamen aliquando etiam hic zelus, quando eſt laudabilis, appellatione inuidiæ, vt patet ex S.Hieronym. in epiſt.ad Lætam, de inſtitutione filiæ: *Habeat ſocias, cum quibus diſcat, quibus inuideat, quarum laudibus mordeatur.* Et contra etiam inuidia propriè dicta, & vitioſa appellatur nomine zeli æmulationis, vt patet 1.Corint.13. *Charitas non æmulatur.*

4. *Zelus, & æmulatio in quo conſiſtat, & quo modo ſit ſpecies inuidiæ.*

Denique, ſi doleas, quia alter tibi æqualis, vel ſimilis in excellentia, vel ſaltem non multùm inæqualis, ita creſcit in bono, vt incipiat tibi comparari, iam non vt æqualis, ſed vt multùm ſuperior; & ipſum incrementum excellentiæ illius apprehendis, vt tibi malum, in quantum fundat comparationem longè aliam ad tuam excellentiam, quàm fundaret priùs; verè, & propriè eſt inuidia; & inuidus ex eo dicitur, quia eſt quaſi non videns, in quantum, ſcilicet, bona alterius videre non poteſt ſine triſtitia, vt benè explicat S. Anton. *par.* 2. *tit.* 8. *cap.*1.*ante* §.1.

Et in hoc multùm differt obiectum inuidiæ ab obiecto timoris, ſi etiam timor includat triſtitiam 5.

Bonum alterius qua ratione ſit obiectum inuidiæ.

de bono alterius; & aliqois ideò doleat de aliena excellentia, quia timet ſibi aliquod damnum in excellentia propria: vt eoim benè explicat Caiet. 2.2. *qu.36.art.1.§. Ad primum autem argumentum.* dupliciter poteſt contingete, quòd bonum alterius ſit impeditiuum, vel diminutiuum excellentiæ propriæ: primò, quia ſit factiuum alicuius diminutionis, vtputà, ſi ex eo, quòd ille benè habeat, & ſit, v.g. in tali officio, vel dignitate, debeat mihi efficacius damnum inferre in fama, vel in honore, vel me impedite à conſecutione altetius boni, & hoc modo eſt obiectum timoris. Deinde, quia ipſummet bonum alterius, co ipſo, quòd ſit maius, & eſt hominis alioqui mihi æqualis, & ſimilis, eſt aliquo modo diminutio meæ excellentiæ, etiamſi nihil aliud à ſe diſtinctum efficiat, per qood illam diminuat; & hoc modo eſt obiectum inuidiæ, quæ per ſe illud reſpicit, in quantum eſt hominis alioqui æqualis, & ſimilis, & fundat in illo diuerſam comparabilitatem, quàm anteà ad me fundatet.

6. *Diſplicentia boni alterius ex inuidia, & ex odio, quomodo differant.*

Et ſimiliter multùm differt obiectum iouidiæ, ab obiecto odij, vt benè explicat Azor. *lib.4.c.7.qu.1.§. Sunt & alia peccata.* quanuis enim in omni peccato, quod eſt circa malum altetius, ioſit odium geoeraliter acceptum, quatenus dicit voluntatem quancunque mali alieni; odium tamen preſſè acceptum, & quatenus eſt ſpeciale peccatum contra charitatem, tunc ſolùm eſt, quando volumus alteri malum ex diſplicentia ipſius perſooæ, & vt malum illius eſt; id eſt, quia ipſam perſonam dignam putamus, cui per ſe, & ratione ſui malum velimus, & inferamus; noo autem, quia illud malum ſit nobis bonum, vt contiogit, v.g. in peccato furti, aut homicidij, per qood alteri volumus ablarionem pecuniæ, aut vitæ, quia pecunia eſt nobis vtilis, & ablatio vitæ ex ira habet rationem iuſti vindicatiui; non aotem, quia perſona, cui furamur, vel quam occidimus, per ſe ipſa nobis diſpliceat. Vode eadem ratiooe, quia diſplicentia de bono alterius, in quantum eſt diminutiuum excellentiæ proptiæ, in quo propriè conſiſtit inuidia, non eſt formaliter ex diſplicentia perſonæ, cui inuidemus, ſed ex complacentia excellentiæ propriæ; omniò diſtinguitur peccatum inuidiæ à peccato odij, & obiectum illius rectè dicitur eſſe bonum alterius, in quantum eſt diminutiuum excelleotiæ propriæ; obiectum verò huius eſſe bonum alterius, in quantum eſt bonum illius.

7. *Odium preſsè acceptum quando contingat.*

8. *Motiuum inuidiæ quomodo differat à motiuo ſuperbiæ.*

Neque ex eo, quòd actus inoidiæ oriatur ex affectu excellentiæ propriæ, ſequitur, quòd pertineat ad ſupetbiam, vel inanem gloriam, ad quam pertioet appetitus excellentiæ; & quòd inuidia noo ſit vitium capitale diſtinctum. Nam, vt notat Alen. *part.2. quæſt.138. memb.6.§.3.* motioum ſuperbiæ eſt excellentia ptopria, quaſi abſolutè conſiderata; & ſuperbo ſatis eſt, ſi ipſe excellat ſupra id, quod meretur, ſiue prætereà excellant etiam alij, ſiue non; & ideò ſuperbia nihil curat de tollenda, aut minuenda excellentia alterius, neque de illa dolet, aut triſtatur: at verò motiuum inuidiæ eſt excellentia proptia, quaſi comparatiuè, & relatè conſidetata ad excellentiam alterius; id eſt, vt ſingularitet ſupra illam ſe habens, vel quatenus intendit, vt ſit ſingularis, & ſine ſocia, & ideò triſtatur de excellentia aliena, eámque cupit, vel omninò tolli, vel minui, ne in iouido impediat ſingularitatem; quod ſine dubio eſt quid diuetſum, & fundat diuetſam deotdinationem, & malitiam: & vt patet ex S.Greg. *lib.31.Moral.c.31.* & S.Thom. 2.2.*qu.36.cit.art.4.ad 1. Capitalia vitia tanta ſibi coniunctione iunguntur, vt vnum non niſi de altero proferatur; & ideò mirum non eſt, ſi inanis gloria, quæ eſt prima ſuperbiæ ſoboles, inuidiam gignat; & dum quis vani nominis potentiam appetit, ne vllus aliut eam valeat adipiſci, tabeſcat.* Quia ergo hoc ipſum, quod eſt tabeſcere de bono alterius, quod reputatur vt malum proprium, & diminutio proprij boni, habet ſpecialem deformitatem ſupra hoc, quod eſt inotdinatè appetere excellentiam propriam quomodocunque, rectè inuidia ponitur, vt peccatum diſtinctum à peccato ſuperbiæ, & vanæ gloriæ: & quia plura alia vitia ex ipſa gignuntur, rectè aſſignatut, vt vitium capitale; non obſtaote, quòd etiam ipſa originem habeat ex vaoa glotia, cùm de ratiooe vitij capitalis ſolùm ſit, eſſe caput aliorum, non autem non habere aliquod aliud vitium, taoquàm caput, vt notat S. Thom. *loco cit.* & pluribus explicabimus *infrà.*

Ex his, quæ diximus de obiecto inuidiæ, facilè intelligitur, in quibus, & ad quos, & quibus de rebus ſit ptopriè inuidia: ſi eoim eſſentialitet eſt de booo alterius, in quantum apptehenditur, vt diminutiuum boni proprij, in iis tantùmodo eſſe poteſt, qui intendunt ſe æquare ſuperioribus, vel ptæferre æqualibus, & non permittere, vt ipſis æquentur inferiores; & ad eos tãtummodo eſt, quibus intendũt ſe æquare, aut præferre, vt patet ex Ariſtotele 2. *Rhetor.c.10.cit.* S.Thom. 2.2.*qu.36.art.1.ad 2.& 3.* & S.Anton. *part.2.tit.8.c.1.§.2.* & aliis: hoc enim cauſæ eſt, quare ad eos, qui ante mille aonos fuerunt, vel qui longiſſimè babitant, v.g. apud columnas Herculis, nullus inuidiam habeat, quia, ſcilicet, nullus curat, aut intendit, ſe illis æquate, aut præferre; & ideò eorum bonum nullus reputat, vt diminutiuum boni proptij. Et idem eſt de iis, à quibus aliquis ſuo, vel aliorum iudicio multùm deficit, & quos ea de canſa diffidit æquare, & de iis, quos multùm excedit, & à quibus non timet æquari: ſic eoim ruſticus, v.g. non inuidet fortunæ Regis; neque puer fortitudioi militis; aut rudis ſapientiæ hominis doctiſſimi; quia non ſpetat poſſe ſe illius diuitias aut fortitudinem, aut ſapientiam æquare; & ideò exceſſum, quem in illis agnoſcit, non reputat vt ſuam diminutionem, aut malum: & ſimiliter Rex non inuidet fortunæ ruſtici, aut miles fortitudini pueri, aut vit doctiſſimus ſapientiæ hominis rudis; quia ſimiliter non timet ſe ab illis poſſe æquari, & illorum qualecunque incremeotum nullo modo reputat, vt decrementum proptiæ ſuperioritatis, & eminentiæ. 9. *In quibus maximè, & ad quos ſit inuidia.*

Et contrà, hoc cauſæ eſt, quare inter eos inuidia facilè ſit, qui ſuo, vel aliotum iodicio ſunt iotet ſe æquales & proximi, vel ſaltem oon multùm diſtantes tempore, loco, ætate, fortunis, gloria: id enim accidit, quia facilè poſſunt cupere, vt præferantut æqualibus, aut æquentur maioribus; & facilè poſſunt timere, ne etiam ipſi æquentur ab inferioribus; & ideò illotum maioritatem, aut æqualitatem facilè reputant, vt ſibi malam, & de illa triſtantur. Atque hinc ortum eſt dictum illud apud Ariſtotelem 2. *Rhetor. cap.10. cit.* quòd ptopioquitas ſoleat inuidete: & illud: *Figulus figulo inuidet, fabérque fabro.* Et vniuerſaliter, quòd inuidia ſit cum aduetſariis, & riualibus, qui eadem cupiunt, & contendunt: hi enim ſemper exiſtimant, quaſi ſua, ſibique auferri, quæ habentur ab aliis. Neque contra hoc facit, quòd ſimilitudo, & æqualitas potiùs ſoleant conciliare amorem, & per conſequens delectationem, & gaudium de bono alterius; oon autem rtiſtitiam, & dolotem, qualis eſt iouidia: nam, vt patet ex S.Thom. 2.2.*quæſt.36.art.2.ad 2.* tunc ſolùm ſimilitudo & æqualitas cauſat delectationẽ, & gau

Digitized by Google

& gaudium, quando concordat voluntati alterios; quod tamen noo accidit, quando booum vnius ab altero apprehenditur, vt diminutio proprij boni.

10. *Qui maxima, & feliciter gerunt, cõmuniter ſunt inuidi.*

Et ſimiliter ex hoc ipſo motiuo inuidiæ efficitur, vt facilè inuideant, qui maxima, & feliciter gerunt; & quibus parum deeſt, ne omnia teneant: putant enim ſimiliter quaſi ſuum, ſibique auferri, quicquid vident haberi ab aliis, cùm ſibi putent deberi omnia, ſéque omnia debere tenere. Et idem eſt de iis, qui multùm in re aliqua honorãtur, v.g. in ſapientia, aut felicitate, & qui ſunt ambitioſi, & vni-

11. *Ambitioſi cõmuniter ſunt inuidi.*

uerſaliter, qui ex re aliqua gloriam quærunt: qoia enim excellentia ac bonum ſuum in hoc maximè ponont, vt in re illa ſint ſingulares, & ſoli, facilè dolent, ſi quos viderint quaſi propiùs ad ſe accedere, & gloriam illam ſingularitatis ſibi minuere, aut planè tollere. Et idem eſt etiam de iis, qui ſunt puſillanimi, vt ſubdit Ariſtoteles *ibidem:* quia eoim ex

12. *Puſillanimi communiter ſunt inuidi.*

animi puſillitate omnia ipſis videntur magna, facilè euenit, vt quolibet bono alterius putent notabiliter minui bonum proprium; & ideò de illo doleant, & triſtentur; quod eſt inoidiæ. Atque hoc eſt, quod de paruulo, id eſt, de puſillanimi, dicitur apud

13. *Mulieres ſunt inuida.*

Iob cap. 5. *Paruulum occidit inuidia.* vt etiam notat S.Thom. 2.2. *quæſt.* 36. *art.* 1. *ad* 3. & S.Anton. *par.* 2. *tit.* 8. *cap.* 1. §. 2. Vbi etiam addit, ex hac puſillanimitate prouenire, vt mulieres communiter ſint inui-

14. *Senes ſunt inuidi.*

dæ: ſimiliter enim omnia reputant eſſe magna; & quicquid boni alteri accidat, putant ſe in magno eſſe ſuperatas, ſiue ſit pulchritudo, ſiue ornatus, ſiue fœcunditas, vt patet *Gen.* 30. de Rachele, quæ inuidit ſorori Liæ propter fœcunditatem. Et ad idem facit etiam, quòd ſenes communiter inuideant iuuenibus; & qui difficilè aliquid obtinuerunt, inuideant iis, qui illud idem poſteà obtinuerunt citò, & facilè; & qui priùs aliquid poſſederunt, inuideant iis, qui poſteà poſſident, vt ſubdit Ariſtoteles *lib.* 2. *Rhetor. cap.* 10. *cit.* & S.Thom. 2.2. *quæſt.* 36. *art.* 1. *ad* 4 hæc enim omnia ex eo eueniunt, quia bona aliorum exiſtimantur vt ipſis mala, cùm iis careant, & non niſi ab ipſis ad alios tranſierint; & etiam ipſi, in ſua ſaltem exiſtimatione, fiot illis ſimiles, & æquales, vel ſaltem non multùm diſtantes, quoad facultatem habendi illa eadem bona, vt notat Caiet. 2.2. *q.* 36. *art.* 1. *cit. in fine.*

15. *Quomodo inuidia dicatur eſſe inter æquales.*

Quòd ſi dicas, ex his ſequi, quòd inuidia non ſolùm poſſit eſſe ad æquales, quorum incrementum reputamus nobis vt decrementum: ſed etiam poſſit haberi ad maiores, quorum maioritatem ſimiliter apprehendimus nobis vt malam, dum cupimus eius loco æqualitatem; & denique poſſit haberi etiam ad minores, quos contrà timemus, ne fiant nobis æquales; quod tamen eſt contra Ariſtotelem, qui 2. *Rhetor. cap.* 9. inuidiam definit, quòd *ſit dolor perturbans propter res ſecundas ipſius æqualis, & ſimilis; non, quia timeatur, ne aliquod aliud ab illo accidat; ſed, propter ipſum proximũ æqualiter omnibus ineſſe,* id eſt, vt ipſa proximitas, & æqualitas ſeruetur & æqualiter inſit; non autem tollatur per hoc, quòd alter in bono excedat, & fiat maior. Et *cap.* 10. ſubdit, inuidiam eſſe ad eos, qui ſunt proximi tempore, loco, ætate, gloria; & ideò dictum eſſe, qoòd proximitas inuidere ſoleat, & neminem eſſe, qui illis inuideant, qui ante mille aunos fuerũt, vel qui apud columnas Herculis habitant. Reſpondeo, per æquales, ad quos tantùm dicitur eſſe inuidia, non eos intelligi, qui nullo modo ſe excedunt in bono, vel nullo modo à ſe deficiunt, & perfectè, & omninò inter ſe æquantur; ſed latiùs illi omoes intelliguntur, qui nõ multùm à ſe diſtant, vt patet ex S.Thom. 2.2. *quæſt.* 36. *art.* 1. *ad* 2. & 3. Vode etiam Ariſtoteles *c.* 9. & 10. *cit.* pro eodẽ ſomit, quòd inuidia ſit ad æquales, & ſimiles, & quòd ſit ad proximos, vel propinquos; & ſolùm excludit eos, qui fuerunt, v.g. ante mille annos, & notabiliter diſtant tempore, neque poſſunt dici proximi tempore; & eos, qui habitant apud colomnas Herculis, & notabiliter diſtant loco, neque poſſunt dici proximi loco. Quare, quando dicimus, poſſe aliquem inuidere ſuperiori, dum cupit eſſe illi æqualis; & præterea poſſe inuidere inferiori, dum cupit eum ſibi non fieri æqualem; non loquimor de illo ſuperiore, aut inferiore, qui multùm diſtet, vel multùm deficiat; ſed de illo, qui parũ; & ideò poſſit dici eſſe proximus, aut propinquus, & largo modo etiã æqualis, & ſimilis, & hoc modo etiã ſenes poſſunt dici æquales iuuenibus, dum illis inuidẽt, & in ſua ſaltem exiſtimatione æqualiter poſſunt res, & negotia benè adminiſtrare, atque illi, vt *paulò antè* indicauimus ex Caiet. & ſimiliter de hoc ſuperiore, & inferiore debet intelligi etiam S.Auguſt. *lib.* 11. *ſuper Gen. ad literam*, *cap.* 14. & apud Valen. 2.2. *diſp.* 3. *quæſt.* 13. *puncto* 1. vbi ait, quòd *amando quiſque excellentiam ſuam, vel paribus inuidet, quòd ei coæquentur; vel inferioribus, ne ei coæquentur; vel ſuperioribus, quòd eis non coæquentur.* Solùm eoim id verum eſt de iis ioferioribus, & ſuperioribus, quibus, & cum quibus poteſt contingere, & ſperari coæquatio, & per conſequens, qui non multùm deficiunt, aot excedont; & ideò poſſunt dici proximi & propinqui, vel etiam ſimiles, & æquales modo explicato.

Neque facit contra hoc illud S.Greg. *lib.* 5. *Moral. cap.* 33. *poſt med.* & apud S.Thom. 2.2. *quæſt.* 36. 16. *Quomodo is, qui inuidet, ſemper ſit minor.*
art. 1. *ad* 3. quòd *inuidere non poſſumus, niſi iis, quos nobis meliores putamus. Vnde & dicitur apud Iob c.* 5. *quòd paruulum occidit inuidia: quia reuerà paruulus eſt, qui liuore occiditur; & ipſe ſibi teſtimonium perhibet, quòd eo ſit minor, cuius inuidia torquetur.* Quanuis enim is, qui inuidet, ſecundùm vnam rationem ſit æqualis, imò & maior illo, cui inuidet; adhoc tamen, in quantum inuidet, conuincitur eſſe paruulus reſpectu illius, cui inuidet, ſibique per hoc ipſum, quod inuidet, teſtimonium perhibet, quòd illo ſit minor, vt benè explicat Alen. *par.* 2. *quæſt.* 138. *memb.* 7. §. 4. & *memb.* 8. ſiquidem æquali io tantum inuidet, in quantum aduertit, eum creſcere, & fieri maiorem; cùm tamen ipſe remaneat minor, & non creſcat; & ſimiliter inferiori in tantum inuidet, in quantum aduertit eum creſcere, & fieri æqualem, cùm tamen ipſe non creſcat, & per hoc, quòd deſinat eſſe ſuperior, teſtimoniom perhibeat, quòd ſit minor, cùm non poſſit io bono creſcere, ſicut ille, ſuámque proportionem maioris æqualitatis ad illum ſeruare.

DISPVT. XXXV.

De grauitate, & leuitate peccati inuidiæ.

1. *Actus inuidiæ eſt intrinſecè malus.*
2. *Inuidia quomodo dicatur eſſe contra charitatem*
3. *Inuidia quomodo dicatur eſſe contra miſericordiam.*
4. *Inuidia ex ſuo genere eſt peccatum mortale.*
5. *Non omne, quod contrariatur actus charitatis, eſt peccatum mortale.*
6. *Inuidia poteſt eſſe venialis ex imperfectione actus.*
7. *Inuidia poteſt eſſe paſſio appetitus ſenſitiui.*

Digitized by Google

8. *Inuidia eſt leuius peccatum, quàm odium; & grauius, quàm ira.*
9. *Inuidia maximè torquet ipſum inuidum.*
10. *Peccatum inuidia poteſt eſſe in Spiritum ſanctum.*
11. *Inuidia in homine eſt aliquo modo grauior, quàm in Dæmone.*
12. *Triſtitia de bono alterius ex timore, quomodo ſit mala.*
13. *Indignatio, & nemeſis non eſt mala.*
14. *Æmulatio & zelus, quomodo ſit bonus, aut malus.*

1. *Actus inuidiæ eſt intrinſecè malus.* ACTVM inuidiæ propriè dictæ ex ſe eſſe malum, diſertè aſſerit Ariſtoteles *lib. 2. Rhetor. c. 11. initio*, vbi ait, inuidiam eſſe quid improbum, & improborum: ſicut enim probi hominis eſt, & probum quid, vel laudabile, ſi triſtetur, & doleat, quòd bona, & bonotabilia, quæ aliis videt adeſſe, ſibi non adſint, cùm tamen ipſe quoque poſſit illa habere; & ideò ſeſe excitet, & præparet ad illa habenda, & aſſequenda: ita & eſt improbi, & quid improbum, ſi quis præcisè doleat, & triſtetur, quia bona aliis adſunt; & ideò excitetur, & moueatur, vt illa impediat. Et, vt habet S. Thom. 2. 2. *qu. 36. art. 2. in fin. corp.* hoc reuerà nihil eſt aliud, quàm dolere de illo, de quo eſt gaudendum; id eſt, dolere de bono proximi. Nam, vt ſubdit *art.* 3. & benè ibi explicat Caiet. §. *Ad 2. dicitur.* quemadmodum charitas erga proximum ex ſe fertur ad bonum illius per motum amoris, quando tale bonum repræſentatur quaſi abſolutè, & ſecundùm ſe; & per motum deſiderij, quando repræſentatur, vt abſens; & per motum gaudij, quando repræſentatur, vt præſens: ita & eſt vitium charitati contrarium, ſi feratur in bonum proximi per motum contrarium, id eſt, per motum odij, quando repræſentatur abſolutè, & ſecundùm ſe; & per motum fugæ, quando repræſentatur, vt abſens; & per motum triſtitiæ, & doloris, quando repræſentatur, vt præſens. Et quia hic motus poſtremus, eſt proprius motus inuidiæ; ideò dicitur eſſe malus, & eſſe oppoſitus gaudio charitatis circa bonum proximi: ſicut & motus acediæ eſt eidem oppoſitus circa bonum diuinum, vt habet idem S. Thom. 2. 2. *quaſt. 35. initio, & quaſt. 36. art. 4. in corp.* Verùm id eſt ſolùm intelligendum de oppoſitione ſecundùm actũ materialem, id eſt, ſecundùm actum triſtitiæ, qui materialiter eſt oppoſitus actui gaudij, quando vterque eſt circa bonum proximi; non autem de oppoſitione ſecundùm actum formalem, qui in charitate attenditur ex dignitate, vel amabilitate ipſius perſonæ, de cuius bono eſt gaudium; & in inuidia, ex hoc, quòd bonum perſonæ, ad quam iſta inuidia, ſit diminutiuum excellentiæ propriæ, vt notat Alen. *part. 2. quaſt. 138. memb.* 8. & explicauimus *ſuprà diſp. 34. præcedente, num.* 6. Et eadem ratione eſt intelligendum id, quod aſſerit idem S. Thom. 2. 2. *qu. 36 art. 3. cit. ad* 3. ex Ariſtotele *lib. 2. Rhetor. cap.* 9. quòd inuidia etiam contrarietur miſericordiæ ſecundùm contrarietatem principalis obiecti, non autem ſecundùm contrarietatem ipſius actus: quia enim actus vtriuſque eſt triſtitia, ſed obiectum inuidiæ eſt bonum, & obiectum miſericordiæ eſt malum, & illa triſtatur de bono, & hæc de malo; rectè dicuntur contrariari ſecundùm contrarietatem obiecti principalis, non autem ſecundùm contrarietatem ipſius actus, quaſi per ſe: & quamuis hæc etiam contrarietas ſit ſolùm materialis, & ex obiectis materialibus; quia tamen eſt vera incompoſſibilitas phyſica, & qui per actum miſericordiæ triſtatur de malo alterius, illúdque reputat quaſi ſuum, impoſſibile eſt, vt per actũ inuidiæ ſimul doleat de bono illius, rectè dicitur abſolutè, & ſimpliciter, quòd vitium inuidiæ contrariatur virtuti miſericordiæ, illámque deſtruit; ſicut & contrariatur virtuti charitatis, eámque deſtruit, in quantum eſt impoſſibile, vt qui per actum charitatis gaudet de bono alicuius, ſimul triſtetur per actum inuidiæ de bono eiuſdem: vt enim patet ex dictis *ſuprà* de contrarietate virtutis, & vitij in vniuerſum, *lib.* 1. *diſp.* 3. præſertim *num.* 7. quemadmodum in actibus, vel habitibus intellectus ex S. Thom. 1. 2. *quaſt.* 67. *art.* 3. oppoſitio, & contrarietas aliquando prouenit ex parte obiecti materialis, vt in habitu ſcientiæ, & erroris, quorum ille dicit rem eſſe, & hic dicit non eſſe; & aliquando ex parte medij, vt in habitu ſcientiæ, & opinionis, quorum ille ex vi medij neceſſarij, dicit rem non poſſe non eſſe; & hic ex vi medij probabilis dicit, rem poſſe non eſſe; & denique aliquando ex parte ſubiecti, vt in habitu ſcientiæ, & fidei, quorum ille ſubiecto tribuit euidentiam, & hic obſcuritatem: ita & in actibus, vel habitibus voluntatis, oppoſitio, & contrarietas aliquando prouenit ex actu materiali, vt quando vnus inclinat ad actum gaudij, & alius ad actum triſtitiæ circa idem obiectum, vt contingit in caſu præſenti de charitate, quæ gaudet de bono alterius, & de inuidia, quæ de eodem triſtatur; & aliquando prouenit ex parte obiecti, vt in alio caſu de miſericordia, & inuidia, quarum illa triſtatur de malo alterius, & hæc triſtatur de bono; & aliquando prouenit ex aliquo alio capite, & ſemper eſt ſufficiens, vt abſolutè & ſimpliciter vnus habitus, vel actus dicatur contrarius alteri; & vnus ex hoc ipſo probetur eſſe malus, quia alter, cui contrariatur, eſt bonus.

2. *Inuidia quomodo dicatur contra charitatem.*

3. *Inuidia quo modo dicatur eſſe contra miſericordiã.*

Atque hæc ratio, quæ deſumitur ex contrarietate ad charitatem, non ſolùm probat, quòd actus inuidiæ ſit ex ſe malus, & peccatum; ſed etiam, quòd ſit malus mortaliter, quantùm eſt ex proprio genere, vt docet S. Thom. 2. 2. *quaſt.* 36. *art.* 3. Alen. *part.* 2. *qu.* 138. *art.* 8. Nau. *in Man. c.* 23. *num.* 118. Azor. *part.* 1. *lib.* 4. *c.* 17. *qu.* 4. & omnes communiter: quia enim vita animæ ſpiritualiter eſt per charitatem, vt patet ex 1. Ioan. c. 3. *Tranſlati ſumus de morte ad vitam, quoniam diligimus fratres.* hoc ipſo, quòd actus, & motus inuidiæ, aut alterius cuiuſcunque habitus mali, & vitioſi contrariatur actui charitatis, eámque deſtruit, etiã contrariatur vitæ ſpirituali; & per conſequens hoc ipſo conuincitur, quòd ſit malus mortaliter: & hoc modo *Prou.* 14. de inuidia dicitur, quòd ſit putredo oſſium, id eſt, virtutum, quæ ſpiritualiter intelliguntur per oſſa, vt notat Alen. *part.* 2. *qu.* 138 *m.* 3. Et apud Iob, c. 5. de inuidia dicitur, quòd occidat paruulum, id eſt, ipſum inuidum, qui ex hoc ipſo, quòd inuidet, oſtendit ſe eſſe paruulum, & minorem illo, cui inuidet, vt *ſuprà* explicauimus *diſp. præcedente, num.* 13. ex S. Thom. 2. 2. *qu.* 36. *art.* 1. & hunc rectè dicitur inuidia occidere, in quantum ab illo tollit charitatem, quæ eſt vita ſpiritualis. Et S. Paulus *ad Gal.* 5. inuidiam numerat inter opera carnis: *Ira, rixa, diſſenſiones, ſecta, inuidia, homicidia,* &c. De quibus omnibus ſtatim ſubdit, quòd excludant à regno Dei: *Quæ prædico vobis, ſicut prædixi: quoniam, qui talia agunt, regnum Dei non conſequentur.* Neque valet, ſi dicas, ex eo, quòd aliquid contrarietur alicui actui charitatis, non rectè inferri, quòd ſit peccatum mortale: ſiquidem fieri poteſt, vt ille actus charitatis non ſit in præcepto: vt, ſi quis, v. g. per actum aliquem poſitiuum directè nolit huic pauperi non extremè egenti dare eleemoſynam; vel hunc inimicum,

4. *Inuidia, ex ſuo genere eſt peccatum mortale.*

5. *Non omne, quod contrariatur actui charitatis, eſt peccatum mortale.*

Digitized by Google

micum, quem etiam videt eſſe leproſum, exoſculari;etſi clarè aduertat, quòd tam eleemoſyna, quàm oſculum,eſſent actus charitatis. Nam contrà eſt ex Caiet. 2.2 *quaſt*.36. *art*.3. *cit*. §. *Ad* 2.*dicitur*. quia aliud eſt loqui de actibus extetiotibus,aut ſecundariis charitatis, quales ſunt, v.g. dare eleemoſynam, aut oxhibete ſigna aliqua exteriora beneuolentiæ, & amoris ; & aliud loqoi de actibos interioribus, & primariis, qualis eſt ipſa interna dilectio proximi,vel ipſe internus actus,aut motus proſecutionis circa bonum illius : actus enim exteriores, & ſecundarij ſæpè non ſunt in præcepto,vt benè dicitur in argumento,& ideò poſſunt licitè omitti ſine vllo peccato, etiam ex directa & formali intentione omittendi : at verò actus interiores primarij ſemper ſunt in præcepto, ſaltem quoad ſpecificationem,ſi non quoad exercitium;& ſemper ex ſuppoſitione, ſaltem quòd occurrat operandum circa bonum proximi, & velit quis circa illud operari, omninò tenetur operari tali ſpecie operationis ; neque poteſt operari operatione contraria, id eſt, omninò tenetur operari per actum proſecutionis; non autem poteſt operari per actum fugæ : & ſi operetur per actum fugæ, peccat mortaliter ; quia operatur contra obligationem, & debitum ex charitate. Quare in caſu noſtro,quemadmodum licitè, & ſine vllo peccato poteſt quis in multis caſibus,& ſæpiſſimè,habere ſe negatiuè circa bonum proximi abſolutè repræſentatum ; & ſi proximum neque amet poſitiuè, neque odio proſequatur, non propterea eſt dicendus peccare ; & tamen ſi poſitiuè proximum odiat, omninò peccat ; quia ex ſuppoſitione, quòd velit operari circa bonum proximi, tenetur operari per actum proſecutionis, & amoris; non autem per actum fugæ, & odij : ita & poteſt quis ſine vllo peccato habere ſe negatiuè circa bonum proximi præſens ; & ſi de illo,neque gaudeat, neque doleat,non proptereà peccat;& tamen,ſi poſitiuè doleat,omninò peccat : qoia ex ſuppoſitione, quòd operetur,tenetur operari per actũ proſecutionis,id eſt,gaudij;non autem per actum fugæ, id eſt, triſtitiæ : & ſi hæc triſtitia ſit formaliter ex motiuo inuidiæ,formaliter peccat peccato inuidiæ, & hoc peccatum rectè probatur eſſe mortale, qoia materialiter eſt motus contrarius motui charitatis,& eſt contrarius charitati,vt iam explicauimus.

6. *Inuidia poteſt eſſe venialis ex imperfectione actus.*

Recte tamen addit S.Thom. *art*.3.*cit*. & Naoar. *c*.23.*n*.118.*cit*. & Tol. *lib*.8.*cap*.56. & omnes communiter, quòd poteſt etiam peccatum inuidiæ eſſe veniale ex imperfectione actus;ſicut & poſſunt alia peccata, quæ dicuntur mortalia ex ſuo genere: ſicut enim peccatum adulterij, v.g.ſi non pertingat ad conſenſum rationis,ex quo habet ſuam coꝛſummationem, & perfectionem, in quantum eſt actus humanus ; ſed ſiſtat in ſula inchoatione per actum, ſiue motum concupiſcentiæ, & appetitus inferioris,non eſt mortale, ſed ſolùm veniale, vt expreſsè habet idem S. Thom. 1.2. *quaſt*.72.*art*.5. *ad* 1.& 2.2.*quaſt*.35. *art*.3. *in corp*. & *quaſt*. 36. *art*.3. *cit*. & idem eſt de peccato homicidij *ex ead.quaſt*.36.*art*. 3.ſi ſolùm ſiſtat in primo motu, & actu iræ, qui eſt prima illius inchoatio,non autem pertingat ad conſenſum rationis, qui eſt perfectio,& conſummatio: ita & peccatum inuidiæ poteſt contingere, vt ſolùm ſit veniale ex imperfectione actus, ſi ſolùm ſiſtat in primo aliquo motu concupiſcentiæ,& paſſionis ; non aotem pertingat ad perfectum conſenſum rationis : quia enim eſt eſſentialiter triſtitia, omninò vel eſt paſſio, vel non eſt ſine paſſione, vt patet ex eod. S.Thom. *quaſt*.36.*art*.3.*cit*.*ad* 1. &, vt habet Ariſtoteles 1. *de anima, text*.64. quemadmodum texere, & ædificare non ſunt operationes ſolius animæ, ſed hominis habentis animam ; neque anima dicitur texere, aut ædificare, ſed homo per animam ; & tales operationes neceſſariò dicunt aliquid etiam ex parte corporis;ita & triſtari, & gaudere,& iraſci,& huiuſmodi, non dicunt aliquid ſolùm ex parte animæ ; ſed etiam dicunt aliquid ex parte corporis;& ideò non dicitur ipſa anima iraſci, aut triſtari, ſed homo per animam :.& hæ quoque operationes neceſſariò dicunt aliquid ea parte corporis, id eſt, motum & paſſionem ipſius cordis, ve ibi dicitur *text*.63. & ratione huius etiam cernuntor in pueris ante vſum rationis, vt de paſſione inuidiæ teſtatur S. Auguſt. *lib*.1.*Confeſſ*.*cap*.7.*ante medium,tom*.1. vbi ait, vidiſſe ſe, & expertum eſſe zelantem puerum, qui, cùm nondum loqui poſſet;adhuc tamen pallidus, & amaro aſpectu intuebatur collactaneum ſuum. Et S.Greg.*lib*.5.*Moral*.*cap*.34. *circa initium*,ex hac paſſione corporali, quæ contingit in actu inuidiæ, tradit illius ſigna : *Et cùm*, inquit,*deuictum cor liuoris putredo corruperit,ipſa quoque exteriora indicant, quàm grauiter animum veſania inſtigat : color quippe pallore afficitur, oculi deprimuntur,mens accenditur,membra frigeſcunt, fit in cogitatione rabies, in dentibus ſtridor*, &c. Rectè ergo aſſerit S.Thom. *art*.3.*cit*. quòd ſi actus inuidiæ ſolùm ſiſtat in aliquo motu talis paſſionis, non eſt peccatum, niſi veniale ex ipſa imperfectione,quam habet in genere actus humani. Et ſine dubio idem eſt, ſi contingat actum inuidiæ ſolùm eſſe de materia leui, cùm etiam leuitas materiæ communiter idem præſtet, quod imperfectio actus : & faciat etiam ipſa, vt peccatum ſit veniale, quando alioqui ex ſuo genere eſt mortale ; & communiter tales ſunt actus inuidiæ, qui contingunt in pueris, aut fœminis, vt notat Alen. *par*.2.*quaſt*.138.*memb*.3. & alij.

7. *Inuidia poteſt eſſe paſſio appetitus ſenſitiui.*

8. *Inuidia eſt leuius peccatum, quàm odium, & grauius, quàm ira,*

Atque hæc de malitia, & grauitate peccati inuidiæ, conſiderati, quaſi per ſe,& abſolutè : ſi verò illum conſideremus comparatiuè,& in ordine ad alia peccata, occurrit primò id, quod diximus *ſuprà hoc ipſo lib.diſp*.21.*num*.7.ex S.Thom. 1.2.*quaſt*.46. *art*.6. & 2.2.*quaſt*.158. *art*.4. quòd ſi comparetur cum iis peccatis, quæ verſantur circa malum alterius, vt eſt, v.g. peccatum odij, & peccatum iræ,eſt grauius peccato iræ,& leuius peccato odij:quia,qui ex odio vult alteri malum, fertur in malum formaliter ſub ratione mali,& in quantum eſt malum illi, quem odit;& qui alteri vult malum ex ira,fertur in malum, in quantum illud apprehendit, vt iuſtum vindicatiuum ; & qui vult malum ex inuidia,fertur in malum, in quantum facit ad excellentiam propriam : & certum eſt, quòd ex his tribus peſſimum eſt ferri in malum, in quantum eſt malum, & ſub ratione mali,quod ſpectat ad odium;& eſt minimè malum ferri in malum ſub ratione iuſti vindicatiui, quod ſpectat ad iram, cùm hoc modo videatur induere ſpeciem boni honeſti;& denique eſt medio modo ferri in malum ſub ratione boni vtilis proprij, & conuenientis ad propriam excellentiam, quod ſpectat ad inuidiam,vt *ſuprà* explicauimus.

9. *Inuidia maximè torquet ipſum inuidum.*

Secundò, occurrit id, quod habet Alen. *par*.2. *quaſt*.138.*memb*.6.peccatum inuidiæ poſſe dici grauiſſimum omnium,non quidem ex proprio genere, aut obiecto ; ſed ex nocumento, aut afflictione, vel pœna, quam infert ipſi peccanti : vt enim patet ex S.Chryſoſt. *hom*.40. æmulatione, aut inuidia nulla malitia eſt deterior;quia æmulator,aut inuidus priùs ſeipſum punit, & in ſupplicium vocat, quàm eum, cui inuidet,& nunquam quieſcit. Et, vt habet *hom*. 55. nihil eſt liuore deterius, qui, vt alium perdat, perdit

Google

perdit ſimul ſe ipſum, eiúſque oculi liquantur triſtitia, & morte viuit continua. Et ex Gloſſ. *ad Galat.5.* in illa verba: *Inuicem prouocantes, inuicem inuidentes.* & ex S. Greg. *lib.5. Moral.c.31.ſub initium,* & apud S. Thom. 2.2.*qu.36.art.4.in 2.arg.* cùm per omne vitiom antiqui hoſtis virus humano cordi infundatur; in zelo tamen inoidiæ tota ſoa viſcera ſerpens concutit, & in hac imprimenda malitia peſtem vomit; & cùm cætera ſcelera finiantur, zelos tantùm modum non habet: & quanto ille, cui inuidetur, ſucceſſu meliore profecerit; tantò inuidus in maius incendium liuoris ignibus inardeſcit. Sequitur huic vultus tumax, toruus aſpectus, pallor in facie, in labiis tremor, ſtridor in dentibus, verba rabida, effrænata cõuitia, manus ad violentiã prompta: & ſi interim eſt gladio vacua; odio tamen furiatæ mentis eſt ſemper armata. Et quia hæc, & ſimilia mala, quibus inuidus torquet ſe ipſum, nulli alteri vitio ſunt communia, rectè dicitur ex hoc capite peccatum inuidiæ eſſe grauiſſimum, quod grauiſſimè omnium punit, & torquet ſubiectum ſuum. Et quòd aſſerit ſpecialiter S. Greg. verbis allatis, quòd ſerpens antiquus, dum per inuidiam virus infundit, tota ſua viſcera concutiat, totámque peſtem vomat; non ſignificat, quòd inuidia ſit peccatum grauiſſimum etiam quaſi intrinſecè, & ex obiecto, vel ex proprio genere; ſed ſolùm, quòd reſpõdeat ad ipſum intimum ipſius Diaboli, qui ſimiliter eſt plenus inuidia. Et ſenſus eſt, quòd Diabolus aliquando venenum infundat, quaſi quæſitum extrinſecùs, & extra ſe, vt qoando infundit per auaritiam, luxuriam, gulam; & aliquando infundat ex intimis, & ex propriis, & quaſi aranea fila extrahat de viſceribus, vt quando infundit per ſuperbiam, aut inoidiam.

10. *Peccatum inuidiæ poteſt eſſe in Spiritum ſanctũ.*

Tertiò, ad idem facit ex S. Thom. 2.2.*qu.36.art.4.ad 2.* & ex S. Anton. 2.*part.tit.8.cap.1.* & ex eod. Alen. *part.2.qu.138.memb.6.cit.§.1.* quòd peccatum inuidiæ poſſit dici grauiſſimum, io quantum ſpecialiter poteſt eſſe in Spiritum ſanctum, vt, v.g. ſi ſit de ipſa gratia, & auxilio Dei: qui enim ſic inuidet fraternæ gratiæ, inuidet quodammodo ipſi Spiritui ſancto, qui in ſuis operibus glorificatur, vt habet S. Thom. *ibidem,* & hoc peccatum rectè dicitur irremiſſibile, id eſt, difficillimom, vt remittatur, cùm ſit peccatum ex malitia, & nullam habeant excuſationem ex parte peccantis, ſicut habent alia peccata, quæ dicuutur ex infirmitate, vel ex ignorantia, vt etiam *ſuprà* diximus *lib.2.diſp.16.num.6.* & hæc grauitas poteſt dici, quòd ſit per ſe, & facta comparatione intra ipſum genus inuidiæ, ratione ſaltem obiecti materialis, vt ex ſe patet.

11. *Inuidia in homine eſt aliquo modo grauior, quã in Dæmone.*

Quartò, ſi peccatum inuidiæ intra idem ſuum genus comparetur, prout reperitur in hoc, vel illo ſubiecto, rectè poteſt dici, quòd ex aliquo capite ſit grauior, prout reperitur in homine, quàm prout reperitur in Dæmone. Ita Alen. *part.2.qu.138.memb.6.cit.§.2.* nam, quamuis iouidia Diaboli ſimpliciter, & abſolutè ſit grauior, quia eſt de bonis ſpiritualibus gratiæ, & voionis hypoſtaticæ, & gloriæ; & quia eſt cauſa omnis noſtri peccati, & eſt continua, & nunquam intermittitur; cùm tamen inuidia hominum ſit communiter de bonis temporalibus, & non ſit cauſa omnis alterius peccati, & maximè interrumpatur, & finiatur; negari tamen non poteſt, quin aliquo modo ſit grauior ſecundùm quid, id eſt, ſaltem ex hoc capite, quia eſt ad ipſos homines, & inter perſonas eiuſdem ſpeciei; cùm tameo inuidia Dæmonis non ſit ad Dæmones; ſed ad homines, cum quibus habet diuerſitatem pluſquàm ſpecificam: hoc enim eſt, quod habet S. Chryſoſt. *hom.37.* quòd inoidi feris ipſis ſint deteriores, & Dæmonibus pares, vel etiam deteriores, in quantum feræ, & Dæmones non inuident, neque inſidiantur his, qui ſont eiuſdem generis, cùm tamen homines neque etiam verecundentur communione naturæ.

12. *Triſtitia de bono alterius ex timore, quo modo ſit mala.*

Atque ex his, quæ diximus de malitia, & grauitate peccati inuidiæ preſsè acceptæ, poſſunt aliqua colligi etiam de malitia, & grauitate illius, acceptæ latiùs. Primò enim, ſi quis doleat de bono alterius ex iuſto timore; quia, ſcilicet, ſibi, vel alteri timet damoum iniuſtè inferendum, nullo modo peccat, vt etiam *ſuprà* diximus *diſputatione præcedente, num.2.* ex S. Greg. *lib.22. Moral.c.11.* & S. Thom. 2.2.*qu.36.art.2.in corp.* quia, ſicut poſſet propter huiuſmodi iniuſtitias, quas timet, licitè illum priuare tali poteſtate, ac bono, ſi haberet facultatem illum priuandi; ita & poteſt optare, vt priuetur; & dolere, vel triſtari, quòd non priuetur, vt benè explicat Caiet. 2.2.*qu.36.art.2.cit.§.In eod.2.arg.* Reginald. *in praxi, lib.17.c.12.n.127.* Tol. *lib.8.c.64.* Secùs verò eſſet, ſi damnom, qood aliquis ſibi timeret ex bono alterius, non eſſet futurum iniuſtum: nam contrà, quemadmodum in tali caſu non liceret eum priuare tali poteſtate, ac bono; ita neque licet triſtari, quòd illud habeat, & non priuetur; & talis triſtitia, ſi ſit deliberata, & de bono graui, etiam poterit eſſe mortalis, cùm etiam ipſa ſit contra charitatem, ſicut inuidia.

13. *Indignatio, & nemeſis non eſt mala.*

Secundò, ſi quis doleat de bono alterius ex indignatione, & nemeſi propriè dicta, id eſt, quia ille tali bono eſt indignus; non peccat ex eodem S. Thom. 2.2.*q.36.art.2.cit.* Caiet. *ibidem, art.3. §. De nemeſi verò.* & aliis, vt etiam *ſuprà* explicauimus *diſp.præcedente, num.3.* Et ratio eſt: quia nullo modo contrariatur charitati, cùm obiectum talis triſtitiæ, aut doloris, non ſit bonum alterius abſolutè, quomodo eſt obiectum charitatis; ſed bonum indigni, & formaliter quatenus eſt indignus, vt notat Caiet. *ibidem.* Quo autem modo talis triſtitia debeat eſſe ſolùm de bonis temporalibus, & ſolùm præſcindendo à Dei diſpoſitione, & ordinatione, ſatis explicauimus *ſuprà, num.3.cit.* Et non eſt dubium, quòd ſi huiuſmodi triſtitia ſit de bonis ſpiritualibus, vel ſit talis, vt Deum ipſum incuſet, quia malè, & iniuſtè bona diſtribuat, vel denique cauſet propoſitom imitandi malos in actibus malis, vt ſic habeantur etiam bona temporalia, quibus illi abundant; eſt peccatum mortale, cùm hoc modo ſit multipliciter contra charitatem, vt notat Caiet. *art.3. cit.* & *in Summa verb. nemeſis.* Nauar. *in Man. c.23. num.118.* Tol *lib.8.c.65.*

14. *Æmulatio & zelus quomodo ſit bonus, aut malus.*

Tertiò, ſi quis doleat de bono alterius, non, quia alter illud habeat; ſed, quia is, qui dolet, illud non habet; cùm tamen benè, & conuenienter poſſit illud habere, non peccat. Ita Ariſtoteles 2. *Rhetor. c.11.* vbi ait, quod æmulatio, & zelus, ex quo prouenit huiuſmodi dolor, eſt quid probum, & proborum proprium. Et ratio videtur eſſe: quia, vt notat Caiet. 2.2.*q.36.art.3.§. Ad horum primum.* obiectum huius doloris, aut triſtitiæ, non eſt bonum proximi, quo modo talis dolor eſſet contrarius charitati; ſed eſt propria carentia boni proximi; & is, qui dolet, non ideò dolet, quia alter habet; ſed, quia ipſe non habet: vnde & triſtitia, vel dolor æmulatiuus bonum proximi ſolùm habet pro excitatiuo; & defectum, ſiue carentiam boni proximi, in eo ipſo, qui dolet, & triſtatur, habet pro obiecto; quomodo certum eſt, quòd non fundat malitiam. Et ad idem facit etiam diſtinctio S. Thom. 2.2.*q.36. art.2.* quòd ſi bona alterius, quæ aliquis æmulatur,

Digitized by Google

tur, ſint bona honeſta, & ad ſalutem animæ pertinentia, vt virtutes; bonus eſt, & laudabilis huiuſmodi zelus, & æmulatio, & ſæpè laudatur in ſacris Literis, vt 1. Cor. 12. *Æmulamini chariſmata meliora*. & ſæpè alibi: ſi verò ſint temporalia, poteſt eſſe cum peccato, & ſine peccato; prout, ſcilicet, fuerint, vel non fuerint proportionata, & cōuenientia illi, qui dolet, & æmulatur huiuſmodi bona, & fuerint, vel non fuerint ordinata, & volita ad bonum finem, vt etiam *ſuprà* explicauimus *diſp. præcedente, num.* 4. Denique, ſi quis doleat de bono alterius, quia bonum illius eſt, & formaliter ex diſplicentia, quam habet de perſona, & ex odio, quo illam proſequitur; peccat mortaliter, aut venialiter pro rei ipſius grauitate, aut leuitate, vt certum eſt apud omnes.

DISPVT. XXXVI.

Quomodo inuidia ſit vitium capitale, & quæ ſint illius filiæ.

1. *Secundùm aliquos inuidia non videtur eſſe vitium capitale.*
2. *Inuidia naſcitur ex vana gloria.*
3. *De filiabus inuidiæ.*
4. *Suſurratio, & detractio quo differant.*
5. *Exultatio in aduerſis, & afflictio in proſperis, quomodo ſint filiæ inuidiæ.*
6. *Vitium capitale non eſt neceſſarium, vt differat ſpecie à ſuis filiabus.*
7. *Filiæ inuidiæ differunt ſpecie ab ipſa inuidia.*
8. *Sunt peccatum mortale ex ſuo genere.*
9. *Suſurratio quando ſit peccatum mortale.*
10. *Suſurratio eſt vnum peccatum in ſpecie infima.*
11. *Suſurratio eſt grauior, quàm detractio.*
12. *Fama eſt diſpoſitio ad amicitiam, & infamia ad inimicitiam.*

1. *Secūdùm aliquos inuidia non videtur eſſe vitium capitale.*

INVIDIAM inter vitia capitalia non numerat S. Iſidor. *lib. 2. de ſummo bono*, neque Caſſianus *lib. 5. de inſtitutis Cœnobiorum, c. 1. & ſeqq.* fortaſſe eam ob cauſam, vt notat S. Thom. 2. 2. *quæſt. 36. art. 4. ad* 1. quia etiam ipſa manifeſtè naſcitur ex vana gloria, cùm huiuſmodi triſtitia de bono alterius, in quantum diminuit excellentiam

2. *Inuidia naſcitur ex vana gloria.*

propriam, maximè proueniat ex inordinato appetitu propriæ excellentiæ manifeſtandæ; & eo ipſo, quòd ſuperbus, aut vanagloriosus videt aliquem ſibi æquari, aut præferri in eo, ex quo ipſe gloriam quærit, videatur ſibi non ampliùs eſſe in ea opinione, & exiſtimatione hominum, in qua fuit eouſque; & ideò triſtetur: quod idem etiam habet Ariſtoteles 2. *Rhetor. cap.* 10. vbi ait, ambitioſos, & qui ex re aliqua gloriam quærunt eſſe maximè inuidos, vt etiam *ſuprà* diximus *diſp. 34. n. 9.* & clariſſimè S. Greg. *lib.* 31. *Moral. c.* 31. & apud S. Thom. 2. 2. *q. 36. ar. 4. ad* 1. *cit.* vbi ait, capitalia vitia tanta ſibi cōiunctione coniungi, vt vnum ex altero profetatur; & primam ſuperbiæ ſobolem eſſe inanem gloriam; & hanc dum oppreſſam mentem corrumpit, inuidiam gignere: quia, dum appetit vani nominis potentiam, ex hoc ipſo tabeſcit, ne quis alius illam valeat adipiſci. Et denique idem colligitur etiam ex S. Paulo *ad Gal.* 6. quando ait: *Non efficiamur inanis gloriæ cupidi, inuicem prouocantes, inuicem inuidentes.*

Verùm, hoc non obſtante, inter vitia capitalia inuidiam numerat S. Greg. *lib.* 31. *Mor. cap.* 31. *cit.* S. Thom. 2. 2. *quæſt.* 36. *art.* 4. *cit.* S. Anton. *par. 2. tit.* 8. Alen. *par. 2. quæſt.* 138. *art.* 4. Nauar. *in Man. cap.* 23. *num.* 118. Axor. *p. 1. lib. 4. cap. 17. quæſt.* 5. Tol. *lib.* 8. *cap.* 67. & omnes communiter: vt enim benè notat S. Thom. *art. 4. cit. ad* 1. non eſt contra rationem vitij capitalis, vt etiam ipſum ex aliquo alio oriatur, tanquàm ex capite; ſed ſolùm, quòd non habeat rationem aliquam principalem, quæ ſit quaſi caput plurium aliorum peccatorum, & vitiorum, & ex qua plura alia poſſint oriri. Vnde nō ex eo, quòd inuidia oriatur ex vana gloria, poteſt concludi, quòd etiam ipſa non ſit capitalis, cùm verè etiam ex illa proueniant plura alia. Et qua ratione ex eod. S. Greg. *lib.* 31. *Mor. cap.* 31. *cit.* nullum eſt ex vitiis capitalibus, quod non proueniat ex ſuperbia, & hæc ſe habet quaſi regina omnium vitiorum, & ipſa ſeptem vitia capitalia ſunt quaſi primæ illius filiæ, vt etiam *ſuprà* diximus *diſp. 4. initio*; & quòd dicantur capitalia, non eſt reſpectu ſuperbiæ, & per excluſionem alterius capitis, ex quo ipſa proueniant; ſed reſpectu aliorum, quæ oriuntur ab ipſis, tanquàm ex rationibus capitalibus, & principalibus; eadem ratione poteſt etiam inuidia eſſe vitiū capitale, etiamſi oriatur ex vana gloria, vt etiam *ſuprà* diximus *diſp. 34. n.* 8.

Et quidem S. Greg. *lib. 31. cap. 31. cit.* hæc vitia enumerat, tanquàm inuidiæ filias, & quæ ex illa proueniant, tanquàm ex capite, vel tanquàm ex vitio capitali, ſuſurrationem, detractionem, exultationem in aduerſis proximi, afflictionem in proſperis, & odium: quia, vt benè ratiocinatur S. Thom. 2. 2. *quæſt. 36. art. 4 cit. ad* 3. is, qui triſtatur de bono alterius ex motiuo inuidiæ, facilè mouetur, vt illud impediat diminuendo aliquid de fama, & gloria illius: & ſi in occulto id faciat, ad finem alienandi ab ipſo amicos, eſt ſuſurratio: ſi verò publicè, ad famam diminuendam, eſt detractio. Hoc enim differt ſuſurratio à detractione ex eod. S. Thom. 2. 2. *quæſt.* 74. *art.* 1. Sot. *lib. 5. de iuſtit. quæſt.* 11. Ang. Syln. & Summiſtis *verb. ſuſurratio*, quòd, cùm vtraque dicat mala de proximo, & in eius abſentia, qua de cauſa ſumuntur aliquando pro eodem; illa tamen peculiariter intendat amicorum diſcordiam; & hæc læſionem famæ: & ideò detractor ea omnia mala de altero profert, quæ poſſunt illi famam tollere, aut minuere; ſuſurro autem ea ſolùm, quæ poſſunt commouere animos audientium, ſiue ſint mala, ſiue bona: vt, ſi de aliquo, v. g. apud prodigum dicat, quòd ſit pecuniæ tenax; vel apud incontinentem, quòd magnoperè abhorreat ab incontinentia; & per hæc intendat inter ipſos diſſoluere amicitiam, & ſi in huiuſmodi impeditione boni alterius, homo inuidus ſit efficax, eiúſque opera bonum proximi verè impediatur, ſequitur ex inuidia exultatio in aduerſis: ſi verò non ſit efficax, & bonum proximi non impediatur, ſequitur afflictio in proſperis: & ex hac oritur poſtremò etiam odium, vt probat S. Thom. 2. 2. *quæſt* 34. *art.* 6. cùm illi optetur malum, etiam quatenus malum illius eſt. Et quanuis afflictio in proſperis poſſit aliquando eſſe ipſa inuidia, quam *ſuprà* definiuimus eſſe triſtitiam de alieno bono; poteſt tamen aliquando etiam eſſe illius filia, ſi illa ipſa proſpera eueniant, aut continuentur contra conatum ipſius inuidi, & hoc modo afflictionem efficiant, vt notat S. Thom. 2. 2. *quæſt. 36. art. 4. cit. ad* 3. quod idem etiam eſt de exultatione in aduerſis, ſi hæc eueniant ex conatu inuidi, vel iuxta ipſius voluntatem.

3. *De filiabus inuidiæ.*

4. *Suſurratio, & detractio, quo differant.*

5. *Exultatio in aduerſis, & afflictio in proſperis, quomodo ſint filiæ inuidiæ.*

Neque refert, quòd exultatio in aduerſis, in quantum eueniunt ex conatu, & opera ipſius inuidi; & afflictio in proſperis, in quantum eueniunt, aut continuantur contra eundem conatum, non differant eſſentialiter ab ipſo actu, & peccato inuidiæ; & ideò non videantur poſſe eſſe illius filiæ: nam, vt

6. *Vitium capitale non eſt neceſſarium, vt differat ſpecie à ſuis filiabus.*

Digitized by Google

vt notat Caiet.2.2.*quaeſt.*36.*art.*4.*cit.*ad hoc, vt aliquod vitium dicatur oriri ex alio, tanquàm ex capite,& eſſe illius filia,non eſſe neceſſarium,vt ſit ab illo diuerſum ſpecie;ſed poteſt etiam eſſe ſolùm diuerſum accidentaliter, vt patet in exemplo allato de exultatione in aduerſis ex motiuo inuidiæ, quādo huiuſmodi aduerſa non connotant conatum inuidi, ex quo eueniant: cùm enim actus inuidiæ quaſi primarius ſit ipſa triſtitia de bono proximi, prout eſt diminutiuum excellentiæ propriæ,omninò poteſt ex illo prouenire etiam hic alius actus, quaſi ſecundarius, qui eſt exultatio in illius aduerſis,vndecunque tandem proueniant huiuſmodi aduerſa,& ſiue proueniant ab ipſo inuido, ſiue aliunde,& hic actus rectè dicitur oriri ex illo, tanquam ex capite,& eſſe illius filia; quia verè eſt ab illo diſtinctus ſaltem accidentaliter,quod ſatis eſt.

7. *Filiæ inuidiæ differunt ſpecie ab ipſa inuidia.*

Et prætereà addi poteſt ex eodem Caiet.*ibidem*, ſi exultatio in aduerſis proximi, & afflictio in proſperis ſumantur formaliter, quatenus aduerſa, de quibus eſt exultatio, ſunt ex conatu ipſius inuidi, & proſpera,de quibus eſt afflictio, ſunt contra eundem conatum;propriè loquendo, & elicitiuè ſpectare ad illum habitum vitioſum, ad quem ſpectat ipſe conatus: vt,v.g. ad vitium detractionis,ſi per hanc fuerunt proximo illata aduerſa, de quibus eſt exultatio, vel ſaltem fuit factus conatus ad remouenda proſpera,de quibus eſt afflictio;& ſolùm imperatiuè ſpectare ad vitium inuidiæ; & ideò mirum non eſſe, ſi inuidia dicatur vitium capitale reſpectu illorum,cùm reuerà ſit caput, & quaſi princeps, eóſque imperet: qua enim ratione dicitur caput ipſius detractionis,in quantum inuidus ex motiuo inuidiæ alteri detrahit,qui eſt actus quaſi primarius vitij detractionis, & præter malitiam intrinſecam,& ex obiecto contra iuſtitiam,etiam habet aliam malitiam extrinſecam, ex circunſtantia finis ipſius inuidiæ: ita & poteſt dici caput exultationis in infamia proximi, ſi fortè illam cauſauit per detractionem in mentibus aliorum, & caput afflictionis in bona exiſtimatione, ſi fortè illam non potuit tollere, qui ſunt actus ſecundarij eiuſdem detractionis. Atque hoc modo huiuſmodi actus exultationis, & afflictionis omninò diſtinguentur eſſentialiter ab actu inuidiæ, & ſolùm habebunt illius motiuum, tanquàm imperans & extrinſecum, ſicut & habet ipſe actus primarius detractionis; & ab actu detractionis diſtinguentur, ſicut actus ſecundarij à primario eiuſdem habitus, vt ex ſe patet.

8. *Sunt peccatū mortale ex ſuo genere.*

In his autem filiabus inuidiæ non eſt hoc loco,quòd diutiùs immoremur, vt oſtendamus, quando contingat ex illis peccari mortaliter: facile enim conſtat ex ſe,quòd odium, & exultatio in aduerſis, & afflictio in proſperis ex ſuo genere ſunt mortalia,cùm ex ſe contrarientur charitati,vt *ſuprà* diximus de inuidia, quod idem etiam eſt de ſuſurratione,& detractione, quæ vel contrariantur iuſtitiæ, vt notat Valen.2.2.*diſp.*5.*q.*18.*puncto* 1.& proximo inferunt grauem iniuriam, & graue damnum in fama, & in amicis; vel ſaltem contrariantur charitati,vt dicemus. Vnde & *ad Rom.*1.inter ea, quæ non conueniunt, & in quæ tradidit Deus in pœnam aliorum peccatorum, etiam numeratur ſuſurratio,& detractio: *Plenus inuidia, contentione,dolo,malignitate, ſuſurrones, detractores*,&c. & de his omnibus ſtatim ſubditur: *Quoniam,qui talia agunt, digni ſunt morte.*& *Prou.*6.dicitur anima Dei deteſtari eum, qui ſeminat diſcordias inter fratres: &

9. *Suſurratio quando ſit peccatum mortale.*

cap. 8. Sapientia Dei dicitur deteſtari os bilingue,id eſt,ſuſurronem,vt notat S.Anton. *part.*2.*tit.*8.*c.*5.§.1.& dicemus *infrà*. Rectè autem monet Caiet. *in Summa, verb. ſuſurratio.* & 2.2.*qu.*74.*art.*1. §.*In eiſdem articulis.*& Reginald.*in prax.lib.*24.c.8.*num.*172. & alij, quòd ſuſurratio tunc eſt mortalis ex ſuo genere,quando eſt formalis,id eſt,ex directa intentione tollendi amicos; non autem quando eſt ſolùm materialis, vt etiam *ſuprà* diximus *diſp.*24.*num.*12. de contumelia, ex S.Thom.2.2.*qu.*72.*art.*2.quanquam ex accidente poteſt eſſe mortalis, etiā quando committitur ſolùm materialiter,& non ex intentione diſſoluendi amicitias, ſi reuerà aduertatur,illas diſſoluere,neque de hac curetur, vt ſubdit Caiet. *ibidem*, & patet ex dictis in caſu ſimili de contumelia ſolùm materiali,ſi ex illa contingat dehonoratio.Et idem eſt ex Nauar. *cap.*18.*num.*13.& Sot.*lib.*5.*de iuſtit.qu.*11.*art.*1.*concl.*2. & Reginald. *lib.*24.*c.*8.*num.*172.*cit.* ſi materia, de qua eſt ſuſurratio,ſit ex ſe leuis,& non ſufficiens ad diſſoluendas de ſe amicitias;vel ſi proferatur iocosè, non autem ſeriò; vel ſi intendatur ſola remotio aſſiduæ familiaritatis,quæ fortè eſt inter aliquos;non autem remotio amicitiæ ſimpliciter,& inductio inimicitiæ, vt etiam notat Sot. *lib.*5. *de iuſtit. qu.*11.*art.*1. qui etiam addit, poſſe aliquando etiam carere omni peccato remotionem amicitiæ ſimpliciter, ſi,ſcilicet,amicitia ſit ex ſe mala,& pernicioſa, qualis eſt, v.g. concubinariorum:de hoc enim intelligitur illud Chriſti Domini Matth. 10. *Non veni pacem mittere, ſed gladium.* dummodo tamen hæc etiam amicitia remoueatur vltra iniuſtam infamationem.Et contrà,ſi amicitia ſit ex ſe bona,non modò eſt peccatum mortale eam remouere per ſuſurrationem, aut iniuſtam infamationem; ſed etiam eſt obligatio huiuſmodi amicos inter ſe reconciliandi, & quaſi reſtituendi alterum alteri iniuſtè ablatum, & compenſandi prudenti iudicio etiam alia damna, ſi quæ ex tali ablatione ſint conſecuta, vt vult Roſella *verb.inuidia,num.*171. & non videtur poſſe eſſe dubium,quòd verè ſit facienda huiuſmodi reſtitutio,& compenſatio, ſi ſuſurratio fuit contra iuſtitiam, vt,v.g. ſi fuit dictum aliquid falſum, vel occultum;vel fuit adhibita vis,aut dolus,vt patet apud Azor.*part.*3.*lib.*13.*c.*8.*dub.*1. ſi verò ſuſurratio ſolùm fuit contra charitatem, & ſolùm fuit ſuſurratum aliquid verum, & publicum, & ſolùm fuerunt adhibitæ, v.g.preces,aut aliquid huiuſmodi, non apparet neceſſitas talis reſtitutionis, aut compenſationis, cùm nihil fuerit ablatum contra iuſtitiam, & amicus non poſſit haberi, & poſſideri quaſi ex iuſtitia, & per conſequens neque tolli, quatenùs eſt ex ſe contra iuſtitiam, cùm actus dilectionis, & beneuolentiæ, in quo eſſentialiter eſt amicitia, omninò ſit liber, & in libera poteſtate ipſius diligentis;neque is,qui diligitur,poſſit illum ſibi exigere, tanquàm debitum ex iuſtitia, vel vt ſuum repetere. Quod verò addit Sot. *art.*1.*cit.concluſ.*2.*in fine*, licitum eſſe narrare de aliquo aliqua vitia naturalia, & publica,ad effectum eum remouendi ab amicitia, v.g. Principis,ſéque in illam inſinuandi, dummodo id non fiat per iniuſtam infamationem;neque aliquid illi tollatur,quod ei competat de iuſtitia, quia vnuſquiſque ſine vi, & dolo poteſt ſibi procurare ſuum commodum;non placet Nau.*c.*18.*cit.num.*14.*in fine*, niſi huiuſmodi diminutio amicitiæ ſit tantùm modica,& non notabilis: quia non excuſatur à mortali, qui propter ſuam, vel alterius vtilitatem notabiliter alterum lædit contra charitatem; &, vt dicitur c. *Denique.*14.*qu.*5.ex S.Ambr *lib.*3.*de offic.c.*9.ſi non poteſt ſubueniri alteri, niſi alter lædatur, commodius eſt neutrum iuuari, quàm grauari alterum. Et non eſt dubium,quòd ſemper eſt habenda præ oculis,non ſolùm

ſolùm

Digitized by Google

lùm obligatio iuſtitiæ; ſed etiam charitatis: & ſuſurratio poteſt eſſe peccatum contra vtranque virtutem, id eſt, contra iuſtitiam, ſi ſuſurrator proferat falſa, aut occulta, vel vtatur vi, aut fraude, & contra charitatem, ſi proferat ſolùm vera, & publica; vel ad impediendum bonum alterius, ſibique illud procurandum, vtatur ſolis precibus, vel aliquo huiuſmodi, vt notat Azor. *p.3.lib.13.c.8.dub.1.cit.*

10. *Suſurratio eſt vnum peccatum in ſpecie infima.* Neque refert ad malitiam ſuſurrationis, qualis ſit amicitia, quæ per illam diſſoluitur: ſiue enim ſit fundata in vtilitate, ſiue in voluptate, ſiue etiam in virtute, & honeſtate, non propterea diuerſificat ſpecie ipſam ſuſurrationem; ſed ſemper ad illam ſe habet materialiter; ſicut & in peccato odij ſe habet diuerſitas mali, quod eſt alteri volitum, & in peccato furti diuerſitas rerum alienarum, quæ contrectantur inuito domino, vt notat Caiet. 2.2. *qu.74. art.1.cit.§. Ad hoc dicitur.* & Sot. *lib.5. de iuſtit. q.11. art.1.concl.1.* Et ratio eſt ex eodem Caiet. quia non inconuenit, vt vnus habitus in ſpecie infima tendat in aliqua diſtincta ſpecie ſub vna aliqua ratione generica, vt, v.g. habitus odij in hoc, & illud malum, in quantum conueniunt in hac ratione communi, quòd ſint malum alteri, in quem eſt odium: eadem enim ratione etiam vitium ſuſurrationis poteſt eſſe in vna ſpecie, etiamſi tendat in hanc, & illam amicitiam diuerſam ſpecie, in quantum conueniunt in communi ratione amicitiæ, & ſemper amici apprehenduntur, vt bonum vnius rationis, ſicut & bona externa, & bonum famæ, & bonum honoris; & ideò moraliter poſſunt fundare vnam tantùm deordinationem, & vnam malitiam ſuſurrationis, ſicut & bona externa fundant vnam tantùm malitiam furti, & omnes infamiæ vnam malitiam detractionis, & omnes dehonorationes vnam malitiam contumeliæ. Si quis verò in hac ipſa remotione amicitiæ intendat aliquem alium malum finem, ſuſurratio benè poterit habere malitiam in alia ſpecie: vt, ſi quis, v.g. ſuſurret aliquid Principi contra aliquem, vt ipſe ſibi illius honorem, aut officium habeat; vel aliquid ſuſurret vxori contra maritum, vt ipſe loco mariti apud illam ſit, eáque potiatur: in primo enim caſu ſuſurratio habet præterea malitiam ſuperbiæ, aut ambitionis; & in ſecundo malitiam adulterij, vt notant Caiet. & Sot. *loco cit.* & Valent. 2.2. *diſp.5.q.18.puncto 1.* Et ſimiliter, ſi ſuſurrator ad effectum tollendi, aut diſſuendi inter aliquos amicitiam, referat aliqua, quæ ſint falſa, aut occulta, & auferant famam ſimul cum ſuſurratione; erit etiam coniuncta detractio, & ex parte materiæ, vel obiecti habebit malitiam detractionis; & ex parte finis habebit malitiam ſuſurrationis, vt notat Azor. *par.3.lib.13.c.8.* Quòd verò addit *ibidem* Azor. *dub.4.* non eſſe propriè ſuſurrationem, ſi quis aliqua proferat ad diſſoluendam amicitiam tantùm vtilem, aut delectabilem; ſed ſolùm ſi proferat ad diſſoluendam amicitiam honeſtam, quia hæc ſola habet rationem virtutis; ſolùm videtur ſpectare ad quæſtionem de vocabulo; & non eſt dubium, quòd grauiter peccaret, qui per ſuſurrationem diſſolueret amicitiam, v.g. inter mercatores, etiamſi non fundetur niſi in vtilitate.

11. *Suſurratio eſt grauior, quàm detractio.* Et ſi hæc malitia ſuſurrationis comparetur cum malitia detractionis, rectè docet S. Thom. 2.2. *q.74. cit. art* 2. eam eſſe grauiorem: quia peccata in proximum tantò ſunt grauiora, quantò maius eſt nocumentum, quod proximo infertur. Et cùm inter bona externa emineat bonum amicitiæ; vnde etiam dicitur *Eccleſ.6.* quòd *amico fideli nulla eſt comparatio.* & ex Ariſtotele 8. *Ethic.c.1.* amicitia ad omnem vitam eſt neceſſaria; & ſine amicis nemo eligeret viuere: & *cap.8.* melius eſt amari, quàm honorari: non poteſt nocumentum ſuſurrationis, quod conſiſtit in ablatione amicorum, non eſſe maius, quàm nocumentum detractionis, quod conſiſtit in ablatione famæ; & ipſa ſuſurratio abſolutè non eſſe grauior, quàm detractio. Et quamuis per detractionem aliquando dicantur grauiora mala, quàm per ſuſurrationem: ſiquidem per hanc ea ſolùm dicuntur, quæ ſunt apparentia, & poſſunt diſplicere audienti, cuius beneuolentiam, & amicitiam debent tollere; & per illam dicuntur omnia, quæ poſſunt quomodocunque tollere famam, & bonam exiſtimationem: quia tamen hoc totum pertinet ſolùm ad obiectum materiale, & grauitas malitiæ principaliùs attenditur ex obiecto formali, quod eſt motiuum, & finis proximus; non obſtat maiori grauitati ſuſurrationis, quæ ex proprio fine, & motiuo peculiariter habet tollere amicos; quod eſt maius nocumentum, quàm ablatio famæ, vt ſubdit S. Thom. *in reſponſione ad 1.*

12. *Fama eſt diſpoſitio ad amicitiam, & infamia ad inimicitiam.* Imò, cùm fama ſit diſpoſitio ad amicitiam, & infamia ad inimicitiam, ſiquidem vnuſquiſque benè ad eos afficitur, qui ſunt bonæ famæ, & malè ad eos, qui ſunt infames; tantò grauiùs peccat, qui directè operatur ad infamiam, quantò & forma, vel id, ad quod eſt diſpoſitio, eſt quid præſtantius ipſa diſpoſitione, vt ſubdit *ad 2.* Et cùm Deus ipſe dicatur eſſe charitas, & dilectio 1. *Ioan.4.* ſuſurratio, quæ directè intendit tollere dilectionem, & charitatem, magis directè eſt contra Deum, quàm detractio, vt ſubdit *ad 3.* Quod enim dicitur *Iac.4.* detrahere legi, qui detrahit fratri, non eſt, quia directè, & formaliter detrahat legi, & ſic reprehendat legiſlatorem, & Deum; ſed, quia interpretatiuè contemnit præceptum de proximo diligendo; cui tamen præcepto magis directè contrariatur, qui directè nititur tollere amicitiam, & dilectionem, ſicut fit per ſuſurrationem. Vnde & *Prou.6.* cùm dicantur ſex eſſe, quæ odit Dominus, ſeptimum dicitur deteſtari anima eius, & hoc explicatur eſſe, vt quis ſeminet inter fratres diſcordiam: quia, ſcilicet, hoc eſt longè grauius, cùm magis directè ſit contra charitatem, quæ dicitur Deus eſſe: & *cap.8.* Sapientia ipſa Dei dicit ſe deteſtari os bilingue; id eſt, illud, quod inter duos vtitur duabus linguis, & vni dicit malum de altero, & alteri malum de vno, & ſic turbat pacem habentes, vt dicitur Eccleſiaſt.28. & notat S. Thom. 2.2. *qu.74.cit. art.1.ad 3.* & S. Anton. *part.2. tit.8.c.5.§.1.* & talis *ibidem* ſubditur eſſe ipſe ſuſurro, qui etiam appellatur lingua tertia, & dicitur multos commouiſſe, & ciuitates deſtruxiſſe, & plura alia mala feciſſe, & ideò etiam maledictus, in quem etiam facit illud Eccleſ.5. *Denotatio peſſima ſuper bilinguem: ſuſurroni autem odium, & inimicitia, & contumelia.*

DISPVT. XXXVII.

De iis, quæ pertinent ad acediam ſecundùm ſe.

1. *Vocabulum acediæ vnde ſumatur.*
2. *Acedia quomodo deſcribatur.*
3. *Quomodo acedia ſit peccatum ſpeciale diſtinctum à cæteris.*
4. *Acedia eſt contra gaudium charitatis.*
5. *Bonum diuinum, quod eſt obiectum acediæ, quomodo ſit contriſtans.*
6. *Peccata aliquando vincuntur fugiendo, & aliquando reſiſtendo.*
7. *Acedia eſt intrinſecè mala, & peccatum.*

8. *Quare acedia potiùs inquietet vno tempore, quàm alio.*

9. *Acedia ex ſuo genere eſt peccatum mortale, quia contrariatur charitati.*

10. *Acedia poteſt eſſe peccatum veniale ex indeliberatione.*

11. *Acedia non poteſt eſſe venialis ex leuitate materiæ.*

12. *Circumſtantia acediæ eſt neceſſariò exprimenda in Confeſſione.*

De acedia legi poteſt S.Thom.2.2.*quæſt.*35.*&* *quæſt.*11.*de malo.* Alen.*par.* 2.*quæſt.*140.S. Anton.*par.*2.*tit.*9.*cap.*1. Caiet.2.2.*quæſt.*35.*cit.* *&* *in Summa, verb. peccatum acediæ.* Sylu.*verb.acedia.* Summiſtæ *eodem.* Nauar.*in Mann.cap.*23.*num.*124. Valen.2.2.*diſp.*3. *quæſt.*12. Azor.*par.*1.*lib.*4.*cap.*18. *quæſt.*4.*&* *ſeqq.* Reginald. *in praxi, lib.*17.*cap.*11. *num.*107.*&* *ſeqq.*Tol.*lib.*8.*à cap.*68.& alij.

1. *Vocabulum acediæ vnde ſumatur.*

Et quoad notionem vocabuli, ſentiunt aliqui, nomen acediæ eſſe mutuatum à Græcis, apud quos ἀκηδία, idem eſt atque tædium, triſtitia, vel ſocordia, & deriuatur à κῆδος, quod eſt cura & ſollicitudo; & adiuncta particula priuatiua, ἀ, ſignificat quaſi ſine cura, & ſollicitudine. Ita Valen. Reginald. Toler. *locis cit.*

Alij verò ſentiunt, huiuſmodi nomen eſſe Latinum, illúdque deriuant ab acore, à quo ſapores dicũtur acidi: quia, ſcilicet, qui laborat acedia, eſt valdè frigidus in procurando, & peragendo bono diuino; ſicut & ea, quæ ſunt acida, ſunt etiam frigida, vt habet S.Thom.2.2.*quæſt.*35.*cit.art.*1. vel, quia multùm remittunt de calore ventriculi, vt addit Nauar. *cap.*23. *num.*124. *cit.* vel, quia moleſtia, & nocumentum affertur corpori, vt notat Alen.*quæſt.*140. *cit.num.*1. vel denique, quia per acediam res verè bonas, & ſalutares faſtidimus & auerſamur, quaſi acidas, & non ſecùs ac cibos, quando aceſcunt, & ſunt in via putrefactionis, vt notat Azor. *lib.*4.*cap.* 18.*cit.quæſt.*5. Et, ſiue vocabulum, & nomen acediæ admittatur, vt mutuatum à Græcis; ſiue, vt deriuatum à Latinis, rectè notat Alen.*memb.*1.*cit.* non eſſe ſcribendum per duplex, e, ſed ſolùm per ſimplex: cùm & ἀκηδία Græcè; & acor, vel acidum Latinè ſcribatur tantùm ſimplici e, & non duplici.

2. *Acedia quomodo deſcribatur.*

Ex hac verò notione vocabuli, ſi ſit colligenda aliqua deſcriptio peccati acediæ, & explicandum de illa ipſum quid rei, rectè dicemus cum S.Thom. 2.2.*quæſt.*35 *art.*1.*&* 2. Caiet. *ibidem*, & aliis communiter, quòd ſit triſtitia circa bonum diuinum, quatenus huiuſmodi bonum eſt noſtrum, & reperitur in nobis ipſis, qui triſtamur: quòd enim acedia ſit triſtitia, expreſsè habet S.Damaſc. *lib.*2.*de fide*, *cap.*14. & Greg. Nicænus *lib.*4.*Philoſophiæ, cap.*12. vbi ait, eam eſſe triſtitiam aggrauantem, id eſt, ita deprimentem animum, vt nihil ei agere libeat, vt exponit S.Thom. *art.*1.*cit.* vel ita vt immobilitet etiam membra exteriora, imò & vocem amputet, & ne ipſum quidem affectum triſtitiæ exprimi ſinat, vt idem habet 1.2.*quæſt.*35.*art.*8. ex eodem S.Damaſc. & S.Greg. Nicæno. Verùm, non eſt hoc loco accipienda triſtitia, prout ſolùm dicit affectum, ſeu paſſionem appetitus ſenſitiui: ſiquidem paſſiones hoc modo acceptæ non ſunt peccata; ſed eſt accipienda, prout dicit prætereà etiam actum rationis, & voluntatis, vt notat S.Thom.2.2.*quæſt.*35 *art.*1. *cit.ad* 1.

3. *Quomodo acedia ſit peccatũ ſpeciale diſtinctum à cæteris.*

Sed hic ipſe actus rationis, & voluntatis non eſt acedia, niſi ſit de bono diuino, ſiue illud ſit diuinum per eſſentiam, vt eſt ipſe Deus, & vltimus finis ſupernaturalis; ſiue ſit per attributionem, & ſingularem participationẽ, vt ſunt virtutes, & dona gratiæ, & gloriæ, per quæ ordinamur ad ipſum Deum, eúmque nobis aſſequimur: vt enim benè explicat S.Thom.2.2.*quæſt.*35.*cit.art.*2. ſi acedia dicatur eſſe triſtitia de bono ſpirituali quocunque, prout hoc nomine comprehenditur quodcunque bonum honeſtum, & quilibet actus virtutis, non poteſt ſaluari, quomodo ſit vitium, aut peccatum ſpeciale diſtinctum à cæteris; ſed ſolùm erit prauitas quædam generalis, & communis omnibus vitiis: ſiquidem omne vitium, quemadmodum inclioat contra virtutem ſibi oppoſitam, & delectatur de ſuo actu; ita & triſtatur de oppoſito actu virtutis.

Et ſi dicatur acedia ideò eſſe vitium ſpeciale, quia de bono, & actu virtutis non triſtatur quomodocunque, & ſub quacunque ratione; ſed ſpecialiter in quantum eſt aliquid laborioſum, & moleſtum corpori, eiúſque delectationis impeditiuum; contrà eſt ex eodem S.Thom.*art.*2.*cit.*& Sylu *verb.acedia*, *num.*1.& S.Anton.*par* 2.*tit.*9.*cap.*1. quia hoc modo non poteſt ſaluari, quòd ſit vitium diſtinctum à vitiis carnalibus, quibus ſpecialiter quærimus quietem corporis, eiuſque delectationem, & triſtamur de oppoſito; cùm tamen ex S.Greg *lib.*31. *Moral.* *cap.*31. certum ſit, quòd acedia ſit inter peccata ſpiritualia, non inter carnalia, vt etiam patet ex eod. S.Thom.2.2.*quæſt* 72.*art.*2.

Quia ergo rectè ſaluatur, quòd acedia ſit vitium ſpeciale, & ſpirituale, non autem carnale, per hoc, quòd verſetur circa bonum ſpirituale, non quodcunque, ſed diuinum; rectè dicitur eſſe triſtitia de bono diuino. Et quemadmodum charitas ſpecialiter gaudet de huiuſmodi bono diuino, ſéque extendit etiam ad actus ſingularum virtutum & ad omne bonum ſpirituale, in quantum etiam hæc ſunt bonum diuinum, nóſque ordinant, & ducunt ad Deum: ita & acedia ſpecialiter triſtatur de huiuſmodi bono diuino, & ſimiliter ſe extendit etiam ad actus virtutum, & ad omne bonum ſpirituale, in quãtum eſt bonum diuinum; & ideò acedia opponitur ſpecialiter gaudio charitatis, prout charitas eſt erga Deum, & hic eſt amandus etiam in ipſo amante, ſicut & eidem gaudio ſpecialiter opponitur inuidia, in quantum charitas eſt erga proximum, vt etiam *ſuprà* diximus ex eodem S.Thom.2.2.*quæſt.* 35.*cit.initio, &* *quæſt.*36.*art.*4.*in corp.* 4. *Acedia eſt contra gaudium charitatis.*

Dicitur verò hoc bonum diuinum eſſe obiectum acediæ, in quantum eſt noſtrum, & reperitur in nobis ipſis, qui triſtamur: quia, ſi quis triſtetur de bono diuino, in quantum reperitur in ipſo Deo, & in quantum eſt bonum Dei, vt, v.g. quòd Deus glorificetur in creaturis, & hæ per gratiam & per virtutes ad illum ferantur; non pertinet ad acediam, ſed ad odium Dei: ſicut è contrà directè pertinet ad charitatem, & amorem Dei, ſi quis gaudeat de huiuſmodi bonis, in quãtum ſimiliter ſunt bona ipſius Dei. Et ſimiliter, ſi quis triſtetur de bono diuino, in quantum eſt bonum proximi, & reperitur in proximo; & doleat, v. g. quòd proximus per gratiam, & per virtutes ordinetur ad Deum, eíque ſeruiat; pertinet ſpecialiter ad odium proximi, vel ad inuidiam, quæ poteſt etiam eſſe de bonis ſpiritualibus, & dicitur inuidentia fraternæ gratiæ, & eſt peccatum in Spiritum ſanctum, vt *ſuprà* diximus. Si quis verò triſtetur de bono diuino, in quantum eſt in illo ipſo, qui triſtatur, non quidem, quia ipſe ſibi diſpliceat, ſéque abominetur, quod eſſet formaliter odiũ ſui; neque formaliter, quia illi diſpliceat labor, & moleſtia corporalis, cum qua communiter eſt coniunctum bonum diuinum, quod eſſet actus pigritiæ, aut alterius vitij carnalis, quo inordinatè quærimus

rimus qoietem corporis, vt notat S. Thom.2.2.*q.35.art.2.cit.* & Sylu.*verb.acedia, num.*1.ſed,quia occaſione laboris, & moleſtiæ, quam habet adiunctam, diſplicear, & faſtidium faciat ipſum boourn diuinum ſecundùm ſe, verè & propriè pertinet ad acediam,in quantum eſt vitium ſpeciale diſtinctum ab aliis, vt patet ex S.Thom.*art.2.cit.* & aliis communiter. Vnde ex Caiet. *in Summa, verb. peccatum acedia,* & ex Val.2.2.*diſp.*3.*quaſt.*12.*punct.*1.§.*Porrò noſtrum.* hoc propriè eſſet peccarum acediæ,ſi quis ita eſſet elongarus ab amote cœleſtis Patris, & patriæ,vt qrando audit,& cogitat ſtatutum,ac propoſitum ſibi eſſe, vt ſit ciuis Sanctorum, & domeſticus Dei, & vt Deus ipſe ſit eius bonum, & poſſit per auxilia gratiæ,& per actiones virtutum ipſi acquiri,& ab ipſo apprehendi,tanquàm vltimus finis, de hoc ipſo triſtetur, & doleat: ſic enim è contrà etiam eſſet actus charitatis, ſi de illo gauderet. Idque totum etiam habetur ex S.Thom.2.2.*q.*35.*cit.art.*4.vbi ait,ſpititualia bona,de quibus triſtatur acedia,eſſe ipſum finem,& ea,quæ ſunt ad finem:id enim in idem recidit, ac ſi dixiſſet, eum triſtari per acediam,qui triſtatur de fine,propter quem eſt,& de mediis, quibus dirigitur, & fertur ad finem, id eſt, qui dolet, quòd ipſe ſit propter Deum, vt propter finem, & quòd per actus virtutum dirigatur ad Deum,tanquam ad finem.

5. *Bonum diuinum, quod eſt obiectũ acedia, quomodo ſit contriſtãs.* Quòd ſi quæras, vnde habeat bonum diuinum, provt eſt in nobis,quòd ſit cõtriſtans,& fundet acediam, cùm alioqui ex ſe ſit potiùs aptum fundare gaudium, vtpote bonum, & aliquo modo à nobis poſſeſſum, & factum noſtrum: Reſpondeo ex S. Thom. *quaſt.*11.*de malo,art.*1. *in corp.* hoc habere ex eo, quia contrariatur carnalibus deſideriis;&,vt addit *art.*2. *in corp. & ad* 3. quia eſt impeditiuum boni corporalis:& ex eodem S.Thom.2.2.*quaſt.*84.*art.*4.*in fine corp.* quòd acedia triſtetur de bono ſpirituali proprio, illùdque fugiat, ſolùm eſt propter laborem corporalem,qui eſt adiunctus tali bono:vt enim benè explicat Reginald. *lib.*17.*c.*11. *cit.num.*107.& Tol.*lib.*8.*cap.*68. ex hoc,quòd aliquis nimio affectu,& inordinatè proſequitur res temporales,& nimis refugit, & auerſatur labores, & curas,quibus ſunt comparandæ res ſpirituales,prouenit,vt triſtetur de bonis ſpiritualibus per acediam;& cùm vniuerſaliter in tãtum aliquid cauſet dolorem, aut triſtitiam,in quantum priuat aliquo bono, vt patet ex S.Thom.1.2.*quaſt.*35.*art.*1. etiam bonum diuinum facilè poteſt illam cauſare, ſi apprehendatur, in quantum eſt priuans bono corporali, illúdque impediens. Et ad idem pertinet, ſi bona diuina, quæ à Deo habemus, quaſi vilia reputemus, præ aliis bonis temporalibus, vel etiam ſpiritualibus, quæ habent alij, vt patet ex S.Thom.2.2.*quaſt.*35.*art.*1.*ad* 3.quia enim, vt ipſe loquitur, de iis triſtamur, quæ quaſi mala, aut vilia reputamus, vndecunque contingat,quòd bona ſpiritualia appareant vilia, etiam contingit, quòd nos contriſtent, & fundent acediam:& contrà, ſi neque mala,neque vilia reputentur,nullum erit periculum acediæ; ſed ſemper erit gaudium ex charitate, vt reuerà par eſt, ſemper eſſe de iis,quæ ſimpliciter,& abſolute ſunt bona.

6. *Peccata aliquando vincuntur fugiẽdo,& aliquãdo reſiſtendo.* Atque in hoc videtur fundari remedium illud, quod contra acediam, tanquàm optimum, & probatiſſimum, ex Moyſe Abbate tradit Caſſianus *lib.*10.*cit.de inſtitutis Cænobiorum, cap.*25.*in fine*, quòd impugnatio acediæ non ſit facienda declinando; ſed ſuperanda reſiſtendo: vt enim benè explicat S.Thom.*art.*1.*cit.ad* 4. tunc peccata ſunt vincenda fugiendo, quando continua cogitatio auget incentiuum peccati,vt contingit in peccatis luxuriæ. Vnde dicitur 1.Cor.6. *Fugite fornicationem.* Tunc verò ſunt vincenda reſiſtendo, quando incentiuum peccati ſolùm prouenit ex leuitate apprehenſionis; & ideò cogitatio perſeuerans illud tollit; & ſic contingit in peccatis acediæ: ſiquidem bona ſpiritualia, quantò magis de illis cogitamus, tantò magis redduntur nobis placentia, ex quo tollitur incitiuum acediæ, vt etiam explicat S.Anton.*par.*2.*tit.*9.*cap.*1.*in fine.*

Neque ex eo, quòd bonum diuinum poſſit eſſe contriſtans, propter laborem corporalem, quem habet adiunctum,ſequitur, quòd acedia non ſit vitium,aut peccatum ſpeciale; ſed ſit vnum ex peccatis carnalibus,id eſt,illud ipſum, quo inordinatè appetimus bonum corporis,vt intulimus *num.*3. ex S.Thom. 2.2 *qu.*35.*art.*2. vt enim notat idem S. Thom.*qu.*11.*de malo,art.*2.*cit.* hoc, quod eſt eſſe impeditiuum boni corporalis, eſt quidem ratio, quare bonum noſtrum ſpirituale diuinum poſſit eſſe contriſtans,& fundare acediam; non tamen eſt ratio, quare acedia, & triſtitia de huiuſmodi bono noſtro diuino, ſit ſpeciale peccatum;& benè poteſt talis triſtitia habere ex ſe, & ex ſuo obiecto ſpecialem deordinationem,& diſconuenientiam, ſiue malitiam, vndecunque tandem ipſa cauſetur, vel occaſionetur, vt etiam accidit in quamplurimis aliis vitiis, & peccatis, quæ habent ex ſe malitiam propriam,quamuis cauſentur ab aliquibus aliis; atque ita etiam acedia poteſt eſſe ſpeciale peccatum ſpirituale,diſtinctum a peccatis carnalibus, etiamſi ab vno aliquo ex illis cauſetur, id eſt,ab inordinato amore bonorum corporalium, vel a metu inordinato ſuperexcedentis laboris, qui propriè eſt ſegnities, vt *ſuprà* diximus *lib.*1.*diſp.*16.*num.*3. ex S. Thom.1.2.*qu.*41.*art.*4.

Et ſolùm hoc modo eſt intelligendus Alen.*par.*2.*qu.*140.*memb.*1. & alij Scholaſtici,quandu abſolute & ſimpliciter aſſerunt, acediam verſari circa bonum ſpirituale diuinum laborioſum;imò & ipſe S.Thom.1.2.*qu.*84. *art.*4 *cit.* quando aſſerit, acediam triſtari de bono ſpirituali propter laborem corporalem adiunctum: neque enim eſt ſenſus, quòd ratio laborioſi teneat ſe ex parte obiecti formalis in peccato acediæ, & ex illa formaliter habeatur propria illius deordinatio, & malitia; ſed ſolùm,quòd ſe teneat ex parte obiecti materialis,& ex illa cauſetur materialiter ipſe actus acediæ; qui tamen vndecunque tandem cauſetur, & exiſtat,ex ſe, ſuóque obiecto eſt ſpeciale peccatum,& fundat ſpecialem malitiam vt iam diximus ex S.Thom. *qu.*11.*de malo,art.*2.*cit.*

Ex hoc verò, quòd acedia hoc modo triſtetur de booo noſtro diuino, rectè probat S.Thom.2.2. 7. *Acedia eſt intrinſecè mala,& peccatum.* *qu* 35.*art.*1.*& qu.*11.*de malo,art.*1. quòd ſit peccatum,ſi de illa loquamur, quæ eſt actus voluntatis, & appetitus intellectiui;non autem de illa,quæ eſt ſolùm paſſio appetitus ſenſitiui:quia enim triſtitia in vniuerſum ſemper eſt ex ſe mala, quando eſt de eo, quod vere eſt bonum, & ſolùm apparenter eſt malum; ſicut è contra etiam delectatio ſemper eſt ex ſe mala,quando eſt de eo, quod verè eſt malum, & ſolùm apparenter eſt bonum; non poteſt acedia non eſſe mala ex ſe,cùm ſit de bono noſtro diuino, quod abſolutè,& ſimpliciter eſt verè bonum,& ſolùm apparenter eſt malum, in quantum contrariatur bono carnali, illúdque impedit. Et quia huiuſmodi triſtitia ſic hominem aggrauat, vt eum à bono opere totaliter retrahat;non poteſt præterea non eſſe mala etiam ſecundùm effectum, id eſt,in quantum retrahit ab iis bonis, quæ occurrunt implenda ex obligatione præcepti,vt ſubdit S.Thom.

ibidem.Sed circa hoc rectè monet Caiet.*in Summa verb. peccatum acediæ*, quòd hæc poſterior malitia ſecundùm effectum non eſt propria, & ſpecialis ipſius acediæ, niſi actu procedat ex priore malitia ſecundùm affectum: nam, niſi quis verè habeat actualem affectum triſtitiæ de ſuo bono diuino, & actu triſtetur, v.g. de amicitia Dei,& quòd ipſe ad Deum ſit ordinatus; ſed ſolùm triſtetur ſecundùm effectum,id eſt,ita ſe gerat,ac ſi triſtetur,& in actu exercito parum curet de huiuſmodi bono adipiſcendo, aut conſeruandu,vel augendo; non eſt dicendus ſpecialiter peccare peccato acediæ: ſicut neque etiam ſi actu triſtetur de operatione cuiuſcunque virtutis, non propter motiuum acediæ, id eſt,in quantum ille actus eſt bonum diuinum,& ad Deum nos ducit; ſed propter alias ſpeciales rationes,& doleat, v.g. de actu reſtitutionis faciendæ ex obligatione iuſtitiæ, & de actu ieiunij, aut orationis ex obligatione temperantiæ, aut religionis: erunt enim huiuſmodi triſtitiæ omninò malæ, cùm verè ſint de obiecto bono, & contra obligationem præcepti; ſed non erunt ſpecialiter malæ per malitiam acediæ ſpecialiter dictæ, ſed ſolùm generaliter dicentur acediæ, in quantum hoc nomine appellatur quæcunque triſtitia de quocunque actu præcepto, & propter quodcunque motiuum,vt iam explicauimus *num*.3. ex S.Thom.2.2. *quæſt*.35.*art*.2.

8. Neque obſtat, quòd acedia potiùs videatur defectus aliquis corporalis, & merè phyſicus,quam defectus moralis,& peccatum: ſiquidem ex Caſſiano *lib*.10.*de inſtitutis Cœnobiorum* .*c*.1. certis horis maximè corripit, & Monachum maxime inquietat circa horam ſextam, & ingruit veluti febris tempore præſtituto: quod tamen peccato minimè videtur poſſe conuenire, cùm hoc ſolùm dependeat à voluptate, & non ſit vni tempori potiùs addictum,quàm alteri. Hoc, inquam,non obſtat: quia, vt bene explicat S.Thom. 2.2.*qu*.35.*art*.1.*cit*.*ad* 2. benè poteſt accidere,vt aliquod peccatum nos magis impugnet vno tempore, quàm alio,in quantum appetitus ſenſitiuus, qui eſt potentia organica, & corporalis,certo modo diſponitur per aliquam corporalem tranſmutationem; & hæc tranſmutatio potiùs contingit vno tempore, quàm alio; & ſpecialiter in caſu præſenti, ideò poteſt acedia Monachos inquietare magis circa meridiem, quàm aliis horis:quia benè maximè contingit ſentiri effectum ieiunij, & corporalis laboris, cui dant operam, id eſt,defectum, & indigentiam cibi, & laſſitudinem virium, & moleſtiam ex Solis ardoribus. Et quoniam ex quolibet defectu corporali ex ſe diſponitur animus ad triſtitiam, ſicut è contrario ex ſufficientia, & abundantia diſponitur ad gaudium;hinc eſt, quòd exiſtente circa meridiem tam multiplici defectu, eiúſque ſenſu, ſpecialiter Monachi diſponantur ad affectum triſtitiæ; & ex hac corporali diſpoſitione ſumat occaſionem Diabolus eos tentandi de peccato acediæ, & faciendi, vt triſtentur etiam de bono ſpirituali, & de tota vita Monaſtica,& vt faſtidiant cellam, & fratrum conuerſationem contemnant, & aſpernentur,tanquam negligentium, & minùs ſpiritualium, & abſentia longéque poſita Monaſteria magni faciant, & proprium Monaſterium exhorreant; & ex eadem diſpoſitione, & affectu triſtitiæ plura alia in mentem veniant pertinentia ad acediam, quæ ibi enumerat Caſſianus *cap*.2. & hac de cauſa Diabolum ſic tentantem de acedia, occaſione defectuum corporalium, & triſtitiæ circa meridiem,nõnulli ex SS.Patribus, & ſenibus apud Caſſianum *ibidem*,*cap*.1. pronunciarunt eſſe illum, qui *Pſal*.90. appellatur meridianus,in quantum,ſcilicet, ſumit occaſionem tentandi ex iis, quæ accidunt circa meridiem. Et non eſt dubium, quòd etiam illæ cogitationes ſunt à Diabolo, quæ faciunt bona noſtra ſpiritualia videri vilia,& contemnenda,vt *ſuprà* diximus *num*.5. & bona aliorum videri præſtantia, & magni facienda, cùm etiam hæc vilitas apprehenſa in noſtris bonis ſpiritualibus poſſit de illis cauſare triſtitiam,quæ eſt acedia; &, vt benè notat S.Thom. 2.2.*qu*.35.*art*.1.*ad* 3. quanuis pertineat ad humilitatem,vt quis defectus proprios conſiderans,ſe non extollat; non tamen pertinet ad humilitatem, ſed potiùs ad ingratitudinem, vt bona, quæ quis habet à Deo, parui faciat, & contemnat; & ſic debemus aliorum bona extollere, vt tamen noſtra non contemnamus, ne alioqui per acediam de illis triſtemur,quæ quaſi mala, aut vilia reputamus.

9. Ex hoc verò, quòd acedia ſit triſtitia de bono noſtro diuino,non ſolùm probatur, quòd ex ſe ſit peccatum;ſed etiam,quòd ſit mortale ex ſuo genere,vt patet ex S.Thom.2.2.*qu*.35.*cit*.*art*.3. & *q*.11. *de malo*,*art*.3. & omnibus communiter: quatenus enim eſt talis triſtitia, non poteſt ex ſe, & ex proprio genere non contrariari charitati: nam, ſicut per charitatem Deum ipſum amamus amore amicitiæ,& bona, quæ ad Deum nos ordinant,per eandem charitatem amamus amore concupiſcentiæ, vt notat Caiet. 2.2.*qu*.35.*art*.2. & ex illo Valent. *diſp*.3.*qu*.12.*puncto* 1.§.*Secundò ſequitur*.& ideò de illis gaudemus, quando adſunt, & ſic dicitur ex charitate oriri gaudium,vt probat S.Thom. 2.2 *q*. 28.*art*.1. ita è contrà, ſi huiuſmodi bona faſtidiamus, & aſpernemur, vel quomodocunque de illis triſtemur;non poſſumus non multùm offendere diuinam charitatem, & amicitiam: ſicut & grauiter offenderet amicitiam hominis, qui faſtidiret, vel aſpernaretur colloquium, & conſuetudinem cum amico,vel alia bona,quæ ad ipſum ſpectant. Atque hac de cauſa rectè aſſerit Caiet. *in Summa*,*verb*.*peccatum acediæ*. & Nauar.*in Man*.*cap*.23.*n*.124. quòd hoc peccatum non modò eſt mortale, ſed etiam eſt grauiſſimum: quia eſt propinquum odio Dei, in quantum, ſcilicet, eſt directè oppoſitum gaudio charitatis, & de illo triſtatur, de quo ex charitate cum Deo, & ex amicitia Dei eſt gaudendum. Opponitur tamen acedia ſecundùm alia, atque alia, quæ poſſunt in illa conſiderari, etiam aliis, atque aliis virtutibus,vt videre eſt apud Alen.*par*.2.*quæſt*. 140.*n*.6. nam, quatenus ſecum habet diffidentiam implendi præcepta, opponitur ſpei; & quatenus habet tædium, aut timorem laboris quaſi ſuperexcedentis, opponitur fortitudini; & quatenus ægrè ſuſtinet,quæ occurrunt aduerſa,& moleſta,opponitur patientiæ; & ſic de aliis.

Et peccatum acediæ ex S.Thoma *quæſt*.35.*art*.3. *cit*.*ad* 2.& Alen. *par*.2.*quæſt*.140. *memb*.10. dicitur peculiariter eſſe contra præceptum diuinum de ſanctificatione Sabbathi:quia per illud,in quantum eſt præceptum morale, præcipitur quies mentis in Deo; & huic ſine dubio multùm repugnat triſtitia mentis de bono diuino, cùm etiam hæc ſit receſſus quidam à Deo,qui eſt terminus, in quo mens deberet quieſcere. Et quemadmodum in Phyſicis,quieti in vno contrario,v.g.in ſanitate,contrariatur motus ab illo contrario ad oppoſitum, v. g. à ſanitate ad ægritudinem, vt patet ex Ariſt.5.*Phyſic*.*text*.54. ita & in moralibus quieti mentis in Deo, & in bono diuino, contrariatur motus, aut receſſus mentis à Deo,& à bono diuino, qualis eſt motus acediæ; & ideò hic motus rectè dicitur eſſe contra præceptum de

Quare acedia potius inquietet vno tẽpore, quàm alio.

Acedia ex ſuo genere eſt peccatũ mortale, quia cõtrariatur charitati.

Digitized by Google

de quiete mentis in Deo, quod eſt præceptom de ſanctificatione Sabbathi, vt diximus.

10. *Acedia poteſt eſſe peccatum veniale ex indeliberatione.* Sed rectè ſubdit S.Thom. *art. 3. cit.* poſſe acediam eſſe venialem, ſi careat ſua perfectione, & in ſuo genere non ſit actus perfectus, qui, ſcilicet, pertingat vſque ad conſenſum rationis; ſed ſolùm ſit inchoatus, v.g. in ſenſualitate, & non perfectè deliberatus: hac enim ratione huiuſmodi motus ſæpè contingunt, etiam in viris perfectis, & præcipuè certis temporibus, quando patiuntur ſpecialiter aliquos defectus, & indigentias corporales, vt *ſuprà* diximus ex Caſſiano, accidere Monachis ſpecialiter circa meridiem.

11. *Acedia non poteſt eſſe venialis ex leuitate materiæ.* Addit prætereà Tol. *lib.8. cap.69.* poſſe acediam eſſe venialem, etiam ex leuitate materiæ: & tunc dici materiam leuem, quando homo non verè triſtatur de bono ſpirituali, & diuino ſecundùm ſe; ſed ſolùm ratione alicuius circuoſtantiæ, v.g. loci, aut temporis: vt, ſi quis, v.g. contriſtetur de ieiunio, aut concione, quia ſit tali die, & tali hora; non autem ſimpliciter, quia ſit bonum ſpirituale, & diuinum quod nos ducat ad Deum: nam tali modo ſemper eſſet peccatum mortale. Verùm, ſi rectè id expendatur, non videtur poſſe admitti in peccato acediæ ſpecialiter dictæ; ſed ſulùm in acedia accepta generaliter pro quacunque triſtitia de bono ſpirituali, & actu virtutis cuiuſcunque, & ex quocunque motiuo, vt *ſuprà* explicauimus *num.* 3. nam, ſi triſtitia ſit formaliter de bono diuino, in quantum eſt bonum diuinum, & nos ducit ad Deum, quæ eſt propria, & formalis, & primaria ratio ſpecificatiua acediæ; non poteſt non eſſe ſemper materia grauis, & peccatum mortale, ſiue cauſetur huiuſmodi triſtitia ex circuoſtantia loci, ſiue ex circunſtantia temporis, ſiue ex quacunque alia cauſa, cùm hæc ipſa primaria ratio intrinſecè fundet malitiam grauem, & notabilem oppoſitionem ad rationem. Et manifeſtè id probatur ex regula *ſuperiùs* tradita *hoc ipſo lib.3 diſp* 14. *num.* 13. ad dignoſcendum, quòd in hoc, vel in illo præcepto detur, vel nõ detur materiæ paruitas, & venialitas culpæ: nam in peccato infidelitatis, v.g. ideò non datur materiæ paruitas; quia ex ipſa ratione formali per ſe prima, quæ in tali peccato eſt, vt fides negetur ipſi Deo aliquid reuelanti, intrinſecè prouenit notabilis oppoſitio, & diſconuenientia ad rationem; & contrà in peccato furti, ideò datur materiæ paruitas, quia oppoſitio notabilis ad rationem non prouenit intrinſecè ex ratione formali per ſe prima, quæ in illis eſt, vt res, quæ accipitur, ſit aliena; ſed prouenit ex ratione formali per ſe ſecunda, quæ eſt, vt res, quæ accipitur, ſit notabilis, & notabiliter faciat ad vſus vitæ: ergo ſimiliter in peccato acediæ non poteſt dari materiæ paruitas; quia ex ipſa ratione obiecti per ſe prima, quæ eſt, vt bonum, de quo eſt triſtitia, ſit bonum diuinum, & ad Deum nos ordinans, intrinſecè prouenit notabilis oppoſitio ad rationem; non autem prouenit ex ratione quacunque per ſe ſecunda, quæ eſt, v.g. quòd ſit tale, vel tale bonum diuinum; & tali, vel tali modo ad Deum nos ordinet.

Et eadem ratione videtur probari, quòd etiam eſſet peccatum mortale, ſi quis actu aliquo poſitiuo triſtaretur de conſiliis euangelicis, vel aliis operationibus virtuoſis, quæ non ſunt in præcepto; & formaliter triſtaretur ſub hac ipſa ratione boni diuini, & in quantum etiam conſilia, & actus non præcepti, ſunt bonum diuinum, & ad Deum nos ducunt: ſimiliter enim etiam in hoc caſu ratio illa boni diuini fundaret oppoſitionem notabilem ad rationem, cùm etiam de bonis diuinis non præceptis non ſit triſtandum, ſed gaudendum; vel ſaltem ſit omni modo ceſſandum, tam ab actu triſtitiæ, quàm ab actu gaudij circa illa. Quare, quod habet S. Thom. 2.2. *quæſt.* 35. *art.* 3. *ad* 2. *& quæſt.* 11. *de malo, art.* 3. *ad* 4. quòd peccatum acediæ tunc ſolùm contingat, quando mente receditur à bono diuino, cui alioqui debet mens adhærere ex neceſſitate; & ideò ſi quis contriſtetur, quòd alius cogat eum implere bona opera, ad quæ non tenetur, non peccet peccato acediæ, ſolùm probat de actu externo, & peccato operis, quod ſine dubio non imputatur culpæ, ſiue ex acedia, ſiue ex quocunque alio vitio, niſi quando eſt debitum; non autem probat de actu interno, qui ſemper eſt debitus, & in præcepto, ſaltem quoad ſpecificationem, ſi non quoad exercitium; cùm ſemper ex ſuppoſitione, quòd velit quis operari, v.g. circa bonum diuinum a nobis habitum, & poſſeſſum, ex ipſo præcepto charitatis teneatur operari per actum gaudij, non autem per actum triſtitiæ, vt etiam in re ſimili de inuidia diximus *ſupra diſp* 35. *n.*5. ex Caiet. 2.2. *q.*36. *art.* 3. §. *Ad ſecundum dicitur.* atque ita omninò erit contra præceptum charitatis; & peccatum mortale ex ſuo genere, & ex ipſa ſpecificatione actus, ſi quis operetur circa huiuſmodi bonum diuinum à nobis habitum, & poſſeſſom, & operetur per actum triſtitiæ, etiamſi alioqui, abſolutè loquendo, non teneatur vllo modo circa illud operari.

12. *Circunſtãtia acediæ eſt neceſſariò exprimenda in confeſſione.* Denique eadem ratione ſolùm de acedia generaliter dicta; nõ autem ſpecialiter, & preſsè accepta, debet admitti illud Nauar. *cap.* 23. *n.* 125. quòd ſi per acediam aliquid omittatur ex iis, quæ alioqui ſunt debita, vt, v.g. auditio Sacri, vel recitatio Horarum canonicarum, motiuum acediæ non ſit circunſtantia neceſſariò exprimenda in confeſſione; ſed ſatis ſit dicere: Omiſi Sacrum, aut Horas canonicas. non autem ſit addeodum: Omiſi ex acedia, & de illis dolui, aut triſtatus ſum, in quantum erant bonum meum diuinum, méque ordinabant, aut ferebant ad Deum. hoc, inquam, ſolùm eſt admittendum de acedia generaliter dicta, quæ non trahit peccatum in aliam ſpeciem, vt etiam habet Caiet. *in Summa, verb peccatum acediæ, in fine*; & ideò non eſt, quòd ſpecialiter exprimatur, non autem eſt admittendum de acedia ſpecialiter dicta, quæ ex ſe eſt mortalis, & in propria ſpecie, & ſpecialiter opponitur gaudio charitatis; & ideò ſpecialiter eſt exprimenda in confeſſione, quando adiungitur alicui alteri malitiæ in alia ſpecie, & contra aliquod aliud præceptum: quanquam hoc raro contingat, vt quis ſpecialiter doleat, ac triſtetur de bono ſuo ſpirituali, in quantum eſt bonum diuinum, & ſpecialiter peccet peccato acediæ, vt etiam notat Nauar. *cap.* 23. *cit. n.* 124. & ideò fortaſſe dictum illius de hac circunſtantia non neceſſariò exprimenda in confeſſione ſolùm ſit dictum de acedia, prout communiter accidit, id eſt, de acedia generaliter dicta.

DISPVT. XXXVIII.

Quomodo acedia ſit vitium capitale, & contingat peccari mortaliter per eius filias.

1. *Acedia eſt vitium capitale.*
2. *Filiæ acediæ quot, & quæ ſint.*
3. *Malitia, & rancor, prout ſunt filiæ acediæ, quomodo accipiantur.*
4. *Filiæ acediæ ſecundùm S. Iſidorum quænam ſint.*
5. *Deſperatio, prout eſt filia acediæ, eſt peccatum mortale.*

6. *Puſillanimitas filia acediæ, quando ſit peccatum mortale, aut veniale.*
7. *Torpor ex acedia quando ſit peccatum mortale.*
8. *Rancor ex acedia quando ſit peccatum mortale.*
9. *Malitia, quæ eſt filia acediæ, eſt peccatum mortale.*
10. *Euagatio mentis, quæ eſt filia acediæ, quando ſit peccatum mortale.*

1. *Acedia eſt vitium capitale.* ACEDIAM inter vitia capitalia ponit S. Gregorius *lib.* 31. *Moral.c.* 31. & S. Iſidor. *lib.* 2. *de Summo bono*: eámque rectè poni, ex eo probant S. Thom. 2.2. *qu.* 35. *art.* 40. *&* *qu.* 11. *de malo, ſimiliter art.* 4. S. Antoninus *part.* 2. *tit.* 9. *cap.* 1. Alen. *part.* 2. *qu.* 140. *memb.* 5. & omnes communiter: quia etiam ipſa eſt vitiom', ex quo eſt promptum, vt plura alia vitia oriantur ſecundùm rationem cauſæ finalis: ſicut enim homines multa operantur propter delectationem conſequendam, & quando iam in illa exiſtunt, ad molta promouentur illius impeto; ita & multa operantur propter triſtitiam euitandam, & fugiendam, eiúſque pondere ſimiliter impelluntur ad multa, quando iam in illa exiſtunt: & quia nullus eſt, qui poſſit diu manere in triſtitia, & abſque delectatione, vt eſt apud Ariſtot. 8. *Ethic.c.* 5. *&* 6. duo neceſſe eſt oriri ex triſtitia, quæ eſt acedia, ſicut & oriuntur communiter ex quacunque alia triſtitia, id eſt, receſſum ab iis, quæ contriſtant, qui eſt receſſus ab ipſa triſtitia, & acceſſum ad ea, quæ delectant, qui eſt acceſſus ad ipſam delectationem: ſic enim 7. *Ethic.c.* 14. delectationes corporis dicuntur quaſi eſſe medela, & remedium dolorum animi, eóſque ſe ad illas conuertere, & transferre, qui non habent alia, quibus lætentur, id eſt, qui non gaudent delectationibus animi, & ſpiritualibus, vel intellectualibus. Et pro hoc vtroque, id eſt, pro receſſu ab ipſa triſtitia, & pro acceſſu ad

2. *Filiæ acediæ quot, & quæ ſint.* delectationem, quæ eſt illius medela, ſex filiæ acediæ aſſignantur à S Gregorio *lib.* 31. *Mor. cap.* 31. *cit.* id eſt, malitia, rancor, puſillanimitas, deſperatio, torpor circa præcepta, & mentis euagatio circa illicita: nam, vt benè ratiocinatur S. Thom. 2.2. *qu.* 35. *art.* 4. *ad* 2. ratione acceſſus ad delectationem, oritur euagatio mentis circa illicita, & ratione receſſus ab ipſa triſtitia, oriuntur cætera omnia: quia enim ea, quæ contriſtant, ſunt bona ipſa diuina, id eſt, finis vltimus, qui eſt ipſe Deus, & ea, quæ ſunt ad finem, ſi receſſus fiat ab ipſo fine; oritur deſperatio: ſi verò fiat à mediis, & hæc apprehendantur, vt ardua, & ſupra vires, & ab eorum aggreſſione animus retrahatur; oritur puſillanimitas: & ſi negligenter ſe gerat in eorum executione, etiam poſtquàm aliquis eſt illa aggreſſus; oritur torpor: & ſi huiuſmodi receſſus non fiat quomodocunque à contriſtantibus; ſed cum impugnatione, & deteſtatione; & hæc impugnatio ſit circa homines, qui aliquando ſuadent bona ſpiritualia, & diuina, & ad illa nos ducunt, vt quando viri probi, & religioſi nos hortantur ad bonum; dicitur rancor: & ſi ſit circa bona ipſa, ad quorum deteſtationem, & impugnationem aliquis inducitur ex acedia; dicitur malitia. Vnde malitia hoc loco, prout ponitur filia

3. *Malitia, & rancor, prout ſunt filiæ acediæ, quomodo accipiantur.* acediæ, non eſt accipienda, prout eſt quid genericum ad omnia vitia, & dicit ipſam inhoneſtatem, vel carentiam bonitatis, & deordinationem à recta ratione; ſed ſpecificè, & ſtrictè, prout ſolùm dicit deteſtationem, & impugnationem ipſius boni diuini, vt patet ex S. Thom. *art.* 4. *cit. ad* 2. & ſimiliter rancor non accipitur, provt generaliter eſt idem cum odio, quod ab eodem S. Thom. 2.2. *qu.* 34. *art.* 6. dicitur oriri ex inuidia, in quantum triſtitia de bono proximi, quæ eſt inuidia, facit illud bonum eſſe odioſum ipſi inuido; ſed accipitur ſpecialiter, & ſtrictè, prout ſolùm eſt deteſtatio hominis nos inducentis ad diuina, quæ per acediam nos contriſtant. Et idem eſt etiam de aliis: ſiquidem euagatio mentis circa illicita, non accipitur pro quacunque licentia malæ, aut vanæ cogitationis, quomodo reperitur in omnibus vitiis: ſed accipitur pro defectu attentionis circa res ſpirituales, & diuinas exercendas, vt notat Tolet. *lib.* 8. *cap.* 70. & Reginald. *lib.* 17. *c.* 11. *n.* 109. Qui defectus attentionis maximè naſcitur ex mentis applicatione circa alia illicita, ad quæ acedioſus ſe transfert, tanquàm ad remedium, & medelam ſuæ triſtitiæ, vt iam diximus ex S. Thom. Et per torporem non intelligitur ipſe formalis actus triſtitiæ, ſed effectus illius circa ipſa agenda, vt patet ex S. Thom. *qu.* 11. *de malo, art.* 4. *ad* 3. Et denique puſillanimitas, & deſperatio, quanuis poſſint oriri ex aliis quibuſcunque peccatis; non tamen proptereà non oriuntur ex acedia: quod ſatis eſt, vt aſſignentur conuenienter inter filias illius.

Atque ad has filias acediæ ſic explicatas reducuntur etiam illæ, quas ponit S. Iſidor. *lib.* 2. *de ſummo bono*, dum triſtitiam diſtinguit ab acedia; & illam ait eſſe, in quantum quis recedit à bono grauiori, & laborioſo, ad quod tenetur; hanc verò in quantum ſe conuertit ad quietem indebitam: & triſtitiæ aſſignat quatuor filias, id eſt, rancorem, puſillanimitatem, amaritudinem, deſperationem: acediæ verò aſſignat ſeptem, id eſt, otioſitatem, ſomnolentiam, importunitatem mentis, inquietudinem corporis, inſtabilitatem, verboſitatem, curioſitatem: nam, vt notat S. Thom. 2.2. *qu.* 36. *art.* 4. *ad* 3. & ex illo S. Antonio. *part.* 2. *tit.* 9. *cap.* 1. quanuis vitium triſtitiæ à vitio acediæ diſtinguat etiam Caſſiano. *lib.* 9. *&* 10. *de inſtitutis Cænobiorum*, rectiùs tamen S. Gregor. acediam ait eſſe triſtitiam, eamque à triſtitia non diſtinguit, niſi vt inferius à ſuperiore, & vt ſpeciem à genere: ſiquidem triſtitia, prout eſt de bono laborioſo, & graui, non eſt vitium ſpeciale diſtinctum ab aliis; ſed eſt quid commune omnibus vitiis, quorum vnunquodque poteſt triſtari de bono virtutis ſibi appoſitæ, vt *ſuprà* diximus *diſp. præced. num.* 3. ex eodem S. Thom. *eadem quæſt.* 35. *art.* 2. & vitium ſpeciale acediæ ſolùm conſtituitur per hoc, quòd ſit de bono diuino, provt ibi explicauimus: & hinc etiam fit, vt alia vitia, quæ à S. Iſidoro aſſignantur, vt filiæ, ſiue triſtitiæ, ſiue acediæ, rectè reducantur ad illa ſex, quæ aſſignat S. Gregor. ſiquidem amaritudo eſt effectus rancoris, & ad illum reducitur: otioſitas, & ſomnolentia reducuntur ad torporem circa præcepta, circa quæ is dicitur otioſus, qui illa omninò prætermittit; & is ſomnolentus, qui negligenter implet: & alia quinque reducuntur ad euagationem mentis circa illicita, id eſt, importunitas mentis, quæ ſic dicitur, quatenus reſidet in ipſa arce mentis, quæ importunè ad diuerſa diffunditur; & curioſitas, quæ contingit, quatenus pertinet ad cognitionem; & verboſitas, quantùm ad locutionem; & corporis inquietudo, in quantum aliquis per inordinatos motus membrorum, inquietudinem indicat mentis; & denique inſtabilitas, quantùm ad loci, vel propoſiti mutationem: quare non eſt, quòd in aſſignandis huiuſmodi filiabus acediæ recedamus ab illo numero, quem ex S. Greg. aſſignat S. Thom. & Scholaſtici communiter.

4. *Filiæ acediæ ſecundùm S. Iſidorum quænam ſint.*

Vt verò explicemus, quomodo contingat per illas peccari, illud in vniuerſum tradit Azor. *part.*

1. *lib* 4.

t.*lib*.4. *cap*.18. *quæſt*.6. quòd omnes ex ſuo genere ſunt peccatum mortale, cùm grauiter aduerſentur charitati.

Sed, vt in ſpecie vnico verbo id explicemus de ſingulis, ex Tol. *lib*.8.*c*.70. & Reginald. *lib*.17.*cap*. 11.*num*.109.& aliis, hæc poſſunt notari.

5. *Deſperatio, prout eſt filia acediæ, eſt peccatũ mortale.*

Primò, certũ eſt, quòd deſperatio, qua quis ex acedia, & tædio boni diuini, ſpem omnem abiicit æternæ felicitatis, & finis vltimi conſequendi, ſemper eſt peccatum mortale, quando eſt deliberata, & ex perfecto conſenſu rationis, cùm acedia, & tædium de vltimo fine grauiter ſit contra charitatem; & deſperatio illum aſſequendi ſit grauiter contra ſpem: ſecùs verò ſi talis motus ſolùm ſit imperfectus, & deſperatio ſolùm ſit inchoata in ipſa ſenſualitate, & appetitu ſenſitiuo, in quo caſu ſolùm eſt peccatum veniale, vt etiam patet ex S.Thom.2.2. *quæſt*.35.*art*.3.

6. *Puſillanimitas, filia acediæ, quando ſit peccatum mortale, aut veniale.*

Secundò, puſillanimitas, qua quis ex inordinato timore ſe ſubtrahit ab operibus bonis, quæ ſunt media ad felicitatem, & vltimum finem, eáque omittit, vt nimis ardua, & ſupra vires, ſuæque potentiæ improportionata, ex S.Thom.2.2 *quæſt*.133. *art*.1.ex ſe ipſa peccatum eſt, quia contrariatur naturali inclinationi, quam habet vnunquodque, tam animatum, quàm inanimatum, ad exequendas operationes, quæ ſunt proportionatæ, & commenſuratæ ſuæ potentiæ: & ſicut præſumptio, qua quis in operationibus excedit proportionem ſuæ potentiæ, & nititur ad maiora, quàm poſſit, eſt peccatum; ita & puſillanimitas, qua quis deficit à proportione ſuæ potentiæ, & ideò recuſat in illud tendere, quod verè eſt illi proportionatum.

Et quidem, ſi illud, quod ex puſillanimitate omittitur, ſit de neceſſitate, ſiue medij, ſiue præcepti; vt, ſi quis, v.g. nolit Baptiſmum recipere, & fieri Chriſtianus, quia timet, ne poſſit viuere, ſicut decet Chriſtianum; vel nolit acceptare officium paſtorale, quod illi imponitur ſub præcepto; certum eſt, quòd ſit peccatum mortale: ſi verò id, quod omittitur ex puſillanimitate, ſit ſolùm de conſilio, non eſt peccatum, niſi veniale, vt notat Sylu. *verb.puſillanimitas*, Caiet. *in Summa, verb.eodem*, Tol. *lib*.8.*cap*.70. Reginald. *lib*.17.*cap*.11.*num*.109. & colligitur ex S. Thom.2.2. *quæſt*.133.*art*.1.*cit*. vbi abſolutè aſſerit, puſillanimitatem eſſe peccatum: & *in reſp.ad primum*, vbi ait, eos, qui ex puſillanimitate refugiunt prodeſſe proximis in prædicatione, quæ tamen communiter non eſt de præcepto, ex S.Gregorio *in Paſtor*. ex tantis eſſe reos, in quantis potuerunt prodeſſe: & quamuis conſilia, prout contradiſtinguuntur à præceptis, nullam inducant obligationem, & eorum omiſſio, nec veniale quidem peccatum ſit; vt, v.g. non ingredi religionem; non vouere caſtitatẽ, & ſimilia; qua de cauſa Angelus *verb puſillanimitas*, aſſerit, eam neque etiam eſſe peccatum veniale, quando eſt circa conſilia: probabilius tamen eſt, quòd ipſa ſecundùm ſe, quatenus dicit inordinatum timorem, ſit peccatum; ſiue ſit de re, quæ cadit ſub præceptum; ſiue de re, quæ ſolùm cadit ſub conſilium, dummodo ſit timor voluntarius ex ignoratione, vel inconſideratione culpabili ſuæ potentiæ; ſiquidem ſemper huiuſmodi timor eſt contra legem naturæ, & contra naturalem inclinationem omnibus inditam ad ea non fugienda, quæ ſunt proportionata potentiæ, vt iam diximus ex S.Thom. Et ſi puſillanimitas, etiam circa conſilia, ſit cum actuali acedia, & triſtitia de illis, in quantum ſunt bonum noſtrum diuinum, etiam circa conſilia, erit mortalis, vt *ſuprà* diximus *diſp.præced. num*.11. cùm ſemper ratio boni diuini fundet grauem oppoſitionem ad rationem, quando terminat actum triſtitiæ, & non actum gaudij.

Tertiò, ex torpore tunc peccatur mortaliter, vt notat Nauar. *cap*.23.*n*.125. Tol. *lib*.8.*c*.70. Reginald. *lib*.17.*cap*.11.*n*.109. quando contingit circa præcepta, eáque vel omninò omittuntur, quæ propriè appellatur otioſitas; vel negligenter implentur per notabilem negligentiam, quæ appellatur ſomnolentia, vt iam diximus *num*.4. ex S.Thom.2.2.*quæſt*. 35.*art*.4.*ad* 3. 7. *Torpor ex acedia quando ſit peccatum mortale.*

Quartò, ex rancore, quo aliquis eos faſtidit, ac deteſtatur, qui inducunt ad bonum, vt ſunt Concionatores, & viri religioſi, & ſpirituales, tunc peccatur mortaliter, quando eſt coniunctus cum odio, quo aliquod damnum notabile ipſis optatur. Ita Angel. *verb. rancor*. Tol. *lib* 8.*cap*.70. Reginald. *lib*. 17.*cap*.11.*n*.109. ſi verò non ſit coniunctus cum odio, per ſe loquendo, ſolùm eſt veniale; ſed per accidens poteſt etiam eſſe mortale: vt, v.g. ſi formaliter ſit ex motiuo acediæ, quæ ſemper ex ſe eſt mortalis, vt iam diximus. 8. *Rancor ex acedia quando ſit peccatum mortale.*

Quintò, malitia, quæ in quantum eſt filia acediæ, non accipitur, prout eſt ratio quædam generica, denominans malum quencunque actum peccaminoſum; ſed ſolùm, prout eſt impugnatio, ac deteſtatio bonorum ſpiritualium, in quam aliquis aliquando adducitur ex acedia, ex ſe ipſa eſt peccatum mortale: vt, ſi quis, v.g. bona ſpiritualia, quæ faſtidit, velit ſimpliciter non eſſe, vel doleat de labore præterito, quem fortè poſuit in illorum acquiſitione, præſertim quando erant ſub præcepto; vel doleat, quòd natus ſit inter Chriſtianos, & Chriſtum agnouerit: hæc enim omnia grauiter contrariantur charitati, ex Tol. *cap*.70. *cit*. & Reginald. *cap*.11. *num*.109. & patet manifeſtè ex ſe. 9. *Malitia, quæ eſt filia acediæ, eſt peccatum mortale.*

Denique euagatio mentis circa illicita, prout eſt filia acediæ, & ſpecialiter dicit negationem attentionis ad res ſpirituales, tunc eſt mortalis ex Tol. & Reginald. *locis cit*. quando attentio eſt debita ex præcepto, vt, v.g. ad Sacrum faciendum, vel audiendum die feſto; ad recitandas Horas canonicas, &c. & quando defectus huiuſmodi attentionis debitæ, eſt notabilis, & cauſatur ex culpabili negligentia. 10. *Euagatio mentis, quæ eſt filia acediæ, quãdo ſit peccatũ mortale.*

THEOLOGICARVM
DISPVTATIONVM
MORALIVM
LIBER QVARTVS.

De regula intrinſeca humanorum actuum, quæ eſt conſcientia.

PROOEMIVM.

1. *Regula humanorum actuum alia eſt intrinſeca, id eſt, conſcientia; & alia extrinſeca, id eſt, lex.*
2. *Authores, qui tractant de conſcientia.*

1. *Regula humanorum actuum alia eſt intrinſeca, id eſt, conſcientia; & alia extrinſeca, id eſt, lex.* POST explicata *lib.* 1. ea, quæ pertinent ad naturam, & quaſi ſubſtantiam humanorum actuum, vt eſt ratio voluntarij, & inuoluntarij; & *lib.* 2. ea, quæ pertinent ad eorum bonitatem, & malitiam, vt eſt ſpecies & diuerſitas peccatorum; & poſt adiecta *lib.* 3. horum occaſione ea, quæ pertinent ad prima ſeptem capita vitiorum, & peccatorum, quæ ſunt ſeptem vitia capitalia; conſequens eſt, vt agamus de regula, cui debent conformari actus humani, ad hoc, vt ſint boni, & à qua ſi deflectant, neceſſariò conuincuntur eſſe praui. Et quamuis hæc vnico verbo poſſit dici: quid ſit recta ratio; commodè tamen diuiditur quaſi in duas; id eſt, in illam, quæ vnicuique eſt intrinſeca, & appellatur conſcientia; & illam, quæ communiter eſt extrinſeca, & intrinſecè ſolùm eſt in ipſo ſuperiore, & appellatur lex. Quare hic quartus liber meritò erit de conſcientia, & quintus erit de lege.

2. *Authores, qui tractant de conſcientia.* Et de conſcientia legi poſſunt Scholaſtici *in* 2. *d.* 39. Magiſter *in* 4. *d.* 3. S Thom. 1. 1. *qu.* 79. *art.* 13. *par.* 2. *qu.* 19. *art.* 5. *&* 6. *& q.* 17. *de verit. art.* 1. Alenſ. *part.* 1. *qu.* 120. Sot. *lib.* 3. *de iuſt. qu.* 6. *& lib.* 4. *qu.* 6. Bellarm. *lib.* 2. *de pœnit. cap.* 18. S. Anton. *part.* 1. *tit.* 3. *cap.* 10. Caiet. Medina, Val. 1. 2. *qu.* 19. *art.* 5. *&* 6. *cit.* Vaſq. 1. 2. *diſp.* 59. *& ſequentibus vſque ad* 63. Sanchez *lib.* 1. *in Decal. cap.* 9. Azor. *part.* 1. *lib.* 1. *à cap.* 8. Reginald. *lib.* 13 *cap.* 6 Salas 1. 2. *tract.* 8. Sayrus *lib.* 1. *clau. reg. per totum.* Nauar. *in Man. præludio* 9. *n.* 9. *& cap.* 27. *num.* 280. *& in cap. Si quis autem. de pœnit. d.* 7. Summiſtæ *verb. conſcientia,* & alij.

DISPVT. I.

Quid ſit conſcientia.

1. *Quomodo poſſit deſcribi conſcientia.*
2. *Eſt actus potentiæ intellectiuæ.*
3. *Teſtimonium conſcientiæ in quo conſiſtat.*
4. *Quomodo conſcientia excuſet, vel accuſet, reprehendat, remordeat, inſtiget, liget.*
5. *Quare nomen conſcientiæ aliquando tribuatur ipſi ſynderesi, aut intellectui practico.*
6. *Conſcientia eſt iudicium practicum.*
7. *Conſcientia eſt concluſio ſyllogiſmi practici, & quomodo.*
8. *Conſcientia eſt dictamen particulare, non autem vniuerſale.*
9. *Synderesis ſemper eſt vera, neque poteſt eſſe principium peccati.*
10. *Synderesis non extinguitur.*
11. *Remorſus conſcientiæ quare in aliquibus non ſentiatur.*
12. *Quomodo conſcientia ſecundùm aliquos ſpectet ad voluntatem, non autem ad intellectum.*
13. *Quomodo ex Dur. conſcientia ſit quid aggregatum ex intellectu, & voluntate.*
14. *Quomodo ex Scoto conſcientia ſit habitus, non autem*

Digitized by Google

autem actus.

15. *Quo modo is, qui habet plùs ſcientia de re agenda, aliquando habeat minùs conſcientia.*
16. *Quomodo conſcientia dicatur eſſe inquinata, & munda; & aliquando etiam cauteriata.*
17. *Conſcientia non conſiſtit in habitu, aut potentia.*
18. *Nomen ſyndereſis vnde deriuetur.*
19. *Remordere, & inſtigare quomodo ſint actus conſcientia.*
20. *Quomodo conſcientia ſit in dormientibus.*
21. *Teſtificari, & remordere ſolùm intranſitiuè ſunt actus conſcientia.*
22. *Conſcientia ſecundùm aliquos pertinet ad intellectum ſpeculatiuum.*
23. *Impugnatur.*
24. *Vtrùm conſcientia actuales producant habitualem.*

1. *Quomodo poſſit deſcribi conſcientia.*

CONSCIENTIA rectè videtor deſcribi, ſi dicamus, quòd ſit iudicium practicum, quo hîc, & nunc iudicamus de benè, aut malè factis, vel faciendis. Ita S.Thom. *quaſt.17. de ver.art.1.& 1.1. quaſt.76.art.13.* Caiet.*ibid.* Vaſq.1.2.*diſp.59.cap.1.* Sanchez *lib. 1. in Decal. cap. 9. num. 1.* Salas 1.2. *tract.8.ſect.1.* Azor *par.1.lib.2.cap.8.ſect.1.* Reginal. *in praxi, lib.13.cap.6. memb.48.* Sayr.*lib.1.clau.reg. cap.2.* Scholaſtici communiter *in 2.d.39.*

2. *Eſt actus potentia intellectiua.*

Quòd conſcientia ſit iudicium, id eſt, aliquis actus potentiæ intellectiuæ, rectè probant rationes S.Thomæ 1.1. *loco cit.* Primò enim nomen ipſum conſcientiæ importat ordinem ſcientiæ ad aliquid; & conſcientia dicitur, quaſi cum alio ſcientia; hoc eſt, alicui alteri applicata ſcientia; quæ tamen applicatio, vt ex ſe patet, tunc ſolùm eſt, quando eſt actus. Deinde munera omnia, quæ communiter tribuuntur conſcientiæ, vt, v.g. quòd teſtificetur, quòd
3. *Teſtimonium conſcientia in quo conſiſtat.*
accuſet, vel excuſet, quòd reprehendat, remordeat, inſtiget, & liget, formaliter, & proximè; ſolùm conſiſtunt in actu, id eſt, in actuali applicatione actus ſcientiæ ad noſtras operationes: ſi enim ſcientiam applicemus ad ſubſtantiam operationis, & actu cognoſcamus, nos aliquid facere, aut non facere, vel recognoſcamus nos aliquid feciſſe, aut non feciſſe, dicitur conſcientia teſtificari, iuxta illud S. Pauli ad Rom.9. *Veritatem dico in Chriſto, & non mentior,*
4. *Quomodo cõſcientia excuſet, vel accuſet, reprehendat, remordeat, inſtiget, liget.*
teſtimonium mihi perhibente conſcientia mea in Spiritu ſancto, quoniam triſtitia mihi magna eſt. & 2. Cor.1. *Gloria noſtra hæc eſt, teſtimonium conſcientia noſtra.* Si verò applicemus ſcientiam ad rectitudinem, aut prauitatem operationis, dicitur excuſare, aut accuſare, reprehendere, & remordere, iuxta illud Prou.12. *Gladio pungitur conſcientia.* Si denique illam applicemus ad operationem futuram, prout eſt debita fieri, vel debita non fieri, dicitur inſtigare, & ligare. Idque ipſum etiam probant aliæ rationes ex eodem S.Thom. *q.17.de ver. art.1.* quòd Scriptura ſæpe loquatur de conſcientia, tanquam de actu intellectus, vt Gen.43. *Non eſt in conſcientiis noſtris, quis pecuniam poſuerit in ſaccis noſtris.* Et Eccleſiaſtici 7. *Scit conſcientia tua, te crebrò maledixiſſe aliis.* Et quòd idem ſuadeat etiam communis vſus loquendi, ſecundùm quem dicimus: De conſcientia mea hoc non eſt factum, id eſt, verè ſcio, quòd non ſit factum; vel neſcio, quòd ſit factum: & de illo, qui agit contra id, quod intelligit eſſe faciendum, quòd agat contra conſcientiam.

5. *Quare nomẽ conſcientia aliquando tribuatur ipſi ſyndereſi, aut intellectui practico.*

Quia tamen huiuſmodi applicatio ſcientiæ, maximè pendet ex lumine ipſo naturali intellectus practici, & ex principiis moralibus vniuerſaliſſimis, quorum habitus eſt ſyndereſis; ideò ſubdit S.Thom.1.1. *loco cit.* quòd vocabulum conſcientiæ à ſanctis Patribus interdum tribuitur etiam lumini naturali intellectus, & ſyndereſi, ea prorſus ratione, qua etiam in aliis eſt conſuetum, vt cauſæ & effectus pro inuicem nominentur: & hoc modo à S. Hieronym. *in cap.1. Ezech.* ait, conſcientiam appellari ipſam ſyndereſim, quæ eſt habitus naturalis primorum principiorum practicorum: & à S.Baſilio in illud Pſal. 38. *Non timebo in die mala.* appellari naturale iudicatorium, & ab Origene *lib.2. in Epiſtolam ad Rom. non multùm à medio*, Spiritum correctorem, & pædagogum animæ, quo ſeparatur à malis, & adhæret bonis.

6. *Conſcientia eſt iudicium practicum.*

Secundò, in deſcriptione allata dicitur, quòd conſcientia ſit iudicium practicum: quia, prout de illa hîc agimus, non eſt ſine ordine ad opus; quod tamen 3.*de anima, text.49.* dicitur eſſe finis intellectus actiui, eúmque diſtinguere ab intellectu ſpeculatiuo; idque vt explicet S.Thom. *in 2.d.24.quaſt.2. art.4.* ſupponit ex Ariſtotele 7. *Ethic.cap.3.* quòd etiam intellectus actiuus in rebus eligendis, & fugiendis vtatur ſyllogiſmo: & addit conſcientiam propriè dictam communiter eſſe concluſionem talis ſyllogiſmi; & in illo propoſitionem maiorem communiter miniſtrari à ſyndereſi, & eſſe aſſenſum circa principium aliquod vniuerſale, & propoſitionem minorem ſubminiſtrari ab iis habitibus, quibus perficitur, & diſtinguitur ratio ſuperior, & inferior, id eſt, ſapientiæ, quæ ratiocinatur ex contemplatione æternorum, vel ſcientiæ, quæ ratiocinatur ex temporalibus, vt eſt apud S.Auguſt.*lib.12. de Trin.cap.12.& 14.* & tandem ex hac vtraque pro concluſione inferri iudicium conſcientiæ; vt, ſi quis per ſyndereſim accipiat, v.g. quòd omne malum ſit vitandum; & per rationem ſuperiorem, & ſapientiam ſubſumat, quòd hoc adulterium ſit malum, quia eſt prohibitum lege Dei, & per rationem inferiorem, & ſcientiam, quòd ſit malum, quia eſt turpe, & inhoneſtum; & tandem concludat, & inferat iudicium conſcientiæ, quòd ſit vitandum: idque ait S.Thom. perinde eſſe, ſiue huiuſmodi concluſio, & iudicium ſit de actu futuro, ſiue de præſenti, aut præterito: ſiquidem conſcientia tam remurmurat iis, quæ fiunt, aut facta ſunt, quàm contradicit iis, quæ ſunt facienda. Vt enim apertè aſſerit idem S. Thom. *quaſt.17.de ver art.1.* dupliciter poteſt ſcientia, & notitia applicari ad rectitudinem noſtræ operationis: primò, vt per illam proximè dirigamur, & quaſi conſiliemur ad operationem faciendam, aut non faciendam. Deinde, vt per illam examinemus operationem iam factam: quia, ſicut in ſpeculatiuis duplex eſt via, id eſt, per inuentionem, qua ex notis inueſtigamus ignota; & per iudicium, quo iudicamus de iam inuentis, eáque reſoluimus in ſua principia: ita & in operatiuis primò procedimus, quaſi conſiliantes; ac dirigentes operationem agendam; quæ via proportione reſpondet inuentioni: & deinde examinantes, & diſcutientes operationem iam factam, eámque conferentes cum principiis rationis ſuperioris, aut inferioris, id eſt, ſapientiæ, aut ſcientiæ; quæ via reſpondet iudicio, & ratione conſiliationis, & directionis dicitur conſcientia inſtigare, & ligare; & ratione examinationis, & diſcuſſionis dicitur accuſare, vel excuſare, reprehendere, & remordere: & ad has vias etiam reducitur tertia illa applicatio ſcientiæ ad actum memoriæ, aut ſenſus interioris, ad hoc vt recordemur nos egiſſe, aut non egiſſe hoc, aut illud; vel aduertamus, quòd de præſenti hoc agimus, vel non agimus, ſecundùm quam applicationem conſcientia dicitur teſtificari: neque enim huiuſmodi teſtificatio eſt actus quaſi vltimus conſcientiæ; ſed eſt actus quaſi præambulus

7. *Conſcientia eſt concluſio ſyllogiſmi practici, & quomodo.*

bulus

bulus ad alterum actum examinarionis,& directionis,& ideò ad illum reducitur.

8. *Conſcientia eſt dictamen particulare, non autem vniuerſale.*

Dicitur rertiò in deſcriptione allata; quòd iudicium conſcientiæ iudicet hîc, & nunc: quia nõ eſt iudicium de actione in vniuerſum, ſed de actione particulari, prout eſt benè facta, vel facienda hîc, & nunc. Vnde & fieri poteſt,vt quis non agat contra conſcientiam,etiamſi agat contra dictamen aliquod practicũ vniuerſale:vt,ſi Aduocatus, v.g. hîc, & nunc propter aliquas circunſtantias det conſilium in die feſto,& ramẽ habeat vniuerſale dictamen,quòd die feſto non ſit dandum conſiliũ: quia enim conſcientia illa eſt, quæ proximè eſt conſilians, & dirigens, oon poteſt eſſe dictamen illud vniuerſale;ſed debet eſſe dictamẽ particulare, quod dictet de actione, ſecundòm particulares circunſtantias,& prout eſt facienda hîc,& nunc.Atqoe ex his rectè colligitur, certiſſimum eſſe id, quod aſſerit S.Thom. *qu.*16. *de ver. art.* 2. & ex illo Reginald.*lib.*13.*cap.*6.*n.*49.& 50. hoc inter cætera differre inter conſcientiã propriè acceptam pro iudicio practico de hoc,aut illo particulari agendo; & inter ſynderelim ſimiliter acceptam propriè pro ipſo lumine naturali primorum principiorum practicorum; quòd illa poſſit eſſe principium peccati, & ad peccatum inducere; non autem hæc: ſicut enim in ſcientiis circa prima principia indemonſtrabilia nun contingit deceptio; ſed hæc poteſt contingere ſolùm io iis, quæ deducuntur ex huiuſmodi principiis; vel, quia ſub illis ſubſumitur aliqua alia propoſitio falſa, aut malè intellecta;vel, quia modus ipſe, & forma deducendi eſt mala: ita & in moralibus impoſſibile eſt, vt in primis principiis practicis, in quibus propriè eſt ſynderesis, contingat error, aut peccatum; & quòd ſynderesis ſit principium peccati, & ad peccatum inducat;ſed hoc poteſt contingere ſolùm in conſcientia, & dictamine vltimo; quia poteſt deduci ex aliqua alia falſa propoſitione ſubſumpta,vel etiã ex falſo modo,ac forma. Similiter veriſſimum eſt id,quod ſubdit idem S.Thom.*qu.*16.*cit.de verb. art.*3. ſynderesim,ſimpliciter loquendo, nunquam extingui: ſed ſemper manere,etiam in damnatis, iuxta illud Iſai. *cap.vlt.*& Marc.9.*Vermis eorum non moritur.* Extingui autem aliquando ſecundùm quid, id eſt, ſecundùm actum remurmurandi, & remordendi de hoc,aut illo particulari,in quantum,ſcilicet, impeditur, ne principia illa prima,in quibus ipſa verſatur,applicentur huic, aut illi operationi particulari: ſic enim in pueris, v.g.& amentibus id contingit: quia in organo ipſo corporeo habent aliquid, per quod impeditur vſus rationis, & apta intelligentia, aut applicatio primorum principiorum ad vltimas,& particulares concluſiones circa agibilia; & in iis,qui ſunt conſtituti in aliqua paſſione ita vehementi,vt multùm impediat vſum rationis circa honeſtatem,& turpitudinem; vel iis,qui habent habitum vitioſum ita intenſum, vt quaſi altera natura trahat potentias ad ſuum actum; ſimiliter pro illo tempore impeditur, vel omninò, vel magna ex parte remurmuratio, & remorſus ſynderesis; quia nullo modo ſinuntur aduerti prima illa principia: & quemadmodum in viris probis, & ſanctis longo vſu virtutis ita reprimitur ſenſualitas, vt vix reclamet, aut repugnet etiam leuiter contra rationem; ita & è contra in improbis, & ſceleſtis ita præualet ſenſualitas,vt non ſinat operari ſynderesim, & principia honeſtatis videantur omninò corrupta, iuxta illud Pſal.13. *Corrupti ſunt, & abominabiles facti ſunt, in iniquitatibus ſuis.* Vnde etiam fit, vt grauiſſima quoque, & maxima peccata nihili fiant;

9. *Synderesis ſemper eſt vera,neque poteſt eſſe principium peccati.*

10. *Synderesis nõ extinguitur.*

11. *Remorſus cõſcientia quare in aliquibus non ſentiatur.*

& vt dicitur Prou.18. *Impius, cùm in profundum venerit peccatorum, contemnat.* Et denique poteſt etiam impediri huiuſmodi actus ſynderesis per hoc,quòd per errorem etiam inuincibilem, & inculpabilem ſubſumatur aliqua propoſitio falſa: vt, ſi Hæreticus, v.g. ſub hoc principio,quòd ſint credenda ea omnia,quæ reuelantur a Deo, ſubſumat hanc falſam minorem, quòd realis Chriſti præſentia in Euchariſtia non ſit reuelata à Deo; & ſic non ſentiat remurmurationem ſynderesis, & remorſum, quando poſteà illam non credit,vt benè explicat S.Thom. *quæſt.*16.*de ver.art.*3.*cit.*& ex illo Reginald.*lib.*13.*c.*6. *n.*51.*& ſeqq.*

12. *Quomodo conſcientia ſecũdùm aliquos ſpectet ad voluntatem, non autem ad intellectũ.*

Sed contra primam partem deſcriptionis allatæ, quòd conſcientia ſit iudicium, & actus intellectus, ſentit Henric.*quodlib.*1.*q.*18. vbi ait,eam pertinere potiùs ad voluntatem, & eſſe ipſam inclinationem & pondus voluntatis ad bonum particulare iuxta dictamen rationis; ſicut & ſynderesis eſt inclinatio,& pondus voluntatis ad bonum vniuerſale. Rationem affert:quia alioqui,ſi conſcientia eſſet actus ſcientiæ,& iudicium,qui plus haberet ſcientiæ, & notitiæ circa patricularem actionem, plus etiam haberet de conſcientia; quod tamen eſt falſum, cùm ſæpè qui habet plus notitiæ de rebus agendis, minùs habeat de conſcientia,ſolùm quia minùs habet de affectione, & inclinatione ad bonum. Addi poteſt,quòd conſcientia in Scripturis ſæpè dicitur inquinari,& mundari: quod tamen non eſt, niſi quia eſt ſubiectum peccati, & expulſionis peccati, id eſt,ipſa voluntas: ſic enim *ad Titum* 1. dicitur: *Inquinata eſt eorum mens,& conſcientia.* & ad Hebr. 9.*Emundabit conſcientiam noſtram.*

13. *Quomodo ex Dur.conſciẽtia ſit quid aggregatum ex intellectu, & voluntate.*

Ad idem facit etiam Dur. *in* 2. *d.*39.*quæſt.*4. vbi ait,conſcientiã non eſſe aliquid ſimplex, ſed aggregatum ex habitu intellectus, qui acquiritur circa particularia agenda, & ex inclinatione voluntatis illi correſpondente;ſicut & ſynderesis eſt aggregatum ex habitu intellectus circa vniuerſalia agenda, & ex inclinatione voluntatis ad illa ipſa: id enim,inquit, formaliter importatur ex ipſo nomine conſcientiæ,id eſt,ſcientia ſimul coniuncta cum inclinatione voluntatis:ſicut & nomine ſynderesis importatur ſcientia vniuerſalis coniuncta cum inclinatione vniuerſali voluntatis: & ſynderesis dicitur à σὺν, & αἱρεῖν, quaſi conelectio,id eſt,notitia vniuerſalium cum electione eorundẽ. Et cõfirmat: quia actus,qui tribuuntur conſcientiæ,partim pertinent ad intellectum, vt teſtificari, quod formaliter eſt dicere veritatem ſuper aliquo requiſito; & partim ad voluntatem,vt remordere, quod directè importat triſtitiam quandam de malè facto; & inſtigare, quod dicit actum potentiæ inclinatiuæ aliarum potentiarum, quæ tantùm eſt ſola voluntas: & alioqui, ſi conſcientia diceret aliquid ſolùm ex parte intellectus, non poſſet per ſe accepta habere vim remordendi, aut cauſandi ſenſum triſtitiæ,cùm triſtitia ſit ſignũ inuoluntarij, vt dicitur 3. *Ethic.cap.*1. & ideò fit ſolùm de iis, quæ eueniunt contra voluntatem; non autem de iis, quæ ſolùm fiunt contra rationem.

14. *Quomodo ex Scoto conſcientia ſit habitus,non autem actus.*

Denique ad idem facit etiam Scot. *in* 2. *d.*39. *quæſt.*2.& plures alij, præſertim Scotiſtæ,qui conſcientiam principaliùs ponunt in habitu intellectus, quàm in actu. Et quòd conſcientia, ſiue pertineat ad intellectum, ſiue ad voluntatem, ſiue ad vtrunque, multò aptiùs conſtituatur in habitu, quàm in actu,ex eo præterea videtur probari: quia alioqui,qui dormiunt,non haberent conſcientiam, cùm non habeant actum, & per hoc ipſum, quòd teſtificari, accuſare, & remordere communiter dicuntur

dicuntur eſſe actus conſcientiæ,apertè ſignificatur, quòd conſcientia eſt illorum principium, & per conſequens quòd eſt habitus,non autem actus.

15. *Quomodo is, qui habet plus ſcientia de re agenda, aliquãdo habeat minùs conſcientia.* Sed contra Henricum ſatis faciunt ea, quæ diximus ex S. Thom. & ad rationem illius reſpondet Scot. *in 2.d.39.quaeſt.2.in fine*, quòd qui plùs habet ſcientiæ, & notitiæ de re aliqua agenda, ideò aliquando dicitur minùs habere de conſcientia: quia non illam habet proximè applicatam ad dirigendam actionem, quo ſolùm modo eſt conſcientia; ſed ſolùm illam habet per ſe; imò & huiuſmodi ſcientiam minimè penetrat; ſed prorſus ſe habet, ſicut qui recitat carmina Empedoclis tempore ebrietatis, vt vniuerſaliter de iis omnibus, qui malè agunt, docet Ariſtoteles 7. *Ethic.cap*.3.

16. *Quomodo cõſcientia dicatur inquinata, munda, & cauteriata.* Ad illud, quod additur de conſcientia inquinata, & munda, reſpondet S.Thom.1.1. *quaeſt.79.art.*13. *ad* 2 *& quaeſt.*17.*de verit. art.*1. *ad* 2.*&* 6. quòd inquinatio, & munditia non eſt in conſcientia vt in ſubiecto; ſed ſolùm ſicut cognitum in cognitione: & aliquis ideò dicitur habere conſcientiam inquinatam, quia eſt ſibi conſcius alicuius inquinationis. Et eadem ratione poteſt explicari id, quod habet S.Paulus, de conſcientia cauteriata 1. ad Timoth. 4. *Cauteriatam habentium conſcientiam.* ſenſus enim eſt, quòd Hæretici, de quibus ibi eſt ſermo, ſceleribus, ac libidinibus illam habeant notatam indelebiliter, & quaſi inuſtam cauterio infamiæ, & ita corruptam, & vlceratam, vt continuò ex illa egrediatur putredo falſæ doctrinæ, & mali exempli: ſicut & ex carne materialiter cauteriata per ferrum ignitum, continuò egreditur corruptio materialis, vt notat S.Thom. *in eum locum*, id eſt, ſemper ſibi ſunt conſcij ſuæ infamiæ ex ſceleribus iam contractæ, & ſemper ſibi ſint conſcij nouorum ſcelerum.

17. *Conſcientia non conſiſtit in habitu, aut potentia.* Contra Durandum verò, & contra alios, qui ponunt conſcientiam potiùs in habitu, aut potentia, quàm in actu, præter ea, quæ diximus, illud etiam facit ex eodem S.Thom. *quaeſt.17.de ver.art.1.in* 7. *argumento*, ex iis, quæ ſecundo loco proponit, quia alioqui malè diceretur conſcientia poſſe deponi, cùm certum ſit, neque habitum, neque potentiam poſſe deponi.

Ad rationem Durandi, ex notione vocabuli, patet ex dictis: neque enim conſcientia dicitur, quia ſcientia habitualis circa particularia agenda, ſit coniuncta cum inclinatione habituali voluntatis; ſed, quia notitia, & ſcientia actualis de particulari agendo, eſt coniuncta, & proximè applicata ad actionem.

18. *Nomẽ ſynderesis vnde deriuetur.* Neque illud eſt verum, quod addit de ratione ſynderesis: ſiquidem, vt notant Sayr. *lib.*1. *clau.reg.cap.*2. *num.*2. & Salas *par.*2. *tract.*8. *ſect.*1. *versùs finem*, non deriuatur à σὺν, & αἵρεσις, vt ſit quaſi conelectio, id eſt, notitia principiorum vniuerſalium cum inclinatione voluntatis; ſed à verbo, *συντηρέω*, quod eſt conſeruo: quia ſynderesis eſt conſeruatio legis naturalis in anima, cùm ſit habitus primorum principiorum moralium; & quia dum vitiis aduerſatur, ſemper contendit ſeruare animum ab illis immunem, vt etiam notant, qui Græca vocabula interpretantur, *verbo, συντήρησις*.

19. *Remordere, & inſtigare, quomodo ſint actus conſcientia.* Ad alteram, de actu remordendi, & inſtigandi, Reſpondeo, quòd hi actus ſolùm tribuuntur conſcientiæ, in quantum proponit contriſtatiuum, & inſtigatiuum, id eſt, turpe factum, quod eſt potens cauſare triſtitiam; & bonum debitum, quod eſt potens inſtigare, & trahere; non autem, quia ipſa conſcientia ſit principium, & ſubiectum triſtitiæ, aut habeat quaſi dominium deſpoticum, vel ciuile ſupra alias operationes.

Et quod dicitur *ex* 3.*Ethic. cap.*1. quòd triſtitia ſit ſignum inuoluntarij, ſolùm ſignificat, quòd ſemper conſequatur ad illud, quod eſt inuitum, & contra voluntatem; non autem quòd conſequatur ſolùm ad illud: ſiquidem obiectum illius poteſt eſſe omne illud, quod eſt malum, & præſens, ſiue ſupponat inclinationem elicitam voluntatis ad oppoſitum, ſiue non.

Ad tertiam, quòd conſcientia non conſiſtat in actu, quia alioqui non maneret in dormientibus: Reſpondet S.Thom.1.1. *quaeſt.79. art.*13. *ad* 3. *& quaeſt.7.de ver,art.*1.*cit.ad* 9. quòd, quauis actus in dormientibus non maneant formaliter, & in ſe; manent tamen in ſua radice, id eſt, in potentia, & habitibus proximè applicabilibus ad actum. 20. *Quomodo conſciẽtia ſit in dormientibus.*

Ad vltimam, quòd teſtificari, & remordere non poſſent dici eſſe actus conſcientiæ, niſi eſſent ab illa, vt à principio: Reſpondeo, id eſſe falſum, quia ſolùm dicuntur eſſe actus intranſitiuè: & ſicut quãdo dicimus, v.g. actum ambulationis, aut viſionis, non ſignificamus, quòd ſit ab ambulatione, aut viſione, vt à principio; ſed, quòd ſit ipſa ambulatio, aut viſio: & quando dicimus regnum Siciliæ, aut Vrbem Romæ, non ſignificamus, quòd regnum ſit ſub dominio, aut poſſeſſione Siciliæ, & Vrbs ſub dominio Romæ; ita & quando dicimus, teſtificari, aut remordere eſſe actum conſcientiæ. Et ad idem facit etiam id, quod habet S. Thom. *quaeſt.*17. *de ver.art.*1.*ad* 7. quòd quando conſcientia dicitur ſcire, non ſignificatur, quòd ſit principium, aut ſubiectum ſcientiæ; ſed quòd ſit illud, quo formaliter ſcimus; & ideò ipſum ſcire prædicetur de illa ſolùm vt quo, non autem vt quod. 21. *Teſtificari, & remordere, ſolùm intranſitiuè ſunt actus conſcientia.*

Secundò, contra alteram partem, quòd conſcientia ſit iudicium practicum, ex parte ſentit Vaſq.1.2. *diſp.*59.*cap.*1.*num.*4.*&* 5. vbi ait, eam, qua parte dictat de actu faciendo, aut non faciendo, pertinere ad intellectum practicum: quatenus verò ſubſequitur actum iam factum, & per illam dicitur quis eſſe conſcius actus boni, aut mali, pertinere ad intellectum ſpeculatiuum. 22. *Conſcientia ſecũdùm aliquos pertinet ad intellectũ ſpeculatiuũ.*

Sed contra hoc apertè facit S.Thom. *quaeſt.*17.*de ver.art.*1.*cit.* vbi in habitu operatiuo agnoſcit duplicem operationem, id eſt, alteram per viam conſiliationis, & directionis, circa rem faciendam; & alteram per viam examinationis; & diſcuſſionis circa rem factam; & hanc vtranque tribuit conſcientiæ: & quemadmodum artes, dum examinant ſua artificia ad ſuas regulas, non dicuntur pertinere ad intellectum ſpeculatiuum; ita nec conſcientia, dum examinat operationem iam factam. Imò nec primus ille actus conſcientiæ, qui maximè videtur accedere ad modum actus ſpeculatiui, id eſt, applicatio ſcientiæ ad memoriam, aut ſenſum, ad hoc, vt ſciamus, quod egerimus, aut quod agamus, videtur dicendus propriè eſſe ſpeculatiuus, cùm etiam ille tanquàm ad finem referatur ad praxim, & ad alios actus examinationis, & directionis, vt diximus. 23. *Impugnatur.*

Quòd ſi quæras, vtrùm ex conſcientiis actualibus generetur aliquis habitus, qui poſſit dici conſcientia habitualis: Reſpondet S.Thom. *quaeſt.*17.*de ver.cit.art.*1. *ad* 4.2. *loco propoſitum*, quòd ſi conſcientia ſit actus ſcientiæ, aut ſapientiæ, quæ eſt habitus rationis inferioris, aut ſuperioris, illos ipſos habitus auget, aut producit, non autem alios, cùm vnuſquiſque actus ſemper augeat, aut producat habitum eiuſdem rationis cum illo, à quo ipſe productus eſt: & 1.1.*quaeſt.79.art.*13.*ad* 3. addit, quòd habitus, ex quibus formatur actus conſcientiæ, poſſunt eſſe multi, etiamſi omnes habeant ſpecialiter efficaciam ab habitu primorum principiorum, qui eſt ſynderesis. Idque ipſum rectè explicat Vaſq. *diſp.*59. 24. *Vtrùm conſcientia actuales producant habitualem.*

Digitized by Google

diſp.59. cap.1. num.2. & Salas *tract.8. cit. ſect. 1. num.8.* vbi air, actum conſcientiæ aliquando pertinere ad prudentiam iofuſam, aut acquiſitam; aliquando ad fidem diuinã, aut humanam; aliquando ad habitum opinionis; aliquando ad habitum erroris; & ſemper ſimiles habitus producere, aut intendere, ſi ſaltem loquamur de iis, qui poſſunt produci, aut intendi per noſtros actus.

DISPVT. II.

Quotuplex ſit conſcientia; & quomodo diuidatur in veram, & falſam, ſiue erroneam, certam, dubiam, probabilem, & ſcrupuloſam.

1. *Variæ diuiſiones conſcientiæ.*
2. *Conſcientia vera, & falſa, ſiue erronea, vnde dicatur.*
3. *Quomodo ex Ariſtotele veritas mentis actiuæ explicetur per conformitatem ad appetitum rectum.*
4. *Quomodo conſcientia aliquando ſit falſa, aut erronea.*
5. *Synderesis quomodo dicatur ſcintilla conſcientiæ.*
6. *Conſcientia eſt regula proxima humanarum actionum, & ſimul regulata, & regulans; & ideò poteſt eſſe erronea.*
7. *Quæ diuiſiones conſcientiæ deſumantur ex modo ipſius actus.*
8. *Conſcientia dubia, prout dicit ſuſpenſionem aſſenſus, quomodo ſit conſcientia.*
9. *Præcipuæ diuiſiones conſcientiæ ſunt ſolùm quatuor.*

1. *Variæ diuiſiones conſcientiæ.*

EX diuerſis capitibus diuerſimodè diuiditur conſcientia: nam ex obiecto materiali rectè dicitur, aliã eſſe de præteritis, & alia de futuris; alia inquinata, & alia munda; alia vera, & alia falſa, ſiue erronea; & ex modo ipſius actus, rectè dicitur alia eſſe conſcientia determinata, & alia indeterminata, ſiue dubia; alia certa, & alia formidoloſa; alia probabilis, & alia ſcrupuloſa; alia turbata, aut inquieta, & alia pacata, vel tranquilla, vt videre eſt apud Reginald. *in praxi, lib.13. cap.6. n.57.* Vaſq. *1.2. diſp.59. cap.1. num.5.* Salas *1.2. tract.8. diſp. vnica, ſect.2.* Sanchez *lib.1. in Decal. cap.9. n.2.* Sayr. *lib. 1. clau. reg. c.3. n.6.* & alios.

Et quidem tres primæ diuiſiones deſumuntur ex obiecto materiali, prout conſideratur, abſolutè quoad ſuum eſſe, & quoad ſuam bonitatem, & malitiam; vel prout conſideratur quaſi relatè ad ipſum iudicium conſcientiæ, ad quod re ipſa ſe habet, vel non ſe habet correſpondenter: nam ex obiecto ſecundùm ſuum eſſe conſiderato, habet conſcientia, vt alia ſit de præteritis, & alia de futuris: & ex eodem obiecto conſiderato ſecundùm bonitatem, & malitiam, quæ ſunt actualis mundities, & inquinatio, habet, vt alia ſit inquinata, & alia munda, id eſt, illa, in qua eſt inquinatio, ſicut cognitum in cognitione; & hæc, in qua ſimiliter eſt munditia, vt *ſuprà* diximus ex S.Thom. *qu.17. de ver. art.1. ad 2. & 6.* Ex obiecto verò, prout ſe habet, quaſi relatè ad ipſam conſcientiam, eique ſe habet, vel non ſe habet correſpondenter ad extra; & tale eſt, vel non tale in re ipſa, quale per conſcientiam iudicatur; habet, vt alia ſit vera, & alia falſa, ſiue erronea.

2. *Conſcientia vera, & falſa, ſiue erronea, vnde dicatur.*

3\. Neque ab hoc modo explicandi conſcientiam veram, & falſam, ſiue erroneam, credendus eſt diſſentire Ariſtoteles *6. Ethic. cap. 2.* vbi veritatem mentis actiuæ explicat per conformitatem ad appetitum rectum: *Et actiua, inquit, & cogitatiua veritas eſt, quæ appetitui recto conſentanea ſit.* Nam cõformitas mentis actiuæ ad appetitum rectum, non modò non deſtruit; ſed potiùs infert conformitatem ad obiectum: & ſenſus Ariſtotelis eſt, quòd ille actus mentis actiuæ ſit verus, qui eſt conſentaneus appetitui recto, id eſt, qui illi proportionatur quoad correſpondentiam ſui obiecti. Et quemadmodum appetitus rectus, per ſe loquendo, eſt de vero appetibili, id eſt, de fine, & de mediis verè conuenientibus, eáque habet ſibi correſpondentia in re, & verè talia, qualia ſunt in ipſo appetitu: ita & actus verus mentis actiuæ ſit de vero agibili, illúdque habeat ſibi correſpondens, & verè tale, quale cognoſcitur per huiuſmodi actum: de qua re plura poſſunt videri apud Salas *tract.8. cit. ſect.2. num.10. & 11.*

Quomodo ex Ariſtotele veritas mentis actiua explicetur per conformitatem ad appetitum rectum.

Sed contra diuiſionem conſcientiæ in veram, & falſam, ſiue erroneam, videtur facere difficultatem: quia conſcientia ex propria ſua ratione videtur nunquam poſſe eſſe falſa, aut erronea; & ideò non benè diuidi in veram, & falſam: nam ex propria ſua ratione eſt ipſum naturale iudicatoriũ, vt *ſuprà* diximus ex S.Baſilio *in Pſal.38.* & ipſa lex mentis, ex S.Damaſc. *lib.4. de fide, cap.23.* & reſoluitur in ſynderesim, ſicut ignis in ſcintillam, ex S.Hieron. *in cap.1. Ezech.* vbi ſynderesim air eſſe ſcintillam conſcientiæ. Per quod videtur indicare, quòd conſcientia ſit eiuſdem rationis cum ſynderesi, & ab illa cauſetur, ſicut ignis eſt eiuſdem rationis cum ſcintilla, & ab illa cauſatur. Et præterea conſcientia eſt regula proxima humanarum actionum; & non videtur, quòd regula poſſit deficere à rectitudine: & denique eſt concluſio ſyllogiſmi practici, ex propoſitione maiore, miniſtrata à ſynderesi; & ex minore ſubminiſtrata à ſapientia, vel ſcientia: qui tamen habitus *6. Ethic. cap.3.* numerantur vt virtutes intellectus, per quas ſemper verum dicimus, & nunquam mentimur.

4\. *Quomodo conſcientia aliquando ſit falſa, aut erronea.*

Sed ad hæc, & ſimilia Reſpondeo cum S.Thom. *quæſt.17. de ver. art.2.* & Reginald. *in praxi, lib.13. cap.6. num.49. & 50.* certiſſimum eſſe debere, quòd conſcientia poſſit aliquando eſſe falſa, aut erronea: nam, ſicut in concluſione ſyllogiſmi ſpeculatiui dupliciter poteſt contingere error, id eſt, vel, quia ſaltem altera præmiſſarum eſt falſa, vt, ſi quis dicat: Omnis lapis eſt inſenſibilis: omnis homo eſt lapis: ergo omnis homo eſt inſenſibilis. vel, quia forma ipſa, & modus inferendi etiam ex veris præmiſſis, eſt falſus: vt ſi quis dicat, v.g. ex puris affirmatiuis in ſecunda figura: Lapis eſt ſubſtantia: homo eſt ſubſtantia: ergo homo eſt lapis. ita & idem poſſit contingere in concluſione ſyllogiſmi practici, qui eſt conſcientia: nam, quamuis propoſitio maior, quia eſt actus ſynderesis, ſemper ſit vera; non tamen eſt ſemper vera propoſitio minor, quæ dicitur pertinere ad ſapientiam, aut ſcientiam, vt etiam notat idem S.Thom. *in 2. d.24. quæſt.2. art.4.* ſiquidem tam rationes æternæ, quàm temporales poſſunt malè applicari, & iis, quibus verè non conueniunt: vt, quando Hæretici putant, v.g. iuramentum in omni caſu, & ſimpliciter eſſe prohibitum à Deo; & ſyllogiſmum practicum, & conſcientiam erroneam, hoc modo formant: Quod eſt prohibitum à Deo, non eſt faciendum: iuramentum eſt prohibitum à Deo: ergo non eſt faciẽdum. Et præterea, quamuis vtraque propoſitio ſyllogiſmi ſit vera, adhuc poteſt falſitas concluſionis haberi ex forma, & ex modo illam inferendi: vt, ſi quis dicat:

Bonum

Bonum eſt proſequendum : fornicatio, aut furtum eſt bonum : ergo eſt proſequendum. & in maiori propoſitione nomine boni intelligat illud, quod eſt bonum ſimpliciter ; & in minori, illud, quod eſt bonum ſecundùm quid, id eſt, tantùm iucundum, aut vtile, atque ita ſyllogiſmum conſtruat ex quatuor terminis, & ex vtraque propoſitione vera ſyllogizet, & colligat falſam concluſionem.

Quare ad id, quod dicitur, conſcientia eſſe ipſum naturale iudicatorium, & ipſa lex mentis, quæ tamen non videtur poſſe eſſe falſa : Reſpondet S. Thom. *q.17. de ver. art.2. cit. ad* 1. *&* 4. quòd conſcientia hoc modo dicitur ratione ſynderesis, à qua pendet, tanquàm à primo principio : quanuis autem errorem non contrahat ex ſynderesi, aut ex naturali iudicatorio, & lege mentis ; contrahit tamen ex minore ſubſumpta, aut ex modo ſyllogizandi, quæ neque ſunt naturale iudicatorium, neque lex mentis.

5.
Synderesis quo modo dicatur ſcintilla conſcientia.

Ad illud, quòd conſcientia ſe habeat ad ſynderesim, ſicut ignis ad ſcintillã ; & ideò ſynderesis dicatur ſcintilla cõſcientiæ: Reſpõdet idẽ S. Thom. *ad* 4. quòd paritas eſt ſolùm in hoc, quòd, ſicut ſcintilla eſt id, quod eſt purius de igne, & toti igni ſuperuolat : ita & ſynderesis eſt ſupremum, in quod reſoluitur iudicium conſcientiæ : & addit, quòd ſicut in igne accidit aliquis motus per accidens, id eſt, propter admiſtionem ad naturam alienam, qui motus non accidit in ſcintilla ratione ſuæ puritatis ; ita & conſcientiæ poteſt accidere falſitas propter cõmiſtionem ad aliquid aliud; id eſt, propter dependentiam à propoſitione minore falſa, vel à falſa forma, ſeu modo ſyllogizandi; quanuis non accidat ſynderesi, aut rationi in ſua puritate exiſtenti.

6.
Conſcientia eſt regula proxima humanarũ actionũ, & ſimul regulata & regulans, & ideò poteſt eſſe erronea.

Ad illud, quòd conſcientia ſit regula humanarum actionum, & ideò non poſſit deficere à rectitudine, rectè Reſpondet S. Thom. *eadem q.17. de ver. art.2. ad* 7. quòd conſcientia non ſit prima regula humanorum actuum; ſed vltima, & proxima; & ideò non ſit regula ſolùm regulans ; ſed ſimul etiam ſit regulata ; & hinc habeat, vt poſſit deficere à rectitudine, ſi illud aliud, à quo regulatur, id eſt, propoſitio minor, vel forma, & modus ſyllogizandi, non ſit illam benè regulans.

Ad illud, quòd ſyllogiſmus practicus, cuius concluſio eſt conſcientia, ſolùm conſtet ex propoſitione maiore facta per ſynderesim, & ex minore facta per ſapientiam, aut per ſcientiam, qui ſunt habitus ſemper veri; Reſpondet S. Thom. *eodem art.2. ad* 2. *& ad* 5. quod ſapientia, & ſcientia, quando dicitur ſubminiſtrare propoſitionem minorem, non accipitur ſtrictè, quomodo de illa eſt ſermo apud Ariſtotelem 6. *Ethic. cap.*3. ſed largè pro quacunque notitia ex rationibus æternis, aut temporalibus : quomodo certum eſt, quòd poteſt etiam ipſa eſſe errans ; & prætereà poteſt addi, quòd etiam ſtante veritate vtriuſque propoſitionis in ſyllogiſmo, adhuc poteſt concluſio non eſſe vera, ſi forma ipſa, & modus ſyllogizandi non ſit bonus, vt iam explicauimus.

7.
Quæ diuiſiones conſcientiæ deſumãtur ex modo ipſius actus.

Aliæ diuiſiones, quas attulimus *initio diſputationis*, rectè dicuntur deſumi ex modo ipſius actus, qui eſt conſcientia : nam, ſi eſt iudicium, aut aſſenſus determinatus ad vnam partem, dicitur conſcientia determinata: ſi verò eſt cum ſuſpenſione aſſenſus, & cum perplexitate ad vtranque partem, dicitur conſcientia dubia, & indeterminata: & vlteriùs, quando eſt aſſenſus determinatus, ſi ſit ex ſe firmus, & cum negatione formidinis de oppoſito, dicitur conſcientia certa ; ſi verò ſit cum formidine, dicitur formidoloſa : & ſi rationes, aut motiua, quibus fundatur aſſenſus, & formido, ſint rationabiles, & probabiles, dicitur conſcientia probabilis ; ſi verò ſint ſolùm leues, & irrationabiles, dicitur conſcientia ſcrupuloſa : & denique, ſi formido ſit multa, & rationes, quæ illam cauſant, non poſſint ſolui, & animum frequentiùs & vehementiùs pulſent, dicitur conſcientia turbata, & inquieta : ſi verò formido, vel ſit nulla, vel ſolùm leuis, & rationes formidinis, vel nunquam, vel raro occurrant, & ſolùm leuiter pulſent, dicitur conſcientia pacata, & tranquilla.

8.
Conſcientia dubia, prout dicit ſuſpenſionem aſſenſus, quomodo ſit conſcientia.

Et quanuis Valen. 1.2. *diſp.2. quæſt.14. puncto* 4. Salas *diſp.8. ſect.2. cit. verſus finem*, & aliqui alij apud illum, contendant, quòd conſcientia dubia, quando eſt cum ſuſpenſione aſſenſus, non ſit proprie conſcientia, ſiquidem hæc eſt actus poſitiuus iudicij, non autem ſuſpenſio actus ; rectè tantùm numeratur etiam hæc inter ſpecies conſcientiæ: quia, quanuis non dicat actum iudicij, qui ſit immediatè de bonitate, aut malitia operationis; dicit tamen actum iudicij de apparentia, & efficacia motiuorum ; & poſitiuè iudicat, & quaſi reflexè, quòd non poteſt ſatis iudicari de bonitate, aut malitia ; & quòd motiua, & rationes pro vtraque parte ſunt æquales, vt etiam notat Salas *ibidem*.

9.
Præcipuæ diuiſiones conſcientiæ ſunt ſolùm quatuor.

Sed ex his omnibus diuiſionibus, ſi illas omittamus, quæ ſunt minùs præcipuæ, & minores habent difficultates, dici poteſt conſcientia eſſe omninò quadruplex ; id eſt, certa, dubia, probabilis, & ſcrupuloſa, prout, ſcilicet, intellectus per iudicium practicum certò iudicat, vel dubitat, & eſt anceps, vel opinatur, vel ex leuibus cauſis timet, & angitur, vt notat Sanchez *lib* 1. *in Decal. cap.*9. *num.*2.

DISPVT. III.

Quomodo ſit obligatio operandi ſemper ex conſcientia, quando eſt certa.

1. *Conſcientia, quando eſt certa, ſemper obligat.*
2. *Idq; ſecundum aliquos eſt de fide.*
3. *Conſcientia ſolùm per metaphoram dicitur ligare.*
4. *Probatur, quòd conſcientia, quando eſt certa, ſemper liget.*
5. *Etiam conſcientia erronea ſemper ligat, non autem ſolùm, quando eſt circa bona, aut indifferentia.*
6. *Conſcientia vera, & conſcientia erronea ligant diuerſimodè.*
7. *Secundùm aliquos conſcientia erronea ſolùm ligat ; non autem obligat : conſcientia autem vera etiam obligat.*
8. *Quomodo conſcientia erronea poſſit obligare circa rem intrinſecè malam.*
9. *Conſcientia erronea non poteſt ſpecialiter, & per ſe immitti à Deo.*

1.
Conſcientia, quando eſt certa, ſemper obligat.

CONCLVSIO eſt, quòd conſcientia de aliquo faciendo, aut fugiendo, quando eſt certa, & firma, ſemper ligat, & obligat, ſiue ſit vera, ſiue falſa, aut erronea ; neque vnquam eſt licitum ab illa recedere. Ita S. Thom. *quæſt.17 de ver. art.*3. *&* 4. *&* 1. 2. *quæſt.19. art.*5. *&* 6. Adrian. *quodlib.*2. *puncto* 3. *ad* 5. Vaſq. 1.2. *diſp.59. cap* 2. *&* 3. Salas *p.2. tract.8. diſp. vnica, ſect.*3. Sanchez *lib.*1. *in Decal. cap.*11. Azor. *par.1. lib.2. cap.8. quæſt.*3. Sayr. *lib.1. clau. reg. cap.*4. Reginal. *lib.13. cap* 8 *n.*69.

2.
Idque ſecundùm aliquos eſt de fide.

Imò & multi cum Adriano, & Vaſq. id putant eſſe de fide propter illud S. Pauli ad Rom.14. *Omne, quod non eſt ex fide, peccatum eſt.* id eſt, quod non eſt

Digitized by Google

ex credulitate,& dictamine conſcientiæ, vt exponit Innoc. III. *cap. fin. de præſcriptione*, & plures ex Patribus apud Gratianum, *cap. Omnes,§. Ex his 28. qu.1.* Atque hoc modo neque etiam eſſet excuſandus à peccato, qui conaretur amare Deum ſuper omnia, & pluſquàm ſeipſum ex conſcientia erronea, quòd tali modo amare Deum eſſet peccatum, vt notat Vaſq. *cap.3.cit.num.*12. quanquam re vera dilectio,quæ eſſet ex tali conſcientia erronea, non poſſet eſſe dilectio ſuper omnia, vt idem ſubdit, cùm hoc ipſo, quòd aliquis putat amare Deum pluſquàm ſe ipſum,v.g.eſſe peccatum, etiam putet eſſe contra Dei voluntatem, ac proinde non poſſit illud eligere ex affectu amoris,qui ſit ſuper omnia, & qui ipſum Deum, eiúſque voluntatem præferat omnibus.

Dicitur verò primò in concluſione, *quòd conſcientia de aliquo faciendo, aut fugiendo*, &c. quia non loquimur de conſcientia, quæ ſolùm dictet quomodocunque de bonitate,hæc enim poteſt ſæpè pertinere ad conſilium;& ideò etiam poteſt non obligare.

Dicitur ſecundò, *quando eſt certa & firma*: quia non loquimur de conſcientia ſolùm probabili, aut ſcrupuloſa,quæ ſimiliter ex propria ſua ratione non obligat.

Dicitur tertiò, *ſemper ligat & obligat*: quia ſine peccato nunquam poteſt relinqui:vt enim notat S. Thom. *qu.17. de ver. art.* 4. quando dicitur conſcientia ligare,non ſignificatur ſolùm,quòd qui illam ſequitur, & ex illa operatur, bene facit; ſed, quòd qui illam ſequitur, debitum implet; & qui non ſequitur,non implet debitum, & omninò peccat:& propter hoc non dicitur à Doctoribus, quòd conſilium liget;etiamſi qui conſilium ſequitur, benè faciat: quia è contrà,qui illud non ſequitur,non proptereà peccat;&,vt notat S.Thom *qu.17.cit.art.*

3. *Conſcientia ſolùm per metaphoram dicitur ligare.*

3.ligatio hæc non dicitur de conſcientia,aut de lege, niſi per metaphoram ductam à corporalibus, quæ tunc propriè dicuntur ligari, quãdo per actionem agentis extrinſeci neceſſitantur, & coguntur certo aliquo loco conſiſtere, & non permittuntur pro ſuo appetitu, & inclinatione ex illo recedere: ſimiliter enim quia voluntas ex præcepto, v.g.aut lege Principis determinatur ad aliquid faciendum, aut omittendum;& quædam neceſſitas illi imponitur,non quidem ſimpliciter,& abſoluta;ſed ex ſuppoſitione,quòd velit implere debitum, & culpam, aut pœnam vitare,dicitur eodem imperio, aut lege ligari. Et quemadmodum in corporalibus, actio agentis extrinſeci non ligat, niſi intercedat contactus,& per illum pertingat ad rem,quam ligat; ita & in voluntariis præceptum,aut lex non ligat, niſi applicetur per conſcientiam, quæ ſe habet quaſi contactus, & applicatio ad ligandum. Et ſicut in corporalibus in idem recidit, quòd dicatur ligare contactus virtutis ipſius agentis, & quòd dicatur ligare ipſa virtus agentis,cùm & contactus liget ex virtute agentis, & virtus agentis liget mediante contactu, aut per contactum: ita & in voluntariis in idem recidit, quòd conſcientia liget ex vi præcepti, & quòd præceptum liget per conſcientiam, aut mediante conſcientia.

4. *Probat, quòd conſcientia, quando eſt certa, ſemper liget.*

Hoc verò ipſum, quòd conſcientia liget, ſic poteſt probari ex S.Thom 1.2.*qu.19.art.5.*quia obiectum voluntatis non eſt bonum,prout tantummodo eſt in re,& ſecundùm ſuam naturam; ſed etiam prout eſt in anima,& apprehenſum: vt etiam probat idem S.Thom. 1.2 *qu.8.art.*1 & patet ex Ariſtotele 2 *Phyſ.text.*31.*&* 5. *Metaph.text.*3. & ſæpè alibi,quando ait,nihil differre, quòd finis ſimpliciter dicatur eſſe bonum, vel quòd dicatur eſſe apparens bonum, & ex definitione ipſius voluntatis,3. *de anima,text.*50.*&* 1.*Rhetor.cap.*10.qua dicitur eſſe inclinatio boni cum ratione: ergo eo ipſo,quòd ratio proponit aliquid tanquàm bonum debitum, & proſequendum;non poteſt voluntas non eſſe bona,ſi proſequatur; vel contrà,non eſſe mala,ſi non proſequatur: ſiquidem proſequendo, habet in ſuo actu debitum modum,ſpeciem,& ordinem,in quibus tribus conſiſtit bonitas ex S.Aug. *lib de natura boni,cap.*3.& S.Thom.1.1.*qu.5.art.*5.& non proſequendo, caret debito modo tendendi in illud obiectum, in qua carentia formaliter conſiſtit malitia actus, vt *ſuprà* diximus *lib.2.diſp.*11. præſertim *n.*11.Et idem eſt,ſi ratio aliquid proponat vt malum, & fugiendum; & voluntas non fugiat,ſed proſequatur.

Et confirmatur: quia, cùm voluntas ex ſe ſit potentia cæca,non poteſt ex propria ratione,& natura non habere obligationem, vt ſequitur dictamen rationis,ſi hoc proponat aliquid vt neceſſariò proſequendum,aut fugiendum: habet enim ſe hoc dictamen ad modum præconis intimantis, & proponentis,vel promulgantis præceptum Regis, qui certè omninò eſt audiendus, etiamſi fortaſſe præceptum, quod promulgat, non ſit verè præceptum Regis.

Dicitur quartò, quòd conſcientia liget, & obliget,ſiue ſit vera,ſiue erronea: quia eadem eſt ratio vtriuſque conſcientiæ,vt patet ex dictis. Et quemadmodum, qui voluntariè facit contra conſcientiam veram, v.g. quòd non ſit fornicandum, conuincitur velle facere contra præceptum; ita & qui facit contra conſcientiam erroneam, quòd non ſit, v.g. ſpuendum in Eccleſiam, aut leuanda feſtuca, cùm etiam hæc conſcientia proponat tale obiectum vt malum, & fugiendum, & prout potens communicare malitiam;ſiquidem illam non communicat, prout eſt in ſe, & ſecundùm ſuam naturam, ſed prout eſt apprehenſum, vt *ſuprà* diximus.

Et confirmatur: quia, vt dicitur *cap. Cum voluntate.de ſent. excommunic.* crimina ex animo diſtinguũtur:& ideò,qui percutit,verbi gratia, priuatam perſonam,putans ſe percutere Regem, verè eſt reus læſæ Maieſtatis, & peccat in Regem; & qui facit aliquid non prohibitum, putans eſſe prohibitum,ita peccat,ac ſi verè eſſet prohibitum.

Atque ex hoc argumento,S.Thom.1.2.*quæſt.*19. *art.5 cit.*reiicit ſententiam eorum, qui diſtinguunt conſcientiam erroneam circa bona, aut indifferentia,quæ neque ſunt poſitiuè præcepta, neque prohibita; & circa illa, quæ ſunt per ſe bona,aut mala,& poſitiuè ſunt prohibita, vel præcepta:& in illis aſſerunt eam ligare, quia nulla eſt maior vis, quæ illi reſiſtat; non autem in his, quia contraria ratione vis ipſa legis naturæ,aut diuinæ illi reſiſtit: quam ſententiam Salas *tract.8.ſect.3. cit.num.*15. ait eſſe Alenſis, Bonauent. Almaini, Ariminenſis, & aliorum: idque totum S. Thom. *art.5.cit.* propter rationem iam factam ait eſſe irrationabiliter dictum: & *quæſt.17.de ver.art.*4.ait, quòd qui hoc dicunt,non videntur intelligere, quid ſit conſcientiam ligare. Si enim,inquit, in iis, quæ neque ſunt præcepta, neque prohibita, conſcientia erronea poteſt ligare; id ſolùm eſt, quia proponendo, vt præceptum, vel vt prohibitum, quod tale non eſt, proponit aliquid,vt potens communicare malitiam illi actui,qui fiat contra talem conſcientiam: ergo, ſi eadem ratione proponat vt præceptum, quod eſt prohibitum; & vt prohibitum, quod eſt præceptum;

5. *Etiam conſcientia erronea ſemper ligat,non autem ſolùm, quando eſt circa bona, aut indifferentia.*

ceptum ; ſimiliter ligabit , quia ſimilitet proponet huiuſmodi obiecta ſecundùm eam tationẽ,qua poſſunt communicare malitiam. Atque hoc modo S. Paulus *ad Gal.5.* de iis, qui poſt abrogata præcepta legalia , & per conſequens poſt prohibitam circunciſionem , adhuc ex conſcientia erronea circuncidũtur , abſolutè ait , quòd tenentur conſequenter ad totam legem : *Si circuncidamini,*inquit, *Chriſtus vobis nihil prodeſt. Teſtificor autem circuncidenti ſe, quoniam debitor eſt vniuerſæ legis faciendæ.* quia, ſcilicet,ita obligatur ex conſcientia erronea,& vt concludit S.Thom. *quæſt.17.de ver.art.4.cit.* non videtur poſſibile, quòd aliquis peccatum euadat,ſi conſcientia quantuncunque errans dictet aliquid eſſe præceptum, aut prohibitum ; & ipſe, manente tali conſcientia,contrarium agere diſponat:quia,quantùm eſt ex ſe, ex hoc ipſo habet voluntatem, legem Dei non obſeruandi,vnde & mortaliter peccat.

6. *Conſcientia vera,& conſcientia erronea ligãt diuerſimodè.*

Rectè tamen ſubdit *eodem art.4. & in 2. ſentent. d.39.quæſt.3.art.3.* quòd,quamuis vtraque conſcientia,id eſt,tam vera,quàm erronea,liget ; diuerſimodè tamen ligat , id eſt, illa ligat ſimpliciter , & per ſe ; & hæc ſolùm ligat ſecundùm quid , & per accidens.Et illam ex eo explicat ligare ſimpliciter,quia ligat abſolutè,& in omnem euentum,cùm ſine graui errore,& peccato,quantùm eſt ex ſe,deponi non poſſit;hanc verò è contrà ideò ait ſolùm ligare ſecundùm qoid , quia ſolùm ligat ſub hac conditione,quòd duret , & non ſimpliciter in omnem euentum,cùm poſſit, & debeat deponi;& vbi fuerit iam depoſita , non ampliùs liget. Et certum eſt , quòd communiter,ſi quid ſit tale in omni euentu,& nulla poſita conditione , dicitur tale ſimpliciter : & ſi quid ſit tale ſolùm ſub conditione, & non in omni euentu,ſolùm dicitur tale ſecundùm quid. Et ſimiliter ex eo explicat,quòd conſcientia vera liget per ſe , & erronea ſolùm liget per accidens : quia vera ſolùm ligat ratione ſui, non autem ex eo,quòd aliquid aliud ex accidente illi eueniat : erronea verò ſolùm ligat ratione veræ;& quia veritas illi accidit per exiſtimationem intellectus. Et certum ſimiliter eſt,quòd , quando aliquid vni competit ratione ſui, & alteri ſolùm competit ratione illius, dicitur vni per ſe competere , & alteri ſolùm per accidens, aut per aliud:& qui amat,v.g.vinum propter dulce, & ipſum dulce amat per ſe , & ipſum vinum amat per accidens.

7. *Secũdùm aliquos conſciẽtia erronea ſolùm ligat; non autem obligat ; conſcientia autẽ vera etiam obligat.*

Et in hanc eandem ſententiam videtur intelligi illud Durand.*in 2.d.29. quæſt.5.num.7.& 8.* & apud Valen.*1.2.diſp.2.quæſt.14.puncto* 4. quòd conſcientia vera non ſolùm liget,ſed etiam obliget : erronea verò ſolùm liget, non autem obliget:illud enim ait propriè obligare,quod,per ſe loquendo, nullam relinquit poteſtatem ad oppoſitum ; ſed quodammodo ligat ex omni parte,neque vllum relinquit effugium;& talis eſt,per ſe loquendo, conſcientia vera, cùm non poſſit deponi:illud verò ait, ſolùm ligare, quod relinquit pro aliquo caſu aliquam poteſtatem ad oppoſitum , quomodo ſe habet conſcientia erronea, quæ poteſt, ac debet deponi. Sed non eſt, quòd tanta ſubtilitate diſtinguatur verbum ligandi,& verbum obligandi,cùm pro eodem ſumantur; & ideò vtrumque poteſt tribui vtrique conſcientiæ, cum diſtinctione S.Thom.ſimpliciter,& ſecundùm quid,per ſe,& per accidens,vt iam explicauimus.

8. *Quomodo cõſcientia erronea poſſit obligare circa rẽ intrinſecè malam.*

Atque ex his facilè ſoluuntur,quæ in contrarium poſſunt obiici,vt etiam notat Salas *1.2.tract 8.diſp. vnica,ſect.3.cit num.14.& 35.* Nam, ſi dicas,nullam poſſe eſſe obligationem ad id , quod eſt intrinſecè malum , & ne Deum quidem ipſum poſſe ad id obligare , vt docet S.Thom.*1.2.quæſt.100.art.8.* & ideò multò minùs poſſe ad id obligare conſcientiam erroneam : Reſpondeo , nihil eſſe intrinſecè malum per comparationem ad voluntatem operantem ex ignorantia inuincibili , aut ex conſcientia erronea inculpabili ; ſed ſolùm dici aliquid intrinſecè malum per ordinem ad voluntatem ſcienter,& liberè operantem:& ſenſus eſt, quòd tale obiectum non poſſit non communicare malitiam tali voluntati,ſi operetur ſcienter, & liberè ; & hac eadem ratione dicitur Deus non poſſe obligare ad intrinſecè malum ; quia non poteſt præcipere , vt voluntas ſcienter, & liberè circa illud operetur. Atque hoc modo ex conſcientia erronea poteſt quis obligari etiam ad Deum non amandum pluſquàm ſe,vel ſuper omnia, ſi putet , quòd tali modo amare Deum, ſit peccatum:vt enim notat Vaſq. *1.2.diſp.59.cap.3. in fine* , & *ſuprà* indicauimus *num.2.* ſi admittatur hic caſus , impoſſibile eſt , quòd ſi actus eliciatur contra tale dictamen, ſit amor Dei, & ſupra omnia: ſiquidem eo ipſo,quòd apprehenditur vt peccatum, & diſplicens Deo , non poteſt eligi , niſi vt peccatum , & diſplicens , & per conſequens non poteſt eligi, vt actus amoris;& cõſcientia erronea,dum ſic obligat ad non eliciẽdum hunc actum,ſolùm obligat ad non eliciendum actum peccati ; & dum prohibet elici hunc actum , non prohibet elici actum intrinſecè bonum,niſi tantùm materialiter. Similiter conſcientia erronea , dum ſic obligat , non eſt dicenda obligare contra legem Dei, id eſt,lex inferior & particularis contra legem ſuperiorem , & vniuerſalem:quia lex Dei ſolùm eſt de non operando ſcienter,& liberè : & alioqui,ſicut lex Dei,& lex naturæ eſt de ſequendo ductu rationis , & de non operando circa obiectum , quando proponitur vt malum, & potens communicare malitiam actui;ita & lex Dei , & lex naturæ eſt de operando ex conſcientia erronea. Non tamen poteſt ſpecialiter , & per ſe immittere conſcientiam erroneam , v.g. de mentiendo ; ſed ſolùm poteſt , tanquàm author naturæ,ad illam concurrere , quando res ita poſtulat: quia alioqui etiam poſſet per ſe intendere materiale peccati,& ad illud obligare, & mouere,quod alibi oſtendimus eſſe falſum ,& notat Salas *1.2.tract. 8.diſp.vnica,ſect.3.cit.in fine,num.37.*

9. *Conſcientia erronea non poteſt ſpecialiter , & per ſe immitti à Deo.*

DISPVT. IV.

De iis , quæ pertinent magis in particulari ad obligationem conſcientiæ erroneæ.

1. *Non eſt peccatum agere contra conſcientiam erroneam,quando phyſicè non eſt potentia ad oppoſitum.*
2. *Caſus mirabilis.*
3. *Conſcientia erronea culpabilis,& vincibilis inducit perplexitatem, & neceſſitatem peccandi, ſi non deponatur.*
4. *Perplexitas conſcientiæ poteſt dari.*
5. *Si perplexitas conſcientiæ ſit culpabilis , vtrùm grauius peccat,qui ſequitur conſcientiam erroneam,an qui non ſequitur.*
6. *Conſcientia erronea quando eſt inuincibilis , excuſat à culpa.*
7. *Qui aduertit alterum laborare conſcientia erronea,non poteſt dare illi conſilium de proſequenda operatione.*
8. *Poteſt tamen permittere, vt ille remaneat in ſuo errore,ſi alioqui timeat minus ſcandalum.*

9. *Confeſſarius aliquando tenetur remouere errorem pœnitentis, & aliquando tenetur non remouere.*
10. *Quomodo Confeſſarius debeat reſpondere, ſi interrogetur, quando non poteſt remouere errorem.*
11. *Qui habet conſcientiam erroneam inuincibilem de vtraque parte contradictionis, & pro vtraque parte manet perplexus, quomodo ſit excuſandus à culpa.*
12. *Peccata venialia non poſſunt vitari omnia ſine ſpeciali priuilegio Dei.*
13. *Quomodo ſecundùm aliquos id ſit intelligendum.*

MAGIS in particulari pro obligatione conſcientiæ erroneæ, hæc videntur notanda.

1. *Non eſt peccatum agere contra conſcientiam erroneam quãdo phyſicè non eſt potentia ad oppoſitum.*

Primò, quòd dicitur eſſe peccatum, ſi quis agat contra conſcientiam erroneam, debet ſolùm intelligi ſuppoſitis aliis, quæ alioqui ſunt neceſſaria ad contrahendam malitiam, & præcipuè ſuppoſita libertate, & potentia ad oppoſitum. Ita Sanchez *lib.*1.*in Decal.cap.*11.*num.*3. vbi ex hoc capite negat eum peccare, qui detentus in carcere, aut alio modo phyſicè impeditus ab audiendo Sacro; putat tamen per conſcientiam erroneam ſe peccare mortaliter, ſi re ipſa non audiat: aut eum, qui manu ab aliis per violentiam mota, & quibus ipſe non poteſt reſiſtere, percutit alium. Et ratio eſt: quia libertas, & potentia ad oppoſitum eſt conditio neceſſaria ex parte ſubiecti, ad hoc, vt poſſit culpam contrahere: & ſicut, ſi quis ex amentia, aut ebrietate careret vſu rationis, & tamen putaret, ſe ad aliquid teneri ſub mortali, non tamen propterea peccaret mortaliter, ſi illud omitteret; ita, &c.

2. *Caſus mirabilis.*

Et ex hoc capite amiſſæ libertatis, & potentiæ ad oppoſitum, aliàs cenſui eſſe excuſandam ab omni culpa, nobilem virginem Romanam, quæ, quamuis à primis annis vitæ innocentiam ſemper ſeruaſſet, & pietati & virtutibus ſemper vacaſſet; tamen ex naturali melancholia eò deuenit, vt videretur ſibi perpetuò iraſci contra Deum, & contra Beatiſſimam Virginem, omnéſque Angelos, aut Sanctos Dei, eóſque proſequi peſſimo odio, & blaſphemias omninò turpiſſimas, atque grauiſſimas in corde ſuo in eos iactare, & mala omnia pro quacunque occaſione iis velle; & videretur ſibi, v.g. pedibus ipſis velle eos calcare, ac terere, cùm ambularet; acubus velle pungere, ac transfigere, cùm fortè acu operaretur; cultris, ac gladiis velle diſcindere, cùm ad menſam ſederet, & cibos cultro diuideret; ipſa ventris excrementa velle illis in os ingerere, cùm ventrem exoneraret, & huiuſmodi alia: & ex his omnibus maximam capiebat moleſtiam, ſéque perpetuis lacrymis conficiebat, eò quòd ſentiret, vt ipſa dicebat, non ſolùm hæc ſibi eſſe in imaginatione, aut mente; ſed etiam pertingere vſque ad cor, ſéque omnia corde admittere, veréque velle, & verum aſſenſum per voluntatem iis præbere: & tamen præterea addebat, cupere ſe omnia oppoſita, & velle his omnibus omnem aſſenſum negare; non tamen poſſe. Quòd enim hæc virgo in his omnibus omni culpa vacaret, ex eo viſum eſt mihi patere: quia illæ omnes prauæ apprehenſiones proueniebant ex nimia intenſione, & efficacitate phantaſmatum notabiliter deprauatorum per halitus, & vapores melancholicos, vt *ſuprà* explicauimus *lib.*1.*diſp.*12. & ex nimis importuna illorum accurſione: & ideò, quia non poterat ſimul cum illis conſiſtere rectus vſus rationis, & mentis, neque etiam poterat ſimul conſiſtere vera libertas, quæ tamen ſemper eſt neceſſaria ad contrahendam malitiam, & ad peccandum; & cùm miſella illa benè aduerteret, & ore proprio confiteretur, ſe non poſſe cogitationes illas abiicere, & actus odij non elicere; illud tamen non capiebat, quòd ex hoc ipſo capite impotentiæ eſſet immunis ab omni culpa; & quia maximè angebatur, digniſſima erat omni commiſeratione.

3. *Conſcientia erronea culpabilis, & vincibilis inducit perplexitatem, & neceſſitatem peccandi, ſi non deponatur.*

Secundò, pro obligatione conſcientiæ erroneæ eſt aduertendum, quòd ſi talis conſcientia erronea de aliquo faciendo, aut fugiendo, ſit vincibilis, & culpabilis, adhibenda eſt diligentia vt vincatur & tollatur: & alioqui, ſi quis non adhibeat, tam peccat, conſcientiam illam ſequendo, quam non ſequendo, ſibíque vni debet imputare, quòd ſit perplexus, & in neceſſitate peccandi. Ita S.Thom. 1.2. *quæſt.*19.*art.*6.*ad* 3. Vaſq. 1.2.*diſp.*60.*cap.*2.*num.*6. Salas 1.2.*tract.*8. *diſp. vnica, ſect.*3. *num.* 23. & 24. Azor.*part.*1.*lib.*2.*cap.*8.*qu.*8. Sanchez *lib.*1. *in Decal.cap.*11.*n.*12.

Exemplum poteſt eſſe de illo, qui culpabiliter, & vincibiliter putat, quòd ſit obligatio peierandi, v.g. ad hoc, vt ſaluetur vita innocentis: quia enim hæc ignorantia, vt ſupponimus, eſt culpabilis, & vincibilis, non excuſat à peccato, ſi quis ex illa de facto peieret; & ex altera parte, quandiu manet dictamen, quòd periurium ſit debitum, etiam eſt peccatum, ſi non peieret, id eſt, ſi non impleat debitum: & quia huiuſmodi perplexitas & neceſſitas peccandi ſolùm poteſt tolli per hoc, quòd tollatur, aut reddatur inuincibilis huiuſmodi error, ideò eſt adhibenda diligentia.

4. *Perplexitas conſcientiæ poteſt dari.*

Et quòd non ſit abſurdum, vt poſſit quis ex ſua culpa eſſe perplexus, & in neceſſitate peccandi, pluribus docet S.Greg. lib.32.Mor.cap.18.in illud Iob, cap. 40. *Neruj teſticulorum eius perplexi.* Et patet in exemplo S.Thom.1.2. *qu.*19. *art.*6. *cit. ad* 3. de eo, qui ſtatuit audire Sacrum die feſto propter vanam gloriam; & ideò ex ſuppoſitione talis intentionis tam peccat, ſi audiat, quàm ſi non audiat; id eſt, peccato vanæ gloriæ, ſi audiat; & peccato omiſſionis, ſi non audiat. Et idem eſt de eo, qui exiſtens in affectu peccati mortalis, eſt perplexus, ſiue communicet in Paſchate, ſiue non.

5. *Si perplexitas conſcientiæ ſit culpabilis, vtrùm grauiùs peccet, qui ſequitur conſcientiam erroneam, an qui non ſequitur.*

Vtrùm autem, quando perplexitas eſt culpabilis, grauiùs peccet, qui ſequitur conſcientiam erroneam, quàm qui non ſequitur, non poteſt vna aliqua certa regula definiri, vt notat Vaſq.1.2.*diſp.*60. *cap.*3. *num.*10. Salas 1.2.*tract.*8. *diſp. vnica, ſect.*3. *num.*27. Azor.*part.*1. *lib.*2.*cap.*8.*q.*9. Sanchez *lib.*1. *in Decal.cap.*11.*num.*15. Sed eſt attendendum ex natura, & materia cuiuſque peccati, & ex iudicio, & exiſtimatione cuiuſque operantis: ſi quis enim, v.g exiſtimet, ſe teneri ſub mortali ad mentiendum pro vita alicuius, grauiùs peccat, faciendo contra conſcientiam, & non mentiendo, quàm illam ſequendo, & mentiendo: quia primo modo peccat mortaliter, & ſecundo venialiter. Et contrà, ſi quis exiſtimet ſe teneri ſub veniali ad furandum, v.g. pro danda eleemoſyna in cõmuni neceſſitate, grauiùs peccat ſequendo conſcientiam, & furando, quàm omittendo communem eleemoſynam: ſiquidem primo modo peccat mortaliter, & ſecundo, venialiter: & ſi fiat comparatio in eadem materia, & cæteris paribus, & ſimpliciter quæratur, vtrùm grauiùs peccet, qui ſequitur conſcientiam erroneam, an qui ab illa recedit, certum videtur ex Salas *loco cit.* quòd grauiùs peccet, qui facit contra conſcientiam, ſiquidem peccat ſcienter, & ex malitia, quàm qui facit ex conſcientia erronea; ſiquidem peccat ex ignorantia, & ſemper cæteris paribus malitia

litia eſt maior, quãdo eſt magis cognita, & magis voluntaria.

Tertiò, ſi conſcientia erronea de aliqoo faciendo, aut fugiendo, ſit inuincibilis, omninò excuſat à culpa operationem, quæ ex illa fit: non tamen propterea, ſicut eſt licitum habenti talem conſcientiam, ex illa operari; ita eſt lieitum alteti aduertenti, aut deprehendenti in illo talem errotem, dare conſilium de proſequenda operatione. Ita Sot. *in 4. d. 18 quæſt. 2. art. 4. § Ex hac verò dubitatione.* & Nauar. *in cap. Si quis autem. de pœnit. d. 7. num. 67. & ſequentibus.*

Quòd ſi contingat, vt conſcientia erronea ſimul ſit inuincibilis in aliquo quoad vtranque partem contradictionis, & pro vtraque parte perplexitatem inducat: vt, ſi ruſticus, v.g. ſimul putet, ſe teneri ad Sacrum audiendum die feſto, & ad gregem non deſerendum; & ideò peccare mortaliter, ſi Sacrum audiat, quia gregem deſerit; & peccare mortaliter, ſi gregem cuſtodiat, quia Sacrum non audit, neque ex ſe valeat diſcernere ex his duobus præceptis incompoſſibilibus, quæ ſimul occurrunt, quodnam magis vrgeat, neque poſſit ſuper hoc Doctorem conſulere: ſi, inquam, hoc ita contingat, vel ex alio capite eſt excuſandus, qui ſic ſe habet, à culpa pro vtraque parte contradictionis, vt aliqui volunt, id eſt, quia non habet pro vtraque ſimul honeſtè vitanda ſufficientem poteſtatem, & libertatem; quæ tamen eſt conditio neceſſaria ex parte ſubiecti, ad hoc vt poſſit culpam contrahere, vt iam diximus: vel certè ſi pro altera parte non eſt excuſandus, ad Deum pertinet, huiuſmodi perplexitatem tollere per internam illuminationem, vel per externam alicuius doctrinam; neque permittere neceſſitatem peccandi ſine omni culpa antecedente, vt notat Sanchez *lib. 1. in Decal. cap. 11. num. 13. & 14.* & alij apud ipſum.

6.
Conſcientia erronea, quãdo eſt inuincibilis, excuſat à culpa.

Atque vt hæc ſingula diſtinctiùs explicemus, prima pars, quòd conſcientia erronea, quando eſt inuincibilis, excuſet à culpa, patet ex iis, quæ *ſuprà* diximus *lib. 1. diſp. 25.* de inuoluntario ex ignorantia inuincibili. Et ex hoc capite, ſi quis accedat ad non ſuam ex errore inuincibili, quòd ſit ſua, vt quando contrahitur matrimonium bona fide cum aliquo ex impedimentis dirimentibus, & ex eadem conſcientia conſummatur, verè non peccat, vt ſtatuitur *cap. Dominus. de ſecundis nupt.* vbi de illa, quæ nupſit ex errore, quòd eſſet mortuus prior maritus, dicitur, quòd poſſit petere debitum, & quòd ab altero coniuge debeat reddi, etiamſi dubitet de vita prioris, & de validitate ſui cõiugij. Et, ſi quis diligat Deum non ſuper omnia, ex errore inuincibili, quòd tali modo non ſit diligendus; vel etiam poſitiuè odio habeat ex errore, quòd ſit odio habendus; liber ſimiliter eſt ab omni culpa: quia per huiuſmodi conſcientiam, dum Deus proponitur, vt capax tantùm amoris, non ſuper omnia, vel vt capax etiam odij, non ita proponitur, vt poſſit communicare malitiam actui; & hæc, ſemper eſt impoſſibile, vt formaliter ſit in actu, niſi priùs obiectiuè ſit cognita in obiecto. Et eadem ratione excuſatur, ſi quis ignoret inuincibiliter, quòd actus internus de re mala, v.g. de furto, aut fornicatione, ſit peccatum; & ex dicto alicuius, quem reputat fide dignum, tunc ſolùm exiſtimet, eum eſſe peccatum, quando exit in actum externum, & cum illo coniungitur, & ex tali ignorantia, aut errore eliciat talem actum internum, vt notat Sanchez *lib. 1. in Decal. cap. 16. num. 16. & 17.* vel, ſi ignoret inuincibiliter, quòd operari cum dubio practico ſit peccatum, & quòd peccet, v.g. qui comedit oua die Veneris, practicè dubitans, vtrùm id ſit peccatum, vt idem ſubdit *num. 18.* vel denique, ſi ignoret, quòd ſit peccatum imperare alicui actionem malam, eámque imperet, ex eodem Sanchez *ibidem, num. 19.* in his enim & ſimilibus caſibus conſcientia erronea ſemper excuſat, quando eſt inuincibilis: quia ſemper facit, vt ignoretur malitia, & per conſequens, vt non ſit voluntaria.

7.
Qui aduertit alterum laborare conſcientia erronea, nõ poteſt dare illi conſilium de proſequenda operatione.

Secunda pars, quòd qui aduertit alterum laborare conſcientia erronea, non poſſit dare illi conſilium de proſequenda operatione, quam incboauit ex tali conſcientia, probatur ex eo: quia error non eodem modo poteſt ſuffragari danti conſilium, quando illi eſt iam notus, ſicut ſuffragatur operanti, qui inuincibiliter illum ignorat; licitum tamen eſſet etiam alteri, qui errorem aduerteret, permittere, vt ille in eodem errore permaneret, & bona fide operaretur, ſi alioqui ex eo, quòd errorẽ detegeret, timeret maius ſcandalum, aut malum: quia id ſolùm eſſet permittere, quod non poſſet commodè impedire. Imò in tali caſu, qui ſic aduerteret talem errorem, etiam teneretur illum diſſimulare, vt notat Sanchez *lib. 2. de matr. diſp. 38. num. 7.* Atque hoc modo *cap. Dominus. cit. de ſecundis nupt.* ſtatuitur, vt, ſi alter coniux poſt contractum matrimonium bona fide, & ex errore, quòd eſſet mortuus prior coniux, incipiat poſteà de hoc dubitare, manente altero coniuge in ſua credulitate, ſolùm reddat illi debitum, non autem petat: & *cap. Quia circa. de conſanguinitate, & affinitate*, de matrimonio contracto intra certum gradum conſanguinitatis, & cum diſpenſatione ſubreptitia propter expreſſionem falſæ cauſæ, cuidam Epiſcopo dicitur: *Diſſimulare poteris, vt remaneant in copula ſic contracta, cùm ex ſeparatione, vt aſſeris, graue videas damnum imminere.* Et quamuis hic textus apud Doctores multas habeat explicationes, vt videre eſt apud Sanchez *lib. 2. de matr. diſp. 38. num. 12.* hæc tamen eſt maximè germana, vt idem ſubdit.

8.
Poteſt tamen permittere, vt ille remaneat in ſuo errore, ſi alioqui timeat maius ſcandalum.

9.
Confeſſarius aliquãdo tenetur remouere errorem pœnitẽtis, & aliquãdo tenetur non remouere.

Et ex hoc principio Sot. *in 4 d. 18. quæſt. 2. art. 4. §. At verò non opus eſt.* & plures alij apud Sanchez *lib. 2. de matr. diſp. 38. cit. num. 14.* aſſerunt, quòd, ſi ex taciturnitate Confeſſaris prudenter poteſt pœnitens confirmari in ſuo errore, eámque taciturnitatem accipere, quaſi conſilium de actione illa continuanda, non debet Confeſſarius tacere: vt, ſi mulier, v.g. tanquàm ſcrupulum confiteatur dubietatem ſui matrimonij, propter dubietatem de morte prioris coniugis, & confiteatur Confeſſario, quem ſcit, optimè poſſe id ſcire: & tamen Confeſſarius taceat. Et contrà, ſi Confeſſarius ex detectione erroris ſcandalum timeat, vt, v. g. ſi videat mulierem eſſe in matrimonio nullo, quia ante Concilium, vel vbi Cõcilium non ligat, priùs contraxerat per verba de præſenti matrimonium cum alio; & quia illud non conſummauerat, crediſiſſe, quòd poſſet alteri nubere, & ſic de facto nupſiſſe, omninò debet diſſimulare ex eodem Soto *ibidem*, §. 2. *aſſertum*, & Nauar. *in cap. Si quis autem de pœnit. d. 7. num. 72.* & Adriano *in 4. in materia de confeſſione, dub. 7.* quia, etiamſi ſciret, quòd mulier eſſet illi creditura; adhuc tamen vir non teneretur credere mulieri id aſſerenti, & à Iudice eccleſiaſtico cogeretur talis mulier manere cum ſecundo viro, ſi nihil conſtaret in iudicio de priori matrimonio: atque ita nihil aliud faceret talis Sacerdos, & Confeſſarius, niſi obligare miſeram mulierem, vt nunquam peteret debitum, & domi ferret ſcandala.

10.
Quomodo Confeſſarius debeat reſpõdere, ſi inter-

Quòd ſi quæras, quo modo in tali caſu deberet ſe gerere Confeſſarius, ſi à tali muliere, quam ipſe ſcit eſſe huic nulliter nuptam, & ſolùm ex conſcientia erronea petere, & reddere debitum, interro-

Rogetur, quãdo non poteſt remouere errorem.

getur,quaſi per ſcrupulum,vtrùm licitè petat : Reſpondet Sntus *loco cit.§.Vnde ad argum.* quòd non poteſt abſolutè dicere , quòd ipſi liceat debitum petere ; quia id eſſet contra veritatem, affirmare, quòd ille vir eſſet ſuus:ſed debere dicere ſolùm in genere , quòd vxores poſſunt petere. Puto tamen, quòd etiam pnteſt addere , quòd ex conſcientia erronea etiam aliæ , quæ verè non ſunt vxores , non peccant,ſi petant ; & quòd neque ipſa peccaret, ſi maneret in conſcientia erronea inoincibili. Sed probabile eſt,quòd non poſſet abſolutè dicere , & ſine addito,quòd ipſa licitè petat : quia hæc propoſitio abſolutè prolata ſignificat,quòd ſimpliciter,& per ſe poſſit petere ; & per conſequens,qòod ille ſit ſuus, non autem quòd poſſit petere ſolùm ſecundùm quod , & per accidens, id eſt , ſolùm pro caſu ignorantiæ innincibilis, & conſcientiæ erroneæ. Dico autem,id eſſe prubabile : quia Sancbez *lib.2. de matr.diſp.38.cit.num.*8. & apud illum Henriq. *lib.6.de pœnit.cap.27.num.5.* Corduben. *in Summa, quaſt.189 puncto* 1. & alij etiam concedunt , quòd poſſit abſolutè dicere , quòd licitè petat, neque ſit periculum mendacij, per hoc,quòd ſignificetur ille eſſe ipſius vir : ſicut enim *Luca* 2 .abſolutè dixit B. Virgo,quòd S.Ioſeph eſſet pater Chriſti ; quia pro tali reputabatur:*Ego,& pater tuus dolentes quærebamus te.*ita etiam poteſt dici,quòd aliquis ſit vir alicuius,quando communiter reputatur pro viro. Similiter,ſi quæras,quo modo debeat ſe gerere Confeſſarius, ſi conſulatur ab eo coniuge , qui eſt conſcins nullitatis ſni matrimonij ; & tamen dubitat, vtrùm poſſit manere cum alio coniuge, qui eſt in bona fide,& ſic continuare reddendo debitum,non antem petendn:Reſpondeo,in his caſibus eſſe opus magna prudentia : & ſi poteſt aliqua via,& ſine ſcandalo procurari & dari conſilium , vt tales coniuges ſeparentur , non eſſe vllo modo permittendum,aut dandum conſilium, vt ſimul maneant:hac enim ratione, vt audin, valdè prudenter , & valdè benè geſtum eſt ante aliquot annos in ſacra Pœnitentiaria,cum quodam Religioſo profeſſo,qui profeſſionem nihili faciens , & habitum religioſum abiiciens, vxorem duxerat , & cum illa permanſerat per annos viginti , & plures filios ex illa ſuſceperat:poſtquàm enim tandem facti pœnituit, & ad mentem rediit, inſſus eſt iterum , & ſecretò redire ad Monaſterium in partibus remotiſſimis;& vxor, & filij poſt aliquod tempus fuerunt à Confeſſario, & Pœnitentiario certiorati, quòd maritus,& pater iam eſſet mortuus , intelligendn per bonam æquiuocationem de morte ciuili, qualis eſt ipſa profeſſio religioſa : & hnc modo fuit conſultum bono nnmini,& honori,nnn ſolùm Religioſi ipſius ; ſed etiam vxoris,& filiorum. Si ergo tale aliqoid menti occurrat in ſimilibus caſibus, omninò eſt conſulendum a Confeſſario , & omninò eſt procotanda ſeparatio , & diſſolutio talium coniugiorum , & nullo modo eſt permittenda continuatio , etiam ſtante bona fide alterius coniugis , dummodo poſſint ſufficienter vitari ſcandala , vt iam diximus feliciter eueniſſe in caſu poſito.

11\.
Qui habet conſcientiam erroneam inuincibilem de vtraque parte contradictionis, & pro vtraque parte manet perplexus , quomodo ſit excuſandus à culpa.

Tertiam partem huius tertij dicti,id eſt,de conſcientia ſimul erronea circa vtranqne partem contradictionis in eo, qui non poteſt ex ſe diſcernere, quænam conſcientia,aut pars magis obliget,neque poteſt ſuper hoc Doctorem conſulere ; ſed manet pro vtraque parte perplexus , vtrunque modum admittit , vt probabilem , Sanchez *lib.1.in Decal. cap.11.cit.num.*14.Sed magis probabilem putat eſſe primnm modum , id eſt, qnòd qui eſt perplexus inuincibiliter pro vtraque parte,ſit verè cenſendus liber à culpa vtriuſque ex defectu potentiæ ſufficientis ad illam vitandam : quod idem etiam aſſerit Salas *t.2.tract.8.diſp vnica,ſect.16.num.*145. ex Franc. Victoria *in relect.de iure belli, num.*31. Corduben.*lib.3.quaſt.5.propoſ.*2. & aliis : & in caſu ſimili de perplexitate ex conſcientia dubia pro vtraque parte contradictionis , etiam aſſerit Reginald. *lib.13.c.9.n.86.&* 88 *§.Qua in re.*quia,quanuis talis ruſticus ſit plenè liber ad gregem cuſtodiendum,& nõ cuſtodiendum,quaſi phyſicè, & in genere entis; non tamen eſt liber ad cuſtodiendum,& non cuſtodiendum quaſi moraliter,& in genere moris,id eſt, ad culpam vitandã,qoæ eſt in actu,vel in omiſſione cuſtodiendi. Eámque impotentiam quanuis Sanchez non ampliùs explicet;ſic tamen videtur poſſe aliquis illam explicare.

Nam,quòd poſſit, v.g. vitare culpam non cuſtodiendi, ſolùm per boc , qnòd incidat in aliam culpam non audiendi Sacrum ; non videtur dicendum ſufficiens poſſe ; ſiquidem eſt ſola poſſibilitas facti , non autem pnſſibilitas iuris , cùm inuoluat aliquid contra ius,id eſt, omittere culpabiliter Sacrum;quod tamen commoniter reputatur impoſſibile , vt patet ex materia de contractibus,vbi conditio turpis appoſita contractui dicitur conditio impoſſibilis,& habetur pro non appoſita.

Et confirmatur : quia hic ipſe actus cuſtodiendi gregem , vel ſaltem manendi ruri,& in loco cuſtodiæ, in tali caſu eſſet formaliter malus per malitiam extrinſecam omiſſionis Sacri ; ſiquidem eſſet prima illius cauſa, aut occaſio , & Sacrum omitteretur ſolùm ad effectum cuſtodiendi gregem : & quia adhuc ruri maneretur, vt patet ex dictis *ſuprà* de actibus,qui ſunt mali , per maliriam omiſſionis, *lib.2 diſp.7.præſertim num.*30.& ſimiliter ipſe actus audiendi Sacrum , vel ſaltem recedendi à loco cuſtodiæ, & eundi ad templum,eſſet malus per malitiam omiſſionis cuſtndiendi gregem, cùm ſimiliter gregis cuſtodia ſolùm omitteretur ad effectum audiendi Sacrum. Ergo vterque conuinceretur eſſe impoſſibilis de iure,id eſt,turpis, & per conſequens non eſſet dicenda haberi libertas , & potentia ad vtrunque.

Neque videtur eſſe eadem ratio, ſi quis obiiciat, ſimilem impotentiam reperiri in vitandis peccatis venialibus,de quibus dicitur in Trid. *ſeſſ.6.can.*23. quòd non poſſunt vitari omnia ſine ſpeciali priuilegio Dei, quale creditur fuiſſe conceſſum Beatæ Virgini;& tamen ſufficere ad libertatem,& ad culpam in illis contrahendam,quòd pnſſint vitari ſingola,vt etiam dicitur 1.2.*quaſt.*109.*art.*8. & ideò eadem ratione ex duobus illis peccatis , de quibus habetur perplexitas,ſatis eſſe, ſi poſſit vitari vnumquodque,etiamſi non poſſit ſimul vitari vtrunque, & verè vnunquodque per ſe ſatis habere de libertate,per hoc,quòd per ſe ita fiat,vt poſſit per ſe non fieri , quicquid ſit , vtrùm fiat per hoc,quòd ſimul non fiat etiam aliud.

Contrà enim eſt : quia,ſi quis,dum incumbit, v.g.ad reprimendos motus libidinis, ſit minùs attentus in reprimendo motu ſuperbiæ, & vanæ gloriæ; & ideò, dum vitat vnum peccatum veniale , cadat in aliud;ſolùm dicitur , non poſſe ſimul vitare collectinnem vtriuſque;nnn autem dicitur,quòd obligatio vitandi vnum per ſe reſpiciat non vitationem alterius, & ipſa vitatio vnius per ſe participet de malitia non vitationis alterius;ſicut contingit in caſu præſenti de perplexitate ; & ideò non ſequitur , quòd vitatio vnius ſit turpis , & impoſſibilis per impoſſibilitatem iuris , ſicut accidit in alio caſu.

12\.
Peccata venialia non poſſunt vitari omnia ſine ſpeciali priuilegio Dei.

Et ſi

13. *Quomodo ſecundum aliquos id ſit intelligendum.*

Et ſi dicamus, peccata venialia ſolùm dici non poſſe vitari omnia per impoſſibilitatem quandam moralem, in quantum, ſcilicet, omnia nunquam vitantur, ſicut & *Matth.* 18. dicitur, quòd eſt neceſſe, vt veniant ſcandala; & *Lucæ* 17. quòd eſt impoſſibile, vt non veniant, in quantum, ſcilicet, infallibiliter veniunt, & moraliter non poſſunt non venire; & quòd indigeant ſpeciali priuilegio gratiæ, ſolùm ex ſuppoſitione conſequente, quòd ſine illo non ſunt vitanda, vt vult Vaſq. 1.2. *diſp.* 212. *num.* 16. *&* 17. adhuc magis aperta eſt diſparitas: ſiquidem motus vanæ gloriæ, v.g. verè, & propriè adhuc poteſt vitari facta ſuppoſitione, quòd vitetur alius motus concupiſcentiæ; & abſolutè vitatio vtriuſque non eſt impoſſibilis; cùm tamen in caſu noſtro vitatio omiſſionis Sacri ſit impoſſibilis ex ſuppoſitione, quòd vitetur omiſſio cuſtodiæ; & ideò obligatio, quæ habetur hîc, & nunc, de grege cuſtodiendo per omiſſionem Sacri, & de Sacro audiendo per omiſſionem cuſtodiæ, eſt de re turpi, & impoſſibili per impoſſibilitatem iuris.

Et pro eadem ſententia, quòd in tali perplexitate inuincibili, & inculpabili, non peccetur per vllam partem, videtur facere communis regula, quòd ex duobus malis minus ſit eligendum, *cap. Duo mala.* & *cap. Si nerui. d.* 13. quam tradit etiam Ariſtoteles 2. *Ethic. cap.* 9. Si enim in tali caſu minus malum deſinit eſſe malum, quia non poteſt vitari, niſi incurrendo in malum maius; etiam abſolutè poteſt malum deſinere eſſe malum, ſi non poteſt vitari ſine altero malo, & per conſequens etiam ex duobus malis poterit vtrunque deſinere eſſe malum, ſi vtrunque non poteſt vitari ſine vtroque, vt contingit in caſu præſenti.

Si quis tamen contendat, huiuſmodi ruſticum, de quo eſt caſus, verè peccare per alterutram ex illis omiſſionibus, quia verè eſt liber ad vnanquanque per ſe; probabile eſt id, quod addidimus ſecundo loco, id eſt, quòd ad Deum pertineat, vel ſimpliciter non permittere huiuſmodi perplexitatem, vel eam tollere per internam illuminationem, vel per externam alicuius doctrinam.

DISPVT. V.

De aliis quibuſdam, quæ ſimiliter pertinent ad obligationem conſcientiæ erroneæ.

1. *Peccatum, quod committitur ex conſcientia erronea, ſemper eſt mortale, aut veniale, prout iudicatur per ipſam conſcientiam erroneam.*
2. *Si conſcientia erronea ſit culpabilis, ſolùm poteſt augere malitiam, non autem minuere.*
3. *Quòd peccatum fiat ex conſcientia erronea, vtrùm ſit circunſtantia neceſſariò confitenda.*
4. *Secundùm aliquos circunſtantia eundi contra conſcientiam ſemper tribuit ſpecialem malitiam.*
5. *Si conſcientia dictet, quòd aliquid ſit peccatum; nec tamen determinet, in qua ſpecie ſit; quale peccatum ſit agere contra conſcientiam.*
6. *Qui agit contra conſcientiam ſolùm indefinitè dictantem, quòd aliquid ſit peccatum, probabile eſt, quod non peccet mortaliter, ſi ſaltem non dubitet de culpa mortali.*
7. *Ad malitiam actualem contra conſcientiam, debet actu haberi dictamen conſcientiæ, contra quam ſit.*
8. *Non autem eſt ſatis, ſi non ſit retractatum, & præceſſerit non multò antè.*
9. *Quandonam cenſeri debeat, quod iudicium conſcientiæ actu maneat.*

QVARTO loco ad ea, quæ diximus *diſp. præcedente* pro obligatione conſcientiæ erroneæ, eſt addendum, quòd tale peccatum eſt agere contra huiuſmodi conſcientiam, quando ipſa eſt inculpabilis; quale per ipſam iudicatur. Ita S. Thom. *quodlib.* 8. *art.* 15. at 1.2. *q.* 19. *art.* 5. *ad* 3. Caiet. *in Sum. verb. conſcientia.* Vaſq. 1.2. *diſp.* 59. *cap.* 3. *num.* 11. Salas 1.2. *tract.* 8. *diſp. vnica, ſect.* 3. *num.* 32. *&* 33. Azor. *par.* 1. *lib.* 2. *cap.* 8. *q.* 4. Sanchez *lib.* 1. *in Decal. cap.* 11. *n.* 5. Sayr. *lib.* 1. *clau. reg. cap.* 4. *num* 15. *&* 19. Nauar. *in Man. præludio* 9. *num.* 9. Reginal *lib.* 13. *cap.* 8. *ſect.* 1. *num.* 70. 1. *Peccatum ex conſcientia erronea ſemper eſt mortale, aut veniale, prout indicatur per ipſam conſcientiam erroneam.*

Et ſenſus eſt, quòd ſi conſcientia erronea dictet, v.g. aliquid eſſe mortale, & de facto agatur contra huiuſmodi conſcientiam, peccetur mortaliter: & ſi dictet, aliquid eſſe veniale, peccetur venialiter. Et ratio eſt: quia ea tantùm malitia poteſt eſſe voluntaria in actu, quæ eſt cognita, & propoſita per conſcientiam: & ideò ſi conſcientia proponat in aliquo actu malitiam mortalem, ea verè eſt voluntaria; ſiue ſit vera malitia in tali actu, & apprehenſa in illo, & propoſita voluntate conformiter ad rem ipſam; ſiue ſit falſa, & ſolùm apprehenſa, & propoſita per errorem, & difformiter ad rem ipſam: & idem eſt de malitia veniali.

Dixi autem, *quando conſcientia eſt inculpabilis:* quia alioqui, ſi ſit culpabilis, non excuſat à malitia mortali, ſi hæc re vera ſit in obiecto, vel in actu: & abſolutè conſcientia erronea, quando eſt culpabilis, ſolùm poteſt augere culpam ſupra id, quod verè eſt; non autem minuere: ac proinde etiamſi quis per illam putaret, quòd occidere hominẽ, v.g. aut fornicari, vel peierare, ſolùm eſſet veniale; adhuc tamen peccaret mortaliter ex S. Thom. *quodlib.* 8. *ar.* 15. *cit.* neque conſcientia culpã minueret: & contrà, ſi quis putaret, quòd mendacium, v.g. iocoſum, eſt peccatum mortale, peccaret mortaliter; & conſcientia culpam augeret. Et ratio eſt: quia cognitio, & propoſitio etiam erronea malitiæ grauis, & mortalis in ſecundo caſu, eſt verè ſufficiens, vt illa ſit voluntaria, & verè contrahatur per exercitium voluntarium mendacij iocoſi: & contrà ignoratio, & occultatio erronea malitiæ grauis in primo caſu, non eſt ſufficiens, vt non ſit voluntaria, & verè non contrahatur per exercitium voluntarium homicidij, aut periurij, quando ipſa ignoratio, & occultatio eſt culpabilis, cùm verè ſit voluntaria in alio, id eſt, in ipſa ignoratione & occultatione, quæ ſupponitur eſſe voluntaria & culpabilis. 2. *Si conſcientia erronea ſit culpabilis, ſolùm poteſt augere malitiam, non autem minuere.*

Eſt verò hæc circunſtantia conſcientiæ erroneæ, id eſt, quòd aliquis actus eligatur, & fiat ex apprehenſione, & propoſitione erronea, v.g. talis malitiæ, tunc neceſſariò confitenda, & exprimenda in confeſſione ſecundùm aliquos, quando ex tali conſciẽtia, aut apprehenſione, & propoſitione malitiæ, habetur in illo actu malitia mortalis, ſiue in eadẽ ſpecie, ſiue in diuerſa. Ita Salas 1.2. *tr.* 8. *diſp. vnica, ſect.* 3. *cit. n.* 18. & apud illũ Valen. 1.2. *diſp.* 2. *q.* 14. *puncto* 4. vt, ſi quis, v.g. putans, ſe occidere hominem, occidat feram; vel putans, ſe occidere Clericum, occidat laïcum: neque enim aliter poteſt explicari malitia; homicidij, quæ eſt in occiſione feræ, aut malitia ſacrilegij, quæ eſt in occiſione laici, niſi exprimendo dictamen erroneum conſcientiæ, ex quo fera, vel laicus eſt occiſus. 3. *Quòd peccatum fiat ex conſcientia erronea, vtrùm ſit circunſtantia neceſſariò confitenda.*

Sed contrà videtur eſſe: quia, ſi quis dicat: Volui occidere hominem, & exploſi bombardã ad illum

occidendum. vel, Volui occidere Clericum, & occidi hominem. ſatis videtur explicare totam malitiam, etiamſi non faciat aliam mentionem magis expreſſam conſcientiæ erroneæ: atque ita hæc circumſtantia conſcientiæ erroneæ non videtur neceſſariò exprimenda, etiam quando ex illa habetur in aliquo actu malitia mortalis. Et ſimiliter, ſi conſcientia erronea ſolùm minuat illam malitiam, quam alioqui actus haberet, ſi fieret ex certa ſcientia, & non ex ignorantia, vel ex errore, & malitia alioqui ex ſe ſatis intelligatur, certum eſt, quòd non eſt neceſſariò exprimenda hæc circunſtantia, quòd ſit contracta ex conſcientia erronea: vt, ſi quis, v.g. ex conſcientia erronea culpabili occidat hominem, putans ſe occidere feram: quia enim homicidium factum ſcienter, & homicidium factum ex ignorantia culpabili ſunt eiuſdem ſpeciei, neque hoc notabiliter eſt leuius, non eſt, quòd circunſtantia conſcientiæ erroneæ neceſſariò in illo exprimatur.

4.
Secundùm aliquos circunſtantia eſſendi contra conſcientiam, ſemper tribuit ſpeciali malitiam.

Quare falſum omninò eſt, quod aliqui dicunt apud Salas *ſect. 3. cit. num. 33.* & apud Vaſq. & Sanchea *locis cit.* quòd ſemper hæc circunſtantia eſſendi contra conſcientiam, tribuat ſpecialem malitiam; & ideò facere aliquid, quod verè eſt, & apparet malum, ſemper eſſe duplex peccatum; id eſt, alterum, quia verè eſt tale; & alterum, quia eſt contra conſcientiam: & contrà, facere aliquid, quod ſolùm apparet malum, & non eſt, ſolùm eſſe vnum peccatum, id eſt, quia ſit contra cõſcientiam. Quòd enim hoc ſit falſum, patet ex eo: quia conſcientia, quantùm eſt ex ſe, non habet vim obligandi, niſi vt applicatio alterius obligationis, & quaſi vt contractus, vt *ſuprà* diximus *diſp. 3.* ex S.Thom. *quæſt. 17. de ver. art. 3.* & actionem aliquam fieri contra conſcientiam, ſolùm eſt malitiam illius eſſe cognitam; quod tamen eſt quid generale in omni peccato.

5.
Si conſcientia dictet quòd aliquid ſit peccatum, neque determinet, in qua ſpecie ſit; quale peccatum ſit agere contra conſcientiam.

Quintò, pro explicanda obligatione conſcientiæ erroneæ eſt addendum, quòd ſi conſcientia aliquid dictet eſſe peccatum; non autem determinet, in qua ſpecie ſit; in ea ſpecie peccat, qui contra illam facit, in qua peccaret, qui haberet voluntatem peccandi in vniuerſum, & quaſi genericam, id eſt, voluntatem nec malum vitandi, nec bonum faciendi. Ita Salas *part. 2. tract. 8. diſp. vnica. ſect. 3. num. 33.* Sanchez *lib. 1. in Decal. cap. 11. num. 5.* Azor. *part. 1. lib. 2. cap. 8. quæſt. 6.* Sayr. *lib. 1. clauſ. 29. cap. 4. num. 20.*

Et in hac ipſa ſpecie ille ſaltem cenſeri debet peccare mortaliter, qui eſt actualiter cum aliquo dubio, vtrùm peccet mortaliter, an venialiter, vt notant Salas, & Azor *locis citat.* Sanchez *in Decal. lib. 1. cap. 11. cit. num. 6.* Sayr. *lib. 1. cap. 4. num. 17.* Vaſq. *part. 2. diſp. 59. num. 10.* Nauar. *in Man. prælud. 9. num. 9.* Cordub. *lib. 3. qu. 4. concluſ. 3.*

Prima pars probatur: quia, ſicut in obiecto nulla alia exprimitur & determinatur differentia ſpecifica mali, verbi gratia, contra charitatem, contra religionem, contra iuſtitiam; ſed malitia perinde cognoſcitur, ac ſi reuerà præſcinderet ab omni differentia ſpecifica, & nullam talem differentiam actu haberet: ita & in actu nulla alia poteſt eſſe, niſi illa, quæ adæquatè deſumitur à ratione mali, quaſi accepta genericè, & præciſa à differentiis. Et confirmatur; quia alioqui peccatum, quod committeretur agendo contra huiuſmodi conſcientiam, eſſet omne peccatum, & haberet malitiam ſpecificam contra charitatem, contra iuſtitiam, & contra alias omnes virtutes, ſi ad hanc determinatè communicandam ſatis eſſet confuſio omnium differentiarum, quæ inuoluitur in illo iudicio quaſi generico, & indeterminato; quod tamen non eſt dicendum.

Secunda pars, quòd peccet mortaliter ſaltem ille, qui dubitat, vtrùm peccet mortaliter, an venialiter, probatur ex eo: quia, qui hac ratione operatur, exponit ſe periculo peccandi mortaliter; & dum abſolutè vult operari circa tale obiectum, de quo dubitat, vtrùm fundet malitiam mortalem, an venialem, vtranque malitiam æqualiter eligit, id eſt, ſiue hanc, ſiue illam. Et quidem, ſi obiectum, aut circunſtantiæ tales ſint, vt reuerà fundent malitiam mortalem; non eſt dubium, quòd, qui circa illud operatur ex tali dictamine, & ex tali dubio, peccet mortaliter, etiamſi explicitè non aduertat niſi malitiam quaſi in genere, & ſolùm cognoſcat indefinitè & indeterminatè, quòd peccet: quia, dum vult determinatè hunc actum malum, vult talem malitiam, qualis reuerà in illo eſt, id eſt, verè mortalem: ſi verò obiectum & circunſtantiæ ſolùm fundent malitiam venialem, adhuc peccat mortaliter: quia, cùm illam ſolùm cognoſcat in confuſo, & ſub diſiunctione, cum mortali, id eſt, ſiue venialem, ſiue mortalem; non poteſt ſolam venialem eligere; ſed eligit ſub diſiunctione, etiam mortalem; & vult malitiam, quæcunque ſit, & ſiue venialem, ſiue mortalem; quod tamen non poteſt non eſſe mortale.

6.
Qui agit contra conſcientiam ſolùm indefinitè dictantem, quòd aliquid ſit peccatũ probabile eſt, quòd nõ peccat mortaliter, ſi ſaltem non dubitet de culpa mortali.

Dixi autem, *peccare mortaliter, ſaltem eum, qui dubitat,* &c. quia, ſi quis nullo modo dubitet, & neque etiam ſub diſiunctione eligat vtranque malitiam, ſed ſolùm feratur in rationem mali, quaſi genericam & præciſam à ratione mortalis & venialis; probabile eſt, quòd non peccet mortaliter, vt vult Nauar. *præl. 9. cit. num. 9.* Salas *tract. 8. ſect. 3. num. 33. cit.* Valen. *part. 2. diſp. 2. quæſt. 14. puncto 4.* Reginald. *lib. 13. cap. 8. ſect. 1. num. 70. §. Quòd ſi cui.* & alij apud Salas *ibidem*, & apud Sanchez *lib. 1. in Decal. cap. 11. cit. num. 6.* quia eo ipſo, quòd malitia quaſi genericè & præciſè accepta, ſaluatur in peccato veniali, & præſcindit ab hoc, quod eſt poſitiuè deordinate ab vltimo fine, etiam præſcindit à ratione mortalis, & per conſequens cùm non ſit mortalis, erit ſolùm venialis.

7.
Ad malitiã actualem cõtra conſcientiam, debet actu haberi dictamen cõſcientia, contra quam ſit.

Sextò, pro conſcientia erronea, eiúſque obligatione eſt addẽdum, quòd ad malitiã actualem operis, quod fit contra illam, non eſt ſatis, ſi huiuſmodi dictamen conſcientiæ ſit priùs habitum, & non retractatum; ſed requiritur, vt actu habeatur, quando fit operatio. Ita Vaſq. *part. 2. diſp. 60. cap. 3. num. 13.* Salas *tract. 8. ſect. 3. num. 29.* Sanchez *lib. 1. in Decal. cap. 11. num. 7.* Aaot. *part. 1. lib. 2. cap. 8. quæſt. 12.* Ratio eſt: quia malitia, ad hoc, vt ſit voluntaria, debet eſſe tunc actu cognita, quando fit operatio, cùm in actu nihil poſſit eſſe voluntarium, niſi quod eſt à principio intrinſeco cognoſcente ſingula, in quibus eſt actus, vt modò ſupponimus ex dictis *ſuprà* de ipſa definitione voluntarij.

Atque hoc mudo communiter dicitur, quòd etiam obliuio, & incogitantia actualis excuſat à culpa, & certum eſt, quòd ſi Gentilis, verbi gratia, erroneè ſemel exiſtimaſſet, quòd eſſet peccatum, non actu referre omnes & ſingulas ſuas operationes in idolum, & deinde huius dictaminis actu oblitus ex ſolo naturali affectu miſericordiæ daret pauperi eleemoſynam, eámque actu non referret in idolum, nou peccaret: quod tamen oppoſito modo eſſet dicendum, ſi ad malitiam eſſet ſatis, habuiſſe ſemel dictamen erroneum, & non retractaſſe.

8.
Non autem eſt ſatis, ſi

Contra hoc tamen opinatur Medina *part. 2. quæſt. 19. art. 6. §. Sed nunquid.* & aliqui alij apud Sanchez *lib. 1. in Decal. cap. 11. num. 7.* qui aſſerunt,

Digitized by Google

non ſit retractatum, & præceſſerit nō multò antè,

runt,ad malitiam operationis, quæ ſit contra conſcientiam, non requiri, vt conſcientia actu ſit; ſed ſatis eſſe,ſi ſit virtute; idque accidere,quando prius dictamen non eſt retractatum; vel ſaltem, quando non multò antè præceſſit. Et exemplum primi, quòd dictamen nun ſit retractatum, ponit Medina de eo, qui ſemel habuit iſtum errorem: Non mihi licet audire Theologiam. eóque non reuocato, illam audiat: & exemplum ſecundi, quòd dictamen conſcientiæ multùm antè,vel non multùm præceſſetir, ponit de pagano, qui iampridem habuit errorem, quòd omnes actiones ſunt referendæ in idolom: & poſteà diuturnitate temporis oblitus, dat eleemoſynam pauperi ex naturali affectu pietatis. Et in primo caſu inquit; primum iudicium manet virtute,etiamſi non maneat actu,quia non eſt retractatum; & per illam virtualem manentiam poteſt communicare malitiam; & in ſecundo non manet ampliùs,etiamſi non ſit retractatum,quia paulatim euaneſcit;ſicut & impetus lapidis proiecti ſurſum, virtute manet ſulùm per aliquod tempus; non autem,manet,quando iam multùm diſtat à prima impreſſione; & intentio, v.g.referendi omnia in honorem S.Iacobi, non manet ampliùs in eo, qui ad illum ſuſcepit iter,& in ipſo itinere ad longum diſtrahitur in aliis multis. Et quoad hoc benè addit Medina, quòd aliud eſt, iudicium conſcientiæ manere virtute,& aliud manere in habitu; & manentiam virtualem ſatis eſſe ad communicandam malitiam,non autem eſſe ſatis malitiam habitualem.

Sed,quanuis hoc poſtremum de manentia habituali ſit benè dictum; illud tamen de virtuali non videtur in re præſenti, & in materia de conſcientia habere locum: nam,vt communiter dicitur in materia de voluntario, dum explicatur voluntarium actu, & voluntarium virtute; & in materia de Sacramentis, dum explicatur intentio actualis, & intentio virtualis;tunc ſolùm dicitur aliquid manere virtute, quandu actu manet in aliquo, quod ſit virtus illius, vt quando intentio, v.g. conficiendi Euchariſtiam, etiam in Sacerdote, qui dum actu profert verba,non actu cogitat de illa conficienda,manet in ipſo acceſſu ad Sacriſtiam, in ſumptione ſacrarum veſtium,in recitatione Miſſæ,in prolatione verborum formæ, &c.ex conſcientia autem,ſeu iudicio intellectus practici,nihil apparet, quod relinquatur; & tanquàm virtus illius poſſit dirigere actionem, & concurrere ad malitiam; & promptitudo illa, ſeu facilitas, & diſpoſitio, quæ videtur manere ad exeundum in ſimilem actum iudicij, ſi excitetur phantaſma,eſt ipſe habitus,vel confirmatus,vel inchoatus, & non confirmatus;id eſt,qualitas,vel difficile mobilis,vel facilè mobilis; quæ tamen non dirigit, niſi per actum: & quia eſt quaſi otioſa, & non operans, non poteſt dici operari vt virtus prioris iudicij,cùm præſertim etiam ipſe Medina fateatur, non eſſe ſatis ad malitiam actualem operationis,ſi conſcientia maneat ſolùm in habitu.

Quod verò addit de duplici modo manendi virtute, id eſt, per hoc, quòd iudicium actuale non ſit retractatum; & per hoc,quòd non diu antè præceſſerit, non habet plus probabilitatis: quia, etiamſi non ſit retractatum; adhuc tamen reuerà deſiit: & parum refert, quòd iampridem deſierit, vel paulò antè, ſi abſolutè pro nullo tempore quicquam relinquit tanquàm virtutem,& loco ſui: & alioqui,ſi ad non manendum virtute requireretur retractatio, vel præceſſiſſe iampridem actualis obliuio, vel incogitantia, non excuſaret ſufficienter à culpa: ſiquidem etiam exiſtente obliuione,aut incogitantia poteſt contingere, quòd prius iudicium non ſit retractatum, & quòd non præceſſerit multò antè; quod tamen dici non poteſt.

Quòd ſi quæras, quando debeat cenſeri, quòd iudicium conſcientiæ actu maneat: Reſpondet Vaſq.*loco citato*, quòd tunc manet, quando reclamat per plenum iudicium,vel ſaltem per aliquam dubitationem de malitia. Et addit Sanchez,etiam quando culpabile eſt, quòd non actu maneat:quia in tali caſu ipſa negatio manentiæ actualis, eſt quaſi virtus prioris conſcientiæ:& hæc, ſicut potuit culpam communicare ipſi negationi aduertentiæ;ita & per illam,vt per virtutem, poteſt culpam transfundere, etiam ad vltimam operationem. 9.

Quandonam cenſeri debeat, quòd iudicium conſcientiæ actu maneat.

DISPVTAT. VI.

An, & quomodo conſcientia erronea inuincibilis, & inculpabilis circa honeſtatem alicuius actus, verè faciat illum actum eſſe honeſtum.

1. *Conſcientia erronea circa honeſtatem, etiam facit,vt actus ſit honeſtus.*
2. *In illa ſpecie,in qua iudicatur per talem conſcientiam.*
3. *Quomodo hoc poſſit eſſe verum in fide diuina.*
4. *Prudentia infuſa non excludit eſſentialiter falſum ſpeculatiuum,ſed practicum.*
5. *Actus ex conſcientia erronea eſt etiam meritorius.*
6. *Videntur in contrarium facere S. Bernardus, & S.Thomas.*
7. *Sed reſpondetur.*
8. *De actu ſolùm bono per conſcientiam erroneam, non eſt ſimpliciter gaudendum, aut dandum conſilium.*

CONCLVSIO eſt, quòd, quemadmodum conſcientia erronea, inuincibilis,& inculpabilis, ſi aliquid dictet eſſe peccatum,quod reuerà non eſt; verè facit,vt peccet, qui ſe illi non conformat: ita & è contrà,ſi ſit inuincibilis, & inculpabilis,& aliquid dictet eſſe honeſtum & meritorium, quod reuera non eſt, verè facit, vt honeſtè, & meritoriè agat,qui ſe illi conformat, dummodo alioqui ſit in ſtatu gratiæ, & capax meriti. Ita Sanchez *lib.*1. *in Decalog.cap.*11.*num.*17. Vaſq. *par.*2.*diſp.*60.*num.*9. *&* 10.Azor.*par.*1.*lib.*2. *cap.*8. *quæſt.vlt.* Salas *par.*2. *tract.*8. *diſp.vnic.ſect.*3.*num.*20.*&* 22. Reginal. *lib.* 13.*cap* 8.*ſect.*2. *num.*71. *&* 72. Cordub. *lib.*2. *q.*23. *propoſ.*1.Almainus *lib.*1.*Moral.cap* 4. Et ſenſus eſt, quòd ſi quis putet, v. g. ſe teneri ex honeſtate, & obligatione miſericordiæ ad mentiendum pro ſalute alterius & ex hoc dictamine velit mentiri, verè faciat actum honeſtum, & ex virtute miſericordiæ. Probatur: quia, cùm per iſtam voluntatem ſatisfaciat obligationi conſcientiæ, omninò elicit actum bonum:&, ſicut per voluntatem contrariam non mentiendi verè peccaret, quia circa obiectum, quod eſſet propoſitum, vt proſequendũ, operaretur per actum fugæ, atque ita eliceret actum carentem debito modo, & debita commenſuratione, & correſpondentia partium, vt patet ex dictis *ſuprà* de malitia in vniuerſum; ita & per voluntatem mentiendi elicit actum vere bonum,& integrum,& habentem debitum modum, & commenſurationem partium. Et ratio à priori videtur eſſe: quia obiectum voluntatis non eſt bonum, provt ſolùm eſt in re, & ſecundùm naturam; ſed etiam provt eſt in anima, 1.

Conſcientia erronea circa honeſtatem, etiam facit, vt actus ſit honeſtus.

Digitized by Google

anima, & in apprehenſione, vt etiam *ſuprà* diximus ex S.Thom. *part.2. quæſt.8. art.1.* & Ariſtot. *2.Phyſ.text.31.& 5. Metaph. cap. 3.* vbi ait, quòd non differt, vtrùm finis ſit bonum verum, an apparens: hinc enim apertè ſequitur, quòd etiam in actu parum refert, qoòd honeſtas obiecti ſit vera, vel quòd ſit apparens. Et rectè S.Bern. *lib. de precepto, & diſpenſat.poſt medium,tom.2.* de conſcientia exponit illud Chriſti Matth.*6. Si oculus tuus ſimplex fuerit,totum corpus tuum lucidum erit: ſi autem oculus tuus fuerit nequam,totum corpus tuum tenebroſum erit.* quia, ſcilicet, prout ſe habuerit dictamen conſcientiæ, quod intelligitur nomine oculi, etiam opus ipſum eſt bonum, aut malum.

2. *In illa ſpetie, in qua iudicatur per talem conſcientiam.*

Et quod *ſuprà* diximus de iis, qui faciunt contra conſcientiam erroneam inuincibilem, quòd tale peccatum faciant, quale iudicatur per ipſam conſcientiam, contraria ratione dicendum etiam eſt de iis, qui faciunt bonum ex conſcientia erronea inuincibili; quòd, ſcilicet, tale bonum faciant, quale iudicatur per ipſam conſcientiam. Et quemadmodum in actu miſericordiæ parum refert ex parte obiecti materialis, quòd indigentia, quæ ſubleuatur, ſit vera, vel apparens; & qui dat eleemuſynam illi, quem putat pauperem, cùm verè non ſit, facit verum actum miſericordiæ: ita & ex parte obiecti formalis, parum refert, quòd honeſtas ſit vera, aut apparens.

3. *Quomodo hoc poſſit eſſe verum in fide diuina.*

Et idem eſt etiam in honeſtate credendi: ſi quid enim prudenter iudicetur credendum fide diuina, quod tamen reuerà ſit contra fidem; actualis voluntas, & pia affectio illud credendi, eandem habebit honeſtatem, quam habet voluntas credendi id, quod verè eſt reuelatum, vt notat Salas *ſect.3. cit. num.20.in fine.* Et quanuis aliqui exiſtimarint, etiam actum fidei circa articulum putatum falsò & inuincibiliter, quòd ſit reuelatus, cùm reuerà reuelatus non ſit, eſſe actum fidei diuinæ, & ex habitu per ſe infuſo, vt Mag.*in 3.diſt.23.quæſt.10.* & aliqui alij; id tamen non eſt, quòd admittatur ex hac doctrina, quam modò tradimus de conſcientia erronea, cùm impoſſibile ſit, vt habitus intellectus, qui per ſe & eſſentialiter reſpicit verum reale, & extra animam, ſe extendat ad reale falſum; & habitus ſcientiæ, verbi gratia, quæ eſſentialiter eſt de obiecto vero extra animam, poſſit eſſe de obiecto etiam falſo, & poſſit dicere actum erroris, ſi fortè obiectum, quod extra animam eſt verè falſum, intra animam appareat verum, vt notat Caiet. *2.2.quæſt.1.art.5 in fine.* Et quod hoc loco aſſerimus de honeſtate voluntatis credendi, non fundatur in eo, quia poſteà ipſe actus credendi ſit fidei ſupernaturalis; ſed, quia virtutes, & habitus voluntatis non excludunt eſſentialiter falſum, quod eſt malum ſolius intellectus; & iudicium prudentiæ, ex quo diriguntur, ſolùm excludit falſum practicum, quod hic, & nunc, ſpectatis omnibus, eſt difforme principiis practicis; non autem excludit eſſentialiter falſum ſpeculatiuum, quod abſolutè & ſimpliciter eſt difforme principiis rei: hinc enim fit, vt cum errore inuincibili ſpeculatiuo, quòd hic articulus, verbi gratia, ſit reuelatus, poſſit ſtare actus prudentiæ verus practicè, quòd hic, & nunc ſit credendus; ſi, ſcilicet, proponatur, verbi gratia, ruſtico ab ipſo Epiſcopo, aut Parocho, viro alioqui probo, & docto, etiam hic actus prudentiæ poſſit ſufficienter proponere voluntati honeſtatem credendi, eámque dirigere ad actum honeſtum, per talem honeſtatem ſpecificantem.

4. *Prudentia infuſa non excludit eſſentialiter falſum ſpeculatiuum, ſed practicũ.*

Neque eſt abſurdum, quòd Deus ſpecialiter concurrat ad talem actum prudentiæ, iſque ſit à prudentia infuſa, cùm etiam hæc non excludat eſſentialiter falſum ſpeculatiuum, ſed practicum, vt etiam accidit, quando quis hìc, & nunc prudenter iudicat, dandam eſſe eleemoſynam propter Deum huic pauperi; qui tamen verè non eſt pauper; ſed ſolùm creditur per errorem eſſe pauper, vt inter cæteros benè notat Theophilus Raynaudus *de Martyrio per peſtem,part.2.cap.3.num.15.& ſequent.*

5. *Actus ex conſcientia erronea eſt etiam meritorius.*

Quòd verò hic idem actus ex conſcientia erronea ſit etiam meritorius, probat idem Salas *num. 22.* quia obſeruatio præcepti ex motiuò honeſto, ſi adſint cætera requiſita ex parte ſubiecti, ſemper eſt meritoria: & certum eſt, quòd in Trident. *ſeſſ.6. cap.10.de Iuſtificatione,* per obſeruationem mandatorum dicimur creſcere in iuſtitia: & *cap.16.* per quælibet bona opera mereri: & *can.32.* per omnia bona opera facta in gratia mereri augmentum gratiæ, & vitam æternam.

6. *Videntur in contrarium facere S. Bern. & S. Thom.*

Sed contra hæc videtur facere S.Bernard. *lib.de precepto,& diſpenſat.poſt medium,tom. 2.* imò & S. Thom. *1.2.quæſt.19.artic.6.ad 1.* vbi ait, quòd non eodem modo eſt bonum, quod vt tale proponitur per conſcientiam erroneam, quo eſt malum, quod per eandem proponitur, vt malum: quia ex S.Dionyſ.*cap 4.de diuin.nomin.* bonum eſt ex integra cauſa, & malum ex ſingulis defectibus: ac proinde ad hoc, vt aliquid ſit bonum, non ſolùm debet proponi, vt tale, per conſcientiam; ſed etiam reuerà debet eſſe tale: & è contrà, ad hoc, vt aliquid ſit malum, ſatis eſt, ſi proponatur vt malum, etiamſi reuerà tale non ſit: & *quodlib.8.art.3.* vniuerſaliter ait, quòd, quando aliquid eſt contra legem, ſemper eſt peccatum; nec excuſatur per hoc, quòd ſit ſecundùm conſcientiam: & *quodlib.3.art.10.* quòd in iis, quæ pertinent ad fidem, & bonos mores, nullus excuſatur, ſi ſequatur opinionem erroneam alicuius Magiſtri; quia in talibus ignorantia non excuſat. Et ex S.Bern. *lib.de precepto,& diſpenſat.cit.* ad idem facit etiam illud Iſai.*5. Væ, qui dicitis bonum, malum; & malum, bonum.* tam enim digni ſunt punitione, qui faciunt, quod reuerà eſt bonum, ex conſcientia erronea, quòd ſit malum, quàm contrà, qui faciunt malum ex conſcientia erronea, quòd ſit bonum.

7. *Sed reſpondetur.*

Sed rectè aduertit Sanchez *lib.1.in Decal.cap. 11.cit.num.17.* Salas *part.2.tract.8. diſp.vnica,ſect. 3.num.26.* Vaſq.*part.2.diſp.60.cap.3.num.9.* hæc ſolùm intelligi, quando conſcientia erronea, quæ dictat aliquid eſſe bonum, quod tale non eſt, eſt vincibilis, & culpabilis; & ideò in noſtra concluſione ſolùm id aſſeruimus de inuincibili, & inculpabili: quando enim conſcientia erronea eſt vincibilis, impoſſibile eſt, vt obiectum ſolùm ſit cognitum, vt bonum: ſiquidem etiam eſt cognitum aliquo modo vt malum, id eſt, in illa ipſa notitia, qua fuit cognita, & voluntaria negligentia cognuſcendi illud vt malum. Atque ad hoc explicandum rectè vtitur Cordub.*lib.5. quæſt.4 dubio 3.* & apud Vaſq. *num.9. cit.* doctrina illa S. Dionyſij, quòd bonum debeat eſſe ex integra cauſa, & malum poſſit eſſe ex ſingulis defectibus: quia enim bonum, prout eſt obiectum voluntatis, non tam conſideratur, prout eſt in re, quàm prout eſt in intellectu, & in apprehenſione, vt *ſuprà* diximus; in hac ipſa apprehenſione debet habere integram cauſam, id eſt, apprehendere vt verè, & integrè bonum, & ſine vllo defectu, qui ſemper eſt oppoſitus integritati: & contrà, ſi in apprehenſione & intellectu defectum aliquem habeat, malum ſimpliciter eſt; non autem bonum: & certum eſt, quòd quando aliquid ſolùm ex errore culpabili apprehenditur vt bonum, non habet ſimpliciter in apprehenſiooe ſuæ cauſæ,

integritatem,

integritatem, cùm etiam defectus, & malitia ſit in illo cognita ratione alterius notitiæ, qua fuit culpabilis ipſa negligentia cognoſcendi, & ipſe error, aut ignorantia, quæ modò habetur. Et quòd S. Thom. *loco cit.* ſolùm loquatur in hoc caſu, quando conſcientia erronea eſt culpabilis, & vincibilis, patet ex ipſo textu: cùm enim docuiſſet *art. 5. præcedente*, quòd diſcordare à conſcientia errante ſemper eſt malum, ſiue illa ſit vincibilis, ſiue inuincibilis; quia conſcientia erronea, quandiu manet, ſemper ligat; docet *art. 6.* quòd non è contrà concordare cum conſcientia errante eſt ſemper bonum: quia è contrà conſcientia erronea non ſemper excuſat; ſed tunc ſolùm, quando error, aut ignorantia, cum qua eſt, cauſat inuoluntarium; id eſt, quando neque directè, neque indirectè eſt voluntaria, & neque ipſa per ſe eſt volita, & cauſata; quod eſt eſſe voluntariam directè; neque eſt volita & cauſata propter negligentiam, qua quis non curat ſcire, quod poteſt, & debet, quod eſt eſſe voluntariam indirectè: atque ita, cùm doctrina articuli ſolùm ſit, quòd conſcientia erronea tunc non excuſat, quando eſt cum negligentia, & culpabilis; & tunc excuſat, quando eſt ſine negligentia, & inculpabilis, non debet intelligi ſolutio primi argumenti, niſi pro caſu, in quo non excuſat; id eſt, tunc ſolùm, quando conſcientia erronea eſt culpabilis; & tunc ſolùm propriè quadrat doctrina allata, quòd bonum ſit ex integra cauſa, & malum ex ſingulis defectibus, vt diximus. Et quod aſſerit, ad hoc vt dicatur malum id, in quod fertur voluntas, ſufficere, ſiue quòd ſecundùm ſuam naturam ſit malum, ſiue quod apprehendatur, vt malum; ſolùm eſt intelligendum, per ſe loquendo, id eſt, extra caſum, in quo ignorantia & error eſt inuincibilis, & excuſat. Et quod ſubdit è contrà ad hoc, quòd ſit bonum, requiri, quòd vtroque modo ſit bonum; ſimiliter intelligitur, per ſe loquendo, & extra caſum, in quo ignorantia, & error eſt inuincibilis, vt notat Valen. *par. 2. diſp. 2. quæſt. 14. puncto 5. in fine.* Et eodem modo, per ſe loquendo, & extra caſum ignorantiæ, & erroris inuincibilis, debet intelligi etiam alius locus *ex quodlib. 8. art. 13.* & alius *ex quodlib. 3. art. 10.* vt exponit S. Anton. 1. *par. tit. 3. cap. 10. §. Reuertendo ad quartam.*

8. *De actu ſolùm bono per conſcientiam erroneam, non eſt ſimpliciter gaudendum, aut dandum conſilium.*

Sed, quamuis hæc omnia ita ſe habeant, illud eſt attendendum, quod notat Reginal. *lib. 13. cap. 8 ſect. 2. cit. num. 72.* non eſſe licitum poſt ſublatum errorem huiuſmodi conſcientiæ, gaudere ſimpliciter de tali actu alioqui malo, & ſolùm ex accidente conſcientiæ erroneæ benè facto: nam, quamuis poſſit eſſe materia gaudij hoc, quod eſt eſſe factum ſine peccato, & ex conſcientia erronea; non tamen poteſt eſſe materia gaudij ipſe actus ſecundùm ſe, & præſcindendo ab hoc, quòd ſit factus ſolùm ex accidente conſcientiæ erroneæ: & ſimiliter, quamuis ſit licitum aliquando relinquere huiuſmodi operantem in ſuo errore; non tamen eſt licitum dare illi conſilium de tali actu abſolutè perficiendo, aut proſequendo, vt etiam *ſupra* diximus *diſp. 4. num. 6.*

DISPVT. VII.

De obligatione, quæ oritur ex conſcientia dubia in vniuerſum.

1. *Non licet operari ex conſcientia dubia dubietate practica.*
2. *Conſcientia dubia propriè dicta diſtinguitur à conſcientia probabili.*
3. *Suſpicio reducitur ad dubietatem.*
4. *Non eſt illicitum operari ex conſcientia per dubietatem ſpeculatiuam.*
5. *Probatur, quòd ex conſcientia practicè dubia non ſit operandum.*
6. *In dubio eſt determinandus aſſenſus, ſaltem probabiliter ad vnam partem.*
7. *Neque aliter eſt operandum, etiamſi ſuperior iubeat.*
8. *Peccatum ex conſcientia dubia tale eſt, quale dubitatur.*
9. *Quòd peccatum ſit factum ex conſcientia dubia, non eſt circumſtantia neceſſariò exprimenda in confeſſione.*
10. *Cenſuræ, aut pœna quomodo incurrantur, vel non incurrantur ex conſcientia dubia.*

1. *Nō licet operari ex conſcientia dubia dubietate practica.*

CONCLVSIO eſt, quòd ex conſcientia practicè dubia per ſuſpenſionem iudicij, nunquam licet operari; ſed ſemper eſt determinandus aſſenſus, ſaltem probabilis, ad vnam partem. Ita Nauar. *in Manual. cap. 27. num. 288. & conſ. 8. num. 7. de pœnitent. & remiſſ. lib. 5. & in cap. Si quis autem. n. 4. 56. & 81. de pœnitent. d. 7.* Sanchez *lib. 2. de matrim. diſp. 41. num. 6. & lib. 1. in Decalog. cap. 10. num. 2.* Salas *par. 2. tract. 8. diſp. vnica, ſect. 16. n. 143.* Vaſq. *par. 1. diſp. 65. cap. 1.* Azor. *par. 1. lib. 2. cap. 18. quæſt. 3.* Reginald. *lib. 13. cap. 9. n. 79. & ſequentib.* Sayr. *lib. 1. clau. reg. cap. 13. n. 2. & ſequentib.*

Et tale peccatum eſt, ſi quis operetur ex conſcientia dubia, quale eſſe dubitatur, id eſt, mortale, aut veniale, & in hac, vel illa ſpecie, in qua dubitatur. Ita Nauarr. *in cap. Si quis autem. cit. num. 135 de pœnitent. diſt. 5.* Vaſq. *par. 2. diſp. 107. cap. 3. in fin.* Sanchez *lib. 2. de matrim. diſp. 41. cit. num. 7. & lib. 1. in Decal. cap. 10. cit. num. 2. & 6.* Reginald. *lib. 13. cap. 4. num. 83.*

2. *Conſcientia dubia propriè dicta diſtinguitur à cōſcientia probabili.*

Et ſenſus eſt, quòd qui habet aſſenſum, quaſi ſuſpenſum ac pendulum, vtrùm hic contractus, v. g. ſit vſurarius, & vtrùm hoc, vel illud ſit licitum, non poteſt, quandiu manet talis ſuſpenſio, operari; ſed debet, ſaltem probabiliter, ſe determinare ad vnam partem.

Dicitur autem, *ex conſcientia dubia per ſuſpenſionem iudicij*: quia non loquimur de illa, quæ dicitur dubia per aſſenſum probabilem ad vnam partem, & per formidinem de oppoſita, quæ propriè appellatur conſcientia probabilis, & ſolùm largè dicitur dubia; ſed accipimus dubietatem ſtrictè & preſsè, vt explicat Salas *ſect. 16. cit. num. 138. & 139.* Et ad huiuſmodi dubietatem per ſuſpicionem iudicij etiam reducitur ex Vaſq. *diſp. 67. cap. 2. num. 7.* & Sanchez *lib. 1. in Decalog. cap. 10. num. 4.* ſi aſſenſus ad vnam partem ſit ſolùm leuiſſimus propter rationes, quæ ab illo retrahunt: quia tunc potiùs ſe habet, vt quædam propenſio, & inclinatio, quæ propriè appellatur ſuſpicio, quàm vt vera determinatio iudicij ad vnam partem, & quæ verè tollat dubietatem.

3. *Suſpicio reducitur ad dubietatem.*

4. *Non eſt illicitum operari ex cōſcientia dubia per dubietatem ſpeculatiuā.*

Dicitur ſecundò, *ex conſcientia practicè dubia*: quia, ſi ſit dubia ſolùm ſpeculatiuè, & de re accepta in vniuerſum, vel ſolùm in ordine ad alios, non autem conſideratis particularibus circumſtantiis, & prout ſpectat determinare ad ſe ipſum; non eſt illicitum, ſi quis operetur in tali dubietate, vt probat Salas *ſect. 16. cit. num. 142.* quia propriè non illa dubietas eſt, quæ actionem dirigit, & habet rationem conſcientiæ; ſed aliud iudicium particulare, quod hîc, & nunc, penſatis omnibus, dictat, id eſſe licitum. Vnde & qui ſic operatur, non tam eſt dicendus operari ex conſcientia dubia ſpeculatiuè, quàm cum illa: ſiquidem tenetà huiuſmodi conſcientia

non

non applicatur operationi, ſed ad illam ſe haber ſolùm concomitanter. Atque hoc modo, ſi quis incipiat dubitare, vtrùm res, v.g. quam huc vſque poſſedit bona fide, ſit ſua, non peccat, ſi ſibi illam retineat, quouſque certiòs illi conſter, qoòd nun ſit ſoa: quia in dubiis melior eſt conditio poſſidentis, *cap. In dubiis. de regul. iur. in 6.* & ex hac regula format ſibi dictamen, quod propriè eſt conſcientia, & applicatur operationi. Et ſi quis dubitet, vtrùm Princeps habeat iuſtam cauſam inferendi bellum, adhuc poteſt, ſi iubeatur, pro illo pugnare: quia, vt dicitur *cap. Quod culpatur. 23. quæſt. 1.* vir iuſtus, etiam ſub Rege ſacrilego, rectè poteſt bellare, ſi id, vel non eſſe contra Dei præceptum, certum eſt; vel vtrùm ſit, non eſt certum: quia, ſicut in dubiis eſt præſumendum pro Principe, & ex hoc poteſt vnuſquiſque ſibi formare conſcientiam, & dictamen, quod ſit proxima regula ſuæ operationis.

Dixi autem, dubietatem ſpeculatiuam poſſe eſſe de re ſolùm in vniuerſum conſiderata; non autem conſideratis particularibus circunſtantiis, vel etiam prout res ſecundùm particulares circunſtantias ſolùm; conſideratur in ordine ad alios, non autem in ordine ad ſe: quia fieri poteſt, vt quis dubitet de re aliqua, vtrùm liceat alicui tertio, etiam conſideratis particularibus circunſtantiis; & tamen ſit certus, quòd liceat, aut non liceat ſibi propter rationem aliquam particularem, & ſibi propriam; & tale dubium ſimiliter eſt reputandum ſpeculatiuum, vt notat Reginald. *lib. 13. cap. 9. cit. num. 70.* Qui etiam rectè ſubdit *num. 81. & 83.* id, quod dicitur non eſſe illicitum, vt quis operetur ex dubio ſpeculatiuo, ſolùm eſſe intelligendum, quando adeſt aliqua ratio particularis non dubitandi etiam practicè; ſed determinandi, & formandi ad vnam partem dictamen practicum: alioqui enim, ſi res aliqua in vniuerſum, & per ſe conſiderata eſt dubia; vt, verbi gratia, vtrùm hic, aut ille contractus per ſe acceptus ſit vſurarius; neque vlla eſt ratio, vt non ſit dubia etiam practicè, & quòd hic, aut ille contractus non ſit vſurarius etiam mihi, non poteſt eſſe licitum operari contra dubium ſpeculatiuum; quia ſimul cum illo ſemper coniungitur etiam dubium practicum, vt ex ſe patet; & ex hoc operari eſt ſemper illicitum.

5. *Probatur, quòd ex conſcientia practicè dubia non ſit operandum.*

Et quòd ex hac conſcientia practicè dubia nunquam liceat operari, Probatur primò: quia *ad Rom. 14.* abſolutè & vniuerſaliter dicitur: *Quod non eſt ex fide, peccatum eſt.* id eſt, ex dictamine conſcientiæ, quòd illud ſit proſequendum, aut fugiendum: operatio autem ex conſcientia dubia certum eſt, quòd non eſt ex fide, cùm ſit ex ſuſpenſione fidei, & credulitatis.

Secundò, qui conſentit in aliquid, de quo eſt dubius, vtrùm ſit bonum, an malum; abſolutè conſentit, ſiue ſit bonum, ſiue malum; atque ita ſub hac disiunctione etiam conſentit in malitiam.

Tertiò, qui conſentit in aliquid, de quo poſitiuè non cognoſcit, quòd habeat integritatem cauſæ, & bonitatem; malè conſentit: quia bonum ex integra cauſa, & malum ex ſingulis defectibus: & cùm ad benè operandum requiratur poſitiua cognitio bonitatis; ad malè operandum ſatis eſt dubitatio de malitia, vel quòd bonitas non cognoſcatur.

Quartò, qui aliquid facit, de quo dubitat, vtrùm amico diſpliceat, verè facit contra amicitiam: quia parui facit, diſplicere amico; & lex amicitiæ eſt, vt ea etiam vitentur, quibus dubium eſt, ne amicus lædatur: ergo etiam, qui aliquid facit, de quo dubitat, vtrùm diſpliceat Deo, facit contra Deum; & ſi id faciat, vt ſibi, vel alteri placeat, ſe, vel alterum præfert Deo, neque Deum appretiatiuè amat ſuper omnia.

Quintò, qui dubitat de malitia, neque adhibet diligentiam, quam poteſt, vt certò illam cognoſcat; non poteſt dici, quòd illam ignoret inuincibiliter: ergo neque poteſt per huiuſmodi ignorantiam excuſari, ſi malitia verè ſit.

Atque ex hac parte concluſionis patet etiam alia, quòd ſemper ſit determinandus aſſenſus ad vnam partem: ita enim requiritur ad hoc, vt operatio ſit ex fide, & conſcientia de honeſtate; & ne malitia ſit volita, aut voluntaria ſub disiunctione. 6. *In dubio eſt determinandus aſſenſus, ſaltem probabiliter ad vnam partē.*

Dicitur autem talis aſſenſus eſſe determinandus, ſaltem probabiliter: quia, vt habetur *2. Metaph. text. 16.* non in omnibus eſt quærenda certitudo mathematica; & eruditi eſt, eatenus in vnoquoque genere exactam explicationem quærere, quam patitur rei ipſius natura: & vt dicitur *1. Ethic. cap. 3.* idem vitium eſt, vt in Mathematicis approbentur ſuaſiones, & vt ab Oratore exigantur demonſtrationes. Tales autem ſunt communiter res humanæ, vt ſolùm habeant certitudinem probabilem: & ideò ſi quis ex illa operetur, benè & prudenter operatur, cùm præſertim vniuerſaliter ſit licitum ſequi opinionem probabilem, vt *infrà* dicemus ſuo loco, & benè explicat Reginald. *lib. 13. cap. 10.*

Atque hinc rectè infert Nauarr. *in cap. Si quis autem. num. 81. de pœnitent. diſt. 7.* & ex illo Reginald. *lib. 13. cap. 10. cit. num. 100.* quòd, quandiu durat dubitatio, non eſt operandum, etiamſi Superior iubeat: quia operari ex conſcientia dubia eſt contra ius diuinum naturale, & intrinſecè malum; & ideò Superior non poteſt in hoc diſpenſare: niſi tamen aliunde ſuppetat modus determinandi quaſi ſpeculatiuè dubitationem, quando Superior iubet, ſemper ſuppetit modus determinandi, ſaltem practicè: ſiquidem in dubiis eſt præſumendum pro Superiore, & ex hac regula poteſt formari dictamen, quòd ſit parendum. 7. *Neque aliter eſt operandū, etiamſi Superior iubeat.*

Quòd verò addit Nauarr. *ibidem, num. 84.* ſatis eſſe, ſi aſſenſus determinetur, ſaltem virtute; & quòd is, qui operatur, vel actu iudicet talem operationem ſibi licere, vel ſaltem virtute ita ſe habeat, vt actu id eſſet iudicaturus, ſi actu de hoc quæreretur: hoc, inquam, in eo tantùm ſenſu admittitur à Salas *ſect. 16. cit. numero 143. in fine,* vt is, qui operatur, ſignanter, & actu iudicet, quòd ſit probabile eam operationem ſibi licere, etiamſi non actu habeat hoc aliud iudicium, quòd ſibi liceat: alioqui enim, quòd non ſufficiat ad bonitatem operationis, quòd quis ſit ita diſpoſitus, vt debeat id iudicare, ſi ab illo quæratur, patet ex eo: quia talis diſpoſitio ſolùm pertinet ad iudicium habituale; non autem ad actuale, & habetur etiam in ſomnis: & qui hoc modo ſe habet, verè actualiter non habet iudicium de bonitate: ſiquidem actualiter de illa non interrogatur: & ideò bonitas in actu non poteſt eſſe voluntaria, cùm actualiter non ſit cognita.

Denique, quòd tale, & in ea ſpecie ſit peccatum illius, qui operatur ex conſcientia dubia, quale, & in qua ſpecie dubitatur, probatur ex eo: quia ea tantùm malitia eſt malum, quæ cognoſcitur in illo eſſe, & quæ eligitur; qualis tamen nulla eſt alia, niſi illa, quæ cognoſcitur ſub dubio, & eligitur ſub disiunctione. 8. *Peccatum ex conſcientia dubia, tale eſt, quale dubitatur.*

Vtrùm autem hæc circunſtantia, quòd peccatum ſit ex conſcientia dubia, ſit neceſſariò exprimenda 9.

Quòd peccatum ſit factũ ex conſcientia dubia, nõ eſt circunſtãtia neceſſariò exprimenda in confeſſione. menda in confeſſione, patet ex dictis *ſuprà* de conſcientia erronea:dummodo enim exprimatur malitia actus, non videtur neceſſariò facienda mentio de conſcieotia dubia:& ſi quis, v.g.dubitans hîc,& nunc,vtrùm ſibi liceret bombardam explodere propter periculum occidendi hominem,de facto illam exploſerit;ſatis videtur confiteri,ſi dicat : Volui occidere hominem. vel,Expoſui me periculo occidẽdi hominem.quia ignorantia occidendi, ex qua exploſit, manente dubio, eſt circunſtantia potiùs diminuens, quàm aggrauans : & ideò non eſt, quòd neceſſariò exprimatur.

10. *Cenſura, aut pœna quomodò incurrantur ex conſcientia dubia.* Quoad cenſuras verò,aut pœnas incurrendas,vel non incurrendas per huiuſmodi peccatum ex conſcientia dubia, videndum eſt, vtrùm verè ſint latæ, vel non ſint latæ contra actionem ipſam materialem, quæ fit ex tali conſcientia : ſi euim ſint latæ, verè incurruntur;& ſi non ſint latæ, non incurruntur. Atque ita ſi quis ex conſcientia dubia, vtrùm hic ſit Clericus,v g.vel non ſit Clericus,illum percutiat ; verè incurrit excommunicationem, ſi verè eſt Clericus ; & verè non incurrit,ſi non eſt Clericus ; & dubietas, ex qua fit percuſſio, neque ponit excommunicationem, ſi alioqui non eſt;neque tollit, ſi alioqui eſt, vt communiter dicitur in materia de cenſuris.

DISPVT. VIII.

An, & quomodo in dubiis ſemper ſit eligenda pars tutior.

1. *Pars tutior ſemper eſt eligenda, quandiu non eſt adhibita ſufficiens diligentia ad tollendum dubium.*
2. *Poſt adhibitam diligentiam ad tollendum dubium,non ſemper eſt eligenda pars tutior.*
3. *Probatur primum dictum.*
4. *Pars tutior illa eſt, in qua nullum eſt peccatum, vel ſaltem eſt leuius.*
5. *Secundùm aliquos, non eſt eligenda pars tutior, quando habet annexum magnum incommodum,& difficultatem.*
6. *Sed impugnatur.*
7. *Probatur ſecundum dictum.*
8. *In dubiis nemo præſumitur obligatus.*
9. *In materia iuſtitiæ, certum eſt, quòd in dubiis non eſt neceſſariò eligenda pars tutior, poſtquàm eſt facta diligentia.*
10. *Idem valet etiam in materia aliarum virtutum.*
11. *Secundùm aliquos ſemper in dubiis,ſiue iuris,ſiue facti,eſt eligenda pars tutior.*
12. *Irregularitas ex homicidio dubio eſt noui iuris.*
13. *Quod dicitur incidenter à Pontifice ad aliquam quæſtionem propoſitam, ſæpè dicitur tanquàm à priuato Doctore.*
14. *In dubiis eſt benè videndum, pro qua parte ſtet poſſeſſio.*
15. *Poſſeſſio ſecundùm quandam analogiam, & proportionem, reperitur etiam in materia aliarum virtutum à iuſtitia.*
16. *Conditio poſſidentis non eſt melior ex poſſeſſione, niſi in pari cauſa.*
17. *Poſſeſſio, aut paritas cauſæ pro illo ſtat in foro interno,pro quo ſtat præſumptio in foro externo.*
18. *Præſumptio poteſt habere locum, etiam in foro interno.*
19. *Nemo præſumitur fuiſſe admiſſurus delictum.*
20. *Filius, qui naſcitur ex coniugata habitante cum viro, ſed adultera, eſt reputandus quoad omnia pro legitimo.*

21. *Filius, qui naſcitur ex coniugata habitante cum viro, non tenetur credere matri, ſi dicat, quòd ſit illegitimus.*
22. *Similitudo filij ad aliquem non probat, quòd ſit filius illius.*
23. *Communis rumor de illegitimitate,non probat.*
24. *Expoſiti non ſunt habendi pro illegitimis.*
25. *Si dubietas in teſtamento ſit de intentione teſtatoris,res eſt iudicanda ex præſumptione fori externi.*
26. *Dubietas de validitate matrimonij rati eſt iudicanda ex præſumptione fori externi.*
27. *Etiamſi talis dubietas ſit ratione conditionis ſeruilis.*
28. *Si pars tutior in caſu dubij ſit determinatè præcepta in iure,non poteſt eligi pars minùs tuta.*
29. *Dubius de irregularitate, communiter non tenetur ſe reputare irregularem.*
30. *In Confeſſione ſacramentali peccatorum dubiorum neceſſariò eſt eligenda pars tutior.*

POSITO, quòd non ſit licitum operari ex conſcientia practicè dubia;ſed ſemper dictamen practicum debeat eſſe determinatum, ſaltem probabiliter, ad vnam partem, vt iam probauimus; hoc ipſum eſt explicandum, quomodo contingere debeat, & vtrùm ſemper determinatio debeat eſſe in partem tutiorem ; an verò aliquando poſſit eſſe etiam in partem minùs tutam. Et breuiter duo occurrunt dicenda.

Primò, quòd quandiu conſcientia eſt practicè dubia, & non eſt adhibita ſufficiens diligentia ad tollendum dubium,ſemper eſt eligenda pars tutior, id eſt, illa, in qua nullum eſt peccatum, vel ſaltem eſt leuius. Ita Suar. *de cenſur.diſp.40.ſect.5.num.12.* Vaſq.*par.2.diſp.65.cap.3. num.11.* Sanchez *lib.2.de matrim.diſp.41.num.9.& lib.1.in Decal.cap.10.num.16.& ſeq.* Salas *par.2.tract.8. diſp.vnica, ſect.18.n.165.* Azor.*par.1.lib.2.cap.18.q.4.* 1. *Pars tutior ſemper eſt eligenda, quandiu non eſt adhibita ſufficiens diligentia ad tollendum dubium.*

Secundò, quòd ſi ſufficiens diligentia ſit iam adhibita, & adhuc maneat dubium ; probabile eſt, quòd non ſemper ſit neceſſarium eligere partem tutiorem ; ſed poſſit aliquando eligi etiam pars æquè tuta,vel etiam minùs tuta,ſiue dubium ſit iuris,ſiue facti, niſi fortè talis pars tutior determinatè ſtatuatur,& præcipiatur in iure, quòd ſit eligenda.Ita Suar. *de cenſur.diſp.1.ſect.3.num.7.& diſp.40.ſect.5. à num.13. & ſect.6. à num.3. & lib.4. de vot. cap.5.* Sanchez *lib.2.de matrim. diſp.41.num.21.46.& ſequentib.*Sot.*lib.4. de iuſtit.quæſt.5.art.vlt. & in 4. ſentent. diſtinct. 27. quæſt.1. art.3. & diſtinct.37. quæſt vnica,art.5.* 2. *Poſt adhibitã diligentiam ad tollendum dubium, non ſemper eſt eligenda pars tutior.*

Primum dictum, quòd ſit eligenda pars tutior, quando non eſt adhibita ſufficiens diligentia ad vincendum dubium, probatur ex eo : quia hæc eſt regula iuris, *cap. Significaſti.2.* & *cap. Ad audientiam.*& *cap. Petitio.de homic.*& *cap.Iuuenis. de ſponſal.* vt in dubiis tutiorem partem ſequamur, eáque regula ſaltem habet locum, quando nondum eſt facta ſufficiens diligentia.Et ratio eſt:quia pars minùs tuta,antequàm ſit facta huiuſmodi diligẽtia,ſolùm vincibiliter ignoratur eſſe mala ; & ideò non poteſt eligi ſine peccato, cùm ignorantia nunquam excuſet,niſi quando eſt inuincibilis.Atque hoc modo, ſi quis dubitet, vtrùm ex beneficio tenui, quod habet,teneatur recitare Officium,omninò debet illud recitare, antequàm conſulat viros doctos,& ad eorum conſilium determinet conſcientiam. 3. *Probatur primum dictum.*

Quòd verò ex vtraque parte, de qua dubitatur, illa ſit tutior,in qua nullum eſt peccatum, expreſsè habetur 4.

KK

Pars tutior illa eſt, in qua nullum eſt peccatum, vel ſaltem eſt leuius.

habetur *cap. Significaſti. cit. de homic.* vbi de eo, qui eſt dubius de homicidio, dicitur, quòd debeat ſe habere pro irregulari, & ceſſare à celebrando: quia tutius eſt ceſſare, quàm temerè celebrare, cùm in illo nullum periculum timeatur, & in hoc magnum.

Et idem eſt, ſi in vtraque parte ſit peccatum; ſed in vna ſit leuius, & in altera grauius: quia, quando occurrunt duo præcepta ſimul ſeruanda, quæ tamē ſimul ſeruari non poſſunt, ſemper illud eſt præferendum, quod eſt grauius, & ex duobus malis ſemper minus eſt eligendum, *cap. Duo mala. & cap. Nerui. diſt.* 13. vt, v.g. ſi infirmus ſit curandus, & Sacrum ſit audiendum, & grauius ſit non curare infirmum, quàm Sacrum omittere: tunc enim tutius eſt curare; quia non curare eſt grauius. Imò quod dicitur, non audire Sacrum eſſe leuius, ſolùm intelligitur, per ſe loquendo, & extra caſum curandi infirmum: quia in tali caſu non modò eſt leuius peccatum, ſed etiam abſolutè eſt nullum.

Secundùm aliquos non eſt eligenda pars tutior, quando habet annexum magnum incommodum, & difficultatem.

5. Contra hanc partem videtur ſentire Salas *part. 2. tract. 8. diſp. vnica, ſect. 17. num.* 154. vbi nulla facta diſtinctione, quòd diligentia ad tollendum dubium ſit adhibita, vel non ſit adhibita, abſolutè pronunciat, quòd qnanuis, per ſe loquendo, in dubio iuris ſit eligenda pars tutior; ex accidente tamen, id eſt, in caſu, in quo talis pars tutior habet annexum magnum incommodum, & difficultatem, non eſt neceſſariò eligenda: & pro hac ſententia citat etiam Medinam 1. 2. *quæſt.* 19. *art.* 6. *dubio* 4. *concluſ.* 3. & aliquos alios, & hoc modo, ſi quis dubitet, v.g. vtrùm ex lege, aut præcepto ſuperioris teneatur longum iter, aut multa ieiunia facere; licitè poteſt omninò illa omittere: quia dubium iuris ſolùm obligat in re facili, & commoda; non autem in re difficili, & incommoda. Et idem eſt, ſi quis dubitet, vtrùm teneatur recitare Horas canonicas, cùm ſimiliter huiuſmodì recitatio ſit magnum onus.

Sed impugnatur.

6. Sed contrà eſt: quia, ſiue hæc doctrina intelligatur ante factam diligentiam pro vincendo dubio iuris, ſiue poſt, nnn videtur habere multam ſoliditatem; ſiue enim lex, & præceptum, de quo eſt dubium, ſit de re commoda, ſiue incommoda; non ignoratur inuincibiliter, quouſque ſit facta diligentia; & ideò obligat, ſi alioqui ponatur præceptum eſſe iuſtum & rationabile; & ſiue ſit de re commoda, ſiue de incommoda, inuincibiliter ignoratur, poſtquàm eſt facta diligentia; & ideò eſt impeditum à ſua obligatione; & qui illud non implet, etiam cùm facile poſſit, eſt excuſatus, & liber à culpa; ac proinde, vel ſemper in dubio iuris eſt ſequenda pars tutior, id eſt, antequàm ſit facta diligentia; vel nunquam eſt neceſſariò ſequenda, id eſt, poſtquàm diligentia eſt adhibita, quicquid dicat idem Salas *ſect. 19. ſequente, num.* 164. & 165. vbi ſpecialiter ante factam diligentiam, & examen iuris ait eſſe eligendam partem tutiorem, ſolùm quando poteſt eligi ſine magna incommoditate.

Et quod dicitur de magno incommodo, ſolùm poteſt aliquando eſſe vſui ad determinandum iudictum, quòd lex, & præceptum non obliget, & quòd ſuperior non intendat obligare cum tanto incommodo: vt, ſi quis, v.g. deſinat ieiunare, aut recitare Officium, quia capite, aut ſtomacho malè habet: non autem poteſt eſſe vſui ad eligendam ſimpliciter partem minùs tutam, quando eſt dubium, vtrùm lex etiam cum incommodo obliget, & nondum eſt adhibita diligentia ad tollendum dubium.

7. Secundum dictum, quòd poſt adhibitam diligentiam non ſit neceſſariò eligenda pars tutior,

Probatur ſecundum dictum.

Probatur: quia in tali caſu, quando dubium eſt inuincibile, inuincibilis etiam eſt ignoratio malitiæ, quæ fortè eſt in alterutra parte; & ideò non poteſt eſſe voluntaria; & ſimiliter eſt inuincibilis ignoratio obligationis legis, aut præcepti; & per conſequens non eſt proximè, & expeditè obligatio, cùm hæc ſolùm ſit, quando applicatur per notitiam, & per conſcientiam, vt *ſuprà* diximus ex S. Thom. *qu. 17. de ver. artic.* 3.

In dubiis nemo præſumitur obligatus.

Et ad idem faciunt etiam regulæ iuris: vt, v.g. quòd in dubiis nemo debeat præſumi obligatus, vt habet Gloſſ. *in cap. Cùm ſunt. de regul. iur. in* 6. quòd reo ſit fauendum, quando partium iura ſunt obſcura, *cap. Cùm ſunt. cit.* & quòd in pari cauſa melior ſit conditio poſſidentis. *cap. In pari. de regul. iur. in* 6. quando enim dubitatur, vtrùm aliquis ſit obligatus, an liber ab obligatione, & ſui iuris, ille eſt quaſi reus, contra quem, vel pro quo eſt ferenda ſententia, & qui eſt priuandus, vel non priuandus ſua libertate; & ideò illi eſt fauendum, quando partium iura ſunt obſcura, & dubia, & ipſe eſt poſſeſſor ſuæ libertatis; & ideò in pari cauſa melior eſt illius conditio, vt non ſpolietur ſua libertate. 8.

Atqoe hæ regulæ non ſolùm cenſeri debent valere pro foro externo, ſed etiam licitè poſſunt adhiberi ad forum internum, vt notat Salas *part. 2. tract. 8. diſp. vnica, ſect. 18. num.* 166. quia etiam in foro interno exercetur iudicium, & idem ſeipſum conſtituit, non modò quaſi reum, & accuſatorem, & defenſorem ſui ipſius; ſed etiam quaſi Iudicem, & ideò in ferenda ſententia etiam ipſe, vt Iudex, poteſt fauere ſibi, vt reo, ſi iura partium ſint obſcura, id eſt, accuſatoris, & rei.

In materia iuſtitiæ certū eſt, quòd in dubiis non eſt neceſſariò eligenda pars tutior, poſtquàm eſt facta diligētia.

Et magis in particulari, quòd in materia iuſtitiæ, poſt adhibitam diligentiam non ſit neceſſariò eligenda pars tutior, communiter admittitur ab omnibus: & certum eſt, quòd ſi poſſeſſor bonæ fidei incipiat dubitare de re, quam poſſidet, vtrùm ſit ſua, poſt adhibitam diligentiam poteſt continuare in poſſeſſione, & vſu illius rei, vſque ad conſumptionem & alienationem. 9.

Idem valet etiam in materia aliarū virtutum.

Quòd verò etiam valeat hoc idem in materia aliarum virtutum, negant aliqui apud Salas *ſect.* 18. *cit. num.* 165. ſed affirmat, & fusè probat idem Salas *ibidem*, Suar. *de cenſur. diſp.* 40. *ſect.* 5. *à num.* 14. & *ſect. 6. num.* 8. Sanchez *de matrim. lib. 2. diſp.* 41. & *lib. 1. in Decal. cap.* 10. *num.* 11. Et patet: quia tota ratio, quare id valeat in materia iuſtitiæ, non eſt ex aliquo proprio, & peculiari talis materiæ; ſed ex communi ratione ignorantiæ inuincibilis, quæ ſemper excuſat; in quantum, ſcilicet, inuincibiliter ignoratur malitia retinendi rem alienam, & obligatio eam reſtituendi; quæ tamen ignorantia eadem eſt etiam in materia aliarum virtutum: & alioqui certum eſt, quòd ſi eſſet illicitum non ſequi partem tutiorem in materia, v.g. religionis, propter periculum peccandi, quod quis tenetur ſemper vitare, etiam eſſet illicitum eam non ſequi in materia iuſtitiæ, cùm ſimiliter etiam in illa ſit vitandum periculum. Atque hoc modo communiter dicitur in materia voti, quòd dubius de voto non tenetur; & in materia temperantiæ, quòd dubius inuincibiliter de obligatione ieiunij, non tenetur ieiunare; & dubius de obligatione feſti, non tenetur audire Sacrum; & ſic de aliis. 10.

Secūdùm aliquos, ſemper in dubiis, ſiue iuris, ſiue facti, eſt eligenda pars tutior.

Dixi autem in hoc ſecundo dicto, ſolùm id eſſe probabile: quia Vaſq. *part. 2. diſp. 65. cap.* 3. & plures alij apud Sanchez *lib. 1. in Decal. cap.* 10. *numero* 10. pluribus contendunt, quòd abſolutè, tam in dubio iuris, quàm in dubio facti, ſemper eſt eligenda 11.

pars

Digitized by Google

pars tutior: quia eſt principium per ſe notum, quòd ſemper ſit vitandum periculum peccati; quod tamen nunquam vitatur, niſi quando eligitur pars tutior: & hac de cauſa, inquit Vaſq. in ſacris Canonibus id ſæpè aſſumitur tanquàm principium omninò certum, & ex illo definiuntur particulares quæſtiones, vt *cap. Ad audientiam. & cap. Significaſti. & cap. Petitio. de homicid. voluntario.* quòd dubius de homicidio, debeat ſe habere pro irregulari: quia in dubiis ſemita tutior eſt eligenda, vt dicitur *cap. Ad audientiam. cit.* & quia in tali caſu tutius eſt ceſſare, quàm temerè celebrare, pro eo, quòd in altero nullum, in reliquo verò magnum periculum timeatur, vt dicitur *cap. Significaſti.* & denique, quia conſultius eſt in tali caſu ceſſare, quàm temerè celebrare, vt dicitur *cap. Petitio. cit.* Neque enim Pontifex, dum definit, quòd dubius de homicidio ſit irregularis, id ſtatuit condendo ius nouum; ſed ſolùm declarat id, quod eſt ex natura rei, illúdque deducit ex principio, quod aſſumit, vt per ſe notum, quòd periculum peccandi ſit ſemper vitandum; & ideò in dubio, ſiue iuris, ſiue facti, ſemper ſit eligenda pars tutior. Et idem principium in ſacris Canonibus frequentiſſimè repetitur, etiam in reſponſionibus ad alias quæſtiones pro caſibus dubiis, vt videre eſt apud Sanchez *lib. 1. in Decal. cap. 10. cit. num. 10.*

12. *Irregularitas ex homicidio dubio eſt noui iuris.*

Sed, quamuis hæc loca faciant probabilem etiam hanc partem noſtro dicto contrariam; non tamen faciunt minùs probabile noſtrum dictum: vt enim docet Suarez *de cenſur. diſp. 40. cit. ſect. 6. à num. 6.* & ex illo Sanchez *lib. 1. in Decal. cap. 10. num. 15.* falſum eſt, quòd illi Canones non condant, & non contineant nouum ius pro irregularitate ex homicidio dubio; ſed ſolùm contineant declarationem illius, quod eſt ex iure naturæ: tanti enim potuerunt æſtimare Pontifices, vt homicida arceatur ab altari, & à ſacris myſteriis, vt propter hoc æquum duxerint, peculiari lege etiam arcere homicidam dubium. Neque ratio, quam afferunt de parte tutiore eligenda, debet accipi tanquàm ratio neceſſitatis, quæ per ſe obliget in quocunque caſu; ſed ſolùm tanquàm ratio conuenientiæ, ex qua Pontifices moti ſunt ad illam legem ferendam: quod idem poteſt dici etiam ad alios textus, in quibus repetitur idem pronunciatum de parte tutiore: quanquam in illis, vel non eſt caſus verè dubius, vel ſolùm eſt ſermo ante adhibitam diligentiam, vt ſubdit idem Sanchez *cap 10. cit. num. 15.*

Et quamuis ſit de iure naturæ, vt ſemper vitetur periculum peccandi; falſum tamen eſt, quòd poſt adhibitam diligentiam adhuc maneat tale periculum: ſiquidem obligatio legis, & malitia operationis ignoratur inuincibiliter, vt diximus. Et quod habet Innocent. III. *cap. Significaſti. 2. de homicidio,* quòd ideò ſit tutius in dubio etiam inuincibili de homicidio, ceſſare à diuinis, quia in oppoſito timetur magnum periculum; ſolùm intelligitur de periculo quaſi ſpeculatiuo, quod ſufficienter potuit mouere Pontificem ad illam legem ferendam: vel certè, ſi intelligatur de periculo practico, ſolùm debet intelligi ex probabili ſententia aliquorum, qui ita ſentiant; & fortaſſe etiam ipſius Innocentij, tanquàm priuati Doctoris: ſiquidem ſæpè accidit, vt quod dicitur incidenter à Pontifice ad quæſtionem aliquam propoſitam, ſolùm dicatur tãquàm, à priuato Doctore, vt patet ex *cap. A quodã Iudæo. de conſecr. diſt. 4.* vbi ex occaſione, quòd valeat Baptiſmus collatus ab Infideli, (quæ erat quæſtio ſpecialiter propoſita,) incidenter etiam dicitur, quòd valeat Baptiſmus collatus in nomine Chriſti; quod tamen communiter non admittitur, & ſolùm creditur eſſe additum à Nicolao Papa, tanquàm à priuato Doctore, vt videre eſt apud Bellarm. *lib. 4. de Roman. Pontif cap. 13. tom. 1.* & apud Vaſq. *par. 2. diſp. 187. cap. 5.* & apud Suarez *lib. 4. de legib. cap. 14. n. 9. & ſequentibus*, vbi hoc modo explicat, quod Alex. III. *cap. Licèt. de ſponſal. duorum.* dicat matrimonium ratum non diſſolui per aliud ſubſequens conſummatum; & addat, à quibuſdam ſuis prædeceſſoribus aliquando fuiſſe aliter iudicatum: & quòd Innoc. III. *cap. Quanto. de diuortiis.* dicat, matrimonium inter baptizatos non dirimi per hæreſim, aut apoſtaſiam à fide alterius coniugis; & ſimiliter addat, quendam ſuum prædeceſſorem aliter ſenſiſſe: pro qua re Suarez etiam citat Couarruu. *in Epit. 4. Decretal. par. 2. quæſt. 7. §. 3. n. 15.* & Canum *de locis theolog. lib. 6. c. 8. ad 3.* & Bellarmin *loco cit.*

13. *Quod dicitur incidenter à Pontifice ad aliquã quæſtionem propoſitam, ſæpè dicitur, tanquàm à priuato Doctore.*

Dixi prætereà, huiuſmodi partem tutiorem non eſſe neceſſariò eligendam poſt adhibitam diligentiam, tam in dubio iuris, quàm in dubio facti: quia eſt eadem ratio vtriuſque dubij, quando eſt inuincibile, vt notat Vaſq. 1. 2. *diſp. 65. cap. 3. num. 10.* & ignorantia inuincibilis tam excuſat in facto, quàm in iure: vt, ſi quis, v.g. ſit certus de iure, & obligatione ieiunandi in perũigilio alicuius feſti, & audiendi Sacrum in ipſo feſto; ſed ſit inuincibiliter dubius, vtrùm hodie ſit peruiligium, & cras ſit feſtum.

Rectè autem addit Sanchez *lib. 1. in Decal. cap. 10. num. 11.* tam in dubio iuris, quàm in dubio facti, benè eſſe aduertendum, pro qua parte ſtet poſſeſſio: quia, ſi ſtet à parte minùs tuta, facit illam in pari cauſa omninò licitam; & ſi ſtet à parte tutiore, facit illam omninò debitam, & neceſſariam; & partem oppoſitam facit omninò illicitam: nam, ſicut in materia iuſtitiæ poſſeſſio rei, de qua dubitatur, facit eam adiudicari poſſeſſori, eiúſque conditionem facit meliorem: quia, ſicut, ſi cætera iura vtriuſque, id eſt, tam poſſidentis, quàm non poſſidentis, ſint paria, & æquè dubia; poſſeſſor tamen ex ipſa poſſeſſione habet prætereà aliquod ius certum; & ideò præfertur: ita & in materia aliarum virtutum, ſi ponantur iura obligationis, vt ſic dicam, vel præcepti, aut legis circa materiam alicuius virtutis, & iura voluntatis, aut libertatis eſſe paria, & æquè dubia, illa eſt præferenda, pro qua ſtat poſſeſſio. Atque hoc modo, ſi quis ſit certus, quòd contraxit, v.g. ex mutuo, vel ex alio contractu obligationem ſoluendi centum, & ſit dubius, vtrùm ſoluerit, ſéque liberauerit ab illa obligatione ſoluendi; tenetur omninò ſoluere, quæ eſt pars tutior; neque poteſt velle ſequi alteram partem minùs tutam, vt non ſoluat; quia poſſeſſio ſtat pro obligatione. Et ſi quis ſit certus, quòd tenetur ex titulo beneficij, aut Ordinis ſacri ad Horas canonicas, vel ex voto ad recitandum Roſariũ, & ſit dubius, vtrùm recitauerit, ſimiliter tenetur recitare: quia poſſeſſio ſtat pro obligatione. Et contrà, ſi quis ſit dubius, vtrùm aliquid alicui promiſerit, vel vtrùm ſe obligarit; poteſt promiſſum nolle implere: quia poſſeſſio ſtat pro voluntate, & pro libertate; neque vnquam præſumitur aliquis eſſe obligatus, niſi probetur.

14. *In dubiis eſt benè videndum, pro qua parte ſtet poſſeſſio.*

Quòd ſi vrgeas, poſſeſſionem ſolùm poſſe habere locum in materia iuſtitiæ, & ſolius iuſtitiæ eſſe titulum; & ideò regulam iuris, quòd in pari cauſa melior ſit conditio poſſidentis, non poſſe applicari ad materias aliarum virtutum: Contrà eſt: quia, vt notat Sanchez *lib. 2. de matrim. diſp. 41. quæſt. 3. & lib. 1. in Decal. cap. 10. cit. num. 11.* ſecundùm quandam analogiam, & proportionem, poſſeſſio eſt titulus vniuerſalis, & in materia omnium virtutum: ſiquidem etiam pars aliqua poteſtatiua iuſtitiæ, id

15. *Poſſeſſio ſecundùm quandam analogiam, & proportionem, reperitur etiam in materia aliarum virtutum à iuſtitia.*

eſt, obedientia, & ſubiectio ad legem, & volútatem ſuperioris, eſt quid tranſcendens per omnes virtutes: & hac ratiooe rectè dicitur vnuſquiſque poſſidere ſuam libertatem; & ſuperior, dum ad aliquid obligat, tollere libertatem de oppoſito, &c. ac proinde regula iuris: *In pari cauſa.* etiam in aliis virtutibus facit præferri illam partem, pro qua ſtat poſſeſſio.

16. *Conditio poſſidentis non eſt melior ex poſſeſſione, niſi in pari cauſa.*

Sed vlteriùs rectè aduertit idem Sanchez *lib.* 1. *in Decal. cap.* 10. *cit. num.* 12. quòd poſſeſſio tunc ſolùm facit meliorem cōditionem poſſidentis, quàm non poſſidentis, qoando cauſa vtriuſque quoad cætera, eſt verè par: ſi enim contingat, vt aliqua poſſeſſio ſit ex parte vnius; & tamen in illo quoad cætera, non ſit cauſa par; facilè eueuit, vt contraria ratione cauſæ diſparitas, quæ eſt in altero, vincat poſſeſſionem: & hoc modo contingit in illo, qui eſt certus de debito, v.g. quod contraxit ex mutuo, vel ex voto, & eſt dubius de ſolutione, aut impletione: quamuis enim pro ipſo ſtet poſſeſſio ſuæ pecuniæ; quia tamen pro altero ſtat diſparitas cauſæ, id eſt, ius certum, quod habet ex mutuo, illúdque non poteſt ſufficienter æquari per ſolutionem dubiam, quæ ſolùm habetur pro altero in caſu dubij; mirum nó eſt, ſi poſſeſſio pecuniæ non faciat pro illo præferri non ſolutionem, quæ eſt pars minùs tuta, vt etiam notat Suarez *lib.* 3. *de iuramento, c.* 33. *n.* 7.

17. *Poſſeſſio, aut paritas cauſæ pro illo ſtat in foro interno, pro quo ſtat præſumptio in foro externo.*

Quòd ſi contingat, vt cauſa inter aliquos duos ſit par; ſed adhuc non conſtet, à quo ſtet poſſeſſio; vel contrà, ſi contingat, vt conſtet de poſſeſſione, ſed non conſtet, vtrùm cauſa ſit par, hanc tradit regulam idem Sanchez *lib.* 1. *in Decal. cap.* 10. *cit. n.* 13. vt videamus, pro quo ſtet præſumptio in foro externo: pro illo enim cenſeri debet etiam ſtare poſſeſſio, aut diſparitas cauſa in foro interno[illegible],

18. *Præſumptio poteſt habere locum, etiam in foro interno.*

quia præſumptio nihil eſt aliud, niſi veriſimilitudo quædam, aut coniectura probabilis, quæ in re dubia facit vnam partem haberi pro vera, donec oppoſita pars aliunde probetur, vt tradunt communiter Iuriſperiti; qua ratione habet locum in foro externo, poteſt etiam habere locum in foro interno, quando etiam in hoc non conſtat de veritate: & quòd communiter dicitur forum internum diſcrepare à foro externo, quando hoc procedit ex præſumptionibus, non debet intelligi in caſu dubio pro vtroque foro; ſed ſolùm, quando in foro interno, ille idem eſt caſus certus, qui in externo eſt dubius, hoc eſt, quando forum externum procedit ex præſumptionibus tenetà falſis, ídque conſtat in foro conſcientiæ & interno. Atque hoc modo, ſi quis dubitet, vtrùm habuerit vſum rationis, quando votum emiſit; & per conſequens, vtrùm teneatur illud ſeruare, quemadmodum in foro externo præſumitur poſſeſſio ſtare pro voto, ſi quando emiſit, erat ſeptennis; & ſtare pro voluntate, & libertate, ſi erat minor ſeptenni; & ideò in primo caſu iudicatur eſſe obligatus, & in ſecundo nó eſſe; ita & debet præſumi in foro interno. Et idem eſt de eo, qui, vbi Tridentinum noo obligat, poſt contracta ſponſalia cognoſcit ſpōſam, & poſtea eſt dubius, vtrùm cognouerit affectu maritali, & vtrùm ſponſalia tranſierint ea ratione in matrimonium: ſicut enim io foro externo præſumptio ſtat pro matrimonio, & iudicatur cognouiſſe affectu maritali, cùm in dubio nemo præſumatur fuiſſe admiſſurùs delictum, *l. Marito. ff. pro ſocio.*

19. *Nemo præſumitur fuiſſe admiſſurus delictum.*

& per conſequens neque præſumatur peccaſſe, & male egiſſe in eo, quod potuit benè facere, niſi probetur; ita & debet præſumptio ſtare in foro interno, vt probat Sanchez *lib.* 1. *de matrimonio, diſp.* 18. *num.* 6. quamuis Henriquez *lib.* 11. *cap.* 11. *num.* 5. oppoſitum aſſerat.

20. *Filius, qui naſcitur ex coniugata habitante cū viro, ſed adultero, eſt reputandus quoad omnia pro legitimo.*

Et idem eſt de filio, qui naſcitur ex coniugata habitante cum viro; ſed adultera, & concubina alterius: ſicut enim in foro externo, ita & in interno eſt præſumendus legitimus, & tutò poteſt adire hæreditatem ex eodem Sanchez *lib.* 1. *in Decal. cap.* 10. *n.* 13. *cit.* & aliis apud Salas *part.* 2. *tract.* 8 *diſp. vnica, ſect.* 24. *num.* 246. vbi etiam ait, id verum eſſe, quando alij fratres ſunt iam in poſſeſſione legitimitatis; & hic, qui modò naſcitur, eſt in dubio: ex hoc enim ipſo, quòd iura partium ſunt obſcura quoad illum excludendum, aut non excludendum ab hæreditare, fauendum eſt reo, *cap. Cùm ſunt. de regal. iur. in* 6. & ideò non eſt excludendus: & hoc totum etiam habet Sylu. *verb. adulterium, num.* 4. Suar. *de cenſur. diſp.* 50. *ſect.* 4. *n.* 5. *& ſequentib.* Azor. *part.* 1. *lib.* 2. *cap.* 19. *quæſt.* 7. Vaſq. *part* 2. *diſp.* 66. *cap.* 3. & fusè ex Iuriſtis id probat Anton. Gabr. *in communibus concluſ. lib.* 1. *tit. de præſumptionib. concluſ.* 14.

21. *Filius, qui naſcitur ex coniugata habitante cū viro, non tenetur credere matri, ſi dicat, quod ſit illegitimus.*

Imò, etiamſi mater certò aſſereret, quòd filius eſſet illegitimus, adhuc poſſet ſe reputare legitimum, & matri non credere, vt notat Panormitan. *in cap. Per tuas de probat.* Sylu. *verb. adulterium, n.* 4. *cit* Suar. *de cenſur. diſp.* 50. *ſect.* 4. *cit.* & Doctores communiter *in l. filius ff. qui ſunt ſui, vel alieni iuris. & in l. Si vicinis. C. de nupt.* qui etiam dicunt, fatuum fuiſſe eum, qui propter dictum matris renunciauit regno, vt refert Sylu. *loco cit.*

22. *Similitudo filij ad aliquē, non probat, quòd ſit filius illius.*

Neque poteſt contra hoc obſtare ſimilitudo, quam fortè referat talis filius ad adulterum: quia hæc non probat filiationem, vt eſt communis ſententia Doctorum apud Anton. Gabriel. *lib.* 1. *cit. tit. de præſumpt. concluſ.* 14. *num.* 7. & ſpecialiter docet Gloſſ. *in l. Quæret aliquis. ff de verb. ſignificat.* Menoch. *de arbitrar. iudic. lib.* 2. *centur.* 1. *caſu* 89. *n.* 97. Maſcard. *de probat. concluſ.* 792. *num.* 10. *volum.* 2. & alij apud Paulum Zachiam *in ſuis quæſtionibus medicolegalibus, lib.* 1. *tit.* 5. *quæſt.* 4. *num.* 2. Et ratio eſt: quia talis ſimilitudo poteſt etiam prouenire ex imaginatione, aut cogitatione mulieris toto tempore conceptionis, & formationis fœtus, vt notant iidem Authores.

23. *Communis rumor de illegitimitate non probat.*

Similiter, neque poteſt obſtare communis rumor, aut infamia, ſecundùm quam talis filius fortè in ciuitate communiter reputatur illegitimus, vt notat Suarez *de cenſur. diſp* 50. *ſect.* 4. *num.* 5. *&* 7. quia hic rumor ſæpè nititur falſo fundamento, & ideò non probat.

24. *Expoſiti non ſunt habendi pro illegitimis.*

Vnde & pro expoſitis, qui communiter reputari ſolent pro illegitimis, dicitur Gregor. XIV. de anno 1591. conſtitutionem edidiſſe, in qua declarauit, quòd eſſent habendi pro legitimis, & puri ſanguinis ad omnes præbendas; & per conſequens, quòd non deberet illis obſtare hæc communis exiſtimatio, vt videre eſt apud Henriq. *lib.* 14. *cap.* 8. *n.* 10. *litera L.* Sayrum *lib.* 6. *Theſ. cap.* 10. *num.* 39. Auilam *de cenſur. part.* 7. *diſp.* 3. *dubio* 9. & alios, de quibus *infrà, diſp. ſequente, num.* 14. Et in ſpecie de illis, qui ſunt nati ex coniugata habitante cum viro, ſed adultera; quòd ſint habendi pro legitimis, etiamſi communiter reputentur non eſſe filij mariti, ſed adulteri; docet Panormitan. *in cap. Tranſmiſſa. circa finem, qui fil. ſint legit. & in cap. Recedens. num.* 6. *de purgat. canon.* Alex. *conſ.* 25. *colum. penul. volum* 4. Anton. Gab. *lib.* 1. *cit. tit. de præſumpt. concluſ.* 14. *num.* 10. & alij apud ipſum: quamuis Anton. de Butr. *in cap. Tranſmiſſa. qui fil. ſint legit.* & idem Alex. *conſ.* 51. *colum.* 2. *verſ. Et idem. volum.* 1. oppoſitum velint, vt refert idem Gabr. *loco cit.* apud quem poſſunt videri plures aliæ ampliationes, & limitatiooes pro eadem concluſione, quòd talis filius natus ex coniugata habitante cum viro, ſed adultera, ſit reputandus pro legitimo: & pauca hæc,

quæ

Digitized by Google

quæ hoc loco attulimus, eò tendunt, vt probemus, non ſemper in dubiis eſſe ſequendam partem tutiorem; ſed licitum ſæpè eſſe etiam ſequi partem aliam minùs tutam, ſi pro illa ſtet poſſeſſio, & quoad cætera ſit cauſa par, idque ita ſuadeat ſaltem præſumptio; quæ, ſi admittitur in foro externo, debet etiam admitti in foro interno.

25. *Si dubietas in teſtamento ſit de intētione teſtatoris, vt eſt iudicāda ex præſumptione fori externi.*

Et ex hac regula idem eſt iudicandum in omnibus iis euentibus, in quibus intentio teſtatoris eſt dubia; & tamen pro vna parte habetur præſumptio in foro externo: ſimiliter enim pro eadem parte eſt iudicandum etiam in foro interno: vt, ſi Titius, v.g. teſtamento relinquat Caio centum, & ſit dubium, vtrùm intenderit ea relinquere in ſolutionem aliorum centum, quæ fortè Titius eidem Caio debebat, v. g. ex mutuo: ſicut enim in foro externo præſumitur ea legaſſe, non in ſolutionem, & datur actio Caio pro centum legatis, & pro aliis centum, debitis priùs ex mutuo; ita etiam poteſt idem præſumi in foro interno, & licitè poteſt Caius repetere vtraque centum, vt ex communi ſententia notat Sanchez *lib.1.in Decal.cap.10.num.13.cit.*

26. *Dubietas de validitate matrimonij rati, eſt iudicāda ex præſumptione fori externi.*

Et denique hæc eadem ratio præſumptionis videtur facere, vt qui eſt dubius de validitate matrimonij etiam rati, & non conſummati, teneatur reddere debitum, non autem petere, vt dicitur *cap. Dominus. de ſecund. nupt.* & probat Sanchez *lib.2.de matrim.diſp.41.num.48.* quamuis enim, quando oritur dubium in matrimonio conſummato, in quo propriè eſt tranſlatum non ſolùm dominium, ſed etiam poſſeſſio corporum, vt probat Sanchez *lib.7. de matrim. diſp.112.num.6. & ſequentib.* poſſit dici id accidere ratione poſſeſſionis, quam habet coniux non dubius; ſiquidem, cùm ſit poſſeſſor bonæ fidei ſui coniugis, habet ius illo vtendi, prout voluerit, vt etiam dicemus *diſp.ſequente,num.*18. ſi tamen dubium oriatur in matrimonio tantùm rato, & non conſummato, in quo eſt traditum ſolum dominium, & poſſeſſio adhuc manet penes vnumquenque, contraria ratione videtur dicendum, quòd, quantum eſt ex parte poſſeſſionis, melior ſit conditio coniugis dubij: quia, cùm adhuc ſit poſſeſſor ſuæ libertatis, non videtur obligandus, vt reddat. Verùm, quia præſumptio iuris communiter ſtat pro valore actus, & quod aliqui duo egerunt, ſemper exiſtimantur validè egiſſe, quouſque probetur oppoſitum; ideò etiam in matrimonio rato præſumptio ſtat pro validitate matrimonij, & inde efficitur cauſa diſpar in coniuge non dubio, eáque vincit poſſeſſionem coniugis dubij, & facit, vt teneatur reddere, quamuis fortè non poſſit petere; de qua re pluribus *infrà, diſp.ſequente,num.*18.

27. *Etiamſi talis dubietas ſit ratione conditionis ſeruilis.*

Idque totum eſt verum, etiamſi dubietas matrimonij ſit ratione conditionis ſeruilis, vt, v. g. quia aliquis putauit, ſe contrahere cum libera, & poſteà dubitat, quòd contraxit cum ſerua: quamuis enim S.Thom.*in 4.diſt.36. in expoſitione textus*, & plures alij apud Salas *par.2.tract.8.diſp.vnica, ſect.21.num.*186.doceant, coniugem dubium de nullitate matrimonij ex conditione ſeruili, non modò teneri; ſed neque etiam ab Eccleſia per cenſuras poſſe obligari, vt debitum reddat; quia, ſi cogatur reddere affectu coniugali, cogitur validare matrimonium nullum, ad quod tamen non poteſt cogi; & ſi cogatur reddere affectu fornicario, cogitur peccare: oppoſitum tamen ex eodem Salas *ibidem*, Vaſq.1.2. *diſp.66.num.*28 Sanchez *lib.2.de matrim.diſp.*43. & aliis apud ipſos, eſt longè probabilius: quia adhuc alter coniux, de cuius ſeruitute dubitatur, eſt poſſeſſor bonæ fidei, & poteſt petere; neque eſt neceſſarium, vt, dum alter reddit affectu coniugali, intendat validare matrimonium, ſi eſt irritum; ſed ſatis eſt, ſi intendat facere id, ad quod tenetur in caſu dubio: ſicut neque validat votum, qui illud implet ex dubio, quòd teneatur.

Neque in contrarium facit textus, quem aliqui citant *ex cap.Si quis ingenuus.29.quæſt.*2. ſolùm enim ibi dicitur, quòd ingenuus, qui contraxit cum ancilla, & poſteà cognouit ſeruitutem, non tenetur cum illa manere; non autem dicitur, quòd non teneatur manere, quando dubitat de ſeruitute, & altera coniux adhuc manet in poſſeſſione bonæ fidei, pro validitate matrimonij.

Et ſimiliter, quod habetur *cap.2.de coniugio ſeruorum*, quòd qui carnaliter cognouit vxorem, poſtquàm audiuit eam eſſe ancillam, compelli debet cum ea manere, non eſt intelligendum de eo, qui audiuit quomodocunque, aut à quibuſcunque; ſed, qui audiuit à fide dignis: tunc enim præſumitur id crediдiſſe, vt notat ibi Gloſſ.*verb.audiuit*, & Sanch. *lib.2. de matrimon. diſp.43. num.9.* ac proinde ad illam non acceſſit, niſi animo eam verè habendi in vxorem, & matrimonium validandi.

Et fortaſſe in hoc eodem caſu, quando id creditur, loquitur S.Thom. *loco cit.* ſiquidem apertè habet, quòd, ſi leuiatum ſuſpicione moueatur, debet reddere, neque ex hoc præiudicium illi generatur: ſi autem ex cauſa probabili dubitet, aut vehementer præſumat, vel certò cognoſcat, non debet ei debitum reddere, Eccleſia præcipiente, quia vel ſibi præiudicium faceret, ſi eam vxorio affectu cognoſceret, aut aliàs fornicaretur: quia, ſcilicet, in tali caſu operaretur ex conſcientia, ſaltem probabili de nullitate matrimonij.

Si pars tutior in caſu dubij ſit determinatè præcepta in iure, nō poteſt eligi pars minùs tuta. 28.

Dixi denique in ſecundo dicto, quòd pars minùs tuta tunc poteſt eligi in huiuſmodi dubio, quando pars tutior non ſtatuitur, & præcipitur determinatè eligenda in iure: quia in tali caſu pars tutior eſt præcepta, & ideò neceſſariò eligenda, & pars minùs tuta eſt prohibita, & ideò neceſſariò non eligenda.

Dubius de irregularitate, communiter non tenetur ſe reputare irregularem. 29.

Atque hoc modo contingit in eo, qui eſt dubius de homicidio, qui omninò debet ſe reputare irregularem. *cap. Ad audientiam. cap. Significaſti.2. & cap.Petitio. de homicidio.* quamuis enim, qui eſt dubius de aliquo facto, vtrùm per illud incurrit irregularitatem, communiter loquendo, non teneatur ſe reputare irregularem, vt notat Suar. *de cenſur. diſp.40.ſect.5.* Azor *par.1.lib.2.cap.10.quæſt.*11. Sanchez *lib.1. in Decal.cap.10. n.*37. & apud illum Innoc. Couar. Nauarr, & alij: quia, ſcilicet, quemadmodum Iudex, quando delictum non probatur, debet reum abſoluere. *cap.Cùm ſunt. de regul.iur.in 6.* neque poteſt contra illum ferre ſententiam, quando actor contra illum non probat. *cap. Vt noſtrum. Vt eccleſiaſtica beneficia*, &c. ita nec tenetur ipſe reus contra ſe ſententiam exequi: ſi tamen aliquis caſus ſit expreſſus in iure, quòd tunc etiam habeat irregularitatem, quando eſt dubius, non poteſt dubitari, quòd etiam tunc illam habeat, vt patet in homicidio dubio.

In Coſeſſione ſacramētali peccatorum dubiorum neceſſariò eſt eligenda pars tutior. 30.

Et ſaltem ex hoc eodem capite in Confeſſione ſacramentali peccatorum dubiorum, eſt eligenda pars tutior, vt, ſcilicet, qui eſt certus, ſe aliquod commiſiſſe, & eſt dubius, vtrùm illud ſit mortale, aut veniale, teneatur illud confiteri, vt dubium: eſt enim ſimiliter hæc confeſſio de peccato mortali dubio ſpecialiter præcepta iure diuino: & tale præceptum ſatis nobis interpretatur communis vſus Eccleſiæ, & communiſſimus conſenſus omnium Doctorum, vt notat Sanchez *lib.1.in Decalog.cap.10.num.66.* & apertè colligitur ex ipſa ratione peccati dubij: ſiquidem eo ipſo, quòd eſt dubium,

vtrùm ſit mortale, v.g. an veniale, qui in illud conſentit, conſentit ſub diſiunctione in peccatum mortale, id eſt, abſolutè conſentit, ſiue ſit mortale, ſiue non, & peccat mortaliter; & ideò tenetur confiteri, quòd tali modo in illud conſenſerit, id eſt, ſiue eſſet mortale, ſiue veniale; & ſi omittat, omittit peccatum mortale, ſub conditione; & habet hunc actum: Volo omittere, ſiue ſit mortale, ſiue non. qui tamen actus non poteſt non eſſe malus, & contra integritatem ſacramenti, ad quam pertinet omne mortale. Et idem eſt, ſi quis ſit dubius circa factum, & certus circa ius: vt, v.g. ſi dubitet, vtrùm conſenſerit in delectationem, quam certò ſit eſſe mortalē: ſimiliter enim tenetur confiteri, neque poteſt habere hunc actum: Volo omittere, ſiue conſenſerim, ſiue non. & diſparitas ſolùm eſt, quòd poſteà, ſi recordetur, quòd certo conſenſerit, tenetur iterum id exprimere, cùm in priori expreſſione peccati dubij, non ſit ſufficienter expreſſum peccatum certum, & certus conſenſus; cùm tamen in priori caſu id non contingat; & qui expreſſit certum conſenſum, & malitiam dubiam, ſatis expreſſerit actum peccati, quantùm eſt neceſſarium ad formandum de illo iudicium, vt ſubdit Sanchez *lib. 1. cit. c. 10. n. 69.*

DISPVT. IX.

Quomodo ex dictis de conſcientia dubia ſint explicandi plurimi caſus circa particulares materias.

1. *Qui eſt inuincibiliter dubius de aliqua lege, non tenetur ad illam ſeruandam.*
2. *Idem eſt, ſi dubitetur inuincibiliter de hoc, vel illo caſu, vtrùm ſit comprehenſus ſub lege.*
3. *Quid, ſi certò conſtet de obligatione legis; ſed dubitetur de excuſatione, aut exemptione à lege?*
4. *Vel dubitetur, vtrùm lex ſit vſu recepta, vel abrogata?*
5. *Qui inuincibiliter eſt dubius in materia iuſtitiæ, quomodo poſſit rem illam alienare, & non teneatur reſtituere.*
6. *Qui eſt inuincibiliter dubius de promiſſione, aut de voto.*
7. *Vel etiam de qualitate voti.*
8. *In obligationibus ſemper eſt facienda reſtrictio, & vnuſquiſque eſt præſumendus quàm minimè obligatus.*
9. *Inuincibiliter dubius de ſuſpenſione à beneficio, non tenetur non percipere fructus.*
10. *Dubius inuincibiliter de caſu reſeruato non tenetur adire ſuperiorem.*
11. *Niſi in tali dubio habeat locum præſumptio pro foro externo.*
12. *Dubius inuincibiliter de excommunicatione, aut cenſura, non tenetur.*
13. *Dubius de iuſtitia, & validitate cenſuræ, tenetur.*
14. *Excommunicatio dubia impedit electionem.*
15. *Expoſiti ſunt habendi pro legitimis, & idoneis ad Ordines, & ad beneficia.*
16. *Spurij propriè qui ſint.*
17. *Non tamen deſunt, qui oppoſitum ſentiunt.*
18. *Quomodo dubium poſſit practicè deponi ad mandatum ſuperioris.*
19. *Si dubitetur de duobus, quiſnam ſit verus pater huius filij, vterque tenetur illum alere.*
20. *Coniux inuincibiliter dubius de validitate matrimonij, quomodo poſſit debitum reddere, aut petere.*
21. *Vſus matrimonij alter eſt dominij, & alter ſeruitutis.*
22. *Qui eſt inuincibiliter dubius, vtrùm ſit confeſſus, aut abſolutus, tenetur iterum confiteri.*

EX dictis hocuſque de conſcientia dubia, colligi poteſt reſponſio ad plures caſus particulares practicè dubios.

1. *Qui eſt inuincibiliter dubius de aliqua lege, non tenetur ad illam ſeruandam.*

Primò enim, in materia de legibus, ſi facta diligentia non conſtet, vtrùm in aliquo caſu ſit impoſita lex, aut præceptum ſuperioris; nulla eſt obligatio eam ſeruandi, etiamſi ſit diuina, aut naturalis. Ita Suarez *de cenſur. diſp. 40. ſect. 5. num. 15.* Henriq. *lib. 8. de Euchar. cap. 48. num. 3.* Sanchez *lib. 1. in Decal. cap. 10. num. 32.* quia lex tali modo dubia non eſt propoſita ſufficienter; ſed ignoratur inuincibiliter. Et idem eſt, ſi dubitetur inuincibiliter, vtrùm hic, vel ille caſus ſit comprehenſus ſub lege: quia tunc perinde eſt, ac ſi dubitetur, vtrùm de illo ſit lex, vt ſubdit idem Sanchez *num. 33.* ſecùs verò, ſi certò conſtet de obligatione legis; ſed dubitetur inuincibiliter, vtrùm hæc, vel illa cauſa, quæ modò occurrit, ſufficienter ab illa excuſet, vel vtrùm conſuetudine ſit abrogata: neque enim in tali caſu obligatio certa debet minùs valere, quàm exemptio dubia, vt idem notat *num. 34.* & diximus *diſp. præcedente*, de debito certo ex contractu mutui, & de ſolutione dubia. Et ſicut in huiuſmodi caſibus in foro externo præſumeretur in fauorem legis, & creditoris: ita & debet præſumi in foro conſcientiæ, quando aliter de veritate non conſtat. Et idem eſt ex eodem Sanchez *num. 35.* ſi dubitetur, vtrùm lex ſit vſu recepta: quanuis enim, ſi pro vtraque parte ſint rationes & opiniones probabiles, licitum ſit vtramque ſequi, vt *infrà* dicemus de conſcientia probabili; ſi tamen rationes pro vtraque parte ſuſpendant aſſenſum, & fundent conſcientiam verè dubiam, præſumendum eſt in fauorem legis, & eſt omninò ſeruanda; quanuis Azor. *part. 1. lib. 2. c. 19. qu. 12.* videatur docere, quòd licitè poſſit reputari pro non recepta.

2. *Idem eſt, ſi dubitetur inuincibiliter de hoc, vel illo caſu, vtrū ſit comprehenſus ſub lege.*

3. *Quid, ſi certò conſtet de obligatione legis, ſed dubitetur de excuſatione, aut exemptione à lege.*

4. *Vel dubitetur, vtrùm ſit vſu recepta, vel abrogata.*

5. *Qui inuincibiliter eſt dubius in materia iuſtitia, quomodo poſſit rem illam alienare, & non teneatur reſtituere.*

Secundò, in materia iuſtitiæ, qui eſt inuincibiliter dubius, vtrùm res, quam poſſidet, ſit ſua; non ſolùm poteſt illa vti; ſed etiam vendere, & alienare; manifeſtato tamen emptori ſuo dubio, ſi probabiliter ſit ſpes, vt verus Dominus appareat; ne, ſcilicet, alioqui vendat rem vitioſam, vt notat Sanchez *lib. 2. de matrim. diſp. 41. num. 12.* Et ratio eſt: quia, dum inuincibiliter eſt dubius, inuincibiliter ignorat, rem eſſe alienam, & obligatio reſtituendi non eſt illi ſufficienter propoſita: & ideò, quanuis ſpeculatiuè maneat dubius; practicè tamen poteſt eſſe certus.

Quòd ſi magis inclinaret in eam partem, quòd res eſſet aliena, teneretur pro illa maiori inclinatione reſtituere partem ex eodem Sanchez *ibidem*, Soto, Ledeſin. & aliis apud ipſum, cum quibus id aſſerit etiam Valent. 2.2. *diſp. 3. quæſt. 16. puncto 2. verſiculo, Si autem res.* Verùm idem Sanchez *lib. 1. in Decal. cap. 10. num. 9.* & Vaſqu. *part. 2. diſp. 66. cap. 7. num. 42.* & Salas *part. 1. tract. 8. diſputat. vnica, ſect. 13. num. 231.* probabilius putat, quòd poſſit totam retinere: quia certitudo poſſeſſionis, quam habet, præponderat rationibus, quæ ſuadent, rem eſſe alienam, cùm illæ non ſint adeò efficaces, vt aſſenſum determinent ſaltem cum certitudine morali, & tollant probabilitatem, quòd etiam ſit ſua.

6\. Tertiò, qui eſt inuincibiliter dubius, vtrùm aliquid

quid

Qui eſt inuincibiliter dubius de promiſſione, aut de voto.

qoid alicui promiſetit, non tenetur re ſua ſe ſpoliare, vt ſeruer promiſſionem dubiam: quia in dubiis melior eſt condirio poſſidentis. Et idem eſt etiam de voto & promiſſione facta Deo, vt dicemus in materia de voto: quamuis oppoſitum probabilius putet Azor. *par* 1. *lib.* 2. *cap.* 19. *quæſt.* 10. *&* *lib.* 11. *cap.* 15. *quæſt* 2. Vaſq. *par.* 2. *diſp.* 165. *c.* 3. *in fin.* Sayr. *lib.* 1. *clau. reg. cap.* 13. *n.* 36. & alij apud Suarez *lib.* 4. *de voto, cap.* 5. *num.* 1.

7. *Vel etiam de qualitate voti.*

Imò idem videtur etiam de qualitate voti, vt notat Sanchez *lib.* 2. *de matrim. diſp* 41. *cit. num.* 33. *&* *lib.* 1. *in Decal. cap.* 10. *num.* 36. Sot. *lib.* 7. *de iuſtit. quæſt.* 3. *art.* 2. *docum.* 2. *verſic. Sed eſt hic.* Suarez *de cenſur. diſp.* 40. *ſect.* 5. *num.* 15. Henriq. *lib.* 8. *de Euchar. cap.* 45. *num.* 3. & alij apud Sanchez *ibidem*: vt, ſi quis, v.g ſit certus, quòd vouerit Religionem, quaſi in communi; & dubius, vtrùm determinatè vouerit hanc magis arctam; vtrùm vouerit ſolum ingreſſum, an verò etiam profeſſionem; vtrùm vouerit caſtitatem ſolùm dependenter à Religione, an verò etiam independenter, &c. quamuis enim S. Thom. *in* 4 *d.* 38. *quæſt.* 1. *art.* 3. *quæſtiunc.* 1. *ad* 6. & aliqui alij apud Sanchez *lib.* 2. *de matrim. diſp.* 41. *num.* 33. *cit.* exiſtiment, in huiuſmodi dubiis de qualitate voti, ſequendam eſſe partem tutiorem; & qui dubitat, vtrùm vouerit caſtitatem dependenter à religione; an verò independenter; debere illam ſeruare, ſiue ingrediatur religionem, ſiue non: probabilius tamen eſt, etiam in huiuſmodi caſibus eſſe faciendam bonam interpretationem pro ipſo vouente, vt habet Gloſ. *in cap. Ex parte. de cenſibus*, & vouentem præſumi debere ſe minùs grauaſſe, quàm poſſit, vt notat ibi Panormitan. *num.* 3. *&* 4. quia etiam iuramentum, quantùm poteſt, eſt reſtringendum, vt minùs obliget iurantem, vt notat Panorm. *in cap. Cum Clerici. in fin. de verb. ſignific.* Ang. *iuramentum*, 4. *num.* 1 Syluest. *iuramentum*, 3 *quæſt.* 3. Et vniuerſaliter, quando tractatur de obligatione, ſemper eſt facienda reſtrictio. *l. Quicquid adſtringenda. ff. de verb oblig.* Et magis in ſpecie, quòd is, qui dubitat, vtrùm vouerit ſolum ingreſſum Religionis, an verò etiam profeſſionem, non debeat tenere ſe obligatum ex voto ad profeſſionem, patet ex Suarez *tom.* 3. *de Relig. lib.* 6. *cap.* 24. vbi vlteriùs aſſerit, eſſe valdè probabile, quòd ſi quis vouens Religionem, directè, & expreſsè intendat vouere profeſſionem, & perſeuerantiam, non autem ſolum ingreſſum, adhuc poſteà licitè poſſit Religionem deſerere poſt primum ingreſſum, ſi eam experiatur ſibi nimis incommodam, & aſperam; quia tale votum ſemper habet tacitè ſubintellectam conditionem, vt omnia fiant ſecundùm formam, & ordinationem iuris; quæ tamen habet, vt retineatur libertas ad non profitendum, ſaltem quando occurrit rationabilis cauſa, vt certè occurrit, quando Religio inuenitur nimis aſpera & incommoda. Si ergo is, qui eſt certus ſe vouiſſe profeſſionem, & perſeuerantiam, adhuc ad illam non tenetur, ſi Religionem inueniat ſibi nimis incommodam; & ſemper hoc votum debet intelligi ſub hac conditione, vt omnia fiant ſecundùm iuris ordinationem: potiori ratione non eſt cenſendus teneri ex voto ad profitendum, & perſeuerandum, is, qui eſt dubius, vtrùm vouerit profeſſionem, & perſeuerantiam in Religione, an verò ſolum ingreſſum.

8. *In obligationibus ſemper eſt facienda reſtrictio, & vnuſquiſque eſt præſumendus quàm minimè obligatus.*

Quòd ſi contingat, votum, aut qualitatem voti non eſſe omninò dubiam; ſed haberi maiorem ſuſpicionem, aut credulitatem pro parte affirmatiua; ſeruandum eſt, ſaltem ex parte, pro illa maiore credulitate ex ſententia Sanchez *lib.* 2. *de matr. diſp.* 41. *cit. num.* 34. Sed probabilius eſt, quòd licitè poſſit non ſeruari, etiam ex toto, vt idem docet *lib.* 1. *in Decal. cap.* 10. *num.* 36. & patet ex dictis paulò antè circa materiam iuſtitiæ, *num.* 5.

9. *Inuincibiliter dubius de ſuſpenſione à beneficio, non tenetur non percipere fructus.*

Quartò, qui eſt inuincibiliter dubius, vtrùm aliquid commiſerit, ex quo ſit ſuſpenſus à beneficio, & à fructibus beneficij, non tenetur illos non percipere. Ita Suar. *de cenſur. diſp* 40. *ſect.* 6 *num* 5.

10. *Dubius inuincibiliter de caſu reſeruato, non tenetur adire Superiorem.*

Quintò, qui eſt dubius, vtrùm incurrerit in caſum reſeruatũ Superiori, non tenetur pro illo adire Superiorem; ſed poteſt abſolui, etiam ab inferiori: quia Superior, dum reſeruat, v.g. homicidium, non cenſetur reſeruare homicidium dubium, quod eſt homicidium ſolùm cum addito, & ſecundùm quid. Ita Suar. *de cenſur. diſp.* 40. *ſect.* 6. *cit.* Henriq. *lib.* 6. *de pœnit. cap.* 26. *num.* 7. Sanchez *lib.* 1. *in Decal. cap.* 10. *num.* 74. quicquid dicat Armilla *verb. caſus, num.* 13.

11. *Niſi in tali dubio habeat locũ præſumptio pro foro externo.*

Rectè tamen addit Sanchez *ibidem*, ſi in tali dubio habeat locum præſumptio pro foro externo, ſecundùm illam eſſe iudicandum, etiam in foro conſcientiæ: vt, ſi quis, v.g. ſit certus, quòd hæreſim verbis expreſſerit, & ſit dubius, vtrùm verè habuerit internum aſſenſum hæreticum; an verò protulerit illa verba ſolùm ex inaduertentia, aut ioci cauſa; erit enim in tali dubio cenſendus Hæreticus etiã in conſcientia: & ſi hæreſis ſit reſeruata, adeundus erit Superior. Et idem eſt, ſi quis ſit dubius de excommunicatione, ſuſpenſione, aut cenſura, ex eodem Sanchez *lib.* 1. *in Decal. cap.* 10. *cit. num.* 55. ſiue enim ſit dubius per dubium iuris, vt, v.g. vtrùm à iure, vel ab homine ſit lata excommunicatio contra hoc delictum, vel vtrùm verba illam exprimant, vt iam latam, vel vt ferendam; ſiue ſit dubius per dubium facti, vt, v.g. vtrùm ipſe hoc, vel illud commiſerit, propter quod eſt lata excommunicatio; & vtrùm conditio, ſub qua eſt lata, ſit iam impleta, poſt adhibitam ſufficientem diligentiam non tenetur ſe habere pro excommunicato: quia id eſſet priuare ſe iure participandi communicatione fidelium, quod tamen poſſidet bona fide: & idem eſt, ſi ſit inuincibiliter dubius de irregularitate, vt etiam *ſuprà* diximus *diſp. præcedente, num.* 29.

12. *Dubius inuincibiliter de excommunicatione, aut cenſura, non tenetur.*

13. *Dubius de iuſtitia, & validitate cenſuræ, tenetur.*

Secùs verò, ſi ſit dubius, vtrùm excommunicatio ſit iuſta: quia non ſpectat ad ipſum id examinare, & in tali dubio tota præſumptio eſt pro excommunicatione, vt idem ſubdit *num.* 56. ex S. Thom. *quodlib.* 4. *art.* 14. & Sayr. *lib.* 4 *theſauri*, *cap.* 1. *num.* 21. Et idem eſt, ſi dubitet, vtrùm excommunicator ſeruarit ordinem iuris, vtrùm habuerit intentionem verè excommunicandi; an verò id fecerit ſolùm ad terrorem; vtrùm conceſſerit abſolutionem; vtrùm ſententiam tulerit ante, vel poſt appellationem; vtrùm poteſtas, ex qua excommunicabat, eſſet legitima.

14. *Excommunicatio dubia impedit electionẽ, & excõmunicatus dubius non poteſt eligi in Epiſcopũ, aut ſimilem dignitatem.*

Et denique quoad hoc dubium de excommunicatione, rectè monet idem Sanchez *lib.* 1. *in Decal. cap.* 10. *cit. num.* 61. quòd excommunicatio dubia, etiam in iis caſibus, in quibus non obligat, impedit, ne talis excommunicatus dubius eligatur, v.g. in Epiſcopum, aut ſimilem aliam dignitatem: quia eadem ratione etiam impediret crimen aliud dubium, quod non haberet excommunicationem annexam; ne, ſcilicet, nota aliqua inureretur dignitati, per hoc, quòd criminoſus ad illam eueheretur, vt notat Gloſ. *in cap. Vnicum. verb. ſententia*, 8. *q.* 4. *&* *cap. Tantæ. d.* 81. *&* *cap. Omnipotens. de accuſat.*

15. *Expoſiti ſunt habendi pro legitimis & idoneis ad ordines & beneficia.*

Sextò, eodem modo eſt reſpondendum pro iis infantibus, qui dicuntur expoſiti, & quorum origo, & parentes prorſus ignorantur, vt etiam *ſuprà* indicauimus *diſp. præcedente*, *num.* 24. quia enim eſt inuincibiliter dubium, vtrùm ſint nati ex legitimo matrimonio, & ſint legitimi, & per conſequens vtrùm ſint irregulares, & non idonei, vt promo-

Google

ueātur ad Otdines, & ad præbēdas; omninò poſſunr haberi, vt legitimi, & non irregulares; & poſſunr ſine alia diſpenſatione promoueri ad Ordines, & ad beneficia, vt notat Ioan. de Anan. *in cap. Vnicum. de infan expoſ. num.* 11. Felin. *in c. Cùm deputati. de iudic. in fin.* Gabr. Paleot. *tract. de nothis, ſpuriiſque filiis, cap.* 63. *num.* 3. & apud hunc Barbat. & alij communiter. Flau. Cherub. *in compend. Bull. ſchol.* 1. *ad conſtitutionem* 44. *Gregor. XIV.* Suar. *de cenſur. diſp.* 50. *ſect.* 4. *n.* 2. *& ſequen.* Ægid. Coninch *diſp.* 18. *de irregular. dub.* 12. *n.* 105. Henriq. *lib.* 14. *de irregular. cap.* 8. *num.* 10. Sayrus *lib.* 6. *theſauri, cap.* 10. *n.* 30. Auila *de cenſur. part* 7. *diſp.* 3. *dub.* 4. Et ratio eſt: quia ſæpè contingit, vt propter paupertatem parentum, vel aliis iuſtis de cauſis exponantur etiam filij legitimi, vt patet ex ſacris Literis, *Exod.* 2. de Moyſe, & ex profanis hiſtoriis de Semirami, Paride, Cyro, Oedipo, & pluribus aliis, quos videre eſt apud Maiolum *lib.* 1. *de irregular. cap.* 11. *num.* 3. *&* 4. & ideò ex hoc capite noo eſt, quòd cenſeantur illegitimi. Er pro illis etiam facit textus ex iure ciuili *l. Nemini. C. de Epiſc. audien. & l. Sancimus nemini. C. de infan. expoſ.* vbi ſtatuitur, quòd huiuſmodi expoſiti in dubio ſint habendi pro liberis; non autem pro ſeruis: & ex iure Caoonico facit *cap. Cùm deputati. de iudic.* vbi de iis, quorum origo, aut generatio ignoratur, dicitur, quòd ex hoc non ſunt repellendi ab officiis: quia, ſcilicet, quilibet eſt præſumendus idoneus, quandiu non probatur indignus, vt not. ibi Gloſ. *& cap. Vnicum. de infant. expoſ.* vbi ſtatuitur, quòd expoſiti hoc ipſo ſunt liberi à patria poteſtate; quæ tamen liberatio propriè non cadit niſi in filios legitimos, vt notat Suar. *de cenſur. diſp.* 50. *ſect.* 4. *cit. num.* 2. *ex §. fin. inſtit. de nupt. & §. fin. iuncta Gloſſa de patria poteſtate*; vbi dicitur, quòd patria poteſtas eſt ius parentum in liberos ſuos; & ſui dicuntur, qui vel ſunt editi ex iuſtis nuptiis, vel aliàs legitimati. Et denique maximè facit conſtitutio Gregorij XIV. apud Henriq. Sayrum, Auilam, Coninchium *locis citat.* de anno 1591. data in gratiam Confraternitatis ſancti Spiritus in Saxia pro expoſitis, vbi dicitur, quòd ſint habendi pro legitimis, & puri ſanguinis ad omnes præbendas. Et ratio poteſt addi: quia vnuſquiſque ſemper præſumitur bonus & idoneus, vt iam iudicauimus, donec probetur malus, & non idoneus: & ſicut huiuſmodi expoſiti ex hoc ipſo præſumuntur eſſe nati ex parentibus fidelibus, & liberis; quia non probantur eſſe nati ex infidelibus & ſeruis; ita debent præſumi eſſe nati ex legitimo matrimonio.

16. *Spurij qui propriè ſint.* Neque obſtat, quòd ſpurij ſecundùm omnes ſint nominandi inter illegitimos, vt videre eſt apud Couarr. *in Epit.* 4. *Decretal. part.* 2. *c.* 8. *§.* 5. *num.* 1. & apud Mol *de iuſt. tract.* 2. *diſp.* 165. & alios communiter; & ſpurij illi dicantur, qui incertum habent patrem. Vnde & antiquitùs duabus tantùm primis litteris, S. P. ſcribebatur, ſicut & illi, qui erant ſine patre, vt notat Couarr. *§.* 5. *cit. num.* 1. ex Budæo *in l. Vulgo. ff. de ſtat. hom.* & aliis. Nam contrà eſt: quia ſpurius non is dicitur, qui eſt quomodocunque ſine certo patre; ſed ille tantummodo, qui id habet per ſe, & ex ipſa rei natura non poteſt ſciri, à quo parte ſit genitus: vt, v.g. ſi habeat certam matrem, & hæc non ſit coniugata; & tamen conſueuerit rem habere cum pluribus: & de his veriſſimum eſt, quòd ſint illegitimi, & pro talibus ſint habendi. At verò ſi quis habeat non per ſe, ſed ſolùm ex accidente vtrunque parentem incertum, & ignotum; quia, ſcilicet, ipſi nòlunt ſe prodere, & nolunt filium agnoſci & reputari pro ſuo, nec verè ſunt illegitimi, nec pro talibus ſunt reputandi, nec abſolutè ſunt dicendi ſine patre, aut ſcribendi duplici illa littera, S. P.

Oppoſitum tamen, & quòd expoſiti ſint reputandi pro illegitimis, tenet Couarr. *in Epit. lib.* 4. *Decretal. part.* 2. *cap.* 8. *§.* 5. & in Clementin. *Si furioſus. part.* 1. *num.* 9. *de homicid.* Maiolus *lib.* 1. *de irregul. cap.* 11. *num.* 2. Viual. *tract. de irregul. num.* 123. Vaſq. *part.* 2. *diſp.* 66. *c.* 8. *num.* 48. Salas *part.* 2. *tract.* 8. *diſp. vnica, ſect.* 24. *in fin.* Rebell. *de oblig. part.* 2. *quæſt.* 3. *ſect.* 2. *num.* 15. Ant. Iaſon. Alciat. apud Sayrum *lib.* 6. *theſ. cap.* 10. *num.* 39. & fauet etiam Rota Romana *deciſ. Seraph.* 1081. *num.* 3. vbi loquens de Hoſpitali ſancti Spiritus in Saxia, ad quod plurimi exponuntur, ait, quòd expoſitio valdè repugnat legitimæ filiationi, vt refert Flau. Cherub. *in Compend. Bullar. ſcholio* 1. *ad Conſtitut.* 44. *Gregor. XIV. cit.* Sed hi Authores nullum afferunt argumentum, quod vrgeat, vt patet apud Suarez *de cenſur. diſput.* 50. *ſect.* 4. *cit. num.* 3. vbi illa optimè ſoluit. 17. *Non deſunt tamen, qui oppoſitum ſentiunt.*

18. *Quomodo dubium poſſit practicè deponi ad mandatum Superioris.* Septimò, ſi quis ſit dubius de bonitate, aut malitia alicuius operationis, poteſt dubium practicè deponere, quando Superior illam præcipit, dummodo Superior ſit vir probus, & doctus; & dubium non oriatur ex aliquo, in quo ipſe non poſſit diſpenſare: ſi enim Sacerdos, v.g. ſit dubius de admiſſo homicidio, & per conſequens irregularis, etiamſi Superior iubeat eum celebrare, & dubium deponere, non debet celebrare, niſi fortè ſuperior talis ſit, vt etiam poſſit diſpenſare in irregularitate. Et ſimiliter, ſi quis dubitet, vtrùm criminis alicuius manifeſtatio debeat cedere in infamiam alicuius; & vtrùm ſuperior, qui illud iubet manifeſtari, benè iubeat; non debet manifeſtare, quia ille eſt in poſſeſſione ſuæ famæ, eâque in dubiis non debet ſpoliari, vt notat Sanchez *lib.* 2. *de matrim. diſp.* 41. *cit. num.* 43. *&* 53. In aliis tamen caſibus, quòd licitè poſſit deponi dubium ad præceptum ſuperioris, patet ex eo: quia illius authoritas, ſicut & cuiuſque alterius viri grauis, & docti, poteſt ſufficienter determinare iudicium, & ſaltem practicè tollere dubium, etiamſi fortaſſe non tollat ſpeculatiuè. De qua re legi poteſt etiam Vaſq. 1. 2. *diſp.* 66. *cap.* 9. & Azor. *par.* 1. *lib.* 2. *c.* 19. *q.* 9.

19. *Si dubitetur de duobus, quiſnam ſit verus pater huius filij, vterque tenetur illum alere.* Octauò, ſi dubitetur æqualiter de duobus parentibus, quiſnam ſit verus pater huius filij, & quis teneatur illum alere, vterque tenetur alere æqualiter: quia, quando inter duos debitores debitum eſt æqualiter dubium, æqualiter debent inter ſe diuidere ſolutionem illius, vt notat Vaſq. 1. 2. *diſp.* 66. *cap.* 8. *num.* 47. Azor. *part.* 1. *lib.* 2. *c.* 19. *qu.* 19. & Salas *p.* 2. *tract.* 8. *diſp. vnica, ſect.* 24. *num.* 247. & ſi ex his duobus parentibus, de quibus dubitatur, vter ſit maritus legitimus matris, ille eſt compellendus omnia alimenta præbere: quia, vt diximus, in dubio non eſt filius damnandus, vt ſpurius, vt etiam notat Vaſq. & Salas *locis citat.*

20. *Coniux inuincibiliter dubius de validitate matrimonij, quomodo poſſit debitum reddere, aut petere.* Nonò, ſi alter coniux incipiat eſſe dubius de validitate matrimonij: vt, v.g. ſi vxor dubitet, vtrùm prior maritus, de cuius morte audierat, ſit adhuc ſuperſtes, vel vtrùm cum ſecundo marito ſit aliquis gradus conſanguinitatis, quem anteà ignorabat, ſecundùm communiorem ſententiam poteſt reddere debitum; non tamen petere. Ita Vaſq. 1. 2. *diſp.* 66. *cap.* 4. Azor. *part.* 1. *lib.* 2. *cap.* 18. *quæſt.* 5. & alij apud ipſos, & expreſsè id videtur definiri *cap. Dominus. de ſecund. nupt. & cap. Inquiſitionis de ſent. excom.* Et ratio eſt; quia ex duobus malis minus eſt eligendum, *cap. Duo mala. & cap. Nerui. d.* 13. minus autem malum eſt, quòd coniux dubius debitum

reddat,

reddat, quàm quòd non reddat: quia non reddere eſt contra iuſtitiam, cùm alter coniux non dubius ſit poſſeſſor bonæ fidei, & licitè poſſit vti matrimonio: reddere verò ad ſummum eſt ſolùm contra caſtitatem; cuius tamen obligatio deſinit, quando vrget obligatio iuſtitiæ.

21. *Vſus matrimonij alter eſt vſus dominij, & alter eſt vſus ſeruitutis.*

Neque hic propriè eſt vſus matrimonij, qui appellatur vſus dominij, & dicit actionem; ſed potiùs eſt vſus ſeruituris, qui dicit paſſionem, cùm coniux dubius reddendo debitum, ſolùm patiatur alterum vti, ne ſpolietur ſua poſſeſſione, vt notat Sanchez *lib. 2. de matrim. diſp.* 41. *num.* 46. Et contrà minus malum eſt, quòd coniux dubius non petat debitum, quàm quòd petat: quia non petendo nulli periculo ſe exponit; petendo verò exponit ſe periculo accedendi ad non ſuam.

Sed negari non poteſt, quin ſit valde probabile, iuxta principia ſuperiùs polita, id, quod docet Sanchez *lib. 2. de matrim. diſp.* 41. *cit. num.* 46. & 47. & apud illum Sot. *lib. 4. de iuſt. quæſt. 9. art. vlt. & in 4. ſent. d. 27. quæſt. 1. art. 3. & d. 37. quæſt. vnica, art. 5.* Ledeſ. Bañes, Henriq. Lopez & alij, quos etiam citat Salas 1. 2. *tract. 8. diſp. vnica, ſect. 22. num.* 189. coniugem dubium poſt adhibitam diligentiam non ſolùm poſſe reddere debitum modo explicato; ſed etiam poſſe petere: quia, quemadmodum, qui eſt dubius de re, quam poſſidet, vtrùm ſit aliena, poteſt illa licitè vti, poſtquàm adhibuit diligentiam ad tollendum dubium; ita etiam coniux, qui eſt poſſeſſor in matrimonio, poteſt vti altero coniuge, quando ignorat inuincibiliter, eum eſſe non ſuum; ſicut certè ignorat, quando eſt inuincibiliter dubius: quod argumentum vix patitur ſolutionem, vt videre eſt apud Sanchez *num. 46. cit.* Et quod dicimus de matrimonio conſummato ex ratione poſſeſſionis, in qua eſt coniux inuincibiliter dubius; poteſt dici etiam de matrimonio rato ex ratione præſumptionis, quæ in caſu dubio ſemper ſtat pro validitate actus, vt *ſuprà* dixi *diſp. præcedente, num.* 26. & ideò etiam in illo coniux dubius inuincibiliter, poteſt licitè petere, & velle capere poſſeſſionem alterius coniugis iam ſibi traditi per matrimonium ratum, quoad ſolum ius, & quaſi dominium, cuius effectus debet eſſe poſſeſſio: & alioqui, ſi ambo coniuges dubitarent inuincibiliter de ſuo matrimonio, neuter poſſet petere, & deberent perpetuò manere ſine vſu matrimonij, quod eſt duriſſimum. Et rectè idem Sanchez *num.* 53. ſubdit textus citatos *ex cap. Dominus. de ſecund. nupt. & cap. Inquiſitionis. de ſentent. excom.* intelligi debere ante adhibitam diligentiam: & quamuis hæc limitatio in illis textibus non exprimatur; omninò tamen debere ſubintelligi propter vrgentem rationem, ne poſſeſſor bonæ fidei propter dubium inuincibile cogatur perpetuò abſtinere ab vſu rei ſuæ, quod eſt maximum inconueniens.

Neque contra hanc explicationem multùm vrgent, quæ habet Vaſq 1. 2. *diſp. 66. cap. 3. num.* 13. & Azor. *lib. 2. cap. 19. cit. quæſt.* 5. quòd enim ait, etiam poſt adhibitam diligentiam manere dubium, ſicut priùs; & ideò coniugem non poſſe petere; verum eſt de dubio ſpeculatiuo; non autem de dubio practico: ſiquidè poteſt ſibi formare certum iudicium, quòd licitum ſit vti coniuge, quem ignorat inuincibiliter eſſe non ſuum. Neque eſt eadem ratio de huiuſmodi dubio ante adhibitam diligentiam: quia ignorantia, quæ tunc habetur, non eſt inuincibilis, neque malitiam facit inuoluntariam. Et pro caſu, in quo vterque coniux ſit inuincibiliter dubius, id concedit etiam Vaſq. *ibidem, cap. 6. num.* 31. & quòd aliqui addunt, *cap. In præſentia. de ſponſal.* expreſſè haberi, quòd mulieres non poſſint tranſire ad ſecundas nuptias, etiam poſt factam diligentiam de morte prioris mariti, falsò additur: quia ibi ſolùm habetur, quòd viris viuentibus nunquam poſſint tranſire ad aliorum conſortium: ſi tamen veriſimiliter præſumatur de morte viri, expreſsè ibi aſſerit Gloſ. quòd excuſentur, ſi nubant: quanquam dici poſſet ex Salas *ſect. 22. cit. num.* 192. diuerſam eſſe rationem de petendo debito, & de nubendo, quando eſt dubium de morte prioris coniugis: ſiquidem ad petendum debitum ſuffragatur poſſeſſio, quam verè habet coniux dubius; quæ tamen non ſuffragatur ad nubendum, imò potiùs obſtat, & refragatur, cùm prior maritus, donec eſt incerta illius mors, cenſeatur eſſe in poſſeſſione ſuæ vxoris, eámque impedire à ſecundis nuptiis.

Verùm, ſi prior expoſitio illorum textuum, quam ſequitur etiam Sotus *locis cit.* videatur fortaſſe alicui minùs conformis ipſiſmet textibus, ad rationem iam factam de poſſeſſione, & de præſumptione dici poterit, hunc etiam caſum de dubio matrimonij eſſe ex iis, in quibus à iure ipſo determinatur, eſſe ſequendam tutiorem partem, vt etiam *ſuprà* diximus de dubio homicidij, quoad irregularitatem; & ideò ex iure peculiari, coniugem dubium ſolùm poſſe reddere debitum, non autem petere; cùm tamen ex natura ipſa rei, & præſcindendo ab huiuſmodi iure, poſſit etiam petere ratione poſſeſſionis, & præſumptionis, quæ ſtat pro ipſo.

Decimò, ſi aliquis ſit dubius, vtrùm peccatum, quod admiſit, ſit mortale, aut veniale, vtrùm ſit confeſſus peccatum mortale, vtrùm abſolutionem legitimè obtinuerit; omninò tenetur confiteri, aut confeſſionem repetere: quia lex de confeſſione peccatorum eſt certa, & dubium ſolùm eſt de illius impletione, ac proinde ſolùm pro ipſa ſtat præſumptio, vt notat Sanchez *lib. 1. in Decal. cap. 10. n. 66. 69. & 71.* & pluribus explicabimus in materia de confeſſione.

22. *Qui eſt inuincibiliter dubius, vtrùm ſit confeſſus, aut abſolutus, tenetur iterum confiteri.*

DISPVT. X.

Quomodo ſit licitum operari ex conſcientia probabili, etiam quando actualiter habetur formido de oppoſito.

1. *Licitum eſt operari ex conſcientia probabili.*
2. *Etiam quando habetur actualis formido de oppoſito.*
3. *In ſcrupuloſis aliquando formido ſolùm ſe tenet ex parte appetitus; non autem ex parte intellectus.*
4. *Neque S. Thom. aut Caiet. ſunt in contrarium.*
5. *Si formido ſit quaſi reflexa de ipſa probabilitate opinionis, non conſtituit conſcientiam probabilem, neque eſt licitum operari ex illa.*

1. *Licitum eſt operari ex conſcientia probabili.*

QVòD abſolutè ſit licitum operari ex conſcientia probabili, etiam quando actualiter habetur formido de oppoſito, diſertè aſſerit Vaſq. *diſp. 62. cap. 5. num.* 22. Sanchez *lib. 1. in Decal. cap. 9. num.* 10. Salas *part. 2. tract. 8. diſp. vnica, ſect. 4. n.* 38. & 40. Sayr. *lib. 1. clau. reg. cap.* 5.

Et prima pars, quòd abſolutè ſit licitum operari ex conſcientia probabili, probatur: quia, vt plurimùm in rebus humanis non habentur aſſenſus demonſtratiui, & omninò certi; ſed ſolùm opinatiui, & probabiles, & per medium contingens: & certum eſt, quòd non in omnibus eſt quærenda certitudo mathematica, vt patet ex Ariſtot. 2. *Metaph. text.* 16. & quemadmodum ab homine Mathematico exiguntur

guntur demonſtrationes,& ab homine Oratore ſatis habentur ſuaſiones, vt dicitur 1. *Ethic.cap.* 3. ita & in ſcientiis maior certitudo tequiritut, quàm in actionibus: & ideò in his ſatis eſt ſola certitudo probabilis.

2\. *Etiam quando habetur actualis formido de oppoſito.*

Secunda verò pars, quòd ſit licitum operari ex tali conſcieotia probabili, etiam quando actualiter habetur formido de oppoſito, probatur ex eo: quia, ſi medium, aut ratio aſſeotiendi, & formandi conſciētiam, ſit ſolùm probabilis, & actualiter cognoſcatur, vt probabilis; non poteſt nō generare actualem formidinem de oppoſito, vt patet ex iis, quæ dicuntur ab Ariſtotele 1. *Poſter.text.* 44. de obiecto opinionis, & quòd opinio incertum qoid natura ſua ſit, & quòd tunc aliquis dicatur opinari, quando exiſtimat, rem ita eſſe; ſed tamen & aliter.

3\. *In ſcrupuloſis aliquando formido ſolùm ſe tenet ex parte appetitus; non autem ex parte intellectus.*

Neque is, qoi hoc modo operatur cum actuali formidine, vlli periculo ſe exponit: ſiquidem illa formido, ſi ſe teneat ex parte intellectus, non autem ſolùm ex parte appetitus, vt aliquando contingit, præſertim in ſcrupuloſis, qui timent, ne in aliquo peccent, & neſciunt, quare, vt notat Caiet. *tom.* 1. *opuſcul.* 31. *reſponſ.* 13. *dub.* 7. ſi, inquam, ſe teneat ex parte intellectus, ita eſt leuis quædam credulitas, aut dubitatio, quòd res illa, quæ probabiliter creditur licita, ſit etiam illicita, vt tamen non ſe habeat, vt conſcieotia, neque applicetur ad opus; ſed ſolùm ſe habeat quaſi ſpeculatiuè, & ſimul cum conſcientia, & concomitanter ad altam credulitatem, quòd res ſit licita, quæ credulitas eſt conſcientia.

Sed contrà videtur facere S.Thom. *quodlib.* 8. *art.* 13. vbi ait, ex conſcientia non eum ſolùm obligari ad peccatum, qui habet certam fidem de contrario eius, qood agit; ſed etiam eum, qui habet opinionem cum aliqua dubitatione: & Caiet. *tom.* 1. *opuſculo* 31. *reſponſ.* 17. *dub.* 7. vbi ait, quòd ſi quis ſit certus, quòd pulſare, v.g. inſtrumeotum die feſto, ſit licitum; ſed ſimul hæſitet de exercenda à ſe pulſatione, vtrùm ſit licita; illicitè pulſat: & *in Summa, verb. opinionis vſus*, vbi ait, quòd non licet opinionem propriè dictam, quæ eſt cum formidine alterios partis, aſſumere, vt regulam operis: quia eo ipſo, quòd operatio regulanda committitur opinioni, committitur regulæ ambiguæ, cùm omnis opinio ambigua ſit, & per conſequens exponitur periculo peccandi. Et Armilla *verb. opinio*, *n.* 2. & aliqui alij apud Vaſq. 1.2. *diſp.* 62. *n.* 20. & 28. & apud Salas *ſect.* 4. *cit. n.* 89. qui abſolutè aſſerunt, ad honeſtatem actionis neceſſarium eſſe, vt iudicium de honeſtate ſit certom, & vt excludat omnem formidinem de oppoſito: quia alioqui, ſi quis operetor cum formidioe, quòd actio ſit illicita, operatur cum periculo peccandi: ſiquidem formido ibi ſolùm videtur eſſe, vbi eſt aliquod periculum, & malum aliquod imminens: & certum eſt *ex Eccleſ.* 3. quòd qui amat periculum, peribit in illo.

4\. *Neque S. Thom. aut Caiet. ſunt in contrarium.*

Sed reuerà, quicquid ſit de Armilla, & fortaſſe de aliquo alio ex Summiſtis, ſolùm exiſtimo à S. Thom. & Caiet. excludi eam formidinem, quæ facit conſcieotiam dubiam propriè dictam; non autem eam, quæ facit probabilem; vel certè ad ſummum, eos loqui in eo tantùm caſu, in quo formido poteſt depooi, & aſſenſus magis firmari per diligentiam, quæ poteſt adhiberi ad veritatem meliùs inueſtigandam, ſaltem iotra rationem opinionis probabilis, & vt certò conſtet, quòd illa opinio ſit probabilis, vt notat Salas *ſect.* 4. *cit. n.* 41. & abſolutè ſolùm loqui de formidine, quæ habeatur, non de re opinata, quæ eſt ipſa honeſtas operationis; ſed de probabilitate quaſi reflexa ipſius opioionis, vt notat Med. 1.2. *q.* 19. *art.* 6. §. *Si quis agat.* & apud Salas *loco cit.* Si quis enim non ſit certus quaſi reflexè, quòd opinio, ex qua operatur, ſit probabilis; ſed timeat, quòd non ſit probabilis; certum eſt, quòd non poteſt ex tali conſcientia operari, eámque aſſumere, vt regulam, quando ambigit de illius rectitudine, cùm hoc ſit manifeſtè contra dictamen prudentiæ, & non poſſit eandem formidinem non refundere etiam in ipſam operationem: atque ita formido hæc reflexa de improbabilitate opinionis, omninò conſtituitur in cōſcientia dubia, nō autem in conſcientia probabili, ex qua licitum eſt operari.

5\. *Si formido ſit quaſi reflexa de ipſa probabilitate opinionis, non conſtituit conſcientiam probabilem, neque eſt licitum operari ex illa.*

Et quidem quòd prima expoſitio de conſcientia ſolùm dubia excludenda, ſit maximè ad mentem S. Thom. patet ex iis, quæ *ibidem* concludit in fine corp. *Si quis enim*, inquit, *in quadam dubitatione inducitur ex contrarietate opinionum, quòd liceat, aut non liceat plures prabendas habere, & manente tali dubitatione plures prabendas habeat, periculo ſe committit, & proculdubio peccat: ſi verò ex contrariis opinionibus in nullam dubitationem adducitur, non ſe committit diſcrimini, & non peccat.* Et in idem recidit etiam expoſitio, quam tradit Vaſq. 1.2. *diſp.* 67. *c.* 2. *n.* 7. vt S.Thom. ſolùm loquatur, quaodo aſſenſus probabilis eſt valdè tenuis, ita vt lateat etiam ipſum operantem: tunc enim perinde eſt, ac ſi ſimpliciter ſit ſola dubietas, & ideò non licet operari ex tali aſſenſu: quo etiam modo Almain. *tract.* 2. *moral. c.* 3. *poſt* 3. *concluſ.* negat, poſſe eſſe iudicium rectum prudeotiæ, quando eſt maxima formido de oppoſito, & minima probabilitas: quia ſine dubionoo eſt prudentis, ſequi aſſenſum tam debilem, & partem eligere minùs tutam: quanquam reuerà, ſi aſſenſus probabilis, quicunque ſit, & quantuncunque leuis, ac tenuis, benè percipiatur ab ipſo operante, eúmque propter ſuam tenuitatem non lateat, benè poſſit operationem dirigere, & ex illo ſufficienter ſit tutus, qui partem eligit minùs tutam, vt ſubdit Vaſq. *n.* 7. *cit.* Quòd verò etiam Caiet. *opuſculo* 31. *cit.* ſolùm excludat conſcientiam dubiam, patet ſimiliter ex verbis ipſius: *Si enim*, inquit, *vacillatio, aut haſitatio tantùm ſit modo ſpeculatiuo, & qui dubitat, vtrùm pulſare die feſto, ſit licitum, aut illicitum; non tamen dubitat, ſibi tunc eſſe licitum, non peccat pulſando: & contrà, ſi quis eſſet certiſſimus de actu pulſandi ſecundùm ſe, quòd ſit licitus; & tamen fluctuaret de exercenda tunc à ſe pulſatione; ita quòd ratio applicans ad pulſandum cum ambiguitate applicaret, illicitè pulſaret.* In Summa verò, *ver. opinio*, ſolùm ait, quòd ex opinionibus propriè dictis, quæ ſunt cum formidine oppoſiti, eſt ſequenda pars tutior, ne alioqui operatio committatur regulæ ambiguæ: atque ita admittit, quòd liceat operari ex opinione, quæ habeat formidinem, quanquam contendat, non eſſe operandum ex quacunque opinione; ſed ſolùm ex illa, quæ habeat minùs formidinis, & ſit tutior; de qua tamen re videbimus *infrà*. Qua verò ratione hoc ipſum non ſequatur, & non ſe committat regulæ ambiguæ, nec ſe exponat periculo peccandi, qui operatur ex conſcientia probabili cum formidine de oppoſito, iam diximus: id enim eſt, quia talis formido ſolùm ſe habet quaſi ſpeculatiuè: & qui ſic operatur, quamuis ſpeculatiuè formidet de honeſtate operationis; practicè tamen certiſſimus eſt, quòd liceat operari ex conſcientia probabili.

Digitized by Google

DISPVT. XI.

Quid requiratur ad hoc, vt conſcientia, vel opinio ſit probabilis.

1. *Ad conſcientiam, aut opinionem probabilem non eſt ſatis, ſi habeat quomodocunque plures Doctores.*
2. *Doctores aliquando ſequuntur alij alios, ſicut oues, aut aues.*
3. *Communis opinio non attenditur ex numero Doctorum, ſed ex pondere authoritatis.*
4. *Opinio, quæ vno tempore eſt probabilis, alio tempore poteſt eſſe obſoleta.*
5. *Ad conſcientiam, aut opinionem faciendam probabilem, poteſt ſufficere etiam vnus Doctor.*
6. *Probabile eſt, quòd captiui pro Turcis remigantes contra Chriſtianos, excuſentur non ſolum à cenſura, ſed etiam à culpa.*
7. *Probabile eſt, quòd poſſit dici Miſſa, non dicto Matutino.*
8. *Opinionem probabilem ex vno tantùm Doctore, licitè poſſunt ſequi alij omnes, ſiue ſint docti, ſiue indocti.*
9. *Quomodo vir doctus poſſit, aut non poſſit ſequi ſententiam aliorum contra propriam.*
10. *Sola authoritas vnius Doctoris non facit opinionem probabilem contra communem aliorum, ſi ſit deſtituta rationibus.*
11. *Ad opinionem probabilem requiritur, vt communiter exiſtimetur non continere errorem.*
12. *Et vt nitatur rationabilibus fundamentis.*
13. *Probabilia ex Ariſtotele, quæ dicantur.*
14. *Rudiores non poſſunt ſequi in conſcientia id, quod inuenerint in vno, aut altero ex antiquioribus: poſſunt autem, ſi inuenerint in aliquo ex recentioribus.*
15. *Poteſt aliqua opinio eſſe probabilis pro ſolo caſu neceſſitatis, & non extra illum.*
16. *Penes quid attendatur grauitas authoritatis Doctorum.*
17. *Quid requiratur ad hoc, vt aliqua opinio dicatur communis.*
18. *Poteſt contingere, vt vtraque pars contradictionis ſit opinio communis.*
19. *Si vna opinio habeat plures Authores, & alia meliores, vtrùm vna ſit alteri præferenda.*

1. *Ad conſcientiam, aut opinionē probabilem non eſt ſatis, ſi habeat quomodocūque plures Doctores.*

CONCLVSIO eſt: Ad hoc, vt conſcientia, vel opinio ſit probabilis, neque eſt ſatis, neque requiritur, vt doctrina, ex qua formatur, pro ſe habeat quomodocunque plures Doctores: ſed, ſiue ſit plurium, ſiue tantùm vnius, debet ſaltem exiſtimari communiter non continere errorem, & niti rationabilibus fundamentis. Ita Vaſq. 1.2. *diſp.*62.*cap.*4. *num.*17. Sanchez *lib.*1. *in Decal.cap* 9. *num.*5. & 6. & *lib.*3.*de matrim. diſp.*44.*num* 2. Reginal. *in prax. lib.*13.*cap.*10.*num.*89. & 102. & *ſequentibus.* Azor. *par.*1.*lib.*2.*cap.*9.& *ſequent.* Nauar. *in Man.cap.*27. *num.*289. Sayr.*lib.*1.*clau.reg.cap.*6.*num.*2. Et quòd non ſit ſatis ad conſcientiam, aut opinionem probabilem, quòd habeat quomodocunque plures Doctores, probat Sanchez *lib.*3.*de matrim.diſp.*44.*n.*2. & Azor.*par.*1.*lib.*2.*cap.*13.*in fin.* quia *l.Vnica.§.Sed neque. C. de veter. iur. enuclean.* ſic monet Iuſtinianus Imp. Tribonianum Quæſtorem, & Iuriſconſultum eminentiſſimum, cui demandabat ſpecialem curam colligendi Iuris in Codicem: *Sed neque ex multitudine Authorum, quod melius & æquius eſt, iudicatore, cùm poſſit vnius forſan, & deterioris ſententia multos & maiores aliqua in parte ſuperare.* & ex Conrado *de contr.tract.*7.*quæſt.*100.*concl.*1. Pius II. in quadam epiſtola ad Ludouicum Francorum Regem disertè habet, quòd Scriptura, quæ aſſerit Prouerb. 11. *Vbi multa conſilia, ibi ſalus.* non multitudinem conſiliorum requirit; ſed maturitatem, & digeſtionem: quia honeſtas, aut iuſtitia non facilè ſuadetur multitudine, quæ variis affectibus agitata frequenter inclinat ad peiora. Nec benè ſe res habet, vbi ſuffragia numerantur, non ponderantur; cùm ſæpè fiat, vt maior pars vincat meliorem. Et ad idem facit ex eodem Azor. *cap.*16. *quæſt.*5. præceptum veteris legis Exodi 23. *In iudicando, plurimorum ſententiæ non acquieſces, vt à vero deuies.* Sicut enim in ferendis ſententiis ſæpè accidit, vt maior pars meliorem vincat, & maior multitudo opinantium variis affectibus agitata in partem deteriorem inclinet; ita & in ſententiis, aut opinionibus eligendis poteſt accidere, vt maior pars Doctorum, non tam rationibus, quàm leuitate ducatur. Vnde & Nauar. in Man. cap. 27. num. 289. *Non eſt,* inquit, *appellanda communis vna opinio ad effectum præiudicandi alteri, eò quòd plures eam ſequantur, tanquàm oues aliæ alias, quæ præcedunt ſine iudicio ſequentes; vel tanquàm aues, quæ vnam volantem ſequuntur: ſed communior quoad hoc eſt exiſtimanda illa, quam ſex, vel ſeptem Authores claſſici, rem ex profeſſo tractantes, aſſerunt, quàm alia probata à quinquaginta ſola priorum authoritate ductis: & communis opinio non ex numero opinantium, ſed ex pondere authoritatis fit.*

2. *Doctores aliquando ſequuntur alij alios, ſicut oues, aut aues.*

3. *Cōmunis opinio non attēditur ex numero Doctorū, ſed ex pōdere authoritatis.*

Et confirmatur: quia ſæpè accidit, vt opiniones plurium Doctorum fiant obſoletæ, & improbabiles; vel quia contra illas ſit conditus de nouo aliquis Canon, aut Conſtitutio; vel, quia alicui contra illā occurrit de nouo aliqua ratio efficax, vt patet ex multis opinionibus Theologorū, quas refert Azor. *par.*1.*lib.*2.*cap.*9. *præceptione* 1. quæ factæ fuerunt improbabiles ex nouo aliquo decreto Concil. Trident. aut nouo Canone alterius Pontificis, aut aliquo loco Scripturæ diligentiùs poſteà examinato, vt, v.g. ſententia Alex. Alen. *par.*4.*quæſt.*9.*membro* 1. & S.Bonau. *in* 4.*d.*7.*art.*1. *quæſt.*1. quòd Sacramentum Confirmationis non fuerit inſtitutum à Chriſto; ſed ab Apoſtolis, vel ab Eccleſia in Concilio Melden. & ſententia Hugonis de S.Vict. *lib.*2.*de Sacram.p.*2.*cap.*2. Mag. *in* 4.*d.*23. S.Bonau. *ibidem, art.*1.*quæſt.*2. idem aſſerentium de extrema Vnctione: quia enim in Trident. *ſeſſ.*7.*cap.*1. dicitur, quòd omnia Sacramenta fuerunt inſtituta à Chriſto, non poſſunt ampliùs cenſeri probabiles huiuſmodi opiniones. Et idem eſt de ſententia plurium Canoniſtarum, quòd matrimonium non det gratiam: de ſententia plurium Theologorum, quòd confeſſio ſacramentalis, & abſolutio poſſit conferri per litteras, & aliis huiuſmodi: quia enim in Trident. *ſeſſ.*24.*cap.*1.*de matrim.* matrimonium dicitur verè eſſe Sacramentum, & dare gratiam, & Clemens VIII. confeſſionem per litteras omninò damnauit, non poſſunt ampliùs huiuſmodi opiniones cenſeri probabiles.

4. *Opinio, quæ vno tempore eſt probabilis, alio tēpore poteſt eſſe obſoleta.*

Quòd verò non requiratur ad conſcientiam, aut opinionem probabilem, vt habeat plures Doctores; ſed poſſit aliquando ſufficere etiam vnus; probat Azor.*part.*1.*lib.*2.*cap.*13.*cit.ex l.vnica.iam citata C. de vet.iur.enucl.* vbi ex eo dicitur, non eſſe iudicandum ex multitudine Authorum id, quod melius & æquius eſt: quia poteſt vnius, & deterioris ſententia multos & maiores aliqua in parte ſuperare. Et ratio eſt: quia, quamuis contra Dei, & Eccleſiæ authoritatem

5. *Ad conſcientiā, aut opinionē faciendam probabilem, poteſt ſufficere etiā vnus Doctor.*

Digitized by Google

ritatem non poſſit ratio homana facere probabilitatem; benè tamen poteſt illam facere contra authoritatem humanam, eámque benè poteſt etiam vincere, vt notat Sylu. *verb. opinio, num.* 2. & ex illo Reginald. *lib.* 12. *cap.* 10. *num.* 93. &, vt dicitur *cap. Quia ſanctam. §. Verum. d.* 63. facilè poteſt accidere, vt prædeceſſores & maiores noſtri aliqua fecerint, quæ tunc potuerunt eſſe ſine culpa; & poſteà ſiot verſa in errorem, & ſuperſtitionem: & *ex cap. Capellanus. de feriis*, ex eo vna ſententia eſt alteri præferenda; quia meliori, & ſubtiliori rationi nititur: facilè autem poteſt contingere, vt talis aliqua ratio melior vni concurrat, eiúſque ſententia propter huiuſmodi meliorem rationem paulatim incipiat iotroduci in ſcholas, & alias opiniones reddat minùs probabiles: & in tali caſu etiam ille, qui primus inuenit talem rationem, licitè poteſt eam ſequi contra communem ſententiam cæterorum, vt notat Vaſq. 1. 2. *diſp.* 62. *cit. num.* 13. Sanchez *lib.* 1. *in Decal. c.* 9. *num.* 9. Azor. *part.* 1. *lib.* 2. *c.* 13. *in fine, & cap.* 17. *quaeſt.* 6. Si enim ſit vir doctus, & aliorum rationibus diligenter expenſis iudicet eas eſſe minoris momenti, quàm ſit ſua ratio, quæ de nouo ipſi occurrit pro oppoſita ſententia, non eſt dicendus operari imprudenter, ſi operetur ex propria opinione ſic fundata, & firmata.

6. *Probabile eſt, quòd captiui pro Turcis remigantes contra Chriſtianos, excuſentur non ſolùm à cenſura; ſed etiam à culpa.*

Atque hòc modo contra Nauar. *c.* 27. *num.* 63. *in fine*, aſſerentem, quòd qui metu mortis, aut verberum remigant in triremibus Turcarum contra Chriſtianos, peccent mortaliter: quia concurrunt contra ius naturale ad vexandos ionocentes; quanuis excuſentur ab excommunicatione in Bulla Cœnæ, contra dantes auxiliom Turcis contra Chriſtianos: quia in tali caſu ſufficienter excuſantur à culpa & contumacia contra legem eccleſiaſticam, ex qua ſola incurritur cenſura, vt communiter dicitur in materia de cenſuris: contra Nau. inquam, hoc aſſerentem, ſi quis diligenter expendat, quòd remigare, onera & ſarcinas aſportare, arma deferre, ſcalas, & machioas ad muros admouere, & alia huiuſmodi munera captiuorum obire, non eſt per ſe malum; ſicut nec verrere domum, aut lectum ſternere meretrici; & vniuerſaliter ea omnia facere, quæ ex ſe ſunt iodifferentia, & ſolùm ex intentione vtentis ad malum finem, habent malitiam; & ideò exiſtimet, eos excuſari etiam à culpa contra ius naturale, & diuinum, probabiliter exiſtimabit; &, ſi operetur ex tali opinione, non peccabit, vt notat Azor. *part.* 1. *lib.* 2. *cap.* 17. *quaeſt.* 6. *cit.* Sanchez *lib.* 1. *in Decal. cap.* 7. *num.* 18. & alij apud ipſum.

7. *Probabile eſt, quòd poſſit dici Miſſa non dicto Matutino.*

Et idem eſt, ſi quis contra communem ſententiam veterum, quòd ſit mortale dicere Miſſam ante Matutinum, aduertat cum Soto *lib.* 10. *de iuſt. qu.* 5. *art.* 4. *concl.* 2. & aliis poſt ipſum, id neque haberi ex præcepto Eccleſiæ, neque ex conſuetudine, neque ex ratione; cùm Miſſa, & Matutinum ſe habeant ad inuicem, vt duo diſparata, & ex hac ratione opinetur, & operetur oppoſitum, probabiliter, & prudenter operabitur ex eod. Azor. *lib.* 2. *cit. cap.* 16. *quaeſt.* 6. & ſic de aliis.

8. *Opinionem probabilem ex vno tantùm Doctore, licitè poſſunt ſequi alij omnes, ſiue ſint docti, ſiue indocti.*

Idque non ſolùm poteſt licitè fieri ab illo ipſo, qui talem rationem, aut ſententiam excogitauit; ſed etiam ab aliis, ſiue ſint viri docti, ſiue indocti: quia indocti licitè poſſunt fidere doctrinæ, & probitati vnius, cùm ad ipſos non ſpectet examinare rationes; & docti, ſi res ſit dubia, & rationes pro altera parte certiores, ac meliores non ſuppetant, prudenter poſſunt determinare aſſenſum ex authoritate alterius, quæ aliquando maioris eſt ponderis, quàm voa, aut altera ratio ſolùm probabilis, aut veriſimilis, vt notat Sanchez *lib.* 1. *in Decal. c.* 9. *cit. num.* 8.

9. *Quomodo vir doctus poſſit, aut non poſſit ſequi ſententiam aliorū contra propriam.*

Si quis tamen vir doctus opinionem de nouo excogitatam ab aliquo, non putaret habere bonas rationes, & contrariam antiquiorem, pro qua communiter ſunt Doctores, putaret habere rationes ſatis vrgentes, non poſſet ſecundùm illam dare conſilium, aut operari: quia ſola authoritas vnius, quando eſt deſtituta rationibus, non ſufficit ad faciendam opinionem probabilem contra communem aliorum, vt ſubdit Sanchez *cap.* 9. *cit. num.* 9. Vaſq. 1. 2. *diſp.* 62. *cap.* 4. *num.* 17. Suar. *lib.* 7. *de legib. cap.* 11. *num.* 8. Et contrà, quanuis aliquis vir doctus pro ſua noua opinione habeat rationes, quas ipſe ſibi noo poteſt ſoluere, neque ab aliis putat ſolui; adhuc tamen poteſt putare probabilem, opinionem aliorum, & ex illa conſilium dare, & operari: quia ſæpè contingit, vt poſt aliquod tempus ſolutiones occurrant: ſi quis tamen certò ſibi perſuaderet, quòd ſua ratio oon poteſt ſolui, & quòd ſuam ſententiam efficaciter probat, & omninò euincit; non poſſet oppoſitam aliorum putare probabilem, eámque ſequi, vel in conſilio, vel in opere, vt notat Valent. 1. 2. *diſp.* 2. *qu.* 12. *puncto* 5. *quaeſtiunc.* 1. Vaſq. 1. 2. *diſp.* 62. *cit. num.* 8. Sayr. *lib.* 1. *clau. reg. cap.* 6. *num.* 7. Sanchez *lib.* 1. *in Decal. c.* 9. *cit. num.* 6. quia ſuam ſenteotiam putaret omninò neceſſariam, & per conſequens oppoſitam putaret impoſſibilem, neque poſſet putare probabilem.

11. *Ad opinionē probabilem requiritur, vt communiter exiſtimetur non continere errorem.*

Tertiò, quòd opinio probabilis, ſiue ſit plurium Doctorum, ſiue tantùm vnius, debeat communiter exiſtimari non continere errorem, patet ex dictis: quia, ſi contra illam ſit decretum alicuius Pontificis, aot Concilij; vel ratio aliqua ita efficax, vt eam euidenter conuincat erroris, & falſitatis; certum eſt, quòd non poteſt ampliùs cenſeri probabilis.

12. *Et vt nitatur rationabilibus fundamentis.*

Denique, quòd prætereà debeat niti rationabilibus fundamentis, quæ erat vltima pars concluſionis initio poſitæ, patet ſimiliter: quia *cap. Capellanus. de feriis.* ex eo dicitur vna ſententia eſſe melior altera, quia nititur meliori, & ſubtiliori ratione; atque ita ſupponitur, quòd etiam illa, quæ eſt minùs bona, nitatur aliqua ratione: & alioqui certum eſt, quòd ſi aliquis aſſenſus de re, quæ non eſſet nota ex terminis, haberetur ſine ratione, & contra communem ſententiam aliorum, eſſet temerarius, & improbabilis; & per conſequens non benè, & conuenienter aſſumeretur, vt regula operationis.

13. *Probabilia ex Ariſtotele, quæ dicantur.*

Et ex Ariſtot. 1. *Top. cap.* 1. abſolutè probabilia illa dicuntur, quæ videntur omnibus, aut plurimis, aut ſapientibus: quia, ſcilicet, moraliter impoſſibile eſt, vt omnibus, aut plurimis, aut ſapientibus aliquid videatur ſine ratione: & ideò 1. *Ethic. c.* 4. hæc eadem probabilitas opinionis clariùs explicatur per rationem; & illæ opiniones dicuntur etiam probabiles, quæ videntur rationem aliquam in ſe habere.

14. *Rudiores non poſſunt ſequi in conſcientia id, quod inuenerint in vno, aut altero ex antiquioribus; poſſunt autē, ſi inuenerint in aliquo ex recentioribus.*

Atque ex his rectè colligit Sanchez *lib.* 1. *in Decal. cap.* 9. *cit. num.* 10. ex Salone 2. 2. *quaeſt.* 63. *art.* 4. *controu.* 2. *not. vlt.* eos, qui non ſunt ſatis verſati in rebus moralibus, non poſſe tuta conſcientia ſequi id, quod inuenerint in vno, aut altero Doctore antiquo: quia poſſunt timere, ne id ſit antiquatum ex aliquo poſteriori decreto, aut aliter ſit factum improbabile: poſſe autem tuta conſcientia ſequi id, quod inuenerint in vno, aut altero ex recentioribus, ſi ſit grauis: quia de illo id non poſſunt timere.

15. *Poteſt aliqua opinio eſſe*

Et ſimiliter hæc, quæ diximus de iudicanda opinione probabili ex grauitate, & pondere authoritatis, & rationis, maximè debent intelligi, per ſe loquendo,

probabilis pro ſolo caſu neceſſitatis, & non citra illum.

loquendo, & extra caſum neceſſitatis: quia, ſi contingat grauis neceſſitas, hîc, & nunc operandi, propter periculum aliquod imminens ſalutis ſpiritualis, aut corporalis; benè poteſt cenſeri ſufficienter probabilis illa opinio, quæ alioqui extra illum caſum neceſſitatis, & periculi, talis non eſſet, vt notat Sot. *de tegen. ſecreto, memb. 3. quaſt. 2. concl. 3.* Sanchez *lib. 2. de matrim. diſp. 36. num.* 8. Reginald. *in prax. lib.* 13. *cap.* 10. *num.* 89. & alij apud ipſos. Et hac ratione benè poteſt conferri Baptiſmus in ſola extremitate digiti, ſi partus, v. g. periclitetur, & illam ſolam oſtendat; & benè poteſt conferri abſolutio ſacramentalis infirmo, qui ante aduentum Sacerdotis dedit ſigna contritionis, & petiit Confeſſarium; & poſteà Sacerdote præſente non poteſt ampliùs illa dare: quanuis enim hæc, & ſimilia, quæ aliqui Doctores aſſerunt, vt ſimpliciter probabilia, reuerà non ſint ſufficienter probabilia, ſi conſiderentur per ſe, & extra caſum periculi, & neceſſitatis; in illo tamen prudenter poſſunt exiſtimari vt probabilia, & licitè poteſt quis ex illis operari, non habita magna ratione vllius alterius, quàm huius tantummodo, quòd non contineant manifeſtum errorem, & pro ſe habeant aliquam authoritatem & rationem.

16. *Penes quid attendatur grauitas authoritatis Doctorum.*

Quòd ſi quæras, penes quid ſit attendendum pondus, & grauitas authoritatis Doctorum, ex qua dicitur eſſe regulãda probabilitas opinionis magis, quàm ex multitudine & numero: Reſpondeo cum Conrado *de contr. tract. 7. q. 100. concl. 1. §. Cauſa autem.* & Reginal. *in prax. lib. 13. c. 10. n.* 90. Primò, eos Doctores rationabiliter cẽſeri maioris authoritatis, qui regulariter creduntur in ſuis opinionibus magis attigiſſe veritatẽ, & in paucioribus deprehenduntur erraſſe: quia enim ex ſimilibus benè præſumitur de ſimilibus; etiam ex veritate plurium aliarũ opinionũ poteſt benè præſumi de veritate illius, quam in præſentia quærimus. Secũdò, pluris eſt facienda authoritas illorum, qui fuerunt regulariter vitæ integrioris & melioris, quia propterea credi poſſunt magis fuiſſe illuminati à Deo, iuxta illud Pſal. 110. *Initium ſapientiæ, timor Domini.* & illud Eccleſ. 37. *Anima viri ſancti enunciat aliquando vera, pluſquàm ſeptem circunſpectores ſedentes in excelſo ad ſpeculandum.* Tertiò, illi pluris ſunt faciendi, qui plus inſudarunt in rebus illius generis; vt, v. g. in rebus theologicis moralibus; non autem in ſolis ſpeculabilibus; vel etiam ſolùm in iis, quæ ſpectant ad iuris prudentiam: & hoc modo in iis, quæ ſpectant ad legem diuinam, & ad conſcientiam, pluris eſt facienda authoritas Theologorum, quàm Iuriſtarum; & contrà in iis, quæ ſpectant ad forum contentioſum, & ad leges humanas, pluris eſt facienda authoritas Iuriſtarum, vt etiam notat Sylu. *verb. opinio, num.* 2. *versùs finem:* & inter Theologos in rebus moralibus, & agibilibus, non magni eſt facienda illorum authoritas, qui in ſolis apicibus rerum ſpeculabilium ſunt verſati; ſed multò pluris eſt facienda authoritas illorum, qui ſunt verſati in rebus practicis. Quartò, magni eſt facienda illorum authoritas, quos apparet non eſſe motos ad aliquid aſſerendum particulari aliquo affectu; vt, v. g. ſpe lucri, aut gratiæ Principum; ſed ſolo amore veritatis: ſiquidem affectiones facilè peruertunt iudicium: & hac de cauſa eſt magis credendum iis Doctoribus, qui rem diſputant per modum lecturæ, quàm Aduocatis, qui huic, vel illi parti patrocinantur: & in iis, quæ controuertuntur inter viros duplicis Ordinis, aut Religionis, magis eſt credendum Doctoribus alicuius Ordinis tertij. Et denique, cæteris paribus, pluris ſunt faciendi Doctores antiqui, quam moderni, vt notat Sylu. *verb. opinio, num. 2. cit.* cùm antiquitas, & temporis diuturnitas multùm addat authoritatis.

17. *Quid requiratur ad hoc, vt aliqua opinio dicatur cõmunis.*

Quid verò præterea requiratur ad hoc, vt aliqua opinio poſſit dici communis, patet ex dictis *ſuprà, num.* 2. & Nauar. *in Man cap* 17. *num.* 289. & notat Sanchez *lib. 3. de matrim. diſp. 44. num. 2. & lib 1 in Decal. cap. 9. num.* 9: neque enim id eſt attendendum ex numero illorum Authorum, qui inhærẽtes priorum dictis, non multùm curant diſcutere rationes; ſed maximè ex illis, qui diligentiùs rem examinant; & ideò ex Nau. *loc. cit.* magis eſt dicenda communis illa opinio, quæ habet ſex, vel ſeptẽ Authores claſſicos, qui ex profeſſo rem tractãt, quàm illa, quæ habet quinquaginta ex aliis, qui ſolùm ducuntur authoritate priorum.

18. *Poteſt cõtingere, vt vtraque pars cõtradictionis ſit opinio cõmunis.*

Et nihil repugnat ex eodem Sanchez *lib. 1. in Decal. cap. 9. cit. num.* 12, quòd ſimul vtraque pars contradictionis poſſit dici opinio cõmunis, ſi vtraque habeat multos ex Authoribus claſſicis, vel vtraque ab iiſdem Authoribus propter diuerſas rationes aſſeratur eſſe probabilis: nam, quanuis per medium intrinſecum benè intellectum, & penetratum; id eſt, per proprias cauſas, aut effectus, vel etiam per abſurda, & impoſſibilia, quæ conſequuntur, non poſſit intellectus ſimul aſſentiri; etiam probabiliter duobus contradictoriis, vt notat Vaſq. 1. 2. *diſp. 62. cit. num* 10. & Azor. *p. 1. lib. 2. cap. 16. quaſt. 2. & 3. & cap. 17. quaſt. 7.* ſiquidem id expreſsè repugnat principio metaphyſico omnium primo, circa quod non contingit mentiri, vt dicitur 4 *Metaph. text.* 8. id eſt, impoſſibile eſt, idem ſecundùm idem alicui ineſſe, & non ineſſe, vt ibidem ſubditur *text.* 9. nihil tamen repugnat, quominùs per medium extrinſecum, vel etiam per intrinſecum, non benè intellectum & penetratum, ſimul cum aſſenſu directo, & probabili ad vnã partem, habeatur alius aſſenſus reflexus de probabilitate alterius partis; & dum aliquis, v. g. ex medio probabili habet hunc actum directum, quòd beneficium tenue obliget ad Horas canonicas, ſimul habeat etiam hunc alium actum reflexum, quòd ſit probabilis etiam oppoſita ſententia, quòd non obliget, cùm iſti aſſenſus non ſint contradictorij, vt ex ſe patet. Et idem eſt, ſi quis ex eodem medio diuerſimodè cognito, aut applicato, vel etiam ex diuerſis mediis extrinſecis, & ex authoritate diuerſorum Doctorum, ſimul habeat hos duos actus reflexos: Probabile eſt, quòd beneficium tenue obliget ad Horas canonicas. &, Probabile eſt, quòd non obliget. Et ſi huiuſmodi propoſitiones de probabilitate vtriuſque partis ſimul aſſerantur ab iiſdem Doctoribus, ſimul eueniet, vt de vtraque parte contradictionis ſit communis opinio.

Sed, quanuis hæc ita ſint, & ad opinionem aliquam iudicandam communem, ſit magis habenda ratio qualitatis Doctorum, quàm numeri, & multitudinis; negari tamen non poteſt, quin, cæteris paribus, magni ſit facienda etiam pluralitas, & multitudo, vt benè notat Conrad. *de contract. lib. tract. 7. quaſt.* 100. *concl. 1. cit.* ſic enim *cap. Placuit. d.* 16. ex S. Iſidoro *in epiſtola ad lectorem ſuum*, Canones Apoſtolorum ideò dicuntur eſſe præferendi cæteris Conciliis; quanuis ab aliquibus dicantur apocryphi; quia plures eos receperunt: & *cap. Puto. 2. quaſt.* 7. ex S. Auguſt. *lib. 2. de Bapt. contra Donatiſtas, cap.* 1. quod eſt firmatum per ſtatuta vniuerſæ Eccleſiæ, hac de cauſa dicitur eſſe præferendum authoritati vnius Epiſcopi, vel Concilio vnius prouinciæ: & *cap. In Canonicis. d.* 19. ex eodem S. Auguſt. *lib. 2. de doctrina Christiana, cap.* 8. ex Scripturis, quæ non ab omnibus recipiuntur, illæ dicuntur

eſſe præferendæ, quas recipiunt plures, & grauiores;non autem illæ,quas recipiunt plures,& minoris authoritatis. Er ſi contingat,alias à pluribus,& alias à grauioribus recipi,(quanquam hoc iouenirі vix poſſit;) ſubduntur eſſe omnes habendæ æqualis authoritatis ex ſententia Sancti Auguſtini: quia, ſcilicet, fieri poteſt, vt aliquando grauitas Doctorum pro vna opinione compenſetur pluralitate eorundem pro alia: quia,ſcilicet,pluralitas non eſt ſola,ac mera plutalitas eorum, qui ſequuntur alij alios,ſicut oues & aues, vt *ſuprà* diximus ex Nau. ſed habet adiunctam etiam aliquam grauitatem,& abſolutè eſt compeoſabilis.

19. *Si vna opinio habeat plures Authores, & alia meliores, vtrùm vna ſit alteri præferenda.*

DISPVT. XII.

An,& quomodo ſit licitum operari ex opinione probabili, omiſſa alia probabiliore, etiam propria ipſiuſmet operantis,& magis tuta.

1. *Licitum eſt omittere opinionem probabiliorem.*
2. *Quomodo ſit licitum conſulere plures, & plures Doctores, donec vnus ad voluntatem reſpondeat.*
3. *Quanta probabilitas requiratur in aliqua opinione ad hoc vt poſſit tutò eligi.*
4. *Opinio parum probabilis, poteſt in aliquo caſu eſſe tuta ſufficienter.*
5. *Opinio probabilior poteſt omitti, etiamſi ſit propria ipſiuſmet operantis.*
6. *Nec eſt neceſſarium, vt opinio propria deponatur.*
7. *Opinio probabilior poteſt omitti, etiamſi ſit tutior.*
8. *Opinio per ſe parum tuta poteſt eſſe tutiſſima pro aliquo caſu.*
9. *Non eſt ſacrilegium, ſi Sacramenta ſimpliciter conferantur in materia, aut forma ſolùm probabili.*
10. *Confeſſarius ſolùm probabilis licitè poteſt in caſu neceſſitatis ſacramentaliter abſoluere.*
11. *Opinio ſatis tuta ex vno capite poteſt non eſſe ſatis tuta ex alio capite.*
12. *Baptiſmus collatus per formam ſolùm probabilem,ex quo capite ſit illicitus.*
13. *Quare in materia charitatis ſit ſequenda opinio certa, & ſimpliciter tuta; non autem ſufficiat opinio probabilis.*
14. *Quid ſit faciendum, ſi quis in articulo mortis confiteatur cum ſola attritione cognita.*
15. *Si quis in articulo mortis nolit repetere confeſſionem informem,adhuc eſt abſoluendus.*
16. *Quomodo poſſit dari conſilium de reſtitutione ſolùm probabili.*
17. *Miniſter Sacramentorum non tenetur cum periculo vitæ adhibere materiam, aut formam certam;ſed poteſt adhibere etiam probabilem.*
18. *Referuntur,qui aliter ſenſerunt de opinione magis,aut minùs probabili, & tuta,ſequenda,aut non ſequenda.*

BREVITER eſt dicendum,quòd non peccat is, qui ſequitur opinionem probabilem, omiſſa probabiliore, ſiue hæc probabilior, quam omittit, ſit aliorum,ſiue propria ipſiuſmet operantis,& ſiue alia minùs probabilis,quam ſequitur,ſit tutior,ſiue minùs tuta. Ita Suar *de cenſur. diſp.*40.*ſect* 5.*num.* 6.Vaſq.*part.*2.*diſp.*62.*cap.*4.*num.*14. Sanchez *lib.*1. *in Decal.cap.* 9. *num.*14. Valent.1.2. *diſp.*2. *qu.*14. *puncto* 4. Azor *part.*1.*lib.*2.*cap.*16.*quæſt.*3. Leſſ. *lib.* 2.*cap.*29.*num.*68. Henriq.*lib.*14 *c.*3.*n.*3.Reginal. *in praxi,lib.*13.*c.*10.*n* 95.*& ſequen.* Medin. 1.2.*qu.*19. *art.*6.Bañes 2.2.*q.*10 *art.*1.& alij.

Prima pars, quòd liceat omittere opinionem probabiliorem, ſaltem in hominibus rudibus, & indoctis;eſt certa: quia,cùm nun poſſint per ſe iudicare de probabilitate opinionis, eo ipſo, quòd conſulunt viros doctos, prudenter agunt, ſi eorum opinionem ſequantur, neque tenentur vlteriùs inueſtigare,quinam ex illis ſint doctiores, & qui teneant probabiliorem ſententiam.

1. *Licitum eſt omittere opinionem probabiliorem.*

In hominibus verò doctis, & vniuerſaliter in omnibus, probatur: quia eo ipſo,quòd viri docti, quorum eſt iudicare de probabilitate opinionum, opinionem aliquam iudicent non continere errorem, & niti rationabilibus fundamentis, iudicant, eam poſſe in praxi tuto admitti, & rationabiliter illos agere, qui ex illa agunt;& quòd præterea iudicent, ſententiam oppoſitam eſſe probabiliorem, & rationabiliùs agere alios, qui agunt ex oppoſita, ſolùm putant id pertinere ad conſilium, ex quo ſolo tenemur ad id, quod eſt melius; non autem pertinere ad præceptum, quod ſatis impletur per hoc,quòd fiat id,quod eſt bonum, etiamſi non fiat id,quod eſt melius.Et quemadmodum,ſi inter Doctores ſit controuerſum, vtrùm aliquid ſit credendum de fide,vel non ſit credendum,licitè creditur, aut non creditur,prout quiſque voluerit:ita,etſi ſit controuerſum, vtrùm aliquid ſit faciendum, vel non ſit faciendum ex aliqua alia virtute, licitè fit, aut non fit.Et ratio eſt: quia in vtroque caſu obligatio legis credendi,aut hoc,vel illud faciendi,non eſt ſufficienter propoſita,aut promulgata, quandio manet probabilitas pro vtraque parte;& ideò ſemper manet libertas ad vtranque partem. Neque ex hoc,quòd quis omittat ſententiam probabiliorem, vlli periculo peccandi ſe exponit; ſicut neque ex eo,quòd omittat id, quod eſt melius,cùm nemo ad id teneatur, niſi ex conſilio: alioqui enim etiam peccarent, qui non ſequerentur vitam religioſam, & caſtitatem, cùm certum ſit, eam eſſe longè meliorem, quàm ſit vita ſæcularis, & matrimonium. *cap.Nuptiæ.*32.*quæſt.*1.Quo verò modo in hoc caſu de conſcientia probabili non valeat regula iuris,quòd in dubiis tutior pars ſit eligenda, *cap Iuuenis de ſponſal.* patet ex dictis *ſupra* de conſcientia dubia: qui enim operatur ex conſcientia probabili, non eſt dubius,cùm ſit planè certus, quòd bene operetur.

Atque ex hoc principio excuſat Sanchez *lib.*1. *in Decal.cap.*9.*cit.num,*24. ex Franciſco Zumel. 1. 2.*quæſt.*76 *art.*1.*diſp.*4.*in fine*,eum,qui conſulit plures, & plures Doctores, donec aliquem inueniat, qui ad voluntatem, & placitum illius det conſilium.Nam,quamuis Nauar.*in Man.cap.*17.*num.*83. ex Adriano *in* 4.*in materia de reſtit. quæſt,*88.*verſ. His præmiſſis.* neget, huiuſmodi hominem eſſe in bono ſtatu; id tamen ſolùm videtur intelligendum, quando id facit ad veritatem potiùs occultandam, quàm inueſtigandam; neque adhibet diligentiam, vt certiùs cognoſcat, vtrùm opinio illius Doctoris ſit verè probabilis; non autem, ſi id faciat, animo inueſtigandi veritatem, & ſequendi opinionem, quam inuenerit ſibi fauere,& eſſe verè probabilem: ſicut enim vnuſquiſque ius habet, vt quærat, & protegat res ſuas; ita & ius habet, vt quærat patronos ad illas protegendas,& defendendas.

2. *Quomodo ſit licitum conſulere plures, & plures Doctores, donec vnus ad voluntatem reſpondeat.*

Quòd ſi quæras, quanta debeat eſſe opinionis 3.

alicuius

Quanta probabilitas requiratur in aliqua opinione, ad hoc vt poſſit tutò eligi.

alicuius probabilitas, ad hoc, vt tuta conſcientia poſſit eligi, omiſſa alia probabiliore: Reſpondeo, id non poſſe vniuerſallter ſtatui; ſed prudenti iudicio eſſe determioandum de vnaquaqoe opinioοe in particulari: per ſe tamen loquendo, certum videtur, quòd non eſt ſatis, ſi opinio ſolùm ſit non euidenter falſa, & omni probabilitate non deſtituta: quia non eſt prudentis in tantas anguſtias ſe redigere.

4\. *Opinio parũ probabilis poteſt in aliquo caſu eſſe tuta ſufficienter.*

Dixi autem, *per ſe loquendo*: quia ex accidente in duplici caſu poteſt eſſe licitum ſequi opinionem, tantùm non euidenter falſam, & omni probabilitate noo deſtitutam, vt ſubdit Sanchez *lib. 1. in Decal. cap. 9. cit. num. 25. & lib. 2. de matrim. diſp. 36. n. 8.* ex Soto *de tegen. ſecreto, memb. 3. quaſt. 2. concl. 3.* Nauar. *in cap. Inter verba. in 2. edit. coroll. 53. num. 135.* Suar. *de cenſur. diſp. 40. ſect. 5. num. 13.* Valen. *t. 2. diſp. q. 2. 14. puncto 4. quaſtiunc. 4.* Reginal. *in praxi, lib. 13. cap. 10. num. 89.* & nos etiam *ſuprà* indicauimus *diſp. pracedente, num. 15.* id eſt, quando vrget ſubitus aliquis caſus; neqoe tunc poteſt adhiberi maior diligentia ad intellectum rationibus probabilibus determinandum: & prætereà, quando imminet graue aliquod damnum, aot periculum, niſi operatio fiat ex illa opinioοe: in primo enim caſu, ſi adhibeatur diligentia, quæ tuoc poteſt, pro loco & tempore, ad intellectum determinandum; ſatis prudenter determinatur; & omnis alia ignorantia melioris determinationis pro illo tempore eſt inuincibilis, & excuſatio ſecundo verò caſu magnitudo ipſa periculi, aot damni, quod imminet, facit, vt talis opinio pro tali caſu iudicetur rationabilior, quàm alioqui per ſe ſit, extra caſum periculi: & hoc modo infanti periclitanti in vtero rationabiliter, & prudenter dator Baptiſmus, etiam in ſola extremitate digiti, ſi hæc ſola appareat; & infirmo, qui ante aduentum Confeſſarij dedit ſigna contritionis, prudenter datur abſolutio ſacramentalis, vt *ſuprà* diximus *diſp. pracedente*; & Medicus in caſu iam deſperatam rationabiliter poteſt dare medicinam parum probabilem, & ſic de aliis.

5\. *Opinio probabilior poteſt omitti, etiãſi ſit propria ipſiuſmet operãtis.*

Secunda pars, quòd opinio probabilior, quæ omittitur, poſſit eſſe etiam propria ipſiuſmet operantis, probatur ex caſu poſito *diſputatione pracedente*, de illo, qui primus excogitat opinionem aliquam probabilem, & propter bonitatem rationis, qua illam fundat, putat eam eſſe longè probabiliorem, quàm ſit oppoſita aliorum: quia enim cum aſſenſu directo, v. g. quòd beneficium tenue obliget ad officium, poteſt ſimul habere aſſenſum reflexum, quòd ſit probabile etiam oppoſitum, quòd non obliget; licitè poteſt etiam pro conſcientia, & dictamine practico dirigente, vti hoc ſecundo aſſenſu reflexo, eúmque tantùm applicare, vt directiuum operationis, manente altero aſſenſu directo in ſua veritate quaſi ſpeculatiua. Et idem eſt de eo, qui obedit Superiori præcipienti ex opinione probabili, quam tenet Superior; ſed contra illam, quam ipſemet, qui obedit, putat probabiliorem: ſiue enim Superior præcipiat ex opinione, quam putat probabiliorem; ſiue ex illa, quam putat ſolùm probabilem; certum eſt, quòd poteſt accidere, vt ſubditus probabiliorem exiſtimet opinionem oppoſitam; & tamen adhuc teneatur obedire, & re ipſa ſequi opinionem ſuperioris probabilem, omiſſa propria, quam ipſe putat probabiliorem.

Neque eſt hoc loco pluribus examinandum, vtrùm is, qui hoc modo operatur contra propriam opinionem, verè habeat aſſenſum directum contradictoriom; & dum ex proprio ſenſu occurrit, v. g. aſſentiri, quòd beneficium tenue obliget ad officium, ſimul aſſentiatur ex ſenſu alieno, quòd noo obliget: ſi enim dicatur, quòd non poſſit habere huiuſmodi aſſeuſum; ſicut neque is, cui occurrit medium ſcientificum pro vna parte contradictionis, poteſt habere aſſenſum reflexum de probabilitate alterius partis; ſatis tamen eſt, ſi habeat aſſenſum reflexum de probabilitate alterius partis; & quòd omninò liceat etiam illam ſequi in operatione.

6\. *Neque eſt neceſſarium, vt opinio propria deponatur.*

Atque hac ratione non eſt neceſſarium, vt qui ſequitur opinionem probabilem contra propriam, deponat omninò propriam, vt volunt aliqui apud Azor. *lib. 2. cap. 17. quaſt. 7.* & apud Sanchez *lib. 1. in Decal. cap. 9. cit. num. 15.* quia putant eſſe impoſſibile, vt, ſi quis retineat aſſenſum proprium, poſſit ſimul cum illo etiam habere aſſenſum contradictorium alienum: ſatis enim eſt, ſi habeat aſſenſum reflexum de probabilitate opinionis alienæ, vt diximus; etiamſi non habeat aſſenſum directum de ipſo obiecto.

Idque totum debet intelligi, etiam de illo, qui hanc habetet opinionem, quòd nõ liceat ſequi opinionem alienã omiſſa propria: adhuc enim poteſt ſuam hanc opinionem relinquere in praxi, & ſequi oppoſitam, ſi etiam illam putet probabilem. Quare, ſi quis probabilius putet, v. g. Confeſſionem informem non eſſe validam; & eum, qui informiter confiteτur, teneri confeſſionem repetere; vel etiam putet, non licere abſoluere infirmum, qui ſolùm dedit ſigna doloris, cùm adhuc Confeſſarius non eſſet præſens, neque vllum peccatum in ſpecie confeſſus eſt; & prætereà ſimul putet probabilius, quòd non liceat agere contra propriam opinionem; adhuc poteſt quoad hæc omnia ſimul, propriam opinionem omittere, & ſequi alienam, ſi etiam illam putat probabilem; nec peccabit, ſi pœnitentem confeſſum iofotmiter, non obliget ad confeſſionem iterandam; vel ſi infirmum abſoluat: & ſimpliciter non erit dicendus in his omnibus agere contra propriam conſcientiam, etiamſi agat contra propriam opinionem; quia, dum ſic operatur, non vtitur pro conſcientia ſua opinione, neque applicat ad operationem aſſenſum directum, quem habet de obiecto; ſed vtitur aſſenſu reflexo de probabilitate opinionis oppoſitæ, vt diximus.

7\. *Opinio probabilior poteſt omitti, etiamſi ſit tutior.*

Tertia pars, quòd ſit licitum ſeqoi opinionem probabilem, ſiue ſit tutior, ſiue ſit minùs tuta, probatur ex dictis circa primam partem: quia, quemadmodum ſolùm eſt de conſiliu, non autem de præcepto, ſequi partem probabiliorem, & prudentiùs agere; ita & ſolùm eſt de conſilio ſequi partem tutiorem, vt notat S. Anton. *part. 1. tit. 3. cap. 10. §. 10. in regula.* Nauar. *in Man. cap. 27. num. 280. & in cap. Si quis autem. de pœnitent. d. 7. num. 34.* Suar. *de cenſur. diſp. 40. ſect. 5. à num. 14.* Sanchez *lib. 1. in Decal. cap. 10. num. 11.* & alij apud ipſum: & eo ipſo, quòd Doctores putant, aliquam partem eſſe ſufficienter probabilem, & ſufficienter tutam, nulli periculo ſe exponit, qui illam ſequitur, cùm abſolutè agat prudenter.

8\. *Opinio per ſe parum tuta, poteſt eſſe tutiſſima pro aliquo caſu.*

Quod autem diximus *ſuprà num. 4.* de ſententia ex ſe parum probabili, quòd ex accidente, & pro aliqoo caſu poteſt aliquando euadere maximè probabilis; vt, v. g. ſi non poſſit pro tunc adhiberi maior diligentia ad cognoſcendam ſententiam magis probabilem; vel immineat graue damoum, aut periculom; neque poſſit vitari, niſi operando pro tunc ex illa ſententia, & quòd in huiuſmodi caſibus rectè dicitur illa ſententia eſſe probabiliſſima pro illo loco, & tempore; idem eſt dicendum hoc loco etiam de ſententia parum tuta: fieri enim poteſt, vt ex accideote euadat tutiſſima, ſi noo poſſit per maiorem

diligentiam haberi tutior, vel vrgeat graue damnum, aut periculum, quod ſolùm ex illa poteſt vitari. Et hoc modo, qui eſt cooſtitutus in articulo mortis, tutiſſimè confitetur Coofeſſario dubio, aut probabili; id eſt, illi, quem ſolùm probabiliter ſcit eſſe ordinatum, & de quo habet formidinem, etiam quòd non ſit ordinatus: & qui noo poteſt aliter baptizare infantem periclitantem in vtero, niſi adhibendo guttam aquæ ad extremum digiti, tutiſſimè facit, ſi ſic baptizet, qoanuis hoiuſmodi ablurio ſit ſolùm materia probabilis; & qui non poteſt extorquere ab infirmo in extremis laborante confeſſionem peccatorum in ſpecie, tutus eſt, ſi abſoluat datis tantummodo ſignis doloris, & contritionis.

9. *Non eſt ſacrilegium, ſi Sacramenta ſimpliciter conferantur in materia, aut forma ſolùm probabili.*

Et ex hoc, quòd in huiuſmodi caſibus neceſſitatis non ſit ſacrilegium conficere Sacramenta ex materia ſolùm probabili; & ex opinione minùs tuta, rectè colligit Vaſq. 1.2. *diſp.63. cap.2. num.9.* qoòd etiam ſimpliciter non ſit ſacrilegium tali modo illa miniſtrare: ſiquidem, ſi ex ſe eſſet ſacrilegium, nolla poſſet dari oeceſſitas, aut vtilitas, quæ ab illo excuſaret, aut illud faceret licitum.

10. *Confeſſarius ſolùm probabilis licitè poteſt in caſu neceſſitatis ſacramentaliter abſoluere.*

Et in primo caſu, quem diximus de Confeſſario ſolùm probabili, rectè notat Suarez *tom. 3. de Sacramentis, diſp.16. ſect.1.* quòd neque etiam ipſe Confeſſarius peccet, ſi ſolùm probabiliter putans, ſe eſſe ordinatum, ſacramentaliter abſoluat in caſu neceſſitatis: quia, quanuis non debeat temerè ſe ingerere, & exponere ſe periculo faciendi irritum Sacramentum, cum graui iniuria ipſius Sacramenti; ſi tamen neceſſitas vrgeat, non dicitur temerè agere, ſed prudenter; & vt in tuto conſtituat, quantùm poteſt, ſalutem alterius, quæ eſt res maximæ neceſſitatis, dicitur permittere periculum, ſi quod eſt, nullitatis.

11. *Opinio ſatis tuta ex vno capite, poteſt non eſſe ſatis tuta ex alio capite.*

Sed in hac re, dum occorrit ſequenda opinio minùs tuta, diligenter aduerti debet, vt ſaltem ſit tuta ſufficienter ex omni parte, & omnibus benè penſatis: facilè enim poteſt accidere, vt quæ eſt tuta ſufficienter ex vno capite, oon ſit tuta ſufficiẽter ex alio: vt, verbi gratia, in materia Sacramentorum, quæ eſt tuta ſufficienter, quantùm eſt ex obligatione Religionis, qua tenemur ipſa Sacramenta dignè tractare, non ſit tuta ſufficienter, quantùm eſt ex obligatione charitatis, qua tenemur ſaluti noſtræ, & proximorum benè conſulere; id eſt, per media maximè certa, quando per illa poſſumus; non autem per media ſolùm probabilia: & præterea ex præcepto, & conſuetudine Eccleſiæ, quæ præcipit in Sacramentis adminiſtrandis adhiberi omnia certa, & prohibet probabilia, vt notat Vaſq. 1.2. *diſp.63. cap.2. num.4.* & Sanchez *lib.1. in Decal. cap. 9. num. 33.*

12. *Baptiſmus collatus per formam ſolùm probabilem, ex quo capite ſit illicitus.*

Atque hoc modo, ſi quis in conferendo Baptiſmo vteretur forma probabili, dicendo, v.g. Ego te baptizo in nomine Genitoris, Geniti, & Procedentis ab vtroque, prudenter quidem ageret, quantùm eſt ex obligatione religionis, oeque Sacramentum indignè tractaret; non tamen prudenter ageret, quantùm eſt ex obligatione charitatis, cùm in re maximè graui, & neceſſaria, exponat illum, quem ſic baptizat, periculo carendi vero Baptiſmo: & cùm teneatur, quantùm poteſt, præſtare Baptiſmum ſine omni vitio, præſtat vitioſum Baptiſmum, id eſt, expoſitum periculo oullitatis; & præterea ſine cauſa recederet à communi conſuetudine totius Eccleſiæ, quæ in huiuſmodi rebus habet vim legis, vt notat Vaſq. 1.2. *diſp.63. cit. cap.2. & 3.* Sayr. *lib.1. clau. reg. cap.7. num 4. & ſequentib.* Salas 1.2. *tract.8. diſp. de conſcientia, ſect.10. num. 93.* Sanchez *lib.1. in Decal. cap.9. num.33.* & alij apud ipſum.

Et idem eſſet, ſi quis ex opinione probabili, quòd ad validitatem, & effectum Sacramenti confeſſionis poſſit ſufficere attritio cognita, vt attritio; non autem requiratur attritio, ſaltem putata contritio; confiteretur in articulo mortis cum huiuſmodi attritione cognita, vel ex opinione probabili, quòd aliquod peccatum non ſit neceſſariò confitendum, illud omitteret, neque præterea haberet dolorem, qui etiam ad illud ſe extenderet: quanuis enim, qui ſic ageret, non peccaret contra integritatem Sacramenti, & quoad hoc ſequeretur opinionem tutam ſufficienter; peccaret tamen mortaliter contra charitatem erga ſe ipſum, exponendo ſe periculo carendi effectu Sacramenti, quando illo maximè iodigeret, neque poſſet alia via ſibi ſatia conſulere, cùm certum ſit ex S. Auguſt. *lib.1. de Baptiſ. contra Donatiſtas, cap.3.* quòd in rebus ad ſalutem animæ pertinentibus hoc ipſo quis grauiter peccat, quòd certis incerta præponit; ac proinde, qui ſic ageret, abſolutè non ſequeretur opioionem tutam ſufficienter, vt videre eſt apud Suarez *diſp.16. cit. de Sacram. ſect. 2.* Si quis verò extra articulum mortis confiteretur cum attritione cognita, vel omitteret peccatum probabile, non eſſet damnandus peccati mortalis ex Suar. *ibidem*: quia non ſe priuaret effectu Sacramenti, quando illo maximè indigeret, & facilè poſſet aliis viis ſupplere.

Et idem accideret etiam Medico, ſi daret infirmo medicinam probabilem, quando poſſet dare certam: ſimiliter enim, quanuis fortaſſe noo ageret imprudeoter, quantùm eſt ex regulis artis; maximè tamen ageret imprudenter, qoantùm eſt ex regulis charitatis, & iuſtitiæ, cùm omninò teneatur, quàm maximè poteſt, cooſtituere in tuto vitam infirmi.

Quare, quod dicimus, licitum eſſe ſequi opinionem minùs probabilem, & minùs tutam, omiſſa probabiliore, & magis tuta, facillimum eſt, quando agitur de honeſtate actionis ſolùm ex vno capite; vt, v. g. ſi quis probabiliter opinetur, ſe non teneri audire Sacrum, aut ieiuoare tali die: certus enim ſimpliciter poteſt eſſe, quòd non peccet, ſi omittat audire, aot ieiunare, etiamſi oppoſitum eſſet tutius. Et idem eſt, ſi quis omittat die feſto elicere actum contritionis, vt aliqui voluerunt; vel ſtatim confiteri, quando commodè poteſt, poſt contractam culpam mortalem, vt voluit S. Bonauent. apud Reginald. *lib.13. cap. 10. cit. num.95.* & ſic de aliis. At verò, quando honeſtas actionis eſt attendenda ex pluribus capitibus, non eſt ita facile; & benè debent expendi ſingula, vt iam diximus.

Quòd ſi quæras vlteriùs, quare ſufficiat opioio probabilis pro implenda obligatione, v.g. ex virtute religioois; non autem ſufficiat pro impleoda obligatione ex charitate, cùm etiam hæc non obliget ad id, quod eſt optimum, & tutiſſimum; ſed ſatis habeat, ſi fiat id, quod prudeoti iudicio eſt bonum & tutum: Reſpoodet Vaſq. 1.2. *diſp.63. c.3. n. 10 & 11.* & Salas 1.2. *diſp. de conſcien. ſect.10. n.92.* id eſſe, quia opinio probabilis, & prudens iudicium ſolùm poteſt honeſtare operationem, in quantum præciſe eſt ab ipſo operante; non autem poteſt facere validum Sacramentum, aut tribuere illius effectum, ſi fortè eſt inualidum, aut impeditum à ſuo effecto: & quia hoc ipſum periculum veræ nullitatis, aut inefficaciæ in Sacramentis, quod relinquit opioio probabilis, ſpecialiter eſt contra charitatem, qua quis tenetur ſibi, vel alteri certò conſulere, 13. *Quare in materia charitatis ſit ſequenda opinio certa, & ſimpliciter tuta, non autem ſufficiat opinio probabilis.*

lere, & vitare peticula; ideò ſpecialiter facit, vt in materia charitatis ſit ſequenda opinio certa,& ſimpliciter tuta ex omni parte; non autem illa,quæ eſt ſolùm probabilis, & cum periculo de nullirate Sacramenti.

14. *Quid ſit faciendũ, ſi quis in articulo mortis confiteatur cum ſola attritione cognita.*

Atque ex hoc recte infert Vaſq. *diſp.63.c.3.cit.n.*12. & Salas *ſect.*10 *cit.n.*93.quòd ſi quis in articulo mortis accederet ſolùm attritus per attritionem cognitam,& ex probabili opinione,quòd illa ſit ſatis ad validitatem,& effectum Sacramenti, poſtularet abſolui; mouendus omninò eſſet, vt conaretur habere contritionem: quia in tali caſu opinio illa probabilis,non eſſet probabilis ſufficienter,quãtùm eſt ex ratione charitatis;ſed,ſi pœnitens adhuc perſiſteret in ea opinione,& putaret eam eſſe probabilẽ ex omni parte, omninò eſſet abſoluendus, & relinquendus in illa conſcientia erronea,& Confeſſarius prudenter abſolueret,etiamſi fortaſſe abſolutio eſſet nulla, neque ipſe faceret contra charitatem proximi, ſed ipſemet pœnitens faceret contra charitatem ſui,volendo remedium ſolùm probabile; à quo tamen peccato etiam ipſe excuſaretur ratione conſcientiæ erroneæ.

15. *Si quis in articulo mortis nollet repetere cõfeſſionem informẽ, adhuc eſt abſoluendus.*

Et idem eſſet à fortiori,ſi quis in eodem articulo mortis nollet repetere confeſſionem informem ea probabili opinione, quòd fuerit valida: verè enim adhuc faceret confeſſionem ſufficienter integram, cùm in illa nihil omitteret ea malitia,ſed ſolùm ea opinione probabili;& ideò per huiuſmodi Confeſſionem, in qua aliam informem nollet repetere, omninò haberet etiam effectum Sacramenti.

16. *Quomodo poſſit dari cõſilium de reſtitutione ſolùm probabili.*

Ex hoc verò principio, quòd opinio debeat eſſe probabilis ex omni parte, & ſpecialiter ex obligatione charitatis, rectè ſubdit idem Vaſq *diſp.63.cit.n.*14.& Salas *ſect.*11.*n.*94. & 95. non ſequi, quòd ſi aliquis Doctor conſulatur de obligatione reſtitutionis, non poſſit dare conſilium de reſtituendo, ſi ſit opinio probabilis,etiam de oppoſito:quia eo ipſo videtur facere contra charitatẽ, obligando ad reſtitutionem ſolùm probabilem;& vt quis ſe ſpoliet iis rebus,in quibus,ſaltem ratione poſſeſſionis,eſt melioris conditionis. Contrà enim eſt: quia talis Doctor, non magis tenetur conſulere ex charitate bono illius,qui debet reſtituere, quàm alterius,cui debet reſtituere. Et quòd dicitur poſſeſſio facere meliorem conditionem poſſidentis,ſolùm intelligitur in dubio propriè dicto;non autem,quando habetur opinio probabilis pro vtroque.

17. *Miniſter Sacramentorum non tenetur cum periculo vitæ adhibere materiam, aut formam certam; ſed poteſt adhibere etiam probabilem.*

Similiter pro adminiſtratione Sacramentorũ addit Salas 1.2.*diſp.de conſcientia*, *ſect.*10.*n.*96. quòd, quamuis ex charitate ſemper teneatur miniſter adhibere materiam,aut formam certam, quantùm eſt ex ſe;ſi tamen tyrannus vellet introducere formam, aut materiam probabilem, & mortem illi comminaretur;licitè poſſet illam vſurpare:quia in tali caſu non teneretur cum tanto ſuo periculo conſtituere alium in tuto;ſicut neque teneretur haurire aquam in periculo ſuæ ſubmerſionis ex puteo, aut ex flumine,ad hoc vt conferret Baptiſmum,etiam homini maximè indigenti.

18. *Referuntur, qui aliter ſinſerunt de opinione magis, aut minùs probabili & tuta, ſequenda, aut non ſequẽda.*

Sed contra hanc totã concluſionẽ opinantur plures,quos videre eſt apud Salas 1.2.*diſp.de conſciẽtia*, *ſect.*5.*n.*46.& apud Sanchez *lib.*1.*in Decal.c.*9.*n.*13. Nam Sylu.*verb.dubium*, §.2. Angel. *verb.opinio,n.*2. Palud *in* 4.*d.*21.*q.*2.*art.*1.*concl.*1.aſſerunt,ex duabus opinionibus æquè probabilibus,ſemper eſſe ſequẽdam tutiorem,& tunc ſolùm poſſe eligi minùs tutã, quando eſt probabilior;compenſante, nimirum,exceſſu probabilitatis defectum ſecuritatis.Almainus *lib.*3.*Moral c.*3.ad bonitatem moralem negat ſufficere opinionem probabilem;ſed illam determinatè

ait eſſe ſemper ſequẽdam, quæ eſt probabilior. Cordub.*lib.*2.*q.*3.opinionem probabiliorem ait eſſe abſolutè ſequendam,ſiue ſit tutior,ſiue ſit minùs tuta: & ſi contingat, quòd vtraque ſit æquè probabilis; illam eſſe ſequendã,quæ eſt tutior; atque ita exceſſum probabilitatis ſemper præfert exceſſui ſecuritatis. Caiet *in Summa,verb.opinio*, contraria ratione præfert exceſſum ſecuritatis,& vniuerſaliter aſſerit, ex duabus opinionibus probabilibus, ſemper eſſe ſequendam tutiorem. Sed,quòd hæc omnia,& ſimilia ſint minùs vera, & minùs probabiliter dicta,patet ex dictis pro explicatione, & probatione ſingularum partium huius noſtræ concluſionis.

DISPVT. XIII.

Quomodo Doctores, & Præceptores, & Confeſſarij ſpecialiter peccent, aut non peccent,ſequẽdo, aut non ſequendo opinionem probabilem,omiſſa probabiliore.

1. *Doctores, & Magiſtri non ſemper tenentur docere ſententiam propriam.*
2. *Peccant tamen venialiter, ſi doceant alienam minùs probabilem ſine rationabili cauſa.*
3. *Et aliquando etiam mortaliter, ſi res ſit magni momenti.*
4. *Si quis doceat falſas opiniones,quomodo peccet.*
5. *Confeſſarius poteſt licitè ſequi opinionem probabilem pœnitentis.*
6. *Etiamſi talis opinio ſit in damnum alterius.*
7. *Et ipſe Confeſſarius non ſit proprius Paſtor pœnitentis.*
8. *Imò, etiamſi opinionem pœnitentis non putet probabilem, dummodo ſciat eam putari probabilem ab aliis.*
9. *Si Confeſſarius ſit proprius Paſtor pœnitentis, tenetur illum audire,& abſoluere: ſi verò non ſit proprius Paſtor, ſolùm tenetur abſoluere, poſtquam audiuit;& alioqui peccat mortaliter.*
10. *Confeſſarius tenetur abſoluere pœnitentem in articulo mortis,ſi ſolùm dedit ſigna contritionis.*

EX concluſione diſputationis ſuperioris iam explicata,facilè poteſt colligi ſolutio multarum quæſtionum, circa particulares perſonas, ſi de illis quæratur, vtrùm peccent, aut non peccent, ſequendo,aut non ſequendo opinionem probabilem, omiſſa probabiliore.

Primò enim,Præceptores,& Doctores non tenẽtur ſemper docere illam ſententiam, quam ipſi putant probabiliorem, quicquid aliqui dicant apud Salas 1.2.*diſp.de conſcientia,ſect.*6.*n.*69. nam,vt notat idem Salas *ibidem*,& Sanchez *lib.*1.*in Decal.c.*9.*n.*26. ſæpè accidit, vt prudentiùs agant, ſi doceant communem, & probabilem ſententiam aliorum,& ſuam reticeant,quæ fortè eſt noua,& aliquibus poteſt facere aliquod ſcandalum. 1. *Doctores, & Magiſtri non ſemper tenẽtur docere ſententiam propriam.*

Si tamen nulla ſit ratio, quæ prudenter ſuadeat reticere opinionem propriam,& quæ putatur probabilior;non peccat mortaliter Magiſter, aut Doctor,ſi ſuam reticeat,dummodo aliena,quam docet, ſit verè probabilis; ſed ſolùm peccat venialiter ex Sanchez *lib.*1.*c* 9.*n.*16.*cit.* quia non plenè ſatisfacit ſuo muneri;& aliquid iniuriæ facit diſcipulis, dum eos non docet fideliter ex propria ſententia, ſuámque doctrinam iis non communicat, prout tenetur. 2. *Peccant tamen venialiter, ſi doceãt alienã minùs probabilem ſine rationabili cauſa.*

Quòd ſi reticendo ſuam,doceat alienam,non ſolùm minùs probabilem,ſed etiã falſam,eámque doceat non ex inuincibili ignorantia, & poſt adhibitam diligentiam; ſed culpabiliter, & ſufficiente 3. *Et aliquando etiam mortaliter, ſi res ſit magni momenti.*

diligentia non adhibita; diligenter eſt attendenda materiæ grauitas, vt iudicetur de grauitate culpæ: ſi enim ſit res parui momenti, vt ſolent, v.g eſſe res Grammaticæ, aut res Logicæ, non peccabit mortaliter, ſi quis temerè, & ſine diligentia debita adhæreat opinionibus, non ſolùm parum probabilibus, ſed etiam falſis ex Sanchez *loco cit.* & Salas *diſp. cit. de conſcientia, ſect. 5. num.* 44. quia, vt dicitur *cap. In quibus. 22. qu. 2.* ex S. Auguſt. in Enchir. cap. 21. *In quibus rebus nihil intereſt ad capeſſendum regnum Dei, vtrùm credatur, an non; & vtrùm vera putentur, an falſa; in his errare, & aliud pro alio putare, non eſt arbitrandum eſſe peccatum; aut ſi eſt, minimum eſt, atque leuiſſimum.*

4. *Si quis doceat falſas opiniones, quomodo peccet.*

Sed, ſi quis huiuſmodi opinionibus falſis non ſolùm adhæreret interiùs, ſed etiam exteriùs eas doceret, mortaliter peccaret, ex eodem Sanchez *ibidem*, niſi fortè eſſet tantùm vna, aut altera; & tota doctrina falſitatis eſſet materia leuis: quia tunc, quemadmodum mendacium, aut deceptio leuis in aliis rebus eſt ſolùm venialis; ita & in actu docendi; ſed præſcindendo à leuitate materiæ, quòd ſit mortale, docere, v. g. falſam Grammaticam, aut falſam Logicam, patet ex en: quia eſt grauis deceptio: & ſi huiuſmodi Doctor doceat ex officio, etiam peccat contra iuſtitiam, & tenetur reſtituere ſtipendium, quod fortè accipit, vt tradunt Doctores communiter apud Sanchez *loco cit.*

Si verò huiuſmodi falſas opiniones aliquis habeat, aut doceat in rebus grauioribus, quales ſunt, v.g. res fidei, aut pertinentes ad mores, non eſt dubium, quòd peccet mortaliter, cùm auditores decipiat in re graui, & occaſionem errandi, & peccandi præbeat.

Si quis tamen in re morali falſam opinionem haberet ſolùm interiùs, & quaſi ſpeculatiuè, & abeſſet omne periculum, quòd deberet illa vti in praxi, aut ex illa conſilium dare, vel aliter præbere materiam ſcandali, non peccaret mortaliter ex Salas *ſect. 5. n. 44 cit.* quia ſimiliter etiam opiniones de rebus moralibus, quandiu habentur ſolùm ſpeculatiuè, & non adhibentur ad praxim, parum faciunt ad regnum Dei; & ideò in illis errare, vel nullum eſt peccatum, vel ſolùm leue, vt iam diximus ex S. Aug. & *cap. In quibus 22. qu. 2.*

5. *Confeſſarius poteſt licitè ſequi opinionem probabilem pœnitentis.*

Secundò, ex iam dictis de ſequenda, aut non ſequenda opinione magis, aut minùs probabili, colligitur, quid ſit dicendum de Confeſſario: nam in tradenda abſolutione licitè poteſt ſequi opinionem probabilem pœnitentis, & ſuam omittere: quia, ſicut pœnitens, illam ſequendo, non peccat; & ideò non eſt malè diſpoſitus ad abſolutionem; ita neque meretur, vt propterea illi negetur abſolutio. Ita Suarez *de pœnit. diſp. 32. ſect. 5.* Vaſq. 1. 2. *diſp. 62. cap. 7. num. 39.* Sanchez *lib. 1. in Decal. cap. 9. n. 28.* & omnes communiter apud ipſos.

6. *Etiamſi talis opinio ſit in damnum alterius.*

Idque eſt verum, etiamſi opinio probabilis, quam ſequitur pœnitens, ſit in damnum alterius: vt, v.g. ſi ſit de non reſtituendo: nam, quamuis Adr. *in 4. qu. 5. de Confeſſione, dubio 7. §. De ſecundo.* aſſerat, quòd Confeſſarius tenetur monere pœnitentem, vt deponat ſuam opinionem, quando eſt in damnum alterius; id tamen non videtur dictum rationabiliter, cùm Confeſſarius non teneatur conſulere in actu Confeſſionis bono tertij; & pœnitens non peccet, ſequendo opinionem probabilem, etiam de non reſtituendo.

7. *Et ipſe Confeſſarius non ſit proprius Paſtor pœnitentis.*

Similiter id eſt verum, etiamſi Confeſſarius non ſit proprius Paſtor pœnitentis, & non teneatur ex officio miniſtrare illi Sacramenta: hoc enim ſolùm facit, vt qui non eſt proprius Paſtor, poſſit ſine peccato non miniſtrare, & nolle illum audire; non autem facit, vt poſtquàm audiuit, non poſſit abſoluere, ſi videat eum ſequi opinionem probabilem, & abſolutè non peccare. Quare, quod ait S. Anton. *3. part. tit. 17. cap. 20 §. 2.* Sylu. *Confeſſio, 3. quæſt. 7.* & aliqui alij apud Vaſq. *diſp. 62. c. 7. cit. n. 36.* id ſolùm poſſe Confeſſarium, quando eſt proprius Paſtor, ſimiliter non videtur rationabiliter dictum, cùm nulla, quoad hoc, ſit maior ratio vnius, quam alterius.

8. *Imò, etiamſi opinionem pœnitentis nõ putet probabilem; dummodo ſciat, eam putari probabilem ab aliis.*

Imò, etiamſi vterque Confeſſarius opinionem pœnitentis putaret falſam, & improbabilem, adhuc poſſet pœnitentem abſoluere, vt notat Sot. *in 4. d. 18. qu. 2. art. 5. ad 5.* Valen. 2. 2. *diſp. 5. qu. 7. puncto vlt.* Sanchez *lib. 1. in Decal. cap. 9. cit. n. 30.* quia pœnitens non tenetur in ea re potiùs acquieſcere opinioni Confeſſarij, quàm aliorum, quos conſuluit: & ſatis eſt, quòd Confeſſarius ſciat eam opinionem putari probabilem ab aliis, ad hoc, vt videat pœnitentem non peccare, dum illam ſequitur, neque eſſe indignum abſolutione, & poſſe permitti, vt illam ſequatur etiam in futurum.

9. *Si Confeſſarius ſit proprius Paſtor pœnitentis, tenetur illum audire, & abſoluere: ſi verò non ſit proprius Paſtor, ſolùm tenetur abſoluere, poſtquã audiuit: & aliàs peccat mortaliter.*

Addit Vaſq *diſp. 62. c. 7. cit. n. 39.* ex Soto *loco cit.* quòd Confeſſarius, qui eſt proprius Paſtor pœnitentis, non ſolùm poteſt; ſed etiam debet pœnitentem audire, & abſoluere, ſi videat eum ſequi opinionem probabilem: quia tenetur ex officio illi conferre Sacraméta, non ſolùm in caſu, & tempore præcepti; ſed etiam extra huiuſmodi tempus, & quandocunque illa petierit. Alter verò Confeſſarius, qui non eſt proprius Paſtor, ſolùm poteſt nolle audire; quia ſimpliciter non tenetur: non autem poteſt nolle abſoluere, poſtquàm audiuit; quia faceret iniuriam Sacramento, dum illud ſine rationabili cauſa relinqueret imperfectum, & mutilum; & graue onus imponeret pœnitenti, ſi deberet, poſtquàm eſt vni confeſſus, iterum confiteri alteri: & in tali caſu, in quo hoc onus iterum confitendi, eſſet valdè graue, non excuſaretur talis Confeſſarius à culpa mortali, vt notat Suar. *de pœnit. diſp. 23. ſect. 5.* & Sanchez *lib. 1. in Decal. c. 9. num. 29.* quamuis communiter, quando Confeſſio ſolùm eſſet de venialibus, neque pœnitenti id eſſet valdè graue, ſolùm eſſet peccatum veniale; & ſatis excuſaretur Confeſſarius ex zelo propriæ opinionis, quam putat magis probabilem, vt ſubdit Vaſq. *num.* 40.

10. *Confeſſarius tenetur abſoluere pœnitentem in articulo mortis, ſi ſolùm dedit ſigna contritionis.*

Qui etiam docet, ſimiliter teneri quemlibet Confeſſarium, contra propriam opinionem abſoluere pœnitentem in articulo mortis, qui ſolùm dederit ſigna doloris; non autem ſpecialiter ſit confeſſus vllum peccatum: quia ſimiliter, cùm oppoſita opinio ſit valdè probabilis, & pœnitens tunc temporis maxime indigeat effectu Sacramenti, videtur habere ius, vt etiam ex illa opinione ei conferatur Sacramentum.

DISPVT. XIV.

Quid ſit dicendum de Medico circa ſequendam, aut non ſequendam opinionem probabilem, omiſſa probabiliore, in materia artis medicæ.

1. *Medicus licitè poteſt eligere opinionem probabilem inter Theologos, omiſſa probabiliore.*
2. *Non eſt licitum medicamentum probabile, quando ſuppetit certum.*
3. *Medicamentum dubium non eſt licitum, etiam quando non ſuppetit medicamentum certum.*
4. *Neque poteſt adhiberi gratia ſolùm experiendi.*

5. Medica

5. *Medicamentum probabile poteſt adhiberi, quando æger eſt iam deſperatus, neque ſuppetit medicamentum certum.*

6. *Medicamentum probabile potiùs eſt attendendum ex effectu, quàm ex ratione ſpeculatiua.*

7. *Probabilius eſt, quòd Medicus, ſaltem ex charitate, teneatur ſequi ſemper opinionem probabiliorem, & tutiorem inter Medicos.*

8. *Remedium, quod certò ſcitur non nociturum, & de quo dubitatur, vtrùm ſit profuturum, quomodo ſit adhibendum.*

OPINIONES probabiles, de quibus poteſt dubitari, vtrùm à Medico poſſint eligi circa materiam artis medicæ, omiſſis aliis probabilioribus, ſunt duplicis generis; id eſt, probabiles inter Theologos, de honeſtate, aut turpitudine huius, aut illius actionis medicæ, & de obligatione faciendi, aut omittendi hoc, vel illud, circa infirmum; & prætereà opiniones probabiles intet Medicos, de ſalubritate, aut inſalubritate medicamenti, & de propinanda, aot non propInanda, hoc modo, & tempore, huic, vel illi infirmo, hac, vel illa potione medica.

1\.
Medicus licitè poteſt eligere opinionem probabilē inter Theologos, omiſſa probabiliore.

Et quidem, ſi loquamut de opinione probabili inter Theologos, circa honeſtatem, aut turpitudinem alicutus actionis medicæ, vel circa obligationem faciendi, aut omittendi hoc, vel illud circa infirmum, licitè poteſt etiam Medicus, ſequi opinionem probabilem, & minùs tutam; neque tenetur ſequi prohabiliorem, & tutiorem. Ita Salas 1.2. *diſp. de conſcientia, ſect.* 14. *num.* 133. Azor. *par.* 1. *lib.* 2. *cap.* 17. *quæſt.* 11. Sancbez *lib.* 1. *in Decal cap.* 9. *num.* 37. Eadem enim eſt ratio Medici, & aliorum, quoad hoc; & tam Medicus, quàm alij prudenter operantur, dum operantur ex opinione probabili. Atque hoc modo, ſi Medicus dubitet, vtrùm poſſit exhibere medicinam probabilem, quando actualiter timet, ne ſit nocitura, & ſciat pro vtraque parte eſſe ſententias probabiles Theologorum; licitè poteſt alterutram ſequi, provt maluerit. Et ſimiliter, ſi dubitet de illo, quod habetur ex Cócilio Lateranenſi, ſub Innoc. III. *cap. Cùm infirmitas. de pœnit. & remiſſ.* quòd Medici, quando ad infirmos vocantur, debent ante omnia eos monere, & inducere, vt Medicos aduocent animarum: quod idem etiam iurant ex præcepto Pij V. quando recipiunt Doctoratum: ſi, inquam, dubitet de illa particula, *ante omnia*, vtrùm excludat, vt non priùs paciſcantor, etiam de ſuo ſtipendio, vt volunt aliqui ex Canoniſtis; an verò ſolùm, vt non priùs dent medicinam, vt vult Nauar. *in Man. cap.* 25. *num.* 61. & de illa particula, *moneant, & inducant*, vtrùm ſolùm importet, quòd in memoriam id reducant; an verò etiam, vt adhibeant adhortationes; & vtrùm id debeant præſtare immediatè per ſe ipſos; an verò ſufficiat, vt id præſtent etiam per alios, vt, v. g. per conſanguineos, Parochos, Confeſſarios: & de illa alia, *cùm ad infirmos vocantur*, vtrùm intelligatur de iis tantùm infirmis, quorum morbus, vel actu eſt grauis, vel præuidetur eſſe futurus granis; an verò vniuerſaliter de omnibus: licitum omnioò eſt Medico circa hæc omnia ſequi opinionem probabilem probatorum Theologorum.

Si verò loquamur de opinione probabili, quæ ſit inter Ipſos Medicos de ſalubritate, aut inſalubritate medicamenti, & de ptopinanda, aut non propinanda huic, vel illi ægroto, hac, vel illa potione; hæc poſſunt notari.

2\. Primò, non eſt licitum applicare medicamentum probabile, quando ſuppetit medicameotum certum. Ita Vaſq. 1.2. *diſp.* 64. *cap.* 4. *num.* 23. Azor. *par.* 1. *lib.* 2. *cap.* 17. *quæſt.* 11. Reginal. *in praxi, lib.* 13. *cap.* 10. *num.* 93. Sayr. *lib.* 1. *clau. reg. cap.* 10. *num.* 7. Sanchez *lib.* 1. *in Decal c.* 9. *num.* 38. & apud illum omnes communiter. Neque enim opinio in tali materia poteſt eſſe ſufficienter probabilis ex omni capite, & præcipuè, quantùm eſt ex obligatione iuſtitiæ, & charitatis erga infirmum, cùm ſemper debeat vita illius, quàm maximè poteſt, in tuto conſtitui; neque Medicus fideliter implet obligationem, quam contrahit, dum ſuſcipit curationem, & dum infirmos vitam ſuam illi fidit, & abſolutè non agit prudenter, ſi omittat medicamentum certum; & ideò peccat mortaliter, & eſt reus homicidij, ſi res alioqui ſit grauis, vt notant iidem Aothores.

Non eſt licitum medicamentum probabile, quando ſuppetit certum.

3\.
Medicamentum dubium non eſt licitū, etiam quādo non ſuppetit medicamentū certum.

Secundò, ſi medicamentum ſit propriè dubium, & neque habeatur aſſeuſus certus, neque probabilis de alterutra parte; ſed intellectus omninò pendeat, vtrùm ſit noxium, an ſalubre, non eſt licitum illo vti, etiamſi non ſuppetat vllum aliud medicamentum certum: qoia ſimiliter non eſt licitum operari ex conſcientia dubia; & qui applicat tale medicamentum, æqualiter applicat, ſiue ſit nociturum, ſiue ſit profuturum, & ſub diſiunctione vtrunque vult, & ſine ratione exponit periculo ſalutem infirmi. Ita Sanchez *lib.* 1. *in Decal. cap.* 9. *num.* 38. *cit.* & apud illum Nau. *in Man cap.* 25. *num.* 61. Sayr. *lib.* 1. *clau. reg. cap.* 10. *num.* 6. Azor. *par.* 1. *lib.* 2. *cap.* 17. *quæſt.* 11. Salas 1.2. *diſp. de conſcientia, ſect.* 14 *num.* 136. qui omnes ex hoc vlteriùs rectè colligunt, peccare Medicos, ſi gtatia experiendi, tribuant medicamentum dubium. Et addunt, quòd ſi ex regulis medicinæ non poſſit determinati aſſenſus ad vnam partem, totior pars eſt eligenda, vt, ſcilicet, infirmus relinquatur prouidentiæ diuinæ, non autem temerè exponatur nouo periculo: & alioqui, ſi Medico id liceret, malum illud accideret, quod Philemon apud Stobæum *tit. de Medicis*, dicebat, eſſe maximum in republica, vt Medico, & Aduocato liceat homines occidere ſine ſuo periculo: & quod conqueritur Plin. *lib.* 29. *cap.* 1. vt nulla ſit lex, quæ in Medico puniat inſcitiam capitalem; & hic ſine exemplo vindictæ ſinatur diſcere noſtris periculis, & experimenta per mortes agere; & denique Medico homines occidiſſe, impunitas ſumma ſit.

4\.
Neque poteſt adhiberi gratia ſolùm experiendi.

5\.
Medicamentum probabile poteſt adhiberi, quando æger eſt iā deſperatus, neque ſuppetit medicamentum certum.

Tertiò, ſi ſalus ægroti ſit aliunde iam deſperata, eiúſque mors ſit certa, neque ſuppetat medicamentum certum, licitè poteſt adhiberi medicamentum, quod probabiliter creditur profuturum; etiamſi habeatur ſimul actualis formido, quòd ſit nociturum. Ita Sayr. *lib.* 1. *clau. reg. cap.* 10. *num.* 9. & 10. & apud illom Cordub. *lib.* 3. *quæſt.* 5. *poſt* 1. *concluſ.* Reginal. *in praxi, lib.* 13. *cap.* 10. *num.* 99. Sanchez *lib.* 1. *in Decal. cap.* 9 *num.* 39. Valen. 2.2. *diſp.* 3. *quæſt.* 10. *puncto* 2. *col. penult. ante verſ. Altero modo.* Ratio eſt: quia, vbi non ſuppetunt remedia certa, ſed omnia in opinione ſunt poſita, ad nihil aliud lex charitatis, aut iuſtitiæ poteſt obligare, niſi vt poſt prudentem, ac diligentem examinationem, illud adhibeatur, quod probabiliter creditur profuturum; & cùm poſſit vita Infirmi iam deſperata reuocari ad aliquam ſpem, per remedium probabile, non eſt illi negandum tale remedium: quia, etiamſi per hoc, quòd ſimol timeatur; ne noceat, videatur addi de nouo non parum periculi, periculò alieri, quod adæquarè habebator ex morbo, & fortaiſſe infirmus conſtituatur in periculo citiùs moriendi, & vt mors illi acceleretur: quia tamen hoc vtrunque periculom redditur dubium, cùm anteà periculum ex ſolo morbo eſſet certum; meritò cenſetur ſolùm addi, quaſi extenſiuè, id eſt, apponi noua caoſa peri-

culi; non autem intenſiuè augeri quoad certitudinem,cùm reuerà totum periculum, quod conflatur ex morbo, & ex remedio dubio, ſit periculum dubium,& per conſeqnens minus. Idque totum meritò iudicatur etiam velle infirmus ipſe, & alij, ad quos pertinet vita infirmi:quia periculum de citiùs moriendo, quod fortè inducitur per hoc remediũ, ex hoc ipſo, quòd eſt periculum dubium, & cum ſpe ſimpliciter non moriendi,minoris ſit,quàm periculum certum,de moriendo aliquantò tardiùs:& abſolutè magnitudo periculi magis attenditur ex certitudine,quàm ex tempore, intra quod timetur euentus mali.

Et in hoc caſu Authores citati dicunt intelligi, quod communiter dicitur, dixiſſe Galenum inter alia Medicorum præcepta: *Audacter interfice*.quia, quando ægrotus eſt iam deſperatus, & remedium probabiliter creditur profuturum, non eſt curandum de formidine,quæ ſimul habetur,ne noceat:& ſi fortè contigerit, quòd ægrotus re ipſa moriatur ex tali remedio,non debet id culpæ tribui ipſi Medico,qui prudenter ſe geſſit.

6. *Medicamentum probabile potius eſt attendendum ex effectu, quàm ex ratione ſpeculatiua.*

Rectè tamen addit Sayrus *lib. 1.clau.reg.cap.*10. *cit.n.*12.*&* 13. probabilitatem opinionis in hac re, non tam eſſe attendendam ex ratione ſpeculatiua, quàm ex effectu,& experientia aliàs facta; & ſi aliqua opinio plùs habeat conformitatis ad principia ſpeculatiua,& minùs ad longam, & probatam experientiam, non eſſe cenſendam probabilem in ordine ad praxim, neque poſſe ex illa applicari remedium.

Neque exiſtimo,oppoſitum docere Innocent. *in cap.Tua nos.de homicid.* & aliquot alios ex Canoniſtis apud Sanchez *lib.*1. *in Decal.c.*9. *cit. n.*39. qui abſolutè negãt,licere Medico adhibere remedium, de quo dubitat,quòd ſit nociturum: vt enim notat Sayr.*lib.*1.*clau.reg.c.*10.*cit.n.*6. ſolùm loquuntur in caſu, in quo Medicus eſt verè dubius de vtraque parte; non autem in illo, in quo probabiliter, & prudenter eſt certus,quòd ſit profuturum,& ſolùm habet formidinem,& dubietatem,ne noceat:in hoc enim prudenter agit,ſi ſumat experimentum de iſta dubietate,vt diximus: & ſolùm in hoc caſu poteſt ſumere experimentum, id eſt, in caſu medicamenti probabiliter profuturi,& ſalutis infirmi iam deſperatæ; non autem in caſu medicamenti propriè dubij,vt notat Sayr.*n.*9.ex Cordub. *lib.*3.*q.*5.*cit.*

7. *Probabilius eſt quòd Medicus, ſaltem ex charitate, teneatur ſequi ſemper opinionem probabiliorẽ, & tutiorem inter Medicos.*

Quartò, probabilius eſt, quòd non ſit ſatis, ſi Medicus in applicatione remedij ſequatur opinionem quomodocunque probabilem, ſiue ſit propria,ſiue aliena; ſed debeat ſequi illam determinatè,quæ eſt probabilior, & tutior,& minùs periculi addit infirmo de morte acceleranda,& plùs ſpei de ſimpliciter fugienda:quamuis enim Azor.*par.*1.*lib.*2.*c.*17.*qu.*11.*cit.*&.Salas 1.2.*diſp.de conſcientia,ſect.*15.*n.*156. & aliqui alij apud Sanchez *lib.*1. *in Decal.c.*9.*n.*40.abſolutè aſſerant, quòd licitè poteſt ſequi quancunque opinionem probabilem; neque agit imprudenter,neque infirmo facit iniuriam, ſi illam ſequatur: longè tamen eſt probabilius,quòd ſaltem ex obligatione charitatis teneatur ſequi illam determinatè,quæ ſit probabilior,& tutior;cùm charitas petat,vt totum id præſtemus alteri, quod nobis volumus præſtari ab altero; & per conſequens,vt illi ſubueniamus certiori modo, quo poſſumus,vt notat Reginald. *lib.*13.*cap* 10.*n.*99.*cit.* & Sanchez *c.*9.*cit.n.*41. ex Soto *lib.*6.*de iuſtit.q.*6.*art.*5.*ad* 4.& aliis.

8. *Remedium, quod certò ſcitur non nociturum, & de quo dubitatur, vtrum ſit profuturum, quomodo ſit adhibendum.*

Quintò, ſiue ægrotus ſit deſperatus ex morbo, ſiue non,licitè poteſt Medicus, imò & debet applicare illi remedium,de quo eſt certus,quòd non nocebit,& eſt dubius,quòd ſit profuturum.Ita Valen. 2.2.*diſp.*3.*qu.*10.*puncto* 2.*col.penul.verſ. Altero modo.* & Sanchez *c.*9.*cit.n.*42.ſic enim dictat prudentia, & ſic vtiliter geritur res infirmi, dum non exponitur nouo periculo,& curatur pro viribus, vt minuatur periculum vetus: ſi tamen remedium, quod certò ſcitur non nociturum, vel nullam, vel ferè nullam habeat probabilitatem, quòd ſit profuturum;& infirmus, ſiue illud adhibeatur,ſiue nõ, in eodem,aut ferè eodem periculo manet; non eſt, quòd Medicus illud adhibeat,ne conuincatur facere aliquid fruſtrà,vt ſubdit Sanchez *ibidem*, & Salas 1.2.*diſp.de conſcientia,ſect.*14.*n.*135.

DISPVTAT. XV.

Quid ſit dicendum de Iudice, circa ſequendam,aut non ſequendam opinionem probabilem in ſuis iudiciis.

1. *Iudex poteſt licitè ſequi quancunque opinionem probabilem circa ſuam poteſtatem, aut circa honeſtatem ſua actionis.*
2. *Si partium iura iure ciuili ſint æqualia ex parte facti, non poteſt Iudex pro arbitratu vnam partem præferre alteri; ſed debet inter illas aliquo modo facere æqualitatem.*
3. *In pari cauſa melior eſt conditio poſſidentis.*
4. *In cauſis priuilegiatis, etiam paribus,debet vna præferri alteri.*
5. *Cauſa priuilegiata quæ ſint.*
6. *Iura ſunt promptiora ad abſoluendum, quàm ad condemnandum.*
7. *In re criminali, ſi partium iura ſint æqualia ex parte facti, debet Iudex determinatè ſequi illam partem,quæ eſt fauorabilis reo.*
8. *In re ciuili, ſi partium iura ſint inæqualia,tenetur Iudex fauere parti potiori in iuribus.*
9. *In re criminali ad ferendam ſententiam condemnatoriam, non eſt ſatis quicunque exceſſus maioris probabilitatis;ſed debet eſſe tantus, vt rem faciat omninò claram.*
10. *In re criminali non eſt reus damnandus pœna corporali,& ordinaria, ex ſolis indiciis indubitatis.*
11. *Sed vel eſt ſubiiciendus quæſtioni, vel puniendus pœna extraordinaria.*
12. *Quanquam in aliquibus caſibus in iure expreſſis poteſt puniri etiam pœna ordinaria, ex ſolis indiciis indubitatis.*
13. *Quouſque Iudex poſſit procedere ex indiciis leuibus, aut probabilioribus,vel ex indiciis grauibus,& legitimis,vel ex iis,quæ faciunt ſemiplenam probationem.*
14. *Ad torturam non proceditur, niſi ex ſemiplena probatione.*
15. *Ex tortura indebita, ſi extorqueatur confeſſio, eſt planè nulla.*
16. *Mandatum executiuum, ſi in aliqua parte ſit exceſſiuum,totum eſt nullum.*
17. *Executio mandati exceſſiui eſt planè nulla.*
18. *Probabile eſt, quòd poſſit Iudex licitè ſequi opinionem probabilem circa intelligentiam alicuius legis, & ſecundùm illam fauere potiùs vni parti,quàm alteri.*
19. *Cauſa pro amico quænam dicantur.*
20. *Probabile tamen eſt etiam oppoſitum, & quòd in tali caſu debeat litigantes componere.*

21. *Pro*

21. *Probabiliſſimum eſt, quòd Iudex teneatur ferre ſententiam ex illa opinione, quam ipſe putat probabiliorem, id eſt, ex propria.*

22. *Poteſt tamen etiam iudicare ex opinione aliena, ſi alioqui timeat appellationem à propria ſententia, eiúſque reuocationem.*

23. *Si notitia publica alicuius delicti ſit contraria notitia priuata, & ille probetur eſſe reus, qui verè ſcitur eſſe innocens, quomodo Iudex debeat ſe gerere.*

24. *Si cætera non ſufficiant ad liberandum innocentem, probatum reum, licitè poteſt Iudex eum damnare.*

25. *Quomodo occidere innocentem ſit intrinſecè malum.*

26. *Iudex ſolùm tenetur iudicare ex veritate publica.*

27. *Secundùm aliquos, non eſt licitum damnare innocentem probatum reum, niſi pœna exilij, aut pecuniaria.*

28. *Sententia contra innocentem, probatũ reum, licitè poteſt executioni mandari à Miniſtro Iuſtitiæ.*

29. *Etiam Miniſter Iuſtitiæ debet iuuare, quantùm poteſt, innocentem probatum, & damnatum reum.*

30. *Iudex non tenetur monere partes, ſi videat eas deficere in allegando, & probando.*

CIrca perſonam Iudicis multipliciter poteſt contingere opinionum diuerſitas, de quibus ſit dubium, quæ ſit ſequenda: nam poteſt primò eſſe controuerſia inter Theologos, aut alios circa ipſum ius, & poteſtatem Iudicis, & circa hanc, vel illam eius actionem: vt, v.g. vtrùm Iudici liceat in hoc, vel illo caſu particulariter examinare teſtes, aut reum; vtrùm liceat procedere ad capturam, ad torturam, &c. Deinde poteſt eſſe opinionum diuerſitas circa iura ipſarum partium, inter quas debet Iudex ferre ſententiã: & hæc ipſa diuerſitas poteſt eſſe aliquando ex parte facti: vt, v.g. ſi probabile ſit, quòd hæc pars inſtrumentis & teſtibus meliùs probet id, quod intendit; & prætereà poteſt eſſe aliquando ex parte iuris, ac legis, iuxta quam eſt ferenda ſententia, & lis dirimenda: vt, v.g. quòd hæc ſit probabilior intelligentia legis.

1. *Iudex poteſt licitè ſequi quancunque opinionẽ probabilem circa ſuam poteſtatem, aut honeſtatem ſua actionis.*

Primò igitur, ſi opinionum diuerſitas ſit circa poteſtatem, aut actionem Iudicis, licitè poteſt ſequi quancunque opinionem probabilem, vt notat Vaſq. 1.2. *diſp.* 64. *cap.* 2. *num.* 5. & Sanchez *lib.* 1. *in Decal. cap.* 9. *num.* 43. quancunque enim ſequatur, prudenter agit: & quoad hoc eſt eadem ratio de Iudice, & de aliis.

2. *Si partium iura in re ciuili ſint æqualia ex parte facti, nõ poteſt Iudex pro arbitratu vnam partẽ præferre alteri, ſed debet inter illas aliquo modo facere æqualitatem.*

Secundò, ſi opinionum diuerſitas ſit circa iuſtitiam, aut ius partium, & naſcatur ex parte facti; quia, ſcilicet, vtraque pars inſtrumentis, ac teſtibus probabiliter probat ius ſuum; videndum eſt, vtrùm hæc probabilitas ſit æqualis pro vtraque parte; an verò maior pro vna, quàm pro alia; & vtrùm ſit in re ciuili, an in re criminali: nam primò, ſi partium iura ex parte facti ſint æqualia in re ciuili, & iuſtitia pro vtraque parte ſit æquè probabilis, non poteſt Iudex pro arbitratu vnam partem præferre alteri: quia, cùm ex officio teneatur tribuere ius ſuum cuique, id certè non faceret, ſi iuribus partium exiſtentibus æqualibus, vnam partium præferret alteri, & plus iuris daret vni, quàm alteri: & ideò in tali caſu debet partes componere, & inter illas facere æqualitatem, diuidendo rem æqualiter inter vtranque, ſi eſt diuiſibilis; vel ſi eſt indiuiſibilis, vt, v.g. primogenitura, diuidendo fructus, aut compenſationem in aliquo alio faciendo, vt notat Salas 1.2. *diſp. de conſcientia, ſect.* 12. *n.* 118. Sayr. *lib* 1. *clau reg. cap.* 11. *num.* 12. & apud illum Michaël Salon. 2.2. *quæſt.* 63. *art.* 4. *contro.* 2. *concl.* 2. Et quòd iuſtitia cauſæ dicatur eſſe probabilis pro vtraque parte, non fundat pro Iudice conſcientiam, aut dictamen probabile, quòd poſſit pro arbitratu vnam partem præferre, & plùs iuris vni tribuere, quàm verè habeat; ſed ſolùm quòd poſſit vtranque componere, vel rem diuidere, &c. vt etiam præcipitur in iure ciuili. *l. Et hoc Tiberius. ff. de hæred. inſtit. l. Sed etſi. §. Adeò. in fin. ff. de petit. hæred. l. Titius. ff. ad Trebell.* & aliis iuribus apud Salas *ſect.* 12. *cit. n.* 118.

3. *In pari cauſa melior eſt cõditio poſſidẽtis.*

Debet tamen id intelligi in eo caſu, in quo pro neutra parte ſtet poſſeſſio: quia alioqui, ſecundùm iura, ſemper in pari cauſa conditio poſſidentis eſt melior. *c. In pari. de reg. iur. in* 6. Et prætereà debet intelligi in iis cauſis, quæ in iure non ſunt ſpecialiter priuilegiatæ, vt eſt, v.g. cauſa teſtamenti, libertatis, matrimonij, & dotis, *cap. fin. de ſent. & re iud.* vbi dicitur, quòd pro his ſtare debet ſententia, ſi fortè contingat, vt plures Iudices ordinarij, ad quos illa pertinet, diuerſas proferant; & vnus, v.g. pronunciet in fauorem vnius partis, & alter in fauorem alterius: vnde eſt verſus apud Gloſ. *ibidem:*

4. *In cauſis priuilegiatis, etiam paribus, debet vna præferri alteri.*

Stat teſtamentum, libertas, coniugium, dos,
Si ſint æquales, qui producuntur vtrinque.

5. *Cauſa priuilegiata quæ ſint.*

cùm tamen in aliis cauſis non priuilegiatis vniuerſaliter *ibidem* dicatur, quòd in tali caſu ſtat ſententia pro reo, & non pro actore; in quantum, ſcilicet, promptiora ſunt iura ad abſoluendum, quàm ad condemnandum. *cap. Ex literis. de probat. & c. Inter dilectos. de fide inſtrum. & l. Arrianus. ff. de act. & oblig. & l. Reſpiciendum. ff. de pœnis.*

6. *Iura ſunt prõptiora ad abſoluẽdum, quàm ad cõdemnandum.*

Quanquam hæ, & ſimiles limitationes non tam oſtendunt, quòd Iudex aliquando in pari, & æquè probabili cauſa poſſit pro arbitrato vnam partem præferre alteri, & ſequi opinionem probabilem ex parte facti, prout maluerit; quàm quòd reuerà iura partium non ſint paria, & plùs iuris competat vni parti, quàm alteri, ſiue id proueniat ex ratione poſſeſſionis, ſiue ex priuilegio iuris.

7. *In re criminali, ſi partiũ iura ſint æqualia ex parte facti, debet Iudex determinatè ſequi illam partem, quæ eſt fauorabilis reo.*

Secundò, ſi iura partium ſint æqualia ex parte facti in re criminali, & æquales ſint probationes pro vtraque parte, id eſt, pro parte fiſci, qui ſe habet vt actor, & contendit aliquem eſſe reum; & pro parte alterius, qui conuenitur vt reus, & contendit ſe eſſe innocentem; & per conſequens, ſi æquè probabilis ſit opinio pro vtraque parte, ſimiliter non poteſt Iudex pro arbitratu alteram ſequi, ſed debet determinatè ſequi illam, quæ eſt fauorabilis reo, vt notat Sayr. *lib.* 1. *clau. reg. c.* 11. *cit. num.* 12. Salas 1.2. *diſp. de conſcientia, ſect.* 12. *num.* 115. & 119. & alij apud ipſos: quia hoc eſt, quod paulò antè diximus, iura eſſe promptiora ad abſoluendum, quàm ad condemnandum: & quod habetur *cap. Cùm ſunt. de reg. iur. in* 6. quòd reo ſit fauendum, quando partium iura ſunt obſcura: obſcura enim ſine dubio ſunt in ordine ad vnum alteri præferendum, quando probationes quoad factum ſunt vtrinque æquales: & denique id, quod habetur *cap. In pari. eod. tit. & lib.* quòd in pari cauſa melior ſit conditio poſſidentis: ſemper enim qui accuſatur, vt reus, eſt in quaſi poſſeſſione ſuæ non punitionis; & dum æqualiter probatur eſſe innocens, atque probetur eſſe nocens, non diceret Iudex ius ſuum cuique, ſi ius ad condemnationem, quod habet vt nocens, præferret iuri ad abſolutionem, quod habet, vt innocens; imò ſi hoc ius ad abſolutionem in pari cauſa, non præferret iuri ad condemnationem, cùm ad abſolutionem ex æquitate, & iuris benignitate reuerà ſit potius. Atque ita in hoc etiam caſu æqualitas

Digitized by Google

litas cauſæ non fundat ea parte Iudicis dictamen probabile, quòd poſſit æqualiter, & pro arbitratu fauere vtrique.

8. *In re ciuili, ſi partium iura ſint inæqualia, tenetur Iudex fauere parti potiori in iuribus.*

Tertiò, ſi iura partium ex parte facti in re ciuili ſint inæqualia, & iura vnius appareant probabiliora, quàm iura alterius; non poteſt Iudex ferre ſententiam in fauorem illius, qui ſua iura oſtendit minùs probabiliter. Ita Sayr. *lib.1.clau.reg.c.11.cit. num.13.* & Reginald. *in praxi, lib.13.cap.10.ſect.1. num.99.& lib.23.cap.3.ſect.4.num.42.* quia, cùm teneatur ius ſuum cuique dicere, omninò tenetur ſententiam ferre iuxta merita cauſæ, & illum determinatè præferre, quem videt potiorem in iuribus. Et ſimiliter, quamuis ponatur de iuſtitia cauſæ, & quaſi directè haberi opinio probabilis pro vtraque parte; non tamen poteſt de obligatione Iudicis ad ferendam ſententiam, & vnam partem alteri præferendam, haberi opinio quaſi reflexa, pro vtraque parte probabili, & formari pro vtraque dictamen probabile, cùm ſit omninò certum, eam partem determinatè eſſe alteri præferendam à Iudice, quam videt præferri ex probationibus facti. Et quòd iuſtitia cauſæ, etiam pro hac altera parte, dicatur probabilis, non debet intelligi in ordine ad ferendam ſententiam ab illo Iudice, qui eam cenſet minùs probabilem; ſed abſolutè, & quãtùm eſt ex ſe, vel etiam in ordine ad ferendam ſententiam ab aliquo alio Iudice, cui fortè poteſt videri magis probabilis.

9. *In re criminali ad ferendam ſententiam condemnatoriam non eſt ſatis quicunque exceſſus maioris probabilitatis; ſed debet eſſe tantus, vt rem faciat omninò claram.*

Quartò, in re criminali non eſt ſatis ad ferendam ſententiam condemnatoriam, quicunque exceſſus maioris probabilitatis pro parte accuſatoris, & quòd quomodocunque iudicetur probabilius, quòd delictum ab illo alio, qui prætenditur reus, ſit commiſſum; ſed requiritur talis exceſſus, vt rem faciat omninò claram, & luce ipſa meridiana clariorem, vt loquitur Bart. *in l. Abſentem. ff. de pæn.* & Doct. communiter apud Leſſ. *lib.2.cap.29.num.169.* nam, quandiu iura partium manent obſcura, ſemper Iudex tenetur fauere reo, vt iam diximus, *ex cap. Cum ſunt. de reg. iur. in 6.* Et certum eſt, quòd ſemper manent obſcura, quandiu eſt probabilitas, etiam pro innocentia; neque ius ſuum illi diceret, ſi eum damnaret, vel ſeueriùs cum illo ageret, quãdo ille ex iuris benignitate ius habet, vt abſoluatur, vel vt mitiùs cum illo agatur; hoc eſt, quando ipſius defenſio eſt probabilis, & partem accuſatoris reddit dubiam, & minùs probantem. Ita Leſſ. *lib.2.cap.29.num.169.cit.* Sayr. *lib.1.cap.11.cit. num.15.* Salas 1.2. *diſp. de conſcientia, ſect.12.num. 115.* & Gloſſ. apertè *in cap. Cùm ſunt. cit. de reg. iur. in 6.* Et ad hoc propoſitum maximè facit id, quod habetur *l. Abſentem. cit. ff. de pœnis*, quòd de ſuſpicionibus non debet quis damnari: quia ſatius eſt relinqui facinus impunitum nocenti, quàm damnari innocentem: in quam legem hoc idem aſſerit Bart. & DD. communiter, vt diximus.

10. *In re criminali non eſt reus damnandus pœna corporali, & ordinaria, ex ſolis indiciis indubitatis.*

Atque hac ratione communior ſententia eſt apud Iul. Clar. *in pract. crim. lib.5. quæſt.10.§. Ad condemnandum. & quæſt.21.§. Si aliquis viſus ſit.* & apud Leſſ. *cap.29.cit.num.169.* quòd pœna corporali, & ordinaria, neque etiam debeat damnari reus ex illis indiciis, quæ à Doctoribus appellantur indubitata: vt, ſi quis, v.g. viſus ſit facie pallida, cum gladio cruento exire de domo, vnum tantùm aditum, aut vnam portam habente; & ibi poſteà reperiatur aliquis recèns interfectus: fieri enim poteſt, vt aliquis alius gladio ipſius eum interfecerit, & ipſe poſteà ſuo gladio recuperato aufugerit: vel certè ſi ipſe interfecit, fieri poteſt, vt interfecerit cauſa defenſionis, & ideò abſolutè non ſit damnandus: quanquam ex huiuſmodi indiciis ſoleat eſſe in arbitrio Iudicis, vt vel huiuſmodi hominem ſubiiciat graui quæſtioni, vel etiam puniat pœna extraordinaria, vt notat Clar. *quæſt.21.cit.* & ex illo Leſſ. *lib.2.cap.29.num.169.cit.* quod idem etiam aſſerit Farin. *de reo confeſſo, & conuicto, quæſt. 86. num.58.& 64.*

11. *Sed vel eſt ſubiiciendus quæſtioni, vel puniendus pœna extraordinaria.*

Et ſi indicia faciant præſumptionem, quæ dicitur iuris, & approbata à iure; id admittit etiam quoad pœnam corporalem, vt patet *ibidem, num.52.* etiamſi extra caſum huiuſmodi præſumptionis, quæ ſit iuris, & approbata à iure, ſolùm exiſtimet, id eſſe verum de pœna pecuniaria, non autem de corporali, vt patet *ibidem, num.78.& 79.* Sed præterea rectè ſubdit Leſſ. *lib.2.cit.cap.29. num.170.* ex Gomez. *tom.3.cap.12. num.25.* in aliquibus caſibus in iure expreſſis poſſe etiam Iudicem ex indiciis indubitatis punire reum pœna ordinaria: vt, v.g. ſi quis ter admonitus, ne alicuius vxorem alloquatur, poſteà reperiatur in aliquo loco cum illa colloquens: & ex Nouella Conſtitut. Iuſtiniani puniatur pœna ordinaria adulterij, ſi Officialis fugiat tempore ſyndicatus, & ex hoc habeatur pro confeſſo, *iuxta l. Conſiliarius. C. de aſſeſſorib.* ſi quis ſit infamatus de ſimonia, & non poſſit ſe purgare, & damnetur, perinde ac ſi eſſet probatum delictum, *iuxta cap. De hoc. de ſimon.* Et denique, ſi Clericus deficiat in purgatione hæreſis, & puniatur, vt conuictus, & ad faciendam pœnitentiam depoſitus ab officio, & beneficio detrudatur in Monaſterium, *iuxta cap. Inter ſollicitudines. de purgat. canon. in fin.* quia enim ſpecialiter in his caſibus in odium huiuſmodi delictorum iura conſtituunt, vt tales præſumptiones habeantur pro probationibus, rectè poteſt Iudex ferre ex illis ſententiam, quanquam alioqui non debeat illam ferre, niſi ex clariſſimis probationibus.

12. *Quanquã in aliquibus caſibus in iure expreſſis poteſt puniri etiam pœna ordinaria ex ſolis indiciis indubitatis.*

13. *Quouſque Iudex poſſit procedere ex indiciis leuibus, aut probabilioribus, vel ex indiciis grauibus, & legitimis, vel ex iis, quæ faciunt ſemiplenam probationem.*

Et ſi communiter ſententia condemnatoria non eſt ferenda ex huiuſmodi indiciis indubitatis, à fortiori multò minùs eſt ferenda ex aliis indiciis leuioribus, vt, v.g. ex iis, quæ appellantur leuia, & ſolùm faciunt ſuſpicionem probabilem; vel ex iis, quæ dicuntur leuia probabiliora, & faciunt præſumptionem, aut valdè probabilem ſuſpicionem; vel ex iis, quæ dicuntur grauia, aut legitima, & antonomaſticè indicia iuris; vel denique ex iis, quæ faciunt ſemiplenam probationem: ſed in leuibus, & probabilioribus ſolùm poteſt Iudex procedere ad capiendum informationem, & ad capturam, ſpectata præſertim conditione perſonæ, & cauſæ grauitate, & aliis circunſtantiis: & talia indicia dicuntur eſſe, ſi ipſe vulneratus moriens affirmet ſe fuiſſe vulneratum, v.g. à Titio, ſi inter ipſos grauis inimicitia præceſſit, ſi ſocius criminis Titium detegat, & ſimilia: ex grauibus verò, & legitimis poteſt Iudex procedere ad formandum libellum inquiſitionis contra aliquem: vt, v.g. ſi ſit publica fama, quòd Titius fuerit author criminis: & denique, ex probatione ſemiplena poteſt procedere ad torturam, quæ ſolùm eſt introducta in ſubſidium probationis: & quando plena probatio aliunde non habetur, vt notat Clar. *quæſt.64* ex communi ſententia; & ideò non eſt adhibenda, niſi crimen ſit ſemiplenè probatum, v. g. per aſſertionem vnius teſtis de viſu, qui ſit omni exceptione maior, per publicam famam, adminiculatam aliquo alio indicio leuiore, vt, v.g. aſſertione ſocij, aut depoſitione teſtis minùs idonei, aut per aliquid huiuſmodi.

14. *Ad torturam non proceditur, niſi ex ſemiplena probatione.*

15. *Ex tortura indebita ſi extorqueatur confeſſio, eſt planè nulla.*

Et ſi adhibeatur tortura indebitè, & ex illa extorqueatur confeſſio, cenſeri debet omninò nulla, etiamſi poſteà ſequatur ratificatio; neque poteſt ex tali confeſſione procedi ad ſententiam: quia

per

Digitized by Google

per iniuriam,& illicitè fuit extorta & ſubſecuta; & quod in quæſtione illicitè habetur, non poteſt facere indicium, neque probationem. *l. Maritus. ff. de quaſt.*

Nomine tamen iniuriæ in extorquenda veritate, non debet intelligi leuis territio, v. g. per ſola verba comminatoria torturæ, aut per oſtenſionem machinæ, ad torquendum paratæ: quia, vt dicitur *l. Item apud Labeonem. §. Quaſtionem. ff. de iniuriis.* Nuda interrogatio, aut leuis territio non prohibetur: ſecùs verò ſi terror ſit grauis, & proximus ipſi torturæ:vt,v.g.ſi reus prætenſus ſpolietur, & ligetur ad machinam, cùm huiuſmodi terror par cenſeatur ipſi torturæ. *l. nouiſſima.ff.quòd falſo tutore authore.* & ideò confeſſionem, & ratificationem reddat ſimpliciter iniurioſam & nullam,vt ex Gomez. notat Leſſ.*lib.2.cap.29.cit.num.155.*

16. *Mandatum executiuũ, ſi in aliqua parte ſit exceſſiuum, totũ eſt nullum.*

Et ex eodem principio,quòd quicquid fundatur ſuper facto iniuſto, & nullo, ſimiliter ſit iniuſtum, & planè nullum,communiter dicitur etiam in ciuilibus, quòd ſi obtineatur à Iudice mandatum executiuum ſuper tota aliqua ſumma, illúdque ſit exceſſiuum,& ſupra iuſtum, ſaltem in aliqua parte,vt, v.g. quia creditor aliquid recepit ad bonum computum ſui crediti, illudque in mandato non defalcauit; totum mandatum eſt nullum, & totum vitiatur à quouis iniuſto exceſſu, etiam modico, vt notat Caſtrenſ.*in l.Si non ſortem num.2.ff.ſi cert.pet.* Rom.*conſ.450.num.3.in fine,& num.4.* Pariſ.*conſ.81. num.5.vol.2.* & plures alij latè congeſti à Rota *deciſ.630.num.3. par.2. ex recent.* vbi etiam concluditur, quòd omnia poſteà executa vigore huiuſmodi mandati ſunt planè nulla, vtpote vitiata in ipſa radice, vt etiam notat Gratian. *diſcept.408.num.1.* &

17. *Executio mandati exceſſiui eſt planè nulla.*

ſpecialiter de executione talis mandati exceſſiui per capturam, aut quouis alio modo, tenet Rota coram Greg. X V. *dec.198.num.1.* & ſæpe aliàs. Et quamuis ex ſtylo tribunalis Aud. Cam. huiuſmodi mandata exceſſiua,& continentia plùs debito,ſuſtineantur aliquo modo pro ſumma debita,& non ſit opus obtinere à Iudice aliud nouum mandatum; ſed ex vi primi poſſit fieri executio, ſi à tergo defalcetur acceptum,& determinetur veritas ſummæ debitæ: nulla tamen ratione ſuſtinetur executio,ſi iam ſit facta etiam per obolum vltra debitum, vt eſſe notiſſimum omnibus, tradunt periti rerum forenſium in Romana Curia. Et ratio videtur eſſe: quia,ſi mandatum concedatur, v. g. & executioni mandetur pro tota ſumma ſcutorum, v.g. centum, æqualiter, & quaſi indiuiſibiliter conceditur, & executioni mandatur pro tota,& pro qualibet illius parte: & ideò, ſi vna aliqua pars non ſit debita, & pro illa conceſſio mandati, & executio ſit nulla, æqualiter, & quaſi indiuiſibiliter conuincitur eſſe nulla etiam pro alia parte, & pro tota ſumma, cùm tota non poſſit eſſe, niſi ex partibus; & alia pars, quæ in rei veritate eſt debita, neque ex intentione Iudicis concedentis mandatum.neque ex facto Miniſtri illud exequentis diſtinguatur ab illa, quæ non eſt debita; & ideò per illam quaſi indiuiſibiliter vitietur tota conceſſio, & tota executio totius mandati.

18. *Probabile eſt, quòd poſſit Iudex licitè ſequi opinionem probabilem circa intelligentiam alicuius legis, & ſecundùm illã fauere potiùs vni parti, quàm alteri.*

Quintò, ſi opinionum diuerſitas non ſit circa factum,ſed circa ius,ex quo pendet deciſio litis; & aliqui ex Doctoribus vno modo legem aliquam interpretentur, & alij alio modo: probabile eſt,quòd poſſit Iudex pro arbitratu ſequi vtramque; &,ſi abſit ſcandalum, modò iudicare ſecundùm vnam, & modò ſecundùm aliam. Ita Sanchez *lib.1. in Decal. cap.9.num.45.* Salas 1.2.*diſp de conſcientia, ſect.12. num.115.* Valent.2.2. *diſp.5.quaſt.7. puncto 4.*Reginal.*in praxi,lib.23.cap.3.ſect.4.num.41.* Sot.*de iuſt. lib.3.quaſt.6.art.5.in fine.*Sayr.*lib.1.clau.reg.cap.11. à num 4.* & alij apud ipſos: neque enim intelligentia iuris tenet ſe ex parte cauſæ; ſed ex parte Iudicis; & ſe habet tanquàm ipſius directio ad ferendam ſententiam de iuſtitia cauſæ: & ideò,ſiue hanc opinionem ſequatur, ſiue illam; adhuc poteſt ius ſuum cuique dicere,id eſt, illud,quod ex parte facti cognoſcit eſſe præferendum: & quemadmodum, quando ſunt opiniones probabiles de ipſa operatione,aut poteſtate Iudicis,licitè poteſt Iudex ſequi alterutram, vt *ſuprà* diximus *num.1.* ita & quando ſunt de intelligentia legis: quia etiam huiuſmodi opiniones fundant dictamen practicum, quòd licitum ſit ſecundùm vtranque interpretari legem, & ſecundùm vtranque interpretationem ferre ſententiam. Atque hoc modo cauſas dubias per dubium iuris, Iaſ.*in l.Poſt dotem.num.105.ff.ſolut matrim.*& alibi appellat cauſas pro amico: quia, ſcilicet, in his tantùm licitum eſt pro ſolo arbitratu fauere amico,vt notat Salas *ſect.12.cit.num.117.*

19. *Cauſæ pro amico quandò dicantur.*

20. *Probabile tamen eſt etiã oppoſitum, & quòd in tali caſu debeat litigantes componere.*

Dixi autem, id eſſe probabile: quia Bañez 2.2. *q.63.art.4.dub.1.circa ſolutionem ad 2.* docet, quòd etiam in tali caſu debet Iudex litigantes componere; neque poteſt ius vnius præferre alteri, quando aduertit, illud eſſe æquale, & æqualem numerum Doctorum eſſe pro vtroque;& negari non poteſt,quin etiam hoc ſit probabile,vt ſubdit Sanchez *lib.1.in Decal.cap.9.num.45.cit.*

21. *Probabiliſſimũ eſt, quòd Iudex teneatur ferre ſententiã ex illa opinione, quã ipſe putat probabiliorẽ, id eſt, ex propria.*

Quod verò prætereà dixi,poſſe Iudicem, ſi abſit ſcandalum, modò iudicare ſecundùm vnam probabilem intelligentiam legis, & modò ſecundùm aliam; debet intelligi in eo caſu, in quo ipſe Iudex vtramque intelligentiam putet æquè probabilem: quia, ſi vnam putet probabiliorem, probabiliſſimum eſt, quòd teneatur ſecundùm illam ferre ſententiam, & non ſecundùm aliam, quam putat minùs probabilem, vt notat Vaſq.1.2.*diſp.64.cap.2.num.5.*Sanchez *lib.1.cit.cap.9.num.47.*& alij apud ipſum: quia enim Princeps, aut Reſpubl. dum aliquem conſtituit Iudicem, ipſius iudicio committit, vt cauſas dirimat,ex proprio munere videtur Iudex contrahere obligationem, vt non quomodocunquè, & ex quocunque iudicio probabili illas dirimat; ſed determinatè ex proprio, quod ipſe iudicat melius, & rationi magis conſentaneum: quamuis Salas 1. 2. *diſp. de conſcientia, ſect.12.num.114.* Sayr.*lib.1.clau.reg.cap.11.num.8.*& aliqui alij apud Sanchez *cap.9. cit. num.47.* oppoſitum affirmant, & abſolutè pronuncient,quòd liceat Iudici ſequi ſententiam etiam minùs probabilem,& alienam.

22. *Poteſt tamen etiã iudicare ex opinione aliena, ſi alioqui timeat appellatione à propria ſententia, & illius reuocationem.*

Et hoc,quod diximus,debere Iudicem ferre ſententiam ex proprio iudicio, & ex opinione, quam ipſe putat probabiliorem,ſpecialiter eſt intelligendum de ſupremo Iudice,& de illo,a quo non timetur appellatio, & ſententiæ reuocatio: quia, ſi Iudex inferior timeret appellationem, ſitaque ſententiæ reuocationem à Iudice alio ſuperiore, quod certè ex ſtylo, & conſuetudine tribunalis ſuperioris facilè poſſet conijcere, relicta ſua ſententia, licitè poſſet iudicare ex ſententia aliorum, quæ in illo tribunali eſſet magis recepta, vt notat Vaſq. 1.2.*diſp.64.cap.2.cit.num.6.* & Sanchez *lib 1.in Decal. cap.9. num. 47.*quia cum tam modico fructu partium, & cum tanta iactura ſui honoris non tenetur ſuum munus obire; & licitè poteſt ipſemet ſuum iudicium, & ſententiam conformare ſuperiori, cui totum ſuum tribunal eſt ſubordinatum.

23.

Sextò, ſi notitia publica, quam habet Iudex de aliquo facto, ſit contraria notitiæ priuatæ, quam

idem

Si notitia publica alicuius delicti ſit contraria notitia priuatæ, & ille probetur eſſe reus, qui verò ſciatur eſſe innocens, quomodo Iudex debeat ſe gerere.

idem babet de eodem facto, vt priuata perſona; & qui, v.g. per reſtes, aut per alias probationes legitimas, eſt plenè probatus homicida, aut criminoſus, certò ſciatur à Iudice per certitudinem, & euidentiam ſenſus, non eſſe talis; tenetur Iudex, antequàm veniat ad ſententiam condemnatoriam, omnes vias, & tationes inire, quibus poſſit eum liberare. Ita S.Thom.2. 2.*quæſt*.64.*art*.6 *ad* 3.Caiet. 2.2.*qu*. 67.*art*.2.Adr.*quodl*.2.*puncto* 3.*ad* 5. Leſſ. *lib*.2.*c*.29. *num*.77. Azor. *part*.1.*lib*.2.*c*.17.*quæſt*.8. Panorm.*in c.Paſtoralis*. §.*Quia verò. num*.7. *de off. Iud. deleg*. quia, quamuis ex officio Iudicis non ad omnia teneatur: præter ea tamen, ad quæ tenetur vt Iudex, & ex officio, plura alia ſunt, ad quæ tenetur vt homo, & ex charitate; cùm hæc non ſit incompoſſibilis cum officio Iudicis, neque per hoc tollator obligatio illius. Arque hoc modo debet, ſi poteſt, accuſationem impedire; teſtes ſæpiùs, & per interualla examinare, an in aliquo varient; protrahere judicium; aperire carcetes, & commoditatem ſugiendi illi præbere, ſi commodè, & ſine ſcandalo id fieri poteſt: & ſi hæc omnia non ſufficiant, debet cauſam defette ad Iodicem ſuperiorem, & apnd illum perſonam teſtis aſſumere in faoorem innocentis; &, ſi commodè poteſt, etiam debet Magiſtratum à ſe abdicare. Et ſi hæc omnia præſtare nequeat, vt, v.g. quia ipſe eſt ſupremus Princeps, & ſine magna offenſione populi is, qui eſt conuictus delicti, non poreſt abſolui, vel eertè, ſi ipſe Iudex non eſt ſupremus, inſtet tamen populus pro condemnatione, & ideò neque poſſit ad ſuperiorem deferre cauſam, neque iudicium differre, neque officio cedere; debet coram populo cum iuramento affirmare, quòd ſibi certò conſtet oppoſitum, & explicare modum, quo conſtet; nempe, quia ſuis oculis ipſemet vidit, &c. Et denique, ſi etiam hoc non ſufficiat, & pars, aot populus adhuc inſtet; probabile eſt, quòd licitè poſſit venire ad ſententiam condemnatotiam ex notitia publica, non obſtante notitia priuata de innocentia. Ita S.Thom.2.2.*qu*. 64 *art*.6 *ad* 3.*cit*.& *quæſt*.67. *art*.2. Caiet. *loco cit*. Alex.*part*.3.*quæſt*.40.*memb*.6. *art*.2. Azor. *loco cit*. Couarr. *lib*.1. *var.c* 1. *num*.6. & alij quamplures apud Azor quia, cùm pertineat ad bonum commune, vt qui in iudicio eſt probatus nocens, puniatur, vt nocens, & vt ſemper ſeruetur Idem ordo iudicij; non autem varietur ex quocunque accidente; prudenter, & rationabilitet agit Iudex, ſi nihili faciar priuatam notitiam, & bonum publicum præferat bono priuato etiam hominis innocentis: ſicut enim in iudiciis gerir Iudex perſooam publicam, & agit ex poteſtate, & voluntate publica, & per accidens in illo ſe habet ratio perſooæ priuatæ, & priuata poteſtas, & volontas; ita & ſolùm debet agere ex notiria publica, & ſolùm per accidens debet in illo ſe habere notitia priuata. Et quemadmodum, qui ad ſui defenſionem occidit aggreſſorem, non intendens illum occidere, ſed ſe defendere, ideò noo peccat, quanuis ex huiuſmodi defenſione ſequatut occiſio illius, imò & ipſa formalis defenſio ſui realiter ſolùm cooſiſtat in occiſione illius, quia plus tenetur ſeruare vitam ſuam, quàm alterius; ita & Iudex, dum ea ratione damnat innocentem, directè ſolùm intendens vti officio publico, & ordinem iuris ſetuare, non autem illum occidere, non eſt dicendus peccare; quanuis realiter ipſe vſus publici officij, & obſeroatio ordinis iutis, in tali caſu ſit ipſa occiſio illius: quia ſimilitet plus tenetur ſeruare ordinem iutis, & publico officio vti, quàm ſeruare vitam inoocentis, quando ſecundùm iura eſt probatus oocens.

24.

Si cætera non ſufficiant ad liberandum innocentem probatum reum, licitè poteſt Iudex eum damnare.

Et quòd bæc ratio procedendi in ſententiis, etiam ad pœnam mortis, ex ſolo teſtimonio doorum, aut trium, ſit omninò licita, patet manifeſtè ex eo, quod habetur Deuter. 17. *In ore duorum, aut trium teſtium peribit, qui interficietur*. & cap.19 *In ore duorum, aut trium teſtium ſtabit omne verbum*. & ex *cap.Paſtoralis*.§. *Quia verò. de offic Iud.deleg*. vbi dicitur, quòd Iudex ordinarius tenetur exequi ſententiam Iudicis delegati, etiamſi ſciat, eam eſſe iniuſtam: quia non cognitio, ſed executio tantùm illi demandatur: & vniuerſaliter, quòd Iudex in ſententiis non debeat ſequi propriam & priuatam voluntatem, ſed ſolùm pronunciare iuxta leges & iura, & ſicur audit, ita iudicare; expreſsè habetur *c. iudicet*.3.*quæſt*.7. ex S.Ambr. *in Pſal*.118 *ſerm*.20. *verſ*.4.*ante medium*, *tom*.4. & idem habet etiam S. Auguſt.*lib.de vera relig.c*.31. *tom*.1. Vnde, quod communiter dicitur, occidere innocentem eſſe intrinſecè malum, & ideò ex nullo bono motiuo poſſe honeſtari, & fieri licitum; rectè intelligitur à Caiet.2.2.*quæſt*.67.*art*.2.*cit*. ſolùm in eo caſu, in quo occiſio intenditur per ſe, & directè; non autem, quando intenditur ſolùm per accidens, & indirectè, vt contingit in caſu de Iudice, qui per ſe, & directè ſolùm intendit vſum publici officij. 25.

Quomodo occidere innocentem ſit intrinſecè malum.

Neqne Iudex renetur iudicare quomodocunque ex veritate, ſicut iudicat Deus, in quo notitia priuata, & publica eſt omninò eadem; ſed ſolùm tenetur iudicare ex verirate publica: quia ſic vult Deus, vt ille iudicet, vt patet *Deuter*.17. *cit*. & iudicare contra veritatem, tunc ſolùm eſt malum, quando eſt contra veritatem publicam, & ſolùm ex hac veritate, & ſcientia publica tenetur Iudex formare dictamen ſuæ conſcientiæ, ex quo debet operari; non aotem ex veritate, & ſcientia prioata, vt notar S.Thom.2.2.*quæſt*.67.*art*.2.*ad* 4. & ad hanc ſolam veritatem inueſtigandam adhibentur teſtimonia, & probationes: quia finis immediatus iuſtitiæ humanæ publicæ non eſt veritas facti abſolutè; ſed veritas facti publica homini: & ideò, quemadmodum, quando conſtat de veritate delicti non publica, non poteſt Iudex ex poteſtate publica venire ad condemnationem, quæ eſt actus publicus; ita & quando conſtat de veritate non publica innocentiæ, non poteſt venire ad abſolutionem. 26.

Iudex ſolùm tenetur iudicare ex veritate publica.

Et quanois teſtes, qui falsò accuſauerunt huiuſmodi innocentem, verè ſint rei homicidij; non tamen Iudex, qui ex illorum teſtimonio fert ſenteotiam, dicendus eſt quaſi adminiſter, aur inſtrumentum illorum; ſed eſt ſolùm miniſter poteſtatis publicæ, qua ipſi teſtes abutuntur.

Er denique, quanuis ad Iudicem aliquando pertineat correctio legum ex epichcia, vt pater ex Ariſtotele 5.*Ethic.c*.10.quando, ſcilicet, ipſæ leges, ſi extendantur ad aliquem caſum, continent turpitudinem; noo tamen ad illum pertioet huiuſmodi correctio ex prioata notitia, cùm etiam talis correctio ſit actos poteſtatis publicæ; & ideò neque eſt, quòd dicatur debere corrigere legem de damnandis iis, qui probantur nocentes, ſi aliuode ex priuata notitia ſciantur eſſe innocentes.

Dixi autem, id eſſe probabile: quia negari non poteſt, quin etiam ſit probabilis contraria ſententia, quam pluribus explicat & probat Leſſ. *lib*. 2.*c*. 20.*num*.78.ex Panorm.*in c.Paſtoralis. de offic.deleg*. Adr.*quodl*.6.*art*.3. Auguſt. *verb.iudicare*, *num*.7. & aliis, qui aſſerunt, nunquam licere damnare aliquem pœna mortis, aur mutilationis, qui certò ſciatur eſſe inoocens, & proberur eſſe oocens, etiamſi liceat eum damnare pœna exilij, aut pecuniaria. Et rationem diſparitatis aſſignant: quia, cùm 27.

Secundùm aliquos non eſt licitum damnare innocentem probatum reum, niſi pœna exilij, aut pecuniaria.

Reſpublica,

Digitized by Google

Reſpublica, à qua leges habent vim; & Iudices habent poteſtatem, ſimpliciter non poſſit diſponere de vita,& membris; poſſit autem de bonis externis, & de aliis bonis inferioribus ad vitam & membra, rectè poteſt præcipere propter bonum publicum, vt ſemper in illis ſeruetur forma iudiciorum,& feratur ſententia ſecundùm allegata, & probata; etiamſi aliquando ex accidente poſſit contingere, vt innocens aliquid patiatur ſibi verè indebitum; non autem poteſt id præcipere de vita & membris, circa quæ propter quodcunque publicum bonum non habet poteſtatem,vt patet: quia non poteſt innocentem occidere, ſi tyrannus id petat, & alioqui minetur euerſionem ciuitatis.

Sed prima ſententia, quia eſt communior, videtur etiam probabilior: & contra diſparitatem aſſignatam de vita,& membris,& de aliis bonis minoribus, & inferioribus rectè vrget Caiet. 2.2. *quæſt. 67.art.2.cit.§.Diſtinguentes.* quia Reſpublica,quádo habet notitiam publicam de innocentia alicuius, tam non poteſt illum punire in bonis minoribus, quàm non poteſt in maioribus; & quando habet notitiam de delicto, æqualiter poteſt illum punire in vtriſque: & ſtante eadem notitia de innocentia, aut delicto,vel ſemper circa vtraque bona committit iniuſtitiam, vel nunquam.

28. *Sententia cōtra innocentē probatum reum, licitè poteſt executioni mādari à Miniſtro iuſtitiæ.*

Ex hoc verò,quòd liceat Iudici ferre ſententiam contra innocentem,quando in iudicio eſt probatus nocens, rectè infert S.Thom.2.2. *quæſt.64.art.6.ad 3.*& Caiet. *quæſt.67.art.2.cit.* quòd etiam Miniſtro talis Iudicis liceat illam exequi, dummodo non contineat errorem intolerabilem, & manifeſtam iniuſtitiam; eáque iniuſtitia non ſolùm conſtet ex priuata notitia miniſtri; ſed etiam ſit planè notoria, & manifeſta ſimpliciter: vt,v.g. ſi Iudex ſolùm habeat authoritatem ex falſis litteris, aut patentibus;& ideò ſententia ſit planè nulla, vt notat Gloſ. *in cap.Paſtoralis.§.Quia verò.verb. Et ſi ſciat.de off. Iud. deleg.* hac enim ratione, vt dicitur *eodem cap.* Iudex ordinarius tenetur exequi ſententiam Iudicis delegati, etiam quando ſcit, quòd eſt iniuſta: quia ipſi non eſt demandata cognitio ſententiæ;ſed ſola executio: quæ ratio à fortiori etiam valet in Miniſtro,vt ex ſe patet: & quod *ibidem* dicitur de notitia iniuſtitiæ, ſolùm intelligitur de notitia priuata ipſius Iudicis ordinarij: quia enim hæc ad executionem ſententiæ debet ſe habere merè per accidens, vtpote ad actum publicum, & ex poteſtate publica, non poteſt Iudex ratione illius contrahere culpam. Vnde & verba canonis ſolùm habent: *Si ſciat ſententiam illam iniuſtam.* id eſt,ſi ipſe Iudex ſolus, & priuatim id ſciat; non autem ipſe, & alij, vt notat Caiet. *art.2. in fin.* quo etiam modo S. Thom. *de Miniſtro Iuſtitiæ,2.2.quæſt.64.art.6.ad 3. cit.* ait,quòd non poteſt ſententiam exequi, quando continet manifeſtam iniuſtitiam, id eſt,manifeſtam ſimpliciter,& notoriam etiam aliis; non autem ſolùm ipſi Miniſtro,vt exponit Caiet.*loco cit.*

29. *Etiam Miniſter Iuſtitiæ debet iuuare, quantùm poteſt, innocentem probatū, & damnatū reum.*

Debet tamen in tali caſu etiam Miniſter,qui priuatim ſcit innocentiam rei, conari, vt ſuo teſtimonio infirmet teſtimonia aliorum, & ſententia reuocetur: & ſi id minimè ſperet, ſe poſſe aſſequi,licitè poteſt ſententiam exequi,vt iam diximus.

30. *Iudex non tenetur monere partes, ſi videat,eas deficere in allegando,& probando.*

Similiter ex hoc,quòd Iudex poſſit ferre ſententiam ex notitia publica, & iudicare ſecundùm allegata & probata, rectè colligit Vaſq.1.2.*diſp.64.cap. 2.num* 6. quòd ſi alter ex litigantibus deficiat in probatione, neque aliquid alleget, quod alioqui eſſet vtile,aut neceſſarium ad ſuum intentum;licitè poteſt illum iudicare ex ſolis allegatis, neque tenetur monere, vt alleget, aut probet id,quod omittit: quia ex proprio munere ſolùm habet, vt iudicet ex allegatis,neque tenetur pro aliquo gerere ſe,vt Aduocatum; & conſtituere ſe,vt partem contra alium: imò & abſolutè nec poteſt, in quantum Iudex,cùm ex hoc munere debeat ſe habere æqualiter ad vtranque partem,vt notat Vaſq.*ibidem*;quod tamen non faceret,ſi moneret vnam partem ſpecialiter de aliquo pertinente ad ius, vel ad factum: & in tali caſu etiam poſſet ferre ſententiam contra propriam opinionem,ſi hæc ex ſuppoſitione talis defectus in allegando, & probando non haberet locum,vt ſubdit Vaſq.*ibidem.* Negari tamen non poteſt,quin abſolutè poſſit monere ex charitate illam partem, pro qua videt ſtare veritatem iuſtitiæ: ſiquidem officium charitatis non eſt incompoſſibile cum officio Iudicis,neque huius obligatio liberat ab obligatione illius, vt diximus *paulò antè* de obligatione ad liberandum innocentem probatum reum.

DISPVT. XVI.

Quid ſit dicendum de Aduocato,quoad ſequendam, vel non ſequendam opinionem probabilem circa iuſtitiam, aut iniuſtitiam cauſæ,quam tuetur.

1. *Aduocatus poteſt licitè ſequi opinionem probabilem circa honeſtatem ſuæ actionis.*
2. *Non poteſt patrocinari cauſæ apertè iniuſtæ.*
3. *Et alioqui tenetur reſtituere aduerſario omnia damna, & etiam clienti expenſas litis, ſi hic alioqui non erat litigaturus.*
4. *Si iuſtitia cauſæ ſit æquè probabilis pro vtraque parte, licitè poteſt patrocinari vni contra alterum.*
5. *Neque ſolùm poteſt patrocinari reo, ſed etiam actori.*
6. *Debet tamen monere clientem de iuſtitia cauſæ ſolùm probabili: & alioqui tenetur ad omnia damna, ſi cliens non fuiſſet litigaturus.*
7. *Si iuſtitia cauſæ ſit minùs probabilis ex parte rei, licitè poteſt Aduocatus patrocinari vtrique parti.*
8. *Aduocatus licitè patrocinatur in omni cauſa, in qua clientes licitè poſſunt proſequi ſuum ius.*
9. *Quid debeat facere Aduocatus, quando patrocinatur cauſæ minùs probabili.*
10. *Nomine Aduocati,quinam intelligantur.*

CIRCA perſonam Aduocati primò certum eſt, licitum illi eſſe ſequi opinionem, etiam minùs probabilem, ſi hæc probabilitas ſit de eo,quod ipſi eſt licitum,vel non eſt licitum: vt, v.g.de tuenda,aut non tuenda,hac,vel illa cauſa. Ita Vaſq.1.2. *diſp.64. cap.1. num.*1. & Sanchez *lib.1.in Decal. cap.9.num.*49. nam quoad hoc eſt eadem ratio de Aduocato,& de aliis;& idem *paulò antè* diximus etiam de Iudice,de Medico,& de Magiſtro. 1. *Aduocatus poteſt licitè ſequi opinionem probabilem circa honeſtatem ſuæ actionis.*

Secundò, certum eſt, quòd non eſt licitum Aduocato tueri cauſam apertè iniuſtam;ſed ſolùm poteſt illam tueri,quæ ſaltem probabiliter ſit iuſta. Ita Nau.*in Man.cap.25.num.*18.& omnes communiter apud Salas 1.2.*diſp. de conſcientia, ſect.11.num.*101. Probatur: quia patrocinari cauſæ iniuſtæ eſt dare alteri auxilium pro iniuſtitia: & ſicut ipſe cliens, qui eſt principalis, non poteſt inchoare, aut proſequi cauſam apertè iniuſtam; ita neque Aduocatus poteſt illum iuuare in ea inchoanda, aut proſe- 2. *Non poteſt patrocinari cauſæ apertè iniuſtæ.*

3. *Et alioqui tenetur reſtituere aduerſario omnia damna, & etiam clienti expenſas litis, ſi hic alioqui non erat litigaturus.*

quenda: & ſi iuuet, & ſententiam fortè obtineat, tenetur etiam ipſe Aduocatus reſtituere aduerſario omnia damua, in caſu, quo cliens, pro quo obtinuit, non reſtituat: imò & ipſi clienti tenetur reſtituere expenſas litis, ſi alioqui non erat litigaturus, cognita iniuſtitia ſuæ cauſæ, vt benè notat Tol. *lib. 5. c. 60. num.* a. qui etiam addit, teneri Aduocatum, etiam deſiſtere poſt litem conteſtatam à patrocinio, ſi cauſam, quam ab initio putauit inſtá, poſteà deprehendat eſſe iniuſtam; imò & aliquando etiam teneri manifeſtare aduerſario punctum iniuſtitiæ, ne ille ex lire patiator graue damnum; id eſt, tunc quaodo etiam teneretur teſtificari pro veritate, & defenſione innocentis, etiam noo requiſitus.

4. *Si iuſtitia cauſa ſit æquè probabilis pro vtraque parte, licitè poteſt patrocinari vni contra alteram.*

Tertiò, ſi iuſtitia cauſæ ſit æquè probabilis pro vtraque parte, licitè poteſt Aduocatus vni pattocinari contra alteram. Ita Salas 1. 2. *diſp. de conſc. ſect.* 11. *cit. num.* 101. Sayr. *lib.* 1. *clau. reg. c.* 11. *num.* 17. Vaſq. 1. 2. *diſp.* 64. *c.* 1. *num.* 3. Leſſ. *lib.* 2. *c.* 31. *num.* 50. Azor. *part.* 1. *lib.* 2. *c.* 17. *quæſt. vlt.* Sanchez *lib.* 1. *in Decal. c.* 9. *num.* 51. & omnes communiter apud illum: quia alioqui ratò acciderer, vt vtraque pars haberet Aduocatum: ſiquidem difficile eſt, vt quando iuſtitia cauſæ eſt æqualis, tam ex parte facti, quã ex parte iuris, vtrique Aduocato ſemper appareat probabilior inſtitia ex parte ſui clientis, quam ipſe tuetur, quàm ex parte aduerſarij. Et quemadmodum ipſi clientes, quando habent iura æqualia, aut æquè ptobabilia, licitè poſſunt illa proſequi in iudicio, contra ſe inuicem; ita & Aduocatus licitè poteſt illis patrocinari, & faoere, cùm boc non ſit fauere in actione, aot re iniuſta: & cùm tota lis ſit dirimenda iudicio Iudicis, fortaſſe eueniet, vt quæ pars videtur Aduocato æquè probabilis, Iudici videatur probabilior; ac proinde licitè facit, ſi ea proponat, quæ poſſunt Iudici ſimpliciter perſuadere iuſtitiam vnius partis, & quæ ipſe cliens poſſet pro ſe proponere: neque enim officium Aduocari eſt, vt rem definiat, & tradat ſuum cuique; ſed vt proponat fundamenta iuris, & facti, quæ cauſæ ſui clientis poſſunt fauere, & qoæ Iodex debet expendere, vt ſententiam ferat.

5. *Neque ſolùm poteſt patrocinari reo, ſed etiam actori.*

Idque eſt verum, ſioe Aduocatus tueatur partem rei, ſiue actoris, vt notar Leſſ. *lib.* 2. *c.* 31. *cit. num.* 52. & Salas 1. 2. *diſp. de conſc. ſect.* 11. *num.* 104. quia, quando iura vtriuſque ſunt probabilia, & æqualia, vterqoe habet ius, vt illa experiatur in iudicio; & per conſequens etiam Aduocatus poteſt vtrique patrocinari. Et quanuis Sylu. *verb. Aduocatus, quæſt.* 13. & Vaient. 2. 2. *diſp.* 5. *qu.* 15. *puncto* 4. *quæſtiunc.* 1. exiſtimet, non poſſe Aduocatum patrocinari pro actore, quando cauſa vtriuſque eſt æquè probabilis: quia *c. Cùm ſunt. de reg. iur. in* 6. ſpecialiter præcipitur, vt quando partium iura ſunt obſcura, faueatur reo. & *l. Semper in dubiis. ff. de reg. iur.* præcipitur, vt ſemper in dubiis benigniora præferantur; ac proinde ex iure, ſaltem humano, non eſt licitum in tali caſu fauere actori, quicquid ſit de iore naturæ: oppoſitum tamen eſt multò verius, vt notat Sanchez *lib.* 1. *in Decal. c.* 9. *n.* 51. & apud illum omues communiter, & patet ex dictis. Neque præceptum, quod affertur ex iuribus citatis, eſt pro Aduocato; ſed pro Iudice: quia enim ad illum pertinet deciſio litis, rectè dicitur, quòd debeat ferre ſententiam in fauorem rei, quando iora partium manent obſcura, & veritas ioſtitiæ non potuit declarari. Contrà verò, quia officium Aduocati non eſt deciſio litis; ſed veritatis inueſtigatio; omninò poteſt etiam actori fauere, quando eſt obſcutum, vtrùm veritas iuſtitiæ ſtet pro illo, an pro reo: quia alioqui veritas iuſtitiæ pro actore non poſſet inueſtigari: quod tamen non eſt dicendum.

6. *Debet tamen monere clientem de iuſtitia cauſa ſolùm probabili: & alioqui tenetur ad omnia damna, ſi cliens non fuiſſet litigaturus.*

Sed rectè aduertuot Authores apud Sanchez *num.* 51. *cit.* quòd tenetur Aduocatus monere clientem de iuſtitia cauſæ ſolùm probabili; neque plus iotis, aut certitudinis de ſententia illi promittere, quàm verè habeat; & alioqui teneri ad omnia damna, ſi quæ conſequantur clienti, & aduerſario, ex eo, quòd cliens alioqui noo fuiſſet litigaturus in caſu, quo cognouiſſet, ſe non habere, niſi iuſtitiam dubiam, & probabilem: quia verè ad hæc omnia coocurrit ipſe Aduocatus, dum occultat dubietatem iuſtitiæ; & ſic facit, vt cliens litem ſuſcipiat.

7. *Si iuſtitia cauſa ſit minùs probabilis ex parte rei, licitè poteſt Aduocatus patrocinari vtrique parti.*

Quartò, ſi iuſtitia cauſæ ſit minùs probabilis ex parte rei, quàm ex parte actoris, licitè poteſt Aduocatus patrocioari vtrique, dummodo abſolutè pro vtraqoe parte ſit probabilis ſufficienter. Ita Sot. *lib.* 5. *de iuſtit. qu.* 8. *art.* 3. Leſſ. *lib.* 2. *c.* 31. *num.* 52. Vaſq. 1. 2. *diſp.* 64. *num.* 3. & omnes communiter: quia etiã reus, quando babet cauſam probabilem, poteſt experiri ius ſuum: & ideò etiam Aduocatus poteſt illum iuuare: & fortaſſe, quod ipſi reo, aut Aduocato videtur ius minùs probabile, Iudici videbitur magis probabile, & pro illo ſeotentiam feret.

Si verò iuſtitia cauſæ ſit minùs probabilis ex parte actoris, ſic diſtinguit Sot. *loco cit.* vt ex illo Tol. *lib.* 5. *c.* 60. *num.* 2. & aliqui alij apud Sanchez *lib.* 1. *in Decal. c.* 9. *cit. n.* 52. vel enim agitur in cauſa ſanguinis, aut bonoris, vel alterius rei maximi momeoti, v. g. amiſſionis omnium bonorum; vel agitur iu aliis cauſis minoris momenti, vt eſt, v. g. amiſſio alicuius partis bonorum. Si primom, nó eſt licitum Aduocato patrocinari actori in cauſa minùs probabili: quia in dublis melior eſt conditio poſſidentis, id eſt, rei; neque eſt aliquis condemnandus, niſi certò conſtet de crimine: & certum videtur, quòd ſaltem io huiuſmodi cauſis maioris momenti, talis Aduocatus peccat grauiter contra charitatem erga reum, ſi contra ipſum patrocinetur actoti, & in cauſa minùs probabili pro actore inferat reo taotum malum, inclinando, & trabendo Iudicem in eam partem, contra quam deberet inclioari, & iudicare. Si verò agatur in cauſis minoribus, licitum eſt patrocinari actori in cauſa minùs probabili: quia etiam actor licitè experitur, & proſequitur ſuum ius, neque infert reo tam magnum malum.

Verùm hanc diſtinctionem meritò reiicit Vaſq. 1. 2. *diſp.* 64. *c.* 1. *cit. num.* 3. Salas 1. 2. *diſp. de conſc. ſect.* 11. *n.* 103. & 104. Sanchez *lib.* 1. *in Decal. cap.* 9. *cit. n.* 53. & alij communiter: quia, ſi ideò eſt illicitum patrocinari actori io cauſa ſanguinis, aut maximi momenti, quando iuſtitia ex parte illius eſt mioùs probabilis, quia in dubiis melior eſt conditio poſſidentis; neque reus eſt damnandus, niſi certò conſtet de crimine; etiam erit illicitum illi patrocinari in cauſis minoribus, cùm ſimiliter etiam in illis melior ſit conditio poſſidentis; neque aliquis ſit damnandus, &c. Neque ex eo, quòd illæ cauſæ ſint maioris momenti, & hæ minoris, ſequitur, qoòd io illis ſit illicitum patrocinari, & io his ſit licitum; ſed ſolùm, quòd in illis ſit magis illicitum, & in his minùs. Et contrà, quemadmodum Aduocatus patrocinando actori in cauſis minoris momenti, ideò non peccat, quia ipſe actor iuſtè, ac licitè proſequitur ſuum ios, quanuis ſit minùs probabile, & tantùm in hoc proſequendo eum iuuat Aduocatus: ita etiam non peccabit patrocinando eidem in cauſis maioris momenti, ſi etiam in illis ipſe actot proſequator ius ſuum, & in eo proſequendo iuuetur ab Aduocato.

Quare

Digitized by Google

8. *Aduocatus licitè patrocinatur in omni cauſa, in qua clientes licitè poſſunt proſequi ſuum ius.* Quare optima & vniuerſaliſſima regula pro Aduocatis eſt illa, quam tradit Vaſq. *diſp.64.cap.1.cit. num.4.* & Salas *diſp. de conſcientia, ſect.11.num.*106. vt in omni ea cauſa liceat illis patrocinari, in qua eſt licitum ipſis clientibus litem conteſtari, & ius ſuum proſequi coram Iudice, ſiue illa ſit cauſa actoris, ſiue rei; & ſiue iuſtitia ſit pro illa æquè probabilis, atque pro altera; ſiue ſit magis probabilis; intelligendo hoc nomine maximè illam, in quam Iudices non rarò inclinant; non autem illam, quæ talis videtur ipſi tantùm Aduocato, & in quam Iudices, vel nunquam, vel rarò ſolent inclinare: quia in hoc caſu, ſi Aduocatus faceret ſuum clientem fruſtrà, & inutiliter, ſine ſpe victoriæ, & ſententiæ litem proſequi, iniuſtè faceret, & teneretur ad omnia damna, vt notat Sanchez *num.*54. & Salas *num.*104. ſicut & quando non aperiret clienti, quòd iuſtitia ſuæ cauſæ eſt ſolùm dubia, & probabilis, & faceret eum liti inſiſtere, cui alioqui non inſtitiſſet, vt *ſuprà* diximus *num.6.*

Excuſaretur tamen Aduocatus patrocinando cauſæ, in quam Iudices, vel nunquam, vel rarò inclinant, ſi ipſe ſpem magnam haberet, actutum ſe efficaciter, vt etiam Iudici probaretur ſua ſententia, quam ipſe putat probabiliorem, vt ſubdit Salas *num.104.in fine.*

Si verò in cauſa hoc modo probabili patrocinetur Aduocatus, quòd abſolutè non peccet, neque contra iuſtitiam, neque contra charitatem, patet ex eo: quia ſimiliter neque peccat ipſe cliens proſequendo ſuum ius; neque Aduocatus, dum Iudici ea proponit ritè, & fideliter, quæ faciunt pro cliente, dicendus eſt eum trahere, & inclinare in partem contrariam, in quam ipſe deberet eſſe inclinatus: ſed ipſe Iudex debet ſibi tribuere, ſi facilè, & ex motiuo minùs probabili ſe ipſe inclinet, & ex propria leuitate citò credat, neque poſſit ſatis expendere, quid ſit momenti pro vnoquoque motiuo, & quid iuſtitiæ in vnaquaque cauſa.

9. *Quid debeat fuere Aduocatus, quando patrocinatur cauſæ minùs probabili.* Rectè tamen aduertit Salas 1.2.*diſp.de conſcientia, ſect.11.cit.n.*108. & apud illum plures alij, quòd primò non debet Aduocatus, dum patrocinatur cauſæ minùs probabili, falſitate aliqua vti allegando leges, vel authoritates Doctorum commentitias, aut eas falsò interpretando; ſed ſolùm debet ea afferre, quæ verè ſuffragantur cauſæ, reticendo alia, quæ faciunt pro aduerſario, vel etiam ea ſoluendo, vt etiam notat Sanchez *lib. 1. in Decal. cap. 9. num.*52.

Deinde non debet aſſerere, quòd cauſam, cui patrocinatur, abſolutè putet veram, aut probabiliorem, vel æquè probabilem: quia ſic aſſerendo, loqueretur contra mentem: & ſi eſſet magnæ authoritatis, fortaſſe deciperet Iudicem, vt minùs expenderet iuſtitiam cauſæ, & nimis fideret doctrinæ, & probitati Aduocati.

Tertiò, in cauſis criminalibus, ſi patrocinetur actori, non debet abſolutè petere condemnationem ad pœnam ordinariam; ſed ſolùm ſub conditione explicita, aut implicita, quòd delictum ſit ſufficienter probatum: quia, quandiu non eſt probatum, ſicut non poteſt ipſe Iudex illud punire pœna ordinaria; ita neque Aduocatus, aut alius poteſt ab illo petere, vt puniatur: ſi tamen delictum ſit plenè probatum, & ſolùm ſit controuerſia de intelligentia alicuius legis, ex qua debet puniri, licitè poteſt Aduocatus petere punitionem iuxta probabilem intelligentiam illius legis: quia etiam Iudex in tali dubio iuris, poteſt ſequi huiuſmodi probabilem intelligentiam, vt *ſuprà* diximus, dum ageremus de Iudice.

Neque contra hæc, quæ diximus de patrocinio

Adnocati in cauſa minùs probabili, multùm facit, quòd alius, qui habet cauſam magis probabilem, ex hoc ipſo ſit potior in iure; & ideò ſententia ſit pro illo ferenda: ex quo videtur ſequi, quòd non poſſit peti, vt feratur pro alio. Contra enim eſt: quia, vt notat Leſſ.*lib.2.cap.*31.*num.*54. & ex illo Salas 1.2. *diſp de conſcientia, ſect.11.cit.num.*111. ex hoc, quòd cauſa aduerſarij ſit probabilior, ſolùm habetur, quòd aduerſarios appareat eſſe potior in iure; non autem, quòd reuerà ſit potior: & ideò adhuc eſt locus id explorandi à Iudice, cuius eſt id ſtatuere.

Et ſimiliter, neque ex eo, quòd qui aduertit ſe habere iuſtitiam cauſæ minùs probabilem, non poſſit alteri bellum inferre, ſequitur, quòd neque etiam poſſit litem mouere. Contrà enim eſt: quia, vt notant iidem Doctores, per litem fit inquiſitio veritatis, cuius deciſio ſpectat ad Iudicem: at verò per bellum fit executio ſententiæ; quæ tamen noo ſupponitur eſſe ferenda in fauorem illius, qui habet cauſam minùs probabilem.

Denique hæc, quæ diximus de Aduocato, debent etiam intelligi de Procuratore, & de iis omnibus, qui cauſis agendis quoquo ſtudio operantur, cùm hi omnes in iure veniant appellatione Aduocati *l.1. §.Aduocati ff.de var.& extraord.cognit.* 10. *Nomine Aduocati qui nā intelligantur.*

DISPVT. XVII.

Quomodo ſit licitum dare conſilium ſecundùm ſententiam probabilem.

1. *Licitum eſt dare conſilium ex ſententia minùs probabili aliorum.*
2. *Siue is, qui petit conſilium, ſit obligandus ad aliquid, ſiue deobligandus.*
3. *Neque propterea, qui dat conſilium, decipit conſulentem.*
4. *Etiam in obligatione iuſtitiæ poteſt dari conſilium ex opinione aliena minus probabili.*
5. *Is, qui conſulitur, rectè poteſt conſulentem remittere ad alium Doctorem.*

AD Aduocatum proximè accedit is, qui conſulitur, vel conſilium dat; & de hoc multa diximus in præcedentibus: ſed, vt paucis rem colligamus:

Primò, certum videtur, quòd optimè faciat, ſi det conſilium ſecundùm ſententiam propriam, & quam ipſe putat probabiliorem. Patet: quia hæc maximè ab illo petitur, dum conſilium petitur. 1. *Licitum eſt dare conſiliū ex ſententia minùs probabili aliorū.*

Secundò, ſi ex prudentia meliùs iudicet reticere propriam opinionem; vel, quia eſt ſingularis; vel, quia eſt dubia; vel, quia eſt periculoſior; licitè poteſt dare conſilium etiam ex ſententia minùs probabili aliorum. Ita Sayr.*lib.1.clau.reg.cap.6.in fine.* Vaſq. 1.2.*diſp.62.cap.9.num.*47. Salas 1.2.*diſp.de conſcientia, ſect.6.n.*69. Sanchez *lib.1. in Decal. cap.9.num.*19. quia, ſicut licitum eſt vnicuique ex huiuſmodi opinione minùs probabili, & aliena operari, quod eſt quid maius; ita & eſt licitum ex eadem dare conſilium alteri, quod eſt quid minus.

Verùm Vaſq. *loco cit.& diſp.63.cap.3.num.*14. & Salas *diſp. cit. ſect.9. num.*85. ſpecialiter id intelligunt, quando is, qui petit conſilium, eſt eximendus ab aliqua obligatione, v.g. reſtituendi: & aſſerunt, quòd ſi is, qui petit conſilium, ſit obligatus, v.g. reſtituere, quantùm eſt ex probabiliore, & propria ſententia ipſius dantis conſilium, & non ſit obligatus, quantùm eſt ex ſententia minùs probabili aliorum; poteſt per conſilium declarari, quòd non ſit 2. *Siue is, qui petit conſiliū, ſit obligādus ad aliquid, ſiue deobligandus.*

Digitized by Google

obligatus: non autem è contrà poteſt declarari, quòd ſit obligatus, ſi ex propria & probabiliore ſententia ipſius dantis conſilium, non ſit obligatus, & ex ſententia aliorum minùs probabili, ſit obligatus: quia, dum petit conſilium, maximè petit ſententiam propriam illius, à quo petit, & ſolùm ſecundùm illam vult dirigi; & non videtur vacare dolo, ſi loco propriæ, illi obtrudatur ſententia aliena; & ſi ex hac facit reſtitutionem, quam alioqui non faceret, inuoluntariè facit.

Sed hæc limitatio non placet Sanchez *lib.1.in Decal.c.9.cit.n.21.* quia, ſi vtraque opinio eſt probabilis, non poteſt conſilium non eſſe prudens; ſiue ſit ex propria ſententia, quæ excuſat ab obligatione; ſiue ex aliena, quæ non excuſat, imò aliquando prudentius eſt; ſi det conſilium ex aliena ſententia, etiam obligante ad reſtitutionem; & propria, quæ excuſat, reticeatur, ne in poſtremum detur occaſio liberiùs peccandi, ex hoc, quòd peccatum dicatur non habere huiuſmodi obligationem; vel etiam, ſi propria ſententia, quam dans conſilium putat probabiliorem, ſit difficilior, & difficilioribus fundamentis nitatur, & quæ prima facie viris etiam doctis non ſint placitura.

3. *Neque proptereà, qui dat conſiliũ, decipit conſulentem.* Neque is, qui dat conſilium ex opinione aliena, dicendus eſt conſulentem decipere: quia alienam ſententiam tradit illi pro ſua: ſiquidem etiam alienam habet pro ſua, dum reflexè de illa iudicat, quòd ſit probabilis & practicabilis.

Neque is, qui petit conſilium, inuoluntariè facit reſtitutionem, ſi fortè facit: quia, dum conſentit illam facere ex tali conſilio, abſolutè in illam conſentit; & non ſolùm ex obligatione certa, ſed etiam ex obligatione probabili, quam is iudicauerit, qui dat conſilium; & quòd alioqui eam non faceret, ſi explicitè ſciret, probabile etiam eſſe, quòd non ſit obligatus, non probat, quòd nunc de facto faciat ex ignorantia huius non obligationis probabilis, & quòd abſolutè faciat inuoluntariè; ſed, quòd etiam voluntariè tunc illam omitteret, quam nunc voluntariè facit: neque enim ignorantia eorum quorumcunque, quæ ſi ſcirentur, impedirent quomodocunque fieri actum, dicitur cauſa actus, eúmque antecedens, & faciens inuoluntarium; ſed ſolùm eorum, quæ proximè pertinent ad actum, & in quibus eſt ipſe actus, vt *ſuprà* diximus, dum ageremus de voluntario. In caſu autem præſenti, qui reſtituit, v. g. ex probabiliori conſilio alicuius Doctoris, nihil ignorat ex iis, in quibus eſt reſtitutio, & ideò illa eſt ſimpliciter voluntaria, etiamſi ignoret ea, in quibus eſſet non reſtitutio, ſi ſimiliter illa eſſet. Et, quemadmodum, ſi dans conſilium, probabilius putaret, quòd ille teneretur ad reſtitutionem, & ex propria ſententia illum obligaret; non proptereà diceretur illum decipere, reiicendo opinionem aliorum, de qua non quæritur; neque ille reſtitutionem inuoluntariè faceret, ex eo, quòd etiam non faceret, ſi ſciret ſe ex opinione aliorum etiam minùs probabili, non teneri: ita, etiamſi det conſilium ex ſententia aliena, & ex illa eum obliget: ſi tamen conſilium explicitè peteretur pro excuſatione ab obligatione, non autem ſolùm pro ipſa obligatione, omninò deberet, qui dat conſilium, non reiicere opinionem probabilem excuſantem, & alioqui verè deciperet, vt notat Salas *ſect. 9. cit. num.85.& ſect.10.num.95.* & Sanchez *lib.1. in Decal.c.9.cit.n 21.in fine.*

4. *Etiam in obligatione iuſtitiæ poteſt dari conſiliũ ex opinione aliena minùs probabili.* Atque id vniuerſaliter eſt verum in omni obligatione, etiamſi ſit iuſtitiæ; & licitè poteſt is, qui conſulitur, ſiue ſit Confeſſarius, ſiue alius quicunque, dare conſilium ex opinione aliena minùs probabili, etiam in obligatione iuſtitiæ: quia, quamuis Valen.2.2. *diſp.5.qu.7.puncto 4.§. Reſpondeo dupliciter.& dubit.3.poſt dictum 3.* putet, peculiarem eſſe rationem in materia iuſtitiæ, atque in aliis obligationibus: quia, quemadmodum Iudex in materia iuſtitiæ tenetur iudicare ex propria ſententia, quam ipſe putat probabiliorem; ita & Confeſſarios, vel is, qui conſulitur, cùm eo ipſo ſimiliter ſit electus, tanquàm Iudex pro foro interiore. Hæc tamen limitatio communiter non admittitur, vt ſubdit Sanchez *cap.9.cit.num.22.* quia Confeſſarius, aut is, qui conſulitur, non conſtituitur Iudex pro foro interno inter partes; & ideò non tenetur ferre ſententiam ſecundùm regulas iuris, & illum præferre, qui eſt potior, & cuius iura ſunt probabiliora; ſed ſolùm conſtituitur inter conſulentem, & Deum; & inter hos ſatis benè dirimitur lis, ſi detur conſilium ex opinione probabili, etiamſi non detur ex probabiliore.

5. *Is, qui conſulitur, rectè poteſt conſulentem remittere ad aliũ Doctorem.* Denique rectè ſubdit *ibidem* Sanchez *num. 23.* quòd ſi is, qui conſulitur, nolit dare conſilium ex propria ſententia, rectè poteſt conſulentem remittere ad alium Doctorem; quamuis ipſe ab intrinſeco illius ſententiam non putet probabilem; dummodo ſciat, eam ab aliis reputari probabilem, non ex ignorantia alicuius iuris, quod ſit in contrarium; ſed ex rationibus, quæ ipſi non probantur: ſicut enim, qui petit conſilium, licitè potuiſſet prima vice Doctorem illum adire, & eius conſilio acquieſcere; ita & poteſt ab alio ad illum remitti.

DISPVTAT. XVIII.

Quid, & quotuplex ſit ſcrupulus, & conſcientia ſcrupuloſa.

1. *Conſcientia ſcrupuloſa quænam dicatur.*
2. *Quid ſit ſcrupulus.*
3. *Quomodo ſcrupulus aliquando contingat ſolùm ex parte appetitus.*
4. *Scrupulus de turpitudine actus poteſt ſtare cum conſcientia certa de honeſtate; & cum conſcientia dubia propriè dicta.*
5. *Scrupuli omnes reducuntur ad duo genera, & vel ſunt de præteritis, vel de futuris.*

1. *Conſcientia ſcrupuloſa quænam dicatur.* CONSCIENTIA ſcrupuloſa propriè dicta, prout contradiſtinguitur ab erronea, dubia, & probabili, de quibus egimus *in ſuperioribus diſputationibus*, non illa eſt, quam homines improbi confundunt cum ſyndereſi, dum homines probos, & qui ſyndereſis dictum ſequuntur, appellant ſcrupuloſos, vt notat Reginal. *in praxi, lib.13.c.11.num. 106.* ſed illa, quæ conſiſtit in leui tantùm credulitate de turpitudine alicuius actus, aut de aliqua obligatione ex friuolis, & ex irrationabilibus fundamentis; vel certè illa, quæ patitur facilem turbationem ex quauis apparentia friuolæ, & leuis rationis:

2. *Quid ſit ſcrupulus.* cùm enim nomine ſcrupuli apud Latinos propriè intelligatur calculus, ſeu lapillus exiguus in calceo latens, & pedem lædens, & vexans; & tranſlatè ſumatur pro omni eo, quod animum angit, ac pungit, vt patet ex M.Tullio in Or. pro Sex.Roſ. *Hunc mihi ex animo ſcrupulum euelle, qui me dies, noctéſque ſtimulat, ac pungit.* & notat Azor. *par.1.lib.2.cap.20. qu.1.* per eandem tranſlationem etiam dicitur ſcrupulus, quicquid interiùs angit in ordine ad actionem, vt patet *1.Reg.15.* vbi remorſus de peccato præterito, ſeu conſcientia, quæ remordet, dicitur ſcrupulus:

pulus: *Non ſit tibi hoc in ſcrupulum cordis, quòd effuderis ſanguinem innoxium.* Vnde & communiter dicimur, tam ante peccatum, quàm poſt, habere ſcrupolum, ſiue habeamus determinatam notitiam, & credulitatem de turpitudine, ſiue dubitationem. Et quòd ſcrupulus, de quo hîc loquimur, propriè conſiſtat in ipſo actu leuis credulitatis, & aſſenſus ex leuibus coniecturis, docet S. Anton. *part. 1. tit. 3. cap. 10. §. 10.* Vaſq. *1. 2. diſp. 67. cap. 2. num. 8.* Sanchez *lib. 1. in Decal. cap. 9. num. 2. & lib. 2. de matrim. diſp. 41, num. 2.* & alij. Quòd verò conſiſtat in ipſa apparentia, aut ratione, vel argumento ſimiliter leui & irrationabili, quod ſe offert & vrget ad inducendam credulitatem, aut dubitationem, contra id, quod aliquis credit de honeſtate actionis, docet Nauar. *in cap. Si quis autem. num. 13. de pœnit. d. 7. & in Man. cap. 17. num. 279. & lib. 5. conſ. 8. num. 8. de pœnit. & remiſſ.* Reginal. *in praxi, lib. 13. c. 11. num. 107.* Salas *1. 2. diſp. de conſcientia, ſect. 29. num. 291.* & alij apud ipſum. Et vtraque ſententia, ſi ſimul iungatur, videtur tradere perfectam notionem ſcrupuli, ſiquidem vtroque modo poteſt contingere ſcrupulus; id eſt, per actum credulitatis, vel iudicij; & per apprehenſionem, aut apparentiam rationis ſine actu iudicij, vt notat Azor. *lib. 2. cap. 20. quæſt. 1. cit.*

3. *Quomodo ſcrupulus aliquando contingat ſolùm ex parte appetitus.*

Et ad hos duos modos debet reduci etiam ille alius, quem ponit Caiet. *tom. 1. opuſcul. 31. reſp. 13. dub. 7.* vt ſcrupulus aliqoando contingat ſolùm ex parte appetitus: vt, quando quis timet, v. g. peccare in aliquo actu, & neſcit, quare, vt etiam *ſuprà* diximus *diſp. 10. n. 3.* neque enim id poteſt contingere ſine aliquo actu iudicij, aut ſine aliqua apparentia rationis peccati, cùm appetitus non poſſit ferri in incognitum; ſed ſolùm dicitur talis ſcrupulus ſe tenere ex parte appetitus, in quantum excludit actum iudicij, & aſſenſus, & apparentiam alicuius certi medij, per quod oſtendatur malitia; non autem in quantum excludit omnem apparentiam, etiam immediatam ipſius malitiæ.

4. *Scrupulus de turpitudine actus poteſt ſtare cum conſcientia certa de honeſtate, & cum conſcientia dubia propriè dicta.*

Atque ex hoc, quòd ſcrupulus ſic contingat, rectè colligit Salas *diſp. de conſcientia, ſect. 29. n. 292.* ſcrupulum de turpitudine actus poſſe ſtare cum conſcientia certa de honeſtate, & cum conſcientia dubia propriè dicta: ſiquidem apparentia alicuius argumenti, & rationis ad inducendum aſſenſum, quòd ſpuere, v. g. in Eccleſia, ſit peccatum, optimè poteſt ſtare cum oppoſito aſſenſu determinato, & certo, quòd non ſit peccatum, & cum dubio propriè dicto, id eſt, cum ſuſpenſione omnis aſſenſus: & ſi huiuſmodi leuis aſſenſus ſit iam inductus, & actualiter aliquis credat, v. g. quòd ſpuere in Eccleſia, ſit peccatum; adhuc poteſt ſimul habere hunc alium aſſenſum, quaſi reflexum, quòd oppoſitum ſit probabile, vel etiam probabilius, quod eſt ſatis ad conſcientiam certam: quamuis in tali caſu non poſſit ſimul habere ſuſpenſionem omnis actus, & conſcientiam dubiam propriè dictam. Et quemadmodum ſimul cum aſſenſu mathematico demonſtratiuo, v. g. quòd omne triangulom habeat tres angulos æquales duobus rectis, poteſt ſtare, quòd aliquis non poſſit ſoluere aliquid in contrarium, & cum omnimoda certitudine, & firmitate aſſenſus fidei, poteſt ſtare, vt aliquæ apparentiæ nobis occurrant in contrarium, eáſque non facilè diluamus; ita & ſcrupolus poteſt ſtare cum conſcientia certa, aut probabili de oppoſito, vt notat Nauar. *in cap. Si quis autem. num. 64. de pœnit. d. 7.* & ex illo Reginal. *in praxi, lib. 13. cap. 11. num. 111.*

5. *Scrupuli omnes reducuntur ad duo genera, & vel ſunt de præteritis, vel de futuris.*

Scrupulos verò omnes, ſiue conſiſtant in actu aſſenſus, ſiue in ſola apparentia, & apprehenſione argumenti, aut rationis, ad duo genera reducit Azor. *par 1. lib. 2. cit. cap 20. quæſt. 4.* ad eos, ſcilicet, qui ſunt de rebus præteritis; & ad eos, qui ſunt de futuris: & ad primum genus pertinet, quando aliquis angitur, eò quòd putat, ſe non benè examinaſſe peccata præterita, non integrè confeſſum eſſe, non perfectè, & vt oportet, doluiſſe, & ſimilia; vel quando dubitat, vtrùm alicui malæ cogitationi conſenſerit; vtrùm aliquid vouerit, aut iurauerit; vtrùm ſuo muneri ſatisfecerit; an verò aliquid omiſerit, & alia eiuſmodi. Ad ſecundum verò pertinet, quando angitur: quia putat, hoc, vel illud ſibi non licere; vel ſe teneri aliqua cenſura, eáque impediri ab aliquo agendo; vel in omnibus, quæ decernit, putat ſe adiungere obligationem voti, & ex voto deinde teneri ad illa implenda; vel denique dubitat, vtrùm operationes, quas facit, ſint Deo gratæ; vtrùm ipſe ſit in bono ſtatu, &c.

DISPVT. XIX.

Quomodo ſcrupuli cauſentur ex cauſis corporalibus, ſiue intrinſecis, ſiue extrinſecis; quales ſunt ipſa frigidior complexio ſanguinis, & humorum; & ipſa conſuetudo, & conſortium aliorum ſcrupuloſorum.

1. *Cauſa in vniuerſum ſcrupulorum, quanam ſint.*
2. *Quomodo ſcrupuli cauſentur ex complexione frigidiore, & aquoſiore.*
3. *Ceruæ, & damæ ſunt timidiores, quia ſanguinem habent aquoſiorem.*
4. *Conſtituti in paſſionibus facilè habemus apparentias, & deceptiones circa ſenſus.*
5. *Febricitantes vident aliquando animalia in parietibus.*
6. *Complexio frigidior, quæ eſt cauſa ſcrupulorum, poteſt haberi etiam ex morbo.*
7. *Apparentia Dæmonum, & latronum, quomodo contingant ex melancholia.*
8. *Complexio frigidior poteſt induci ex vigiliis, & abſtinentiis.*
9. *Fœminæ, & maximè vetulæ, ex complexionis frigiditate communiter ſunt ſcrupuloſæ.*
10. *Qua ratione contingat ſcrupuloſitas in vna tantùm materia, & non in aliis.*
11. *Quomodo ſcrupuloſitas oriatur ex conſortio aliorum ſcrupuloſorum.*
12. *Scrupuli oriuntur etiam ex conſortio hominum vitæ auſterioris, & ex libris caſuum conſcientiæ.*

1. *Cauſæ in vniuerſum ſcrupulorum quænam ſint.*

CAVSAS ſcrupulorum plures aſſignat S. Anton. *part. 1. tit. 3. cap. 10. § 9 in fin.* Salas *1. 2. diſp. de conſcientia, ſect. 20. in fin.* Azor. *part. 1. lib. 2. cap. 20. quæſt. 5.* Reginal. *in praxi, lib. 13. c. 11. num. 108. & ſeq.* & alij: ſed commodè poſſunt omnes reduci ad duo genera, id eſt, ad cauſas corporales, & ad cauſas ſpirituales; & vtræque dici poſſunt, vel eſſe intrinſecæ ipſi homini ſcrupuloſo, vel extrinſecæ: nam corporalis, & extrinſeca cauſa eſt ipſa frigidior, & aquoſior complexio ſanguinis, & humorum; ſiue illa ſit innata, & à prima conſtitutione corporis; ſiue influxa, & aduentitia ex morbo, vel ex nimiis vigiliis, & abſtinentiis. Et præterea corporalis, & extrinſeca cauſa eſt ipſa conſuetudo, & conſortium aliorum hominum ſcrupuloſorum. Et contrà, ſpiritualis, & intrinſeca cauſa eſt ipſa inſcitia & ignorantia hominis ſcrupuloſi; & aliquádo

ſimul cum aliqua inſcitia, etiam concurrit aliqua ſcientia,& contemplatio,& ingenij bonitas,& ſubtilitas,ex qua multa occurrunt, quæ faciunt dubitationem, neque poſtea poſſunt ſolui propter defectum prudentioris iudicij, aut meliorum, & propriorum principiorum: & denique ſpiritualis, & extrinſeca cauſa ſunt ipſi Dæmones,qui per angores,& moleſtias ſcrupulorum intendunt afferre faſtidium rerum ſpiritualium, & acediam inducere; vel etiam ipſe Deus, qui aliquem permittit vexari à ſcrupulis in pœnam alicuius peccati, vel ad probationem virtutis,& maius meritum.

2. *Quomodo ſcrupuli cauſentur ex complexione frigidiore, & aquoſiore.*

Vt verò de his omnibus cauſis diſtinctè agamus, quòd ſcrupuli poſſint cauſari ex complexione frigidiore,& aquoſiore ipſius ſanguinis,& humorum, tanquam ex cauſa corporali intrinſeca,patet: quia ex hac maximè cauſatur timiditas, & puſillanimitas;quo tamen nomine ſcrupuli appellantur,id eſt, puſillanimitas ſpiritus, vt notat S. Anton. *part.* 1. *tit.* 3. *cap* 10 §.9.*a st.* iuxta illud Pſal. 54 *Saluum me fecit a puſillanimitate ſpiritus, & tempeſtate.* nam,vt notat Ariſtoteles *lib* 2. *de part. c.* 4. hac de cauſa ceruæ,& damæ inter bruta ſunt timidiores: quia ſanguinem habent frigidiorem,& aquoſiorem;& eandem ob cauſam earum ſanguis nunquam ſpiſſatur, aut incraſſatur, vt idem habet *lib.* 4. *meteor. ſum.* 2. *cap.* 3. quia enim frigiditas ſemper mouet à circunferentia ad centrum, vt patet in conſtrictione, & congelatione, & quia omnia congregat;ſicut & caliditas, è contra, ſemper mouet à centro ad circunferentiam,vt patet in dilatatione,& rarefactione,& quia omnia diſgregat; omninò debet ſanguis frigidior, & aquoſior timiditatem efficere: ſiquidem conſtringit cor,& non ſinit illud multùm dilatari, & tranſmittere ſpiritus ad alias partes,ſicut requiritur ad iram, & animoſitatem,vel audaciam. Et quia hi ipſi ſpiritus frigidiores, & aquoſiores ſunt maxime apti ad recipienda,& retinenda phantaſmata rerum terribilium,ſicut & ſpiritus calidiores, & magis ignei ſunt apti ad recipiendum,& retinenda phantaſmata animoſitatis, v.g. bellorum, inimicitiarum, rixarum, vt patet ex ſomniis, quæ communiter contingunt diuerſa, pro diuerſitate humorum,quibus corpus abundat; inde eſt, quòd huiuſmodi ſpiritus frigidiores maximè cauſent timiditatem; excitando,nimirum, per phantaſmata, quæ recipiunt, & conſeruant, actualem imaginationem eorundem terribilium, & per illam efficiendo timiditatem,& actum timoris. Et quemadmodum ſæpe contingit, vt huiuſmodi imaginationes naturalium terribilium ſint deprauatæ,& multa proponant plus formidanda, quam verè ſint; in quantum,ſcilicet, iidem ſpiritus ſunt minùs nitidi, & minus acres, quàm deberent,& ideò phantaſmata terribilia faciunt in illis maiorem apparentiam, ſicut & ſpecies viſibilium, quando tranſeunt per medium craſſius, & magis opacum,faciunt maiorem apparentiam ſuorum obiectorum;& mediante hac apparentia, & imaginatione inordinata huiuſmodi terribilium, etiam cauſant inordinatum actum potentiæ æſtimatiuæ circa eadem terribilia, & inordinatum actum timoris: ita & contingit in terribilibus moralibus, quæ conſiſtunt in ratione culpæ,& obligationis ad culpam:ſimiliter enim illorum phantaſmata in huiuſmodi ſpiritibus frigidioribus, & craſſioribus faciunt maiorem apparentiam, & excitant maiorem imaginationem rei timendæ, & maiorem æſtimationem, & mediante illa maiorem actum timoris,in quo vtroque maxime conſiſtit ſcrupuloſitas, eaque ex his ipſis actibus multum poteſt augeri: ſiquidem,vt habet Ariſtoteles lib. de ſomniis, cap. 2. *Quando enim in paſſionibus exiſtimus, facilè decipimur circa ſenſus; & qui eſt in paſſione timoris, etiam a modica ſimilitudine videtur ſibi hoſtes videre; & qui eſt in amore, videtur ſibi videre dilectum, & tanto faciliùs quiſque decipitur, quantò in huiuſmodi paſſionibus magis fuerit: ſicut & febricitantes interdum animalia vident in parietibus à modica ſimilitudine linearum compoſitarum;& huiuſmodi apparentiæ aliquando ita intenduntur,vt ſi quis vehementer non laborat, facilè aduertat,quod ſint falſa: ſi verò paſſio ſit maior, omninò decipiatur,& ad illa etiam moueatur.* Similiter enim, quia quis ex ſcrupulis iam eſt in paſſione timiditatis,facilè illi contingunt ſimiles apparentiæ, eæque augent timiditatem, & ab illa viciſſim augentur. Et quemadmodum in aliis actionibus phyſicis ſæpè contingit,vt ex certa diſpoſitione ſubiecti,etiam agens, alioqui debile, multùm agat,vt patet,quando quis trahit currum iam exiſtentem in motu, quem alius etiam fortior non poſſet trahere exiſtentem in quiete; ita & in actionibus ſenſuum facilè accidit, vt pro diſpoſitione organi,aut animæ, ex aliqua actuali paſſione multùm moueatur à ſenſibili etiam debili, vt patet in caſibus poſitis ab Ariſtotele de eo, qui eſt in paſſione timoris, aut amoris,& à modica ſimilitudine videtur ſibi videre hoſtes, aut dilectum; quod idem poteſt contingere etiam in ſcrupulis, ſi quis iam ſit in actuali aliqua ſcrupuloſitate.

3. *Ceruæ, & damæ ſunt timidiores, quia ſanguinem habent aquoſiorem.*

4. *Conſtituti in paſſionibus facilè habent apparentias & deceptiones circa ſenſus.*

5. *Febricitantes vident aliquando animalia in parietibus.*

6. *Complexio frigidior, quæ eſt cauſa ſcrupulorum, poteſt haberi etiam ex morbo.*

Et parum refert quoad hoc, ſiue huiuſmodi complexio frigidior,& aquoſior ſpirituum habeatur à prima conſtitutione corporis, & naturæ, ſiue inducatur ex accidente, v.g. ex morbo: ſic enim Auicenna 1. 3. *tract.* 4. Auerr. *lib.* 3. *colliget. cap.* 40. & Medici communiter apud Ioan. Arculanum *in* 9. *Alman. c.* 16. dicunt, contingere horribiles illas, & maximè admirabiles apparentias latronum,aut Dæmonum,quas patiuntur melancholici, & maniaci, intelligendo per melancholiam morbum illum, qui eodem nomine appellatur; quia cauſatur ex prædominio humoris melancholici, frigidioris & craſſioris, ſupra alios humores: ex malignitate enim,inquiunt,talis humoris, ſubſtantia ipſa ventriculi cerebri,in quo aſſeruantur ſpecies, & phantaſmata;& præterea ipſi ſpiritus animales,per quos illæ ſpecies, & phantaſmata deferuntur ad organum imaginationis,fiunt terreſtriores, opaciores, & quaſi ſyiueſtriores, & tenebroſiores; & inde fit, vt etiam ipſæ ſpecies,& phantaſmata rerum horribilium in illis vitientur, & faciant maiores apparentias,eæque iudicentur etiam eſſe veræ, & percipi per ipſos ſenſus exteriores: eadem ratione,quia id contingit in ſomnio, eò quòd ſenſus alij ſint ligati,neque poſſint ſimul cum ſenſu communi ferre iudicium de obiecto eodem, & ideò non poſſit ſimpliciter diiudicari inter rem, & inter ſimilitudinem,vel apparentiam,& phantaſma rei, vt *ſuprà* explicauimus *lib.* 1. *diſp.* 10. *num.* 4. ex S. Thom. 1. 1. *quæſt.* 84. *art.* 8.

7. *Apparentia Dæmonum, & latronum, quomodo contingant ex melancholia.*

Atque hæc doctrina de huiuſmodi apparentiis, & phantaſmatibus, videtur conformis etiam Ariſtoteli,qui *lib.* 2. *de part. cap.* 4. *cit.* ad ſenſationes internas benè & ordinate faciendas, maximè requirit tenuitatem,& ſynceritatem, vel quaſi nitorem, aut munditiem ſanguinis,& humorum; & ex animalibus ea ait eſſe prudentiora, & ſapientiora,quibus ſanguis eſt tenuior,& nitidior; & ea eſſe ſtolidiora, & minùs prudentia, quibus eſt craſſior,& turbulentior;in quantum,ſcilicet,ex huiuſmodi tenuitate,& munditie,vel nitore, & ſynceritate maxime pendet apparentia ſpecierum, & phantaſmatum,

tum, vt patet exemplo allato de ſpeciebus viſibilibus, quando feruntur per medium craſſius, & opacius, v.g. per aquam, aut per vitrum.

8. *Cõplexio frigidior poteſt induci ex vigiliis, & abſtinentiis.*

Neque ſolùm ex morbo poteſt induci huiuſmodi frigiditas, & aquoſitas ſanguinis, & humorum; ſed etiam per nimias vigilias, & abſtinentias; in quantum, ſcilicet, occaſione illarum minùs perficitur concoctio alimenti, & nutritio. Atque hoc modo *cap. Non mediocriter. de conſecr. d. 5.* ex S. Hieron. dicitur, quòd non mediocriter errant, qui bono magno præferunt bonum mediocre, & rationabiliter hominis dignitatem amittit, qui vel ieiunium præfert charitati; vel vigilias, ſenſuum integritati; vt propter innocentiam immoderatam, & propter indiſcretam Pſalmorum, & Officiorum decantationem, amentiæ, aut triſtitiæ, ſeu melancholiæ notam incurrat.

Si ergo de aliquo, qui ſcrupulis angitur, clarè conſtet, quòd ſit tali modo frigidioris, & aquoſioris ſanguinis, & humorum, facilè credi poteſt ex hac ipſa cauſa corporali intrinſeca cauſari in illo ſcrupuloſitas, ſi præſertim in illo appareat huiuſmodi exceſſus timiditatis, etiam in aliis rebus, & etiam phantaſmata aliorum obiectorum terribilium vagient in illo apparentiam: & tales credi poſſunt ſpecialiter eſſe fœminæ, & maximè vetulæ, & melancholicæ, vt notat S. Anton *part. 2. tit. 3. cap. 10. §. 9. cit.*

9. *Fœminæ, & maximè vetulæ, ex complexione frigiditate communiter ſunt ſcrupuloſæ.*

10. *Qua ratione contingat ſcrupuloſitas in vna tantùm materia, & non in aliis.*

Sed quoad hoc magnam poteſt facere difficultatem: quia aliquando timiditas in aliquo non apparet, niſi in ſcrupolis: & ſæpè contingit, vt qui in aliis omnibus eſt maximè animoſus, & audax; maximè tamen angatur ſcropulis: imò & his non angatur circa quancunque materiam, ſed ſolùm circa vnam aliquam, v. g. circa obligationem votorum, circa Horas canonicas, & huiuſmodi. Et in hoc caſu non videtur ſcrupuloſitas poſſe referri in huiuſmodi cauſam corporalem intrinſecam: ſiquidem maior frigiditas, & aquoſitas humorum, tam facit aptos ſpiritus animales ad recipienda, & retinenda phantaſmata pertinentia ad ſcrupulos, & ad faciendam de illis maiorem apparentiam, quàm ad recipienda, & retinenda phantaſmata aliorum terribilium, & ſimiliter ad faciendam etiam de illis apparentiam maiorem.

Sed fortaſſe in hoc etiam caſu poteſt ſcrupuloſitas prouenire ex cauſa corporali intrinſeca: nam ſimili ratione ex cauſa corporali intrinſeca poteſt contingere amentia, & phrenesis in vna tantùm materia, & non in aliis, vt fusè explicauimus *ſuprà lib. 1. diſp. 12. num. 7. & ſequen.* in quantum, ſcilicet, vnum aliquod phantaſma ex aliqua peculiari alteratione, aut mutatione, quæ fortè contingit in ventriculo cerebri, aut in organo, in quo aſſeruatur, vel ex aliquo huiuſmodi accidente, eſt factum fortius, & intenſius, quàm eſſe deberet; & ſpiritus animales, per quos defertur ad organum imaginationis, tenaciùs, & diutiùs illud ſeruant, & propter aliquas conditiones, & qualitates peculiares maiorem faciunt apparentiam illius obiecti, quam deberent; & ex hac apparentia ſic deprauata, etiam ſequitur deprauatio imaginationis; & ad hanc vlterius ſequitur deprauatio apprehenſionis, & iudicij in intellectu, cùm vnunquodque ſemper tale eſſe exiſtimetur, quale per ſenſum proponitur, niſi contradicat potentia ſuperior, vt ibi diximus ex Ariſtotele *in lib. de Somniis, cap. 2. & 3.* quæ tamen potentia ſuperior, ſtante huiuſmodi intenſione, & deprauatione phantaſmatis, & apparentiæ, nulla eſt, quæ contradicat, & corrigat, cùm intellectus, qui ſolus poſſet contradicere imaginationi, nullum habeat principium contradicendi, neque poſſit diiudicare inter rem, & phantaſma, vel apparentiã rei, quandiu durat tanta intenſio, & deprauatio, vt ibi explicauimus. Eadem ergo ratione ex hac cauſa corporali intrinſeca poteſt contingere ſcrupuloſitas circa vnam tantùm materiam, & non circa alias, ſi contingat certum aliquod phantaſma, quod pro illa inſeruit, ex aliquo accidente eſſe fortius, & intenſius, & fortiùs imprimatur in ſpiritibus animalibus, & diutiùs in illis ſeruetur: nam, quemadmodum hac eadem de cauſa etiam accidit, vt noctu ſomniemus, quæ interdiu egimus, aut ſenſimus, potiùs, quàm alia; quia, cæteris paribus, eorum phantaſmata, vtpote recèns impreſſa, ſunt fortiora, & intenſiora, quam alia: ita & poteſt accidere, vt ſcrupuloſitas potiùs ſit de vna materia, quàm de alia; quia phantaſma de illa eſt fortius, & intenſius.

Et præterea id poteſt accidere: quia ſpiritus animales ex propria temperie hoc poſſunt habere, vt meliùs faciant apparere vnum phantaſma, quàm aliud; ſicut & medium certo modo diſpoſitum meliùs facit videri vnum colorem, quàm alium, & obiectum, quod benè videtur in vno homine, non ita benè videtur in alio.

Et denique id poteſt accidere: quia peculiaris aliqua diſpoſitio ex parte animæ, aut organi, per actualem aliquam paſſionem, facit illam facilè mobilem à certa ſimilitudine, aut phantaſmate etiam modico, & non admodum intenſo, vt patet ex doctrina Ariſtotelis *ſuprà* allata *ex lib. de Somniis, cap. 2.* de iis, qui poſiti in paſſione timoris, aut amoris, ex leui ſimilitudine videntur ſibi videre hoſtes, aut dilectum: ſimili enim ratione vehemens aliqua paſſio circa peccata, & pericula peccatorum, poteſt aliquem reddere facilè mobilem à quauis modica ſimilitudine, aut vmbra peccati, in quo maximè contingit ſcrupuloſitas: & cùm hæc paſſio ſpecialiter poſſit contingere circa vnam materiam, vel circa vnam ſpeciem, aut genus peccati, & non circa alias; etiam poteſt circa illam ſpecialiter contingere ſcrupuloſitas.

Quoad cauſam verò corporalem extrinſecam, ex qua diximus, poſſe cauſari ſcrupuloſitatem, id eſt, quoad conſuetudinem, & conſortium hominum ſcrupuloſorum; non poteſt eſſe magna difficultas: certum enim eſt, quòd phantaſmata ſcrupulorum ex huiuſmodi conſortio, & colloquiis multùm poſſunt intendi: imò & complexio etiam humorum, & ſanguinis, poteſt conformari in eandem frigiditatem, & aquoſitatem, cùm ex imaginationibus, operationibus, & moribus cuiuſque ad longum tempus, & diu continuatis, maximè varietur, vt experientia conſtat: & præterea ſcrupuloſi, cum quibus habetur conſortium, non modò non ſinunt deponi ſcrupulos, qui iam habentur; ſed etiam nouos quotidie iniiciunt.

11. *Quomodo ſcrupuloſitas oriatur ex cõſortio aliorum ſcrupuloſorum.*

Et hoc idem poſſunt cauſare etiam illi, qui magnam vitæ auſteritatem ſequuntur, & aliis omnibus idem genus vitæ ſuadent; imò & libri, qui ſubtiliùs tractant de caſibus conſcientiæ: ſiquidem ſcrupoloſi, cùm ſint communiter timidiores, & minùs prudentes, plurima detorquent ad ſuos ſcrupulos: atque ita ex huiuſmodi libris plus damni, quam vtilitatis percipiunt.

12. *Scrupuli oriuntur etiã ex conſortio hominũ vitæ auſterioris, & ex libris caſuũ conſcientiæ.*

DISPVT. XX.

Quomodo ſcrupuli cauſentur ex cauſis ſpiritualibus, ſiue intrinſecis, ſiue extrinſecis, quæ ſunt, inſcitia, vel ingenij bonitas, Dæmon, & ipſe Deus.

1. *Quomodo cauſa ſpiritualis intrinſeca ſcrupulorum ſemper ſit aliqua inſcitia.*
2. *Cauſa ſcrupulorum aliquando eſt mentis ſuperbia.*
3. *Scrupuli aliquando cauſantur à Dæmone.*
4. *Quomodo Dæmon cauſet ſcrupulos.*
5. *Scrupuli aliquando cauſantur à Deo.*
6. *Aliqua ſcrupuloſitas eſt valdè vtilis, præſertim initio conuerſionis.*
7. *Et ad acquirendum humilitatem, & confundendam mentis ſuperbiam.*
8. *Et ad punienda, & emendanda peccata.*
9. *Et ad exercitium multarum virtutum.*
10. *Quomodo Deus cauſet ſcrupulos.*
11. *Quomodo poſſit dignoſci, quòd ſcrupuli ſint à Deo, vel à Dæmone.*

1. *Quomodo cauſa ſpiritualis intrinſeca ſcrupulorum ſemper ſit aliqua inſcitia.*

QVÒD inter cauſas ſcrupulorum intrinſecas, & ſpirituales, ſit numeranda inſcitia ipſius hominis ſcrupuloſi, vel etiam ſcientia, & ingenij bonitas, nihil eſt dubitandum: hoc enim ipſo, quòd ſcrupulus eſt leuis aſſenſus, aut credulitas ex leui, & irrationabili motiuo, & argumento; vel certè irrationabilis apparentia huiuſmodi argumenti ad inducendam huiuſmodi credulitatem, clariſſimè conſtat, quòd maximè proueoit ex inſciria expendendi vim motiui, & argumeori, & adhibendi aſſenſum non imprudentem. Et quanuis aliqoando huiuſmodi apparentia argumenti poſſit excitari ex booitate ingenij, & ex notitia, aot ſcientia aliarum retum; ſemper tamen habet adiunctam etiam inſcitiam benè expendendi illius vim, & diſſoluendi irrationabilem apparentiam; & ſine huiuſmodi inſcitia tale argumentum apparens nunquam angeret animum, neque haberet, propriè loquendo, rationem ſcrupuli: ac proinde cauſa ſpiritualis intrinſeca ſcrupulorum ſemper poteſt dici eſſe inſcitia, & ignorantia; ſiquidem ad illos concurrit, vel per ſe ſola, vel ſimul cum aliqua alia notitia, & ſcientia.

2. *Cauſa ſcrupulorum aliquando eſt mentis ſuperbia.*

Poteſt tamen ad cauſas ſpirituales intriuſecas ſcrupulorum etiam reduci mentis ſupethia, qua quis nimiùm fidit ſuo iudicio, & alios minimè cõſulit, & nimiùm ſibi placet: hanc enim Deus ſæpè punit per ſctupulos, vt dicemus: & præterea negligentia commendandi ſe Deo, iuxta illud Pſal. 13. *Deum non innocauerunt: illic trepidauerunt timore, vbi non erat timor.* & negligentia conſulendi Patres ſpirituales, aut alios prudentiores, & ſapientiores, iiſque parendi, quando iam conſulti fuerint: & animi leuitas, & inconſtantia, qua plures laborant, dum in benè deliberatis non diu perſiſtunt; ſed leuiter, & facilè mouentur quibuſcunque apparentiis, aut ſuſpicionibus: & nimia & inordinata ſollicitudo vitandi omnia, & ſingula venialia, etiam leuiſſima, & in nullo diſplicendi, & in omnibus ſeruandi perfectiſſimam animi puritatem, & vitandi quaſcunque maculas & minimas: hæc enim omnia fouent, & augent internam timiditatem, & variant apparentias, & imaginationes periculorum peccandi, ex quibus ſcrupuli maximè pendent. Et quemadmodum, qui anguſtè ambulant, & toti ſunt in aduertendo, & vitando periculo grauiſſimi alicuius lapſus, quem timent; & plures audiunt continuò acclamantes, vt caueant; non ſolùm magis timent, quàm alioqui facerent; ſed etiam irrationabiliùs timent, quàm alioqui deberent: ita & qui ambulant in tantis anguſtiis cordis per viam Dei, facilè incidunt in ſcrupuloſitates, vt benè aduertit Reginal. *lib.* 13. *c.* 11. *n.* 310.

3. *Scrupuli aliquando cauſantur à Dæmone.*

Inter cauſas verò ſpirituales extrinſecas primo loco rectè numeratur Diabolus, qui ſæpè illos excitat, vt inducat tædium rerum ſpiritualium, & per illud reducat in latitudinem, & licentiam peccatorum; vel deiiciat in deſperationem: & quod habemus *Matth.* 17. corporaliter geſtum fuiſſe à Diabolo in illo lunatico, quem Chriſtus ſanauit, vt illum proiiceret modò in ignem, & modò in aquam; idem facit ſpiritualiter etiam in ſcrupuloſis, dum eos transfert ex vno ſcrupulo in alterum priori contrarium, vt benè notat Reginald. *in praxi, lib.* 2. *cap.* 10. *num.* 109. Et ſicut, dum quis liberè peccat, & in quælibet ſceleta ſe præcipitem dat, timorem omnem peccati ab illius mente excutit: ita & dum videt, eum emerſiſſe ex huiuſmodi cœno, mirum eſt, quantis moleſtiis, & angoribus illum exagitet, frequentiſſima, & maximè importuna recordatione eorundem peccatorum iam commiſſorum; vel etiam cogitatione periculorum, à quibus in poſterum debet cauere: & vt notat S. Chryſoſt. hom. 4. in 2. epiſt. ad Cor. *Ridiculum ſimul, & pudendum eſt, quòd Diabolus per ipſa medicamenta noſtra efficiat vulnera, id eſt, perniciem nobis afferat ex ipſo mœrore peccatorum, quando eſt immodicus.*

4. *Quomodo Dæmon cauſet ſcrupulos.*

Excitat verò huiuſmodi ſcropulos Diabolus, excitando, & commouendo humores melancholicos, & per illos inficiendo ſpiritus animales, & vitiando phantaſmata, quæ in illis recipiuntur, & deferuntur ad organum imaginationis, & ſic alterando, aut variando illorum apparentias, vt notat S. Anton. *part.* 1. *tit.* 3. *cap.* 10. §. 9. *cit.* & prætereà offundendo ignorantiam, aut caliginem, vel tenebras interiores, & auertendo conſiderationem illorum, quæ poſſent apparentias ſcrupulorum diſſoluere, & tenebras à Dæmone offuſas diſiicere, vt notat Salas 1. 2. *diſp. de conſc. ſect.* 29. *in fine.* Et ex huiuſmodi tenebris mentis conſequitur etiam timor, & puſillanimitas, quæ eſt nutrix ſcrupulorum; ſicut & communiter conſequitur idem timor ex tenebris corporalibus: & vt notat S. Auguſt. *epiſt.* 250. *ad Paulinum*, de his putare debemus eſſe dictum in Pſal. 54 *Timor, & tremor venerunt ſuper me, & contexerunt me tenebræ.* in quantum, ſcilicet, ex huiuſmodi tenebris ſemper conſequitur timor, & tremor.

5. *Scrupuli aliquando cauſantur à Deo.*

Denique inter cauſas ſpirituales extrinſecas ſcrupulorum ſecundo loco eſt numerandus etiam Deus, qui ex multis bonis finibus illos permittit, vel etiam facit: primò enim ex B. Laurentio Iuſtiniano *lib. de diſciplina Monaſt. cap.* 12. & 16. initio conuerſionis poteſt eſſe valdè vtilis aliqua ſcrupuloſitas: quia mentem exacuit ad benè intelligendas res ſpirituales, iiſque ſeriò, & ex animo attendendum; & quibuſdam quaſi ſtimulis voluntatem excitat ad reſiſtendum etiam initiis peccatorum, & ad viuendum circunſpectè, & ex virtute: quauis poſteà progreſſu temporis, & niſi opportunè illi occurratur, ſed ſinatur eſſe nimia, pernicioſiſſima ſit, & maximum periculum, & ruinam animæ creet, vt dicemus. Deinde, plurimùm valet ad acquirendam humilitatem, & proſternendam mentis ſuperbiam, quæ ſcrupulos maximè parit, ac nutrit, dum quis ex proprio ſenſu, atque ſententia

6. *Aliqua ſcrupuloſitas eſt valdè vtilis, præſertim initio conuerſionis.*

7. *Et ad acquirendam humilitatem, &*

Digitized by Google

confundẽdam mentiũ ſuperbiam. rentia metitur omnia, neque alienu cunſiliu, aut iudicio ſinit ſe regi; ſibique in ſuis omnibus nimiùm placet: hanc enim ſuperbiam Deus per ſcrupulos bene humiliat, dum permittit, vt in cogitationes, & dubitationes ita ridiculas delabamur, quales contingunt in ſcrupuloſis: & ex his facit planè intelligi, quales ſint vires noſtri iudicij, quibus tantoperè fidimus, & tantùm nobis placemus.

8. *Et ad puniẽda, & emendanda peccata.* Prætereà valent ſcrupuli in pœnam, & ad emendationem peccatorum, & præcipuè illorum, quæ committimus, dum aliorum dicta, & facta curioſiùs obſeruamus, noſtráſque res, & actiones negligimus: per illos enim non ſolùm nos affligit Deus; ſed etiá facit, vt ad nos redeamus, & de noſtris rebus ſæpiùs cogitemus, & maioré curam in illis adhibeamus. Et quemadmodum, qui ſinuntur ſine ſcrupulis, & angoribus conſcientiæ ambulare in latitudine peccatorum, & in incuria animæ ſuæ, multùm habent, quòd ſibi timeant de hoc ipſo, tanquàm de maxima pœna, & ira Dei: ita & qui per ſcrupulos, & angores retrahuntur ad viam arctam, quæ ducit ad vitam, multùm habent, quòd fidant de hoc ipſo, tanquàm de maximo beneficio Dei.

9. *Et ad exercitium multarum virtutũ.* Denique etiam valent ad exercitium obedientiæ, & patientiæ, & ſpei, & aliarũ virtutum, dum is, qui ſcrupulis angitur, ſinit ſe regi à Patre ſpirituali, vt modò genitus infans, & viriliter agit, & ſuſtinet Dominum; & in tantis miſeriis adhuc ſubſiſtit per longanimitatem, quæ propriè opponitur puſillanimitati ſpiritus, & ſcrupuloſitati; & etiam in illo huiuſmodi tribulatio patientiam operatur, vt dicitur *ad Rom* 5. & patientia probationem, & probatio ſpem, quæ non confundit, vt notat S. Bernard. *epiſt*. 31.

10. *Quomodo Deus cauſet ſcrupulos.* Quo verò modo Deus ipſe permittat, aut poſitiuè efficiat huiuſmodi ſcrupulos, non indiget explicatione, cùm poſſit vti omnibus aliis cauſis iam explicatis, id eſt, humore melancholico, conſortio, & conſuetudine aliorum ſcrupuloſorum, inſcitia ipſius ſcrupuloſi; tentatione, & opera Dæmonis, vel etiam boni Angeli; & propterea poſſit illos efficere immediatè, & per ſe.

11. *Quomodo poſſit dignoſci, quòd ſcrupuli ſint à Deo, vel à Dæmone.* Et ſi ex ſcrupulis illos effectus in nobis experiamur, quos intendit Diabolus; id eſt, tædium vitæ ſpiritualis, tenebras mentis, puſillanimitatem, & deſperationem, facilè poſſumus illorum cauſam referre in Dæmonem: ſi verò contrà experiamur illos alios, quos intendit Deus; poſſumus contraria ratione referre in Deum; &, vt habet S. Bernard. *epiſt*. 32. *cit*. quemadmodum hæc tribulatio in Sanctis, & Electis ex Deo habet, vt patientiam operetur, & patientia probationem, & probatio ſpem; ita & in damnandis, & reprobis, ex Diabolo habet, vt operetur puſillanimitatem, & puſillanimitas perturbationem, & perturbatio deſperationem, quæ interimit.

DISPVT. XXI.

Quomodo ſit licitum, & aliquando etiam debitum, operari contra conſcientiam ſcrupuloſam.

1. *Non peccat, qui facit contra conſcientiam ſcrupuloſam.*
2. *Sed debet non eſſe factus tranſitus à conſcientia ſcrupuloſa ad conſcientiam erroneam, aut dubiam.*
3. *Aliquando non licet operari contra ſcrupulum, niſi prius deponatur.*
4. *Quòd aliqua conſcientia ſit ſcrupuloſa, ſtandum eſt iudicio Confeſſarij, aut docti viri.*
5. *Qui facit contra conſcientiam ſcrupuloſam, benè, & laudabiliter facit.*
6. *Quomodo ſit bona mentis ibi culpam agnoſcere, vbi culpa non eſt.*
7. *Quomodo omnia ſint facienda, ac ſi ſtatim eſſemus morituri.*
8. *Etiam in articulo mortis ſunt contemnendi ſcrupuli.*
9. *Aliquando ſcrupuloſus etiam tenetur contemnere ſcrupulos.*
10. *Et Superior id poteſt illi præcipere.*
11. *Scrupuloſus debet mentem auertere à cognitionibus ſcrupulorum.*
12. *Et ideò non eſt permittendus pluries iterare confeſſiones generales, pluries dubitare, aut loqui de ſcrupulis.*
13. *Et benè eſt vitanda otioſitas.*

LOQVENDO de conſcientia ſcrupuloſa propriè dicta, prout contradiſtinguitur ab erronea, dubia, & probabili; concluſio eſt, quòd non peccat, qui facit contra conſcientiam ſcrupuloſam, imò & benè facit, & aliquando etiam tenetur. Ita Caiet. *tom.* 1. *opuſc. opuſc.* 31. *reſponſ.* 13. *dub.* 7. Nauar. *in Man. præludio* 9. *num.* 9. *& cap.* 27. *num.* 282. *& in cap. Si quis autem. num.* 64 *&* 65. *de pœnit. & d.* 7. S. Anton. *par.* 1. *tit.* 3. *cap.* 10. §. 10. Vaſq. 1.2. *diſp.* 67. *cap.* 2. *num.* 8. Azor. *lib.* 2. *cap.* 20. *quæſt.* 6. Valen. 1.2. *diſp.* 2. *quæſt.* 14. *puncto* 4. Salas 1.2. *diſp. de conſcientia, ſect.* 29 *num.* 195. *&* 198. Sanch. *lib.* 1. *in Decal. c.* 10. *num.* 70. *& ſequen.* Reginald. *in praxi, lib.* 13. *cap.* 11. *num.* 111.

1. *Non peccat, qui facit contra conſcientiam ſcrupuloſam.* Prima pars, quòd non peccet, qui facit contra conſcientiam ſcrupuloſam, probatur ex eo: quia ſimul cum ſcrupulo, quòd aliquid ſit illicitum, poteſt manere conſcientia certa, aut probabilis de oppoſito, vt *ſuprà* diximus *diſp.* 18. *num.* 4. & certum eſt, quòd ex conſcientia certa, aut probabili licitum eſt operari. Et confirmatur: quia, qui facit contra ſcrupulum, non exponit ſe periculo peccandi, cùm ſcrupulus, id eſt, leuis credulitas, aut apparentia ex leui motiuo, non poſſit inducere obligationem agendi ſecundùm ipſum; imò hoc ipſo, quòd ſcrupulus eſt, prudenter agat, qui operatur oppoſitum: & in hanc partem dandum eſſe conſilium ſcrupuloſis, vt fortiter, & ſine timore agant contra ſcrupulos, confirmat S. Anton. *loc. cit.* & plures alij ex illo Iſa. 35. *Dicite puſillanimis: Confortamini, & nolite timere.* verè enim quoad hoc non eſt, quòd timeant, aut puſillo animo ſint.

2. *Sed debet non eſſe factus tranſitus à conſcientia ſcrupuloſa ad conſcientiam erroneam, aut dubiam.* Sed in hac re benè eſt aduertendum, quòd conſcientia, contra quam agitur, verè ſit ſcrupuloſa; non autem ex illa ſit factus tranſitus in conſcientiam erroneam, aut dubiam: ſi quis enim ita aſſentiatur per aſſenſum ſcrupuloſum, & ex friuolis rationibus, quòd aliquid ſit illicitum; vt tamen non aduertat, eum eſſe ſcrupulum, & ex leui ratione, neque habeat actualem aſſenſum, quòd oppoſitum ſit probabile; iam non habet conſcientiam ſcrupuloſam, ſed erroneam: & ſi ſcrupulus ſolùm conſiſtat in apparentia, & apprehenſione rationis, quæ verè ſit friuola; ſed ita apprehendatur, vt tollat omnem actum determinatum ad vnam partem; iam conſtituit conſcientiam dubiã propriè dictam. Et in vtroque caſu certum eſt, quòd non licet operari contra

3. *Aliquando non licet operari contra ſcrupulũ, niſi prius deponatur.* ſcrupulum, niſi priùs deponatur, & actu habeatur conſcientia; ſaltem probabilis, vt notat Sanchez *lib.* 1. *in Decal. cap.* 10. *num.* 8. & Salas 1.2. *diſp. de conſcientia, ſect.* 29. *num.* 196. *&* 297. & hoc modo *cap. Inquiſitioni.*

Inquiſitioni de ſent.excomm. dicitur, qoòd ſi coniux ex leui, & temeraria credulitate credat impedimentum,& nullitatem ſui matrimonij, debet priùs ad ſui Paſtoris conſilium illam explodere, & poſteà liberè petere,& reddere debitum.& *cap.Per tuas.2. de ſimon.* de eo,qui timet, ne fuerit promotus ad aliquos ſacros Oadines ab Epiſcopo ſimoniaco,eò quòd credatur ille Epiſcopus ſæpiùs commiſiſſe huiuſmodi vitium,dicitur, quòd poteſt in Ordinibus iam ſuſceptis liberè miniſtrare, ſed noo debet contra cooſcientiam aſcendere ad alios ſuperiores: & quòd quanuis ſit lapſus in huiuſmodi difficultatem,eò quòd haberet conſcientiam nimis ſcrupuloſam; non poteſt tamen illam euadere, niſi deponat errorem. Hæc enim & ſimilia noo ex eo dicuntur, quia ſimpliciter ſit oeceſſarium deponere conſcientiã ſcrupuloſam quomodocunque;& quãdiu illa maoſerit, non poſſit quis operari oppoſitum; ſed,quia io aliquo certo caſu,eſt neceſſarium eam depooere, id eſt, quando tranſit in conſcientiam errooeam, aut dubiam propriè dictam,& tollit dictamen,ſaltem probabile,de oppoſito.

4. *Quòd aliqua conſcientia ſit ſcrupuloſa,ſtandum eſt iudicio Confeſſarij, aut docti viri.* Quòd ſi quæras, quomodo poſſit quis ſibi perſuadere,quòd conſeientia, quam habet, ſit ſcrupuloſa,& ex friuolis, aut leuibus tantùm rationibus; & ideò teneatur illam deponere ad hoc, vt poſſit operari oppoſitum: Reſpondeo,optimum,ac tutiſſimum eſſe,vt id credat Confeſſario, aut alteri viro docto; ooo autem,vt ipſe per ſe velit examinare rationes ſuæ credulitatis, vt notat Sanchez *lib.1.in Decal.cap.10.num.81.* & Salas *1.2.diſp.de conſcien. ſect.29.cit.num.298.*& Reginald.*lib.13.cap.12.num.*115. quanquam facilè poteſt etiam vnuſquiſque per ſe de hoc ſtatuere, ſi aduertat, quòd ſæpiùs in re aliqua,vel in pluribus,leuiter aſſentiatur,aut dubitet ſine probabili fundamento,vt notat Sanchez *lib.1.in Decal.c.9.n.2.* Vaſq. *1.2.diſp.67. c.2.num.8.* Azor. *lib.2.c.20.q.3.*

5. *Qui facit contra conſcientiam ſcrupuloſam, benè, & laudabiliter facit.* Secuuda pars concluſionis, qoòd benè faciat, qui facit contra conſcientiam ſcrupuloſam, patet manifeſtè: quia eo ipſo, quòd aliquis aſſenſus,aut dubitatio deprehenditur eſſe ſcrupulus, & ex friuolis & leuibus rationibus, ſatis conſtat, quòd de illo non ſit curandum: & eo ipſo,quòd pars oppoſita eaiſtimatur ſimpliciter verior & probabilior, honeſtè & laudabiliter poteſt ex illa ioſtitui operatio.

6. *Quomodo ſit bona mentis ibi culpam agnoſcere, vbi culpa nõ eſt.* Neque vrget in contrarium id, quod habetur *cap.Ad eius.d.5.* ex S.Greg. *in reſponſ.10. ad Aug. Angliæ Epiſcopum*,quòd bonarum ſit mentium,ibi culpam agnoſcere, vbi culpa non eſt: neque enim in hoc ſenſu id dicitur, quaſi error, ac deceptio mentis circa ſubiectum malitiæ,& circa culpas,ſit dignus laude, & bonas mentes, vel formaliter faciat,vel ſaltem indicet; ſed,quia ipſæ culpæ,etiam in ſuis effectibus, laudabiliter recoluntur, & deflentur à bonis meotibus; quanuis in illis reuerà non ſint: idque ſolùm ſibi velle S. Gregorium *eo loco*, patet manifeſtè ex ipſo contextu: cùm enim docuiſſet,quòd mulieres propter menſtrua,quæ patiuntur, non debeut prohiberi ab ingreſſu Eccleſiæ;ſiquidem in Euangelio etiam mulier, qoæ ſanguinis fluxum patiebatur,ad Chriſtum acceſſit, & tetigit fimbriã veſtimenti eius;ſubdit, quòd neque etiam pro eodem tempore menſtruorum, debent prohiberi à perceptione Euchariſtiæ; & quòd ſi per ſe ipſæ ex affectu venerationis illam percipere non præſumant,laudandæ ſunt;noo tameo iudicandæ,ſi percipiant: & huius rei eam reddit rationem: *Quia bonarum mentium eſt, ibi etiam culpas ſuas agnoſcere,vbi culpa non eſt: quia ſæpè ſine culpa agitur, quod venit ex culpa: vnde etiam cùm eſurimus,ſine culpa comedimus, quibus ex culpa primi hominis factum eſt, vt eſuriamus.* Et ſenſus eſt,quòd ideò ſunt laudandæ mulieres,ſi tempore menſtruorum oon præſumant accedere ad Euchariſtiam: quia,quanuis in illis culpa non ſit;poteſt tamen in illis agnoſci culpa,ex qua proueniunt; id eſt,culpa primi parentis,ſicut & agnoſcitur in hoc, quod eſt eſurire,& comedere:quanuis neque etiam in his ſit propriè culpa. Vnde & in aliquibus Codicibus expreſsè legitur hæc limitatio,*aliquo modo:*quia,ſcilicet,non eſt ſermo de agnoſcendis ſimiliter,& quomodocunque propriis culpis,vbi non ſunt; ſed ſolùm de agnoſcendis aliquo modo, id eſt,tanquàm in ſuo effectu.

Deinde, ſi admittatur propoſitio illa in eo ſenſu, in quo communiter circunfertur,ſolùm eſt intelligenda de agnitione culpæ, non per actum iudicij, & aſſenſus;vel etiam per actum dubitationis, & formidinis irrationabilis,& ea leuibus,& friuolis motiuis,quæ contingunt in ſcrupulis; ſed per actum apprehenſionis,& inſpectionis, vel circunſpectionis: & ſenſus eſt, quòd bonarum mentium ſit,vbique culpam timere,vt notat S.Anton. *par.1. tit.3.c.10.§.10.reg.6.in fin.* & Sylu. *verb.ſcrupulus, num.3.* & Reginald. *lib.3. cap.12.num.124.* & circunſpectè in omnibus ſe gerere, & etiam in illis ſuſpicari de culpa, in quibus verè non eſt, iuxta illud S.Iob,cap.9. *Verebar omnia opera mea, ſciens, quòd non parceres delinquenti.* quanquam hæc ipſa ſuſpicio & timor de culpa debet eſſe prudens & rationabilis, ac proinde hæc ſententia S.Gregorij noo fauet ſcrupuloſis.

7. *Quomodo omnia ſint facienda, ac ſi ſtatim eſſemus morituri.* Similiter neque fauet,quòd vnuſquiſque ita debeat ſe gerere in ſingulis operationibus, quomodo in illis ſe gereret, ſi ſtatim eſſet moriturus; in quo tamen caſu certum videtur,quòd vnuſquiſque non abiiceret ſcrupulum;ſed ſemper ex illo ſequeretur partem tutiorem. Contrà enim eſt: quia,vt notat Sylueſt. *ver.ſcrupulus, num.3.§. Quartò obiicit.* & ex illo Sanchez *lib.1. in Decal. cap.10. cit. num.81.* multa eſſent facienda in articulo mortis, quæ extra illum non ſunt facienda, ſi afferant magna damna:& præthereà in illo etiam articulo conſultiùs faceret ſcrupuloſus, ſi contemneret ſcrupulos ex hoc ipſo,quòd ſunt ſcrupuli; & ideò potiori ratione ſunt contemnendi extra illum articulum.

8. *Etiam in articulo mortis ſcrupuli ſunt contemnendi.*

9. *Aliquando ſcrupuloſus etiam tenetur contemnere ſcrupulos.* Tertia pars concluſionis, quòd aliquando etiam teneatur quis facere contra ſcrupulos, & contra conſcientiam ſcrupuloſam, ſpecialiter aſſeritur à Valent.*1.2.diſp.2.quæſt.14.puncto 4.dub.5.* Sayr.*lib.5. clau.reg. cap.14. num.1.* Salas *1.2. diſp.de conſc. ſect.29.num.298.* Sanchez *lib 1.in Decal.cap. 10.n.83.* Et patet in eo caſu, in quo ſcrupuloſus videat graue damnum ſe pati à ſcrupulis; ſiue in corpore, propter periculum amentiæ, aut morbi alterius grauis,ſiquidem ſpiritus triſtis exſiccat oſſa;ſiue in animo propter inordinatam perturbationem, & periculum deſperationis, vt *ſuprà* diximus ex S. Bern.*epiſt.32.* ſiue propter tædium rerum ſpiritualium, & propter inhabilitationem ad omnia bona, & ſpecialiter ad humana negotia, & ea, ad quæ ſcrupuloſus alioqui tenetur ratione ſtatus,aut officij.Et,vt habet S.Anton.*part.1.tit.3.cap.10.§.9.* de ſcrupulis poteſt intelligi illud Pſal.54. *Saluum me fecit à puſillanimitate ſpiritus, & tempeſtate.* quia reuerà huiuſmodi puſillanimitas ſpiritus, & ſcrupuloſitas,eſt quaſi tempeſtas, quæ conſumit, quicquid inuenit viride,& vigoroſum in animo;& magnas etiam naues in profundum demergit; id eſt,

magnos

magnos homines in deſperationem adducit: vnde & Dauid *Pſal.*68.ab illa poſtulabat ſe liberari: *Non me demergat tempeſtas aquæ.*

10. *Et Superior id poteſt illi præcipere.* Et propter huiuſmodi damna etiam poteſt Superior præcipere ſcrupuloſo, vt operetur contra ſcrupulos; nec debet præcipere timidè, ſed fidenter & abſolutè; ne alioqui ſit minor ſecuritas in ægroto, ſi vacillauerit ipſe Medicus, vt notat Reginald. *in praxi, lib.*2.*cap.*9.*num.*117. & ſimiliter in tali caſu etiam tenebitur ſcrupuloſus contemnere ſcrupulos, & præcepto parere.

Et denique, ſi quis ex ſcrupulo irrationabiliter dubitet, aut credat, aliquid eſſe peccatum, quod verè eſt in præcepto; certiſſimum eſt, quòd tenetur etiam in tali caſu abiicere ſcrupulum, & præceptum implere, operando contra ſcrupulum.

11. *Scrupuloſus debet mentem auertere à cogitationibus ſcrupulorum.* Dicitur verò teneri aliquis agere contra ſcrupulos, ad hoc vt vitet grauiſſima damna, quæ ex illis imminent; & prætereà poſſe ſuperior id illi præcipere: quia vix aliud eſt remedium magis vtile, aut magis neceſſarium, quàm mentem auertere à cogitationibus ſcrupulorum, & ex imperio voluntatis contra illos operari; & vix aliud eſt magis noxium, quàm ad huiuſmodi cogitationes aduertere, aut ex illis operari: quia, vt notat Caiet. *in Summa, verb. ſcrupuloſi.* hæc eſt maxima ſcrupulotum nutritio, & conſeruatio: quia mota vna phantaſia neceſſe eſt multos ſcrupulos conſequi, neque poſteà eſt in noſtra poteſtate compeſcere ſequentes commotiones; ſicut & in lateribus ordinatè hærentibus moto vno ſequuntur cæteri, & omnes cadunt, vnus poſt alium: ipſa enim attentio ad vitandum ſcrupulum, ſcrupulum parit; quia mouet phantaſiam, eámque occupat circa illud obiectum, eáque ſic occupata impedit liberè incipere, aut proſequi operationem contra illum ſcrupulum.

12. *Et ideò non eſt permittendum pluries iterare Confeſſiones generales, pluries dubitare, aut loqui de ſcrupulis.* Atque hanc ob cauſam inter remedia, quæ communiter traduntur pro ſcrupulis, hæc ſolent eſſe præcipua, vt Confeſſarius, vel alius quicunque frequenter non admittat dubia ſcrupuloſi, neque illum pro huiuſmodi dubiis ad ſe venientem audiat, ſed feriò reiiciat; &, ſi opus eſt, etiam verbis grauioribus exterreat, & multò minùs, vt ſinat illum repetere Confeſſiones generales, aut confiteri huiuſmodi dubia, vel pro illis aliquem alium conſulere, vt videre eſt apud Azor. *lib.*2.*cap.*20.*quæſt.*7. & Sanchez *lib.*1.*in Decal.cap.*10.*cit.num* 83. & Salas 1.2. *diſp.de conſcientia, ſect.*29.*num.*299.*remed.*5. Hæc enim omnia, & ſimilia eò pertinent, vt mens, & cogitatio à ſcrupulis auertatur, eáque ratione ſimul omnes præcidantur, non autem curentur præcidi ſinguli, cùm hic labor ſit planè inutilis, imò & noxius: ſiquidem, vt olim in hydra Herculis; ita & communiter in ſcrupulis accidit, vt vno capite amputato, ſeptem & plura alia enaſcantur; & ſicut in catena, vt vno annulo tracto trahantur plures. Et cùm interna ſuperbia, qua nimiùm fidimus noſtro iudicio, ſit fœcundiſſima mater ſcrupulorum, eóſque ſæpè Deus permittat ad illam humiliandam, & proterendam, vt *ſuprà* diximus; optimum in primis eſt, vt per illam ipſam non foueatur, ſicut certè fouetur per mentis applicationem ad ſcrupulos, quaſi illi ex ipſa doctrina, & iudicio ſcrupuloſi ſint explicandi, aut eximendi.

13. *Et bonè eſt vitanda otioſitas.* Et ad idem facit etiam illud, vt diligenter vitetur in homine ſcrupuloſo otioſitas, imò & illæ occupationes pro ipſo quærantur, quæ mentem in aliis teneant, neque tempus relinquant pro ſcrupulis reuoluendis, ac recolendis.

Illud verò alterum, quòd poſſit quis teneri in caſibus explicatis, non ſolùm auertere mentem à cogitationibus ſcrupulorum; ſed etiam ex imperio voluntatis contra illos agere; rectè explicat Sanchez *lib.*1.*in Decal.cap.*10.*cit.num.*81. ex S. Anton. exemplo virgæ obtortæ, quæ non poteſt aliter reduci ad rectitudinem, niſi flectatur in partem oppoſitam; & exemplo bruti, quod non aliter poteſt retrahi ab aliquo vitio, niſi per hoc, quòd cogatur ad oppoſitum.

DISPVT. XXII.

Quibus remediis poſſint eximi, aut tolli ſcrupuli in vniuerſum.

1. *Occurrendum eſt cauſis ſcrupulorum.*
2. *Non eſt propter ſcrupulos viuendum medicè.*
3. *Scrupuloſo eſt maximè neceſſarium, vt ſe totum ſubiiciat alterius conſilio, & directioni.*
4. *Et prætereà eſt omninò tutiſſimum.*
5. *Vt probatur pluribus exemplis.*
6. *Debet ſcrupuloſus mentem auertere à ſcrupulis, & contra illos factitare.*
7. *Debet maximè vitare otioſitatem.*
8. *Probatur exemplo S. Hieronymi, & Græci adoleſcentis.*
9. *Si ſcrupuloſus ſit deditus peccatis, difficillimè curatur à ſcrupulis, niſi per pœnitentiam, & fugam peccatorum.*
10. *Scrupuloſus debet vitare etiam peccata venialia.*
11. *Et vacare orationi, & bonis operibus.*

AD ſcrupulos eximendos vniuerſaliſſima, atque optima in primis eſt regula, vt occurratur, quantùm fieri poteſt, illorum cauſis: vnde optimè faciet ſcrupuloſus, ſi ad occurrendum cauſis intrinſecis corporalibus, quæ ſunt frigiditas complexionis, & exceſſus melancholiæ, primùm curet hæc purgari medicamentis; & deinde teneat bonam victus rationem, & intermittat immoderata ieiunia, & vigilias, & ſtudeat moderatæ lætitiæ. Et ad occurrendum cauſis extrinſecis corporalibus, quæ ſunt conſuetudo eorum, qui ſcrupulos fouent, aut de nouo iniiciunt, vitet conſortium aliorum ſcrupuloſorum, & eorum, qui ſunt diſciplinæ auſterioris, & abſtineat à lectione eorum librorum, qui ſubtiliùs explicant ea, quæ pertinent ad peccata; & ad tollendas cauſas ſpirituales intrinſecas, quæ ſunt inſcitia, & mentis ſuperbia, vel amor inordinatus proprij iudicij, ſubiiciat ſe in omnibus iudicio Confeſſarij, vel alterius viri docti, & probi, eique ad nutum obediat, tanquàm Dei Vicario, & mentem quàm diligentiſſimè auertat à cogitationibus ſcrupulorum, neque illas ex proprio iudicio velit diſſoluere; ſed contrà in iis ſe occupet, quæ mentem ad alia diſtrahant, & in aliis firmiùs teneant; & ex propoſito, & imperio voluntatis contra ſcrupulos operetur, & neque etiam in rebus leuiſſimis, aut minimè malis illos ſequatur. Et denique ad remouendas cauſas ſpirituales extrinſecas, qualis eſt Diabolus, & Dei punitio; humiliter ad Deum debet recurrere per fugam, & pœnitentiam peccatorum, per orationes, eleemoſynas, & bona opera, ſéque per veram humilitatem debet diſponere ad Dei gratiam, & ſpeciale auxilium. Ita S. Anton. *part.*1. *tit.*3.*cap.*10.§.10. Caiet. *in Summa, verb. ſcrupuloſi,* Sylu. *verb. ſcrupulus, num.*3. Nauar. *in Man.cap.*27. *num.*282. Corduben. *lib.*3.*quæſt.*13.& 14. Sayr *lib.*1. *clau. reg. cap.*14.*num.*2. Valen. 1.2. *diſp.*2.*quæſt.*14. *puncto* 4.*in fin.* Vaſq. 1.2.*diſp.*67.*cap.*2.*num.*8. Azor. *part.*1.*lib.*2.*cap.*20.*q.*6. Salas 1.2.*diſp.de conſcientia, ſect.*29. 1. *Occurrendũ eſt cauſis ſcrupulorum.*

pore langueſceret. Et. illud Medicorum apud Celſum *lib.3.cap.*18. vt io cura phrenitidis, animus ad contraria reuellatur : ſicut contingit in homine quodam prædiuite, qui ex phreneſi famem timebat, & curatus eſt per hoc, quòd falſæ hæreditates illi ſunt ouociatæ ; & ſæpiſſimè contingit etiam in illis, qui ex phreneſi ſunt audaciores ; & vt contineantur, & curentur, etiam plagis redduntur timidiores. Et denique in cura amamium, quæ maximè fit per hoc, quòd cogitatio ad ea trahatur, quæ poſſunt mouere ad odiom : ſimiliter enim ſi animus à ſcrupulis ad alia reuellatur, facilè eueniet, vt curetur: quia, quemadmodum naturales affectiones corporis curantur reuulſione cauſæ, vel humorum ad partem contrariam parti affectæ ; ita & affectiones animi reuulſione mentis, & cogitationis.

7.
Debet maximè vitare otioſitatem.

Ad idem pertinet etiam aliud remedium de vitanda otioſitate, & mente, aut phantaſia in aliis occupanda, & firmiùs detinenda : quia, vt communi prouerbio dicitur, clauus clauum trudit ; & ſi phantaſiam in aliis occupemus, minùs illam ſinimus phantaſiare de ſcrupulis ; & ſic phantaſmata ſcrupulorum paulatim remittuntur, & euaneſcunt : & qua ratione tale remedium eſt maximè vtile contra alias tentationes carnales, & quo tempore tribulatione alia alterius generis benè vexamur, v.g. perſecutione ab hoſtibus, ne cogitamus quidem de rebus carnalibus ; ita & poteſt eſſe maximè vtile contra ſcrupulos propter eandem rationem. Certè S.Hier. *epiſt.4.ad Ruſticum*, de ſe ipſo refert, quòd cùm eſſet iuuenis, & ſolitudinis illum deſerta vallarent ; adhuc tamen ardorem vitiorum, & inceotiua naturæ ferre non poterat; eáque cùm ieiuniis frangeret, adhuc mens cogitationibus æſtuabat; & ideò ad iſlam edomandam cuiſdam Fratri, qui ex Hebræis crediderat, in diſciplinam ſe tradidit, vt ab illo Alphabetum Hebræum diſceret, & ſtridentia, anhelantiáque verba meditaretur. Et addit, ſic fuiſſe curatum in Cœnobio etiam Græcum adoleſcentem à tentationibus carois : *Imperat*, inquit, *Pater Monaſtery cuidam viro graui, vt iurgiis, & conuiciis inſectetur hominem ; & poſt irrogatam iniuriam, primus veniat ad querimoniam. Vocati teſtes, pro eo loquebantur, qui contumeliam fecerat : flere iuuenis contra mendacium ; ſed nullus alius credere veritati: ſolus Pater defenſionem ſuam apponere, ne ille abundantiori triſtitia abſorberetur. Ita annus ductus, eóque expleto interrogatus adoleſcens de cogitationibus priſtinis: Viuere, inquit, mihi non licet, & fornicari delectet ?* Qua ergo ratione mentis diſtractio à cogitationibus turpibus, & mentis traductio, vel applicatio ad alia cogitanda fuit efficax remedium contra turpes tentationes ; eadem ratione etiam diſtractio mentis à ſcrupulis eſt remedium efficax contra ſcrupulos.

8.
Probatur exemplo S. Hieronymi, & Græci adoleſcentis.

9.
Si ſcrupuloſus ſit deditus peccatis, difficillimè curatur à ſcrupulis, niſi per pœnitentiam & fugã peccatorum.

Contra cauſas ſpirituales extrinſecas ſcrupulorum, ioter quas præcipua eſt Diabolus, optimum eſt remedium, vt ſcrupuloſus paret ſe ad auxilium Dei per pœnitentiam, & fugam peccatorum : ſi qois enim prematur ſcrupulis, & de cætero nullam habeat curam vitandi peccata, quod in aliquibus ſolet contingere, qui in vno aliquo taotùm genere ſunt ſcrupuloſi, vt, v.g. circa confeſſiones præteritas, vel ſolùm circa blaſphemiam, aut hæreſim, à quibus fortè maximè abhorrent, & ad alia peccata ſunt maximè promptì & proclines; ſi quis, inquam, talis ſit, difficillimum omninò eſt, vt illi remedium pro ſcrupulis adhibeatur, vt notat Vaſq. 1.2.*diſp.67.cap.2.in fin.* & Sanchez *lib.1. in Decal. cap.10. num.*76. qoia, dum caret gratia, etiam caret dono ſapientiæ, conſilij, & iotellectus, quæ nunquàm reperiuntur cum peccato mortali, & ſemper præſupponont charitatem & gratiam, vt patet ex S. Thom. 2.2.*quæſt.45.art.*4. & tamen maximè poſſunt iuuare contra ſcrupulos, vt ex ſe patet : & quemadmodum Diabolus corporaliter obſidens illum lunaticum *Matth.* 17. ſæpè illum dabat præcipitem in ignem, & in aquam, quæ ſunt res contrariæ ; ita & ſpiritualiter obſidens peccatorem, ſæpè illum præcipitat in nimiam licentiam peccandi circa vnam, aut plures materias, & ſæpè in nimios ſcrupulos, & nimiam timiditatem peccandi circa aliam materiam, vt notat S.Anton. *part.1.tit.3.c.*10.§.10.*reg.*3.

Neque id debet ſolùm intelligi de fuga peccatorum mortalium ; ſed etiam de fuga venialium, & abſolutè de fuga eorum, quæ manifeſtè cognoſcuntur eſſe peccata : vt enim benè notat Caiet. *in Summa, verb. ſcrupuloſi, in fine,* qui parui facit incurrere venialia, & eſt parum ſollicitus in cura animæ ſuæ, Indignus eſt ſpeciali cuſtodia, & illuminatione per Angelos, aut immediatè per ipſum Deum ; quæ tamen multùm valeret ad ipſum benè dirigendum, & præſeruandum à ſcrupulis. 10.
Scrupuloſus debet vitare etiam peccata venialia.

Huic remedio contra eaſdem cauſas ſpirituales extrinſecas proximum eſt illud aliud, quod deſumitur ex humili, & aſſidua oratione, & petitione diuini luminis, & auxilij : in hoc enim ſenſu affertur ab aliquibus illud Pſal. 103. *Deum non inuocauerunt : illic trepidauerunt timore, vbi non erat timor.* Et de illo Dæmonio, quod hominem à ſe obſeſſum modò deiiciebat in ignem, & modò in aquam, quale certè eſt Dæmonium cauſans ſcrupulos, quod hominem ſcrupuloſum modò impellit in nimiam timiditatem peccandi, & modò in nimiam laxitatem & licentiam, rectè dicitur à Chriſto Domino, quòd non eiicitur, niſi in oratione, & ieiunio, vt notat S.Anton. *part.1.tit.3.cap.*10.§.10. *reg.3.cit.* & ratio eſt: quia facienti, quod in ſe eſt, cũ auxilio gratiæ, Deus nõ denegat vlteriorem gratiam : & ideò oranti, & benè operanti, ſéque præparanti per orationem, & bona opera, Deus non denegat ſpiritum ſapientiæ, ſcientiæ, conſilij, & intellectus, qui ſcrupulos eximant. Atque hoc monet S.Iacobus cap.1. ſuæ Epiſt. *Si quis indiget ſapientia, poſtulet à Deo, qui dat omnibus affluenter, & non improperat, & dabit ei.* Et *Sapientiæ* 7. hoc idem de ſe ait Salomon: *Optaui, & datus eſt mihi ſenſus : & inuocaui, & venit in me Spiritus ſapientiæ.* Et 2.*Paralip.*20, ſic orat Rex Ioſaphat : *Cum ignoremus, quid agere debeamus, hoc ſolum habemus reſidui, vt oculos noſtros dirigamus ad te.* Quia, ſcilicet, in perplexitatibus, quas patimur, hoc ſolùm eſt remedium, vt oculos ad Deum vertamus per orationem.
11.
Et vacare orationi, & bonis operibus.

DISPVT. XXIII.

Quibus remediis ſpecialiter poſſint tolli, aut eximi ſcrupuli de rebus præteritis, aut de futuris.

1. *Remedia pro ſcrupulis de rebus præteritis.*
2. *Et pro ſcrupulis de rebus futuris.*
3. *Debet ſcrupuloſus ſentire de Deo in bonitate.*
4. *Non eſſe nimius in examinatione conſcientiæ.*
5. *Nec putare, quòd perfectè conſenſerit in aliquod peccatum mortale, niſi id poſſit iurare.*
6. *Ad iuramentum poteſt ſufficere certitudo moralis.*
7. *In homine ſcrupuloſo dubietas, vtrùm conſenſerit in peccatum, eſt accipienda pro certitudine, quòd non conſenſerit.*
8. *Dubietatis interpretatio oppoſito modo eſt facienda*

in homine ſcrupuloſo, atque in homine conſcientia laxa.

9. *Confeſſiones generales ab homine ſcrupuloſo non ſunt iterandæ.*

10. *Interpretatio legis pro foro conſcientia poteſt fieri ab vnoquoque.*

11. *Scrupuloſus non debet credere ſe ad aliquid eſſe obligatum, niſi id poſſit iurare.*

12. *Confeſſarius quomodo poſſit ſedare conſcientiam ſcrupuloſam.*

1. *Remedia pro ſcrupulis de rebus præteritis.*

MAGIS ſpecialiter ad ſcrupulos eximendos de rebus præteritis hæc poſſunt notari ex Authoribos citatis *diſp. præcedente, num. 1. in fine.*

Optimè faciet ſcrupoloſus, ſi ſentiat de Domino in bonitate, vt dicitur *Sap.* 1. eúmque in erebris meditationibus ſibi potiùs proponat, vt benigniſſimum Patrem miſericordiarum, quam vt ſeueriſſimum quæſitorem, & vindicem ſcelerum: ſi teneat in conſcientia examinanda certum tempus, & certas leges à Confeſſario ſibi præſcriptas; neque vnquam putet ſe conſenſiſſe in aliquod mortale, aut perfectè ſe aduertiſſe ad illius malitiam, niſi id habeat tanta certitudine, vt etiam iuramento id poſſit affirmare; & ſuum dubium in huiuſmodi rebus ſemper accipiat pro credulitate de oppoſito; & ſuam credulitatem de oppoſito ſemper accipiat pro certitudine: ſi generales Confeſſiones non ſæpiùs iteret, nec de peccatis præteritis, & iam ſemel confeſſis, ampliùs confiteatur, niſi ſimiliter ex certitudine iuramenti certiſſimus ſit, quòd aliquid omiſerit neceſſariò confitendum.

2. *Et pro ſcrupulis de rebus futuris.*

Et ad ſcrupulos ſpecialiter eximeodos de rebus futuris, optimè faciet, ſi omnes obligationes, & leges ſemper benigniùs pro ſe interpretetur, neque credat ſe ad aliquid teneri, niſi id certò ſciat per certitudinem iuramenti; & ſi benè ſibi perſuadeat quaſdam veritates, iiſque tanquam regulis in praxi vtatur: vt, v.g. quòd ſit licitum in praxi ſequi quancunque opinionem probabilem, etiam minùs tutam: quòd probabile ſit id, quod docent aliqui ſapientes, aut de facto faciunt ſine aliorum reprehenſione aliqui timorati: quòd ſufficiat medioeris diligentia ad conſcientiam examinandam pro confeſſione, vel ad aliquam aliam veritatem inueſtigandam: quòd peccatum mortale ex genere efficiatur veniale ex leuitate materiæ, vel ex defectu plenæ deliberationis: quòd votum, & iuramentum non obliget, niſi quando eſt factum ex perfecta deliberatione; & ſi quis de illo ſit dubius, non teneatur: quòd excommunicatio, & cenſuræ non incurrantur, niſi priùs de illis habeatur notitia.

3. *Debet ſcrupuloſus ſentire de Deo in bonitate.*

Et quidem primi remedij pro ſcrupulis de rebus præteritis, vt, ſcilicet, ſcrupuloſus de Deo ſentiat in bonitate, cúmque in meditationibus potiùs conſideret, vt Patrem, quàm vt Iudicem; illa eſt ratio: quia, cùm tota timiditas, quæ habetur ex ſcrupulis, proueniat ex apprehenſione diuinæ ſeueritatis; & vnuſquiſque ſcrupuloſus dicat cum S. Iob, *cap.* 9. eam ob cauſam vereri ſe omnia opera ſua, quia ſcit Deum non parcere delinquenti; plurimùm adiumenti contra illam habebit, ſi crebrò cogitet, magis proprium eſſe Dei, vt miſereatur, & parcat, quàm vt puniat: & vt dicitur *Thren.* 3. bonum eſſe Dominum ſperantibus in ſe, animæ quærenti illum; imò cùm promiſerit Ezech. 18. quòd poſt pœnitentiam obliuio eum capiet peccatorum: *Si impius egerit pœnitentiā ab omnibus peccatis ſuis, iniquitatum eius, quas operatus eſt, non recordabor.* iniuriam quodammodo illi facit ſcrupuloſus, ſi peccata, quæ Deus vult obliuiſci, ſuperſtitioſè recolendo, & recogitando illi obtrudat, & recognoſcenda proponat; & cùm dona Dei ſine pœnitentia ſint, *ad Rom.* 11. ita ſe cum illo gerit ſcrupuloſus, ac ſi quotidie Deum pœniteat veniæ iam conceſſæ.

4. *Non eſſe nimium in examinatione conſcientia.*

Alterum remedium, de ſeruandis certis regulis, & certo tempore non excedendo in examine conſcientiæ, ad hoc maximè inſeruit, ne phantaſmata ſcrupulorum examinatione illa nimis diuturna magis excitentur, & roborentur.

5. *Nec putare, quòd perfectè conſenſerit in aliquod peccatum mortale, niſi id poſſit iurare.*

Quòd dicitur ſcrupuloſus non debere vnquam putare, quòd conſenſerit in aliqood peccatum mortale, & quòd illius malitiam perfectè aduerterit, niſi id ſciat tanta certitudine, quanta ſufficiat ad iuramentum, ſpecialiter aſſeritur a Doctoribus, Azor. *part.* 1. *lib.* 2. *cap* 20. *quæſt. vlt.* Vaſq. 1.2. *diſp.* 67. *cap.* 2. *num.* 8. Sanchez *lib.* 1. *in Decal. cap.* 10. *num.* 82. Et fundatur in eo: quia, cùm ſit ſcrupuloſus, & communiter phantaſmata peccatorum ſint deprauata, & ſine vero & rationabili fundamento ex parte obiecti, faciant in illo maiorem apparentiam, prudenter facit, ſi ex tali apparentia non moueatur; ſed ſolùm ex maiore certitudine, quam habet: & cùm ſcrupuloſus ab huiuſmodi phantaſmatibus ſit facillimè mobilis, & leuiſſima etiam vmbra conſenſus tantam in illo relinquat ſpeciem ſui; certiſſimus eſſe poteſt, quòd multò maiorem reliquiſſet ipſe conſenſus verus & plenus, ſi verè & plenè interueniſſet; & ideò ex hoc ipſo, quòd non reliquit talem ſpeciem, ſignum certiſſimum poteſt eſſe, quòd verè non fuerit.

6. *Ad iuramentum poteſt ſufficere certitudo moralis.*

Neque hæc certitudo, quæ dicitur ſufficere ad iuramentum, tanta eſt, vt non poſſit rationabiliter exigi in homine ſcrupuloſo, ad hoc, vt credat ſe conſenſiſſe in peccatum mortale: ſiquidem, vt dicitur *in materia de iuramento*, illa etiam eſt ſufficiens, quæ eſt ſolùm certitudo moralis, & prudens; etiamſi non ſit omnimoda, & ſcientifica: ac proinde, dum dicitur ſcrupuloſus debere eſſe certus ea certitudine, quæ ſufficiat ad iuramentum; ſolùm dicitur debere eſſe certus certitudine morali, & prudentiali.

7. *In homine ſcrupuloſo dubietas, vtrùm conſenſerit in peccatum, eſt accipienda pro certitudine, quòd non conſenſerit.*

Et in eodem principio fundatur etiam illud, quod additur, quòd dubietas hominis ſcrupuloſi, vtrùm conſenſerit in aliquod peccatum, ſemper ab illo eſt accipienda pro vero aſſenſu, & credulitate, quòd non conſenſerit; & credulitas eſt ſemper accipienda pro certitudine: nam eo ipſo, quòd phantaſmata ſcrupulorum, & facientia apparere, quòd conſenſerit, ſunt valdè fortia, & valdè fortiter mouent, multùm impediunt oppoſitum iudicium, quòd non conſenſerit: & ideò quicquid de illo manſerit, ſemper eſt accipiendum loco illius maioris iudicij, & maioris certitudinis, quæ in eodem fuiſſet, ceſſante impedimento à ſcrupulis; & quæ de facto ſolet eſſe in alio, qui ſit conſcientiæ tranquillæ, & pacatæ. Et certiſſimum eſt, quòd plenus, & perfectus conſenſus, ſi fuiſſet, reliquiſſet multò maiorem ſpeciem ſui; & ex hoc, quòd non reliquerit, ſignum eſt, quòd non fuerit, vt iam diximus.

8. *Dubietatis interpretatio oppoſito modo eſt facienda in homine ſcrupuloſo, atque in homine laxa conſcientia.*

Et in hac re oppoſito modo eſt facienda interpretatio huius dubietatis in homine ſcrupuloſo & timorato, atque in homine conſcientiæ laxæ, & vitiis, atque peccatis aſſueto, vt notat Sanchez *lib.* 1. *in Decal. cap.* 1. *num.* 20. & apud illum Medina 1.2. *quæſt.* 74. *art.* 8. *in fin.* & Sayr. *lib.* 8. *clau. reg. cap.* 7. *num.* 6. *in fine*: quia enim ea, quibus ſumus aſſueti, minùs nos mouent, & minorem relinquunt ſui memoriam, aut ſpeciem; & abſolutè ab aſſuetis non ſit

paſſio,

paſſio, in homine vitiis aſſueto, dubitatio de conſenſu eſt accipienda pro certitudine: quia ratione aſſuetudinis, non potuit conſenſus relinquere maiorem ſpeciem, aut memoriam; & ſi fuiſſet imperfectus, reliquiſſet omninò nullam, & ne dubietas quidem, aut dubitatio de illo haberetur. Et contrà: quia ea, quæ maximè auerſamur, maximam ſolent relinquere ſui ſpeciem in homine ſcrupuloſo, & timorato, qui peccatum maximè odit, dubietas de conſenſu rectè accipitur pro certitudine de oppoſito; quia ratione auerſionis, & odij, verus conſenſus omninò reliquiſſet maiorem ſpeciem, & memoriam; & ex eo, quòd non reliquit maiorem, rectè creditur, quòd ſimpliciter, & abſolutè non fuit; & quòd dubitatio, quæ fortè habetur, eſt ſcrupulus, & irrationabilis, & nihili facienda.

9. *Confeſſiones generales ab homine ſcrupuloſo nõ ſunt iterandæ.*

Denique illud, quod additur de Confeſſionibus generalibus ab homine ſcrupuloſo nõ iterandis, & de nõ ſæpiùs cõfitendis peccatis præteritis, eò maximè pertinet, vt mẽs, & cogitatio auertatur à ſcrupulis, neque ampliùs excitẽtur, aut moueãtur, & roborentur phantaſmata, quæ illos faciunt: & hoc idẽ ſuadent etiam illa, quæ *paulò antè* diximus, Deum per pœnitentiam obliuiſci quodammodo peccatorum; & ideò per importunam recordationem, & per frequentem, & iteratam confeſſionem, non eſſe hæc quodammodo illi obtrudenda in memoriam, & ſine pœnitentia eſſe dona Dei; & per conſequens, & veniæ, & remiſſionis ſemel conceſſæ, non eſſe periculum, vt Deum pœniteat; eámque ob cauſam non eſſe pro hac quaſi importunè, & irrationabiliter ſæpiùs recurrendum ad Sacramenta.

10. *Interpretatio legis pro foro conſcientia poteſt fieri ab vnoquoque.*

Pro vitandis verò ſpecialiter ſcrupulis de rebus futuris rectè ponitur, vt primum remedium, benignior interpretatio omnium legum, & præceptorum: nam, quamuis in foro contentioſo, eius tantùm ſit interpretatio legis, cuius eſt illam condere, aut ex illa ferre ſententiam; in foro tamen conſcientiæ vnuſquiſque per ſe poteſt illam interpretari, vt notat S. Anton. *part.* 1. *tit.* 3. *cap.* 10. §. 10. *reg.* 7. & rationabiliter facit ſcrupuloſus, ſi illam pro ſe benigniùs interpretetur: ſiquidem præcepta Dei, & Eccleſiæ non ſunt ad tollendam delectationem in actibus virtuoſis, vt certè eſſent, ſi de illis fieret interpretatio durior: & non ſolùm non præcipiunt id, quod ſimpliciter aſt impoſſibile; ſed neque etiam illud, quod ratione difficultatis eſt vix poſſibile, cùm abſolutè dicatur *Matth.* 11. iugum ſuaue, & onus leue: & ſi ſcrupuloſus deberet leges & præcepta duriùs interpretari, vt ſuadent ſcrupuli; ſæpiſſimè in illorum obſeruatione oſtenderet ſe ridiculum, & quaſi amentem, & fatuum: quod tamen neque Deus, neque Eccleſia intendit.

11. *Scrupuloſus nõ debet credere, ſe ad aliquid eſſe obligatũ, niſi id poſſit iurare.*

Alterum remedium, vt ſcrupuloſus non putet, ſe ad aliquid eſſe obligatum, niſi id poſſit iurare, maximè facit ad excludendas obligationes falſas & vanas, quas ſcrupuli ſuggerunt; & dum requiritur certitudo iuramenti, ſolùm requiritur certitudo moralis, & prudentialis, vt iam diximus.

Denique aliæ veritates, quas *ſuprà* poſuimus *num.* 2. maximè faciunt contra inſcitiam, & contra tenebras mentis, quas ſcrupuli inducunt: nam ſcrupuloſum circundant, quaſi ſcutum, vt non timeat à timore nocturno; id eſt, illo, qui habetur in tenebris, etiam quando nullus eſt, qui incutiat.

12. *Confeſſarius quomodo poſſit ſedare cõſcientiam ſcrupuloſam.*

Atque ex his omnibus, quæ diximus de remediis ſcrupulorum, facilè poteſt colligi, quid debeat præſtare Confeſſarius, aut alius quicunque, qui dirigit ſcrupuloſum, eiúſque conſcientiam cupit ſedare: optimè enim faciet, ſi in primis curet, vt ſcrupuloſus ſe totum ipſi tradat, & in omnibus ipſum audiat: tum verò, ſi tradat modos iam explicatos, & ſpecialiter ad mentem & cogitationem auertendam à ſcrupulis, non modò non ſinat eum ſæpiùs confiteri, quæ iam ſemel eſt confeſſus; ſed neque etiam frequenter admittat ad proponenda dubia, & ſeriò moneat, quòd tenetur etiam ex præcepto, contra ſcrupulos agere, ſi ex illis patiatur graue damnum: & ſi fortè in aliis peccatis, circa quæ non patitur ſcrupulos, ſit minùs cautus, & conſcientiæ parum timoratæ, curet illum iuuare frequenti Confeſſione ſacramentali. Ita Azor. *par.* 1. *lib.* 2. *cap.* 20. *q.* 7. Vaſq. 1. 2. *diſp.* 67. *cap.* 2. *num.* 8. Sanchez *lib.* 1. *in Decal. cap.* 10. *num.* 82. 83. & 86. Valen. 1. 2. *diſp.* 2. *quaſt.* 14 *puncto* 4. Reginald. *in praxi, lib.* 2. *cap.* 9. & 10. & alij. Et benè debet aduertere, vt diſtinguat inter conſcientiam ſcrupuloſam, & non ſcrupuloſam; & non eadem remedia adhibeat cum homine non ſcrupuloſo, & cum homine ſcrupuloſo; ſed potiùs contraria ratione cum illo ſe gerat, atque cum hoc: ſi quis enim liberioris ſit conſcientiæ, & aſſuetus ſuis concupiſcentiis, ſuíſque voluntatibus adimplendis, & earum ardore cauteriatam iam habeat conſcientiam, vt loquitur S. Paulus 1. *ad Tim.* 4. & remorſibus ipſius ſyndereſis iam obduratam; non tam eſt iuuandus recordatione diuinæ miſericordiæ, & bonitatis, quàm diuinæ iuſtitiæ, & iudicij; neque pro illo eſt facienda benignior interpretatio legum, & obligationum; ſed ſeuerior, & ſtrictior: & vno verbo, longè alia prudentia opus eſt, vt benè explicat Reginald. *in praxi, lib.* 2. *cap.* 11. *num.* 136. & *ſequentibus.*

DISPVT. XXIV.

Quomodo ſit deponendum dictamen conſcientiæ erroneæ, dubiæ, & ſcrupuloſæ, ad hoc vt liceat contra illud operari.

1. *Si deponatur conſcientia erronea, dubia, aut ſcrupuloſa, licitum eſt contra illam agere.*
2. *Depoſitio ſolùm poteſt habere locum in conſcientia erronea, dubia, & ſcrupuloſa.*
3. *Secundùm aliquos, depoſitio conſcientia erroneæ poteſt fieri pro ſola voluntate, & abſque vlla ratione.*
4. *Sed hoc eſt falſum.*
5. *Intellectus non poteſt moueri à voluntate abſque omni ratione ex parte obiecti.*
6. *Non eſt licitum deponere conſcientiam erroneam pro ſola voluntate abſque omni ratione.*
7. *Conſcientia erronea ſolùm eſt deponenda per rationem oppoſitam.*
8. *Non eſt opus, vt ratio oppoſita ſit probabilior, & efficacior.*
9. *Ad deponendam conſcientiam erroneam conceptam ſine ratione, non eſt opus ratione.*
10. *Conſcientia dubia ſolùm deponitur per determinationem aſſenſus ad vnam partem.*
11. *Quomodo aſſenſus poſſit determinari, quando nulla occurrit ratio poſitiua pro vna parte.*
12. *Conſcientia ſcrupuloſa eſt deponenda ex hoc ipſo, quòd eſt ſcrupuloſa.*

HOc etiam poſtremo loco eſt explicandum in tractatione de conſcientia; quomodo poſſit, aut debeat deponi illius dictamen, ad hoc vt liceat illud non ſequi, & contra illud operari: quia enim per illud affingitur ratio malitiæ in obiecto, 1. *Si deponatur conſcientia erronea, dubia, aut ſcrupuloſa, licitũ eſt contra illam agere.*

& per illud conſurgit tota ratio culpæ.in actu; quemadmodum, quandiu illud manſerit, ſemper manet malitia,& ſemper eſt peccatum,contra illud agere.vt *ſuprà* explicauimus: ita,etſi illud noo maneat,ſed deponatur,ſimul etiam non manet malitia, ſed deponitur;& abſolutè nulla eſt culpa contra illud agere,vt omnes fatentur apud Sanchez *lib.1.in Decal.c.*11.*n.*8.Et præſens quæſtio de modo deponendi conſcientiam, ſolùm poteſt habere locum in conſcientia erronea,dubia,& ſcrupuloſa; non autē

2. *Depoſitio ſolum poteſt habere locum in conſcientia erronea, dubia, & ſcrupuloſa.*

in conſcientia vera & recta;vel etiam in conſcieotia probabili: quia illa omninò eſt retinenda, cùm ſit vera, & recta; & hæc non eſt,quòd deponatur, etiam quando aliquis contra illam vult agere,cùm licitum ſit habenti de aliqua actione opinionem probabilem, hìc & nunc operari oppoſitum,& ex duabos notitiis, & aſſenſibus probabilibus, poſſit applicari ad operandum, tanquàm regula, modò vnus, & iodò alter pro ſolo imperio voluntatis, ſemper manente aſſenſu alio in ſua probabilitate, quaſi ſpeculatiua, & vniuerſali, vt *ſuprà* diximus, dum ageremus de cooſcientia probabili.

3. *Secundùm aliquos depoſitio conſcientia erronea poteſt fieri pro ſola voluntate, & abſque vlla ratione.*

Et circa modum, quo poteſt deponi conſcientia erronea, occurrir ptiioo loco examinanda ſententia Caiet *part.2.quæſt.19.art.5.*quam ibidem etiam ſequitur Batthol. Medina *dub.3.* Valen.1.2.*diſp.*2. *qu.14.puncto 4. quæſt.unc.*3. & Sayr. *lib.1. clau. reg. cap.4.num.*18. & aliqui alij, quòd talis depoſitio poſſit fieri,non ſolùm per rationem oppoſitam, & per veritatis oppoſitæ cognitionem; ſed etiam per ſolam excluſionem applicationis ad operationem, & quòd hæc excluſio applicationis poſſit fieri, etiam ex ſolo impetu appetitus, & pro ſolo libito voluntaris, abſque vlla alia ratione. Et hoc modo,inquit Caiet.ſi mulier, v.g. audiat à Prædicatore,quòd vti alienis capillis ad ornatum, eſt peccatum mortale,quia eſt ſimulatio,& mendacium; idque ex tali ratione, & ex authoritate dicentis,dicta mulier ita eſſe credat:& ex alia parte ſtimulante vanitate,& appetitu ornatus,velit vti alienis capillis; licitè poteſt id facere,non modò ſi mutet,& corrigat ex ratione priorem credulitatem, probabiliter ſibi perſuadendo, v.g. quòd Prædicatores multa exaggerant ad terrorem, neque omnia dicunt ad ſolam regulam veritatis; & quòd fortaſſe, qoi id aſſeruit de alienis capillis, non fuit doctiſſimus,& facilè potuit in illo decipi; & quòd reuerà ſimulatio illa non poteſt eſſe mortalis,cùm nemini ſit pernicioſa, neque per vllas leges grauiter prohibita:ſed etiamſi talē credulitatem retineat, dummodo nolit illam applicare ad ſuam operationem, eaque vti tanquàm regola, & illam habere tanqoam conſcientiā;ſed loco illius applicet aliud dictamen,non ex ratione aliqua, vel ex authoritate, ſed ſolùm ex appetitu oroatus,& ex libito, & voluntate formatum, & quòd non peccet iis vtendo: quia enim conſcientia non eſt dictamen rationis quomodocunque, ſed prout applicatum operationi,vt *ſuprà* diximus *diſp.*1.*n.*1. ſiue maneat actualiter,aut virtualiter aliquod dictamen in meote, ſiue non maneat,parum refert,ad hoc,vt ex illo oon conſurgat malitia in operatione, dummodo non maneat applicatum operationi,vt etiam *ibi* diximus *n.*7 de Aduocato, qui baber dictamen vniuerſale, quòd nō liceat dare conſiliū clientibus in die feſto; & tamen ex aliqua circūſtantia ſimul iudicat,hìc & nunc,quòd ſibi liceat dare conſilium; & hoc aliud dictamen particulare applicat ſuæ operationi, vt conſcientiam,& ex illa non peccat,dando conſiliū.

4. *Sed hoc eſt falſum.*

Sed hæc ſententia Caietani, quoad eam partem, quòd conſcientia erronea poſſit deponi per ſolam non applicationem ad operationem; & quòd talis non applicatio poſſit fieri pro libito, & abſque vlla ratione, plures ſunt,qui non probaut, vt Franc. Victoria *in relect. de Indis,non longè ab initio.* Ioan. Medina *C. de pœnit. tract.* 1. *in quæſt. de tempore, quo confiteri oportet.*Cordub.*lib.3.quæſtionar.qu.*12. *propoſitione 2.in fine.* Vaſq. 1.2.*diſp.*67.*cap.*1. Salas 1.2.*diſp.de conſcientia,ſect.3.num.*30.Sanchez *lib.1. in Decal.cap.*11.*num.*9 *&* 10.& alij; imò & plures ex illis,qui citantur per ſententiam Caietani, eámque abſolutè probant,& laudant,ſolùm loquuntur, quòd dicta mulier poſt depoſitam conſcientiam erroneam de ooo ferendis alienis capillis,verè non peccet,ſi illos ferat;non autem aſſerunt,quòd poſſit illam deponere ad libitum, & pro ſola voluntate abſque vlla ratione, etiam per non applicationem ad operationem, vt videre eſt apud Nauar. *in c.Si quis autem.de pœnitentia,d.7.num.*61.*&* 63.Valentiam,& Saytum *locis cit.*

Et abſolutè,quòd conſcientia erronea non poſſit deponi ex ſolo arbitrio, & imperio voluntatis, abſque omni ratione, vt vult Caietan. probatur ex eo: quia tripliciter poteſt fingi,quòd dicta mulier, v.g. deponat conſcientiam erroneam, de non ferendis alienis capillis. Primò, vt mutet credulitatem,& iudicium actuale,& pro illo actu, quem habuit ex authoritate Prædicatoris,quòd eſſet peccatum mortale, geſtare alienos capillos; incipiat habere hunc alium, quòd non ſit peccatum mortale; & pro illo de nouo habendo nihil habeat nouæ rationis,aut motiui,niſi propriam voluntatem. Secundò, vt non mutet priorem credulitatem, ſed ſimul cum illa ſubſumat aliam, quòd ſibi non ſit mortale; & ſimul credat iodefinitè, & vniuerſaliter,quòd ſit peccatum mortale geſtare alienos capillos; & ſimul credat determinatè,& particulariter,quòd ſibi non ſit mortale, & pro hac ſecunda credulitate ſubſumpta, ſimiliter tota ratio ſit ſola voluntas,& nulla alia. Tertiò denique,vt non mutet priorem credulitatem,neque aliam ſubſumat ſimul cum illa; ſed retinendo priorem, ſolùm deſinat illam applicare, vt conſcientiam, ad operationem; & huius ipſius non applicationis, vel ceſſationis applicationis tota ratio ſit ſimiliter ſola voluntas: quæ tamen omnia ſunt ſimpliciter impoſſibilia, & illicita; neque excuſant dictam mulierem, quin verè faciat contra conſcientiam,ſi geſtet alienos capillos; & ideò neque probant,quòd poſſit deponi conſcientia erronea ſolùm pro libito, & abſque omni alia ratione: nam, ſi eſt mutanda prior credulitas, quæ certò habebatur ex authoritate dicentis, & loco illius eſt formanda,& habenda oppoſita, quòd non ſit peccatum mortale; omninò vel eſt habenda ex ipſis terminis, & tanqoàm aſſenſus immediatus, per ſolam nouam illuſtrationem phantaſmatum, & per ſolam nouam apparentiam, & relucentiam ipſius veritatis; vel certè eſt habenda per aliquod medium, ſiue intrinſecum, ſiue extrinſecum, quod talem veritatem de nouo oſtendat: & præter hos duos modos, nullus alius eſt poſſibilis,cùm omne iudicium, & omnis aſſenſus intellectus, quo iudicat aliquos terminos alicuius propoſitionis eſſe, vel non eſſe inter ſe connexos,neceſſariò vel debeat eſſe aſſenſus immediatus ex ipſa relucentia obiecti, vel mediatus per aliquod aliud medium,aut principium, vt patet ma- 5.

Intellectus nō poteſt moueri à voluntate abſque omni ratione ex parte obiecti.

nifeſtè ex iis, quæ dicūtur in Logicis:ſola verò volontas,quando eſt deſtituta omni alia ratione,neutrum ex his poteſt præſtare, cùm neque faciat obiectum ex ſe aliter relucere,quàm priùs; neque faciat menti occurrere aliud medium, & ipſa ex ſe

ſola

Digitized by Google

ſola nun ſit ſufficiens, vt mentem determinet loco medij: nam, quanuis Caiet. 1.2.*quæſt.65.art.4.§. In eodem 4 art.* huc etiam aſſetat, quòd poſſit voluntas imperare aſſenſum, vel diſſenſum pru ſolo arbitratu, etiam, quando intellectui nulla alia apparet ratio aſſentiendi, vel diſſentiendi; & poſſit, verbi gratia, determinatè mouere ad hunc actum: *Aſtra ſunt paria.* vel ad uppoſitum: *Aſtra non ſunt paria.* provt ipſa vulueric, etiamſi nihil aliud occurrat pro patitate aſtrutum, vel pro imparitate: id tamen communiter non admittitur, imò & ſimpliciter eſt impoſſibile, cùm obiectum formale nuſtri intellectus ſit ratio entis, aut veri, vt probatur *in libris de anima*; & ideò impoſſibile ſit, quòd aſſentiatur paritati, vel imparitati aſtrorum, niſi hæc proponatur, vt verè ens, & exiſtens. Vnde & experientia conſtat, quòd quando intellectus eſt planè neſcius de veritate aliqua, aut falſitate, eſt planè dubius & quaſi pendulus, neque poteſt, vel aſſentiri, vel diſſentire: & quemadmodum non poteſt voluntas pro ſolo arbitratu imperare actus aliarum potentiarum, verbi gratia, viſus, vel auditus, quando etiā obiectū non concurrit pro ſua parte; & neque eſt color, neque ſonus, qui potētiam moueat; neque ipſa voluntas ex ſe eſt potens facere, vt obiectum concurrat, niſi etiam aliæ cauſæ extrinſecæ illud ponāt, & coniungant potentiæ: ita nec poteſt imperare actum aſſenſus, vel diſſenſus pro intellectu, quando in obiecto non apparet aliunde ratio entis, aut non entis; vel ratio veri, aut falſi. Et quòd aliquando contingat, vt actus intellectus dicatur liber, & dependeat à voluntate, non ſolùm quoad exercitium, & per libertatem contradictionis; ſed etiam quoad ſpecificationem, & per libertatem contrarietatis, vt, verbi gratia, in actibus fidei diuinæ; id non ideò dicitur, quia ratio ſpecificatiua ex parte obiecti ſuppleatur à voluntate, & hæc aliquando poſſit determinare ad ſpeciem aſſenſus, quando in obiecto non apparet aliunde veritas; vel ad ſpeciem diſſenſus, quando non apparet aliunde falſitas: ſed, quia veritas, & falſitas, quæ aliunde apparet, non apparet cum euidentia, neque poteſt ex ſe mouere, & trahere intellectum ad vnam ſpeciem actus: & ideò eſt opus etiam adiumento voluntatis, quæ per actum imperij efficaciter illum determinet. Si ergo in exemplo poſito de paritate, & imparitate aſtrorum, occurrerent vtrinque rationes, ſaltem probabiles, ſiue intrinſecæ, ſiue extrinſecæ, quæ oſtenderent, aut ſuaderent, verè in aſtris eſſe paritatem, aut verè eſſe imparitatem, & vtranque ſatis proponerent, & applicarent intellectui; poſſet quidem voluntas per actum imperij efficaciter illum determinare ad paritatem, vel imparitatem: ſi tamen, tam paritas, quàm imparitas, omninò lateat, impoſſibile eſt, quòd vel ex ſe determinet ad aſſenſum, vel ad diſſenſum, ſiue paritatis, ſiue imparitatis.

Et eadem ratione in alio exemplo, de non geſtandis, vel geſtandis ſub peccato mortali alienis capillis, ſi mulieri, quæ certò credidit id eſſe mortale propter authoritatem Prædicatoris id aſſerentis, de nouo occurreret aliqua ratio, ſaltem probabilis, quæ infirmaret, & minueret priorem certitudinem, & proponeret, vt probabilem, veritatem oppoſitam; poſſet quidem voluntas imperare receſſum à priore credulitate, & mouere ad credulitatem oppoſitam: ſi tamen tota apparentia adhuc ſtet pro parte affirmatiua, quòd ſit mortale, & pro parte negatiua, quòd non ſit mortale, adhuc ſtet tota latentia oppoſitæ veritatis; impoſſibile omninò eſt, vt propter ſolum imperium voluntatis contingat mutatio in huiuſmodi credulitatibus, & dicta mulier non ampliùs credat, id eſſe mortale, ſolùm, quia non vult ita ampliùs credere; & de nouo credat, non eſſe mortale, ſolùm, quia vult ita credere, neque vllam aliam habet rationem, vel non credendi, vel credendi.

61 *Non eſt licitū deponere conſcientiam erroneam pro ſola voluntate abſque omni ratione.*

Et quatenus phyſicè id non eſſet impoſſibile, negari non poteſt, quin ſit impoſſibile, ſaltem moraliter, & ſit planè illicitum, cùm nulla maior temeritas poſſit fingi in re, quæ pertinet ad Dei offenſam, & ad æternam ſalutem, quàm, vt modò credatur, & modò non credatur, ſolùm pro libito, & abſque omni ratione, vt notat Sanchez *lib. 1. in Decal. cap. 11. cit. num. 10.* Vaſq. 1.2. *diſp. 67. cap. 1. cit. num* 4. & alij; & alioqui, ſi bonus eſſet, ac licitus modus hic deponendi conſcientiam erroneam per ſolam voluntatem non ampliùs credendi, id eſſe peccatum, etiam poſſet eadem ratione deponi licitè conſcientia vera; & qui verè credit, v. g. quòd ſit mortale omittere Sacrum, poſſet nolle ampliùs credere, id eſſe peccatum; & tam non diceretur peccare contra conſcientiam veram, poſtquàm illam tali modo depoſuiſſet per ſolam voluntatem abſque omni ratione; quàm non dicitur, ſecundùm Caiet. peccare dicta mulier contra conſcientiam erroneā, poſtquàm ſimiliter illā depoſuit per ſolā voluntatē abſque ratione: quod tamen eſt abſurdiſſimum.

Quòd verò neque etiam poſſit admitti depoſitio conſcientiæ erroneæ pro ſola voluntate abſque ratione, modo alio *ſuperiùs* indicato, id eſt, per hoc, quòd non mutetur prior credulitas, ſed ſimul cum illa ſubſumatur credulitas oppoſita; & dicta mulier ſimul credat indefinitè, & vniuerſaliter, quòd ſit peccatum mortale, ſi quis geſtet alienos capillos, & ſimul credat definitè, & particulariter, quòd ipſa nō peccet mortaliter, ſi illos geſtet, rectè probat Vaſq. *diſp. 67. c. 1. n. 4. cit.* quia, niſi pro ipſa occurrant particulares aliquæ circumſtantiæ, quæ illam excipiant à dictamine vniuerſali, apertè conuincitur ſimul habere duos aſſenſus contradictorios; id eſt, aſſenſum vniuerſalem affirmatiuū, quòd omnis geſtatio alieni capilli ſit peccatum mortale; & aſſenſum particularem negatiuum, quòd aliqua geſtatio alieni capilli non ſit mortalis, id eſt, ſua; quod tamen eſt ſimpliciter impoſſibile, & contra primum principium metaphyſicum: Impoſſibile eſt aliquid ſimul eſſe, & nō eſſe. &, De quolibet eſt verum aſſerere, vel negare. Et prætereà, quanuis hi duo aſſenſus non eſſent contradictorij, & incōpoſſibiles; hoc ipſo, quòd poſterior aſſenſus particularis formaretur ſolùm pro libito, & abſque ratione, conuinceretur formari temerè, neque poſſet dicta mulier ex illo regulare ſuas actiones, & excuſari à culpa contra prius dictamen vniuerſale, quod habet rationem conſcientiæ erroneæ.

Et denique eadem ratione etiam oſtenditur, quòd non poſſit deponi conſcientia erronea, ſolùm pro libito, & abſque ratione, tertio modo *ſuprà* explicatò, id eſt, per hoc, quòd dictamen illud vniuerſale deſinat applicari ad operationē, vt conſcientia, & ſic deponatur, & deſinat eſſe, in quantum eſt conſcientia, etiāſi non deponatur, & non deſinat eſſe ſimpliciter: nam hæc deſitio, vel ceſſatio applicationis, ſi dicatur fieri abſque eo, quòd loco dictaminis vniuerſalis, quod *paulò antè* applicabatur, vt conſciētia, ſubſumatur vllū aliud, quod applicetur de nouo, eſt planè impoſſibilis; ſiquidem geſtatio alieni capilli in dicta muliere, adhuc eſt actio humana, & ex aliqua notitia dirigente, & regulante: & cùm non ſit ſubſumpta vlla alia notitia, vt ſupponimus; adhuc erit ex illa priore, & illa adhuc retinebit ſuam applicationem priorem ad operationem,

& ſuam rationem conſcientiæ: ſi verò dicatur fieri per nouam ſubſumptionem noui dictaminis,& per nouam illius applicationem, iam tecidit in ſecundum modum *paulò antè* reiectum;& hoc ipſo,quòd ſolùm pro libito, & abſque omoi ratione ceſſat applicatio illius , & incipit applicatio huius, temerè ceſſat,& temerè incipit,& per coofequens etiam illicitè,neque poteſt per hanc ceſſationem dicta mulier ſufficienter excuſari à culpa contra conſcientiam erroneam,vt iam diximus.

7.
Conſcientia erronea ſolùm eſt deponenda per rationem oppoſitam.

Sic ergo reiecta Caietani ſeotentia, pro deponenda conſcientia erronea , illa eſt optima regula, quam tradunt alij communiter citati *n.* 4. vt talis conſcicotia,quando eſt concepta rationabiliter,ſolùm deponatur ex aliqua alia ratione, quæ prudenter perſuadeat veritatem oppoſitam: ſic enim non deponitur temerè,& oppoſita notitia,quæ de nouo habetur , rectè poteſt aſſumi, vt coofcientia ad regulandam operationem.

8.
Non eſt opus, vt ratio oppoſita ſit probabilior, & efficacior.

Quòd verò addit Vaſq.1.2.*diſp.*67.*c.*1.*n.*4.*cit.*ad deponendum iudicium conſcientiæ iam cóceptum ex ratione probabili , eſſe opus alia ratione probabiliore,& efficaciore,quia alioqui,ſi ſit minùs probabilis,& minùs efficax, non poteſt ſufficere ad generandum iudicium contrarium ; non placet Sanchez *lib.*1.*in Decal.c.*11.*n.*10. quia etiam ratio minùs probabilis poteſt ſufficere ad fundandum aſſenſum probabilem,manente alio in ſua probabilitate maiore , & ex duobus aſſenſibos probabilibus licitum eſt ſequi vtrunque , & applicare ad operationem , vt conſcientiam , etiam illum, qui eſt mioùs probabilis , vt patet ex dictis *ſuprà* de conſcientia probabili.

Neque oppoſitum docent Ioan.Medina,& Corduben. quos citat Vaſq. ſed ſolùm aſſerunt , in tali caſu,quando ſolùm occurrit ratio minùs probabilis,& minùs tuta, melius eſſe, vt ſuſpendatur aſſenſus , & dubitetur pro vtraque parte,quàm vt inclinetur ad partem minùs tutam.

9.
Ad deponendam conſcientiam erroneā conceptam ſine ratione, non eſt opus ratione.

Illud videtur magis probandum , quod aſſerit idem Vaſq.*n.*5. ſi contingat,vt iudicium erroneum fuerit conceptum ſine ratiooe,ex ſola quadam leui, & vana apparentia,quæ tunc fortè adhæſit animo, & aſſenſum fundauit, quaſi immediatum;in tali caſu ad tale iudicium deponendom,non eſſe opus alia ratione ; ſed ſatis eſſe , ſi prima illa appareotia ex ſe euaneſcat,& re meliùs conſiderata iudicetur, nihil eſſe in tali obiecto,aut operatione, quod ſufficienter oſtendat malitiam:ſæpè enim ſic accidit,vt conſtat experientia,vt ex duobus cōtrariis modò vnum appareat verum, & modò aliud ; & apparentia ſit quaſi immediata ex ipſis terminis;& in tali caſu licitè poteſt pro diuerſitate temporis, & appareotiæ, modò vnus aſſenſus aſſumi , vt conſcientia ; modò alius, & vnus depoui per alium. Extra hunc verò caſum , ad deponendam conſcientiam erroneam, ſemper eſt opus ſufficiente ratione,& conſideratione:& ſi quis velit temerè,& ſine ratione illam deponere , vel ex leui ratione , & per inconſiderationem,omninò peccat,& illicitè facit , vt fusè explicat Cordub.*lib.*3.*c.*12.*cit.propoſ.*2. & ex illo Vaſq. *num.*5.*cit.*

10.
Conſcientia dubia ſolùm deponitur per determinationem aſſenſus ad vnam partem.

Atque ex bis , quæ diximus de deponenda conſcientia erronea , facilè poteſt intelligi,quid ſit dicendum de deponenda conſcientia dubia : ſolùm enim poteſt deponi per determinationem aſſenſus ad vnam partem , eáque determinatio neceſſariò debet eſſe rationabilis,& per rationem ſaltem probabilem ; nam, quanuis poſt aſſenſum probabilem iam formatum, & determinatum ad vnam partem, adhuc remaneat formido de parte oppoſita , id eſt, exiſtimatio,& credulitas, quòd fortaſſe res aliter ſe habeat,& pars oppoſira fortaſſe ſit vera;licitum tamen eſt,ex tali aſſenſu probabili,& cum tali formidine operari , vt *ſuprà* diximus, dum ageremus de conſcientia probabili *diſp.* 10. & notat Vaſq. 1.2. *diſp.*67.*cit.c.*2.*num.*6. niſi fortè huiuſmodi aſſenſus probabilis ſit ita tenuis,vt lateat illum ipſum , qui debet operari : quia tunc perinde eſſet , ac ſi illum ſimpliciter non haberet, & omninò maneret in ſola dubietate , & quaſi pendulus , vt ibi diximus *num.* 5.

11.
Quomodo aſſenſus poſſit determinari, quando nulla occurrit ratio poſitiua pro vna parte.

Qui autem ſint modi determinandi,& formandi aſſenſum probabilem,& ſic deponendi conſcientiam dubiam , facilè intelligitur ex dictis *ſuprà* de conſcientia dubia : ſi enim adhibita diligentia occurrat aliqua ratio,vel authoritas,quæ probabiliter veritatem ſuadeat , rectè poteſt deponi dubium,& formari conſcientia probabilis : ſi verò nihil tale occurrat,eſt deponendum ex alio principio, id eſt, quia malitia,ſi qua fortè eſt in operatiooe, inuincibiliter ignoratur in tali caſu;& obligatio legis,quæ illam prohibet,vel oppoſitam præcipit,non eſt ſufficienter propoſita ; & ideò operatio,ſi fiat,non poteſt tribui culpæ,vt *ſuprà* diximus.

12.
Conſcientia ſcrupuloſa eſt deponenda ex hoc ipſo,quòd eſt ſcrupuloſa.

Deoique ex dictis *ſuprà* de conſcientia ſcrupuloſa,& de remediis contra ſcrupulos facilè intelligitur,quomodo ſit deponenda:eſt enim deponenda iis omnibus modis , & ex omnibus illis motiuis, quæ communiter traduntur à Doctoribus , & quæ iam explicauimus , ad ſcrupulos eximendos,&, vt notat Cord.*lib.*3.*qu.*12.*cit.propoſ.*3. omnis ſcrupulus,contra quem eſt licitum agere, & qui licitè poteſt contemni , non temerè, ſed prudeoter,& licitè poteſt deponi,etiam ex hac ſola,& præciſa ratione, quia eſt ſcrupulus.

THEOLOGICARVM DISPVTATIONVM MORALIVM LIBER QVINTVS.

De regula extrinſeca humanorum actuum, quæ eſt Lex.

PROOEMIVM.

POST conſcientiam, quæ eſt regula proxima, & intrinſeca humanorum actuum, & per ſeipſam immediatè, & proximè illos dirigit, iiſque applicatur; agendum eſt etiam de lege, quæ eſt regula magis remota, & extrinſeca, iiſque applicatur mediante notitia, & conſcientia: & quæ de illa magis faciunt ad noſtrum propoſitum, potiſſimùm reducemus ad tria capita; id eſt, ad legis naturam, & obligationem; ad perſonas, quæ tenentur ad leges; & ad affectiones legis, & mutationes, quæ circa legem poſſunt contingere. Videri poſſunt Scholaſtici *in* 3. *d.* 35. S. Thom. 1. 2. *à quæſt.* 90. *vſque ad* 108 Alenſ. 3. *p. quæſt.* 16 Sot. *lib.* 1. *&* 2. *de iuſtitia.* Valen. 1. 2. *diſp.* 7. Suar. *tract. de legibus.* Azor. *tom* 1. *lib.* 5. *&* 6. Reginald. *in praxi, lib.* 13. Sanchez *lib.* 1. *in Decal. à c.* 12. Vaſq. 1. 2. *tom.* 2. *diſp* 150. *& ſeq.* Tol. *lib.* 8. *à cap.* 17. Sayr. *lib.* 3. *clau. reg.* Nau. *in Man. cap.* 23. *à num.* 40. Salas 1. 2. *tract.* 14. *qui eſt de legibus.* Bonacina *tract. de legibus.* Summiſtæ *verb. lex.*

DISPVT. I.

Quid ſit intelligendum nomine legis.

1. *Secundùm aliquos lex dicitur à ligando.*
2. *Secundùm alios lex dicitur à legendo.*
3. *Secundùm alios ab eligendo.*
4. *Lex rectè appellatur nomine iuris.*
5. *Quid ſit diſcriminis inter vocabulum iuris, & legis.*
6. *Conſtitutio propriè quid ſit.*
7. *Sanctio.*
8. *Statutum.*
9. *Præceptum.*
10. *Decretum, edictum, bannum, vel bannimentum, quo differant à lege.*
11. *Sententia lata à Iudice eſt perpetua, ſi ſit ſententia definitiua.*

1. *Secũdùm aliquos lex dicitur à ligãdo.* QVOAD notionem vocabuli, & nominis etymologiam non conuenit inter DD. vnde ſit deriuandum: nam Gloſ *in cap. Lex eſt. d.* 1. S. Thom. 1. 2. *quæſt* 90. *art.* 1 Valen. 1. 2. *diſp.* 7. *quæſt.* 1. *punct.* 1. Sylu. Ang. Tab. *verb. lex.* & plures alij apud Salas *tract. de legibus, ſect.* 1. *num.* 3. affirmant, legem dici à ligando; quia ligat, & obligat ad id, quod præcipit: quomodo etiam in Scripturis leges dicuntur vincula, vt Pſal. 2. *Dirumpamus vincula eorum, & proiiciamus à nobis iugum ipſorum.* & Hier. 2. *Fregiſti iugum, rupiſti vincula, dixiſti: Non ſeruiam.* Contrà verò S. Iſidor. *lib* 2. *etymol. cap.* 10. *& lib.* 5. *cap.* 3. Sot. *lib.* 1. *de iuſt. quæſt.* 1. *art.* 1. Sayr. *lib.* 3. *clau. reg. cap.* 1. *num.* 1. & alij putant, legem dici à legendo, eò quòd communiter ſcripto traditur, & omnibus legenda proponitur: quomodo etiam lex naturalis in Scriptura dicitur eſſe ſcripta in cordibus, vt ad Rom. 2. *Gentes, quæ legem non habent, naturaliter, quæ legis ſunt, faciunt, & oſtendunt opus legis ſcriptum in cordibus ſuis; teſtimonium reddente illis conſcientia ipſorum.* & Ierem. 31. *Dabo legem meam in viſceribus eorum, & in corde eorum ſcribam eam.* 2. *Secundùm alios dicitur à legendo.*

Vel certè à legendo dicitur, hoc eſt, ab eligendo: quia per illam eligitur id, quod facto opus eſt, vt vult M. Tull. *lib.* 2. *de natura Deorum, & lib.* 1. *de legibus.* & quia ab omnibus ſcitur, quid de multis ſit eligendum, vt vult S. Auguſt. *in quæſtionibus ex nouo teſtamento, q.* 15. & ipſa lex ex multorum conſultatione, & conſenſione eligitur, & eſt norma, & regula bene eligendi, vt volunt alij apud Azor. *lib.* 5. *cap.* 1. *quæſt.* 1. 3. *Secundùm alios ab eligendo.*

Sed præter appellationem, & vocabulum legis, ſunt etiam plura alia, quæ paſſim vſurpantur, ad 4. *Lex rectè appellatur nomine iuris.*

hoc idem ſignificandum : vt,v.g. vocabulum iuris, conſtitutionis,ſanctionis, ſtatuti,præcepti, & ſimilium,de quibus non eſt omittendum,quomodo inter ſe differant : nam appellatur aliquando lex appellatione iuris,vt patet ex iure communi,*in §.Singulorum.Inſtit de rerum diuiſ.& l.Ius naturale. ff. de legibus.* & communiter Iuriſperiti ij dicuntur , qui habent peritiam legum:& iuris prudentia,vel peritia appellatur ipſa legum peritia:quia,ſi ius deriuetur a *iubeo*, & ſit illud ipſum,quod iubetur,vel eſt iuſſum a Principe,& quod ſono ipſo materiali ſuarum ſyllabarum de ſe quodammodo ſonat , quòd ſit ius , & poſita inter illas aliquali diuiſione , & compoſitione ſublata,quaſi enunciat ius ſuum , vt notat Suarez *lib.1. de legib. c.2. n.1.* nomen iuris rectè tribuitur legi,quæ ſimiliter iubetur,dum fertur,& eſt illud ipſum,quod Principi placuit. *Inſtit. § Sed & quid. de iure naturali gent.& ciuil.& l.1.ff. de conſtit Princ.* Et ſi ius deriuetur à iuſto,vel à iuſtitia,vt habet Vulp.*l.1.ff de iuſt.& iure.* quia,ſcilicet,eſt ipſum iuſtum,quod eſt tribuendũ,& faciendum cuique ; rectè ſimiliter nomen iuris tribuitur legi,quæ ſemper illud præſcribit , quod iuſtum eſt; & cuique tribuit,quod eſt ſuum.

5. *Quid ſit diſcrimimis inter vocabulum iuris. & legis.* Siue autem ius deriuetur à *iubeo*,ſiue à *iuſto* non eſt propriè idem,quod lex,vt patet ex S.Thom.2.2. *qu.57.art.1.ad* 2. vbi ait , propriè ius non eſſe legem;ſed potiùs eſſe id,quod lege ſtatuitur,aut præſcribitur:neque enim lex,dum aliquid iubet,vel aliquid ſtatuit tanquàm iuſtum, eſt illud ipſum, quod iubet,ſed potiùs eſt ipſa iuſſio:neque eſt illud,quod ſtatuit,ſed potiùs ipſa,vt ſic dicam,ſtatutio,vel conſtitutio , vt conſtabit *infra* , & notat Suar. *lib.1. de legib c.2.cit.n.4 & ſequent.*

6. *Conſtitutio proprè quid ſit.* Conſtitutio verò hoc differt à lege , vt notat Bart.*in rub.C.de leg* quòd lex ſit quid vlterius,quàm conſtitutio ; & lex dicatur , ſiue ſit à populo,ſiue à Principe:conſtitutio verò non appelletur, niſi ſit à Principe : & vt habet Azor.*lib.5.c.1.cit.qu.3.* & ex illo Bonau. *diſp.1.de leg.initio*,lex dicitur decretum Supremi Principis,v g.Imperatoris,Regis, Summi Pontificis , Reipubl. vel totius populi : conſtitutio verò ſpecialiter , & propriè ſolùm dicitur, quando eſt decretum Summi Pontificis.

7. *Sanctio.* Et ſimiliter ſanctio propriè illa eſt, quæ irrogat certam pœnam , præſertim capitis. *l. Sanctio.ff.de pœnis.*& notat Gloſ. *in c.Rhodia.d.2.* & apud Azor. *loco citato.*

8. *Statutum.* Statutum verò eſt Principum inferiorum , aut Ciuitatum,vel populorum degentium ſub poteſtate alterius Principis,ex eodem Azor.& Bonac.*cit.*

9. *Præceptum.* Et denique præceptum eſt lex , quæ fertur tantùm ad vnum,non autem ad Communitatem:vnde & *l.1.ff.de legib* dicitur , quòd lex ſit præceptum commune,quia,ſcilicet, etiam præceptum è contrà poteſt dici,quaſi lex particularis.

10. *Decretum, edictum,bannum, vel bannimentum, quo differant à lege.* Atque ad legem hoc modo acceptam , in quantum eſt præceptum commune, poteſt reduci etiam decretum,edictum,bannum, vel bannimẽtum:hæc enim omnia tunc dicuntur, quando emanant à poteſtate,vel Magiſtrato inferiore : vt, v g. edictum, quando fit à Prætore, vt notat Bart.*in rub.cit. C. de legib* bannum,vel bannimentum,quando ab eodem aliquid prohibetur : decretum,quando aliquid ſtatuitur,vel decernitur in bonum Communitatis,vel particularis perſonæ. Et ſi omnia hæc ita emanent a publica poteſtate, vt illa , vel ſimpliciter non ſit potens condere legem , & in perpetuum obligare, vel certe non intendat legem condere, & ſic obligare,quando aliquid ſic edicit ; ſimul expirant cum poteſtate illius : non enim ſunt perpetua, ſicut eſt lex,vt notat Sylu. *verb.delegatus.qu.6.n.7.& verb. mandatum,qu.3.*Sanchez *lib.8.de matrimonio, diſp. 28.n.47.*Suar.*lib.1.de legib c.10.n.9.& ſeqq.*Vaſq.1. 2.*diſp.151.c.3.n.16.*& alij: ſi verò emanent ab huiuſmodi poteſtate per modum conſtitutionis , aut ſtatuti;ita,ſcilicet,vt poteſtas,à qua emanant , verè poſſit conſtitutionem , aut legem condere , & in perpetuum obligare ; & verè intendat huiuſmodi edicta,aut decreta hoc modo ferre, & promulgare per modum conſtitutionis, aut ſtatuti ; non expirant:& quantùm eſt ex hoc capite ſunt propriè lex, vel conſtitutio,aut ſtatutum, vt patet ex decretis, quæ Romæ aliquando emanant à ſacris Congregationibus Cardinaliũ ; & ex pluribus edictis,quæ habentur inſerta in corpore iuris. Et quòd ſententia definitiua in aliqua cauſa particulari lata à Iudice non expiret ſimul cum poteſtate illius,ſed perpetuò duret,quaſi lex,etiamſi alioqui poteſtas Iudicis non ſe extendat ad leges ferendas,& ad obligãdum in perpetuum;aliunde prouenit,vt notat Vaſq. 1.2.*diſp.151.c.3.cit.n.18.*id eſt,ex eo, quia eſt veluti iuridica,& legitima interpretatio , & declaratio iuris, & fertur a Iudice nomine Principis , aut totius Communitatis;& ideò poteſt durare,ſicuti lex,cuius eſt declaratio,& interpretatio ; neque ad hanc perpetuitatem ſuæ ſententiæ tribuendam deeſt in Iudice,aut poteſtas,aut voluntas,cùm illam habeat ſibi commiſſam ab ipſo Principe. 11. *Sententia lata à Iudice, eſt perpetua,ſi ſit ſententia definitiua.*

Contrà verò,quia edicta,aut bannimenta , quæ in dies emanant à Gubernatoribus Ciuitatum,non emanant per modum ſtatuti, cùm illi non habeant facultatem condendi ſtatuta ; ſed ſolùm emanant pro temporalibus indigentiis , quæ in dies occurrunt ; ideò expirant ſimul cum poteſtate ipſorum ferentium , niſi aliter conſtet ex voluntate Principis , & Superioris ; ſicut etiam accidit in decretis, quæ aliquando emanant tanquàm ſententiæ interlocutoriæ à Vicariis , aut Iudicibus eccleſiaſticis; non autem tanquàm ſententiæ definitiuæ , & ex plena cognitione cauſæ:licèt enim,quando emanãt hoc ſecundo modo , ſint perpetuæ propter rationem iam dictam,& neque etiam ab ipſo Iudice poſſint mutari,aut reuocari,vt notat Sylu. *verb.ſententia,n.4. §. Quintum ex l. quale.ff.de arb.*niſi fortè ſit Iudex ſupremus,& ſupra ius : quia, ſcilicet, per talem ſententiam definitiuam Iudex non ſupremus, iam plenè eſt functus officio ſuo , eiuſque iuriſdictio iam tota expirauit. *cap. In litteris.de offic.deleg.* quando tamen emanant primo modo , & non tanquàm definitiuæ,ex aliquo alio nouiter deducto,& meliùs cognito,poſſunt mutari,& reuocari etiam à Iudice non ſupremo. *l. quod iuſſu.ff.de re iudic.cap. Cum ceſſante.de appellat. & c. A Iudice.de appellat. in 6.*vt ex Iuriſtis benè notat Sal.Tit.*in praxi,lib.1. cap.27.num.12.*

DISPVTAT. II.

Quomodo poſſit deſcribi lex,& quomodo eſſentialiter ſit quid rationis.

1. *Deſcriptio legis.*
2. *Lex naturalis in quo conſiſtat.*
3. *Lex poſitiua eſſentialiter eſt quid rationis.*
4. *Quomodo lex aliquando dicatur conſiſtere in ſermone,aut ſigno exteriore.*
5. *Ad legem ferendam plures actus voluntatis, & intellectus requiruntur ex parte legiſlatoris.*

6. *In quo actu rationis conſiſtat propriè, & formaliter lex.*
7. *Imperium, & lex præter actum rationis, etiam ſupponunt actum voluntatis.*
8. *Oratio eſt actus rationis, & partis intellectiuæ.*
9. *Quomodo actus rationis, in quo eſt lex, ſit diſtinctus ab actu conſilij, & iudicij, quo concluditur hoc, vel illud eſſe faciendum.*
10. *Quomodo imperium, & lex poſſit conſiſtere in intimatione, & inſinuatione.*
11. *Quomodo lex ſecundùm aliquos dicatur conſiſtere in actu voluntatis.*
12. *Sed impugnatur.*
13. *Lex ſecundùm aliquos conſiſtit ſimul in actu voluntatis, & in actu intellectus.*
14. *Sed impugnatur.*

POST explicatum *priori diſputatione* ipſum quid nominis, eáſque appellationes enumeraras, quæ ſolent tribui legi, agendum eſt ſecundùm ordinem doctrinæ de ipſo quid rei, & eſt tradenda aliqua defioitio, vel deſcriptio, quæ ſufficienter explicet ipſam naturam, & eſſentiam legis; & ex iis, quæ à Doctoribus aſſignantur, hæc viderur eſſe omnium optima.

1. *Deſcriptio legis.* Lex poſitiua in vniuerſum eſt ordinatio rationis ad bonum commune ab eo, qui curam habet Communitatis promulgata. Ita S. Thom. 1.2. *qu.* 90. *art.* 4. Caier. Conrad. & Thomiſtæ *ibidem*, Suarez *lib.* 1. *de legib. c.* 12. Vaſq. 1.2. *diſp.* 150. *c.* 3. Salas 1.2. *tract. de legib. diſp.* 1. *ſect.* 6. Sayr. *lib.* 3. *clau. reg. cap.* 1. *n.* 2. Bonacina *tract. de legibus, diſp.* 1. *qu.* 1. *puncto* 1. *n.* 1. Atque, vt ſingulas illius particulas explicemus, & probemus, dicitur primò lex poſitiua: quia de illa lege ſpecialiter agimus, quæ eſt poſita per voluntatem ſuperioris, vt notat Suarez *lib.* 1. *de legib. c.* 5. *n.* 22. neque propriè includimus legem naturalem, quæ ſecundùm multos non conſiſtit primariò in actu rationis, etiam diuinæ; ſed in eo, quod neceſſariò præſupponitur ad talem actum, eúmque fundat, qualis eſt ipſa natura rationalis, tam diuina, quàm creata, prout intelligitur comparatè ad hoc, vel illud, quod abſolutè, & neceſſariò, & pro omni caſu eſt illi conueniens, & ſecundùm naturam; vel diſconueniens, & contra naturam, vt vult Vaſq. 1.2. *diſp.* 150. *c.* 3. *n.* 23. Et certum eſt, quòd etiam appellatio legis huic propriè non conuenit, prout deriuatur à legendo, vel eligendo, vt ſubdit idem Vaſq. *ibidem, n.* 26. Poteſt tamen hæc eadem definitio etiã conuenire legi naturali, ſi eam dicamus conſiſtere, non in ipſa natura rationali, quæ per ſe accepta, & prout præſcindit à facultate iudicatrice, vel iudicio actuali, nullum videtur habere ex effectibus legis; vt, ſcilicet, præcipiat, & proximè oſtendat honeſtatem, aut turpitudinem operationis, & ad illam illuminet, & dirigat; ſed conſiſtere in ipſa actuali ratione naturali circa talem operationem per ſe conuenientem, aut diſconuenientem naturæ rationali, vt vult Suarez *lib.* 2. *de legib. c.* 5. & apertè colligitur ex S. Thom. 1.2. *qu.* 90. *art.* 4. *ad* 1. vbi ait, legem naturalem per hoc promulgari, quòd Deus eam inſerit mentibus hominum, naturaliter cognoſcendam: & quia in præſentia id ſubtiliùs non ſtatuimus; ideò definitionem poſitam ſpecialiter intelligimus ſolùm de lege poſitiua.

2. *Lex naturalis in quo conſiſtat.*

3. *Lex poſitiua eſſentialiter eſt aliquid rationis.* Et quòd hæc rectè dicatur eſſe aliquid rationis, ex eo probat S. Thom. 1.2. *quæſt.* 90. *art.* 1. *in arg. Sed contra.* quia legis eſt, præcipere, id eſt, imperare, vt aliquid fiat, & vt aliquid non fiat. Imperium autem, vt idem *ſupra* probauit, *qu.* 17. *art.* 1. propriè pertinet ad rationem, cùm formaliter ſit ordinatio eius, cui fit Imperium, ad aliquid faciendum; & intimatio, ſeu denunciatio talis ordinationis; quod tamen vtrunque pertinet ad rationem.

Deinde id probat *in corp. art.* quia lex eſt regula, & menſura humanorum actuum, & ſecundùm illam inducitur aliquis ad agendum, vel retrahitur ab agendo: regulare autem, & menſurare humanos actus maximè pertinet ad rationem, cùm nihil ſit aliud, quàm illos benè ordinare ad finem, & facere, vt ad illum benè ſe habeant. Et quoniam præter hoc, quod eſt, regulare, menſurare, & dirigere actionem, habet lex, vt prætereà ad illam etiam moueat, & impellat; rectè ſubdit S. Thom. *in reſponſ. ad* 3. quòd hoc habeat ex voluntate, quam præſupponit, vt etiam vniuerſaliter de actu imperij dixerat *ſuprà quæſt.* 17. *art.* 1. *cit.*

Vt verò clariùs conſtet, in quo actu rationis conſiſtat lex, & quæ ſit illa rationis ordinatio, quæ in recto ponitur in deſcriptione legis; poſſumus cum Suar. *lib.* 1. *de legib. cap.* 4. *num.* 4. in triplici ſtatu, aut quaſi ſubiecto legem conſiderare; id eſt, prout exiſtit in ipſo legiſlatore; prout exiſtit in aliis, ad quos fertur; & prout exiſtit in aliquo ſigno, aut materia exteriore, per quam manifeſtatur, vt, verbi gratia, prout exiſtit in ſcripto, aut voce præconis.

4. *Quomodo lex aliquando dicatur conſiſtere in ſermone, aut ſigno exteriore.* Et quidem certum eſt, quòd, ſi definitio allata intelligatur de lege in hoc tertio ſtatu, non eſt accipiendum huiuſmodi ſignum ſolùm materialiter, & prout præſcindit ab actu mentis, cuius eſt ſignũ; ſed prout illum includit: ſicut & in Logicis communiter dicitur, quòd oratio vocalis non præſcindit ab oratione mentali; ſed eſt illa ipſa, prout eſt voce expreſſa, eique ſuperaddit huiuſmodi expreſſionem, tanquàm aliquod accidens: ac proinde non poteſt explicari, in quo actu rationis conſiſtat lex in hoc tertio ſtatu conſiderata, & prout exiſtit in ſcripto, aut in voce, tanquàm in ſigno; niſi explicetur, in quo conſiſtat lex, prout conſideratur in primo ſtatu, & prout exiſtit in mente legiſlatoris: ſiquidem in illo ipſo actu, voce, aut ſigno expreſſo conſiſtit, prout conſideratur in tertio ſtatu, in quo per ſe accepto, & quaſi nudo, exiſtit, prout conſideratur in primo. Atque hac tantùm ratione debet Ariſtoteles intelligi 10. *Ethicor. cap.* 9. quando legem definit, eſſe orationem ab aliqua mente, aut prudentia profectam: & Gabr. *in* 3. *diſt.* 37. *quæſt.* 1. *art.* 1. Almainus, & Maior *eod. lib. & diſtinct.* & apud Azor. *part.* 1. *lib.* 5. *cap.* 2. *quæſt.* 3. quando aſſerunt, legem eſſe ſignum verum, Angelo, vel homini denuncians præſcriptum alicuius, obligans ad aliquid agendum, vel fugiendum: neque enim huiuſmodi ſermo, aut ſignum debet accipi ſolùm materialiter, & prout præſcindit ab actu mentis, qui eſt in ipſo legiſlatore; ſed prout illum includit, & eſt ille ipſe expreſſus ſermone, aut ſigno.

Si verò loquamur de lege, prout conſideratur in ſecundo ſtatu, & exiſtit in aliis, ad quos fertur; facilè explicatur, quomodo exiſtat in actu rationis, & quis ſit huiuſmodi actus: quia enim lex præuenit voluntatem ſubditi, eámque obligat, & inducit ad impletionem, & executionem illius, quod per legem præcipitur; omninò debet conſiſtere in aliquo, quod præueniat voluntatem, id eſt, in actu rationis; non autem in actu voluntatis, qui ſolùm requiritur ad executionem, & impletionem legis, & non formaliter ad ipſam legem. Et hic ipſe actus rationis nullus eſt alius, niſi notitia legis, prout primò exit à Principe, aut legiſlatore; ac proinde etiam in hoc ſecundo ſtatu non poteſt lex ſufficienter explicari, niſi explicetur

Digitized by Google

tur in primo, & prout eſt in ipſo legiſlatore.

5. *Ad legem ferendam plures actus voluntatis, & intellectus requiruntur ex parte legiſlatoris.*

In hoc autem plures actus poſſunt conſiderari, tam ex parte voluntatis, quàm ex parte intellectus, de quibus poteſt eſſe dubium, vtrùm formaliter pertineant ad legem. Primò enim in voluntate requiritur intentio boni communis, & politicæ felicitatis, ad quam, vt ad finem, inſeruit lex, & quod per legem præcipitur. Deinde, requiritur ex parte intellectus conſultatio, & deliberatio de hoc, vel illo præcipiendo per legem, & aſſumendo tanquàm medio ad illum finem; & iudicium, quod formatur, & concluditur ex huiuſmodi conſultatione de conuenientia, aut neceſſitate talis medij. Tertiò, iterum requiritur ex parte voluntatis electio talis medij præconſultati, & præconſiliati, id eſt, voluntas illud aſſumendi in ciuitate, tanquàm medium; & ciues, aut ſubditos ad illud mouendi, aut inclinandi per legem. Quartò denique, iterum requiritur alius actus ex parte intellectus practici, quo ciues, & ſubditi ordinantur ad illud agendum, quod fuit præconſiliatum, & electum à legiſlatore; & certo modo id ipſis intimatur, & inſinuatur, tanquàm ab ipſis agendum, id eſt, cum quadam inclinatione & motione voluntatis eorum, quam poteſt facere, vt cauſa moralis, ipſe legiſlator, & Superior.

6. *In quo actu rationis conſiſtat propriè, & formaliter lex.*

Quando ergo dicitur in definitione legis, quòd ſit rationis ordinatio, de hoc vltimo actu intellectus id videtur intelligendum: & ſenſus eſt, quòd lex conſiſtat formaliter in ipſa ordinatione ſubditorum ad aliquid, cum intimatione, & inſinuatione, non quacunque; ſed, quæ vim habeat moraliter illos mouendi, & inclinandi: ſic enim S.Thom. 1.2. *qu.*17.*art.*1. vniuerſaliter docet de omni actu imperij, quòd eſſentialiter conſiſtat in actu rationis, & quòd hic actus ſit formaliter ipſa ordinatio illius, cui fit imperium, ad illud agendum. *Imperans enim,* inquit, *ordinat eum, cui imperat, ad aliquid agendum intimando, vel denunciando; ſic enim ordinare per modum cuiuſdam intimationis, eſt rationis.* Et quia lex formaliter eſt aliquod imperium, vt patet ex eodem S.Thom. 1.2.*qu.*90.*art.*1.*in argum. Sed contra.* etiam lex formaliter conſiſtet in huiuſmodi ordinatione illorum, ad quos fertur; ſed, quia præter huiuſmodi ordinationem ad aliquid, etiam habet

7. *Imperium, & lex, præter actum rationis etiam ſupponunt actum voluntatis.*

ad illud mouere, & inducere, vel inclinare; & vis inclinandi, & mouendi propriè pertinet ad voluntatem, ſicut & ad illam pertinet operari circa bonum, & circa finem, à quo primò incipit omnis motio, & actio agentis, vt dicitur 1.2.*quæſt.*9.*art.*1. ideò ſubdit S.Thom. *ead. quæſt.* 17.*art.*2. actum rationis non eſſe imperium, niſi præſuppoſito certo actu voluntatis, & in quantum retinet virtutem illius, id eſt, præſuppoſita electione de lege ferenda, & de ſubditis ordinandis ad illam implendam: quod idem etiam docet de lege 1.2.*quæſt.*90.*art.*1. *ad* 2. vt *ſuprà* diximus.

Idque, vt explicet, quomodo contingat per ipſam formalem ordinationem cum intimatione, quam formaliter ait eſſe imperium, addit *ead. quæſt.* 17. *art.*1. quòd ratio poteſt aliquid intimare, vel denunciare dupliciter. Vno modo abſolutè: & hæc intimatio exprimitur per verbum indicatiui modi, ſicut, ſi aliquis alicui dicat: Hoc tibi eſt faciendum. Et alio modo, mouendo, & inſtigando ad illud, quod intimatur: & talis intimatio exprimitur per verbum imperatiui modi, putà cùm alicui dicit: Fac hoc. & quia primum mouens in viribus animæ ad exercitium actus, eſt voluntas; & ſecundum mouens non mouet, niſi in virtute primi mouentis; hinc ait ſequi, quòd hoc ipſum, quod ratio mouet imperando, ſit ei ex virtute voluntatis; & ideò imperium ſit actus rationis præſuppoſito actu voluntatis, in cuius virtute ratio mouet ad exercitium actus. Et duplex hic modus intimandi, aut denunciandi poteſt explicari, & confirmari ex doctrina eiuſdem S.Thom. 1.*periherm.lect.*7. vbi ait, officium intellectus non ſolùm eſſe, vt concipiat in ſe ipſo veritatem rei; ſed etiam, vt ſecundùm ſuos conceptus alia ordinet, & dirigat; & ideò neceſſarium fuiſſe, vt præter orationem enunciatiuam, quæ propriè eſt vera, vel falſa, & inſeruit intellectui, ſecundùm primum munus concipiendi res in ſe ipſis, etiam darentur aliæ orationes non enunciatiuæ, quæ, neque ſunt veræ, neque falſæ, & inſeruiunt intellectui ſecundùm alterum munus ordinandi alia, quales ſunt oratio vocatiua, interrogatiua, imperatiua, & deprecatiua, per quas alius dirigitur, & ordinatur ad attendendum mente, vt per vocatiuam; vel ad reſpondendum, vt per interrogatiuam; vel ad aliquid exequendum in opere, tanquàm inferior à ſuperiore, per expreſſionem voluntatis ſuperioris, vt per imperatiuam; vel tanquàm ſuperior ab inferiore, vt per deprecatiuam, ad quam reducitur etiã optatiua, cùm non alia ratione poſſit inferior ordinare ſuperiorem ad aliquid exequendum, & habere vim motiuam reſpectu illius, niſi per expreſſionem ſui deſiderij. Et rectè dicuntur hæ omnes orationes non eſſe enunciatiuæ, neque dicere verum, & falſum: quia non inſeruiunt intellectui ſecundùm primum munus cognoſcendi; neque ſignificant ipſos conceptus, prout ſunt actuales repræſentationes obiectorum, eáque dicunt ſibi correſpondentia, vel non correſpondentia; ſed inſeruiunt ſecundùm alterum munus ordinandi, & ſignificãt actuales ordinationes alicuius ad aliquid, quæ conſequuntur ad conceptus.

Atque hoc totum, quòd imperium conſiſtat in huiuſmodi ordinatione, & actu rationis, præſuppoſita electione, & actu voluntatis, clarius explicat idem S.Thom. *quodlib.*9.*art.*12. vbi ait, in imperio duo eſſe cum quodam ordine, & eorum vnum eſſe aliquid rationis, & alterum eſſe aliquid voluntatis: nam, qui imperat, primò inclinat, & mouet eum, cui imperat, ad aliquid faciendum: & hæc inclinatio eſt voluntatis; cùm ad voluntatem pertineat mouere per modũ agentis: deinde verò, cùm ipſum, cui imperat, ordinat ad agendum illud, quod imperat; & hæc ordinatio eſt rationis, cùm ad rationem pertineat ordinare: & ſi in his duobus aliquis ordo conſideretur, priùs videtur eſſe inclinatio voluntatis per electionem, & poſteà ordinatio eorum, per quos eſt exequendum id, quod fuit electum, cùm hæc ordinatio pertineat ad principium executionis. Et ex his omnibus tandem concludit, quòd imperium immediatè ſit actus rationis, id eſt, ordinatio alicuius ad aliquid exequendum; & præſuppoſitiuè ſit voluntatis, tanquàm primò mouentis, id eſt, electio.

Ad idem facit etiam doctrina eiuſdem S.Thom. 8.
2.2.*qu.*83.*art.*1.*de oratione*, vbi ex eo docet, orationem formaliter eſſe partis intellectiuæ, & non appetitiuæ; quia importat quandam ordinationem, qua aliquis per expreſſionem ſui deſiderij, ordinat ſuperiorem, aut æqualem ſibi non ſubditum, ad aliquid exequendum: & addit, idem eſſe in oratione, quod & in imperio; & hæc duo, id eſt, orationem, & imperium, in hoc conuenire, quòd ſint ordinatio alicuius ad aliquid exequendum; & ſint actus intellectus practici, cuius eſt non ſolùm apprehendere, ſed etiam cauſare: & hoc maximè inter ſe differre, quòd intellectus practicus per imperium cauſet perfectè, id eſt, neceſſitatem, & obligationem inducendo

Oratio eſt actus rationis, & partis intellectiuæ.

cendo

cendo ad cauſandum, per hoc, quòd ille, cui fit imperiũ, ſit totaliter ſubditus poteſtati imperantis: per orationem verò ſolùm cauſet imperfectè; id eſt, ſolùm inducendo, & quodammodo diſponendo, per hoc, quòd is, qui oratur, non eſt ſubditus poteſtati orantis, ſiue ſit æqualis, ſiue ſuperior. Et quoad cætera, docet, quòd tam imperare, quàm petere, formaliter important ordinationem quandam, provt imperans, & orans diſponunt, & ordinant aliquid eſſe faciendum per alium, quem habeot, vel non habent ſibi ſubditum; & perfectè, vel imperfectè ad illod mouent.

Ex hoc autem ſic poteſt confirmari, quòd imperium, & lex ſit aliquid ratioois: nam oratio ideò eſt aliquid rationis, & partis intellectiuæ; quia eſt ordinatio alicuius non ſubditi, ad aliquid exequendum: atque hæc ordinatio formaliter ſignificatur per orationem deprecatiuam: ergo etiam imperium, & lex, cùm ſimiliter ſit ordinatio alicuius ſobditi, & ſimiliter hæc ordinatio ſignificatur per orationem imperatiuam.

9. *Quomodo actus rationis, in quo eſt lex, ſit diſtinctus ab actu conſilij, & iudicij, quo concluditur, hoc, vel illud eſſe faciendum.* Neque eſt hoc loco ploribus examinandum, vtrùm hic actus intellectus practici, qui dicitur ordinatio, ſit diſtinctus realiter ab actu conſilij, & iudicij, quo per deliberationẽ, & conſultationem concluditur, quòd ad bonum communitatis expediat, vt hoc, vel illud præſtetur à ſubditis: nam ſatis eſt, ſi ſit diſtinctus ſaltem ratione, & per orationem imperatiuam: *Fac hoc* ſignificetur ſolùm, quatenus eſt ordinatio actualis, & exercita, cum aliqua actuali inclinatione, & motione; & per orationem indicatiuam: *Hoc tibi eſt faciendum.* ſignificetur, quatenus eſt iudicium de hac ipſa ordinatione, vel facienda in futurum, vel iam facta in præteritum. Et hoc etiam modo rectè ſoluitur, quòd huiuſmodi orationes imperatiuæ, & deprecatiuæ nõ ſint veræ, vel falſæ, vt habet Ariſtoteles *in 1. periherm. cap.* 4. ſiquidem oon exprimunt conceptus, provt ſunt conformes, vel difformes obiectis; ſed provt ſunt quædam actiones, & ordinationes, quaſi actiuæ, qua ratione iis non conuenit, vt ſint veræ, vel falſæ; neque vt aliquid de aliquo enuncient.

Et ſimiliter hoc eſt ſatis, vt ſaluetur, quod iam diximus ex S. Thom. quòd electio, & actus voluntatis ſit prior, quàm ordinatio: nam, quanuis actus conſilij, & iudicij ſit prior electione, in quantum voluntati proponit obiectum præconſiliatum, & eligeodum; adhuc tamen manet etiam poſt illam, in quantum eſt ordinatio, & regulatio, vel directio ad executionem, & hoc tantùm modo habet rationem imperij, & legis.

10. *Quomodo imperiũ, & lex poſſit conſiſtere in intimatione, & inſinuatione.* Denique hac ratione poteſt fortaſſe conciliari, quod habet Vaſq. 1. 2. *diſp.* 49 *cap.* 2. *& diſp.* 150. *cap.* 2. *num.* 16. imperium, & legem formaliter conſiſtere in eo actu intellectus, qui eſt poſt electionem, & dicitur intimatio, aut inſinuatio; & quod habet Suar. *lib.* 1 *de legib. cap.* 4. *num.* 11. *& cap.* 5. *num.* 6. talem actum non dari; & intimationem, vel inſinuationem imperij, & legis, ſolùm eſſe manifeſtationem iudicij, & voluntaris, quam habet ſuperior; & in illo vtroque aliquo modo conſiſtere imperium, & legem: hæc enim ex eo fortaſſe conciliantur; quia Vaſq. actum ordinationis ponit vt conſequentem ad electionem, & vt diſtinctum, ſaltem ratione, ab actu iodicij: quomodo etiam S. Thom. 1. *periherm. lect.* 7. *cit.* ait, quòd actuales ordinationes, quæ exprimuntur per orationem imperatiuam, & deprecatiuam, & ſimiles alias non enunciatiuas, conſequuntur ad conceptus, qui per ſe exprimuntur per modũ indicatiuum: & *quodlib.* 9. *art* 12 quòd ordinatio eſt poſt electionem; quia pertinet ad principium executionis. Suarez verò ſolùm aſſerit, quòd talis actus oon eſt diſtinctus re ipſa ab actu iudicij: quomodo etiam S. Thom. 1. 2. *quæſt.* 91. *art.* 1. ait, quòd lex eſt dictamen rationis practicæ in Principe, aut eo, qui gubernat Communitatem; atque ita eundem actum appellat dictameo, quem ſæpiùs alibi appellauit ordinatiooem.

Sed contra hanc primam particulam definitionis, quòd lex ſit ordinatio rationis, ſentiunt illi, qui aſſerunt, legem formaliter conſiſtere in actu voluntatis, quo Princeps, aut legiſlator vult aliquid fieri à ſubdito, vel ſaltem eum obligare ad aliquid faciendum: & huic actui tribuunt omnes proprietates legis: vt, v.g. quòd ſit regula, & menſura operationum in ſubditis: ſiquidem ex S. Thom. 22. *quæſt.* 105. *art.* 1. *& alibi* ſæpiùs diuina voluntas eſt prima regula, qua debent menſurari humanæ actiones; & voluntates ſuperiorum ſunt regula ſecunda, & per quaodam participationem à prima. Et idem eſt de alia proprietate, quòd lex ordinet ſubditos ad aliquid exequendum: ſiquidem hæc etiam ordioatio maximè ſit per voluntatem, vt patet ex eodem S. Thom. *part.* 1. *q.* 107. *art.* 1. vbi ait, quòd Angeli per voluntates ordinant ſuos conceptus ad ſe inuicem, & ſic loquuntur. 11. *Quomodo lex ſecũdùm aliquos dicatur conſiſtere in actu voluntatis.*

Et qui hoc aſſerunt, id confirmant: quia hac ratione in Scriptura lex Dei ſæpè appellatur voluntas, vt Pſal. 102. *Notas fecit vias ſuas Moyſi, filiis Iſraël voluntates ſuas.* 2. Machab. 1. *Det vobis cor omnibus, vt colatis eum, & faciatis eius voluntates* Et eadem appellatio etiam vſurpatur in iure ciuili, §. *Sed & quod. Inſtit. de iure nat. gent. & ciuil & l.* 1. *ff. de conſt. Princip.* vbi dicitur: *Id, quod Principi placuit, legis habet vigorem.* Ita Henr. *quodlib.* 9. *quæſt.* 6. Gabr. *in* 3. *d.* 37. *quæſt.* 1. *art.* 1. *not.* 3. & fusè Caſtrenſ. *lib.* 2. *de lege pœn. cap.* 1. Reginald. *lib.* 13 *tract.* 1. *cap.* 2. *n.* 17. & alij apud Suar. *lib.* 1. *de legib. cap.* 5. *num.* 8. & apud Salas *diſp.* 1. *de legibus, ſect.* 5. *n.* 16.

Sed contrà eſt: quia, quanuis diuina voluntas poſſit dici prima regula per modum ideæ, & exemplaris; & voluntas ſuperioris ſecunda regula; non tamen eſt prima regula per modum formalis directionis, ſicut eſt lex: & quanuis ad voluntatem pertineat acceptatio, & executio alicuius ordinationis; illa tamen, quæ eſt directio ad exequendum id, ad quod fit ordinatio, non poteſt pertinere, niſi ad rationem. Vnde & S. Thom. 1. 2. *quæſt.* 17. *art.* 1. non de quacunque ordinatione ait, quòd pertineat ad rationem; ſed ſolùm de illa, quæ eſt per modum intimationis: quia, ſcilicet, ordinatio, quæ non ſit intimatio, & directio, poteſt conuenire etiam voluntati, in quantum vnum poteſt velle propter aliud, & in ordine ad illud: & quando lex Dei, aut Principis, appellatur eius voluntas; non eſt appellatio formalis, ſed ſolùm materialis; & ſumitur tam voluntas, quàm lex obiectiuè, & non formaliter, id eſt, pro eo, quod eſt obiectum voluntaris, & legis, cùm certum ſit, id totum placere Deo, & Principi, & eſſe ſecundùm voluntatem illius, quod eſt imperatum per legem, vt notat Vaſq. *diſp.* 150. *cap.* 4. *num.* 27. 12. *Sed impugnatur.*

Secundò, contra eandem primam particulam definitionis legis, ſentiunt alij, qui legem dicunt conſiſtere in vtroque; id eſt, in actu voluntatis, & intellectus; & ſolum eſſe quid morale: & ideò mirum non eſſe, ſi integretur ex pluribus entibus phyſicis, quæ ſolùm moraliter vniantur, & coaleſcant in vnum; vt certè vniuntur, & coaleſcunt in legem, actus voluntaris, ratione inclinationis, & motionis, quam continet lex; & actus intellectus, ratione ordinationis, & directionis: quæ ſententia, tanquàm media inter duas priores extremas, communiter 13. *Lex ſecũdùm aliquos conſiſtit ſimul in actu voluntatis, & in actu intellectus.*

tribuitur

tribuitur Greg. *in 1. diſt. 48. qu. vnica*, & aliquibus aliis apud Suarez *lib. 1. de legib. c. 5. n. 20.* & apud Salas *diſp. 1. de legib. ſect. 5. n. 18.*

14. *Sed impugnatur.*

Verùm non eſt, quòd propter has rationes, aut munera inclinandi, & dirigendi, quæ conueniunt legi, dicatur lex formaliter, & æqualiter conſiſtere in vtroque actu, cùm illud vtrunque poſſit formaliter præſtari per vnum actum; id eſt, per ſolam ordinationem intellectus, in quantum præſupponit actum voluntatis, eúmque virtute continet: vt enim docet S. Thom. 1. 2. *qu. 17. art. 1.* quia actus voluntatis, & rationis poſſunt viciſſim ferri ſupra ſe inuicem; ſiquidem & ratio ratiocinatur de actu volendi, & voluntas vult ratiocinari; ſæpè contingit, vt actus voluntatis præueniatur ab actu rationis; & contrà, vt actus rationis præueniatur ab actu voluntatis: & inde etiam fit, vt virtus actus prioris remaneat in actu poſteriore: & qua ratione 1. 2. *quæſt. 13. art. 1.* dicitur de electione, quòd ſit actus voluntatis, prout recipit formam à ratione proponente obiectum, & bonum: & *qu. 16. art. 1.* de vſu, quòd ſit voluntatis, tanquàm primi mouentis, & rationis, tanquàm dirigentis; ac proinde, quòd tam vſus, quàm electio, qui ſunt actus voluntatis poſteriores, retineant quaſi virtutem actus rationis, qui ad illos eſt prior; eadem ratione poteſt dici è conuerſo de imperio, quòd ſit actus rationis, prout eſt poſterior ad actum voluntatis, & aliquid retinet de virtute illius; & inde habeat etiam vim mouendi, & inclinandi.

DISPVT. III.

Quomodo lex dicatur eſſe eſſentialiter ad bonum commune.

1. *Lex eſt eſſentialiter ad bonum commune.*
2. *Priuilegium vnde dicatur, & quomodo reſpiciat ſolum bonum priuatum ipſorum ſubditorum.*
3. *Si lex reſpiciat ſolam priuatam vtilitatem ipſius legiſlatoris, non eſt lex.*
4. *Rex, & Tyrannus quo differant.*
5. *Quomodo iure belli acquiratur ius deſpoticum, & tanquam in ſeruos.*
6. *Poteſt lex eſſe iuſta, etiamſi feratur ex odio priuato ipſius legiſlatoris.*
7. *Poteſt eſſe lex, ſi quid præcipiatur vni tantùm parti ciuitatis.*
8. *Rex non poteſt pro arbitratu derogare iuribus vniuſ regni.*
9. *Præcepta patrisfamiliâs non ſunt lex.*
10. *Quare præceptum, aut mandatum expiret morte præcipientis, aut mandantis.*
11. *Quare ſententia non expiret morte ferentis.*
12. *Quare priuilegium non expiret morte concedentis.*
13. *Mandatum, quo alicui datur iuriſdictio, non expirat morte mandantis, ſi iuriſdictio iam geri cœpit.*
14. *Mandatum, quod non fit à ſuperiore, non ſemper expirat morte mandantis.*
15. *Quomodo aliqua leges videantur reſpicere ſolum bonum vnius.*
16. *Quomodo priuilegia aliquando concedantur per modum legis, & inſerantur in corpore iuris communis.*
17. *Si certò conſtet, quòd aliqua lex ſit inutilis, poteſt licitè non ſeruari.*
18. *Si ceſſet vtilitas legis in aliquo caſu particulari; non autem ſimpliciter; non propterea lex eſt inutilis.*
19. *Si lex ab initio ſit inutilis, & poſteà fiat vtilis, ex ſe obligat, quando iam eſt facta vtilis; neque eſt, quod de nouo feratur.*
20. *Lex ſemper loquitur.*
21. *Quare actus ab initio inualidi non conualeſcant tractu temporis; lex autem ab initio inutilis, poſſit poſteà eſſe valida.*
22. *Si melius ſit, aliquam legem non eſſe conditam, non obligat.*
23. *Si lex ex ſe ſit vtilis bono communi; ſed plura alia, & grauiora mala ex illa ſequantur, non obligat.*

SECVNDO loco in deſcriptione legis *ſuperius* poſita dicitur, quòd debeat eſſe ad bonum commune; & expreſsè id aſſerit S. Thom. 1. 2. *quæſt. 90. art. 2.* Et primò probat *in argum. Sed contra.* ex S. Iſidoro *lib. 5. etymol. cap. 21.* qui etiam refertur *c. Erit autem lex. d. 4.* & aſſerit, quòd lex nullo priuato commodo, ſed pro communi vtilitate ciuium debet eſſe conſcripta. Deinde probat ratione, *in corp. art.* quia ratio practica legiſlatoris, cuius actus eſt lex, pro fine vltimo, ad quem omnia dirigit, & à quo, tanquàm à primo principio, in omnibus mouetur, ſolùm habet publicum bonum, id eſt, communem felicitatem, & ad illam ordinat bonum ſingulorum, & priuatam felicitatem cuiuſque, tanquàm imperfectum ad perfectum, & tanquàm bonum partis ad bonum totius. 5. *Lex eſt eſſentialiter ad bonum commune.*

Et confirmat ex Ariſt. 5. *Ethic. cap. 1.* vbi ſic habet: *Leges de omnibus præſcribunt, & ea ſpectant, quæ vel communiter omnibus conferunt, vel optimis quibuſque vel principalibus: ac proinde vno modo ea dicimus iuſta, quæ felicitatem, eiuſque partes ciuili ſocietate efficiunt, & conſeruant.* Et poteſt addi ex iure canonico id, quod habetur *cap. Erit autem. d. 4.* quòd inter cæteras qualitates legis, hæc præcipuè requiratur, vt nullo priuato commodo; ſed pro communi ſolùm vtilitate ſit conſcripta.

Et per hanc partem definitionis, aut deſcriptionis legis, quòd ſit neceſſariò ad bonum commune, primò colligit Gloſſ. *in cap. Erit autem lex. d. 4. citato verbo, priuatum*, diſtingui legem à priuilegio, quod propriè reſpicit bonum priuatum, non autem commune totius ciuitatis; & ideò dicitur priuilegium, quaſi priuans legem, vel quaſi priuata lex, vt ex communi ſententia Iuriſtarum notat Vaſq. 1. 2. *diſp. 151. cap. 1. num. 3.* in quantum, ſcilicet, vel vnum aliquem excipit à communi lege, v. g. tributorum, eúmque priuat communi obligatione; vel aliquid ſpecialiter pro illo præcipit, & ſic conſtituit priuatam legem; id eſt, priuatorum legem, vt dicitur *cap. priuilegia d. 3.* ex S. Iſidor. *lib. 5. Etymol. cap. 18.* & nomine priuatorum debent illi intelligi, qui alioqui ſunt ſub lege, & per priuilegium eximuntur. Vnde, ſi ipſe Princeps aliquid præciperet in ſuam tantummodo vtilitatem, ne priuilegium quidem eſſet; ſed lex iniuſta, & nulla, vt notat Vaſq. *diſp. 151. cit. cap. 1. n. 2.* & Salas *tract. de legibus, diſp. 1. ſect. 8. n. 53.* 2. *Priuilegium vnde dicatur, & quomodo reſpiciat ſolum bonum priuatum ipſorum ſubditorum.*

Deinde ex eadem particula deſcriptionis legis colligit Caſtr. *lib. 1. de lege pœn cap. 1.* Sotus *lib. 1. de iuſt. quæſt. 1. art. 2.* Sylueſt. *verbo, lex, quæſt. 5.* Caiet. Armilla, & alij Summiſtæ *eod.* & apud Vaſq. *diſp. 151. cit. cap. 2. num. 5.* excludi à ratione legis eam omnem, quæ ſolùm fertur in priuatam vtilitatem ipſius legiſlatoris, prout contradiſtinguitur ab vtilitate publica: ſicut enim publica poteſtas, ad quam pertinet ferre leges, ſolùm eſt propter vtilitatem publicam, 3. *Si lex reſpiciat ſolam priuatam vtilitatem ipſius legiſlatoris, non eſt lex.*

publicam, vt notat Ariſtoteles 8. *Ethic. cap.* 8. ita & lex. Et quemadmodum Rex hoc maximè differt à Tyranno, quòd Tyrannus priuatam vtilitatem reſpiciat, & Rex publicam, vt ſubdit Ariſt. *ibidem*: ita etiam lex Regis, hoc eſt, iuſta, hoc maximè differt à lege Tyranni, hoc eſt, iniuſta; quæ proinde eam ob cauſam, neque etiam eſt appellanda lex. Et pro hoc explicando rectè notat Vaſq. *diſp.* 151. *cap.* 2. *cit. n.* 8. poteſtatem Regis in ſubditos non eſſe propriè, vt domini in ſeruos, quæ appellatur dominium deſpoticum; ſed eſſe dominium ciuile; & ideò, neque poſſe illorum actiones ad proprium commodum, & bonum referre.

4. *Rex, & Tyrannus quo differant.*

Et quamuis fortè prouinciam aliquam, aut regnum iuſto bello ſubiugauerit; nun tamen ſibi acquiſiuit ius domini, tanquàm in ſeruos; ſed ſolùm ius Regis, tanquàm in ſubditos, ſi de iis loquamur, qui in poſterum eam prouinciam, aut regnum eſſent habitaturi. Quod dico: quia in alios, quos perſonaliter debellauit, potuit acquirere ius domini, tanquàm in ſeruos, & dominium deſpoticum; quanquam ex hoc ipſo, quòd illos tunc reliquit tanquàm ciues, non poteſt poſteà in illos exercere ampliùs ius domini, ſed ſolùm ius Regis, vt etiam notat Salas *diſp.* 1. *de legibus*, *ſect.* 8. *n.* 47. ex Medina 1.2 *q.* 90. *art.* 2. *ad vltimum.*

5. *Quomodo iure belli acquiratur ius deſpoticū, & tanquàm in ſeruos.*

6. Tertiò ex eadem particula deſcriptionis legis colligit Vaſq. *diſp.* 151. *cit. cap.* 3. ſecundùm mentem S. Iſidori, & S. Thom. quòd ad ſubſtantiam legis pertinet, vt ex directa intentione legiſlatoris reſpiciat plures, non autem tantùm vnum; & ideò ſit præceptum commune, non autem priuilegium, vt dicitur *l.* 1. *& l. Iura. ff. de legibus.* Id tamen non obſtat, quominùs ſit vera lex, & verè iuſta, & firma, ſi quid conſtituatur verè conſentaneum bono publico; ſed ſolùm conſtituatur occaſione priuatæ perſonæ, & ex priuato odio legiſlatoris in ipſam, vt ſubdit Vaſq. *cap.* 3. *cit. num.* 13 quia finis particularis legiſlatoris non nocet legi, neque iuſtitia legis eſt iudicanda ex priuata intentione ferentis legem, aut ex fine ipſius; ſed ex fine legis, & ex materia, cùm ſubditi hanc tantùm iubeantur exequi, non autem ſequi intentionem legiſlatoris.

Poteſt lex eſſe iuſta, etiamſi feratur ex odio priuato ipſius legiſlatoris.

7. Similiter verè etiam eſſet lex, ſi quid præciperetur vni tantùm parti Ciuitatis, vt, v.g. quòd qui in hac, vel illa parte habent domicilium, tali modo ædificia conſtruant, vel armis ſe muniant, vt habet Vaſq. *ibidem*, & Salas *diſp.* 1. *de legib. ſect.* 7. *num.* 44. quia, ſcilicet, hoc etiam poteſt pertinere ad bonum commune, & ad illud reduci, ſicut bonum partis ad bonum totius. Et eadem ratione, ſi vna Communitas ſimul cum alia Communitate conſtituat vnam tertiam Communitatem maiorem, quomodo plures Ciuitates conſtituunt vnum regnum; poteſt aliqua eſſe propriè lex, quæ ſit vtilis Communitati maiori, habenti ſe per modum totius; etiamſi non ſit vtilis Communitati minori habenti ſe per modum partis; & in tali caſu poteſt benè cogi ſubditus, vel ciuis vnius Ciuitatis, ad ſeruandam legem vtilem regno, etiamſi non ſit vtilis ſpecialiter ſuæ Ciuitati, vt notat Bonacina *de legibus, diſp.* 1. *quaſt.* 1 *puncto* 1. *num.* 8. qui etiam addit, ſecùs eſſe de duabus Cōmmunitatibus omninò totalibus, vt ſunt, v.g. duo regna, quæ habent per ſe ſua bona diſtincta, & ſua iura: quamuis enim ponantur eſſe ſub eodem Rege; non tamen poſſint cogi ſubditi vnius ad ſeruandam legem ſoli alteri vtilem, ſuòque regno inutilem, vel etiam noxiam; neque poteſt huiuſmodi Rex, per ſe loquendo, dare facultatem vni regno, vt ſpoliet alterum aliquo iure, vel aliqua commoditate: niſi fortè tale ſit huiuſmodi ius, & commoditas talis regni, vt omninò dependeat à libera voluntate, & conceſſione, vel permiſſione ipſius Regis: tunc enim benè poteſt pro arbitratu huiuſmodi commoditatem modò concedere, vel permittere vni regno, & modò alteri: vt ſi prohibeat, v.g. ne hoc regnum negotietur cum illo alio, & hanc facultatem negotiandi concedat alteri regno: quia neutri competit tale ius negotiandi, niſi dependenter à libera voluntate, & conceſſione, vel permiſſione ipſius Regis, vt notat Bonacin. *num.* 8 *cit.* ex Soto *lib.* 1. *de iuſt. quaſt.* 1 *art.* 2. *ad finem.* & aliis recentioribus, communiter apud Salas *diſp.* 1. *de legibus*, *ſect.* 8. *num.* 49.

Poteſt eſſe lex, ſi quid præcipiatur vni tantùm parti Ciuitatis.

8. *Rex nō poteſt pro arbitratu derogare iuribus vnius regni.*

Non tamen hac ratione ſunt lex præcepta patrisfamiliâs in ſua domo, vt notat S. Thom. 1.2. *quaſt.* 90 *art.* 3. *ad* 3. quia ſolùm reſpiciunt bonum domus; & ſolùm materialiter ad illam ſe habet, quòd domus ſit pars ciuitatis, & ex bono illius integretur bonum huius; non autem formaliter ex intentione ipſius præcepti, prout exit à poteſtate patrisfamiliâs. Et quemadmodum præceptum, aut mandatum, quia ſolùm fertur ad vnum, non dicitur lex, etiamſi bonum illius materialiter faciat ad bonum ciuitatis: quia lex debet ferri ad omnes de Ciuitate, aut ad plurimos, & debet eſſe præceptum vniuerſale, & commune: ita & præcepta patrisfamiliâs non ſunt lex; quia ſolùm feruntur ad domeſticos, & prout ſunt pars ſolius domus; non autem feruntur ad ciues, & prout ſunt pars Ciuitatis.

9. *Præcepta patrisfamiliâs non ſunt lex.*

Atque hinc vlteriùs fit, vt huiuſmodi præcepta, aut mandata, quæ ſolùm reſpiciunt bonum priuatum vnius perſonæ, aut domus, non ſint perpetua, vt ſunt leges; ſed finiantur morte præcipientis, aut mandantis, vt notat Sylu. *verb. mandatum, quaſt.* 3. & ex illo Vaſq. 1.2. *diſp.* 151. *cap.* 3. *cit. num.* 17. & Salas *diſp.* 1. *de legib. ſect.* 7. *num.* 45. & habetur *l. Inter cauſas ff. mandati*. quia, ſcilicet, ſolùm proueniunt à poteſtate priuata; quæ tamen expirat per mortem: vel certè, ſi proueniunt à poteſtate publica; vt, quando ipſe Princeps aliquid mandat, aut præcipit alicui; non proueniunt ab illa ſecundū ſe, ſed ſolùm prout reſidet in tali perſona Principis, ad quam perſonaliter pertinet etiam cura boni priuati. Sicut enim, quia ad Principem ſecundùm ſe, & ſimpliciter acceptum, & prout præſcindit à tali perſona, pertinet cura boni communis, dicitur lex prouenire à Principe ſimpliciter; & ideò non expirat per mortem huius perſonæ, in qua erat poteſtas Principis: ita etiam, quia cura boni priuati ſolùm pertinet ad perſonam, in qua reſidet poteſtas Principis; expirante per mortem poteſtate in tali perſona, etiam expirat præceptum, aut mandatum, quod ſolùm reſpicit bonum priuatum.

10. *Quare præceptū, aut mandatū expiret, morte præcipientis, aut mandantis.*

Sed in hac re benè debet aduerti, vtrùm præceptum, aut mandatum ſit per modum ſententiæ, nécne: quia, cùm ſententia nihil ſit aliud, niſi quædam interpretatio legis, & quaſi extenſio ad hunc, vel illum caſum particularem; eandem habet perpetuitatem, quam ipſa lex; neque finitur morte ferentis, vt ſubdit Vaſq. *cap.* 3. *cit. num.* 18. & Salas *num.* 45. *cit.* & in priuata perſona verè reſpicit bonum commune, ſicut & reſpicit ipſa lex, vt etiam *ſuprà* diximus *diſp.* 1. *num.* 10.

11. *Quare ſententia non expiret morte ferentis.*

Et eadem ratione etiam priuilegium non expirat morte concedentis: quia, cùm ſit exceptio quædam legis, & quaſi reſtrictio, ne ſe extendat ad hanc perſonam, vel rem; ſimiliter ſequitur ipſam legem, neque finitur morte concedentis, ſed ſolùm morte illius, cui conceditur, ſi ſit priuilegium perſonale; aut deſitione rei, ſuper qua conceditur, ſi ſit priuilegium reale, vt ex communi ſententia docet Vaſq. *diſp.* 151. *cap.* 3 *cit. num.* 19. cùm præſertim conceſſio priuilegij ſit moraliter quaſi quædam donatio

12. *Quare priuilegium non expiret morte concedentis.*

exemptionis à lege; quæ tamen ex ſua natura, poſtquàm ſemel ſimpliciter, & abſolutè eſt facta, non expirat morte donantis, vt notat Suar. *lib.8. de legib.c.31.n.1.* vbi ex profeſſo id explicat.

13. *Mandatum, quo alicui datur iuriſdictio, non expirat morte mandantis, ſi iuriſdictio iam geri cœpit.*

Et idem eſt ex Sylu. *verb. mandatum, qu.3.* Ang. *eodem, num.8* Salas *de legib. diſp.1. ſect.7. num.45. cit. & num.62.* etiam de mandato, quo tribuitur alicui poteſtas iuriſdictionis; quod ſimiliter non finitur morte mandantis, ſi res, pro qua datur iuriſdictio, iam geri cœpit, & lis iam eſt conteſtata: ita enim habetur *l. Et quia. ff. de iuriſd. omnium Iudic. & cap. relatum, de officio Iudicis delegati.* Et ſpecialiter ſic eſt ſtatutum de huiuſmodi mandato, pro caſu, in quo iuriſdictio iam eſt cœpta exerceri: quia ita poſtulabat ratio iudicij: & extra hunc caſum idem eſt de hoc mandato, & de alio quocunque, vt, ſcilicet, etiam ipſum finiatur morte mandantis.

14. *Mandatum, quod non fit à ſuperiore, non ſemper expirat morte mandantis.*

Rectè tamen addit Salas *diſp.1. de legib. ſect.9. n.62.* vbi fusè explicat, quomodo mandatum finiatur morte mandantis, id ſolùm intelligi de iis mandatis, quæ fiunt à Superiore, & habent vim præcepti: & hæc non ſolùm ait deſinere per mortem mandantis, ſed etiam per amotionem ab officio; non autem intelligi de aliis, quæ fiunt à teſtatore, vel ab alio priuato, & non habente poteſtatem ſuperioris: hæc enim vel non deſinunt per mortem mandantis; ſed confirmantur, vt mandata teſtatoris. *l.1. ff. de teſtam. & cap. Cum Martha. de celebrat. Miſſ.* vel certè ſolùm deſinunt, quando res eſt integra. *l. Mandati. C. Mandati. & §. Item ſi adhuc. Inſtit. eod.*

15. *Quomodo aliqua leges videantur reſpicere ſolùm bonum vnius.*

Quartò, ex hoc ipſo, quòd lex in hoc ſenſu dicatur reſpicere bonum cómune, in quantum reſpicit bonum plurium, & non fertur tantùm ad vnum; ſed ſimul ad omnes, vel ad plures; colligit Vaſq. *diſp. 151. cit. cap. 4 num.21.* quomodo ſoluatur, ſi quis obiiciat, quòd plures ſunt leges, quæ per ſe reſpiciunt ſolùm bonum vnius, & ſingulare: vt, v.g. lex diuina, & naturalis, quæ ſolùm reſpicit beatitudinem cuiuſque, etiam ſolitarie, & per ſe accepti; & eodem modo obligat, ſiue quis ſit pars Communitatis, ſiue non. Et idem eſt de lege tuendi vitam, dandi eleemoſynam, faciendi correctionem fraternam, & aliis huiuſmodi, quæ perfectè ſeruantur ab vnoquoque, ſine alio ordine ad bonum commune, & per hoc ſolùm, quòd ille curet bonum vnius, id eſt, illius, cui vitam ſeruat, cui dat eleemoſynam, cui facit correctionem, & eiuſmodi. Quamuis enim aliqui putent, ſe hæc facile ſoluere per hoc, quòd dicant, etiam bonum cuiuſque reduci ad bonum commune; ſicut etiam bonum partis reducitur ad bonum totius: contrà tamen eſt: quia non eſt dicendum bonum partis, quod nullo modo eſt per ſe ordinatum ad bonum compartis, & totius; ſed eſt ex ſe quid abſolutum, & completum: & talis eſt in exemplis poſitis, beatitudo cuiuſque, vita, ſubleuatio miſeriæ ſpiritualis, aut corporalis in vnoquoque, & alia huius rationis; ac proinde neque lex diuina, v. g. de Baptiſmo, aut lex naturalis de non mentiendo, de vita ſeruanda, &c. eſt dicenda reſpicere bonum cuiuſque, vt bonum partis, cùm nullo modo illa reſpiciat in ordine ad bonum compartis, & totius; ſed omninò in illo ſiſtat, tanquàm in aliquo abſoluto, & per ſe.

Quare multò aptiùs, & faciliùs hæc ſoluuntur, ſi dicamus, non id eſſe de ratione legis, vt reſpiciat bonum commune, prout hoc intelligitur vt quid vnum, & diſtinctum a pluribus bonis particularibus, quomodo etiam Ciuitas, & Communitas intelligitur vt quid vnum, & diſtinctum a ciuibus; ſed ſolùm prout dicit bonum plurium, & quod in vnoquoque ſit indiuiſum, & in pluribus ſit diuiſum; non autem ſit bonum tantùm vnius. Et ſenſus eſt, quòd lex non debeat ferri tantùm ad vnum, ſicut fertur præceptum; ſed debeat ferri ad plures. Et ſicut præceptum, prout eſt à præcipiente, eſt lex particularis: ita etiam lex, prout exit a legiſlatore, ſit præceptum vniuerſale, & ſimul reſpiciat bonum plurium. Et hoc modo certiſſimum eſt, quòd ratio legis perfectè conuenit etiam legi diuinæ de Baptiſmo, & legi naturali de mendacio, de vita ſeruanda, &c. cùm etiam hæc non feratur tantùm ad vnum, & prout exit à legiſlatore, ſit præceptum vniuerſale, & ſimul reſpiciat bonum plurium; quamuis in vnoquoque illorum plurium ſolùm reſpiciat bonum cuiuſque, & ſe habeat tanquàm præceptum particulare illius, & ſine vllo ordine ad alios.

Et in idem recidit id, quod habet Salas *diſp.1. de legib. ſect.8. num.48 §. Ad ſecundum.* dupliciter poſſe accipi, vt aliquod bonum dicatur commune. Primò, quia nec ſecundùm ſe totum, nec ſecundùm partes ſit alicuius priuati, vt ſunt, v.g. templa, res ſacræ, paſcua communia, & alia eiuſmodi. Deinde, quia ſecundùm partes ſit alicuius priuati, & ſolùm ſecundùm totum ſit Communitatis, prout dicit collectionem plurium, vt ſunt, v.g. bona iam diuiſa inter ciues. Quando verò dicitur lex reſpicere bonum commune, non intelligitur ſolùm de bono communi primo modo; ſed ſatis eſt etiam bonum commune ſecundo modo; & ſic illud reſpicit lex de tuenda vita, de correctione facienda, &c. ſiquidem vitæ ciuium ita pertinẽt ad Communitatem, vt ſecundùm partem ſint propriæ cuiuſque, id eſt, ſecundùm vnanquanque vitam: & idem eſt de bono ſpirituali proximi, quod intenditur per legem de correctione fraterna, & aliis.

16. *Quomodo priuilegia aliquando concedantur per modum legis, & inferantur in corpore iuris communis.*

Quòd ſi obiicias contra hoc ipſum, quòd aliquæ leges etiam feruntur ad vnam tãtùm perſonam, vt notat Caſtr. *lib.1. de lege pœn. cap.2. §. Aliæ legis definitiones.* & alij apud Salas *diſp.1. de legib. ſect.7. num.44.* & patet in illis, quæ aliquid ſtatuunt, v.g. de Prætore, vel de Principe; & illis, quæ continent priuilegium certæ perſonæ conceſſum per modum legis, & in corpus iuris redactum, quale habetur *l. Neque Dorotheum, C. de decur. lib.10.* vbi Dorotheus quidam, & Irenæus, Viri illuſtres, & ſpectabiles, eorúmque filij, & poſteri in perpetuum eximuntur ab omni inquietudine curiali. Contrà eſt ex eodem Salas *ibidem*: quia etiam hæ leges aliquo modo feruntur ad Communitatem, & ad plures: ſiquidem Prætores, & Principes ſucceſſiuè ſunt plures; & ad omnes, prout ſibi ſuccedunt, feruntur leges, quæ de illis aliquid ſtatuunt. Et dum per legem conceditur priuilegium vni, præcipitur etiam aliis, vt illud non impugnent: & dum aliquis per legem declaratur hoſtis Reipub. præcipitur omnibus, vt illum pro hoſte habeant, & tractent: ac proinde nulla eſt lex, quæ propriè non ſit ad plures.

17. *Si certò conſtet, quòd aliqua lex ſit inutilis, poteſt licitè non ſeruari.*

Quintò, ex hoc, quòd lex debeat eſſe propter bonum commune, rectè colligit Salas *diſp.1. de legibus, ſect.8 num.50.* ex Soto *lib.1. de iuſt. quæſt.1. art.2. & quæſt.5. art.3. ad finem.* Vaſq. *diſp.151. cap. 2.* Bonacina *diſp.1. de legibus, quæſt.1. puncto 1. num. 9.* & omnes communiter. Quòd ſi certò conſtet, legem aliquam eſſe inutilem ad bonum commune, eo ipſo poteſt licitè non ſeruari, ſecluſo ſcandalo: quia eo ipſo conſtat, quòd ſit iniuſta, cùm ſine cauſa minuat libertatem ciuium, eóſque oneret: ſiquidem leges homines ligant, & libertatem diminuunt, *l. Leges ſacratiſſima. C. de legibus*, idque videtur etiam indicari *cap. Omnia. diſt.12.* vbi dicitur, quòd ſunt reſecanda illa omnia, in quibus cauſæ

non

non poſſunt inueniri, propter quas ab hominibus ſint conſtituta. & *cap. Corepiſcopi. d. 68.* vbi dicitur, quòd omne illud eſt extirpandum, quod caret ratione. Io dubio tamen ſemper eſt præſumendum, quòd lex ſit vtilis, & iuſta, & communiter omnes leges præſumuntur iuſtæ.

18. *Si ceſſet vtilitas legis in aliquo caſu particulari, non autẽ ſimpliciter, non proptereà lex eſt inutilis.*

Non tamen cenſenda eſt aliqua lex eſſe inutilis, ex hoc, quòd ceſſet eius vtilitas in aliquo caſu particulari; ſed debet ceſſare ſimpliciter, & pro omnibus, vt notat Salas *ibidem*, & Vaſq. *diſp. 151. cap. 4. n. 22.* atque hoc modo lex irritans matrimonia clandeſtina, quanuis ſit inſtituta ad fraudes impediendas, non tamen ceſſat ex eo, quòd quis in ſuo matrimonio clandeſtino nullas habeat fraudes.

19. *Si lex ab initio ſit inutilis, & poſteà fiat vtilis, ex ſe obligat, quando iam eſt facta vtilis; neque eſt, quòd de nouo feratur.*

Quòd ſi contingat, legem pro eo tempore, quo fertur, eſſe inutilem, & poſteà prouentu temporis fieri vtilem, ſolùm pro eo tempore, quo non eſt vtilis, poteſt non ſeruari, & non obligat; non autem pro alio tempore, quo eſt vtilis: neque eſt opus, vt iterum feratur, qoaſi ab initio fuerit inualida: quia, cùm ab initio fuerit lata pro toto tẽpore futuro, & in perpetuum, etiam ab initio fuit valida pro eo tempore, quo erat futura vtilis, quodcunque tandem illud eſſet, vt ſubdit Bonacina *diſp. 1. de legibus, quæſt. 1. puncto 1. num 12.* & Salas *diſp. 1. de leg. ſect. 8. cit. num. 51.* quod idem videtur confirmari etiam ex communi axiomate, quòd tradunt DD. *in l. vnica. ff. de condit. ex lege, & in l. Arrian. C. de Hæretic.*

20. *Lex ſemper loquitur.*

quòd lex ſemper loquatur: ſi enim vno tantùm tempore loqueretur, eóque non loqueretur vtilia Communitati, ſimpliciter, & abſolutè non eſſet vtilis; & ex conſequenti non eſſet lex, neque induceret obligationem: quia tamen omni tempore loquitur, pro illo tempore eſt verè lex, pro quo eſt vtilis, & loquitur vtilia, etiamſi pro alio non ſit vtilis, neque lex; & ideò pro illo tempore non indiget, vt de nouo feratur.

21. *Quare actus ab initio inualidi non conualeſcant tractu temporis; lex autem ab initio inutilis, & inualida, poſſit poſteà fieri vtilis.*

Et in hac re eſt valdè diſpar ratio ipſius legis, quæ ex propria ſua ratione ſemper loquitur, & quaſi omni tempore fertur; & eorum, quæ conſummantur, & perficiuntur in ipſo primo, & vnico actu, vt eſt, v.g. contractus matrimonij, donatio, votum, profeſſio religioſa, & alia huiuſmodi: hæc enim ſi primo illo actu ſint fortè irrita, non poſſunt poſteà tractu temporis fieri valida, & conualeſcere; ſed omninò indigent iteratione, & repetitione alterius actus: & qui per matrimonium, v.g. ſe ipſum tradidit coniugi, eúmque viciſſim ſibi acceptauit, vel per votum, & profeſſionem ſe ipſum tradidit Deo, & Religioni; ſi fortè ex aliquo accidente huiuſmodi traditio, & acceptatio fuit inualida, omninò debet facere aliam traditionem, & acceptationem actualem; neque aliter poteſt illam primam validare, cùm ab ipſo initio pro toto ſequenti tempore ſolùm voluerit manere obligationem, quæ erat naſcitura ex actuali traditione, & acceptatione, quam tunc faciebat; non autem voluerit manere, & quaſi continuare ipſammet traditionem, & acceptationem: & ideò, ſi fortè obligatio ex illa non potuit naſci ab ipſo initio, vtpote ex traditione, & acceptatione ſimpliciter nulla, ſimpliciter nihil manſit, & eſt opus repetitione, & renouatione traditionis; quod tamen non contingit in lege, quæ ab ipſo initio fertur pro ſemper, & quaſi omni reliquo tempore fertur, vt diximus.

22. *Si melius ſit, aliquam legẽ non eſſe conditam, non obligat.*

Addit prætereà Salas *diſp. 1. ſect. 8. citata, n. 52.* Bonacina *diſp. 1. de legibus, quæſt. 1. puncto 1. num. 11.* & alij apud ipſum, ſimiliter poſſe legem non ſeruari, ſecluſo ſcandalo, ſi melius ſit, & vtilius, eam non eſſe conditam, aut eſſe reuocatam. Quid quòd in contrarium videatur velle Sot. *lib. 3. de iuſt. quæſt. 4. ver. 5. ad 1.* quia Princeps non habet poteſtatem ad huiuſmodi leges ferendas, aut continuandas, quæ melius eſt, vt non ferantur, & non continuentur, etiamſi alioqui nihil contineant contra ius diuinum, aut naturale, vel canonicum. Et ex hoc capite rectè notat Vaſq. 1. 2. *diſp. 151. cap. 1. num. 11.* quòd,

23. *Si lex ex ſe ſit vtilis bono communi, ſed plura alia, & grauiora mala ex illa ſequantur, non obligat.*

etiamſi lex ſit alioqui vtilis ad aliquem bonum finem; ſi tamen ex illa plura alia timeantur incommoda, non eſt ſimpliciter ſecundùm rationem, & non obligat; vt, ſi prohibeat, v.g. meretrices, & illas grauiter puniat; & inde proueniant plura alia mala, & grauiora, vt, v.g. adulteria, ſtupra, & eiuſmodi.

DISPVT. IV.

Quomodo lex debeat eſſe ab eo, qui curam habet Communitatis.

1. *Lex debet eſſe ab eo, qui habet curam Communitatis.*
2. *Domus, & familia non eſt Communitas perfecta.*
3. *Ad Communitatem perfectam requiritur dominium iuriſdictionis.*
4. *Villæ, aut loca ſine muris, aut foſſis, non habent iuriſdictionem, & non ſunt Communitates perfectæ.*
5. *Ad conſtituendum territorium requiritur ius terrendi.*
6. *Ciuitates minores, maiores, & maximæ, quæ dicantur.*
7. *De ratione Ciuitatis non eſt, vt habeat Epiſcopum.*
8. *Secundùm Hæreticos non eſt in hominibus poteſtas condendi leges.*
9. *De fide eſt, quòd etiam leges humanæ poſſint obligare in conſcientia.*
10. *Soluuntur loca Scripturæ, quæ videntur fauere Hæreticis.*

1. *Lex debet eſſe ab eo, qui curam habet Cõmunitatis.*

TERTIO loco in deſcriptione legis *ſuperiùs* poſita dicitur, quòd lex debeat eſſe ab eo, qui curam habet Communitatis, idque S. Thom. 1. 2. *quæſt. 90. art. 3.* probat ex eo: quia ordinare ad bonum commune, eſt tantùm illius, ad quem pertinet ipſum bonum commune; id eſt, vel ipſius Communitatis, prout dicit multitudinem, & collectionem plurium inter ſe vnitorum quodam quaſi contractu, & vinculo ſocietatis ad iuuandos ſe inuicem in ordine ad vnum finem politicum; quomodo ad Reſpublicas pertinet ferre leges; vel eius, qui ad id eſt electus à Communitate, quomodo id pertinet ad Reges, & Principes. Et hinc colligit *in reſponſ. ad 3.* quòd præcepta patrisfamiliàs non ſunt

2. *Domus, & familia non eſt Communitas perfecta.*

leges: quia non proueniunt ab eo, qui curam habet Communitatis perfectæ; id eſt, illius, quæ in ſe ipſa habet ſufficientiam finis, vt loquitur Ariſtoteles 1. *Politicorum, cap. 2.* vt enim benè explicat Suarez *lib. 3. de legibus, cap. 2. num. 4.* non quomodocunque conſiderata plurium hominum multitudo facit Communitatem, quæ ſaltem moraliter ſit aliquid vnum, & verè faciat vnum corpus ciuile, aut politicum; ſed in quantum eſt colligata, & quaſi vnita ſpeciali conſenſu, & voluntate iuuandi ſe inuicem in ordine ad finem talis ſocietatis, qui eſt ſufficientia ad benè viuendum in illa Communitate. Atque hoc modo mas, & fœmina; parentes, & filij; dominus, & ſerui; non quomodocunque conſiderati faciunt vnam domum, aut familiam, quæ eſt Communitas, aut ſocietas domeſtica, & œconomica; ſed in quantum ſunt inter ſe colligati, vt iuuent ſe in-

uicem ad finem ſocietatis domeſticæ, qui eſt aliqualis ſufficientia eorum, quæ ſunt neceſſaria ad vitam; & plures domus, aut familiæ non quomodocunque conſideratæ faciunt vnam ciuitatem, aut ſocietatem ciuilem, & politicam; ſed in quantum ſunt colligatæ, vt iuuent ſe inuicem ad finem ciuilem, & politicum, qui eſt plenior, & perfecta ſufficientia ad bene viuendum. Et hæc eſt ſociabilitas, quæ homini conuenit à natura, & ſecundùm quam dicitur animal ſociabile, & propter quam eſt illi tributa facultas ſermonis inter cætera animalia; vt, ſcilicet, per illam communicet animi ſenſa, & mutuo ſuppleantur multiplices cuiuſque indigentiæ, vt patet ex Ariſt. 1. *Politic. cap. 2. cit.* Quia ergo domus, & familia non eſt perfecta Communitas, cùm non habeat perfectam vitæ ſufficientiam; ſed multis indigeat extra domum; rectè aſſerit S. Thom. quòd præcepta patrisfamiliàs, qui eſt caput domus, non ſunt propriè leges: quia non ſunt ab eo, qui habeat curam Communitatis perfectæ: ad perfectam enim ſufficiētiam vitæ, ex qua attenditur perfecta Communitas, omninò requiritur inter cætera etiam dominium iuriſdictionis, id eſt, poteſtas conſtituendi, & dicendi ius etiam de nouo; & niſi habeatur hæc poteſtas, non poteſt haberi ſufficientia finis, vel ad finem; id eſt, ad viuendum, vt ibi loquitur Ariſtot.

3. *Ad Communitatem, perfectam requiritur dominium iuriſdictionis.*

cùm in dies multa poſſint de nouo occurrere ad benè viuendum, quæ indigeant noua conſtitutione, & dictione iuris, vt etiam notat Salas *diſp. 1. de legibus, ſect. 7. num. 46.* & quæ ſpecialiter requirant vim coactiuam, & poteſtatem obligandi; & per conſequens etiam poteſtatem iuriſdictionis, cuius eſt actus, ipſa conditio, aut latio legis, *l. 1. §. Poteſt. ff. de iuriſd. omn. Iudic.* Vnde, cùm hæc poteſtas, per ſe loquendo, non conueniat niſi Communitati perfectæ, vel habenti curam illius; non autem conueniat priuatæ domui, aut familiæ; rectè ſequitur, quòd quæ in hac præcipiuntur à patrefamiliàs, non poſſunt propriè eſſe lex.

4. *Villa, aut loca ſine muris, aut foſſis, non habent iuriſdictionem, & non ſunt Communitates perfectæ.*

5. *Ad conſtituendum territorium requiritur ius terrendi.*

Et idem eſt etiā de iis, quæ præcipiuntur in aliis Communitatibus imperfectis, vt ſunt omnes illæ, quæ per ſe non habēt iuriſdictionem, & in quibus Magiſtratus non habet ius terrendi, ſicut requiritur ad conſtituendum territorium Communitatis, *l. Pupillus §. Territorium. ff. de ſignif. verb.* Similiter enim, quæ illis præcipiuntur, non ſunt propriè leges: quia non ſunt ab habente curam perfectæ Communitatis: vt, ſi aliquid præcipiatur, v.g. iis villis, aut locis, quæ ſunt ſine muris, aut foſſis, cùm hæc de iure communi non habeant iuriſdictionem; ſed ſubſint iuriſdictioni Ciuitatis, vel alterius Communitatis, *l. Nulli. §. fin. C. de Epiſcop. & Clericis*, & ideò non ſint ex ſe Communitates perfectæ ex defectu murorum; neque etiam habeant, vt ſe poſſint defendere, & tueri contra hoſtes, ſi fortè inuadant.

6. *Ciuitates minores, maiores, & maxima, quæ dicantur.*

Et ad hoc facit etiam illud, quod notat Suarez *lib. 3. de legib. cap. 9. num. 16. & 17.* Ciuitates, ſeu Communitates de iure communi eſſe triplicis ordinis, id eſt, minores, maiores, & maximas, vt patet ex *l. Si duas. ff. de excuſat. tutorum.* & minores illas dici, quæ ſunt ſub aliis Ciuitatibus, & ab illarum foro iudicantur, quales modò ne Ciuitates quidem dicuntur, ſed villæ, aut oppida, vel caſtra: & has non habere facultatem condendi leges propriè dictas, vt etiam docet Bart. *in l. Omnes populi. ff. de iuſt. & iure:* quia ſunt Communitates tantùm imperfectæ, & vel nullam habent iuriſdictionem, aut modum iudicij; ſed in omnibus pendent ab aliis Ciuitatibus, quibus ſubſunt; vel certe ſolum habent pro leuioribus cauſis, & cum magna ſubordinatione ad Ciuitates iam dictas. Maiores verò Ciuitates dici illas, quæ habent proprium forum cauſarum, & ſufficientem modum ſe gubernandi, quales ſunt illæ, quæ habent Sedem epiſcupalem, & communiter appellantur Ciuitates, quamuis propriè hoc non pertineat ad rationem ciuitatis, vt habeat Epiſcopum, vt notat *ibidem* Suar. ex Panormit. *in cap. Pernicioſam. num. 1. de offic. Ordin.* & Bart. *in Extrau. Qui ſint rebelles. verbo, Lombardiæ.* Siquidem Ciuitates ſunt antiquiores Epiſcopis, & Epiſcopus ſupponit, non facit Ciuitatem. Et denique Ciuitates maximas ait Suar. dici illas, quæ ſunt Metropolitanæ, & Archiepiſcopales, vt vult Gloſſ. *in l. cit. Si duas. verb. maximæ ff. de excuſat. tutor.* & poteſtatem condendi leges propriè dictas tandem concludit, ſolùm conuenire Ciuitatibus maximis, & maioribus, ſi alioqui ſint liberæ, & ſe ipſæ gubernent; non autem ſint ſub poteſtate, & gubernatione alterius, vt *infrà* dicemus.

7. *De ratione Ciuitatis non eſt, vt habeat Epiſcopum.*

Debet tamen hæc etiam particula definitionis, quòd lex debeat eſſe ab eo, qui habet curam Communitatis, ſpecialiter intelligi de lege poſitiua, ſicut & tota definitio; cùm lex naturalis propriè non ſit ab eo, qui habet curam Communitatis; ſed ex ipſa rei natura, etiam præſcindendo ab omni voluntate alterius.

8. *Secundùm Hæreticos non eſt in hominibus poteſtas condendi leges.*

Contra hanc partem ſenſerunt plures ex Hæreticis apud Vaſq. *diſp. 152. cap. 1.* qui poteſtatem condendi leges de nouo, vel negarunt eſſe in Eccleſia, & in Prælatis eccleſiaſticis; vel etiam vniuerſaliùs in quouis Principe, aut Rege laïco, & ſolùm aſſeruerunt, huiuſmodi poteſtatem conuenire Deo, qui, vt dicitur Iacobi 4. *Vnus eſt legiſlator, & Iudex, qui poteſt perdere, & liberare.* & ideò *Matth. vlt.* ea tantùm præcipit Chriſtus ſimul cum Baptiſmo, proponi ſeruanda, quæ ipſe mandauit; non autem alia, quæ fortè mandarunt ipſi homines: *Baptizate omnes gentes,* &c. *docentes eos ſeruare omnia, quæcunque mandaui vobis.* & *Deuter. 4.* diſertè præcipit Deus, vt ad ſuas leges neque fiat additio, neque detractio: *Non addetis ad verbum, quod vobis loquor, neque minuetis ex eo.* ex cap. 12. *Quod præcipio tibi, hoc tantùm facito; nec addas quidquam, nec minuas.* Et hinc concludunt, nullas poſſe eſſe leges, quæ per ſe obligent conſcientias ſubditorum, præter illas, quæ continentur in Scriptura; & ſi quæ aliæ ordinationes de nouo fiant ab hominibus, ſolùm poſſe obligare ratione ſcandali; non autem per ſe, & præſcindendo à ſcandalo; & alioqui longè deteriorem fore conditionem Chriſtianorum, qui per Euangelium ſunt liberati à lege Moſaïca, ſi loco illius eſſent ſubiecti legibus hominum, quæ ſunt longè plures, & longè grauiores, vt etiam deplorat S. Aug. *epiſtola 119. cap. 19.*

9. *De fide eſt, quòd etiam leges humanæ poſſint obligare in conſcientia.*

Verùm non eſt in præſentia pluribus diſputandum contra Hæreticos; ſed eſt ſupponendum, tanquam de fide, quòd etiam leges humanæ, & præſertim eccleſiaſticæ obligent in conſcientia, vt probat Caſtr. *lib. 1. de lege pœn. cap. 4. & lib. 5. aduerſus Hæreſes, verb. Eccleſia, hæreſi* 3. & alij plures apud Vaſq. 1. 2. *diſp. 152. cap. 2. num. 8.* & apud Salas *diſp. 8. de legibus, ſect. 1.* & expreſsè definitur in Concilio Conſtantienſi *ſeſſ.* 8. contra Ioan. Vuiclephum, & Ioannem Hus: & in Bulla Leonis X. contra Lutherum, *errore* 27. & in Trident. *ſeſſ. 6. can. 20.* vbi definitur, quòd homo, quantumuis iuſtus, teneatur ad obſeruantiam mandatorum Dei, & Eccleſiæ: & *ſeſſ. 7. can. 8.* vbi damnatur, qui dixerit, baptizatos eſſe liberos ab omnibus legibus, & præceptis Eccleſiæ, neque debere illis parere, niſi ſponte ſe illis ſubiecerint.

Neque

10. *Soluuntur loca Scripturæ, quæ videntur fauere Hæreticis.*

Neque fauent vllo modo huic errori loca Scripturæ iam inducta, vt fusè oſtendit Vaſq *diſp.*152. *cit.cap.*4. nam,quod dicitur Iacobi 4.*Vnus eſt legiſlator*, id eſt, Deus, ſolùm intelligitur de legiſlatore primario, & qui ex ſe,& non ab alio habeat deriuatam, & participatam poteſtatem, & poſſit pro ſola voluntate leges condere,& mutare. Et præter hunc adhuc poſſunt etiam alij eſſe legiſlatores ſecundarij, & ab illo dependentes iuxta illud Prou. 8. *Per me Reges regnant,& legum conditores iuſta decernunt.*

Quod dicitur Matth.vlt.*Docentes eos ſeruare omnia, quaecunque mandaui vobis.* non intelligitur cum excluſione aliorum, quæ poſteà erant mandanda, etiam ab aliis;vel certè id dicitur,quia de facto initio Euãgelij nulla alia erant præcepta, niſi illa,quæ præceperat Chriſtus; vel denique ſub præceptis Chriſti intelliguntur etiam præcepta aliorum, in quorum perſona præcipit Chriſtus, iuxta illud Lucæ 10.*Qui vos audit,me audit.* & S.Pauli ad Epheſ. 6.*Obedite dominis carnalibus,ſicut Chriſto.*

Neque hinc ſequitur,quòd deterior ſit conditio Chriſtianorum, quàm Hebræorum, per hoc, quòd leges humanæ ſint multò plures: neque enim hæ omnes obligant ſingulos, vt ferè contingebat Hebræis;ſed aliæ,atque aliæ obligant alios,atque alios, vt,v.g.Iudices,Sacerdotes,contrahentes,&c.& pauciſſimæ omninò ſunt,quæ obligant ſingulos,id eſt, ſolùm illæ, quæ habentur in Catechiſmo, de audiendo Sacro diebus feſtis, de ieiunio, de Confeſſione annua, de communicando in Paſchate, &c.& hæ ipſæ patiuntur benigniorem interpretationem, & ex rationabili cauſa facile quis ab illis excuſatur; quod tamen non erat in legibus Hebræorum. Neque S.Auguſt. *epiſt.*119.*cit.* earum legum pluralitatem deplorat,quæ vtiliter,& prudenter feruntur à Summis Pontificibus, & à Chriſtianis Principibus; ſed earum, quæ ex prauis vulgi conſuetudinibus paulatim putantur habere vim legis; & ideò deberent à Prælatis, & Principibus abrogati,vt notant Vaſq.*diſp.*152.*cit.cap.*5.*num.*55.

DISPVT. V.

Ad quos Prælatos pertineat condere leges eccleſiaſticas.

1. *Papa poteſt condere leges eccleſiaſticas pro tota Eccleſia.*
2. *Vtrùm Papa poſſit alteri delegare facultatem condendi leges pro tota Eccleſia.*
3. *Legatus Papæ poteſt condere leges pro tota Prouincia ſuæ legationis.*
4. *De poteſtate Legati,præſertim à latere.*
5. *Paria ſunt, quòd quis ſit Legatus à latere, & cum poteſtate Legati à latere.*
6. *Legatus quomodo habeat poteſtatem in Regulares exemptos.*
7. *Legatus non à latere, in quos habeat poteſtatem, & quo deficiat à poteſtate Legati à latere.*
8. *Legatus non poteſt leges condere contrarias iuri communi.*
9. *Interpretatio ſtatutorum Legati, finita legatione deuoluitur ad Papam.*
10. *Legatus poteſt delegare facultatem condendi leges.*
11. *Delegatus Legati, probabile eſt, quòd poſſit ſubdelegare.*
12. *Quomodo Legatus in condendis legibus indigeat conſenſu,vel conſilio aliorum.*
13. *Epiſcopi poſſunt cõdere leges pro ſuis diœceſibus.*
14. *Vtrùm Epiſcopi hanc poteſtatem habeant immediatè à Deo.*
15. *Neque indigent alia conceſſione, aut confirmatione Papæ.*
16. *De quibus non poſſint Epiſcopi leges ferre.*
17. *Epiſcopi non poſſunt præcipere Clericis in minoribus,vt recitent Officium Beatæ Virginis.*
18. *Epiſcopi ad leges condendas non indigent conſenſu Capituli, niſi in certis caſibus à iure præſcriptis.*
19. *Archiepiſcopi, Primates,& Patriarchæ quomodo poſſunt leges ferre.*
20. *In quibus caſibus Archiepiſcopus habeat iuriſdictionem extra ſuam diœceſim.*
21. *Archiepiſcopus, & Patriarcha poſſunt crucem geſtare,etiam in locis exemptis.*
22. *Archiepiſcopus in Synodo prouinciali non alio modo eſt Caput, quàm ſicut Decanus in Capitulo Eccleſiæ cathedralis.*
23. *Archiepiſcopus habet multiplicem iuriſdictionem in ipſos Epiſcopos diœceſanos.*
24. *Archiepiſcopus,Primas, & Patriarcha,quo differant inter ſe.*
25. *Cardinales in ſuis titulis habent iuriſdictionem epiſcopalem,& poſſunt condere leges.*
26. *Abbates, & Prælati exempti poſſunt condere leges.*
27. *Superiores religioſi, & ipſæ Religiones non poſſunt condere leges ſine ſpeciali conceſſione Papæ.*
28. *Aliqua iuriſdictio, & ſuperioritas eſt de eſſentia Religionis propriè dictæ.*

POſito, quòd leges propriè dictæ ſolùm poſſint ab iis ferri,qui habent curam Communitatis perfectæ; illud eſt explicandum circa leges eccleſiaſticas, vtrùm poſſint ab iis omnibus ferri, qui habent curam Communitatis eccleſiaſticæ; & qui tandem hi ſint.

Et quidem certum eſt, eas poſſe pro tota Eccleſia ferri à Papa; & pro ſuis prouinciis poſſe ferri à Legatis pontificiis; & pro ſuis epiſcopatibus, & diœceſibus, poſſe ferri ab Epiſcopis.

De Papa id rectè probatur ex illo Chriſti Domini ad S.Petrum Matth. 16. *Quodcunque ligaueris ſuper terram*,&c. Et quia certum eſt,reſidere in Eccleſia facultatem condendi leges; quæ tamen in nullo alio reſidet meliùs, & rationabiliùs, quàm in Summo Pontifice, qui eſt ſupremum Caput totius Eccleſiæ,& habet ſupremam iuriſdictionem,& vim coactiuam ad obligandum; videri poteſt Bellarm. *lib.*4.*de Romano Pontifice, cap.*15. *tom.*1. Valen.1.2. *diſp.*7.*quæſt.*5. *punct.*1.§. *Eſt autem hoc loco.* Vaſq.1.2.*diſp.*153.*c.*1. Salas *diſp* 8. *de legibus.* Suarez *l.b.*4. *de legibus,cap.*3.*num.*10.*& ſeq* Bonacina *diſp.*1.*q.*1. *puncto* 3.*num.*5.& alij. 1. *Papa poteſt condere leges eccleſiaſticas pro tota Eccleſia.*

Vtrùm autem poſſit Papa hanc facultatem condendi leges eccleſiaſticas pro tota Eccleſia,delegare alicui alteri,poteſt fortaſſe habere aliquod dubium. Sed probabiliſſimum eſt id,quod docet Suarez *lib.* 4. *de legibus, c.*6.*n.*22. & ex illo Bonacina *diſp.*1.*de legibus, quæſt.*1.*puncto* 3.*num.*34.*pagina mihi* 16.huiuſmodi facultatem condendi leges eccleſiaſticas pro tota Eccleſia, eámque obligandi ſine alia approbatione, aut confirmatione ipſius Papæ;vel ſimpliciter non eſſe delegandam, vel etiam non eſſe delegabilem: quia,ſicut ſimpliciter non eſt delegabilis facultas definiendi ex fide; quia habet adiunctam ſpecialem aſſiſtentiam Spiritus ſancti ad non errandum; & hæc eſt promiſſa,& annexa ipſi Pontifici;nõ autem aliis depẽdenter à voluntate ipſius: ita & poteſtas benè ordinandi mores vniuerſales 2. *Vtrùm Papa poſſit alteri delegare facultatem condendi leges pro tota Eccleſia.*

totius Eccleſiæ, quæ ſine dubio eſt ipſa poteſtas ferendi leges vniuerſales eccleſiaſticas, ſimiliter non eſt delegabilis, cùm ſimiliter etiam ipſa adiunctam habeat aſſiſteotiam Spiritus ſancti ad hoe, vt Pontifex in iis, qoæ pertinent ad mores vniuerſales totius Eccleſiæ, non poſſit errare; & ideò poſtulet ſolùm eſſe à poteſtate, quæ ſit infallibilis, & quæ in huiuſmodi legibus non poſſit errare; qualis tamen eſt ſola poteſtas ipſius Pontificis, vel accepti per ſe, & ſeorſim ab aliis, vel accepti ſimul cum aliis, quas ipſe ſibi adiungit ad leges ferendas, vt contingit, quando ipſe perſonaliter intereſt, & præſidet in Conciliis, vt *infrà* dicemus.

Similiter, vtrùm poſſit Pontifex condere leges, etiam ciuiles, & politicas, quæ obligent per totam Eccleſiam; non autem ſolùm per eas prouincias, quæ temporaliter ſunt illi ſubiectæ, dicemus *infrà diſp.*11. Interim videri poteſt Nauar. *in c. Nouiter. de iudic. not.*3. *num.*19. Bellarm. *lib.*5. *de Rom. Pontifie. cap.*2. *& seq. tom.*1. *cit.* Suarez *lib.*3. *de legib. c.*6. Salas *diſp.*7. *de legib. ſect.*4. *num.*27. *& ſeq.* Molin. *tract.* 2. *de iuſt. diſp.*29. Bonac. *puncto* 3. *citat. num.*5. *cit.* & alij.

3. *Legatus Papa poteſt condere leges pro tota prouincia ſua legationis.*

De Legato pontificio, quòd poſſit condere ſtatuta, & leges pro tota prouincia ſuæ legationis, & quòd illæ perpetuò durent, etiam finita legatione, niſi reuocētur ab ipſo Legato, vel ab alio eius ſucceſſore, & æqualem poteſtatem habente, vel à Papa, & ſuperiore, expreſſe habet Panorm. *in cap. fin. de officio Legati.* Sylu *verb lex*, §.4. Innocentius *in c. Cùm acceſſiſſent. de conſtit.* Bart. *in l. Omnes populi. ff. de iuſt. & iur.* & alij Canoniſtæ apud Azor. *part.* 2. *lib.*5. *cap.*32. *qu.*1. Vaſq. 1.2. *diſp.*153. *cap.*1. *num.*5. Salas *diſp.*8. *de legib. ſect.*11. Suar. *lib.*4. *de legib. cap.* 5. *num.*4. Azor. *cap.*31. *cit.* Bonac. *diſp.*1. *de legib. qu.* 1. *puncto* 3. *num.*12. & expreſſè id habetur *cap. fin. cit. de officio Leg.* vbi dicitur, quòd ſtatuta Legatorum Sedis apoſtolicæ, edita in prouincia ſibi commiſſa, durant tanquàm perpetua, etiamſi ipſi Legati poſtmodum ſint egreſſi prouinciam. Et ratio eſt: quia Legatus in tota ſua legatione eſt adinſtar Proconſulum, cæterorúmque Præſidum, quibus certæ prouinciæ decernuntur moderandæ; & ideò verè eſt Ordinarius, vt expreſſè definitur *c. Legatos. de off. Legati, in* 6. &, vt notat Pariſ. *de confiden. qu.*28. *num.*18. ex Bal. Ioan. Andrea, & aliis, poteſt omnia, quæ poſſunt Primates, Patriarchæ, Archiepiſcopi, Epiſcopi, & alij Ordinarij. Et ſi ſit Legatus a latere, eſt maior omnium in prouincia poſt Romanum Pontificem, & habet iuriſdictionem ſuper omnes Prælatos de prouincia, etiam exemptos, & immediatè ſubiectos Papæ, & eſt Iudex ordinarius Epiſcoporom, & Archiepiſcoporum exemptorum, vt notat Francus *in cap. Si Abbatem. de elect. in* 6. & apud Graff. *in deciſ. aur. lib.*2. *cap.*49. *num.*58. qui etiam *lib.*4. *cap.*27. *num.*27. ex Baldo *in c. Ad hæc. num.*16 *de poſtul. Prælat.* addit, eum rectè appellari Dictum Papæ: quia de voluntate Papæ præſumitur plenè eſſe informatus: & ex Gloſſ. magiſtrali *in c. Si Abbatem cit. de elect. in* 6. Philippo, & Archid. apud illam, eum etiam venire appellatione Sedis apoſtolicæ: quia, ſcilicet, in ſuis prouinciis poteſt omnia, quæ poteſt Papa, exceptis iis, quæ ſpecialiter ſoli Papæ ſunt reſeruata, & iis, quæ ſunt contra ius, & contra conſuetudinem prouinciæ, vel contra priuilegia conceſſa à Papa, vt notat Molin. *tract.*5. *de iuſtitia, diſp.*9. *num.*5. & 11. ex Panorm. *in c fin. de confirm. vtili, vel inutili*, & aliis: quia enim tota dignitas, & poteſtas Legati ſolùm eſt ex voluntate Pontificis, iure poteſt ab illo limitari, vt notat Vaſq. *diſp.*153. *cap.*1. *n.*10. *citato*: quod etiam probat Gloſſ. *in c. Si Abbatem. cit. verb. tranſeundi, de elect. in* 6. *ex cap. Quod tranſlationem. de officio Legati*, vbi dicitur, quòd ad ea non debet Legatus ſine ſpeciali mandato Papæ manus extendere, quæ in ſignum priuilegij ſingularis ſunt tantùm Summo Pontifici reſeruata: & *ex cap. Nuper. de ſententia excommunicat.* vbi vniuerſaliter dicitur, quòd quæ Papa ſibi ſpecialiter non reſeruat, ea videtur indulgere etiam aliis; quod certè maximè debet locum habere in Legato, qui in prouincia ſibi commiſſa eſt Vicarius Papæ, eiúſque vices in illa gerere comprobatur, *cap.*1. *in fin. de offic. Legati, & c.*2. *de officio Delegati*, & ibi Panorm. *& cap. Cùm Venerabilis. de conſuet.* imò & dicitur imago Papæ, *cap. Ipſius volentis. eod. tit.*

4. *De poteſtate Legati, præſertim à latere.*

5. *Paria ſunt, quòd quis ſit Legatus à latere, & quòd ſit cum poteſtate Legati à latere.*

Et quoniam paria ſunt, quòd quis ſit Legatus à latere, & quòd ſit Legatus cum poteſtate Legati à latere, vt notat Nauar. *in c. Cùm contingat. de reſcriptis, remed.*5. *num.*2. & probat Dec. *conſ.*149. *col. fin. ex l. In teſtam. ff. de cond. & demonſt.* Quæ hucvſque ſunt dicta de poteſtate Legati à latere, debent intelligi etiam de Legato, qui, quanuis non ſit à latere, eſt tamen cum poteſtate Legati à latere; & ideò etiam hic eſt Ordinarius Epiſcoporum, & Archiepiſcoporum; & poteſt cum quolibet ordinario concurrere in ſua iuriſdictione, & datur inter ipſos locus præuentioni, vt notat Francus *in cap.*1. *num.*8. *de offic. Leg. in* 6. & Molin. *tract.*5. *de iuſt. diſp.*9. *num.*6. quanquam Gloſſ. *in c. Conqueſtus. verb. prouocauerint.* 9. *quæſt.*3. dicit, Legatum non poſſe cognoſcere de cauſis ſubditorum Epiſcoporum, niſi ad ipſum ſint deuolutæ per appellationem, ſicut neque poteſt de illis cognoſcere Archiepiſcopus, aut Primas, *cap Conqueſtus. cit.* & conſtabit *infra*: quod idem de Legatis etiam declarauit Congregatio Epiſcoporum apud Quarantam, *in Summa Bullarij, verb. Archiepiſcopi authoritas, num.* 20 §. *Idem, nec alij ſuperiores. pag mihi* 68. *initio.* Et vterque hic Legatus habet iuriſdictionem in exemptos, & poteſt rectè appellari Ordinarius, imò & dominus exemptorum, vt notat Azor. *part.*2. *lib.* 5. *cap.*29. *qu.*25. ex Calder. *conſ.*1. *de offic. Legati*, & Rodriquez *in qq. regular. tom.*1. *quæſt.*124. *art.*3. *pag. mihi* 350. Et quanuis idem Rodr. *tom.*2. *cit. quæſt.* 63. *art.*4. *pagina mihi* 201. referat Clementem IV. conceſſiſſe Fratribus minoribus, vt non poſſent excommunicari ab aliquo Legato, niſi à latere Sedis apoſtolicæ miſſo, & Sixtum IV. conceſſiſſe Fratribus Carmelitis, vt nullus Legatus, quauis authoritate vtens, quancũque ſuperioritatem ſuper ipſos ſibi vendicare præſumeret; hoc tamen priuilegium ex eodem Rodr. *ibidem* ſolùm eſt intelligendum de Legatis Sedis apoſtolicæ ſimpliciter dictis, & ſine addito; non autem de iis, qui dicuntur cum addito, id eſt, Legati miſſi à latere: de his enim ſpecialiter dicitur, de iure communi, quòd habeant iuriſdictionem etiam in Religioſos exemptos, vt patet *ex cap. Si Abbatem. de elect. in* 6. vbi ſtatuitur, quòd poſſunt dare licentiam Abbati exempto, & ſoli Romanæ Eccleſiæ immediatè ſubiecto, vt deſerat Monaſterium, & ſe trãsferat ad Epiſcopatum, ad quem fortè fuit electus.

6. *Legatus quomodo habeat poteſtatem in Regulares exemptos.*

7. *Legatus non à latere in quos habeat poteſtatem, & quo deficiat à poteſtate Legati à latere.*

Si verò iuriſdictio Legati conſideretur in ordine ad alios exemptos non Religioſos, eadem eſt, ſiue ſit Legatus à latere, ſiue non à latere, vt notat Sanchez *lib.*3. *de matr. diſp.*18. *n.*8. *in fine*, ex communi ſententia, cùm etiam Legatus non à latere ſit ordinarius in tota prouincia ex Gloſſ. *in cap.*2. *de offic. Leg. in* 6. & Franco *ibidem*, & poteſtas vtriuſque ſit æqualis, præterquàm circa beneficiorum collationem, cognitionem cauſarum exemptorum, confirmationem Epiſcoporum, & abſolutionem excom

excommunicatorum ob Cletici percuſſionem in certis caſibns, vt ſubdit Sanchez *ibidem* ex Gloſ. *in cap.1.verb.Legati, de off.Legati, in 6.* Atque ita tam Legati à latere, quàm non à latere, quales ſunt illi, qui non ſunt Cardinales, & ſpeciali vocabulo appellantur Nuncij apoſtolici; vel etiam qui dicuutur Legati nati, poſſunt ex vi ſuæ poteſtatis ordinariæ leges condere, quæ perdurent etiam poſt finitam legationem, vt expreſsè, & ſpecialiter de his omnibus notat Panorm. *in cap.fin.num.1. de officio Legati*, & in ſpecie de Nunciis apoſtolicis notat Bonacina *diſp.1. cit. de legibus, quæſt.1. puncto 3. num.* 22. & colligitur manifeſtè *ex cap fin.de officio Legati*, vbi abſolutè, & indefinitè de Legatis Sedis apoſtolicæ; non autem ſolùm de Legatis à latere, dicitur, quòd poſſint ſtatuta condete, quæ ſint perpetua.

8\.
Legatus non poteſt leges condere contrarias iuri communi.

Non tamē poſſunt per hæc ſtatuta ſtatuere aliquid contra ius commune, ex toto, vel ex parte, vt notat Gloſ. *in cap.fin.de iis, quæ fiunt à Prælato ſine conſenſu Cap.& in Clem.Romani.de elect.* & DD. communiter *in cap. Quod ſuper his.de maior.& obedient.* & apud Azor. *part.2.lib.5. cap.32.quæſt.2.* & diximus *paulò antè num.3.* ex Molin. *tract.5.de iuſt.diſp.9* quidquid dicat Innocentius *in cap.fin.de officio Archipresb.* ſed ſolùm poſſunt ſtatuere præter ius commune, vel confuermiter ad ius commune, ſtatuendo pœnam non parentibus iuri communi, vt ſubdit *ibidem*, Azor. ex Innocentio, & Hoſtienſi *in cap.Cùm inhibitio.de clandeſt.deſponſ.* & Doctoribus communiter *in cap.2.de conſtitut.*

Poteſt tamen ſtatuere contra ſtatuta aliorum Legatorum, cùm ab aliis, vtpore paribus, non potuerit lex illi imponi. *cap.Inferior.d.21. & cap. Cum inferior.de maiorit.& obed.* & notat Azor. *cap.32.cit.q.4.*

9\.
Interpretatio ſtatutorum Legati, finita legatione deuoluitur ad Papam.

& huiuſmodi ſtatutorum interpretatio, legatione durante, ſolùm pertinet ad ipſos Legatos, cùm de iure communi eius ſit legem interpretari, cuius eſt legem condere, *cap. Inter alia. de ſententia excommunicat.* finita verò legatione interptetatio deuoluitur ad Papam, & ad Sedem apoſtolicam, ex Gloſ. *in cap. Ex parte.de verb. ſignific.* & Azor. *cap.32.cit.quæſt.5.* quia, ſcilicet, cùm Legatus veniat appellatione Sedis apoſtolicæ, vt *ſuprà* diximus *n.3.* ſtatuta ipſius perinde cenſentur, ac ſi emanaſſent à Sede apoſtolica; & ideò illorum interptetatio rectè dicitur pertinere, vel ad ipſum Legatum, vel ad Sedem apoſtolicam. Et ſimiliter non poteſt Legatus ſe immiſcere per ſuas leges in iis cauſis, quæ dicuntur maiores, & grauiores, vt notat Panorm. *in cap. finali, num.5 de off.Legati*, ex Gloſ. *d.18.in Summa, & in cap. Quòd tranſlationem. de officio Legati*, vbi ſpecialiter dicitur, quòd hæ cauſæ ſunt ſpecialiter reſeruatæ Summo Pontifici.

10\.
Legatus poteſt delegare facultatem condendi leges.

Et denique hanc poteſtatem condendi leges, & ſtatuta pro tota prouincia, non modò poteſt Legatus exercere per ſe; ſed etiam poteſt exercere per alterum, eamque alteri delegare, vt notat Bonacina *diſp.1.de legib.quæſt.1. puncto 3.cit.num.13.* cùm illam habeat tanquàm ordinariam; & qui ſic habet aliquam poteſtatem, etiam poſſit eam delegare. *cap. fin.de off.Ordin.& cap.Vt litigantes.de off.Ordin.in 6.* niſi obſtet aliquid ſpeciale: imò & probabile eſt,

11\.
Delegatus Legati probabile eſt, quòd poſſit ſubdelegare.

quòd etiam talis delegatus à Legato, poſſit eandem poteſtatem alteri ſubdelegare, cùm ſit quaſi delegatus à Principe, & ipſe Legatus ſit inſtar Principis, & habeat regiam facultatem, & dignitatem, vt ſubdit Bonacina *ibidem*, & probat Azor. *part.2.lib.5.cap.31.quæſt.5.* ex Bald. *in l. à Iudice. C.de Iudic.* Panorm. *in cap.Cùm Bertoldus.de ſent. & re Iudic.* Gambata *de offic.Legati,lib.8.cap.43.* & aliis, quanuis non deſint ex Canoniſtis, qui oppoſitum ſentiant, vt Gloſ. *in cap.Cùm cauſam.de appell.* Ioan. Andreas, Francus, Atchid. *in cap.2.de off Iudic. deleg.in 6.* & aliqui alij apud Azor. *quæſt.5.cit.* Sed cōtrà eſt: quia, quòd delegatus à Principe poſſit ſubdelegare, expreſsè habetur *l.à Iudice.cit.C.de iudic.& cap.fin. de offic.Delegati*, & notat Innoc. *in cap.Paſtorali.eod. tit.* & ex illo Sylu. *verb.Delegatus, num.10.* & quòd Legati ſint inſtar Principis; imò, & ſaltem repræſentatiuè ſint quaſi ipſe Princeps, cuius ſunt Legati, communiter eſt de iure gentium.

12\.
Quomodo Legatus in condēdis legibus indigeat conſenſu, vel conſilio aliorum.

Siue autem Legatus hanc poteſtatem exerceat per ſe, ſiue per alium, optimum eſt, vt requirat conſilium Prælatorum prouinciæ, vt notat Innoc. *in cap.fin.de off.Legati*, & ex illo Panorm. *ibidem, num.6.& 7.* argumento eorum, quæ dicuntur *cap.1.3.4. & 5.9.quæſt.3.* de Metropolitano, & Diœceſanis, vt, neque ille quidquam faciat ſine his, neque hi ſine illo: & aliquando etiam debet requirere conſenſum populi, *arg.cap.1.de conſecr d.3.* vbi ſtatuitur, ne feſta ab Epiſcopis inſtituantur ſine conſenſu Cleri, & populi: quanquam ſtatuta Legati, etiam non requiſito vllo alio conſenſu, poſſint eſſe valida, ſi ſint de iis, quæ pertinent ad ſuam iuriſdictionem, vt ſubdit Innoc. & Panormit. *ibidem*, & ſolùm in iis, quæ concernunt aliorum præiudicium, vel negotium, debet habere illorum conſenſum, vel præſentiam, ex eodem Panorm. *num.7.cit.* qui etiam citat Innoc. *in cap Veſtra.de locato.* vbi tamen ſolùm loquitor de Epiſcopis, non autem de Legatis.

13\.
Epiſcopi poſſunt condere leges pro ſuis diœceſibus.

De Epiſcopis, quòd poſſint leges ferre pro ſuis epiſcopatibus, & diœceſibus, omnes conſentiunt, vt videre eſt apud Suarez *lib.4. de legibus, cap.4.n.2.* & apud Bonacin. *diſp.1.de legibus, quæſt.1.puncto 3. num.21.* & apud Panormit. Decium, Hoſtien. & alios Canoniſtas *in rub.de conſtitut. & in cap. Cùm omnes. & in cap. Cùm acceſſiſſent. eod.* & apud Summiſtas *verb.lex.* nam *cap.1.de conſecr.d.3.* apertè ſupponitur, quòd Epiſcopi habent poteſtatem præcipiendi feſta, & ieiunia; quæ tamen communiter ſolùm præcipiuntur per leges, & per ſtatura. & *cap.2.de locat. & conduct. & cap. Vt animarum. de conſtit. in 6.* expreſsè fit mentio de ſtatuto Diœceſani, & Ordinarij: & *cap. Si quis venerit. de maiorit. & obedient.* & *cap. A nobis.de ſent.excommunicat.* fit mentio decreti, & ſententiæ; id eſt, conſtitutionis, & canonis epiſcopalis, vt exponit ibi Gloſ. *verb.decretum.* Et ratio eſt: quia Epiſcopi ſunt verè Paſtores ordinarij, & Rectores, ſiue Principes ſuarum Eccleſiarum, iuxta illud S. Pauli Act.20. *Poſuit nos Spiritus ſanctus Epiſcopos regere Eccleſiam Dei.* & ideò ad illos pertinet cura, & ordinatio boni communis; quæ tamen maximè fit per ſtatuta, & leges: & cùm ipſi, quantùm eſt ex ſe, ſint perpetui, non autem ſolùm ad tempus, & amouibiles; non ſolùm dicuntur curare bonum commune per mandata, & præcepta, quæ ſunt temporalia; ſed etiam per ſtatuta, & leges propriè dictas, quæ ſunt perpetuæ.

14\.
Vtrùm Epiſcopi hāc poteſtatem habeant immediatè à Deo.

Vtrùm autem hanc poteſtatem ferendi leges habeant Epiſcopi immediatè à Deo ex vi ipſius epiſcopatus, ſuæque conſecrationis, vt vult Caſtrus *lib. 2.de iuſta hæret punitione, cap.24.* Vaſq. *t.2.diſp.152. cap.3.num.28.* & aliqui alij; an verò habeant immediatè à Papa; & Chriſtus Dominus ita inſtituerit Epiſcopos in Eccleſia, & per ipſos voluerit eam regi, vt tamen totam iuriſdictionem voluerit reſidere in Summo Pontifice, tanquam in Capite omninò primo, & vniuerſali, & ſolùm ab illo deriuari ad alios; ſicut, ſi Rex vnum Proregem conſtituendo pro toto regno, mandaret illi, vt pro ſingulis regni prouinciis, aut ciuitatibus eligeret alios Gubernatores, ac Præſides, iiſque poteſtatem, & iuriſdictio-

OO 4 nem

nem diſtribueret; prout videret expedire, vt fusè probat Bellarm. *lib.4. de Summo Pontifice, cap.24. tomo 1.*& Suar.*lib.4 de legib.cap.4.num.5.& ſeq.* ex S.Thom.4. *contra gent.c.76.ratione 4. & in 4.d.20. quæſt.vnica,art.4.quæſt.3.* Dur.Soto, Caiet. & aliis; parum refert ad negotium morale, & ad præſens inſtitutum, ad quod ſatis eſt,ſi verè habeant poteſtatem ferendi leges,quæ obligent,etiam poſt mortem illorum, & quantùm eſt ex ſe, ſint perpetuæ, vndecunque tandem illam habeant,& ſiue habeant immediatè à Deo,ſiue à Papa: & quanuis in Eccleſia,vel in Republ. eccleſiaſtica non habeant curam ſupremam,neque ſe habeant,ſicut Reges in regnis, ſed ſint Papæ ſubordinati, & ſe habeant, ſicut alij minores Dynaſtæ, v.g. Duces, Marchiones, Comites;nó tamen propterea, quemadmodum in Republica ciuili, & politica,hi Dynaſtæ inferiores ſuos ſubditos debent regere ſolis legibus communibus totius regni, & factis à Rege; non autem legibus propriis, & factis à ſe; ita etiam Epiſcopi debent regere ſolis legibus Papæ, cùm habeant ſpecialiter, vel à Deo, vel à Papa,vt diximus,facultatem condendi etiam leges proprias ſynodales, & diœceſanas; quam tamen non habent communiter à Regibus Dynaſtæ inferiores, vt notat Vaſq. 1.2. *diſp.152.cap.3.cit.n.27.*

15. *Neque indigent alia cōceſſione, aut confirmatione Papa.*

Neque pro vſu huius facultatis indigent Epiſcopi poſitiua approbatione, confirmatione, aut conceſſione Papæ,cùm illum habeant de iure communi,*cap.2.de locato,& conducto,& cap. Vt animarum.de conſtit.in 6.* & aliis iuribus *paulò antè* citatis,& ex perpetua conſuetudine, & traditione Eccleſiæ,vt notat Suarez *lib.4.de legib.c.5.n.1.*

16. *De quibus nō poſſint Epiſcopi leges ferre.*

Benè tamen debent aduertere, vt nihil ſtatuant contra ius commune;neque in iis ſe ingerant, quæ Papa ſibi ſpecialiter reſeruauit;neque in cauſis,quæ dicuntur grauiores, vt ſunt illæ, quæ pertinent, v. g. ad fidei declarationem,& promulgationem, vel ad ſtatum vniuerſalis Eccleſiæ, vel ad priuilegia, & conſuetudines vniuerſales, vel ad epiſcopatus diuidendos,aut voiendos,& ſimilia, vt videre eſt apud Gloſſ. *in cap.2.de maior.& obed.& in cap.2 §.Porrò. d.3.*& apud Suar.*num.1.cit.* ſemper enim eſt ſeruanda debita ſubordinatio ad Summum Pontificem;neque in generali conceſſione intelligi debent venire illa, quæ in ſpecie non eſſent veriſimiliter concedenda, *cap.fin.de offic.Vicarij,in 6.*& ideò neque in generali conceſſione condendi leges facta Epiſcopis, veniunt cauſæ grauiores.

17. *Epiſcopi non poſſunt præcipere Clericis in minoribus, vt recitent Officium B. Virginis.*

Atque hoc modo non poteſt Epiſcopus per legem præcipere Clericis, v.g. conſtitutis tantùm in Ordinibus minoribus,vt recitent quotidie Horas B.Virginis,aut Pſalmos pœnitentiales, vel quid ſimile: quia eſt contra generalem conſuetudinem totius Eccleſiæ, ſecundùm quam huiuſmodi Clerici ad nihil tenentur: & quia,quod vniuerſalis Eccleſia relinquit liberum, non poteſt Epiſcopus particularis in ſua diœceſi facere debitum,& præceptum,niſi pro illa vrgeat aliqua ratio particularis, vt in caſu præſenti de Clericis in minoribus non obligandis ad Officium B.Virginis,vel ad quid ſimile;notat Leſſ. *lib. 2. de iuſt.cap.37.num.46.* Valen.2.2. *diſp.6.quæſt.2. puncto 10.* Suarez *de Hor.canon.cap.16.num.14.& 15.*Azor.*part.1.lib.10.cap.5.quæſt.2.*Medin.*tract.de orat. quæſt.7.* Sot. *lib.10.de iuſt.quæſt.5.art.3.* Extra has verò materias, quæ ſpecialiter ſpectant ad Summum Pontificem, liberè poteſt Epiſcopus ſine alia approbatione, aut conceſſione Papæ, condere leges, & ſtatuta pro ſua diœceſi, & liberè poteſt præcipere,non modò, quod ei ſpecialiter conceditur à Papa,vel à iure,vt præcipiat; ſed etiam,quod ei ſpecialiter non prohibetur,ne præcipiat, vt notat Suar.*lib.4.de legib.c.5.cit.n.1.*

18. *Epiſcopi ad leges condendas non indigent conſenſu Capituli, niſi in certis caſibus à iure præſcriptis.*

Et ſimiliter non eget Epiſcopus, per ſe loquendo,conſenſu Capituli,vel Cleri,aut populi,vt ferat leges;ſed poteſt illas ferre per ſe, & independenter ab omni alio, cùm habeat poteſtatem, & regimen quaſi monarchicum ſuæ Eccleſiæ, neque vllo iure, ſiue naturali, ſiue canonico,ſufficienter probetur talis dependentia. Quòd enim Panorm. *in c.fin.de off.Leg. num.6.* affert *ex cap. Nouit. & cap Quanto. de his,quæ fiunt à Prel.* non probat vniuerſaliter, vt ipſe intendit,quòd Epiſcopi non poſſint facere vlla ſtatuta ſine conſenſu, vel conſilio ſui Capituli; ſed ſolùm particulariter in certa materia, id eſt, in negotiis ipſius Eccleſiæ, quæ ſine dubio non ſunt tractanda, vel definienda ab ipſo Epiſcopo ſine conſilio totius Capituli, vel partis ſanioris illius, vt dicitur *c.Quanto.cit.* Et idem eſt de inſtitutione feſti, quæ ſimiliter ab Epiſcopo non eſt facienda ſine conſenſu Cleri,& populi, *cap.1.de conſecr.diſt. 3.& cap.fin.de feriis.* quanuis iam,quoad populum, id ſit abrogatum conſuetudine,vt notat Suar. *tomo 1.de relig.lib.2.de diebus feſtis, cap.11.n.9.* & Azor. *part. 2. lib.1.cap.16.quæſt.2.* Extra hæc verò,quæ ſpecialiter ſunt determinata in iure, non eſſe definienda ſine conſenſu, vel conſilio Capituli, vel Cleri,à ſolo Epiſcopo;& quæ ſpecialem rationem, aut neceſſitatem ad id præſeferunt,liberè, & licitè poteſt Epiſcopus ſtatuta, & leges per ſe condere, non requiſito conſenſu,vel conſilio vllius alterius, vt notat Felin.*cap. Cùm omnes.num.11. de conſtit.* & communis ſententia apud Suar. *lib.4. de legib. cap. 5.num.2.* Salas *de legib. diſp.8.ſect.7.num.41.* Vaſq. 1.2.*diſp.153.cap.2.* Bonac. *de legib.diſp.1.qu.1.puncto 3.num.24.*

19. *Archiepiſcopi Primates, & Patriarchæ, quomodo poſſint leges ferre.*

Ex his,quæ diximus de Epiſcopis, facilè poteſt intelligi, quid ſit dicendum de Prælatis ſuperioribus,quales ſunt, v. g. Archiepiſcopi,Primates, Patriarchæ: in ſuis enim particularibus diœceſibus idem poſſunt atque Epiſcopi;cùm verè, & propriè ſint illarum Epiſcopi, neque plus poſſunt, vel in ſuis diœceſibus, vel extra illas per totam prouinciam, niſi ſpecialiter ſit illis conceſſum à iure, vel ex recepta,& præſcripta conſuetudine, vel ex priuilegio,vt notat Suarez *lib.4.de legibus, cap.5.num. 3.* ſic enim *cap.Saluo.& cap. Archiepiſcopus. & cap. Si autem aliquis. & c. Nullus Primas.9.quæſt.3.* ſtrictè præcipitur,vt Archiepiſcopus, vel Metropolitanus nullas Epiſcoporum,aut aliorum communes cauſas cognoſcat, aut aliquem excommunicet, aut iudicet,vel aliquid agat, ſaluo in omnibus priuilegio Romanæ Eccleſiæ, ſine præſentia, conſilio, & voluntate omnium aliorum Epiſcoporum comprouincialium; & alioqui irritum habeatur, quod egerit;& ipſe ſubiaceat periculo ſui gradus:& *cap. Conqueſtus.ead.cauſ.& q.& cap. Vno ſimul de officio Ord.* expreſsè dicitur,quòd Primates, vel Patriarchæ nihil iuris habent præ cæteris Epiſcopis, niſi quantum ſacri Canones, vel antiqua conſuetudo, vel priuilegium aliquod apoſtolicum illis concedit; & ideò non debent inuitis, aut inconſultis diœceſanis aliquid agere circa eorum Eccleſias, vel ſubditos, niſi cauſæ ad ipſos Metropolitanos ſint deuolutæ per appellationem, *iuxta cap Peruenit. 11.quæſt.1.& cap.Cùm non ignoretis. de off Delegati:* & Trident.*ſeſſ.24.cap.20.de reform.* & idem eſt ex Gloſſ. *in cap. Conqueſtus.cit. verb. prouocauerint,* ſi contingant aliqui alij caſus in iure expreſſi; vt,verbi gratia, ſi quis ſit abſolutus ab Archiepiſcopo,& nolit parere Epiſcopo, *cap. Ad reprimendam de off. Ord.* vel, ſi cauſa ſit inter Clericum,&

Digitized by Google

20. *In quibus caſibus Archiepiſcopus habeat iuriſdictionē extra ſuam diœceſim, & per prouinciam.*

eum,& Epiſcopum, & Epiſcopus ſit reus, *c.Si Clericus.*11.*quaeſt.*1. vel, ſi Epiſcopus nolit abſoluere excommunicatum, *cap.Qua fronte.de appell.* vel, ſi Archiepiſcopus prouinciam viſitet, *cap.Cùm ex officy de præſcriptionib.* vel denique,ſi euidens ſit,ſententiam Epiſcopi eſſe iniuſtam, *cap.Sollicitudinem. de appell.*Et ratione horum caſuum peculiariter expreſſorum in iure, dicitur Archiepiſcopus præeſſe in prouincia,& curam,& ſollicitudinem totius prouinciæ habere,*cap.Per ſingulas.*2.9.*quaeſt.*3.*cit.*Et ex Gloſ.*ibidem,verb.totius Prouinciæ,* etiam poteſt dici Ordinarius Prouinciæ;cùm tamen extra hos caſus nihil iuris,aut poteſtatis habeat; & ideò irritum ſit habendum, ſi quid tentauerit: *cap Nullus Primas. cit.9.quaeſt.*3. Neque oppoſitum probatur ex eo,

21. *Archiepiſcopus, & Patriarcha poſſunt crucem geſtare,etiam in locis exemptis.*

quod habetur *Clem. Archiepiſcopo.* de priuilegiis, quòd poſſit Archiepiſcopus crucem ante ſe geſtari facere per totam prouinciam, etiam in locis exemptis, non obſtante quouis priuilegio: quod idem etiam conceditur Patriarchis pro toto mundo, excepta Roma, & vbi ſunt Legati Sedis apoſtolicæ, *cap.Antiqua,de priuilegiis,& cap.*1.*Vt lite pendente.* vt enim benè notat Syluest. *verb. Archiepiſcopus, num.*6. & expreſsè habetur *Clem.Archiepiſcopo.cit.* ex huiuſmodi geſtatione Crucis in locis exemptis, nihil iuriſdictionis acquiritur Archiepiſcopo, aut Patriarchæ;& nullam moleſtiam,aut grauamen,vel præiudicium propterea poſſunt inferre:ſicut neque Epiſcopus ex eo,quòd *ibidem* dicatur,poſſe in locis exemptis ſolenniter benedicere populo, & audire, vel celebrare, aut facere celebrari diuina. Sed hæc omnia debet facere ſine præiudicio priuilegiatorum,& exemptorum.

Neque eſt mirum, ſi hæ Dignitates, quæ reuerà ſunt maiores Epiſcopis, tam limitatam habeant ſuam iuriſdictionem: cùm enim ſint de iure humano eccleſiaſtico, eam tantùm habere poſſunt, quæ ſpecialiter iis datur à iure,vt notat Suar.*lib.*4.*cap.*5. *cit.num.*3. quæ tamen rationabiliter ſolùm eſt pro certis caſibus;ne alioqui,ſi eſſet vniuerſalior,turbarentur iuriſdictiones aliorum Epiſcoporum diœceſanorum.

22. *Archiepiſcopus in Synodo prouinciali nō alio modo eſt Caput, quàm ſicut Decanus in Capitulo Eccleſia cathedralis.*

Et reuerà,vt notat Nauar.*conſ.*6.*num.*5. *de maior.& obed.lib.*1.*pagina mihi* 65.*col.*3.& ex illo Sanchez *lib.*8.*de matrim. diſp.*17. *num.*36.*pag.mihi* 519.& Suarez *lib.*6.*de legib. cap.*15.*num.*5.*pag.mihi* 460.*in fine*,non eodem modo ſe habet Archiepiſcopus ad Synodum prouincialem aliorum Epiſcoporum, ſicut ſe habet Summus Pontifex ad Concilium generale, vel Epiſcopus ad ſuum Capitulum; ſed ſicut ſe habet Decanus Capituli Eccleſiæ cathedralis ad ipſum Capitulum: & ſolùm dicitur in dicta Synodo prouinciali, eſſe caput, in quantum poteſt illam conuocare, & tanquàm præſidens primam ſedem in illa habere; non autem,quia ſit maior,& in illam habeat iuriſdictionem,cùm potiùs è contrà Synodus ipſa prouincialis ſit maior Archiepiſcopo, & habeat iuriſdictionem in illum, eumque etiam poſſit excommunicare, vt notat ibi Nauar. *num.*3. ſicut & totum Capitulum Canonicorum eſt maius Decano, & ab Archiepiſcopo ad Synodum poſſit appellari, tanquàm ad maiorem, vt notat Card. & alij *in Clem.* t. 6. *Quòd etiam in interdictis.de ſent.excommun.*Et in ipſa Synodo,tam Archiepiſcopus, quam Epiſcopi diœceſani, ſint Coniudices,& Collegæ, vt loquitur Nauar. *num.*5. *cit.* & ſimul omnes collectiuè accepti poſſint iudicare, & corrigere ſingulos, vt idem habet *num.*3. Quare, quod habet Gloſ. *diſt.*18.*initio*, *verb.conſtituendum*, quòd ſicut Epiſcopi poſſunt condere Canones epiſcopales;ita etiam Archiepiſcopi prouinciales;ſolùm eſt verum in ipſo Concilio prouinciali,& de conſenſu aliorum diœceſanorum; non autem de Archiepiſcopis per ſe,& quaſi ſolis,vt notat Suar. *lib* 4. *de legib. cap.*5.*num.*3. cùm alioqui hoc modo nihil agere poſſint; & ſi quid agant, totum ſit irritum, & inane, vt diximus *ex cap.Nullus Primas.*9.*quaeſt.*3.

Neque abſolutè eſt admittendum, quòd Archiepiſcopus ita ſe habeat in Synodo prouinciali, ſicut ſe habet Epiſcopus in Synodo diœceſana:ſiquidem hic etiam in Synodo diœceſana eſt verè ſuperior,& habet iuriſdictionem, & poteſt,ſi velit, leges cōdere independenter à Synodo,niſi materia ex ſpeciali diſpoſitione iuris aliter poſtulet, vt iam diximus; cùm tamen Archiepiſcopus in Synodo prouinciali non ſit ſuperior, neque habeat iuriſdictionem, & conſequenter non poſſit leges condere pro tota prouincia, vt etiam notat Sanchez *lib.*8.*de matrim. diſp.*17. *num.*36.*ex cap. Nullus Primas.*9.*quaeſt.*3.*& c.Sicut olim. de accuſat.* & benè explicat idem Suarez *lib.*6.*de legib.cap.*15.*n.*4.*& ſeq.*

23. *Archiepiſcopus habet multiplicem iuriſdictionē in ipſos Epiſcopos diœceſanos.*

Quo autem modo ab Innocentio III. in pluribus Epiſtolis decretalibus dicatur Archiepiſcopus eſſe Pater,& Epiſcopus animarum ſuffraganeorum, & in iure communi *c.*1.*d.*34. habere ſuper illos paſtoralem authoritatem; & *cap.Venerabili. de ſent. excommunic.* poſſe illos ſuſpendere, interdicere,excommunicare; & *cap.Quia cognouimus.*10.*quaeſt.*3. eſſe illorum Iudex ordinarius,& *cap.*1. *de officio Vicarij, in* 6. eſſe etiam Iudex Vicariorum generalium ipſorum,ſi delinquant in officio,& alia huiuſmodi; videri poſſunt apud Stephanum Quarantam *in Summa Bullarij*, *verb. Archiepiſcopi authoritas.* Ad præſens inſtitutum ſatis nobis eſt, quòd non poſſit extra Synodum prouincialem ferre leges ad totam prouinciam,vel vltra ſuam propriam diœceſim;niſi fortè tēpore viſitationis ad ſingulas diœceſes, quas viſitat,vt notat Bonacin.*diſp.*1.*de legib.q.*1.*puncto* 3. *n.*25.quanquam ex Trid.*ſeſſ.*14 *c.*3. *de reformat.*viſitatio hæc non debet fieri à Metropolitano, niſi cauſa cognita,& probata in Concilio prouinciali.

24. *Archiepiſcopus, Primas, & Patriarcha, quo differant inter ſe.*

Et quod dicimus de Archiepiſcopis, idem eſt etiam de Primatibus,& Patriarchis:vt enim dicitur *d.*99.*initio*, Primates, & Patriarchæ eiuſdem officij ſunt, quamuis ſint diuerſorum nominum;&,ſi opus fuerit, poſſunt Epiſcopi appellare ab Archiepiſcopis ad Primates; non autem à Primatibus ad Archiepiſcopos: vnde ex Gloſ. *in cap. Prouinciæ.verb. Comitibus. d.*99.*cit.* & apud Aloyſium Riccium *in ſua praxi var. reſol. reſol.*313. *n.*1. Archiepiſcopus, abſolutè loquendo, habet maiorem poteſtatem, & iuriſdictionem in prouincia, quàm habeat Primas: nam ille eſt Iudex ordinarius omnium Epiſcoporum prouinciæ; hic verò ſolùm eſt Iudex Archiepiſcopi: quare, ſi poteſtas, & iuriſdictio Archiepiſcopi non ſe extendit ad leges ferendas toti Prouinciæ independenter à Concilio prouinciali, neque etiam ad id ſe extendet poteſtas Primatis, aut Patriarchæ.

25. *Cardinales in ſuis titulis habent iuriſdictionē epiſcopalem, & poſſunt condere leges.*

Denique quoad alios Prælatos, qui dicuntur habere iuriſdictionem quaſi epiſcopalem, vt ſunt,v.g. Cardinales in ſuis titulis, vt expreſsè habetur in Bulla Pauli IV. *Cùm Venerabiles.* quæ eſt de Decanatu Cardinalium; & quidam Abbates exempti,& Supremi Superiores Religionum; idem eſt dicendum, quod de Epiſcopis: poſſunt enim etiam ipſi leges condere pro toto ſuo territorio, pro quo habēt iuriſdictionē quaſi epiſcopalem. Et de Cardinalibus,quòd illam habeant in ſuis titulis,apertè colligitur *ex cap.His,quæ.de maior.& obed.& cap.Querelam. de elect.* vbi etiam id notat Panorm. ex Ioan. Andrea, & aliis, & ex recentioribus Theologis

idem

idem aſſerit Sanchez *lib.3.de matrimonio*, *diſp.*28. *num.*7.Suar.*lib.*4.*de legib.cap.*5.*num.*4.Azor. *part.*2. *lib.*4.*c.*3.*quæſt.*2. Salas *de legib. diſp.*8. *ſect.* 8.*n.*45. Bonacina *de legibus*, *diſp.*1. *quæſt.*1. *puncto* 3. *num.* 26.vbi etiam fusè probat, quòd extra ſuos titulos nullam habeant huiuſmodi facultatem leges condendi; & ratione huius poteſtatis quaſi epiſcopalis,quam habent in ſuis titulis, etiam tenentur ſecundùm iura antiqua in illis reſidere, vt notat Azor. 1.2.*lib.*4.*c.*3.*quæſt.*3.*in fine*,*ex cap. Ex geſtis. de Clericis non reſid.*

26. *Abbates, & Prælati exempti poſſunt condere leges.*

De Abbatibus verò exemptis, & aliis Prælatis, ſiue regularibus, ſiue ſæcularibus,quòd poſſint ſimiliter leges ferre,dummodo habeant iuriſdictionem quaſi epiſcopalem, ex eo probat Suar. *num.*4. *cit.& diſp.*2.*de cenſur.ſect.*2.*num.*9. Salas *de legibus*, *diſp.*8.*ſect.*10.*num.*49. Bonau. *de legib.diſp.*1.*quæſt.* 1.*puncto* 3.*num.*28. quia poteſtas ferendi leges eſt poteſtas iuriſdictionis; & per ſe,& iure ordinario eſt coniuncta cum iuriſdictione epiſcopali, niſi fortè aliquibus talem iuriſdictionem habentibus ſpecialiter ſit prohibitum, ne illa vtantur ad leges ferendas; & ex conſuetudine, vel peculiari aliqua institutione indigeāt conſenſu Capituli, vel Communitatis:

27. *Superiores religioſi, & ipſæ Religiones nō poſſunt leges ferre ſine ſpeciali conceſſione Papæ.*

imò ex Vaſq. 1. 2. *diſp.*153.*cap.*1.*num.* 6. pro Superioribus, & Prælatis, etiam ſupremis Religionum,benè eſt videndum, vtrùm ipſæ Religiones ſint approbatæ à Sede apoſtolica cum hac facultate condendi leges: quia ſine hac approbatione non' poſſunt ipſi Religioſi, etiamſi omnes conſentiant de vno aliquo eligendo ad ius ipſis dicendum, & ad leges ferendas, & voto ſe obligent ad illas ſeruandas, & ad illi parendum,tribuere illi iuriſdictionem: nam, ſicut non poſſunt ſubditi in aliquo regno eligere aliquem, cui tribuant iuriſdictionem;ita vt,quæ ab illo fuerint pronunciata per modum ſententiæ, vel per modum ſtatuti, ſint rata, & firma, niſi Rex conſenſum præbeat; ita & Religioſi non poſſunt per electionem tribuere alicui iuriſdictionem,niſi Pontifex, ſub cuius iuriſdictione iam ſunt, & ad quem pertinet omnis alia communicatio iuriſdictionis,ita conſentiat.

28. *Aliqua iuriſdictio, & ſuperioritas eſt de eſſentia Religionis propriè dictæ.*

Vnde, quanuis iuriſdictio aliqua ſit de eſſentia ſtatus religioſi, vel Religionis propriè dictæ; neque ad hanc ſit ſatis ſola pluralitas, aut multitudo eorum,qui ſigillatim, & per ſe dicarunt ſe Deo per vota,ſed prætereà requiratur,vt in ipſa tota Communitate, vel in aliquo curam illius gerente ſit poteſtas,ſaltem iudicandi, & puniendi tranſgreſſores votorum; & vnuſquiſque Religioſus agnoſcat aliquem verè ſuperiorem,à quo poſſit cogi ad obſeruationem votorum, & regulæ, quam Deo promiſit,vt notat Vaſq. *ibidem*; & ideò hæc iuriſdictio neceſſariò habeatur per ipſam primam approbationem religionis, quæ ſit à Pontifice, & à Sede apoſtolica; præter illam tamen adhuc eſt opus alia ſpeciali conceſſione ad leges ferendas; & hæc, ſi ſpecialiter non habeatur à Papa, non cenſetur haberi per ipſam primam approbationem Religionis,cùm, abſolutè loquendo, benè poſſit Papa approbare Religionem, tradendo illi certam regulam,certaſque leges à ſe latas; & ſpecialiter prohibendo,ne alias leges poſſit addere ſine ſuo ſpeciali conſenſu,& approbatione,vt idem ſubdit:& ideò,ſi leges non ſint ferendæ ſolùm à Papa, ſed etiam ab aliis, omninò eſt opus ſpeciali poteſtate ad illas ferendas.

DISPVT. VI.

Vtrùm poteſtas condendi leges eccleſiaſticas,poſſit ſpectare ad fœminas.

1. *Abbatiſſa, & fœmina non eſt capax iuriſdictionis ſpiritualis,& Eccleſiæ; ſed ſolùm temporalis,& laicæ.*
2. *Iuriſdictio ſpiritualis, & temporalis, quo differant.*
3. *Abbatiſſa, aut fœmina non poteſt præcipere in virtute obedientiæ, vel in nomine Dei.*
4. *Ad iuriſdictionem ſpiritualem requiritur ſtatus clericalis.*
5. *Quomodo Abbatiſſa dicatur aliquando conſueſſe ſuſpendere Clericos ab officio, & beneficio.*
6. *Fœmina Diaconiſſa quæ fuerint.*
7. *Fœmina Presbytera quæ fuerint.*
8. *Fœmina Epiſcopa quæ fuerint.*
9. *Abbatiſſis poteſt committi aliquis vſus ſpiritualis iuriſdictionis.*
10. *Moniales ex voto obedientiæ non tribuunt Abbatiſſæ iuriſdictionem ſpiritualem.*
11. *De potentia abſoluta poteſt mulieri delegari iuriſdictio ſpiritualis.*
12. *De potentia abſoluta mulier non eſt incapax ferendi cenſuras.*
13. *Neque docendi publicè in Eccleſia.*
14. *Neque condendi leges eccleſiaſticas.*

QVÆSTIO eſt de Abbatiſſis, & Prioriſſis, & aliis huiuſmodi Præpoſitis Monialiū, vtrùm poſſint ferre leges eccleſiaſticas, cùm ipſæ ſint verè Eccleſiaſticæ,& Prælatæ.

Sed probabiliſſimum eſt, quod docet S.Thom. *in* 4.*d.*25. *quæſt.*2. *art.*1.*quæſtiunc.*1. Argentin. *ibidem,quæſt.vnica,art.*3.*concl.*2.S.Antonin.*part.*3.*tit.* 17.*cap.*2.§.2.Sotus *in* 4.*d.*20.*quæſt.*1.*art.*4. Vaſq.1. 2.*diſp.*165.*num.*28. Franc. Victoria *in relect.de poteſt. Eccl. quæſt.*2. *num.*5. *& in Summ. de Sacram. tract.de clauibus*, *num.* 14. Valent. 3.*part. diſp.* 7. *quæſt.*16.*punct.*3. Sayr. *lib.*5. *Theſ.cap.*10. *num.*26. Vgolin. *de cenſ.tab.*1. *cap.*2.§.7. Gouarr. *in cap. Alma mater. part.*1.§.11.*num.*2. Sylu. *verb. Abbatiſſa,num.*1.*& verb.excommunicatio*,1.*num.*6.Graff. *lib.*4.*deciſ.cap.*5.*num.*3. & alij,quòd non plùs iuriſdictionis poteſt competere Abbatiſſæ,aut fœminæ cuicunque,præpoſitæ Monialibus,quàm competat matrifamiliàs in ſua domo, aut Reginæ in ſuo regno; id eſt, quòd ſolùm poſſit competere iuriſdictio ciuilis, & temporalis; non autem iuriſdictio eccleſiaſtica,& ſpiritualis;& ideò illius leges ſolùm poſſint obligare ad culpam ratione materiæ, ſi res, & materia,quæ præcipitur, ſit ex ſe grauis, & grauiter faciat ad bonum commune, in ordine ad quod præcipitur; non autem ex directa poteſtate huiuſmodi leges ferentis, quæ per ſe reſpiciat finem ſupernaturalem, & ſtatum gratiæ, quomodo ſe habet poteſtas ſpiritualis,& eccleſiaſtica, quæ in hoc maximè differt à poteſtate temporali, & laica, vt notat Nauarr. *in cap. Nouit.de iudic.not.*3.*num.* 38.quod per ſe maximè eſt ad regenda, & benè ordinanda ſupernaturalia, vel potiùs ad ipſos ſubditos benè ordinandos ad illa,& ad beatitudinem ſupernaturalem; cùm tamen poteſtas laica, & temporalis ſolùm ſit ad regenda, & ordinanda naturalia,&

1. Abbatiſſa, & fœmina non eſt capax iuriſdictionis ſpiritualis, & eccleſiaſtica, ſed ſolùm temporalis, & laica.

2. Iuriſdictio ſpiritualis & temporalis quò differāt.

lia, & ad ſubditos benè ordinandos ad beatitudinem naturalem per virtutes morales, & naturales.

3. *Abbatiſſa, aut fœmina nō poteſt præcipere in virtute obedientia, vel in nomine Dei.*

Et hinc vlteriùs docent DD. citati, quòd non poteſt Abbatiſſa præcipere in virtute ſanctæ obedientiæ, vel in nomine Dei: quia per hos modos præcipiendi ſignificatur, quòd præceptum per ſe, & directè ex poteſtate præcipientis, reſpiciat finem ſupernaturalem, & ab illo dependeat ſtatus gratiæ, & ſanctitatis; non autem ſolùm reſpiciat finem naturalem, id eſt, bonam, ac beatam vitam per virtutes morales, & ſecundùm dictamen rationis naturalis modo explicato. Et ratio eſt: quia ad poteſtatem ſpiritualem, & eccleſiaſticam requiritur ſtatus clericalis, & aliqua ſpiritualis eminentia gradus, quæ ſignificatur, & efficitur per Sacramentum Ordinis; cuius tamen ſtatus, & gradus clericalis fœminæ ſunt incapaces, cùm ex ipſa qualitate ſexus habeant ſtatum ſubiectionis, vt notat S. Thom. *in 4. diſt. 15. q. 2. art. 1. quæſtiunc. 1.* Vnde & hac de cauſa 1. *ad Tim. 2.* negat S. Paulus, mulierem in Eccleſia debere docere, aut dominari: *Mulierem in Eccleſia docere non permitto, aut dominari in virum.* & *cap. Noua de pœniten. & remiſſ.* dicitur eſſe abſonum, & abſurdum, quòd Abbatiſſæ benedicant Moniales ſibi ſubditas, & quòd legentes Euangelium publicè prædicent: quia, licet Beatiſſima Virgo MARIA dignior, & excellentior fuerit vniuerſis Apoſtolis; non tamen illi, ſed iſtis commiſit Dominus claues regni cœlorum: & *cap. de Monialibus. de ſent. excommunic.* dicitur, quòd ſi Moniales incurrant in excommunicationem, non debent abſolui ab Abbatiſſa, ſed ab Epiſcopo; quod tamen non eſſet, ſi etiam Abbatiſſa haberet iuriſdictionem ſpiritualem.

4. *Ad iuriſdictionem ſpiritualē requiritur ſtatus clericalis.*

Et contrà de poteſtate tantùm laica, & temporali intelligitur id, quod habetur *cap. Dilecti filij. de arbitris,* quòd etiam fœminæ poſſint habere iuriſdictionem ordinariam: & *cap. Dilecta. de exceſſ. Prælat.* quòd quædam Abbatiſſa eſſet Caput, & Patrona quorundam Clericorum. Quod verò dicitur *cap. Dilecta. de maiorit. & obedient.* quòd quædam alia conſueſſet ſuſpendere ab officio, & beneficio ſuas Canonicas, & Clericos ſubiectos ſuæ iuriſdictioni; non intelligitur de ſuſpenſione propriè dicta, & quæ eſſet vera cenſura, & induceret veram irregularitatem, ſi non ſeruaretur; ſed de ſuſpenſione largo modo accepta, prout dicit quamcunque prohibitionem, aut præceptum, ne hoc, vel illud fieret pertinens ad officium, vt notat ibi Panorm. *num. 5.* Suar. *de cenſuris, diſp. 2. ſect. 3.* & alij communiter.

5. *Quomodo Abbatiſſa dicatur aliquando conſueſſe ſuſpendere Clericos ab officio, & beneficio.*

6. *Fœmina Diaconiſſa quæ fuerint.*

Et ſimiliter, quòd aliquando in iure, tam ciuili, quàm canonico, fiat mētio de Diaconiſſis, vt *l. Nulla. C. de Epiſcopis. §. Clericos autem.* & *cap. Diaconiſſam.* & *cap. Si quis rapuerit. 27. quæſt. 1.* non eſt, quia aliquando fœminæ fuerint promotæ ad Ordinem Diaconatus, ſed, quia participauerunt in aliquo de officio Diaconi, vt, v.g. quòd legerent in Eccleſia homiliam ad Matutinum, vt notat Gloſ. *in cap. Diaconiſſam. cit.* S. Anton. *3. p. tit. 28. cap. 6. §. 5.* S. Thom. *in 4. diſt. 25. quæſt. 2. art. 1. quæſtiunc. 1. cit.* & quòd adhiberentur in Baptiſmo fœminarum, tanquàm adminiſtræ Epiſcopi, & abſtergerent earum frontes, poſtquam Epiſcopus eas vnxiſſet oleo ſancto, vt refert Clemens Rom. *lib. 2. Conſtit. apoſtolicarum, cap. 15. & lib. 8. cap. 34.* & S. Epiphan. *hæreſi 79.* & notat Baron. *tom. 1. Annal. ad annum Chriſti 34.* & quòd ſimiliter adhiberentur ad alia miniſteria earundem fœminarum, ſicut Diaconi adhibebantur ab Apoſtolis, vt miniſtrarent menſis, & curarent, quæ opus eſſent vnicuique, vt referunt iidem Clemens Rom. & S. Epiphan. *locis cit.*

7. *Fœmina Preſbyteræ quæ fuerint.*

Et idem eſt de illis aliis, quæ *cap. Presbyter. & c. Mulieres. d. 92.* appellantur Preſbyteræ: per has enim ſolùm intelliguntur quædam viduæ, & ſeniores, quibus res eccleſiaſticæ committebantur: qua de cauſa etiam dicebantur matricuriæ, vt ibidem habetur; vel certè intelliguntur mulieres, cum quibus Sacerdotes orientales, quando erant in ſolis minoribus conſtituti, matrimonium contraxerant, vt patet *ex cap. Presbyter. cit.* & notat S. Anton. *3 part. tit. 28. cap. 6. §. 5.* vel, quarum viri fuerant electi in Preſbyteros, & ipſæ poſteà cœlibem vitam agebant:

8. *Fœmina Epiſcopa quæ fuerint, & quo modò ſint.*

quomodo etiam Epiſcopæ dicebantur, quarum viri erant electi in Epiſcopos, vt ex Conc. Turon. II. *cap. 13. & 14.* refert Baron. *tom. 1. Annalium ad annum Chriſti 34. cit.* Et hoc etiam tempore alicubi in Etruria, prope ciuitatem Lucenſem, Epiſcopa dicitur quædam Abbatiſſa, quæ loco Abbatis exempti exercet quandam poteſtatem, etiam in Clericos, & videtur eodem modo ſe habere, ſicut illa, de qua dicitur *cap. Dilecta. cit. de exceſſ. Prælat.* quòd eſſet Caput, & Prioriſſa etiam Clericorum: & *cap. Dilecta. de maiorit. & obed.* quòd ſuſpenderet ab officio, & beneficio, id eſt, ſuſpenſione largo modo accepta, vt *paulò antè* retulimus.

9. *Abbatiſſis poteſt committi aliquis vſus ſpiritualis iuriſdictionis.*

Per hæc tamen non eſt negandum, quòd, quamuis Abbatiſſæ, & fœminæ non habeant iuriſdictionem ſpiritualem, & eccleſiaſticam, non poſſit illis à veris Prælatis committi aliquis vſus talis iuriſdictionis: vt, v.g. quòd diſpenſent cum Monialibus ſubditis in ieiuniis, & aliis legibus eccleſiaſticis, quando vrget rationabilis cauſa; quòd irritent quædam vota; & alia eius generis, vt notat Henriq. *lib. 3. de pœnit. cap. 2. num. 3.* Idque fieri valdè rationabiliter, perſuadet periculum ipſum, quod ſurgit ex cohabitatione virorum cum mulieribus, vt notat S. Thom. *in 4 d. 19. q. 1. art. 1. quæſtiunc. 3. ad 4. & d. 25. quæſt. 2. art. 1. & in addit. ad 3. p. quæſt. 39. art. 1.* Sot. & Victoria *locis cit.* Azor. *part. 1. lib. 13. cap. 10. q. 7.* Henriq. *lib. 2. de pœnit. cap. 2. num. 3. cit. & lib. 13. de excommunicat. c. 24. num. 1.*

Verùm hic ipſe vſus iuriſdictionis ſpiritualis ſolùm videtur appellandus vſus facti, vt cum appellat Vgolin. *de cenſur. tab. 1. cap. 2. §. 7.* non autem vſus iuris: & verè per commiſſionem huius vſus non transfertur in Abbatiſſam aliqua iuriſdictio ſpiritualis, quæ fiat illius, ſicut contingit in aliis, qui alioqui ſunt capaces, & eam habent delegatam; ſed ſolùm efficitur quaſi adminiſtra iuriſdictionis alterius, id eſt, Prælati; & ſolùm illius iure, non autem iure proprio illa præſtat; ſicut & quando aliqua fœmina ex poteſtate ſibi facta eligit Confeſſarium, eúmque approbat; in qua re illi committitur nudum miniſterium, & executio poteſtatis approbandi Confeſſarios, quæ reſidet, v.g. in Epiſcopo; non autem communicatur ipſa poteſtas: & qua ratione *cap. finali, § fin. de offic. Deleg.* dicitur, quòd tale aliquod nudum miniſterium, & executio iuriſdictionis alterius, poteſt alicui committi ad ferendas cenſuras, abſque eo, quòd illi committatur iuriſdictio; ita & poteſt committi in aliis; & de facto cenſeri debet eſſe commiſſum Abbatiſſæ pro iis, quæ ab illa fiunt, & videntur pertinere ad iuriſdictionem ſpiritualem.

Et de hoc vſu iuriſdictionis poſſunt intelligi ea, quæ docent plures Authores circa Abbatiſſam, vt, v.g. quòd habeat iuriſdictionem talem, qualem, & non ita plenam, ſicut vir; & quòd habeat adminiſtrationem temporalium, & ſpiritualium; & poſſit conferre beneficia, & Eccleſias, & inſtituere Clericos, ſicut poteſt Epiſcopus confirmatus, & Abbas,

Abbas,vt habet Gloſſ. *in cap. Dilecta. de maior. & obed.* quòd poſſit exercere iura epiſcopalia,ponendo Officialem,qui poſſit excommunicare,non quidem authoritate ipſius Abbatiſſæ, ſed authoritate Papæ, vt habet S.Anton.3.*part.tit.17.cap.*2.§.2. & ſimilia, quæ habet Panor. *in c.Dilecta.cit.num.2.de maioris.& obed.& in cap. Dilectus. num.20. de conſuetud.*Graff.*lib.4.deciſ.c.5.n.*2. Azor.*part.1.lib.13. cap.10.qu.5.*

10. *Moniales ex voto obedientia non tribuunt Abbatiſſa iuriſdictionem ſpiritualem.*

Neque ex eo,quòd Moniales habeant ad Abbatiſſam votum obedientiæ, poſſunt illi tribuere veram iuriſdictionem,aut poteſtatem ſpiritualem ad condendas veras leges eccleſiaſticas, aut ad præcipiendum per ſe in virtute ſanctæ obedientiæ, vel in nomine Dei;ſed ſolùm ſe obligant ex virtute religionis ad parendum ,quando illa præceperit ex ſua poteſtate temporali, & domeſtica : ſicut & qui voueret parere conſiliis alicuius,non propterea daret illi iuriſdictionem, aut poteſtatem verè, & propriè præcipiendi ; ſed relinqueodo illum in ſola poteſtate dandi conſilium, ſolùm ipſe ſe obligaret ex voto ad acceptanda, & conſequenda illius conſilia.

11. *De potentia abſoluta poteſt mulieri delegari iuriſdictio ſpiritualis.*

12. *De potentia abſoluta mulier non eſt incapax ferendi cenſuram.*

Quòd ſi quæras, vtrùm ſaltem de potentia abſoluta poſſit mulieri delegari iuriſdictio eccleſiaſtica ad ferendas leges, quæ obligent per ſe ad mortale, & ad præcipiendum directè in virtute ſanctæ obedientiæ:Reſpondeo,probabiliſſimum eſſe,quòd poſſit,vt ex multorum ſententia notat Salas *diſp.*8. *de legibus,ſect.*19.*num.*98. & Bonac. *diſp.1. de legibus,quaeſt.1.puncto 3.num.*35. Sic enim,quòd poſſit illi communicari iuriſdictio ad ferendas cenſuras, ſicut & poteſt de potentia abſoluta communicari laico,admitit Palud. *in 4. d.19. quaeſt.2.art.1.ad 5.* Nauar. *conſ.73.de ſent. excommunic. lib.5.* Suar. *de cenſur. diſp.2.ſect.3.num.7.* Henriquez *lib.13.cap.24.num.1.* Sayr.*lib.1. Theſ.cap.5.num.17.& lib.4.c.2.num.*10. Salas *diſp* 8. *cit.de legib.ſect.19. num.94.*

13. *Neque docendi publicè in Eccleſia.*

Et quemadmodum cum muliere, quæ polleat ſapientia,& ſanctitate,poteſt diſpenſari,vt publicè,& in Eccleſia doceat, vt de facto fuit diſpenſatum cum Sancta Catharina Senenſi,quæ dicitur non ſemel habuiſſe ſermonem ad Papam, & ad Cardinales : ita etiam poteſt diſpenſari, vt leges eccleſiaſticas condat,& præcipiat,v.g.aliquod feſtum, vel ieiunium,etiam directè ſub mortali ; cùm præſertim oppoſitum non ſit poſitiuè de iure diuino, neque

14. *Neque condendi leges.*

hoc ſit actus Ordinis,vt eſt, v.g. confeſſiones audire,& ſacramentaliter peccata abſoluere : quod *cap. Noua.de pœnit.& remiſſ.* ſpecialiter dicitur eſſe abſonum,& abſurdum, vt fiat ab Abbatiſſis, eò quòd claues regni Cœlorum, neque etiam Beatiſſimæ Virgini datæ ſunt,quanuis alioquì digniſſimæ, atque excellentiſſimæ ſuper vniuerſos Apoſtolos.

DISPVT. VII.

An, & quomodo Concilia generalia poſſint ferre leges eccleſiaſticas.

1. *Concilium generale,præſente Pontifice,poteſt condere leges.*
2. *Etiam abſente Pontifice, & præſentibus Legatis.*
3. *Concilium non habet iuriſdictionem immediatè à Deo,ſed à Papa.*
4. *Leges Concilij generalis indigent approbatione, & confirmatione Papæ.*
5. *Si Concilium aliquid decernat diſſentientibus Legatis,eſt nullius authoritatis.*
6. *Si Legati in Concilio aliquid decernant contra inſtructionem habitam a Papa,nihil valet.*
7. *Si Concilium, & Legati aliquid ſtatuant iuxta inſtructionem, & ſententiam Papæ, non eſt opus alia approbatione,vel confirmatione.*
8. *Quid poſſit Concilium tempore Schiſmatis.*
9. *Collegium Cardinalium, Sede vacante, quid poſſit.*
10. *Collegium Cardinalium,Sede vacante, non poteſt creare Cardinalem.*
11. *Cardinalatus non eſt inſtitutus à Chriſto, & de iure diuino.*
12. *Quomodo Collegium Cardinalium,Sede vacante, repræſentet totam Eccleſiam.*
13. *Electio Papæ ad quos pertineat,ſi Cardinales deficiant.*
14. *Non poteſt appellari à Papa ad Concilium.*
15. *Neque ipſe quidem Papa per legem poteſt ſtatuere, vt ab illius ſententia dabilis ſit appellatio.*
16. *Et oppoſitum eſt error in fide.*
17. *A Papa præſente non poteſt appellari ad ſucceſſorem.*
18. *Quomodo appellatio à Summo Pontifice ad Deum,à Concilio Conſtantienſi repudietur.*

PRÆTER perſonas particulares, ad quas, vt diximus,poteſt ſpectare,vt condant leges eccleſiaſticas, ſunt etiam plures Communitates, vel Congregationes,ad quas poteſt hoc idem ſpectare: vt,v.g.Concilia generalia,prouincialia, diœceſana; Capitula Eccleſiarum cathedralium, vel collegiatarum ; Capitula generalia, vel prouincialia Ordinum religioſorum;& aliæ huiuſmodi.

Et quidem de Conciliis generalibus,ſi non modò ſint congregata authoritate Summi Pontificis; ſed etiam habeant ipſum Summum Pontificem perſonaliter in illis præſentem, & præſidentem; res eſt certiſſima,quòd poſſint leges ferre pro tota Eccleſia:nam hac ratione *Act.*15.Concilium Apoſtolorum,& ſeniorum,præſente Petro,ac præſidente,definiuit, quòd circuncíſio non eſſet ampliùs ad ſalutem neceſſaria,& præcepit quaſi per legem maximè vniuerſalem, ne quis in poſterum tentaret illius iugum imponere ceruicibus diſcipulorum. Et ratio eſt : quia,ſi Pontifex,etiam ſolus, habet iuriſdictionem,& poteſtatem ad leges ferendas, omninò illam habet etiam, quando eſt ſimul cum Concilio generali, & omninò poteſt dare illi facultatem condendi leges pro tota Eccleſia, & facere,vt tale Concilium, quatenus eſt vnum corpus politicum cum ſuo Capite, leges ferat, eæque ſint referendæ in ipſum totum Concilium ; non autem ſolùm in ipſum Caput. 1. *Concilium generale,præſente Pontifice,poteſt condere leges.*

Si verò Concilia generalia ſint quidem congregata authoritate Pontificis,ſed non habeant ipſum Pontificem perſonaliter præſidentem;ſed eius loco habeant ipſius Legatos, vt factum eſt in Concilio Tridentino,& communiter fit in omnibus,quando fiunt extra Vrbem;ſimiliter certum eſt, quòd poſſint leges condere pro tota Eccleſia, ſi ipſe Pontifex ita illis concedat : quia enim nulla Congregatio,aut cœtus fidelium habet immediatè ex iure diuino iuriſdictionem in totam Eccleſiam, neque Chriſtus vlli cœtui plurium illam commiſit,ſed ſoli Petro,& ſucceſſoribus, vt probat Bellarm. *lib.2. de Concil.cap.15.& ſeq.tom.2.* Azor.*part.2.lib.4.cap.13.quaeſt.10.& 11.* Suar.*de legib.cap.6.num.*2. Salas *de legib. diſp.8. ſect.3. num.*25. Bonacin. *de legib. diſp.* 2. *Etiam abſente Pontifice,& præſentibus Legatis.* 3. *Concilium nō habet iuriſdictionem immediatè à Deo, ſed à Papa.*

diſp. 1. *quaeſt.* 1. *puncto* 3. *num.* 13. & alij, eam tantùm iuriſdictionem ad leges ferendas pro tota Eccleſia poſſunt habere Concilia, etiam generalia, & quæcunque Congregationes, aut cœtus fidelium, quam illis concedit ipſe Pontifex, in quo ſolo ex Chriſti ipſius diſpoſitione tota reſidet illius plenitudo. Et quia hic communiter ita concedit, vt Concilia leges ferant, vt tamen ſibi reſeruet illarum legum approbationem, & confirmationem; hinc eſt, vt communiter leges Conciliorum non cenſeantur priùs obligare totam Eccleſiam, quàm à Pontifice approbentur, & confirmentur, vt ex perpetua traditione, & obſeruatione omnium Conciliorum generalium, quæ ſemper à Pontifice poſtularunt, & obtinuerunt approbationem, & confirmationem, notat Caiet. *opuſc. de comparat. Papæ, & Concil.* Nauar. *conſ.* 1. *de conſtitut. num.* 4. *lib.* 1. Suar. *lib.* 4. *de legib. cap.* 6. *cit. num.* 2. Bellarm. *lib.* 2. *de Concil. author. cap.* 11. *tom.* 2. Azor. *part.* 2. *lib.* 4. *cap.* 13. *quaeſt.* 10. *cit.* & alij.

4. *Leges Concilij generalis indigent approbatione, & confirmatione Papæ.*

Qui etiam addunt, ante Papæ approbationem, & confirmationem Concilia non obligare totam Eccleſiam, neque eſſe neceſſariò recipienda, niſi fortè prouincia aliqua, vel Eccleſia particularis merè ſponraneè illa velit recipere; vel etiam ex particulari præcepto, & voluntate ſuorum particularium Prælatorum ad id obligetur: hoc enim modo Nau. *conſ.* 1. *cit. de conſtit.* & Suar. *cap.* 6. *num.* 2. *cit.* ait, contigiſſe in Hiſpaniis quoad aliquas leges, vel conſtitutiones Concilij Tridentini, nondum perfecti, & confirmati, quæ ſtatim ac in ipſo Concilio fuerunt editæ, & promulgatæ, ſeruari cœperunt: quia ſtatim fuerunt acceptæ in leges obligatorias ab ipſis Prælatis, ſique eas tulerunt, ac promulgarunt ſuis ſubditis, & vim obligandi pro illo tempore dederunt, quaſi de ſuo: & ſiue id fecerint ex errore, & ex falſa exiſtimatione, quòd leges Concilij nõ indigerent approbatione Papæ, ſiue ex quacunque alia cauſa; certum eſſe debet, quòd reuera illæ non fuerunt conſtitutiones, & leges Concilij, niſi materialiter; & ante confirmationem obtentam à Papa, non obligarunt, vt leges Concilij; ſed ſolùm, vt leges illorum Prælatorum: & ad hunc finem, vt poſſent obligare tanquàm leges Concilij, decretum fuit in ipſo Concilio Trid. *ſeſſ.* 25. *in fine*, vt peteretur per ipſos Legatos nomine ipſius Concilij, eorum omnium, & ſingulorum, quæ fuiſſent decreta, & definita, confirmatio à Summo Pontifice; eáque fuit petita, & obtenta à Pio IV. vt videre eſt in fine Concilij, & ex Bulla ipſius Pij IV. ſuper dicta confirmatione, vbi etiam expreſsè dicitur, quòd per literas à Pontifice datas ad Legatos fuit Concilio permiſſum, vt liberè arbitraretur etiam de rebus, quæ propriè eſſent reſeruatæ Sedi apoſtolicæ, vt de Sacramentis, & ſimilibus: & prætereà, quòd ab iiſdem Legatis finito, ac dimiſſo Concilio, ideò peteretur à Sede apoſtolica omnium approbatio, & confirmatio; quia erat inſiſtendum veſtigiis veterum Conciliorum, quæ illam ſemper obtinuerunt. Ex quibus duobus non modò oſtenditur, quòd non potuiſſet Concilium ſine permiſſu, & conceſſione Papæ, de illis rebus tractare, & per conſequens, quòd ex ſe, & independenter à Papa non habeat poteſtatem de illis tractandi; ſed etiam, quòd confirmatio Sedis apoſtolicæ antiquis Conciliis fuerit neceſſaria ad hoc, vt haberent vim obligandi vniuerſam Eccleſiam; & quòd abſolutè ſit neceſſaria omnibus Conciliis generalibus, vt benè notat Nauarrus *conſ.* 1. *num.* 4. *cit. de conſtitut.* ad hoc, ſcilicet, vt habeant vim obligandi, & in iis, quæ decernunt circa fidem, & bonos mores vniuerſales habeant infallibilitatem, quæ per ſe non competit niſi Summo Pontifici, vt patet ex dictis *ſuprà diſp.* 5. *num.* 1.

5. *Si Concilium aliquid decernat, diſſentientibus Legatis, eſt nullius authoritatis.*

Neque ſolùm id debet intelligi in eo caſu, in quo Epiſcopi, & Patres Concilij aliquid decernant, vel definiant, diſſentientibus Legatis Pontificiis, vel etiam iis conſentientibus; ſed contra inſtructionem à Papa datam, & contra ſententiam ipſius Papæ: ſed prætereà eſt intelligendum, ſi decernant, vel definiant aliquid Legatis conſentientibus, ſed non habentibus priùs à Papa ſpecialem inſtructionem, neque illius ſententiam circa illud, de quo eſt decretum, vel definitio: nam, vt notat Bellarm. *lib.* 2. *de Conciliorum authoritate, cap.* 11. §. *Ac de primo.*

6. *Si Legati in Concilio aliquid decernant contra inſtructionem habitam à Papa, nihil valet.*

ſi Concilium agat contra ſententiam, & voluntatem Papæ, declaratam ipſis Legatis in inſtructione ſpecialiter tradita, eſt planè nullius authoritatis; & non modò cenſeri debet non confirmatum à Papa, ſed etiam poſitiuè reprobatum; cùm perinde ſit, ſententiam Papæ habere contrariam, & reprobantem, conſequenter, & poſt facta decreta; atque habere illam contrariam, & reprobantem, antecedenter, & ante decreta, vt ex ſe patet. Et hoc modo *ex epiſtola* 24. *&* 25. B. Leonis conſtat, erraſſe Concilium Epheſinum II. quod, repugnantibus Papæ Legatis, voluit aliquid definire: & *ex epiſtola* Nicolai I. ad Patriarchas, & Epiſcopos Orientis, & ex Zonara *in Vita Michaelis Imperatoris*, erraſſe Concilium Conſtantinopolitanum, tempore eiuſdem Nicolai, eò quòd Legati, qui in illo præerãt, definierũt contra inſtructionem à Papa habitam: vt enim conſtat *ex epiſtola* B. Leonis ad Pulcheriam, & *ex epiſtola* Agathonis ad Imperatorem, quæ lecta eſt *in* 6. *Synodo, act.* 4. non datur Legatis authoritas in iis, quæ agunt, non ſecundùm regulas ſibi traditas; ac proinde non poſſunt etiam ipſi authoritatem præbere iis, quæ decernunt contra huiuſmodi regulas, cùm illa non decernant, tanquam Legati, & nomine Papæ.

Si verò Legati non habeant in inſtructione ſententiam Papæ, quam ad Concilium referant, neque ipſe Papa quaſi antecedenter confirmet, & approbet decreta Concilij, vt ferè contingit, quando in Concilio non eſt tractanda vna tantum aliqua cauſa, pro qua poſſit dari certa inſtructio; ſed plures, vt factum eſt in Concilio Tridentino; omninò eſt expectanda approbatio, & confirmatio Papæ, ad hoc, vt decreta, & leges Concilij ſint proximè, & expeditè obligatoriæ totius Eccleſiæ, vt iam diximus; & cenſuræ, quæ per illas feruntur, cenſeri debent quaſi ſuſpenſæ vſque ad talem confirmationem: & cùm Legati non fuerint miſſi, niſi, vt adeſſent pro Papa, tanquàm Vicarij, & dirigerent acta Concilij, & tanquam internuncij fideliter Papæ referrent ſententias Patrum, & expectarent ab ipſo approbationem; non poſſunt huiuſmodi decreta ante talem approbationem eſſe vltima, & definitiua ſententia; imò nec Concilium dici debet perfectè abſolutum, cùm adhuc expectet vlteriorem abſolutionem, & perfectionem à dicto Papæ, vt benè explicat Bellarm. *lib.* 2. *de Concil. author. cap.* 11. *cit.* §. *De tertio modo.*

7. *Si Concilium, & Legati aliquid ſtatuant iuxta inſtructionẽ, & ſententiã Papæ, non eſt opus alia approbatione, vel confirmatione.*

Secus verò, ſi Legati habeãt in inſtructione ſententiam Papæ; eáque relata ad Patres Concilij, Concilium, & Legati conformiter ad illam aliquid ſtatuant: tunc enim huiuſmodi decretum cenſeri debet iam approbatum, & confirmatum à Papa quaſi antecedenter; neque indiget alia approbatione, aut confirmatione quaſi conſequente, vt notat Bellarm. *lib.* 2. *cit. de Concil. author. cap.* 11. §. *De* 4. *modo* & Suar. *lib.* 4. *de legib. cap.* 6. *num.* 2. *verſus fin.* quia, dum Papa hoc modo declarat Legatis in inſtructione, quid ipſe ſentiat, & quid velit in Con-

cilio præcipi;perinde eſt, ac ſi mandet,per Legatos formari decretum, ſi Patres Concilij idem ſentiant, vel differri formationem decreti, ſi aliter ſentiant, donec ipſe iterum monitus, ac conſultus reſpondeat:ac proinde,ſi decretum formetur, omninò formatur de Papæ mandato; & per conſequens non indiget alia approbatione, vel confirmatione.

Atque hæc,quæ diximus de Conciliis,in quibus præſunt Legati Pontificis, quòd non poſſunt condere leges,quæ, vt obligent totam Eccleſiam, non indigeant Papæ approbatione, & confirmatione; potiori ratione dici debent etiam de illis, in quibus Legati non præſunt:ſi enim fingamus tale aliquod Concilium congregari,extra caſum ſchiſmatis; & exiſtente in Eccleſia certo aliquo,& indubitato Capite,nullum eſſe,qui pro ipſo aſſiſtat;primò non apparet, quomodo poſſit dici Concilium generale, cùm ſit acephalum, & omni modo ab illo abſit Caput Eccleſiæ: & deinde, certum eſt, quòd non poſſit obligare Eccleſiam per ſuas leges, niſi approbentur, & confirmentur à Papa, cùm huiuſmodi facultatem leges condendi, neque habeat ex iure diuino,neque à Papa, vt patet ex dictis,& notat Suar.*lib.4 de legib.c.6.cit.n.3.*

8. *Quid poſſit Concilium tempore ſchiſmatis.* Si verò celebretur Concilium ſine Legatis tempore ſchiſmatis, rectè ſubdit *ibidem* Suar. *num* 4. quòd,cùm ſimiliter nullam habeat facultatem, aut iuriſdictionem de iure diuino poſitiuo, eam tantùm poteſt habere de iure diuino naturali, quæ eſt neceſſaria ad defenſionem, & pacificationem Eccleſiæ per electionem Pontificis, qui ſit certus, & indubitatus; & ideò ea tantùm poteſt præcipere, quæ ad hunc finem poſſint eſſe vtilia; non autem leges condere, quæ ſint perpetuæ,& vere obligatoriæ, niſi fortè ſpecialiter acceptentur,& quaſi de nouo ferantur in ſuis diœceſibus à Prælatis particularibus, vt etiam *ſuprà* diximus *num*.4. de legibus Concilij nondum approbati, & confirmati à Papa: atque hoc modo *cap.Si tranſitus.& c.Si duo. d.79.* dicitur, quòd ſi duo de Pontificatu contendant,ille eſt præferendus, quem notabilis Clericorum numerus noua ordinatione, diuinum iudicium,& vniuerſalis conſenſus elegerit: quæ certè verba maximè conueniunt generaliter Concilio, vt notant aliqui apud Azor. *part.2. lib.4. cap.1.qu.* 13.ac proinde ad hoc pertinebit electio, vel determinatio veri Põtificis in caſu ſchiſmatis.Et quemadmodum ad Concilium pertinet, Papam deponere, ſi fortè ſit deponendus ex crimine hæreſis. *cap.Si Papa.d* 40. ita etiam poteſt pertinere ad Papam eligere in caſu ſchiſmatis, cùm talis electio ſit quid minus,quàm depoſitio; & cui conceduntur iura id,quod plus eſt, non ſint intelligenda denegate id, quod eſt minus. *cap.Cui licet.de reg.iuris,in 6.& l.Non debet ff.eod.* & cui permittitur facultas auferendi,etiam concedatur facultas conferendi. *l.Nemo,qui condemnare.ff.de reg.iur.*Quare,quemadmodum in caſu depoſitionis Pontificis pro crimine hæreſis,poteſt Concilium generale liberè, & licitè illum deponere, & nouum creare,priuando etiam Cardinales iure eligendi, quod alioqui ipſorum eſt proprium,ſi fortè etiam ipſi ſint participes, vel ſuſpecti eiuſdem criminis, vt bene notat Card. Albanus *tract.de Cardinalibus,quæſt.*35.& ex illo Azor. *part.2.lib.4. cap.2.quæſt.*12. *cit.in fine*: ita etiam in caſu ſchiſmatis poteſt ſimiliter verum, & certum Papam eligere, priuando ſimiliter Cardinales iure eligendi,ſi fortè per ipſos ſit ortum ſchiſma, & timeatur, ne illud foueant, & longiùs protrahant; cùm abſolutè de iure ipſo diuino naturali tale Concilium poſſit id omne, quod eſt neceſſarium ad Eccleſiæ defenſionem,& pacificationem,vt diximus ex Suarez; & ſpecialiter poſſit priuare etiam ipſos Cardinales iure eligendi, ſi vrgeat grauis,& rationabilis cauſa,vt diximus ex Cardinali Albano, & Azor.*locis cit.*

Et quod dicimus de Concilio generali, quòd non habeat ex ſe iuriſdictionem ad leges condendas, idem eſt & de Collegio Cardinalium, Sede vacante:vt enim patet *ex cap.Vbi periculum.de elect. in 6.* ſolùm habent iuriſdictionem in iis, quæ ſpectant ad electionem Pontificis, & ad defenſionem Eccleſiæ, & ad obuiãdum periculis imminentibus; & nequaquam debent ſe intromittere de alio negotio: & *Clem Ne Romani.de electione*, irritum, & inane decernitur, ſi cœtus Cardinalium duxerit exercendum aliquid iuriſdictionis, quæ pertineat ad Romanum Pontificem,dum viuit: & clariſſimè id habetur etiam in Bulla Pij IV. *In eligendis.* quam edidit ſuper electione Põtificis, anno ſalutis 1562.aſſerit enim, quòd Collegium Cardinalium, durante Sedis vacatione, nullam omninò poteſtatem,aut iuriſdictionem habeat in iis, quæ pertinebant ad Pontificem,dum viueret; & quòd neque gratiam, neque iuſtitiam poteſt facere, aut executioni mandare, ſi iam erat facta per Pontificem mortuum: imò & poteſtatem Cardinalis,Camerarij, & Pœnitentiarij reſtringit: & ſic notat etiam Gloſſ.*in Clem.vnica,de ſchiſmaticis, verb.Sede vacante.*Panorm.*in cap.Cum te.num.*13.*de re iudicata.* Felinus *ibidem,num.*11.Butr.& Imol.*in cap. Tranſlato.de Conſtit.* Suar. *lib.4.de legib.c.6.num.5.* Azor. *part.2.lib.4.cap.3.quæſt.1.* Salas *de legib.diſp.8.ſect. 8.num.45.*Bonacin. *diſp.1.de legib.quæſt.1.puncto 3. num.26.§.Dixi obligantes.*contra Archidiac. *in cap. Vt conſtitueretur.in fine d.*50. & aliquos alios, qui oppoſitum ſentiunt. 9. *Collegium Cardinalium, Sede vacante, quid poſſit.*

Et quamuis Collegium Cardinalium,quoad culmen honoris,& dignitatis, poſſit æquiparari Senatui, *cap.Eccleſia.16.quæſt.1.& cap. Conſtantinus.2. d.96.* non tamen propterea eſt illi æquiparandum, quoad facultatem condendi leges, de qua non eſt ambigendum,quòd antiquitùs conueniret Senatui. *l.Non ambigitur ff.de legibus.* cùm non valeat inferre à paritate honoris ad paritatem iuriſdictionis, & præſertim eccleſiaſticæ, qualis requiritur ad ferendas leges eccleſiaſticas.Et ſimiliter,neque ex eo, quòd Collegium Cardinalium habeat poteſtatem creandi Pontificem,& legiſlatorem, poteſt inferri, quòd etiam habeat poteſtatem ferendi leges: quia benè poteſt quis deſtinari, & deputari, ſiue à iure, ſiue ab homine, ad vnum aliquem actum nobiliorem,abſque eo,quòd neceſſariò deſtinetur, aut deputetur ad alios minùs nobiles,vt patet,v.g.in Procuratore,qui poteſt deputari ad præſtandum conſenſum de matrimonio,& de ſe ipſo tradendo coniugi,ſibique coniuge acceptando, abſque eo, quòd deputetur ad venditionem fundi, aut donationem pecuniæ;& in Electoribus imperij,qui deputantur ad eligendum Imperatorem, non autem ad leges ferendas pro toto imperio; & in Sacerdotibus,qui per ſuam ordinationem deputantur ad Corpus Chriſti conficiendum,non autem ad benedicendas, vel conſecrandas Eccleſias,aut vaſa ſacra: & denique etiam in naturalibus;ſiquidem non omnis,qui à natura eſt factus, vel deputatus ad actum nobiliorem, v.g.ad intelligendum,eſt etiam factus, vel deputatus ad minùs nobilem, v.g. ad onus portandum,vel ad volandum.Similiter ergo etiam Collegium Cardinalium potuit à Summo Pontifice deputari ad eligendum,Sede vacante,alium Pontificẽ

ſucceſſorem,

Digitized by Google

ſucceſſorem, abſque eo, quòd fuerit deputatum ad leges condendas: quamuis reuerà conditio legum ſit actus minùs nobilis, quàm electio, vel creatio Papæ, cùm præſertim Papa electus non habeat à Cardinalibus iuriſdictionem ad leges ferendas, niſi diſpoſitiuè, in quantum eligunt; & facta electione Deus ipſe confert Papæ iuriſdictionem, & facultatem ad leges ferendas, & ad totam Eccleſiam benè adminiſtrandam, vt notat Azor. *part. 2. lib. 4. cap. 2. quæſt. 14.* & Bonacina *diſp. 1. de legib. qu. 1. puncto 3. n. 26. §. Obiicies ſecundò.* Vnde non eodem modo ſe habet Collegium Cardinalium poſt mortem Pontificis, ſicut ſe habet Collegium, vel Capitulum Canonicorum poſt mortem Epiſcopi: ad hoc enim deuoluitur iuriſdictio epiſcopalis, eàque verè fungitur, quandiu durat vacatio Sedis, *cap. Is, qui. de maior. & obed. & cap. Cùm olim. eod. in 6.* non autem deuoluitur iuriſdictio Papæ ad Collegium Cardinalium; idque ex eo eſt factum, vt vni tantùm electioni inſiſtant, non autem diſtrahantur ad alia negotia, cum maximis periculis, & damnis Eccleſiæ, vt notat Azor *par. 2. lib. 4. c. 3. q. 1.*

10. *Collegiũ Cardinaliũ, Sede vacante, non poteſt creare Cardinalem.*

Imò Collegium Cardinalium, Sede vacante, non ſolùm non poteſt ſe ingerere in iis, quæ ſunt diuerſæ rationis à creatione Papæ, & quaſi diſparata, vt eſt conditio legum, quæ perpetuò obligent vniuerſam Eccleſiam; ſed neque etiam in iis, quæ videntur ſubordinata creationi, vt eſt, v. g. creatio Cardinalium, qui poſſint eſſe Coëlectores: quamuis enim ex Canoniſtis non defuerit Hugo *in cap. Nullus. d. 79.* qui putarit, à facultate creandi Pontificem, quæ eſt actus nobilior, & competit, Sede vacãte, Collegio Cardinalium, rectè inferri etiam facultatem creandi Cardinales, quæ eſt actus minùs nobilis, & quaſi in eodem genere: & refert Gloſ. *in Clem. Romani. verb. poteſtatis, de elect.* & Hoſt. *in cap. Licet. num. 26. de electione.* id tamen eſt planè falſum, ex Gloſ. & Hoſtienſ. *ibidem,* Turrecrem. *in cap. Nullus. cit. d. 79.* Panorm. & Decio *in cap. Licet. cit. de elect.* Azor. *par. 2. lib. 4. cap. 3. q. 7.* vbi id negat, tam de Collegio Cardinalium, Sede vacante, quàm de Concilio generali contra aliquos recentiores, qui aſſeruerũt id poſſe fieri à Concilio, ſi neceſſitas poſtulet. Suar. *lib. 4. de legib. c. 6. n. 7.* Salas *diſp 8. ſect. 8.* Bonacina *diſp. 1. q. 1 puncto 3. n. 26. §. Obiicies 2.* & ex omnibus communiter: quia eadem ratione, neque etiam Capitulum, quod creat Epiſcopum, poteſt creare Canonicos, & conferre beneficia in ordine ad creationem Epiſcopi, *c. vnico, Ne Sede vacante. in 6. & Clem. Ne Romani. cit. de elect.* abſolutè, & vniuerſaliter declaratur planè irritum, & inane, quidquid poteſtatis, aut iuriſdictionis exercuerit, Sede vacante, Collegium Cardinalium circa illa, quæ pertinent ad ipſum Romanum Pontificem, dum viuit, qualis certè maximè eſt creatio Cardinalium.

11. *Cardinalatus nõ eſt inſtitutus à Chriſto, & de iure diuino.*

Et ratio eſt: quia, cùm ſtatus, aut dignitas Cardinalium non ſit inſtituta à Chriſto, & de iure diuino, vt ex communiori ſententia notat Suarez *lib. 4. de legib. cap. 6. cit. num. 5.* Sot. *in 4. diſt. 24 q. 2. art. 4.* Azor. *par. 2. lib. 4. cap. 1. quæſt. 3.* ſed ſolùm ad ſummum ſit adumbrata in lege veteri in Sacerdotibus, & miniſtris Leuitici generis; vt dicitur *cap. Per Venerabilem. § Rationibus, qui filij ſint legitim.* & colligitur *ex cap. Fundamenta. §. Decet. de electione, in 6.* qua ſolùm de cauſa ab aliquibus dicitur eſſe de iure diuino, vt notat Azor. *quæſt. 3. cit.* & reuerà nomen, officium, dignitas, numerus, priuilegia Cardinalium ſolùm ſunt inſtituta à Summis Pontificibus, vt videre eſt apud Azor. *lib. 4. cap. 1. cit. quæſt. 4.* eam tantùm facultatem, ſeu iuriſdictionem, & non aliam dicendum eſt habere eorum Collegium, quæ ſpecialiter eſt illi conceſſa a Summis Pontificibus; quæ tamen ſolùm eſt ad creandum Pontificem, non autem ad creandos Cardinales, Epiſcopos beneficiatos: quamuis abſolutè horum creatio ſit minùs nobilis. Quare, quod dicitur *cap. Per Venerabilem. ſub init. qui fil. ſint legit.* id, quod conceditur in maiori, videtur licitum etiam in minori, non eſt accipiendum, quaſi pronunciatum abſolutè, & vniuerſaliter verum, cùm reuerà ſolùm dicatur dubitatiuè, & inter rationes dubitandi, quæ ibi aſſeruntur; ſed ſolùm eſt accipiendum pro iis caſibus, in quibus datur locus coniecturis, & præſumptionibus, & ex illis proceditur; quod tamen non contigit in caſu præſenti de poteſtate, & iuriſdictione Cardinalium, Sede vacante; cùm hæc poteſtas habeatur expreſſa in iure, tã affirmatiuè, quam negatiuè; & affirmatiuè ſit de creando Sũmo Pontifice, & de Eccleſia defendenda, & de obuiandis periculis pro toto tempore Sedis vacãtis, vt patet *ex c. Vbi periculum. de elect. in 6.* & negatiuè ſit de cæteris omnibus, quæ poſſunt ſpectare ad Summum Pontificem, dum viuit. *Clem. Ne Romani de elect.* Neque eſt verũ, quòd Collegiũ Cardinalium, Sede vacante, repræſentet totam Eccleſiam, ſaltem quoad omnia, cùm eã ipſam poteſtatem, quam habet, nõ habeat ab Eccleſia, ſed a Summis Pontificibus, iiſque mediantibus ab ipſo Chriſto, vt notat Suar. *lib. 4. de legib. cap. 6. cit. n. 7.* vel certè, ſi repræſentat totam Eccleſiam, ſolùm repræſentat quoad hunc actum eligendi Pontificem; non autem quoad cætera: ſicut & Procurator conſtitutus ab aliquo ad vnum aliquem certum actum, non repræſentat ſuum conſtituentem, & principalem, niſi pro illo actu. Et denique, cùm tota Eccleſia, Sede vacante, ſit ſine Capite, & non poſſit ea omnia, quæ poteſt ſimul cum Capite, ſiquidem poteſtas, & iuriſdictio ab ipſo Chriſto non eſt tradita Eccleſiæ, prout dicit Congregationem fidelium, quaſi acceptam per ſe, & ſeorſim à Capite, & à Papa; ſed ipſi Papæ, & Capiti: vt *ſuprà* diximus, etiamſi concederetur Collegium Cardinalium, vacante Sede, repræſentare totam Eccleſiam; non tamen hinc ſequeretur, quòd poſſet omnia, & ſpecialiter leges condere, & creare Cardinales, & conferre Epiſcopatus, & Canonicatus; cùm hæc, & ſimilia, neque etiam poſſit ipſa tota Eccleſia, quando eſt ſine Capite. Quare, quemadmodum hoc Collegium, viuente Papa, nullam planè habet iuriſdictionem quaſi ordinariam, imò nec poteſt congregari per modum Collegij, niſi ex voluntate, & authoritate Papæ, vt notat Suar. *cap. 6. cit. num. 6.* & ſinguli Cardinales ſolùm habent in ſuis titulis iuriſdictionem quaſi epiſcopalem, vt *ſuprà* diximus: ita & mortuo Papa, pro ſolo tempore Sedis vacantis, eam habent iuriſdictionem, quam conceſſerunt ipſi Pontifices, vt iam diximus; & non aliam; & ſolùm quoad ea, quæ ipſis ſpecialiter ſunt commiſſa, ſunt loco Papæ, & repræſentant ipſum Papam, vt notat Bonacina *quæſt. 1. de legib. puncto 3. cit. n. 26. §. Obiicies ſecundò.* quomodo etiam poſſunt conuocare Concilium, ſi immineat ſchiſma pro electione Pontificis, vt notat Azor. *part. 2. lib. 4. cap. 3. quæſt. 1. ex cap. Si quis pecunia. d. 79.* & de facto contigit in Concilio generali Piſano. Et prætereà idem Bonacina *num. 27.* obiter declarat, quomodo ſit peragenda electio Summi Pontificis, ſi fortè accidat, (quod Deus auertat,) ſimul deſiderari Pontificẽ, & Cardinales. Primò enim ait, certum eſſe, quòd ſi duo, ſaltem ex Cardinalibus, ſint ſuperſtites, penes ipſos debet eſſe electio: quia *cap. Vbi periculum. de elect. in 6.* ſpecialiter committitur Cardinalibus numero multitudinis:

12. *Quomodo Collegiũ Cardinaliũ Sede vacante repræſentet totã Eccleſiam.*

13. *Electio Papæ ad quos pertineat, ſi Cardinales deficiant.*

& certum eſt, quòd multitudo, ſiue pluralitas, etiã de duobus verificatur, *cap. Pluralitas. de reg. iuris, in 6.* & quoad hoc idem ſentit Decius *in cap. Licet. num. 21. de elect.* idque ait intelligi, non modò ſi duo tantùm Cardinales ſint ſuperſtites; ſed etiam, ſi duo tantùm ſint præſentes, cùm de abſentibus non habeatur ratio vltra decem dies, *cap. Vbi periculum. cit. §. 1.* & quòd duo poſſint ſufficere ad electionem, citat Hoſtienſ. *in c. Licet. cit. de elect.* Ioan. And. *in reg. in totum, de reg. iuris, in 6.* Iuan. de Anan. *in cap. fin. de ſortileg.* & facit etiam ſatis clarè Bulla Pij IV. *In eligendis.* vbi ſtatuit indefinitè, quòd Cardinales, qui fuerint præſentes poſt decem dies à morte Pontificis, poſſunt perficere electionem.

Secundò, ſi vnus tantùm Cardinalis ſit ſuperſtes, & cæteri omnes ſint mortui, probabile ait eſſe Bonac. ex eod. Dec. *in cap. Licet. de elect.* & Salas *diſp. 8. de legib. ſect. 8. num. 46.* quòd ille vnus poſſit ſecum aſſumere aliquem alium, cui communicet ius eligendi; quia *cap. Vbi periculum. cit. de elect. in 6.* datur, Sede vacante, facultas Cardinalibus faciendi ea, quæ poſſunt conducere ad obuiandum periculis: & quia hæc pericula maxima eſſent, ſi non fieret electio Papæ, cenſeri debet etiam data eſſe facultas faciendi ea, quæ poſſunt conducere ad electionem Papæ, & per conſequens aſſumendi ſocium, eique communicandum ius eligendi. Et præterea addit ex Iaſone *in l. Si grege. ff. de Legat.* & aliis, probabile eſſe, quòd etiam ille vnus nullo alio ſecum aſſumpto poſſet peragere electionem. Et reuerà hoc tantùm aſſerit Decius *in cap. Licet. cit. n. 21. de elect.* non autem, quòd talis vnus poſſit aſſumere ſocium, de quo ibi non facit mentionem: & pro eo, quòd etiam vnus poſſit eligere, citat Gloſſ. *in Clement. Ne Romani. §. Porrò. verb. omnes, de elect.* vbi expreſsè aſſerit, quòd ſi aliqui, vel aliquis ex Cardinalibus remaneret in Conclaui, aliis omnibus diſcedẽtibus ante factam electionem; in illos, vel illum reſideret ius eligendi: quia *cap. Vbi periculum. §. Sanè. de electione, in 6.* dicitur, quòd ſi aliquis ex Cardinalibus exierit de Conclaui abſque manifeſta cauſa infirmitatis, procedatur ad electionem, etiam ſine illo: quod certè videtur ſeruandum, etiamſi exeant plures, dummodo remaneat ſaltem vnus. Et præterea citat Gloſſ. *in c. Gratum. verb. pauciores. de poſtulat. Prælat.* vbi fusè probat, quòd ius eligendi poteſt reſidere etiam in vno: & denique *in addit. ad Decium, cap. Licet. cit. num. 13.* pro eodem citantur etiam Card. & Imol. *in Clem. cit. Ne Romani. §. Porrò. de elect.* Innoc. *in cap. Cùm nobis. de elect.* Abb. *in conſ. 15. & 38. lib. 2.* Aret. & Iaſ. *in l. Si grege. ff. de leg. 1.* Et quamuis in vno tantùm remanente non poſſint materialiter conſiderari duæ tertiæ partes totius Conclauis, quæ ſunt neceſſariæ ad electionem; benè tamen poſſunt conſiderari virtualiter, cùm totum ius, totáque virtus, aut facultas ad eligendum, ſaluetur in illo vno, vt ſubdit Decius *n. 21. cit.*

Tertiò, ſi omnes Cardinales moriantur, & ſimpliciter nullus remaneat, electio Papæ pertinebit in eo caſu ad Concilium generale, quod erit congregandum; cùm nullus ſit alius modus conuenientior electionis, ex Decio *in cap. Licet. cit. de elect.* & Salas *num. 46. cit.* & aliis, cum quibus, quoad hoc, etiam ſentit Suar. *lib. 4. de legib. cap. 6. num. 4.* vbi id aſſerit in eo caſu, in quo Concilium celebretur ad tollendum ſchiſma, vt diximus *ſuprà, num. 8.* quanquam reuera non in hoc caſu loquatur Decius, in quo nullus ex Cardinalibus ſit ſuperſtes, neque aſſerat, quòd in tali caſu ſit cogendum Concilium, & per illud ſit facienda electio; ſed ſolùm aſſerat *num. 22.* quòd electio Papæ pertineat ad Conciliũ, non autem ad Cardinales, ſi tunc fortè Concilium ſit congregatum, quando eſt facienda electio: & citat Abb. *in idem cap. Licet. de elect. & in cap. Ad petitionem. not. 3. de accuſat.* Priori enim locu *num. 15.* quæritur, inquit Abbas, quid, ſi omnes Cardinales caſu ſint mortui, ad quem tunc ſpectabit electio Papæ? & refert ex Hoſtienſi duas opiniones; alteram, quòd pertineat ad Clerum Romanum, prout colligitur *ex cap. In nomine Domini. d. 23. §. Quapropter.* & alteram, quòd pertineat ad Concilium generale, prout erat de iure antiquo, *d. 79. quaſi per totam:* & ſubdit ex ipſo Hoſtienſi, quòd prima opinio ſit tutior, & ſecunda iuſtior: quia difficile eſt congregare Concilium, quod idem cum Hoſtienſi etiam docet Aug. Ancon. *in Sum. quæſt. 3. art. 2.* & Azor. *part. 2. lib. 4. cap. 2. quæſt. 11.* qui etiam addit ex Ludouico Rom. & Turrecrem. per Clerum Romanum in tali caſu debere intelligi Canonicos S. Ioannis Lateranenſis: quia in illa Eccleſia Pontifex capit poſſeſſionem, & ſuam Cathedram, & Sedem habet. Et vlteriùs addit Panorm. quòd ſi omnes ſint mortui præter duos, illi poterunt eligere, & vnus poterit eligere alium, dummodo alius conſentiat electioni ſuæ: ſi verò vnus ſolus remanſit, ille habebit electionem iuxta notata *in cap. Gratum. de poſtul. Prælat.* non tamẽ poterit eligere ſe ipſum, vt *in cap. Per veſtras. de iure patronatus.* Sed putarem, (inquit Abbas,) quòd nomine totius Collegij ille vnus poterit dare hanc poteſtatem alteri, & ille tanquàm compromiſſarius, poterit eligere iſtum, dummodo ceſſet fraus, & ambitio.

Verùm, non eſt hìc locus agendi pluribus de electione Pontificis, & præſertim in iis caſibus, qui, vt ſperamus, nunquam euenient: & hæc pauca ad eum finem attulimus, vt conſtaret, non modò Concilia Epiſcoporum, & Patrum nullam ex ſe habere iuriſdictionem, aut poteſtatem; ſed neque etiam Collegium Cardinalium, ſiue conſideretur viuente Papa, ſiue Sede vacante, eóque mortuo; & tam Cõcilia, quàm dictum Collegium totam iuriſdictionem, aut poteſtatem habere à Papa, qui ſolus in S. Petro illam accepit à Chriſto Domino, & poteſt, prout voluerit, eam communicare etiam aliis.

Ex quo licet colligere, quomodo Pontifex ſit ſupra Concilium, & quomodo ab ipſo non liceat appellare ad Concilium; ſed contra benè liceat à Concilio appellare ad ipſum, cùm appellatio ſemper fiat ad ſuperiorem, vel ad maiorem, de qua re legi poteſt Bellarm. *lib. 2. de Conciliorum authoritate, cap. 13. & ſeq. tom. 2.* Iacobat. *tract. de Concil. lib. 10. a. 3. & 4.* S. Antonin. *part. 3. tit. 23. cap. 3.* Aug. Triumphus *de poteſtate Eccleſiæ, quæſt. 6. per totam.* Marius Alter. *de excommunic. Bullæ Cœnæ, diſp. 3. lib. 5.* & alij, præſertim, qui ſcribunt in excommunicationem ſecundam Bullæ Cœnæ, contra appellantes à ſententiis Papæ ad futurum Concilium: vt enim notat Nauar. *in Man. cap. 27. num. 58.* Suar. *de cenſur. diſp. 21. ſect. 2. num. 15.* Marius Alter. *diſp. 3. cit. initio,* & alij, appellatio hæc ad futurum Concilium fuit primùm damnata à Pio II. de anno 1459. *Extrauag. Execrabilis.* & poſtea à Iulio II. *Extrauag. Suſcepti.* de anno 1500. & tandem à Gregorio XIII. fuit primùm inſerta in Bullam Cœnæ; & Pius II. primùm dixit, eſſe ridiculum, vt quis appellet ad id, quod nuſquam eſt, neque ſcitur, quando futurum ſit: deinde huiuſmodi appellationes dixit eſſe erroneas, ac deteſtabiles, inanes, atque peſtiferas; & prohibuit ſub excommunicatione ipſo facto incurrenda, & Papæ reſeruata, ne quis in poſterum

14. *Non poteſt appellari à Papa ad Concilium.*

quouis

quouis quæſito colore illas audeat interponere, aut ab alio interpoſitis adhærere, vel quomodolibet vti; & ſub pœna interdicti eccleſiaſtici pro Vniuerſitatibus, & Collegiis, & ſub aliis pœnis, quas incurrunt rei Maieſtatis, & fautores Hæreticorum, eáſque omnes extendit etiam ad Notarios, & teſtes, qui huiuſmodi actibus interfuerint, & generaliter ad omnes, qui ad id dederint ſcienter conſiliũ, auxilium, vel fauorem: Iulius verò II. etiam addidit, violatores dictæ Conſtitutionis eſſe habendos, & puniendos pro veris, & indubitatis Schiſmaticis, & de Catholica fide malè ſẽtiẽtibus, omnéſque pœnas extẽdit ad illos, qui tacitè, vel expreſsè, voce, vel ſcripto, per ſe, vel per aliũ decreuerint, conſuluerint, deliberauerint, vel alioqũ dicta approbauerint, aut vocem dederint, quòd ad futurũ vniuerſale Cõcilium appellare liceat, poſſit, aut debeat: & denique eccleſiaſtico interdicto etiam voluit ſubiacere loca omnia, in quibus ſcienter fuerint permiſſi degere violatores dictæ Conſtitutionis Pij II. Et quoniam crimen, quod dictis Conſtitutionibus prohibetur, & punitur, eſt iniuria, quæ fit Sedi apoſtolicæ, & Primatui Romani Pontificis, dum is, qui appellat, facto ipſo videtur profiteri, quòd Concilium ſit ſupra Papam, & quòd Papa non ſit ſupremum Caput totius Eccleſiæ, rectè notat Suarez *de cenſur. diſp. 21. ſect. 2. num. 15. cit.* quòd dicta excommunicatio, & pœnæ, tam incurruntur, ſi appellatio prætendatur alioqui eſſe iuſta, quàm ſi aduertatur eſſe iniuſta: ſi enim malitia, & grauitas criminis, quæ punitur, non fundatur in iniuſtitia appellationis, ſed in iniuria contra Primatum Papæ, vt diximus; & hæc iniuria eadem eſt, ſiue appellatio ſit iuſta, ſiue iniuſta, etiam cenſuræ, & pœnæ eodem modo debent incurri, ſiue appellatio ſit iuſta, ſiue iniuſta. Et

15. *Ne ipſe quidem Papa per legem poteſt ſtatuere, vt ab illius ſententia dabilis ſit appellatio.*

quia, ne ipſe quidem Papa poteſt cedere ſuo Primatui, & aliquem, qui ex Chriſti inſtitutione, & de iure diuino eſt ipſi ſubditus, facere, vt non ſit ſubditus, ſed ſuperior; hinc eſt, vt ne ipſe quidem Papa per legem poſſit ſtatuere, vt à ſua ſententia dabilis ſit appellatio, vt benè notat Auguſtinus Triumphus *de poteſtate Eccleſiæ, quæſt. 6. art. 7.* & ex illo Mar. Alter. *diſp. 3. cit. initio*: nam, quamuis, ſi velit, licitè poſſit ſe ſubiicere alicui alteri, tanquàm arbitro, vt *infrà* dicemus ex Bellarm. *lib. 2. de Concil. cap. 18. tom. 2.* nec licitè tamen, nec validè poteſt ſe ſubiicere alicui alteri, tanquàm Iudici, qui, ſcilicet, ſupra ipſum verè habeat Ius coactiuum, ſicut requiritur ad appellationem propriè dictam: & quemadmodum Deus, quia habet ſupremam poteſtatem naturalem; ita poteſt vnamquamque cauſam creatam eximere à ſubiectione naturali, quam fortè habeat ad aliam cauſam creatam ſuperiorem; vt tamen non poſſit vllam eximere à ſubiectione naturali, quam habeat ad ſe ipſum; & ſi poſſet eximere, ſeipſum poſſet negare, & quaſi deſtruere, contra illud S. Pauli 2. ad Tim. 2. *Fidelis ſermo.* & ſe ipſum negare non poteſt: ſiquidem faceret, vt prima cauſa non eſſet prima, & per conſequens, vt Deus non eſſet Deus: ita & Papa, quia habet ſupremam poteſtatem moralem, & eccleſiaſticam, ita poteſt vnamquamque poteſtatem inferiorem eximere ab alia, vt, v. g. vnumquemque Epiſcopum, aut Prælatum ab alio, vt tamen non poſſit vllam poteſtatem inferiorem eximere à ſua, aut facere, vt ipſe ſimpliciter non ſit ſupremus in poteſtate; ſed habeat aliquem alium ſupra ſe, ſicut certè deberet ille eſſe, ad quem eſſet dabilis appellatio à ſententia Papæ.

16. *Et oppoſitum eſt error in fide.*

Atque hæc concluſio, quòd à Papa non ſit appellatio, tam videtur eſſe certa, quàm eſt certum, quòd ipſe ſit Caput totius Eccleſiæ, vt notat Auguſtinus Triumphus *de poteſtate Eccleſiæ, quæſt. 6. cit. art. 8.* hac enim de cauſa S. Antonin. *part. 3. tit. 23. cap. 3. initio*, ait eſſe manifeſtè hæreticum, quòd poſſit à Romano Pontifice appellari ad quencunque: & Pius II. *Extrauag. Execrabilis. cit.* eos, qui aſſerunt, poſſe appellari à Papa ad futurum Concilium, punit tanquàm fautores Hæreticorum, eorúmque ſententiam damnat, vt erroneam, & deteſtabilem: & Iulius II. *Extrauag. Suſcepti. ſimiliter cit.* addit, eos eſſe habendos, & puniendos pro veris, & indubitatis Schiſmaticis, & malè ſentientibus de Catholica fide; in quantum, ſcilicet, admittunt poteſtatem Papæ in tota Eccleſia non eſſe ſimpliciter primam, & ſupremam; ſed poteſtatem Concilij eſſe adhuc priorem, & ſuperiorem, vel certè primam; & ſupremam poteſtatem non eſſe tantùm vnam in Papa; ſed præter illam eſſe etiam aliam in generali Concilio: quæ certè duo non benè conſonant cum vnitate Eccleſiæ, eiúſque Capitis, & cum fide catholica, vt fusè explicat S. Antonin *loco citato.*

Et quod dicimus de appellatione à Papa ad futurum Concilium, potiori ratione eſt dicẽdum de appellatione ad Collegium Cardinalium, vel ad alium Papam futurum, vt benè notat Auguſtinus Triumphus *quæſt. 6 cit. art. 4 & 5.* nam Cardinales, 17.

A Papa præſente non poteſt appellari ad ſucceſſorẽ.

quoad omnia ſunt ſubditi Papæ, neque in ipſum, poſtquàm eſt electus, vllam habent iuriſdictionem; & ſolùm ſunt illius conſiliarij; & ideò non eſſet niſi inepta ex omni capite ad ipſos appellatio, ſicut & appellatio à Principe ad Conſiliarios Principis: Papa verò futurus, vel eſt par, non autem ſuperior ad Papam præſentem, vel etiam eſt minor; & ideò neque ad ipſum poteſt fieri appellatio; ſi enim loquamur de Papa futuro, quatenus adhuc ſtat ſub eſſe futuro, & in ſola Dei prædefinitione, minor eſt ſine dubio, quàm Papa præſens, cùm hic ſit actu, & extra cauſas; ille verò ſolùm in potentia, & intra cauſas: & vt patet ex Pio II. *Extrauag. Execrabilis. iam cit.* ridiculum eſt, vt quis appellet ad eum, qui nuſquam eſt, & non ſcitur, quando futurus ſit: ſi verò loquamur de Papa futuro, quatenus ſtat in ſua præſentialitate, & actu exiſtit pro ſua duratione, ad ſummum eſt ſolùm par cum Papa præſente; & ideò neque poteſt ad ipſum fieri appellatio: & alioqui ſi ab hoc Papa, v. g. qui nunc exiſtit, poſſet appellari ad alium, qui exiſtet anno ſequenti; etiam poſſet ab hoc ſecundo appellari ad tertium, & ab hoc tertio ad alium quartum, & dari proceſſus in infinitum: vnde & fieret, vt lites in Eccleſia eſſent interminabiles; & appellatio, quæ eſt remedium iuris pro obtinenda iuſtitia, omninò euaderet contra iuſtitiam.

Quòd ſi quæras, vtrùm, ſaltem à Papa, poſſit appellari ad Deum; Reſpondeo, ſimilem appellationem factam fuiſſe ad Dominum IESVM CHRISTVM, tanquàm ad ſupremum Iudicem, in Concilio Conſtantienſi *ſeſſ. 15.* per Ioannem Hus, eámque fuiſſe à dicto Concilio reprobatam, & damnatam, tanquàm iniurioſam, & ſcandaloſam, & illuſoriam iuriſdictionis eccleſiaſticæ, vt patet ex ſententia contra eundem lata *in eod. Concilio, tomo 3. Concil. part. 2. pag. mihi* 1600. & reuerà, cùm is, qui appellat ab aliquo, hoc ipſo, quòd appellat, profiteatur, ſe ab illo eſſe iniuſtè grauatum, & iuſtitiam ſtare pro ſua parte, & pro parte Iudicis, à quo appellat, ſtare iniuſtitiam; meritò dicitur appellatio à Papa, etiam ad Deum, eſſe illi iniurioſa; & cùm præbeat occaſionẽ nunquam acquieſcendi iudicio, & ſententiæ Papæ, meritò dicitur etiã eſſe ſcandaloſa, & illuſoria iuriſdictionis eccleſiaſticæ; & abſolutè, cùm appellatio ſit remediũ excogitatum à iure poſitiuo, ad vitandas

18. *Quomodo appellatio à ſũmo Pontifice ad Deum, à Concilio Cõſtantienſi repudietur.*

iniuſtitias, & ad releuandos iniuſtè oppreſſos, & ideò certo modo ab ipſo iure præſcripto, & non aliter ſit proſequenda, vt, ſcilicet, ad eum, qui cogniturus eſt de appellatione, literæ remiſſoriæ dirigantur, *cap. Ab eo. 2. quæſt. 6.* & ipſa appellatio publicè conſcribatur, & intra certum tempus cauſa probetur, & teſtes inducantur, & tota res definiatur; ridiculum omninò eſt, ſi quis dicat, poſſe hoc modo appellari ad Deum; ita, ſcilicet, vt etiam ipſe teneatur tali ordine iudiciario de appellatione cognoſcere, ſi certum ſit, eum non poſſe noſtris iuribus obligari; & ad ſummum, ſi nobis videmur iniuſtè oppreſſi in hac vita à ſupremis Iudicibus, ſolùm poſſumus ad Deum recurrere per viam ſupplicationis, & orationis, vt ipſe immutet cor Iudicis; non autem per viam appellationis propriè dictæ, vt videre eſt apud Auguſtinum Triumphum *qu. 6. cit. art. 1. 2. & 3.*

DISPVTAT. VIII.

An, & quomodo Concilia prouincialia, vel ſynodalia, & Capitula cathedralium Eccleſiarum, viuente, aut non viuente Epiſcopo, poſſint ferre leges eccleſiaſticas.

1. *Concilia nationalia, prouincialia, & diœceſana poſſunt condere leges eccleſiaſticas.*
2. *Non omne, quod eſt in Decreto Gratiani, habet vim legis canonica.*
3. *Capitula Eccleſiarum cathedralium, viuente Epiſcopo, quomodo poſſint leges condere.*
4. *Decanus in ordine ad aliquas leges ferendas, eſt Caput Capituli.*
5. *Capitula, & Vniuerſitates poſſunt ſtatuta condere ex conuentione, & compromiſſione ſingulorum.*
6. *Papa poteſt ſe ſubiicere Concilio, tanquam arbitro, non tanquàm Iudici.*
7. *Capitulum, Sede vacante, poteſt condere leges pro tota diœceſi.*
8. *Succedit in totam iuriſdictionem Epiſcopi, tam in ſpiritualibus, quàm in temporalibus.*
9. *Sede vacante, diſpenſat cum illegitimo ad minores Ordines, & ad beneficium ſimplex.*
10. *Et in aliis irregularitatibus, ſicut ipſe Epiſcopus.*
11. *Poteſt viſitare diœceſim.*
12. *Dare literas dimiſſorias.*
13. *Conſentire alienationi pro Eccleſiis inferioribus.*
14. *Reſeruare caſus, & abſoluere à reſeruatis.*
15. *Reuocare ſtatuta prioris Epiſcopi, aut Synodi.*

1. **Concilia nationalia, prouincialia, & diœceſana poſſunt condere leges eccleſiaſticas.**

INTER Communitates, vel Congregationes minores Conciliis generalibus, primo loco poni debent Concilia, quæ appellantur minora; & vel ſunt nationalia, ad quæ conueniunt non ſolùm Epiſcopi, ſed etiam Archiepiſcopi alicuius nationis ſub ipſo Papa, vel ſub vno Primate, aut Patriarcha, vt ſæpiùs factum eſt in Hiſpania in Conciliis Toletanis, & Romæ in Concilio Romano authoritate Symmachi coacto ex omnibus Epiſcopis Italiæ, & in Concilio Carthaginenſi IV. quod fuit coactum ex omnibus Epiſcopis Africæ, & in aliis huiuſmodi, vel ſunt prouincialia vnius Metropolis, ad quæ conueniunt *iuxta cap. Porrò. d. 3.* Epiſcopi ſuffraganei cum ſuo Archiepiſcopo, vel denique ſunt diœceſana, aut ſynodalia, quæ etiam communiter non tam dicuntur Concilia, quàm Synodus; & ad illam conueniunt Abbates, & Parochi cum ſuo Epiſcopo, vt notat Suar. *lib. 4. de legib. c. 6. num. 8.* & Azor. *part. 2. lib. 3. cap. 47. quæſt. 1.* & patet *ex cap. Quando. diſt. 38. & cap. Abbates. 18. quæſt. 2.* Et quamuis etiam Concilia nationalia aliquando appellentur plenaria, & generalia, & vniuerſalia, ad diſtinctionem aliorum, ad quæ ſolùm conueniunt Epiſcopi vnius Prouinciæ, & ſtrictè appellantur prouincialia, quomodo Symmachus in Concilio Romano ex Epiſcopis tantùm Italiæ celebrato, dictus eſt præſidere in Concilio generali; & Aurelius, Primas Carthaginenſis in Concilio Carthaginenſi IV. ex ſolis Epiſcopis Africæ, dictus eſt præſidere in Concilio vniuerſali, vt notat Azor. *quæſt. 1. cit.* propriè tamen loquendo, Concilia generalia, & vniuerſalia, quæ Græcè dicuntur œcumenica, non hæc ſunt; ſed illa, ad quæ conueniunt Epiſcopi ex tota Eccleſia.

De his ergo Conciliis certum eſt, quòd poſſint condere leges, & ſtatuta, vel decreta eccleſiaſtica; non quidem obligatoria totius Eccleſiæ, niſi aliter ipſe Pontifex illa recipiat, & promulget vt ſua; ſed pro ſuis tantummodo territoriis, & iuxta latitudinem, & extenſionem poteſtatis, & iuriſdictionis, quam habent: ſic enim *cap. Catholica. d. 11.* abſolutè, & indiſtinctè dicitur, quòd Eccleſia non ſolùm regitur authoritate Scripturarum, aut vniuerſalibus traditionibus; ſed etiam priuatis conſtitutionibus pro locorum varietate, & prout cuique viſum fuerit; atque ita ſupponitur, quòd etiam Eccleſiæ particulares poſſint habere conſtitutiones proprias, ſiue illæ ſint communes toti alicui nationi, ſiue toti Prouinciæ, ſiue propriæ vnius tantùm ciuitatis, & diœceſis; & *cap. Concilia. d. 17.* Concilia prouincialia ſolùm dicuntur eſſe inualida, ſi tractent ſine approbatione Pontificis maiora negotia, quæ Sedi tantùm apoſtolicæ ſunt reſeruata: & *cap. De Conciliis. d. 18. & pluribus aliis capitulis per eandem d. 18. ferè totam*, multa dicuntur de cogendis Conciliis prouincialibus, & diœceſanis ad mores corrigendos, & controuerſias diſſoluendas; quod tamen maximè fit per leges, & per decreta in futurum reſpicientia, & obligantia: & denique in Trid. *ſeſſ. 24. cap. 2. de reformat.* ſtrictè præcipitur, vt Concilia prouincialia pro moderandis moribus, & exceſſibus corrigendis, & controuerſiis componendis, aliiſque tractandis, quæ permittuntur per ſacros Canones, habeantur quolibet triennio; & vt Epiſcopi obſeruent, & obſeruari faciant, quæ in illis fuerint ordinata; & vt Concilia, vel Synodi diœceſanæ celebrentur quotannis.

Et ratio eſt: quia ipſi Pontifices, qui hæc Concilia ad hos fines inſtituerunt, & conuocari, vel celebrari mandarunt, hanc facultatem condendi leges, & decreta eccleſiaſtica iis dederunt, vt ſaltem habetur ex antiquiſſima traditione, & vſu prouinciarum, & nationum; idque fuit valdè rationabile, vt eo ipſo, quòd plures Epiſcopi conuenirent ſub vno Archiepiſcopo, vel Patriarcha, aut Primate, ad deliberandum de bono communi ſuarum Eccleſiarum, vel totius Prouinciæ, aut nationis, efficerent vnum corpus politicum, & legitimum ſub illo Capite, & poſſent illa decernere, & ordinare, quæ expedirent, vt notat Suar. *cap. 6. cit. num. 9.* qui etiam ſubdit *num. 10.* ad hoc, vt huiuſmodi leges, & decreta prouincialia, vel diœceſana obligēt ſuas prouincias, aut diœceſes, non eſſe opus, vt confirmentur à Papa, dummodo non ſint de negotiis, & cauſis

ſis grauioribus, quæ ſoli Papæ ſunt teſeruatæ, neque ſint contra ius commune, vt etiam *ſuprà* diximus, dum ageremus de ipſis Epiſcopis, & Archiepiſcopis, vel Primaribus, *diſp.* 5. *n.* 11. *& ſeq.*

Et de his Conciliis quoad hanc faculiatem condendi leges, præter Suarez, legi poteſt Azor. *part.* 2. *lib.* 3. *cap.* 47. *cit. quæſt.* 9. Salas *de legib. diſp.* 8. *ſect.* 15. *num.* 79. Booacina *diſp.* 1. *de legib. quæſt.* 1. *puncto* 3. *num.* 14. & alij, qui etiam communiter addunt, huiuſmodi leges non eſſe infallibiles, & hæc Concilia particularia in iis condendis poſſe errate, vt etiam probat Bellarm. *lib.* 2. *de Concil. author. cap.* 10. *tom.* 2. niſi fortè approbentur, & confirmētur à Papa pro tota Eccleſia vniuerſali; in quo caſu habet Pontifex certam infallibilitatem: quanquam ad huiuſmodi approbationem, & confirmationem pro tota Eccleſia, non eſt ſatis, ſi quomodocunque huiuſmodi leges approbentur, & confirmentur à Papa, imò neque ſi admittantur, & inſerantur in corpus decreti; ſed debet magis in particulari conſtare de voluntate, & intentione Papæ approbantis, & confirmantis, vt notat Soar. *cap.* 6. *cit. num.* 10. *&* *cap.* 5. *præced. num.* 7. *&* 8. & Bonacina *num.* 14. *cit.* neque enim Gratianus, inſerendo in ſuum decretum ſententias, aut dicta Sanctorum Patrum, vel Conciliorum prouincialium, quæ alioqui ex ſe non habent vim legis vniuerſalis pro tota Eccleſia, potuit hanc vim illis concedere, neque ad hoc habuit poteſtatem, neque vllus Pontifex approbauit pro legibus ea omnia, quæ ſunt in decreto, vt notant plures ex Canoniſtis apud Felinum *in cap.* 2. *de reſcriptis, num.* 45. & apud Decium *ibidem, num.* 15. quamnis etiam aliqui oppoſitum aſſerant: & ideò, vt cenſeantur, tāquam leges canonicæ vniuerſales pro tota Eccleſia, debet aliunde conſtare de Papæ approbatione, & confirmatione in huiuſmodi leges, quàm ex ſola inſertione in decretum Gratiani: quod idem etiam eſt de aliquibus legibus ciuilibus, quæ ſimiliter non ex eo ſunt cenſendæ canonizatæ à Papa, & approbatæ in leges canonicas, quòd reperiantur inſertæ in decretum Gratiani, vt notat Suar. *cap.* 5. *cit. num.* 7. ex Gloſ. *in cap.* 1. *verb. tractatus, de reb. Eccl. non alien. in* 6.

2. *Non omne, quod eſt in Decreto Gratiani, habet vim legis canonicæ.*

3. *Capitula Eccleſiarum cathedralium, viuente Epiſcopo, quomodo poſſint leges ferre.*

Secundò, inter Communitates eccleſiaſticas adhuc minores, quàm ſint Concilia, aut Synodi diœceſanæ, ſunt Capitula Eccleſiarum cathedralium, & de illis, tam viuente Epiſcopo, quàm Epiſcopo mortuo, & Sede vacante, quæri poteſt, an, & quomodo poſſint condere leges eccleſiaſticas.

Et quidem, ſi de illis loquamur, viuente Epiſcopo, certum eſt, quòd non poſſunt leges condere, quæ obligent ipſos diœceſanos, ſicut obligant leges Epiſcopi: ſiquidem, viuente Epiſcopo, nihil habent iuriſdictionis, aut poteſtatis in diœceſim; ſed hæc tota eſt in ipſo Epiſcopo. De iis verò, quæ pertinent ad ipſum Capitulum, ſuóſque Capitulares, ſi ſint grauiora, & grauiter pertineant ad commoda, v.g. ſuæ Eccleſiæ, & ad obſeruantiam antiquarum conſtitutionum, certum ſimiliter eſt, quòd indigeant conſenſu Epiſcopi, *cap. Cùm acceſſiſſent. de conſtitut.* imò, & aliquando etiam conſenſu, & confirmatione Papæ, *cap. Cùm conſuetudines. de conſuet.* & ſolùm minora quædam, & leuiora circa bonum regimen, & ordinem ipſius Capituli, poſſunt ab ipſis decerni per ſuas leges, vt notat Gloſ. *in c. Secūdum,* §. 1. *verb. ſtatutum. de verb. ſig. in* 6. Panorm. *in c. Cùm omnes. num.* 4. *de conſtitut.* Felinus *ibidem, num.* 8. *& ſeq.* Vaſq. 1. 2. *diſp.* 153. *cap.* 1. *num.* 9. *&* 10. Innoc. *num.* a. Sylu. *verb. lex, quæſt.* 4. Suar *lib.* 4. *de legib. cap.* 6. *n.* 11. *&* 12. Azor. *par.* 1. *lib.* 5. *cap.* 18. *quæſt.* 11. *& part.* 2. *lib.* 7. *cap.* 7. *q.* 17. Salas *diſp.* 8. *de legib. ſect.* 16. *num.* 84. Bonacina *diſp.* 1. *quæſt.* 1. *puncto* 3. *num.* 30. & omnes communiter apud ipſos.

4. *Decanus in ordine ad aliquas leges ferendas eſt Caput Capituli.*

Et quamuis Epiſcopus in grauioribus ſit Caput Capituli, *cap. Nouit. de his, quæ fiunt à Prælat.* in leuioribus tamen habet Capitulum pro ſuo proximo Capite ipſum Decanum, & benè poteſt ſub illo facere ſua decreta; quanquam non teneatur illa facere, prout voluerit ipſe Decanus; ſed poſſit maior pars Capituli præualere contra ſuffragium Decani, qui ſolùm operatur vt pars præcipua eiuſdem Capituli; non autem ex poteſtate ſuperiore, vt notat Suar. *cap.* 6. *cit. n.* 20. Et hoc modo aliquando in iure Capitulum accipitur, quaſi ſeorſim ab Epiſcopo, & ſignificatur, quòd Epiſcopus non ſit pars Capituli, ſed ſuperior, vt patet *ex cap. vnico, de Sede vacante, in* 6. & ex Gloſ. *in Clem.* 2. *verb. in eiſdem. de ſtatu, & qualit.* & notatur *in rub. de his, quæ fiunt à Prælat.* & apud Suar. *num.* 11. *cit.* Salas *num.* 84. Bonacina *num.* 30. Neque Capitulo ſic accepto cum ſuo Decano dicenda eſt deeſſe iuriſdictio pro decernendis his leuioribus, cùm ita ſit communis conſuetudo, vt illa decernant, & conſuetudo ſufficienter tribuat iuriſdictionem, ex conſenſu, ſaltem tacito, ipſius Pontificis, vt iidem ſubdunt: ſi quis tamen contenderet, iuriſdictionem verè deeſſe, cúmque etiam ex conſuetudine, & ex tacito Papæ conſenſu non haberi; ſolùm hinc conſequenter probaret, quòd ſtatuta, & decreta Capituli non eſſent dicenda propriè leges; ſiquidem non haberent vim obligandi ex præciſa poteſtate, & voluntate eas ferentis; non autem probaret, quòd abſolutè Capitulum nihil poſſet ſtatuere, & decernere: ſiquidem, ſaltem huiuſmodi ſtatuta, & decreta obligarent ex vi pacti, & promiſſionis, & iuramenti, quo ſinguli Capitulares promittunt, quòd illa acceptabunt, & ſeruabunt: quomodo ſtatuti obligantis ex ſola fidelitate, habetur mentio etiam *cap. Ex literis. de conſtitut.* Et certum eſt, huiuſmodi ſtatuta poſſe fieri, etiam ab Vniuerſitatibus, & Academiis Magiſtrorum, ſi ſinguli de Vniuerſitate, vel Academia ſic promittant, vel iurent, quòd illa acceptabunt, vt notat Sylueſt. *verb. lex, quæſt.* 4. Suar. *num.* 12. Bonacina *num.* 30. *cit. in fine*, etiamſi alioqui huiuſmodi Vniuerſitates non habeant iuriſdictionem coactiuam, aut ius per ſe obligandi independenter à tali promiſſione & iuramento ſingulorum.

5. *Capitula, & Vniuerſitates quomodo poſſint ſtatuta condere ex conuentione, & cōpromiſſione ſingulorum.*

Et quemadmodum in arbitris, de ſolo conſenſu partium, reperitur poteſtas cognoſcendi cauſam, & iudicandi; & eorum ſententiæ, poſt factum compromiſſum, & conſenſum præſtitum, renētur partes acquieſcere ex ipſo iure naturæ, quia tenentur ſtare promiſſis; non autem, quia ipſi arbitri ex propria facultate, & ſententia poſſint eos cogere: & hac de cauſa, etiam ipſe Papa, in ſuis cauſis poteſt quaſi arbitrum conſtituere ipſum Concilium generale, eiúſque ſententiæ tenetur poſteà ſtare ipſo iure fidelitatis, ſicut & cæteri, vt ſeruet promiſſa; non autem, quia Concilium ex ſe poſſit Pontificem cogere, vt notat Bellarm. *lib.* 2. *de Concil. author. cap.* 18. *tom.* 2. ita & poteſt in Capitulo Canonicorum, vel in Vniuerſitate, & Academia Magiſtrorum reperiri poteſtas condendi ſtatuta, ex ſolo conſenſu, & compromiſſione ſingulorum; etiamſi non reperiatur iuriſdictio propriè dicta, & proprium ius coactiuum.

6. *Papa poteſt ſe ſubijcere Concilio, tanquàm arbitro, non tanquàm Iudici.*

Si verò loquamur de Capitulis cathedralium Eccleſiarum poſt mortem Epiſcopi, & Sede vacante, communis ſententia eſt, quòd poſſint leges condere, non ſolùm pro ipſo Capitulo; ſed etiam pro tota diœceſi; & ſicut poſſet ipſe Epiſcopus. Ita Feder. de Senis *conſ.* 16. Felin. *in cap. Cùm omnes. num.* 9.

7. *Capitulum, Sede vacāte, poteſt leges condere pro tota diœceſi, ſicut Epiſcopus.*

Digitized by Google

de conſtitut. Panormit. *in cap.Cùm olim. num.*14.*de maior.& obed.*Sylu.*verb.Capitulum,qu.*6.Ioan.Franciſcus Pauinus *tract. quem ſcripſit de poteſtate Capituli.part.*1.*quæſt.*6. vbi etiam ait, nullum ſe inueniſſe Doctorem famoſum, qui oppoſitum aſſerat. Suar.*lib.*4 *de legib.cap.*6.*num.*14.*& ſeq.* Azor. *part.*2.*lib.*3. *cap.* 37. *quæſt.*11. Bonac. *de legibus,diſp.*1. *quæſt.*1. *puncto* 3.*num.*29. Stephanus Quaranta *in Summa Bullarij, verb. Capitulum, Sede vacante.* §. *Quartò quæro.* & omnes communiter, præter aliquos apud Salas *diſp.*8. *de legibus, ſect.*16. *num.*8. quos ſequitur etiam ipſe, & eorum ſententiam putat non improbabilem etiam Suar. *cap.*6. *cit. num.* 17. quamuis abſolutè aſſerat, non eſſe recedendum à communi ſentẽtia,eámque ſimpliciter eſſe probabiliorem,& in praxi ſequendam; niſi fortè alicubi contrarium teneat conſuetudo; quæ ſicut poteſt iuriſdictionem conferre,ita & auferre.

Et ratio eſt:quia Capitulum, Sede vacante, ſuccedit in totam iuriſdictionem ordinariam Epiſcopi, & in totam adminiſtrationem,tam in ſpiritualibus, quàm in temporalibus, præterquàm in iis, quæ ſpecialiter in iure ſunt illi excepta;&,vt notat Nauar.*conſ.*44.*num.*1.*de tempor.ordin. lib.*1.*& conſ.*7.*num.*1. *de fil.Presbyt.lib.*1.& Azor. *lib.* 3. *cap.*37. *cit.quæſt.*6. ex Pauino *cit.de poteſtate Capituli,part.*1.*quæſt.*1. Rebuffo *in praxi,de benefic. part.*1.*tit. de deuolut.num.*58.& aliis Canoniſtis,tanquàm regula generalis circa poteſtatem Capituli, Sede vacante, non debet ſtatui hæc negatiua, quòd Capitulum non ſuccedat in poteſtate Epiſcopi, niſi in iis, quæ ſunt in iure expreſſa,& illi conceſſa; ſed hæc affirmatiua,quòd ſuccedat in omnibus, præterquàm in iis, quæ ſpecialiter in iure ſunt illi prohibita, & denegata;idque ſine dubio eſt valdè conforme modo loquendi ſacrorum Canonum, qui abſolutè aſſerunt,adminiſtrationem diœceſis in ſpiritualibus, & temporalibus, Sede vacante, pertinere ad Capitulum,*cap.Si Epiſcopus.& cap. Eccleſia.de ſuppl.negligent.Prælat.in* 6.& vlteriùs explicant, *cap. Is, cui. de elect.in* 6. quòd is, cui committitur procuratio, vel adminiſtratio Eccleſiæ cathedralis, plena,& libera in ſpiritualibus, & temporalibus, vt certè committitur Capitulo, Sede vacante, poteſt facere omnia,quæ ſunt iuriſdictionis, & quæ poteſt ipſe Epiſcopus,quando eſt iam electus, & confirmatus. Quare,cùm ferre leges, & ſtatuta pro tota diœceſi ſit ſolùm iuriſdictionis, omninò poteſt etiam Capitulum, Sede vacante, illas ferre, ſicut & poteſt Epiſcopus,quando eſt electus,& confirmatus, cùm id in iure non ſit prohibitum, vel denegatum Capitulo.

8. *Capitulum, Sede vacante ſuccedit in totam iuriſdictionem Epiſcopi,tam in ſpiritualibus, quàm in temporalibus.*

Neque hæc poteſtas condendi leges, quæ obligent diœceſim,etiam in futurum, & quando ſedes Epiſcopi non eſt ampliùs vacans, cenſeri debet parum conueniens ipſi Capitulo,cuius adminiſtratio, & iuriſdictio, per ſe loquendo, non eſt perpetua, nec ſe extendit vltra Sedis vacationem: nam eſt valdè conueniens, vt leges, & præceptiones Capituli habeant ſaltem perpetuitatem ex ipſa ratione boni communis,ſi non poſſunt illam habere ex perpetuitate iuriſdictionis, quæ ſit in ipſo ferente: ſi enim,vacante Sede,occurrat neceſſitas corrigendi, v. g. aut tollendi aliquas prauas conſuetudines, optimum eſt, vt tollantur à Capitulo per ſtatuta pœnalia: & quemadmodum huiuſmodi correctio, aut ablatio debet eſſe perpetua; ita & conueniens eſt,vt ſtatuta Capituli,ex hac ipſa exigentia, & ratione boni communis, ſint perpetua. Neque hoc derogat vllo modo iuriſdictioni, & libertati futuri Epiſcopi: ſiquidem,ſi poſteà deprehenderit huiuſmodi leges à Capitulo latas eſſe bonas, & conuenientes ſuæ diœceſi, poterit pro ſua voluntate, & poteſtate illas relinquere:ſi verò deprehenderit minùs bonas,& minùs conuenientes, facillimè poterit reuocare:atque ita,abſolutè loquendo,optimum eſt, & bono communi valdè conforme, vt leges Capituli habeant perpetuitatem, & ſaltem durent, quouſque reuocentur per nouum Epiſcopum, vt notat Suar. *lib.*4.*de legib.cap* 6.*cit.num.*17. Pauinus *de poteſtate Capituli,par.*1.*qu.*6. Azor. *part.*2. *lib.*3. *cap.*37.*qu.* 11.Bonacin. *diſp.*1.*de legibus,qu.*1.*puncto* 3.*num.*29.

Et quemadmodum plura alia ex iis, quæ pertinent ad Epiſcopum,& ſunt maioris momenti,conceduntur Capitulo, Sede vacante;ita & debet concedi facultas condendi leges, quæ ſine dubio eſt minoris momenti: ſic enim conceditur, quòd diſpenſet cum illegitimo ad minores Ordines, & ad beneficium ſimplex,ſicut diſpenſat ipſe Epiſcopus, *cap.*1.*de fil.Presb. in* 6. vt notat Nauar. *conſ.*28. *de tempor.ordinat.* Salas *diſp.*8.*de legibus, ſect.*16.*num.* 87. Bonac. *diſp.*1.*quæſt.*1.*puncto* 3.*num.*29. & alij apud ipſum; & quòd diſpenſet in irregularitate, ſicut & ipſe Epiſcopus,vt probat Sanchez *lib.*8. *de matrimonio,diſp.*2.*num.*10. Suar. *de pœnit. diſputat.* 30.*ſect.*22.*num.*4.Henriq.*lib.*14.*cap.*16.*num.*1. Bonacin.*num.*29.*cit.* quamuis idem Suar. *de cenſuris, diſp.*41.*ſect.*2.*num.*13. oppoſitum aſſerat propter quandam declarationem Sanctæ Congregationis Cardinalium, quòd facultas conceſſa Epiſcopis in Tridentino *ſeſſ.*24 *c.*6.*de reform.* vt poſſint diſpenſare in omni irregularitate ex delicto occulto prouueniente, præterquàm ex homicidio voluntario, ſolùm intelligatur de Epiſcopis veris, & propriè dictis, & priuatiuè quoad alios Prælatos inferiores, qui aliquando veniunt appellatione Epiſcopi; quia habent iuriſdictionem quaſi epiſcopalem, inter quos eſt etiam Capitulum, Sede vacante: & prætereà, quia in Capitulum non tranſit facultas Epiſcopi, quæ illi conuenit iure ſpeciali,qualis eſt hæc, quæ conuenit ex iure Tridentini; ſed ſolùm illa,quæ conuenit iure communi,& ordinario.

9. *Capitulum, Sede vacante, diſpenſat cum illegitimo ad minores ordines,& ad beneficium ſimplex.*

10. *Et in aliis irregularitatibus,ſicut ipſe Epiſcopus.*

Sed contrà benè vrget Sanchez *lib.*8.*cit.de matrim.diſp.*2.*num.*10. quia, quamuis Capitulum non ſuccedat in eas facultates Epiſcopi, quæ illi competunt iure ſpeciali delegato, & ex ſola commiſſione,aut delegatione Papæ, & Sedis apoſtolicæ; benè tamen ſuccedit in eas, quæ illi competunt iure ſpeciali ordinario, vt notat Panormitanus *in cap.Verum.num.*9.*de foro competenti.*& Felin.*in cap. Eam te.num.*17.*de reſcript.*& talis eſt hæc poteſtas diſpenſandi in irregularitatibus ex delicto occulto prouenientibus, cùm non competat ratione perſonæ,ſed ratione officij, & dignitatis, & ſit perpetua.& non dicatur its concedi tanquàm delegatis Sedis apoſtolicæ; vel, quòd poſſint diſpenſare authoritate apoſtolica:quæ verba important iuriſdictionem delegatam,vt probat Sanchez *ibidem*; ſed abſolutè,quòd eis liceat diſpenſare: quæ verba important iuriſdictionem ordinariam. Neque obſtat, inquit Sanchez, declaratio allata Sanctæ Congregationis,ſi de illa certò conſtet; tum,quia,quamuis habeat magnam authoritatem,non tamen neceſſariò eſt illi ſtandum,cùm tales declarationes nõ habeant vim legis,neque ab ipſa Congregatione promulgentur,vt leges;ſed ſolùm dentur, tanquàm reſponſa ſapientũ:tum verò, quia rationabiliter credi poteſt Sancta Congregatio, noluiſſe excludere Capitulũ,Sede vacante,cùm hoc ferè in omnibus fungitur vice Epiſcopi;ſed ſolũ alios, qui dicuntur habere iuriſdictionem ordinariã, & quaſi epiſcopalẽ.

Eadem

11. *Poteſt viſitare diœceſim.* Eadem ratione conceditur Capitulo, Sede vacante, vt poſſit viſitare loco Epiſcopi diœceſim; ſi præſertim vacatio Sedis diu eſt duratura, id eſt, vltra annum, vt notant plures ex Canoniſtis apud Quarantam *in Summa Bull. verb. Capitulum, Sede vacante. §. Quibus ſic prælibatis.* & apud Azor. *part. 2. lib. 3. cap. 37. quæſt.* 14 & patet ex Tridentino *ſeſſ. 24. cap. 3. de reform.*

12. *Poteſt dare literas dimiſſorias.* Vt poſſit dare literas dimiſſorias pro ſuſcipiendis Ordinibus ab alieno Epiſcopo, *cap. Cum nullus. de tempor. ordinat in 6.* quamuis Triden. *ſeſſ. 7. cap. 10. de reformat.* grauiter prohibeat, ne infra annum à die vacationis illas det alicui, qui occaſione beneficij eccleſiaſtici recepti, vel recipiendi, non arctetur, vt videre eſt apud Azor. *cap. 37. cit. quæſt.* 17. & apud Quar. *loco cit. §. Decimò, quæro.*

13. *Poteſt conſentire alienationi pro Eccleſiis inferioribus.* Vt poſſit conſenſum præſtare in alienationibus, quæ fortè fiunt ab inferioribus Eccleſiis ex cauſis in iure permiſſis, ex eodem Quar. *§. Sextò quæro.* & Azor. *quæſt.* 13.

14. *Poteſt reſeruare caſus, & abſoluere.* Vt poſſit caſus reſeruare, & facultatem concedere ab illis abſoluendi, vt notat Panorm. *in cap. Cum olim. & cap. His, quæ. de maior. & obed.* Suar. *de pœnit. diſp. 30. ſect. 2. num. 4.* Azor. *c. 37. cit. q. 16.* Et denique, vt poſſit plura huiuſmodi, quæ ſunt maioris momenti, quàm condere leges.

15. *Poteſt reuocare ſtatuta prioris Epiſcopi, aut Synodi.* Neque ſolùm poteſt Capitulum, Sede vacante, condere leges, aut ſtatuta, quæ non repugnent aliis ſtatutis prioris Epiſcopi, aut Synodi; ſed etiam poteſt condere, ſi repugnent; & abſolutè etiam poteſt reuocare ſtatuta priora, cùm habeat iuriſdictionem, & poteſtatem omninò parem, ſicut & habet ipſe Epiſcopus ſucceſſor, vt notat Felinus *in cap. Cum omnes. num. 10. de conſtitut.* Panin. *de poteſt. Cap. par. 1. quæſt. 6. cit.* Suar. *cap. 6. cit. num. 14.* Azor. *cap. 37. quæſt. 11. cit.* Neque oppoſitum docet Gloſ. *in cap. Si qua de rebus. verb. reſciſſo. 12. quæſt. 2.* & Archidiac. *ibidem*, prout refert Felinus *num. 10. cit.* ſolùm enim habet, quòd Sede vacante, Capitulum non poteſt diſponere de rebus Eccleſiæ, cedendo, ſcilicet, ipſius iura, & bona diſtrahendo, vel immutando illius ſtatum, & diſtinguendo, verbi gratia, bona Capituli in particulares præbendas: hæc enim & ſimilia non poſſunt cadere ſub ſtatutis Capituli, Sede vacante, cùm ſint in præiudicium ipſius Eccleſiæ, & Epiſcopi ſucceſſuri, vt notat ibi Felin. *n. 9. & 10. cit.* Panorm. *in c. Verùm. n. 12. de foro compet.* Panin. *part. 1. cit. q. 6.* Azor. *cap. 37 q. 11.* Stephan. Quarant. *in Summa Bullarij, verb. Capitulum, Sede vacante. §. Prædicta reſtringe. verſ. Secundò, illam reſtringe.* vbi etiam aſſerit, Capitulum non ſuccedere in iuriſdictione Epiſcopi, quoad ea, quæ poſſunt facere præiudicium ipſi Eccleſiæ, vel Epiſcopo.

Neque ex eo, quòd Collegium Cardinalium, vel etiam Conſilium generale poſt mortem Papæ, & vacante Sede apoſtolica, non poſſit reuocare leges iam latas à Papa defuncto, ſequitur hoc idem de Capitulo poſt mortem Epiſcopi: ſiquidem iuriſdictio Papæ non deuoluitur, Sede vacante, ad Collegium Cardinalium, vel ad Concilium, cùm ſit immediatè, & proximè ſolùm à Deo, & de iure diuino; & Deus ipſe, vel ius diuinum, non inſtituerit eam deuolui per mortem; ſed ceſſare: & contra iuriſdictio Epiſcopi ſit ab homine, & de iure poſitiuo; & hoc inſtituerit eam deuolui ad Capitulum, quandocunque contigerit mors Epiſcopi, vt patet ex iuribus paulò antè citatis; & hæc iuriſdictio ſic deuoluta ad Capitulum, non autem ad Collegium Cardinalium, vel ad Concilium, facit, vt Capitulum, Sede vacante, poſſit condere leges, & reuocare iam conditas ab Epiſcopo mortuo, vel ab aliis prædeceſſoribus; non autem poſſit Collegium Cardinalium, aut Concilium illas condere, vel reuocare iam conditas a Papa mortuo, vel ab aliis prædeceſſoribus.

DISPVT. IX.

Quomodo Capitula aliarum Eccleſiarum, & Congregationes Religioſorum poſſint condere leges eccleſiaſticas.

1. *Capitula Eccleſiarum inferiorum poſſunt condere leges conuentionales.*
2. *Etiam contra ſuffragium Prælati, & Capitis.*
3. *Capitula ex conuentione, & pacto ipſorum Capitularium, non poſſunt habere iuriſdictionem propriè dictam.*
4. *Capitula inferiorum Eccleſiarum non poſſunt ferre leges pœnales ſub cenſuris.*
5. *Et communiter non poſſunt ferre leges propriè dictas.*
6. *Capitula, & Congregationes religioſæ poſſunt condere leges propriè dictas.*
7. *Capitula, & Congregationes Monialium non poſſunt ferre leges propriè dictas.*
8. *Collegia, & Vniuerſitates Magiſtrorum, & Doctorum, non poſſunt condere leges propriè dictas.*

EX dictis de Capitulis Eccleſiarum cathedralium facilè intelligitur, quid ſit dicendum de Capitulis aliarum Eccleſiarum in ordine ad leges ferendas: benè enim eſt attendenda ſpiritualis iuriſdictio, ſi quam habent ſibi propriam, vel ex conſuetudine, vel ex priuilegio; & ſecundùm illam eſt menſuranda, & expendenda validitas, & obligatio legum, & ſtatutorum, quæ faciunt. Et ſi talem iuriſdictionem ex priuilegio, vel ex conſuetudine non habeant, vt communiter accidit; non poterunt condere leges, aut ſtatuta propriè dicta, quibus inſit non modò vis directiua; ſed etiam coactiua: ſed ſolùm poterunt condere quaſdam ordinationes pro ipſis Capitularibus, qui ſolùm ex pacto, & conuentione, quam fortè fecerint de iis acceptandis, & ſeruandis, tenebuntur illas ſeruare, & acceptare, vt *ſuprà* diximus de Capitulis Eccleſiarum cathedralium, *diſp. 8. præced. num.* 5. non autem quaſi ex vi, & coactione ipſarum legum. Et quoad has ordinationes, aut leges minùs propriè dictas non indigent conſenſu, & approbatione Epiſcopi: ſed ſatis eſt, ſi illas non faciant ſine ſuo proximo Capite, & Prælato, qualis eſt, v.g. Archipreſbyter, aut alius quicunque; & ſi Epiſcopus, vel alia poteſtas ſuperior non contradicat: nam, quemadmodum ſine hoc proximo Capite non poſſunt legitime congregari, neque facere vnum corpus perfectum; ita nec poſſunt facere ordinationes, aut ſtatuta. 1. *Capitula Eccleſiarum inferiorum poſſunt cōdere leges conuentionales.*

Poſſunt tamen, quando iam ſub hoc Capite ſunt legitimè congregata, illa facere etiam contra illius ſuffragium, aut conſenſum, ſi maior Capituli pars ita vincat partem minorem, & ſuffragium Capitis Prælati: ſiquidem hic nō operatur quaſi ex ſe, & ex propria poteſtate Superiore, quæ illi competat tanquam Prælato; ſed ſolùm ex poteſtate communi ipſius Capituli, & tanquam præcipua illius pars, quæ poteſt vinci per alias partes, etiam minùs principales, vt etiam contingit in Capitulo Eccleſiæ cathedralis, reſpectu Decani, aut alterius, qui in illo ſe habeat, vt Prælatus, & vt proximum Caput, vt *ſuprà* diximus *diſput. præced. num.* 4. Et abſolutè, vt huiuſmodi ordinationes obtineant ſuam vim, etiam quoad pœnas, quæ poſſunt ab eodem Capitulo illis 2. *Etiam contra ſuffragium Prælati, & Capitis.*

adiungi,

adiungi, ſatis eſt, ſi antecedenter ipſi Capitulares ita conueniant, & promittant: ſiquidem etiam pacta, & conuentiones pœnales fieri poſſunt ex propria poteſtate, & libertate cuiuſque, & liberè poteſt vnuſquiſque ſeſe ſubiicere, non ſolùm directioni, & imperio alterius; ſed etiam correctioni; & ſi id promittat, aut voueat, omninò tenetur ex vi promiſſionis, aut voti, accipere directionem, & correctionem illius, etiamſi non teneatur ex propria poteſtate, aut iuriſdictione, vel ſuperioritate, quam ille habeat ad dirigendum, vel corrigendum, aut puniendum.

Debet tamen præterea ipſe Epiſcopus, & aliæ poteſtates ſuperiores non contradicere huiuſmodi conuentionibus, & pactis Capitularium: quia alioqui, ſi contradicerent, poſſent illas omninò impedire, & irritare per ſuas iuriſdictiones, & poteſtates maiores, & ſuperiores, vt benè notat Suar. *lib.4. de legib. cap.6. num.19. & 20.* vbi optimè explicat totam hanc rem, & conciliat, quæ dicuntur à Canoniſtis antiquioribus de his Capitulis Eccleſiarum inferiorum, de quibus poteſt videri etiam Salas *diſp.8. de legibus, ſect.17. num.89.* & Bonacina *diſp. 1. qu.1. puncto 3. num.31.* qui tamen minùs rectè videtur aſſerere, quòd poteſtas, quam habent Capitula, & Congregationes eccleſiaſticæ inferiores ad faciendas huiuſmodi ordinationes, quas appellamus leges minùs propriè dictas, poteſt fundari in iuriſdictione dominatiua, quam homines alicuius Communitatis poſſunt tradere ipſi Communitati, vel eius Præſidi, & Capiti in ſe ipſos, ſéque illi facere ſubditos, vt gubernentur, & puniantur: ſiquidem poteſt vnuſquiſque ſubiicere ſe alteri, eíque in ſe ius tradere, ſicut & poteſt ſe vendere in ſeruum. Nam contrà eſt: quia, ſi Capitula, & Congregationes, de quibus loquimur, haberent iuriſdictionem propriè dictam in ſuos Capitulares, etiam poſſent ad illos ferre leges propriè dictas, ſicut & poſſunt ipſi Reges, aut Principes laici, qui talem iuriſdictionem acceperunt ſolùm ab ipſis populis, dum ſe illis fecerunt ſubditos; quod tamen Bonac. ex profeſſo negat. Et vt notat idem Bonac. *eod. puncto 3. num.3.* ex Couar. *in reg. peccatum, part.2. §.9. num.8.* & ex Molin. *tract.2. de iuſt. diſp.3.* poteſtas dominatiua omninò diſtinguitur à poteſtate iuriſdictionis, & communiter ſolùm eſt circa priuatas perſonas; & ideò etiam appellatur poteſtas œconomica, cùm tamen iuriſdictio reſpiciat Communitatem perfectam; & ideò, niſi vocabula confundantur, poteſtas dominatiua, quam poteſt vnuſquiſque tradere alteri in ſe ipſum, non eſt appellanda iuriſdictio, neque ſe extendit ad leges ferendas.

3. *Capitula ex conuentione, & pacto ipſorum Capitularium, non poſſunt habere iuriſdictione propriè dictam.*

Et præterea falſum eſt, quòd poſſint aliqui plures, qui iam pertinent ad iuriſdictionem, aut ius alicuius, ex proprio, & priuato conſenſu, & ſine approbatione illius, cui de facto ſubſunt, eligere aliquem alium ad ius ipſis dicendum, eíque iuriſdictionem tribuere, vt notat Vaſq. *1.2. diſp.153. cap. 1. num.6.* & *ſuprà* diximus *diſp.5. n.22.* vt, v.g. ſi plures aliqui ſubditi certi Regis, in ipſo regno, & ſine approbatione, & conſenſu Regis, eligant aliquem, eúmque ſibi conſtituant propriè Iudicem; & quæ ab illo fuerint pronunciata, velint eſſe rata, & firma, & omninò habere vim ſententiæ. Neque eſt par ratio, quòd quis poſſit ſe ipſum alteri vendere, aut tradere in ſeruum, & per conſequens dare illius dominatiuum in ſe ipſum; neque enim hoc ius eſt iuriſdictio propriè dicta, quæ ſolùm competit perſonæ publicæ, & eſt poteſtas publica, per ſe reſpiciens communitatem, vt *paulò antè* diximus ex eodem Bonac. Et ideò neque etiam poſſunt Capitulares ex proprio, & priuato cõſenſu, & ſine priuilegio Papæ, vel approbatione ſaltem Epiſcopi, tribuere ipſi Capitulo iuriſdictionem dominatiuam in ſe ipſos, & multò minùs iuriſdictionem ſpiritualem, ex qua immediatè, & proximè habeant vim ipſæ ordinationes, quas Capitulum facit; ſed ſolùm poſſunt per conuentionem, & promiſſionem ſe obligare ad illas acceptandas, & obſeruandas; & in caſu inobſeruantiæ, ad acceptandas, & ferendas correctiones, & punitiones, ſimiliter ſponte conuentas, vt iam diximus. Vnde etiam fit, vt huiuſmodi correctiones, & pœnæ non poſſint eſſe quæcunque; ſed determinatè ſolùm poſſint eſſe illæ, quæ ex propria ratione non requirant in corrigente, & puniente iuriſdictionem ſpiritualem propriè dictam, qualis eſt, v.g. excommunicatio, & cenſuræ, vt benè notat Suarez *lib.4. de legibus, cap.6. num.19. citat. in fine.*

4. *Capitula inferiorum Eccleſiarum nõ poſſunt ferre leges pœnales ſub cenſuris.*

Et, quoniam huiuſmodi Capitula non ſolùm non poſſunt iuriſdictionem ſpiritualem habere ab ipſis Capitularibus; ſed, neque etiam communiter illam habent ex priuilegio, vel ex conſuetudine, & abſolutè, & omni modo illam non habent; hinc eſt, vt abſolutè non poſſint ferre leges propriè dictas, vt *initio* diximus, niſi fortè illorum Prælatus ex iis ſit, qui habent ex proprio officio, & dignitate iuriſdictionem quaſi epiſcopalem: ſi enim hoc eſſet, quemadmodum poſſet leges condere extra Capitulum, & per ſe ſolus; ita & poſſet illas condere in Capitulo, & cum Capitulo, vt etiam *ſuprà* diximus de Epiſcopo *diſp.8. num.3.* & de ipſo Papa, prout perſonaliter præſidet in Concilio, *diſp.7. num.1.* ſi verò aliquod Capitulum habeat iuriſdictionem ſpiritualem ex priuilegio, vel ex antiqua conſuetudine, iuxta illam eſt attendenda facultas condendi leges eccleſiaſticas, etiam propriè dictas, vt *initio* indicauimus.

5. *Et communiter nõ poſſunt ferre leges propriè dictas.*

De aliis verò Capitulis, aut Congregationibus Religioſorum, aliter eſt dicẽdum, vt notat Suar. *lib. 4. de legib. cap.6. num.21.* Salas *diſp.8. de legibus, ſect. 18.* & Bonac. *diſp.1. quæſt.1. puncto 3. num.31.* non ſolùm enim poſſunt condere leges conuentionales, & minùs propriè dictas, ex conuentione, & promiſſione illas acceptandi, & ſeruandi, quam ſpecialiter faciunt per votum obedientiæ; ſed etiam poſſunt condere leges propriè dictas, tam præceptiuas, quàm punitiuas, cùm ad hoc habeant communiter ſpecialem, & expreſſam facultatem à Summo Pontifice; & ſiue hæc reſideat principaliter in ipſo Superiore, & Prælato Capituli, & Congregationis; ſiue reſideat immediatè, & proximè in ipſo Capitulo, & Congregatione, prout eſt corpus per ſe, ſecundùm illam eſt attendenda poteſtas ferendi leges, & regulandæ ipſæ leges, quæ feruntur, neque vllo modo eſt excedenda, idque ipſum in vnaquaque religione eſt cognoſcendum ex propriis Bullis, & priuilegiis Pontificiis.

6. *Capitula, & Congregationes religioſa poſſunt condere leges propriè dictas.*

Quod verò addit Salas *diſp.8. cit. ſect.19. num.94.* & Bonac *puncto 3 cit. n.31.* id eſſe verum, non ſolùm in Capitulis, & Congregationibus virorum religioſorum; ſed etiam fœminarum, & Monialium ſub Abbatiſſa, aut alia quauis Præfecta; non videtur admittendum, niſi quoad leges conuentionales, & minùs propriè dictas: poſſunt enim ſine dubio etiam fœminæ conuentionem aliquam facere de acceptandis, & ſeruandis ordinationibus ſui Capituli, vel Abbatiſſæ: quemadmodum tamen de potentia ordinaria non ſunt capaces per ſe ſingulæ iuriſdictionis ſpiritualis, & ideò Abbatiſſa non poteſt præcipere in virtute ſanctæ obedientiæ, vt *ſuprà* diximus *diſp.6. num. 3.* aut leges eccleſiaſticas ferre,

7. *Capitula, & Congregationes Monialium non poſſunt ferre leges propriè dictas.*

Digitized by Google

ferre, quæ ſolùm poſſunt eſſe à poteſtate eccleſiaſtica; ita nec ſunt capaces plures ſimul, aut vniuerſæ; & ideò neque ipſarum Capitula, aut Congregationes poſſunt præcipere, aut ferre præceptiones, vt leges eccleſiaſticas.

8. *Collegia, & Vniuerſitates Magiſtrorũ, & Doctorum non poſſunt condere leges propriè dictas.*

Et quod dicimus de huiuſmodi Capitulis Canonicorum, quòd non poſſunt condere leges, niſi conuentionales, & minùs proprias; videtur dicendum etiam de Collegiis, vel Vniuerſitatibus Magiſtrorum, & Doctorum, niſi habeant ſpecialem facultatem condendi leges eccleſiaſticas, & ſtatuta propriè dicta ab ipſo Fundatore, & Inſtitutore, vt notat Vaſq. 1.2. *diſp.*153.*cap.*1.*num.*10. quanuis enim *cap. Ex literis.de conſtit.* fiat mentio de mandato, aut ſtatuto Vniuerſitatis Magiſtrorum, ſub pœna priuationis ipſius ſocietatis, vel Cõmunionis Collegij in magiſtralibus; non tamen dicitur, quòd tale mandatum, aut ſtatutum eſſet factum ab ipſamet Vniuerſitate ſine approbatione, aut conſenſu ipſius Inſtitutoris; & ideò ex hoc textu non poteſt colligi, quòd huiuſmodi Collegia, & Vniuerſitates poſſint per ſe condere leges, vel ſtatuta propriè dicta. Et ſolùm hoc modo eſt intelligendus Sylu. *verb. lex, quaſt.*4. vbi aſſerit abſolutè, quòd hæc Collegia poſſunt condere leges: ſiquidem eodem modo hoc aſſerit de huiuſmodi Collegiis, atque de Capitulis Canonicorum.

DISPVT. X.

Quomodo poteſtas condendi leges ciuiles ſit penes Communitates perfectas.

1. *Communitates imperfecta non poſſunt ferre leges.*
2. *Communitatibus perfectis omnino debetur facultas ferendi leges.*
3. *Eaque eſt illis debita de iure naturæ.*
4. *Poteſt tamen ab ipſis Communitatibus transferri ad alios, & inſtitui multiplex modus adminiſtrationis ciuilis.*
5. *Monarchia, Ariſtocratia, Timocratia, quomodo ſit inducta.*
6. *Poteſtas Regis quomodo deriuetur à Communitate.*
7. *Quare Communitas non poſſit reuocare poteſtatem à ſe traditam Regi.*
8. *Quomodo Communitas, quæ iam eſt ſub Rege, aut Principe, poſſit condere leges.*
9. *Communitas benè conſtituta debet habere certos terminos magnitudinis, & paruitatis.*
10. *Non poteſt eſſe vna tantùm Communitas ex toto mundo.*
11. *Sola Eccleſia poteſt eſſe vna per totum mundum.*
12. *Non tamen poteſt ſimul haberi pro toto mundo poteſtas ſpiritualis, & temporalis.*

POST leges eccleſiaſticas, quæ feruntur ex poteſtate ſpirituali, & ſupernaturali, agendum eſt etiam de ciuilibus, quæ feruntur ex poteſtate merè naturali, vt notat Suar. *lib.*3.*de legib. initio, n.*1. & de illis etiam eſt explicandum, penes quos ſit poteſtas illas ferendi.

1. *Communitates imperfectæ nõ poſſunt ferre leges.*

Et quidem, ſi de Communitatibus loquamur, certum eſt primò, huiuſmodi facultatem condendi leges ciuiles propriè dictas non eſſe in iis, quæ dicuntur imperfectæ: quia non habent in ſe ipſis perfectam ſufficientiam ad viuendum ſimpliciter, & ad benè viuendum; ſed in pluribus indigent adiumento, & ſocietate plurium aliorum. Et talis primò eſt domus, & familia, quæ componitur ex mare, & fœmina ad vitæ ſocietatem, & procreationem prolis; & deinde in ſocietatem admittit etiam filios ad parentum, & ſpeciei conſeruationem; & tandem completur per adiunctionem ſeruorum, & famulorum ad domeſtica, & quotidiana obſequia, vt patet ex Ariſt. 1.*Politic.cap.*1. & diximus *ſuprà, diſp.*4.*n.*2. qua enim ratione vnuſquiſque per ſe, & quaſi ſolitariè acceptus non eſt ſibi ſufficiens ad vitam, neque natura parauit homini, æquè ac brutis, quæ ſunt neceſſaria, v.g. cibos, tegumenta pilorum, dentes, vngues, cornua, vel ſaltem fugæ velocitatem, qua ſibi conſulat; ſed pro his omnibus eum fecit animal ſociabile ratione præditum, vt ſic viueret in aliorum ſocietate, ac multitudine; & per rationem opportunè ſibi caperet adiumentum ab aliis, & ipſe viciſſim adiumentum præberet etiam aliis, vt benè explicat S.Thom. *opuſc.* 20. *de regimine Principum, cap.*1. ita nec prima ſocietas, aut Communitas plurium, quæ eſt domus, & familia, non eſt ſibi perfectè ſufficiens, niſi fortaſſe quoad continuas, & quotidianas neceſſitates, vt patet ex Ariſt. *cap.*1.*cit.* ſed etiam ipſa pluribus indiget, ſaltem non quotidianis: & ideò primò dicitur eſſe Communitas ſimpliciter imperfecta, & ex ſe poſtulat ſuppleri, & perfici per aliam Communitatem, & ſocietatem maiorem.

Eſt verò talis ſecundo loco etiam illa, quæ primò conſtituitur ex pluribus domibus propter vtilitates, & neceſſitates non quotidianas; & ab Ariſtotele *lib.*1. *Politic.cap.*1.*cit.* dicitur pagus, & quaſi quædam propagatio domus ſecundùm naturam, id eſt, eorum, quos dicimus eſſe coalitos, & natos natorum: eſt enim ſimiliter etiam hæc Communitas plurium, qui ab iiſdem ſunt propagati, in multis deficiens, & ideò etiam ipſa eſt Communitas imperfecta: & quemadmodum poſtulat pro ſuis indigentiis, venire vlteriùs in ſocietatem, & Communitatem maiorem cum aliis pluribus; ita & poſtulat ſimul cum illis adminiſtrari, ac regi communibus legibus, non autem ex ſe illas ferre, & ſibi proprias illas habere, vt notat Suar. *lib.*3.*de legib.cap.*9.*num.*17. ex Bart. *in l.Omnes populi. ff.de iuſt. & iur.* & *ſuprà* diximus *diſp.*4.*cit.num.*4. de illis Communitatibus, quæ *l.Si duæ.ff. de excuſat tutor.* appellantur Ciuitates minores, quia ſunt ſub aliis Ciuitatibus, & ab illarum foro iudicantur: quanquam non eſt negandum, quòd etiam tales Communitates imperfectæ, & Ciuitates minores poſſunt ſibi facere quaſdam leges minùs propriè dictas circa adminiſtrationem ſuorum bonorum, & circa res leuiores, vt notat Bart. *loco cit.* & ad illas tenebuntur ſinguli de Communitate, ſaltem ex conuentione, & pacto inter ſe inito, vt ſubdit Suar. *ibidem*; & patet ex S.Thom. 1.2.*quaſt.*90.*art.*3. & ex dictis *ſuprà diſp.*8. *num.*5. & *diſp.*9.*num.*1. de ſimilibus legibus conuentionalibus Capitulorum; & notat etiam Vaſq. 1.2. *diſp.*153.*cap.*3.*num.*37. & Salas *de legib.diſp.*7. *ſect.*14. & Bonacina *diſp.*1.*de legib.quaſt.*1.*puncto* 3.*num.*11.

Secundò, certum eſt, facultatem condendi leges 2. *Communitatibus perfectis omninò debetur facultas ferendi leges.*
ciuiles, per ſe loquendo, & quantùm eſt ex rei natura, iis omnibus Communitatibus conuenire, quæ ſunt perfectæ, & habent ex ſe ſufficientiam ad finem politicum, id eſt, ad benè viuendum: neque enim alioqui eſſent perfectæ, neque haberent talem ſufficientiam, niſi poſſent per leges proſpicere bono communi, & per vim directiuam ciues dirigere ad virtutem, & per vim coactiuam cohibere, & retrahere à vitiis; neque poſſent pacem ſeruare, niſi iniurias modo debito vindicarent; nec debitum modum

certò

Digitized by Google

certò tenerent, niſi eſſet præſcriptus per leges: & abſoluiè tota ſocietas, & Communitas breui diſſolueretur, niſi contineretur ligamine, & gubernaculo legum: ſiquidem ex Salomone Pron. 11. *Vbi non eſt Gubernator, corruet populus.* Et quemadmodum in naturalibus, corpus hominis, v.g. & cuiuſuis alterius animalis, quod eſt compoſitum ex partibus heterogeneis, & aliquo modo etiam contrariis, omninò diſſolueretur, & difflueret, niſi daretur aliqua vis regitiua communis, & quæ intenderet ad bonum totius, vt benè notat S.Thom. *opuſc.cit.de regim.Principum, cap.*1. ita & in moralibus corpus politicum, & ciuile, quod eſt Ciuitas, & perfecta Communitas, breuiter diſſoluitur, niſi detur facultas moralis gubernatiua boni communis per leges. Et quemadmodum neceſſitates non ſemper ſunt eædem in omnibus Ciuitatibus; ſed pro locorum, & motum diuerſitate in aliis, atque aliis ſæpè contingit, vt ſint diuerſæ: ita & leges omnes, per quas illis occurritur, non poſſunt pro omnibus eſſe eædem, & communes; ſed ſunt neceſſariæ, & conuenientes vnicuique etiam leges propriæ, præter illas, quæ poſſunt omnibus eſſe communes, & appellantur ius commune. Atque hoc modo *l.Omnes populi ff.de iuſt.& iure. & §. Ius autem ciuile. Inſtit. de iure naturali gent.* expreſsè dicitur, quòd vnuſquiſque populus poteſt ſibi ius conſtituere: & §. *Sed naturalia. Inſtit.eod.* idem dicitur de vnaquaque Ciuitate: & §. *Ius autem ciuile. cit.* dicitur, quòd tale ius vniuſcuiuſque Ciuitatis appellatur ius ciuile, quaſi ius proprium Ciuitatis: & idem aſſerit Panorm. *in cap. Quod Clericis.num.vlt.de foro compet.* & apud illum Ioan.And.& Specular.& omnes communiter apud Suar. *lib.3. de legib.cap.9. num.*18.

3.
Eáque eſt illis debita de iure natura.

Dixi autem, hanc facultatem condendi leges conuenire perfectis Communitatibus, quantùm eſt ex rei natura, & per ſe loquendo: quia reuera huiuſmodi facultas ipſi Communitati primò conuenit, eique debetur, & primò traditur ab ipſo Deo naturæ authore, tanquàm proprietas naturaliter conſequens ipſius conſtitutionem, vt notat Suar. *lib.3.cit.cap.3.num.5.* in quantum, ſcilicet, lumen ipſum naturæ, & naturale dictamen ſic oſtendit, Deum conſulere humanæ ſocietati, & velle, vt ipſa Communitas, prout iam collecta, & quaſi compoſita in vnum corpus politicum, habeat facultates, & operationes ſibi conuenientes, & longè ſuperiores ad facultates, & operationes cuiuſque; & ſic poſſe, v.g. conſtituere hoc, vel illud in materia neceſſaria virtutis, aut vitij, illud præcipiendo, vel prohibendo; & poſſe obligare in conſcientia, & ſub culpa; poſſe punire crimina, etiam morte, & ſanguine; poſſe vlciſci iniurias etiam aliis factas; & plura huiuſmodi, quæ, cùm excedant facultatem cuiuſque, & videantur propria Dei, non poſſunt referri in eam facultatem, quam ſinguli in Communitatem conuenientes potuerunt illi tribuere; ſiquidem etiam ipſi per ſe illa non poterant, ſed omninò ſunt referenda in ipſum Deum, tanquàm authorem naturæ, & primum inſtitutorem, vel collectorem Communitatis, vt notat Couar. *lib.practicar.quæſt.cap.1.n.2.* Sot. *lib.4.de iuſt. quæſt.2.art.1.* Franciſc.Victoria *in relect.de poteſt.ciuili, præſertim num.1.& 6.* Suar.*lib.3.de legib.cap.3.cit.n.1.* & apud illum omnes communiter.

4.
Poteſt tamen ab ipſis Communitatibus transferri ad alios, & inſtitui multiplex modus adminiſtrationis ciuilis.

Non eſt tamen hæc facultas gubernatiua, & cõſeruatiua Communitatis, iure ipſo naturæ debita, vel tributa ipſi Communitati, quaſi inſeparabiliter, & immutabiliter; ſed poteſt per ipſius conſenſum & voluntatem transferri in alium, vnum, vel plures, prout ipſa voluerit: & quamuis ipſa poteſtas regendi Communitatem ſit de iure naturæ; determinatio tamen, quoad modum regiminis, poteſt eſſe ex arbitrio humano, vt notat Suar. *lib.3. citato, cap.4.num.*1. Neque eſt par ratio de proprietatibus naturalibus reſpectu corporum, aut entium naturalium; & de hac proprietate morali reſpectu Communitatis, & corporis ciuilis: illæ enim ideò ſunt inſeparabiles à ſuis ſubiectis, quia ſolùm conſequuntur ipſas rerum eſſentias, neque dependent ab aliquo, penes quod poſſit contingere variatio; cùm tamen hæc proprietas moralis, quoad ſui determinationem, & exercitium, maximè pendeat à voluntate ipſorum plurium, qui conſtituunt hoc corpus ciuile, quod eſt Communitas; & ratio ipſa, vel dictamen naturæ clarè dictat, eſſe valdè conueniens, vt hæc facultas gubernatiua non exerceatur immediatè per ipſam totam Communitatem, ne patiatur infinita confuſio, ſi in ſingulis decernendis ſunt requirenda, & expectanda ſuffragia omnium, & ſingulorum, vt ex ſe patet.

5.
Monarchia, Ariſtocratia, Timocratia, quomodo ſit inducta.

Atque hoc modo ſunt inſtitutæ tres illæ rationes adminiſtrationis ciuilis, quas Ariſtoteles 8. *Ethic.cap.*10. appellat ſpecies ciuilitatis; id eſt, Monarchia, Ariſtocratia, & Timocratia: ſi enim plures, qui conſtituunt Ciuitatem, vellent eſſe ſub adminiſtratione, & principatu tantùm vnius; dicta eſt eorum ciuilitas Græco vocabulo Monarchia: ſi verò vellent eſſe ſub adminiſtratione, & principatu eorum plurium, qui inter ipſos eſſent optimi, dicta eſt Ariſtocratia, & ab Ariſtotele *loco cit.* optimipotentia, id eſt, potentia, & principatus optimorum, vel optimatum: & ſi vellent eſſe ſub adminiſtratione eorum plurium, qui ſupra alios ſint ditiores, dicta eſt Timocratia, & ab Ariſtotele cenſipotentia, id eſt, potentia, & principatus eorum, qui habent ſupra alios, certos aliquos cenſus, ſeu reditus patrimoniorum; quamuis non valdè magnos, vt explicat idem Ariſtoteles 8.*Ethic. c.10.cit. & lib.4. Politic. cap.*4. Et vnaquæque ex his ciuilitatibus, vel adminiſtrationibus ciuilibus habuit ſub ſe etiam plures modos, & quaſi ſpecies, vt videre eſt apud eundem Ariſt.*lib.3.Politic.* vbi explicat ſpecies Monarchiæ: & *lib.4. cap.4.5.& 6.* vbi agit de ſpeciebus Timocratiæ: & *cap.7.de ſpeciebus Ariſtocratiæ:* quidam enim adminiſtrationem, & principatum vni alicui demandarunt ſolùm pro rebus bellicis, non autem pro omnibus; & pro tempore belli tribuerunt etiam poteſtatem vitæ, & necis; & aliquando hunc bellicum principatum voluerunt eſſe perpetuum, aliquando ſolùm ad tempus, aliquando voluerunt deferri per electionem, aliquando per ſucceſſionem: & ſi vni alicui deferrent principatum, non ſolùm determinatè pro rebus bellicis, ſed abſolutè pro omnibus, aliquando voluerunt, vt eum adminiſtraret ſecundùm leges, & ſecundùm conſuetudines iam receptas; & aliquando omnia commiſerunt illius arbitrio, & voluntati. Et qui voluerunt adminiſtrationem, & principatum non eſſe tantùm vnius; ſed multorum, & popularem, quæ eſt Timocratia; aliquando voluerunt eſſe æqualiter omnium, & omnes admitti æqualiter ad honores gerendos, ſiue eſſent diuites, ſiue pauperes, ſiue virtuoſi, ſiue non virtuoſi: aliquando voluerunt eſſe tantummodo illorum, qui eſſent ditiores; aliquando eos excluſerunt, qui non eſſent ciues ex vtroque parente; aliquando eos, qui ex aliquo crimine eſſent priuati ciuilitate; aliquando voluerunt adminiſtrare ſecundùm leges vniuerſales, & perpetuas; aliquando ſolùm ſecundùm particularia decreta, quæ in dies feruntur pro caſibus particularibus.

Et qui voluetunt adminiſtrationem, & principatum eſſe multorum, ſed probotum, vel optimatum, quæ eſt Ariſtoetatia, aliquando voluerunt in gerendis honoribus,& Magiſtratibus,ſolùm haberi rationem vittutis, & probitatis; aliquando præter virtutem haberi rationem etiam diuitiarum;& aliquando præterea etiam requiſierunt, quòd eſſet de populo; & alia huiuſmodi, vt videte eſt apud Ariſtotelem *loc.cit.*

6. *Poteſtas Regis quomodo deriuetur à Cõmunitate.*

Atque in his omnibus ciuilitatibus,vel ciuilibus adminiſttationibus, ſi poteſtas gubernatiua exercetur per aliquem vnum,vel per aliquos plures determinatè, & oon per ipſam totam Communitatẽ, ſolùm exetcetur dependenter ab ipſa Communitate, à qua ſola talis poteſtas potuit tranſire, & deriuari ad illos, vt ootat Panorm.& Canoniſtæ *in cap.Per Venerabilem.qui fil.ſint legit.*& Legiſtæ communiter *in l.1.ff.de conſtit.& in l.2.ff.de orig.iur.* S.Thom.1.2.*quæſt.90.art.3.* Franciſcus Victoria *in relect.de poteſtate ciu.num.*8. Suar. *lib.3. de leg.cap.4.num.*2. & omnes communiter: & quanuis Deus aliquando legatur in veteri Teſtamento immediatè Reges conſtituiſſe Hebræis, iiſque per ſeipſum dediſſe poteſtatem in populum, vt patet de Saüle, & Dauide, 1.*Reg.cap.*10. & 13. id tamen non fuit ex ordine ipſius naturæ, & iuxta modum naturalem adminiſtrationis ciuilis,quæ non eſt per ſe ex reuelationibus,ſed ſolũ ex natutali ratione,& deliberatione;& ideò non poteſt inde inferri,quòd cõmuniter etiam Regum poteſtas non deriuetur à poteſtate Communitatis, quæ illam primò accepit à Deo, vt authore naturæ,& illam ipſam à ſe tranſtulit in ipſum Regem.Et ſi quis cum Victoria *de poteſt.ciu.num.*8. *cit.*contendat, poteſtatem Regis eſſe à Deo:quia eſt illa ipſa, quam Deus primù dedit Communitati, vt *ſupra* diximus;& ideò in Scripturis ſæpè dici,quòd Deus det regna, & quòd Reges per ipſum regnent, & quòd ſint miniſtri Dei, non autem miniſtri Communitatis; non eſt cum illo magnopetè laborandum;dummodo conſtet,quòd tranſlatio poteſtatis in Regem,& electio illius determinatè,in quem poteſtas eſt transferenda,ſit ab ipſa Communitate, & Deus non det Regibus poteſtatem, quaſi primò, & immediatè; ſed ſolùm ſecundariò, & mediante Communitate; & ſic omnia diſponat ſuauiter per ipſam Communitatem,tanquàm per cauſam ſecundam iuxta ſuauem,& communem modum ſuæ prouidentiæ, quod ſolùm aſſerimus. Neque ad hoc eſt neceſſarium, vt Reges dicantur eſſe miniſtri Communitatis, quaſi hæc ſibi retineat poteſtatem ſuperiorem, non autem totam à ſe abdicet in ipſos Reges: ſed ſatis eſt, ſi dicantur eſſe Vicarij Communitatis,vel gerere vicem illius, quomodo loquitur S.Thom.1.2.*quæſt.90.art.3.cit.*& cum hoc optimè manet, vt dicantur miniſtri Dei, qui verè habet poteſtatem ſuperiorem, cui omnis alia poteſtas inferior eſt ſubordinata,

Et idem eſt, ſiue Reges conſtituantur per electionem ab ipſa Communitate, ſiue per ſucceſſionem: quia enim in his ſucceſſionibus non datur à parte antè proceſſus in infinitum;neque omnes,qui habuerunt hoc regnum,v.g poſſunt dici,quòd illud habuerunt per ſucceſſionem ad aliquem alium Regem priorem;omninò eſt deueniendum ad aliquem primum, qui illud habuit per electionem à multitudine, & Communitate, non ſolùm pro ſe, ſed etiam pro omnibus ſucceſſoribus; atque ita etiam poteſtas eorum, qui regnant per ſucceſſionem,tandem eſt referenda in ipſam Communitatem. Et quemadmodum vna Communitas Regi, quem eligit,dat facultatem etiam belli gerendi contra aliam Communitatem,vel contra alium Regem:ita etiam dat facultatem eam ſibi ſubiiciendi iure belli; & hæc etiam poteſtas, quam Rex de nouo acquirit iure belli, ſimiliter eſt referenda in primam Communitatem;ſicut & eſt referendum ipſum ius belli,id eſt, poteſtas illud gerendi, vt ſubdit Suar.*cap.*4.*cit.num.*4.

7. *Quare Communitas non poſſit reuocare poteſtatem à ſe traditam Regi.*

Neque ex hoc, quòd poteſtas Regis ſit hoc modo à Communitate, & quaſi ex dono illius, ſequitur, quòd Communitas, etiam poſt factam huiuſmodi tranſlationem, & traditionem poteſtatis, remaneat ſupra Regem; & poſſit illi poteſtatem auferre pro arbitratu;ſicut etiam potuit pro arbitratu illam conferre:nam, quemadmodum poteſt quis ex libera voluntate,& pro arbitratu ſe ſe alteri vendere,& tradere in ſeruum; & poſt factam huiuſmodi traditionem,& venditionem,non poteſt ampliùs ſe vindicare à ſeruitute, & ius alteri venditum, & traditum reuocare: ita etiam poteſt Communitas ex libera voluntate, & pro arbitratu Regem eligere, eique ſe ſubiicere,& poteſtatem ſupra ſe à Deo habitam, & iure naturæ ipſi debitam, in illum transferre; nec tamen propterea poteſt poſteà pro arbitratu ſe vindicare à ſubiectione, & poteſtatem iam traditam reuocare,ſi traditio fuit ſimpliciter,& pro ſemper; non autem ſolùm ſub certis,& determinatis conditionibus, vel ſolùm ad certum tempus, vt notat Suarez *cap.4.cit.num.6.* Salas *de legib.diſp.7.ſect.16.num.79.*Bonac. *diſp.1.de legib.quæſt.1.puncto 3.num.6.* quanquam S. Antonin. *part.1.tit.18.cap.vnico.* §.*Lex ſecundùm Iſidorum.* ex aliquorum ſententia oppoſitum aſſerat.Vide Suar.*cap.4.cit.num.6.*

8. *Quomodo Cõmunitas, quæ iam eſt ſub Rege,poſſit condire leges.*

Ex reſtrictione,& coarctatione poteſtatis tranſlatæ in Principem, & ex reſeruatione eiuſdem poteſtatis facta Communitati, eſt attendendum, vtrùm Communitas, quæ iam eſt ſub aliquo Principe,& non eſt ampliùs ſupremæ,ac liberæ poteſtatis,& iuriſdictionis, poſſit, aut non poſſit ſibi condere leges, ſine alia facultate, & approbatione, vel conſenſu ipſius Principis: ſi enim hanc poteſtatem ſibi retinuit, neque illam totaliter à ſe abdicauit in ipſum Principem, omninò poteſt illas condere, neque indiget noua conceſſione, vel approbatione Principis: & contrà omnino indiget, ſi illam ab initio non retinuit, neque poſtea ab ipſo Principe, vel ex conſuetudine de nouo obtinuit, vt videre eſt apud Suar.*lib.4.de legib.cap.9.num.19.& 20.*& apud Vaſq.1.2. *diſp.153.cap 2. num.27. & cap.3.num.37.* Neque in contrarium faciunt, quæ *ſuprà* diximus *num.2.* ex *l.Omnes populi ff. de iuſt.& iure*, & aliis textibus ibi citatis,quòd vnuſquiſque populus poſſit ſibi ius conſtituere: hoc enim ſolùm dicitur de populis ſupremam iuriſdictionem habentibus, vel retinentibus, vt notat Vaſq. *num.37.cit.* & veriſſimum eſt,ſi ſolùm ſpectetur ipſa rei natura; non autem, ſi populi ponantur à ſe illam abdicaſſe, & in alium tranſtuliſſe, cui perpetuò voluerunt ſubeſſe.

9. *Communitas benè cõſtituta debet habere certos terminos magnitudinis,& paruitatis.*

Et ſi Communitas ſit perfecta, & non ſub Principe; ſed ipſa adhuc ſibi retineat ſupremam iuriſdictionem,& poteſtatem; omninò poteſt ſibi condere leges,vt dicitur *locis cit.*& iam diximus *num.*2. Neque ad hoc requiritur,vt multitudo,ex qua componitur,ſit determinatè tanta, vel tanta; ſed poteſt liberè eſſe modò maior, & modò minor,vt patet ex Ciuitatibus,quæ cõmuniter ſunt inæquales; quanquam in illis omninò ſint admittendi, ſaltem moraliter,certi termini magnitudinis, & paruitatis, vt patet ex Ariſtotele *lib.7.Politic.cap.*4. Et quemadmodum non poteſt dari perfecta Communitas,quæ ſit minor, & minor infra omnem terminum paruitatis; ita nec poteſt dari,quæ ſit maior, & maior

vltra omnem terminum magnitudinis;vt enim benè tariocioatur Ariſt.*cap.4.cit.* ſic videmus in aliis omnibus communiter accidere;& tam in naturalibus,vt ſunt, v.g. animalia,& plantæ,quàm in artificialibus,vt eſt,v.g.nauis,dari certam menſuram, & certos terminos, intra quos benè ſe habeant in ordine ad ſuas operationes, & ſuum finem; & extra quos non ſe habeant benè; & ſiue homo, v.g. aut planta ſit paruitatis vnius palmi, ſiue magnitudinis vnius montis,certum eſt, quòd vel in multis deſtituentur à natura quoad inſtrumenta, & organa benè apta ad ſuas operationes, vel in multis malè ſe habebunt quoad facultates, & vires ad benè vtendum inſtrumentis, & organis tam ingentibus. Et eadem ratione,ſiue nauis,quæ eſt ioſtrumentum ad nauigandum, ſit ſolùm palmaris,ſiue magnitudinis duorum milliarium; certum eſt, quòd tam ratione paruitatis, quàm ratione magnitudinis, ſemper ſe malè habebit ad nauigationem,& ſolùm intra quãdam menſuram poteſt ſe benè habere. Sic ergo etiã Ciuitas,& Communitas,ſiue conſtet ex nimis paucis,ſiue conſtet ex nimis multis, non erit ſibi ſufficiens ad benè viuendum in ſocietate ciuili,ſicut requiritur ad Communitatem perfectam; ſed,vel in multis deficiet,ſi conſtet ex nimis paucis;vel nullus erit,qui poſſit eam benè adminiſtrare, ſi conſtet ex nimis multis;ac proiode intra eos terminos debet conſiſtere,intra quos benè ſe habeat ad ſuas operationes, quæ ſunt ex parte particularium, qui ſunt ſubditi, iuſſa exequi, & parere; & ex parte totius Communitatis,quæ eſt ſuperior,imperare, & iudicia exercere,& pœnas, & præmia pro meritis irrogare,& alia eius generis. Et quoniam ad hoc eſt neceſſarium, vt cines ſe iouicem cognoſcant, quales ſint; & benè intelligant, quibus ſint demandandi honores,& magiſtratus, & quibus ſint irroganda ſupplicia, & qui ad hoores non ſint admittendi; rectè concludit Ariſt. *c.4.cit.* magnitudinem Ciuitatis,& Communitatis perfectæ,& benè ſe habentis,eam tantummodo eſſe debere, in qua ciues nec ſint tam pauci, vt ſibi inuicem non ſufficiant ad vitæ, & ciuilis ſocietatis neceſſitates, nec ſint tam multi,vt ſe inuicẽ non poſſint cognoſcere:& quando dicitur perfecta aliqua Ciuitas eſſe magna, magnitudinem hanc non eſſe attendeodam, quaſi materialiter ex numero habitantium,& quaſi idem ſit magna Ciuitas,quòd populoſa;ſed eſſe attendẽdam quaſi formaliter ex numero eorum, ex quibus conſtat, & qui ſunt propriè pars Ciuitatis:& ideò, propriè loquendo,illam non eſſe magnam, in qua ſit magnus numerus,v.g.ſeruorum, aut inquilinorum,aut hoſpitum; paruus verò numerus ciuium, vel illam, in qua artifices, & operarij ſint multi, & bellatores ſint pauci;ſed illam,in qua ciues poſſunt ſufficere ad omues neceſſitates, & per conſequens tot ſunt operarij,& tot bellatores,quot poſſunt ſufficere;& prætereà non ſunt tot,vt non facilè ad inuicem poſſint cognoſci,ſicut requiritur ad rectam adminiſtrationem Communitatis.

10. *Non poteſt eſſe vna tantum Communitas ex toto mundo.*

Atque ex his principiis veriſſimum eſt id, quod infert Suar. *lib.3. de legibus,c.2.n.5.* non poſſe dari Communitatem,quæ verè ſit vna ex omnibus Cõmunitatibus,& ſimpliciter conſtet ex omnibus hominibus,qui ſunt actu in toto mundo: hæc enim Communitas non poſſet benè ſe gubernare, neque omnes homines facile poſſent ſe inuicem cognoſcere, ſicut requiritur ad iuſtitiam benè adminiſtrandam, vt iam diximus. Vode veriſimillimum eſt,quòd etiam ab initio mundi, poſt factam multiplicationem plurium familiarum, vel nunquam, vel ſolùm breuiſſimo tempore potuit eſſe, & durare talis aliqua vna Communitas, vel ciuilis ſocietas omnium hominũ,ſed citò eſt facta etiã diuiſio plurium Cõmunitatum:ſic enim *Gen 4.* ipſe Caïn, qui fuit filius Adæ, dicitur ante diluuium primus ædificaſſe Ciuitatem,eámque appellaſſe nomine filij ſui Enoch:& *c.10.* ipſe Nembrod, qui fuit filius Chus, & pronepos Noë, dicitur poſt diluuium primus inſtituiſſe Babylonem, principium regni ſui, vt notat S.Aug.*lib.15.de Ciuit.c.8.& lib.16.c.4.* idque vt facerent, omninò debuerunt ſeparare ſe à familiis,& Communitatibus paternis;& per conſequens tollere indiuiſionem, & vnitatem Communitatis,quæ ex omnibus fuerat eouſque, & ponere iſtarum diuiſionem,& pluralitatem, vt notat Suar. *c.2.n.5.cit.*

Neque hanc vnitatem,aut cooſtitutionem vnius Communitatis ex omnibus hominibus, qui ſunt actu in mundo,probat ſufficienter Communitas illarum legum,quas omnes recipiunt, & obſeruant, & proprio vocabulo appellantur iura gentium: hæc enim non tam ſunt lata per poteſtatem ſuperiorem verè vnam,quàm acceptata à ſingulis Communitatibus ex recto quodam, & communi dictamioe rectæ rationis;& apud omnes longa traditione, vſu,& conſuetudine confirmata, vt ſubdit Suar. *n. 6. in fine*, atque ita non probant vnitatem poteſtatis ad illas ferendas, & per conſequens neque vnitatem Communitatis.

11. *Sola Eccleſia poteſt eſſe vna per totum mundum.*

Et ſimiliter, neque hæc, quæ diximus de certis terminis magnitudinis pro voaquaque Communitate perfecta,oſtendunt ſufficienter, quòd Eccleſia non poſſit eſſe verè vna per totum mundum,etiamſi hic totus conſtaret ex ſolis fidelibus;neque vlli eſſent homines, qui non ſpectarent ad ipſam Eccleſiam: cùm enim hæc Communitas à Deo ipſo ſit fundata,& à Deo principaliter gubernetur, non eſt menſuranda eadem menſura, qua aliæ Communitates humanæ; & benè poteſt vna conſiſtere etiam per totum mundum per ſuam multiplicem vnitatem, quam habent, id eſt, per vnitatem eiuſdem principij eam vocantis, & congregantis, qui eſt Deus,iuxta illud Ioan.6. *Nemo venit ad me,niſi Pater meus traxerit eum.* per vnitatem eiuſdem vltimi finis,qui eſt æterna beatitudo,& eorundem mediorum,qui ſunt fides,Sacramenta,& leges;& eiuſdem Spiritus ſancti,à quo gubernatur;& eiuſdem Summi Pontificis,& Paſtoris viſibilis;& denique ratione eiuſdem connexionis membrorum, & inter ſe, & cum capite,iuxta illud ad Rom.12. *Omnes vnum corpus ſumus in Chriſto: ſinguli autem alter alterius membra.* cùm præſertim hæc vnitas Eccleſiæ per tótum muodum,non tollat pluralitatem, & diuiſionem Communitatum ciuilium;& illi ipſi,qui in ordine ad fidem, & Sacramenta faciunt vnam Eccleſiam in ordine ad conuictum,& ſocietatem humanam, verè faciant plures Commuoitates. Et

12. *Non tamen poteſt ſimul haberi pro toto mundo poteſtas ſpiritualis, & temporalis.*

quanuis Deus ad ſplendorem,& authoritatem Romanæ Eccleſiæ, & in ſubſidium poteſtatis eccleſiaſticæ,& ſpiritualis, quam illa habet, plures terras,& prouincias etiam temporaliter illi ſubiecerit ex dono, & conceſſione Summorum Imperatorum,& Principum; non tamen ſubiecit temporaliter totum mundum; nec Papam habere voluit totum imperium, vel Imperatorem retento imperio eligi in Papam: quia adminiſtratio ſpiritualis longè alios mores, & habitus requirit in ſupremo adminiſtrante, quàm adminiſtratio temporalis; & ideò non facilè vnus aliquis vtrique ſufficit, nec conuenienter vtrique præficitur pro toto mundo, vel pro magua illius parte, vt notat Molina *de iuſt. tract.2. diſput.29. §.Illud etiam.*

Digitized by Google

etiam. in fine ex Driedone *lib. 1. de libert. Chriſt. cap. 15. & 16.*

DISPVT. XI.

Vtrùm poteſtas condendi leges ciuiles pro toto mundo ſit penes aliquem.

1. *Nullus eſt, qui poſſit condere leges ciuiles pro toto mundo.*
2. *Quomodo aliqui ſint natura ſerui, & aliqui ſint natura domini.*
3. *Papa non habet poteſtatem politicam, & ciuilem in totum mundum.*
4. *Neque in totam Eccleſiam per ſe.*
5. *Quomodo Papa dicatur poſſe exercere hanc poteſtatem.*
6. *Ad Iudicem eccleſiaſticum deuoluuntur omnes cauſæ, quæ aliter non poſſunt terminari per Iudices laicos.*
7. *Non autem è contrà deuoluuntur ad Iudicem laicum, quæ non poſſunt terminari per Iudices eccleſiaſticos.*
8. *Adminiſtratio imperij, dum vacat, quomodo ſpectet ad Papam.*
9. *Falsò aliqui aſſeruerunt, Imperatorem habere iuriſdictionem in totum mundum.*
10. *Romani Imperatores non habuerunt iuriſdictionem in totum mundum.*
11. *Imperator non habet ex Chriſti inſtitutione iuriſdictionem in totum mundum, vel in totam Eccleſiam.*
12. *Neque ex conceſſione Papæ.*
13. *Quomodo Imperator aliquando dicatur eſſe dominus totius mundi.*
14. *Adamus ex vi originis, & naturalis procreationis omnium hominum, non habuiſſet in illos poteſtatem ciuilem.*
15. *Quomodo pater habeat in filios naturale dominium.*
16. *Patria poteſtas ciuilis quo differat à poteſtate patria naturali, & quibus competat.*

QVIA Communitates, quibus primò eſt debita, & à Deo tributa poteſtas ferendi leges, eam communiter non exercent immediatè per ſe ipſas; ſed per eos, in quos tranſtulerunt huiuſmodi poteſtatem, & quos voluerunt ſibi præeſſe, & curam ipſarum habere, de his quoque eſt explicandum, quomodo poſſint, aut non poſſint illas condere.

Et primò certum eſt, quòd poteſtas ferendi leges ciuiles pro toto mundo, nec modò eſt, nec vnquam fuit, aut poteſt eſſe in aliquo vno; ſed neceſſariò eſt, & ſemper fuit, & eſſe debet in pluribus iuxta pluralitatem ipſarum Communitatum, quarum cura, & regimen demandatum eſt ſingulis.

1. *Nullus eſt, qui poſſit condere leges ciuiles pro toto mundo.*

Quòd modò non ſit, res eſt multò clarior, quàm vt indigeat probatione: ſenſu enim notiſſimum eſt, plures eſſe in mundo, qui populos regant, & in eos poteſtatem exerceant; non autem vnum aliquem, ſiue loquamur latiſſimè de mundo, prout dicit totum orbem terrarum, & comprehendit omnes nationes, quæ ſunt ſub cœlo; ſiue ſtrictiùs, prout ſolùm dicit orbem Chriſtianum, & comprehendit ſolos fideles. Et hæc pluralitas regentium populos, & poteſtatem politicam exercentium, non modò eſt de facto, & quoad actum ſecundum, & quoad exercitium actuale huiuſmodi poteſtatis, in quantum, ſcilicet, ex tota hominum vniuerſalitate nullus eſt, qui de facto, & actualiter illam totam adminiſtret; ſed etiam eſt de iure, & quoad actum primum, & quoad ipſam poteſtatem habitualem, in quantum reuerà ex tota hominum vniuerſitate nullus eſt, cui vel à natura, vel à Deo authore naturæ, vel ex lege, vel ex communi omnium conſenſione, aut quocunque alio modo competat hæc poteſtas adminiſtrandi totam hominum Vniuerſitatem: nam, quantùm eſt ex natura, nullus eſt, qui aliis omnibus ſit ſuperior, & ad hoc factus, vt omnibus præſit, & vt notat S. Auguſt. *lib. 19. de Ciuit. Dei, cap. 15.* in prima hominis creatione non eſt dictum à Deo, Gen. 1. *Faciamus hominem, vt præſit* hominibus; ſed vt præſit *piſcibus maris, & volatilibus cœli, & beſtiis terræ.* & ideò priores iuſti non dicuntur fuiſſe Reges, ſed paſtores ouium: quia, ſcilicet, ſolùm in bruta; non autem in homines dominatus competit homini à natura.

Et ratio eſt: quia hoc ipſo, quòd vnuſquiſque naſcitur rationis particeps, etiam naſcitur particeps libertatis, & dominus ſuarum actionum; & ideò, quantùm eſt ex natura, nullus eſt, qui ſit alteri ſubditus, & nullus, qui alteri præſit, & moltò minùs, qui ex natura præſit omnibus, qui ſunt in mundo.

2. *Quomodo aliqui ſint natura ſerui, & aliqui ſint natura domini.*

Et quod aſſerit Ariſtoteles 1. *Politic. cap. 3. & 4.* quoſdam eſſe natura ſeruos, & quoſdam natura dominos; non intelligitur abſolutè, & ex neceſſitate, quaſi ex intentione, & inſtitutione naturæ neceſſariò debeat hic eſſe ſeruus, & ille dominus: ſed ſolùm intelligitur ex conſequente vtilitate; quia, ſcilicet, vtile eſt iis, qui minùs pollent mente, & magis pollent viribus corporis, vt regantur ab aliis, qui ſunt ſapientiores, & magis pollent viribus animi; & contra etiam his eſt vtile, vt in indigentiis corporalibus iuuentur ab illis, & abſolutè vtriſque eſt vtile, vt hi dominentur, & imperent; & illi ſeruiant, & obediant, vt patet ex ipſo Ariſtotele, qui *cap. 3.* expreſsè habet, quòd imperare, & parere, non ſolùm eſt neceſſariorum; ſed etiam vtilium: & *cap. 4.* quòd aliqui ideò dicuntur natura ſerui, & aliqui liberi; quia natura ipſa determinatum eſt, vt illis proſit parere, & his conueniat imperare, vt etiam benè explicat S. Thom. 1. *Politic. lect. 3. & 2. 2. quæſt. 57. art. 3. ad 2.* Et quia hoc etiam modo nullus eſt, qui ſolus plùs valeat viribus animi, quam cæteri omnes in toto mundo; & cuius regimen, & imperium cæteris omnibus poſſit præeſſe; hinc eſt, vt hoc etiam modo nullus ſit, qui habeat ex natura, vt omnes regat, qui ſunt in mundo, & omnibus leges ferat; & non ſolùm ex neceſſitate ſit omnium dominus; ſed neque etiam ex vtilitate.

Quòd verò neque etiam vllus ſit, cui hoc competat ab ipſo Deo, clarè patet: quia, quamuis Deus olim Hebræis conſtituerit regimen primò per Iudices, & poſteà per Reges; nunquam tamen conſtituit vnum aliquod regimen politicum, & ciuile pro toto mundo; neque de hoc vlla eſt reuelatio, aut locus in Scriptura, aut traditio apoſtolica, vt notat Suar. *lib. 3. de legib. cap. 2. num. 3. in fine*, & Bellarm. *lib. 5. de Rom. Pontifice, cap. 2. tomo 1.* ex qua tamen ſola tota hæc res poteſt haberi, vtpote ſolùm pendens ex facto Dei, & ex ſola illius voluntate ſupra naturales exigentias rerum. Et ſi admittamus, quòd Chriſto, vt naturali Dei Filio, hæc etiam poteſtas ciuiliter, & politicè totum mundum adminiſtrandi, fuerit debita, & de facto tributa: vnde & dicebat Matth. vlt. *Data eſt mihi omnis poteſtas in cœlo, & in terra.* de qua te fusè agit Molin. *tract. 2. de iuſt. diſp. 28.* & Bellarm. *lib. 5. de Rom. Pontific. cap. 4.* eam tamen poteſtatem, nec S. Petro, nec ſucceſſoribus, aut vlli alteri vſquam legitur commiſiſſe, quidquid dixerit Hoſtienſ. *in cap. Quod ſuper his. de voto, &*

3. *Papa nō habet poteſtatē politicam & ciuilem in totum mundū.*

voti redempt. Panorm. *in c. Nonit. de iudic.* Syl. *verb. Papa.* §. 1. Auguſt. Triumphus *de poteſt. Eccleſia, q.* 1. *art.* 1. & plutes alij, præſertim Canoniſtæ apud Bellarm. *lib.* 5. *de Rom. Pontif. c.* 1. *tom.* 1. Sed pro toto mundo, prout comprehendit etiam infideles, ſolùm commiſit ius prædicandi, & baptizandi, Marci 16. *Euntes in mundum vniuerſum prædicate Euangelium omni creaturæ.* & Matth. vltimo cit. *Euntes docete omnes gentes baptizantes eos,* &c. & poteſtatem gubernatiuam ſolùm tribuit in ordine ad fideles Ioan. 21. *Paſce oues meas.* & Matth. 16. *Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam; & quodcunque ligaueris ſuper terram,* &c. non autem in ordine ad infideles, & extra Eccleſiá: & poteſtatem, quam dicunt excellentiæ, ſibi tantùm retinuit, ſecundùm quam, vt homo Deus, omnibus præerat, & præcepta, vel leges ferre poterat, tam fidelibus, quàm infidelibus: & hanc ob cauſam 1. *Cor.* 5. expreſſè aſſerit S. Paulus, quòd nullam habeat poteſtatem ad eos iudicandos, qui foris ſunt, id eſt, infideles, qui ſunt extra Eccleſiam: *Quid enim mihi de his, qui foris ſunt, iudicare?* Et à primis temporibus nunquam Pontifices vlla in re voluerunt agnoſci ab infidelibus, tanquàm Superiores; & libere permiſerunt eos eſſe tanquam ſupremos Reges, ac Dominos in ſuis Regnis, cùm dominium non fundetur in gratia ſupernaturali, aut fide, ſed ſolùm in libero arbitrio & in ratione; neque deſcendat ex iure diuino. ſed ex iure gentium: & in Scriptura ſæpiùs approbetur, etiam in infidelibus, vt Matth. 22. *Reddite ergo, quæ ſunt Cæſaris, Cæſari.* & ad Rom. 13. *Cui tributum, tributum,* &c quod tamen Pontifices ſine dubio aliter feciſſent, ſi accepiſſent à Chriſto Domino poteſtatem politicam, & ciuilem in totum mundum, prout etiam continet infideles.

4. *Neque in totam Eccleſiam per ſe.* Imò hanc poteſtatem gubernatiuam politicam, & ciuilem, neque etiam commiſit Chriſtus per ſe, & directè S. Petro, & ſucceſſoribus, in ordine ad totam Eccleſiam, quaſi propterea poſſit Pontifex per leges mere ciuiles, & ſolùm reſpicientes bonum regimen temporale, obligare omnes fideles, etiam degentes in aliis regnis, & prouinciis non ſubditis temporaliter ipſi Pontifici; ſed tota poteſtas gubernatiua, quam directè illi commiſit, ſolùm fuit ſpiritualis, & eccleſiaſtica, quæ appellatur poteſtas clauium, & per ſe, & directè ſolùm reſpicit ſalutem, & finem ſupernaturalem; & alioqui, ſi Papa ex iure diuino haberet poteſtatem temporalem in totam Eccleſiam, eo ipſo, quòd infideles conuerterentur ad fidem, amitterent dominia ſuorum regnorum, & ſtatim fierent de temporali poteſtate Eccleſiæ, quod non eſt dicendum. Et quamuis poteſtas Papæ ſit ordinis multò ſuperioris ad omnem poteſtatem politicam, & temporalem, eique poteſtas politica. etiam ſuprema in ſuo ordine omninò debeat eſſe ſubiecta, & ſubordinata; ſicut & finis, aut bonum temporale, & naturale eſt ſubiectum, & ſubordinatum fini ſpirituali, & ſupernaturali; non tamen propterea formaliter, & directè eſt poteſtas politica; & ideò neque poteſt directè ſe extendere ad ferendas leges mere politicas, & ciuiles pro tota Eccleſia: & hæc eſt communior ſententia Theologorum, tamque docet Maior *in* 4. *d.* 24. *qu* 3. Alenſ. *in Sum par.* 3. *q.* 40. *memb.* 5. Gandau. *quodlib.* 6. *q.* 23. Corduben *lib* 1. *qu.* 57 *dub.* 3. Caiet 2. 2. *qu.* 43. *art.* 8. *& tom.* 1. *opuſcul. tract.* 2. *c.* 3. Franc. Victoria *in relect. de poteſtate Eccleſiæ.* Sot. *in* 4. *d* 25. *qu.* 2. *art.* 1. *& lib* 4. *de iuſt. qu* 4. *art.* 1. Bellarm. *lib.* 5. *de Rom. Pontific. per multa capita, tom.* 1. Suar. *lib.* 3. *de legibus, cap.* 6. *num.* 3. *& ſeq.* Mol. *de iuſt. tract.* 2. *diſp.* 29. Salas *diſp.* 7. *de legib. ſect.* 4. *num.* 30. Vaſq. 1. 2. *diſp* 153. *cap.* 2. *num.* 26. Bonac. *diſp.* 1 *de leg. b. qu.* 1. *puncto* 3. *num.* 5. & ex Canoniſtis Couar. *in reg. peccatum par.* 2. §. 9. *num.* 7. Nau. *in cap. Nouit. de iudic. not.* 3. *n.* 19. & plures alij apud ipſos, à quibus, neque etiam diſſentit S. Thom. *lib.* 3. *de regim. Principum, cap.* 10. *&* 19. *& in* 2. *ſent. d.* 44. *prope finem,* & aliqui alij ex Theologis, qui in contrarium citantur, vt optimè oſtendit Bellarm. *lib.* 5. *de Rom. Pontif. cap.* 5. §. *Argumentum poſtremum, tom.* 1.

Et quoniam hæc poteſtas ſpiritualis, quam habet Papa in tota Eccleſia, eſt longe excellentior, quàm poteſtas politica, quam habent laici, eámque, vt diximus, omninò habet ſibi ſubiectam, & ſubordinatam; hinc eſt. cur corrigi, & abrogari poſſint, ſi fortè vergant in perniciem animarum, vt factum eſt *in cap. finali, de præſcript.* & *cap. Poſſeſſor. de reg. iuris, in* 6. vbi reprobatur lex illa ciuilis, tanquàm fouens furta, & fraudes, *Auth. Malæ fidei. C. de præſcript. longi temp.* quòd præſcriptio poſſit ſtare cum mala fide, & quòd etiam poſſeſſor malæ fidei poſſit præſcribere: *& c. p. Cùm haberet.* de eo, qui duxit in matrimonium: vbi ſimiliter reprobatur illa alia, tanquàm contraria naturali æquitati, & charitati, quòd alimenta, & non dos ſint præbenda à parentibus filiis, & filiabus illegitimis: *Auth. Ex complexu. C. de inceſt. nup.* vt notat Bartol. Couarr. *in Epit.* 4. *decretal. part.* 2. *cap.* 8. §. 6. *n.* 6. & alij. Et quamuis hæ leges pontificiæ, quoad materiam proximam, videantur politicæ, & ciuiles, in quantum præcipiunt de præſcriptione dominij, & de alimentis, quæ ſunt ex ſe res temporales; verè tamen ſunt canonicæ, & ex poteſtate ſpiritualiter, vt notat Suar. *lib.* 3 *de leg. cap.* 6. *n.* 7. cùm ſint ad finem ſpiritualem, id eſt, ad vitandas fraudes, & furta, & ad fouendam naturalem charitatem, & pietatem in filios, & verè cauſa alimentorum ſit pia, vt habet ibi Suar. ex Couar. *in Epit. part.* 2. *cap.* 8. §. 6. *num.* 6. *cit.* & Alex. *in l.* 1. *ff. ſol. matr. col.* 6. Et eadem ratione poteſt Papa legem ferre pro tota Eccleſia, ſi declaret ius naturale circa aliquem contractum, vt ſæpiùs factum eſt circa materiam de montibus Pietatis, vel prohibeat certum modum certi contractus, eique certam formam præſcribat, propter periculum peccandi, quod in illo facilè poteſt contingere, vt factum eſt in materia de cambiis, de cenſibus, & ſimilibus. Et idem eſt, ſi aliquid præcipiat de teſtamentis in ordine ad pias cauſas, & vt foueat pietatem: & hæ omnes leges non ſunt dicendæ emanate ex poteſtate politica, aut ciuili, quam Papa habeat in totam Eccleſiam; ſed ſolùm ex poteſtate ſpirituali, & eccleſiaſtica, in quantum reſpiciunt finem ſpiritualem, & bonum animæ, vt *ſuprà* diximus: vt enim habet Innocentius III. *cap. Solitæ. de maiorit. & obedientia,* hoc eſt, quod dicitur *Ierem. cap.* 1. Sacerdoti, & de ſacerdotali proſapia deſcendenti, id eſt, de Sacerdotibus, qui fuerunt in terra Anathot: *Conſtitui te ſuper gentes, & regna, vt euellas, & diſſipes, ædifices, & plantes.* quia, ſcilicet, poteſtas ſacerdotalis pro vitiis euellendis, & plantandis virtutibus; verè eſt, idque habet ab ipſo Deo. Vide Suar. *lib.* 3 *de legib c.* 6. *n.* 8. contra Felin. *in c. Eccleſia, num.* 45 *de conſtit.* vbi ſpecialiter de lege pontificia præbendi alimenta etiam filiis illegitimis, aſſerit, quòd non obliget in terris imperij, ſed ſolùm in terris temporaliter ſubiectis ipſi Papæ. 5. *Quomodo Papa dicatur poſſe exercere hanc poteſtatem.*

Et quòd præter hanc poteſtatem præcipiendi toti Eccleſiæ de rebus alioqui politicis, & temporalibus, non aliam ſibi tribuant ipſimet Summi Pontifices in ſacris Canonibus. clarè patet *ex cap. Si duobus.* §. *Denique. de appellat.* vbi Alexand. III. ingenuè

ingenuè fatetur, quòd ſecundùm iuris rigorem non tenet appellatio à Iudice ſæculari ad Papam, ſi fortè fiat ab iis, qui non ſunt ſubiecti temporali iuriſdictioni ipſius Papæ: & *cap. Cauſam.* 2. *Qui fil, ſint leg.* idem Alexander III. disertè aſſerit, quòd ad Regem pertinet, & non ad Eccleſiam, iudicare de cauſis ciuilibus inter laicos: & *cap. Nouit. de iudic.* Innocentius III. clarè profitetur, quòd non intendat perturbare, aut minuere iuriſdictionem Regis Francorum; & ideò nec intendat iudicare de feudo, cuius iudicium ſpectat ad Regem; ſed ſolùm intendat decernere de peccato, cuius cenſura ſine dubitatione pertinet ad ipſum Pontificem; & cap. Solitæ. de maior. & obed. *Non negamus*, inquit, *quin præcellat Imperator in temporalibus; ſed Pontifex in ſpiritualibus antecellit.* Idque vt explicet, paulò pòſt ait, Deum ad firmamẽtum cœli, id eſt, Eccleſiæ vniuerſalis, feciſſe duo luminaria magna, id eſt, duas inſtituiſſe dignitates, quæ ſunt authoritas pontificalis, & poteſtas regalis: ſed illam, quæ præeſt diebus, id eſt, ſpiritualibus, eſſe maiorem; & hanc, quæ præeſt carnalibus, eſſe minorem: & quanta eſt differentia inter Solem, & Lunam, tantam eſſe agnoſcendam inter Pontifices, & Reges: atque ita agnoſcit, poteſtatem ſpiritualem, & temporalem non confundi ſubiecto, neque ſimul per ſe, & directè reperiri in eodem reſpectu totius Eccleſiæ; ſed verè diſtingui, ſicut & diſtinguuntur poteſtates, & munera in Sole, & Luna, vt ille præſit diei, & hæc nocti. Et denique *cap. Per Venerabilem. qui fil. ſint legitimi.* idem Innocentius III. clarè fatetur, quòd Papa poteſtatem in temporalibus ſolùm habet in patrimonio Eccleſiæ; non autem in aliis regionibus; & quòd Rex in temporalibus ſui regni non recognoſcit ſuperiorem. Et horum omnium illa eſt ratio: quia Summus Pontifex, qua talis eſt, & quantùm eſt de iure diuino, nullam habet iuriſdictionem merè temporalem, vt fusè probat Bellarm. *lib. 5. de Rom. Pontif. cap.* 4. ſed hanc ſolùm habet ex donationibus Imperatorum, & Principum, in terras temporaliter ſibi ſubiectas.

Neque faciunt in contrarium *cap. Quicunque litem. & cap. Quæcunque contentiones.* 11. *quæſt.* 1. in quorum primo habetur, quòd ſemper, & omnibus liceat appellare ad iudicium Epiſcopi: & in ſecundo, quòd omnes contentiones, quæ ortæ fuerint inter Chriſtianos, ſint deferendæ ad Eccleſiam, & ab Eccleſiaſticis ſint terminandæ: vt enim notat Bellarm. *lib. 5. de Rom. Pontifice, cap. 5. in reſponſione ad 3. argumentum*, primum illud fuit ſtatutum à Theodoſio Imperatore, qui ſolùm ex pietate, non autem ex debito, id honoris Eccleſiæ detulit; & poſteà per plures alios Canones fuit id abrogatum, vt ſubdit ibi Gloſ. *verb. quicunque*: ſecundum verò, incertum

6. *Ad Iudicem eccleſiaſticũ deuoluuntur omnes cauſæ, quæ aliter nõ poſſunt terminari per Iudices laicos.*

eſt, cuius ſit, & rectè poteſt intelligi de iis contentionibus, quæ aliter non poſſunt terminari per Iudices laïcos, vt, v. g. quia Iudex non vult adminiſtrare iuſtitiam; vel, quia altera ex partibus non vult acquieſcere decretis à Iudice: tunc enim deuoluitur cauſa ad Eccleſiã per viam denunciationis euãgelicæ, & correctionis fraternæ, vt habet Innocent. III. *in cap. Nouit. de iudiciis.* in quantum, ſcilicet, qui ab altero læditur, neque aliter poteſt facere, vt a lædendo deſiſtat, iure ipſo diuino *Matth.* 18. poteſt id denunciare Eccleſiæ, & Prælatus eccleſiaſticus poteſt cognoſcere de illius peccato.

7. *Non autem à contrà deuoluuntur ad Iudicem laicum, quæ non poſſunt terminari per Iudices eccleſiaſticos.*

Et longè diuerſa eſt ratio de Iudice eccleſiaſtico in ordine ad cognoſcendas cauſas ciuiles, ſiue laicorum, in caſu, quo eas nolit cognoſcere Iudex laicus; & de Iudice laico in ordine ad cognoſcendas cauſas eccleſiaſticas, in caſu, quo eas negligat Iudex eccleſiaſticus: quamuis enim aliqui exiſtimauerint, eandem eſſe rationem; & aſſeruerint, in caſu neceſſitatis licitè poſſe recurri ad Iudicem laicum, etiam pro cauſis eccleſiaſticis, quando Iudex eccleſiaſticus eas negligit, vt videre eſt apud Azor. *par.* 1. *lib. 5. cap.* 14 *quæſt. 2. verſ. Quarto, quia non eſt maior ratio.* id tamen eſt planè falſum, vt dicemus *infrà diſp.* 39. quia iura nõ id ſtatuũt vice verſa de Iudicibus laïcis in ordine ad cognoſcendas cauſas eccleſiaſticas in caſu neceſſitatis, & defectus ipſius Iudicis eccleſiaſtici, quod ſtatuunt de Iudicibus eccleſiaſticis in ordine ad cognoſcendas cauſas laicorum in defectu ipſius Iudicis laici, vt patet *ex cap. Licet.* 1. & *cap. Ex tenore.* & *cap. Ex parte. de foro competen.* Et ex præcepto diuino *Matth.* 18. *cit.* non eodem modo eſt recurrendum ad laïcos per viam denunciationis, ſi fortè in nos peccauerint Prælati eccleſiaſtici, quo eſt recurrendum ad Prælatos eccleſiaſticos, ſi fortè in nos peccauerint alij quicunque.

Et idem eſt reſpondendum *ad c. Licet.* 1. *de foro competenti.* & *ad Clem. Paſtoralis. in fine, de ſent. & re iudic.* vbi ex Innoc. III. & ex Concil. Vienen. dicitur, quòd, vacante imperio, ſuccedit Pontifex in adminiſtratione illius, & vtitur poteſtate Imperatoris: vt enim patet *ex cap. Licet. cit.* & notat ibi Gloſ. *verb. vacante imperio*, id ſolùm eſt: quia vniuerſaliter Iudex eccleſiaſticus poteſt ſe immiſcere in cauſis laïcorum, quando non inuenitur alius Iudex laicus, qui poſſit, aut velit illas terminare; &, vt notat Bellarm. *cap. 5. cit. in reſponſione ad* 4. hoc tantùm modo dicitur Pontifex ſuccedere in adminiſtratione imperij, dum vacat: non, quia ſuccedat quoad omnia, & quaſi illius poteſtas ſit directè ſupra imperium; ſed, quia ſuccedit ſolùm quoad eas cauſas terminandas, quæ pertinent ad ipſum Imperatorem, nec poſſunt facilè pati moram: quia enim vniuerſaliter omnes cauſæ deuoluuntur ad Iudicem eccleſiaſticum, quando non poſſunt terminari per Iudices laicos; mirum non eſt, ſi etiam deuoluantur huiuſmodi cauſæ imperij: & cùm imperium modò ſit apud Germanos ex ſola tranſlatione Leonis III. qui illud à Græcis tranſtulit ad Carolum Magnum, eò quòd Græci, occidentali Eccleſiæ laboranti, nullum auxilium afferre poſſent, quemadmodum per hanc ipſam tranſlationem, & propter Eccleſiæ vtilitatem, & ſecuritatem inſtitui potuit, vt confirmatio Imperatoris ſpectaret ad Papam, eique Imperator teneretur præſtare iuramentum fidelitatis, vt patet *ex cap. In nomine Domini. d.* 23. & *cap. Tibi Domino. d.* 63. *& ex cap. Venerabilem. de elect. & ex Clem. vnica, de iureiuran.* ne, ſcilicet, vnquam contingeret creari Imperatorẽ hæreticum, aut ſchiſmaticũ, & vt electio fieret per ſeptẽ Principes Germaniæ, vt patet ex Bulla Gregorij V. de hac re, & *ex c. Venerabilem. cit. de elect.* ita & potuit hoc etiam inſtitui, vt adminiſtratio imperij, quoad certas cauſas, ſpectaret ad Papam, quandiu duraſſet illius vacatio; ne, ſcilicet, interim aliquid innouaretur, quod poſteà cederet in præiudicium, & damnum Eccleſiæ.

8. *Adminiſtratio imperij, dũ vacat, quomodo ſpectet ad Papam.*

Et quod diximus de Summo Pontifice, quòd reuera non habeat poteſtatem politicam, & ciuilem, ſiue in totum mundum, ſiue in totam Eccleſiam; potiori iure eſt dicendum etiam de Imperatore: nam, quamuis antiquiores Iuriſtæ affirmarint, eum habere ius, & dominiũ iuriſdictionis in vniuerſum orbem; ſiue, quia illud habuerunt ante Chriſti aduentum etiam Romani Imperatores, illudque per ſucceſſionẽ, vel per electionẽ poſtea deriuarunt ad ſucceſſores, vt vult Barr. *in l. Hoſtes. ff. de captiuis.* ſiue, quia id habuerunt ſpecialiter ex Chriſti inſti-

9. *Falsò aliqui aſſeruerunt, Imperatorem habere iuriſdictionem in totum mundum.*

tutione, in quantum Chtiſtus ſimul fuit Rex, & Sacerdos, ſiue Pontifex: & quemadmodum Petro Papæ commiſit facultatem Pontificis in totum mundum, eúmque voluit eſſe, & dici Vicarium Chtiſti Pontificis; ita etiam commiſit Imperatoti facultatem Regis, ſimiliter in totum mundum, eúmque voluit eſſe Vicarium Chriſti Regis, vt vult idem Batt apud Suat. *lib.3.de legibus, cap.7.num.5.* ſiue denique, quia id tandem habuerunt Chriſtiani Imperatores ex inſtitutione Romani Pontificis, qui, ſicut potuit trausferre imperium à Græcis ad Germanos, ſibíque reſeruare approhatiooem, vnctionem, conſecrationem, & coronarionem Imperatoris, vt patet *ex Clem. Romani. de iureiur.* & *ex cap Venerabilem. de elect.* ita & potuit ſpecialem gradum dignitatis illi tribuere, eúmque eligere in ſpecialem protectorem, & defenſorem Eccleſiæ: & ad hunc finem, de ſua poteſtate præcipiendi tantùm illi ttibuere, quantùm eſſet conueniens, & opportonum: hæc tamen omnia non appareot, quòd habeant vllum fundamentum ſoliditatis, & veritatis, vt benè probat Suat. *lib.3.cap.7.cit.* Mol. *tract.2.de iuſt.diſp.*30.& alij communiter.

10. *Romani Imperatores non habuerunt iuriſdictionẽ in totum mundum.*

Nam, ſi loquamur de Romanis Imperatorihus ante Chriſti aduentum, falſum omninò eſt, quòd hahuerint vllum ius in totum mundum, vt ptobat Couat. *in reg.peccatum, part.2.§.9.num.5.& 6.* Sot. *lib.4.de iuſt.qu.4.art.2.* Suat. *cap.7.cit.num.3.& 4.* & alij apud ipſum: neque enim illud habuerunt immediatè à Deo, ſiue tanqoàm authore, & guhernatore naturæ, ſiue tanquàm ah operante ſupernaturaliter, cùm ex natura omnes naſcantur æquales, neque vlli ſit dehitum vllum ius in alios omnes, vt *ſuprà* diximus; neque de hac conceſſione ſupernaturali vlla ſit teuelario, aut locus Sctipturæ, aut antiqua traditio. Et ptæteteà neque id hahuerunt ex conſenſione omnium hominum, quaſi in primum Imperatorem Romanum omnes conſenſerint, eique poteſtatem tradiderint, tranſmittendam ſubinde etiam ad alios, qui poſteà ſucceſſiſſent per electionem: nam hic modus hahendi conſenſum, & quaſi ſuffragium eorum omnium, qui tunè eſſent in mundo. fuit planè impoſſihilis naturaliter: & ex hiſtoriis, imò & ex legibus ciuilihus certù hahetur, quòd electio, & poteſtas Romani Imperatoris ſolùm fuit ab ipſo populo, vel Republica Romanorum, vt videre eſt apud Couat. *in quæſt.pract.cap.1. num.5.* Et denique, neque id potuerunt acquirete iure helli, cùm reueta non ſuhegetint bellis totum mundum, vt de reguo Perſarum, quod Romanis ſubiectum non fuerit, expreſsè hahetur *l. Mercatores. C.de commerciis.* & de aliis Regibus, & populis, *l.Poſtliminium.ff.de captiuis.*

11. *Imperator nõ habet ex Chriſti inſtitutione iuriſdictionem in totum mundum, vel in totam Eccleſiam.*

Quòd verù Imperatot neque etiam habeat poteſtatem in totum mundum ex Chtiſti inſtitutione, patet ex eo, quia in Scriptura nullum eſt veſtigium talis inſtitutionis, & Chtiſtus Dominus nulli dedit iuriſdictionem temporalem ditectam; & per prædicationem Enangelij non deſierunt aliorum Regum, & Imperatorum dominia, neque Romani ex tonc ceperunt latiùs dominari, vt ex ſe patet.

12. *Neque ex conceſſione Papæ.*

Et denique, quòd Chtiſtianus Imperator huiuſmodi poteſtatem non haheat ex conceſſione Papæ, patet ex eo: quia, ſi loquamur de poteſtate ditecta, eam Papa non habet pro ſe, vt *paulò antè* oſtendimus; & ideò neque potuit illam alteri communicare, vt notat Suatez *lib.3.de leg.cap.7.cit.num.5.* Si verò loquamut de poteſtate indirecta, hæc in Papa non eſt alia, quam ipſa poteſtas ſpiritualis, quæ etiam dicitur poteſtas clauium; & hanc non communicat per ſe, & formaliter Imperatori, vel cuicunque Principi laico; ſed ad ſummum poteſt ſolùm communicare pro defenſione Eccleſiæ aliquod nudum miniſlerium, & aliquam executionem talis poteſtatis, circa aliquam certam materiam: vt, v.g. quòd poſſit conuocare Catholicos Principes, & diſſenſiunes inter illos dirimere, quando ſic expedit ad vitanda bella, & damna Eccleſiæ, vt idem ſuhdit *eodem num.5.cit. & num* 13. Et hoc ipſum nudum miniſterium talis poteſtatis ſpiritualis, vtrùm Pontifex de facto communicet, vel non communicet Imperatori, ſolùm pendet ex voluntate Pontificis, & ſolùm ex illius litteris, vel ex vſu, & ex conſuerudine eſt áttendendum.

Cæterùm, per tranſlationem imperij, quam fecit Pontifex ah Ireoe Græca Inperarrice. ad Carolum Magnum Impetatorem Germanum, non fuit aucta Imperatoris poteſtas, & iuriſdictio, vt ptopteteà dici poſſit Imperator modò illam hahere in totum mundum, vel in omnes fideles; cùm anteà non haberet: nam transferre imperium, vel poteſtatem imperij, ſolùm eſt, illam ipſam poteſtatem, quam vnus habebat, auferre illi; & illam ipſam conferre alteri; quod ſine duhio non eſt augere, neque Pontifex hoc augmentum potuit facete pto ſola voluntate, cùm non poſſit pro arhittatu mutare dominia, & ſubiicere vni alicui, quæ alioqui ſunt lihera à ſubiectione illius.

13. *Quomodo Imperator Romanus aliquando diceretur eſſe dominus totius mundi.*

Neque vrgent in contrarium, & pro ſententia Iuriſtarum, quòd ſaltem Imperator Romanus hahuerit poteſtatem in totum mundum, verha illa Lucæ 2. *Exiit edictum à Cæſare Auguſto, vt deſcriberetur vniuerſus orbis.* vt enim omnes exponunt apud Maldonatum, ſumitur ibi per figuram Syneedoche, pars pro toto; & nomine vniuerſi Orhis ſolùm intelligitur pars illa mundi, vetè præcipua, & maxima, cui Romani dominahantur; &, vt notat S.Hieronymus *in cap.13.Iſaiæ*, phtaſis eſt, & idioma ſacræ Scripturæ, vt illam prouinciam, de qua fortè eſt ſermo, appellet omnem tertam, vel vniuerſam terram, vt patet *Dan.2.* vhi lapillus de monte exciſus ſine manibus dicitur creuiſſe in montem magnum, & impleſſe vniuerſam terram: & *cap.4.* vbi poteſtas Nabuchodonoſor Regis Bahylonis dicitur eſſe in terminos voiuerſæ terræ: & *Matth.24.* vhi de Chriſto dicitur: *Inuenimus hunc hominem concitantem ſeditionem omnibus Iudæis in vniuerſo Orbe.* & ex aliis locis.

Et eodem modo per figuram Syneedoche intelligitur id, quod habetur in iure ciuili, *l. Deprecatio ff. ad l. Rhodiam. de iactu*, vhi Imperator de ſe ait: *Ego mundi dominus.* & *l.2.C.de veteri iure enucleando, in fine*, vbi dicitur, quòd tettia pars mundi accreoit imperio, & poſt Europam, & Aſiam tota Libya eſt illi adiuncta: ex aliis enim legihus clarè conſtat, quòd Imperator plurium aliarum prouinciarum non habet dominium, vt notat Suat. *lib.3. de legib.cap.7.num.11.* Et idem eſt dicendum ad ea, quæ hahet Gloſſ. *in cap.Venerabilem. verb. in Germanos, de elect.* vt, v.g. quòd regnum mundi ſit tranſlatum ad Teutonicos; quòd Imperator ſit ſuper omnes Reges, & omnes nationes ſint ſuh eo, & ipſe ſit Princeps, & dominus mundi, & in ipſius poteſtate ſint omnia: ſimiliter enim hæc, & ſimilia ſolùm debent intelligi eſſe dicta per figuram Syneedoche; & ſola pars fuit accepta, & intellecta appellatione totius.

Ex hoc verò, quòd neque Papa, neque Imperator habeat poteſtatem directam ad leges ciuiles ferendas pro toto mundo, clarè habetur, quòd nullus ſit alius, qui illam de facto habeat, vel vnquam habuerit:

buerit : ſiquidem omnes alij Reges, ac Principes temporales magis teſtrictam habent iuriſdictionem, neque vllus eſt, aut vnquam fuit, qui illam extenderit ad totum mundum ; & quod modò eſt, & fuit hucuſque, etiam erit, & eſſe debebit in futurũ, cùm ex toto mundo non poſſit rationabiliter eſſe vna tantùm Communitas, & vnum regimen; ſed in Communitatibus omninò ſint certi termini magnitudinis, vltra quos non poſſit regimen benè conſiſtete, vt *ſuprà* diximus *diſp. præcedente, num. 9. & 10.* ex Ariſt. *lib. 7. Politic. cap. 4.*

14. *Adamus, ex vi originis, & naturalis procreationis omnium hominum, non habuiſſe in illos poteſtatẽ ciuilem.*

Imò, neque etiam ipſe Adamus, primus parens, & primum principium totius humanæ generationis, ſi modò eſſet ſuperſtes, poteſtatem hanc politicam, & ciuilem haberet in totum mundum ; ſicut neque habuit de facto, dum ſuperuixit poſt factam familiarum multiplicationem, & Communitatum diuiſionem, vt *ſuprà* diximus *diſp. præcedente, num. 10.* & notat Suar. *lib. 3. de legib. cap. 2. num. 3.* neque enim ex vi originis, & naturalis procreationis filiorum, & nepotum, potuit illi conuenire poteſtas politica, & ciuilis in omnes, & ſingulos ex ſe deſcendentes per longiſſimam ſeriem ; ſed ſolùm poteſtas œconomica in ſuam familiam ; id eſt, in vxorem, & filios non emancipatos ; & proceſſu temporis etiam in domeſticos famulos, ſi habuiſſet : & ratione huius poteſtatis ea tantùm præcepta, eáſque ordinationes potuiſſet condere, quas modò poteſt paterfamiliàs pro ſua domo: & quemadmodum domus, & familia nec modò eſt, nec tunc fuiſſet tempore Adami perfecta Communitas, vt patet ex dictis *ſuprà, diſp. 3. num. 8. & diſp. 4. num. 2.* ita & præcepta, vel ordinationes domeſticæ patrisfamiliàs, nec modò habent rationem legis propriè dictæ, nec tunc habuiſſent tempore Adami. Poteſtas verò politica, & ciuilis, cùm ſolùm ſe habeat tanquam proprietas Communitatis perfectæ, eique ſit primò debita, & à Deo tributa, vt authore naturæ, vt *ſuprà* diximus *diſp. 10. num. 2. & 3.* omninò ſupponit familiarum diuiſionem, & voluntariam conſtitutionem Communitatis perfectæ; & ſi conueniat vni alicui, ſolùm poteſt illi conuenire ſecundariò, & dependenter ab ipſa Communitate per voluntariam conſenſionem, & tranſlationem poteſtatis in ipſum; & per conſequens, neque Adamo potuiſſet connenire ex vi ſolius originis, & naturalis procreationis.

15. *Quomodo pater habeat in filios naturale dominium.*

Neque in contrarium facit id, quod habet ex principiis ipſis naturæ Ariſtoteles 8. *Ethic. cap. 11.* quòd ex natura habeat pater imperium in filios, & auus in nepotes : quia eſt illis cauſa, vt ſint, eorúmque educationis & inſtitutionis; & quòd hoc idem imperium etiam conueniat aliis maioribus reſpectu aliorum minorum, & deſcendentium ; ſicut & conuenit Regi, vt habeat imperium in eos, quos regit : nam contrà eſt : quia hoc etiam imperium, quod pater, & auus dicuntur habere à natura in filios, & nepotes, eſt longè aliud, quàm poteſtas ciuilis, & politica : hæc enim vni alicui non poteſt conuenire primariò ex ipſa natura ; ſed ſolùm ſecundariò per dependentiam à Communitate perfecta, vt iam diximus: illud verò imperium ſolùm conſiſtit in quadam ſupereminentia ratione beneficij, quod in illos confetunt, vt patet ex ipſo Ariſtotele *ibidem*, & benè explicatur ex paritate, aut exemplo ipſius Regis, quo ibi vtitur: nam, ſicut Rex iis benè facit, qui ſub regno ſuo ſunt ; & cùm ipſe ſit bonus, curam eorum habet, vt benè agant ; & ideò in illis dicitur conſequi naturalis quædam ſubiectio ratione vtilitatis naturaliter conſequentis ex illius regimine, & in ipſo Rege naturalis quædam prælatio, vel ſupereminentia, & dominium, ſiue imperium, vt etiam *ſuprà* diximus *num. 2.* ita & patet, quia filiis eſt immediatè cauſa, vt ſint, & educentur, & inſtituantur, dicitur acquirere ex ipſa natura, & ex naturali dictamine ſupereminentiam, & imperium quoddam in filios; & hi dicuntur acquirere naturalem ſubiectionem ad ipſum ; & eo mediante, vel ratione illius etiam ad auos, & proauos, & alios maiores. Et quoniam negari non poteſt, quin hæc beneficia habendi eſſe, & educationem, & inſtitutionem à patre, vel ab auo, ſint longè maiora, prout in filios deriuantur à patre, quàm prout ab auo deriuantur in nepotes, ſiquidem ab illo deriuantur, tanquàm à principio per ſe, & immediato, & proximo : ab hoc verò, tanquàm à principio per aliud, mediato, & remoto; id eſt, mediante principiatione ipſius patris : hinc eſt, vt etiam in patre fundent maius dominium naturale in filios, & in filiis maiorem ſubiectionem naturalem ad patrem, quàm fundent in auo dominium naturale in nepotes ; & in nepotibus ſubiectionem naturalem ad auum : & abſolutè, quò hæc principiatio eſt mediatior, & remotior, & quò hæc beneficia habendi eſſe, & educationem, & inſtitutionem referuntur ad aliquem per ſeriem longiorem; eò dominium, & ſubiectio naturalis, quam fundant, eſt naturaliter minor : & ſi ad aliquem referantur per ſeriem omninò longiſſimam, & tanquàm ad principium remotiſſimum, vt certè ſinguli homines, qui modò exiſtunt, referuntur ad Adamum, dominium, & ſubiectio eſt planè minima, & ferè nulla ; & ideò neque etiam Adamus, ſi modò eſſet ſuperſtes, multùm haberet naturalis dominij ad ſingulos, qui modò viuunt, neque ſinguli multùm haberent naturalis ſubiectionis ad illum ; & quod modò contingit inter omnes, & ſingulos homines, qui ſolùm longiſſimo ordine ducunt originem ab Adamo, & quamuis referant ſuum eſſe ad eoſdem primos parentes; non tamen ſeſe agnoſcunt, ac diligunt, vt ſtrictè fratres ; & tanquam genitos ab iiſdem, ſolùm, quia huiuſmodi eſſe ad illos referunt per longiſſimam ſeriem, eóſque ſolùm agnoſcunt, vt commune principium remotiſſimum ſui eſſe, & ſuæ generationis; idem etiam contingere proportionaliter in ordine ad ipſos parentes, & ſimiliter etiam illos non agnoſcerent, nec reuererentur, vt ſtrictè parentes, & ad illos naturalem ſubiectionem non haberent, niſi minimam. Et quod communiter accidit, etiam inter fratres ſtrictè acceptos, & ab iiſdem parentibus proximis genitos, vt, ſi ætatibus ſint longè diuerſi, fraterna amicitia inter ipſos non ſit, vt habet Ariſt. 8. *Ethic. cap. 10. in fine*, nec ſe ament, vt fratres, & ſicut æqualis amat æqualem ; ſed ſicut maior amat minorem, & minor maiorem, euaneſcente, nimirum, amabilitate fraternitatis pro longa maioritate, & minoritate ætatis : potiori ratione etiam accidit inter parentes non proximos, & inter filios, ad quos ſe habent ſolùm remotè, & paulatim minuitur, & euaneſcit etiam inter ipſos amabilitas paterna, & filialis, & conſequenter naturale dominium, & ſubiectio ; ac proinde in Adamo, qui ad ſingulos homines iam ſe haberet remotiſſimè, naturale dominium iam eſſet penè nullum, & in ipſis hominibus ad Adamum iam eſſet penè nulla ſubiectio.

Et ex hoc capite non eodem modo ſe habet patria poteſtas naturalis, quam habent parentes ex ipſa natura ad eos, quos ex ſe genuerunt, atque ſe habeat patria poteſtas ciuilis : hæc enim ex ſpeciali diſpoſitione iuris ciuilis illi tantùm competit, qui eſt ſupremus aſcendentium maſculus, vt notat Mol. *tract. 2. de iuſt. diſp. 227.* & ideò auo competit in nepotem, non autem patri, & proximo genitori in filium,

16. *Patria poteſtas ciuilis quo differat à poteſtate patria naturali, & quibus competat.*

filium,ſi tam auos, quàm pater ſit ſuperſtes;& ipſe pater non ſit emancipatus ab auo, vt patet *Inſtit.*§. *Ius autem.de patr.poteſtate*. & *l. Sic eueniet. ff.ad l. Iul.de adulter.* qnia,ſcilicet,vt *ibi* dicitur , in poteſtate non videtur habere , qui non eſt in ſua poteſtate;ac proinde tota ratio huius poteſtatis ciuilis, non eſt , fuiſſe alteri principium generationis , & ipſius eſſe;ſed prætereà requiritur,vt quis ſit in ſua poteſtate,& non in poteſtate alterius ; cùm tamen patriæ poteſtatis naturalis,tota , & adæquata ratio ſolùm ſit , hoc , quod eſt genuiſſe, & fuiſſe alteri principium generationis , vt patet ex Ariſt. *lib.8. Ethic. c.*11.*cit.*Vnde, ſi modò Adamus eſſet ſuperſtes, haberet quidem ſolus fortaſſe patriam poteſtatem ciuilem in omnes , qui ab ipſo iam eſſent geniti , & non emancipati : ſiqoidem ipſe eſſet ſupremus aſcendentium maſculus ; non tamen ſolus haberet patriam poteſtatem naturalem ; ſed illam magis haberent alij genitores proximiores, & maximè haberent omninò proximi,& immediati : ſiquidem hæc non competit ſoli ſupremo aſcendentium,neque requirit , vt quis ſit in ſua poteſtate,& non in poteſtate alterius,vt diximus.Et ratione huius ipſius patriæ poteſtatis ciuilis,quam Adamus fortè haberet;non tamen poſſet ad omnes homines, totúmque mundum ferre leges propriè dictas , cùm hæc etiam patria poteſtas ciuilis non ad hoc ſe extendat , vt patet ex illius effectibns, quos refert, & explicat Molio. *tract.*2. *cit. de iuſt. diſp.*228.

DISPVT. XII.

Penes quos ſit poteſtas condendi leges ciuiles pro certis Communitatibus.

1. *Papa poteſt condere leges ciuiles pro laïcis temporaliter ſibi ſubiectis.*
2. *Poteſtas ſpiritualis,& temporalis ſecundùm Hæreticos non poſſunt eſſe ſimul.*
3. *Imperator poteſt condere leges ciuiles pro omnibus laicis ſubiectis imperio.*
4. *Locus, aut regnum occupatum ab aliquo per tyrannidem , poteſt proceſſu temporis poſſideri legitimè.*
5. *Validæ ſunt leges Tyranni,ſi populus , aut Princeps legitimus conſentiat pro illo in exercitium iuriſdictionis.*
6. *Licitum eſt in terris Turcarum petere iudicium, & iuſtitiam ab ipſis Turcis.*
7. *Quomodo valeant leges imperatoriæ in feudis imperialibus.*
8. *In terris Eccleſiæ quomodo valeant leges imperatoriæ.*
9. *In aliis terris ſupremorum Principum, quomodo valeant leges imperatoriæ.*
10. *Vtrùm leges canonicæ ſint præferendæ imperatoriis,quando caſus , non definitur legibus propriis regni, & definitur diuerſo modo per has, & per illas.*
11. *Reges ſupremi poſſunt condere leges pro ſuis regnis.*
12. *Sed ſolùm iuxta modum poteſtatis in ſe tranſlatæ.*
13. *Duces,Comites, & alij quomodo poſſint leges condere.*
14. *Gubernatores Prouinciarum quomodo poſſint leges condere.*
15. *Reſpublicæ quomodo poſſint leges condere.*
16. *Etiam fœminæ poſſunt leges condere.*
17. *Fœminæ communiter remouentur ab officiis publicis.*
18. *Quomodo Regina poſſit leges ferre.*
19. *Regnum non poteſt alienari , neque in dotem dari.*
20. *Maritus Reginæ multùm ex illa nobilitatur.*
21. *Rex duorum regnorum non debet pro bono vnius ferre leges in damnum alterius.*

POSITO , quòd poteſtas condendi leges ciuiles pro toto mundo , vel etiam pro tota Eccleſia,ſit penes nullum,ſaltem directè, vt iam probanimus *diſp. præcedente* ; illud ſupereſt explicandum,penes quos ſit pro vnaquaque Communitate perfecta,vel pro certis regionibus,& prouinciis.Et quanuis vno verbo poſſit dici, quòd ſit penes illos, qui curam habent perfectarum Communitatum, & in quos ipſæ Communitates eam tranſtulerunt, vt patet ex dictis *ſuprà diſp.* 10. vt tamen hoc ipſum diſtinctiùs explicemus , eſt agendum de ſingulis.

1. *Papa poteſt condere leges ciuiles pro laicis temporaliter ſibi ſubiectis.*

Et primò certum eſt , quòd Papa leges ciuiles, quæ directè ſolùm reſpiciant bonum regimen temporale, ciúſque finem , poteſt ferre ad eas omnes ciuitates,aut prouincias,quæ temporaliter ſunt illi ſubiectæ:nam,quanuis de iure diuino,& ab ipſo Chriſto nullam habeat poteſtatem temporalem directam;vt *ſuprà* diximus ex Bellarmino *lib.5.de Romano Pontifice,cap.4.tomo* 1. habet tamen ex iure humano per donationes Imperatorum, & Principum,quarum inſtrumenta Romæ aſſeruantur , & per pacificam poſſeſſionem , & præſcriptionem pluſquàm longiſſimam annorum ferè nongentorum,vt patet ex Hiſtoriis , & de donatione Ludouici I. Caroli Magni filij,habetur apud Gratianum *d.63.Ego Ludouicus*, & de donatione Conſtantini, *cap.Conſtantinus.*1. & 2. *diſt.96.& c. Fundamenta, §.Ne autem.de elect.in 6.* & de omnibus apud Bellarminum *lib.5.cit.c.9.*

2. *Poteſtas ſpiritualis, & temporalis ſecundū Hæreticos non poſſunt eſſe ſimul.*

Et cùm poteſtas temporalis nullo modo repugnet poteſtati ſpirituali , non eſt, quòd dicatur ſimul vtraque non poſſe vniri in eodem ſubiecto;& quòd ille ipſe,qui habet à Chriſto poteſtatem ſpiritualem in totam Eccleſiam , non ſimul habeat ab hominibus poteſtatem temporalem directam in plures prouincias , & non licitè illam retineat , & exerceat quidquid in contrarium dicat Caluinus *lib.4.Inſtitut.cap.*11.§.8.& 11. & apud Bellarm. *c. 9.cit.*dum aſſerit,poſſeſſionem temporalem , quam habent Papa,& Epiſcopi, & perſonæ eccleſiaſticæ, eſſe mero latrocinio occupatam ; & ſi fortè ſit habita iuſto aliquo titulo,non poſſe iuſto titulo retineri : quia principatus ſpiritualis , & principatus temporalis inter ſe pugnant,nec poſſunt ſimul conſiſtere, ſaltem ex Chriſti inſtitutione , qui *Matth.* 20.ad Apoſtolos dixit:*Reges gentium dominantur eorum;vos autem non ſic.* & *Lucæ* 12. ad quendam de turba,qui eum rogabat : *Magiſter,dic fratri meo,vt diuidat mecum hæreditatem.* reſpondit:*O homo,quis me conſtituit Iudicem,aut diuiſorem inter vos?*Contrà enim eſt:quia hæc, & ſimilia loca ſolùm oſtendunt,perſonas eccleſiaſticas , ſi fortè dominentur, (quod tamen Chriſtus Dominus,nec poſitiuè præcepit,nec poſitiuè prohibuit,)non debere dominari more Regum, ac dominorum;ſed more patrum, & paſtorum,qui etiam ſeruiunt neceſſitatibus filiorum, & gregis , nulliſque laboribus,aut incommodis parcunt pro illorum vtilitate. Et prætereà oſtendunt,

oſtendunt, Eccleſiaſticos non debere ſe immiſcere alienis negotiis; ſed ſuo tantùm muneri, ſuæque curæ debere vacare, exemplo ipſius Chriſti, qui in hoc mundo non geſſit perſonam Principis, aut Iudicis pro litibus dirimendis; & ideò non ſe immiſcuit diuidendæ hæreditati. Et hæc eadem etiam probant aliqua loca Sanctorum Patrum, quæ affert Caluinus pro ſua hæreſi, vt videre eſt apud Bellarm. *lib. 5. cit. de Rom. Pontifice, cap.* 10.

Et quòd ex hac poteſtate temporali, quam habet Papa in terras, & loca temporaliter ſibi ſubiecta, poſſit pro illis condere leges ciuiles, expreſsè habet Suar. *lib. 3. de legib. cap. 6. num.* 3. Mol. *tract.* 2. *de iuſt. diſp.* 29. Vaſq. 1. 2. *diſp.* 153. *cap.* 2. *num.* 26. Bonacina *de legib. diſp.* 1. *quæſt.* 1. *puncto* 3. *num.* 5. §. *Non nego tamen.* & omnes communiter; & expreſsè habetur *cap. Conſtantinus.* 1. & 2. *d.* 96. vbi dicitur, quòd pro terris, & locis donatis Eccleſiæ eſt conceſſa Papæ corona, & dignitas, & poteſtas imperialis; & poteſt in illis totum id, quod poterat Imperator: & *cap. Per Venerabilem. qui fil. ſint legit.* Innocentius III. diſertè aſſerit, quòd in patrimonio S. Petri Sedes apoſtolica non ſolùm exercet authoritatem Summi Pontificis; ſed etiam exequitur poteſtatem Summi Principis: & *cap. Fundamenta. de elect. in* 6. Nicolaüs III. aſſerit, quòd Romæ, & in terris donatis Eccleſiæ, competit Romanis Pontificibus vtriuſque poteſtatis monarchia. Et ratio eſt: quia poteſtas temporalis ad ea omnia ſe extendit, quæ ſunt neceſſaria ad finem illius, qui eſt benè viuere; quod tamen maximè fit per leges, quæ ciues dirigunt ad virtutes, & reuocant à vitiis, vt patet ex dictis *ſuprà diſp.* 10. de ſimili poteſtate, quam primò habent ipſæ Communitates perfectæ, & ſecundariò, vel dependenter ab illis, ij, qui gerunt illarum curam, & in quos ipſæ Communitates eam tranſtulerunt.

3. *Imperator poteſt condere leges ciuiles pro omnibus locis ſubiectis imperio.*

Secundò, certum eſt, poteſtatem condendi leges ciuiles pro regnis, & prouinciis ſibi ſubiectis, competere Imperatori, ſi legitimè ſit electus, & non per tyrannidem imperium teneat. Ita Suar. *lib. 3. cit. cap.* 18. *num.* 1. & omnes communiter; & expreſsè habetur *l.* 2. §. *Si quid verò. C. de veter. iur. enucl.* vbi dicitur, quòd leges condere, & interpretari, ſoli authoritati imperiali conceſſum eſt: & *Auth. de Conſulibus. circa finem.* vbi dicitur, quòd Deus Imperatori leges ſubiecit, eúmque conſtituit legem animatam. Et idem patet ex toto corpore iuris ciuilis, quod continet ſolas leges imperiales; & ex ratione iam facta: quia Imperator in ſuis terris habet ſupremam, & abſolutam poteſtatem temporalem, & hæc maximè exercetur per leges.

4. *Locus, aut regnum occupatũ ab aliquo per tyrannidem, poteſt proceſſu temporis poſſideri legitimè.*

Dixi autem, ſi legitimè ſit electus, & non per tyrannidem imperium teneat: quia ſolùm per electionem legitimam eſt verus Imperator, eíque competit iuriſdictio: & ſi fortè locum aliquem iniuſtè poſſideat, & per vim, non poteſt ad illum leges ferre, quouſque ceſſante vi, & iniuſtitia, locum illum de conſenſu veri domini, vel populi, & Communitatis poſſidere incipiat: ſiquidem ſæpè contingit, vt ab initio ſolùm iniuſtè, & per tyrannidem locus aliquis ab aliquo occupetur, & acquiratur; & deinde ſucceſſu temporis, vel ipſe populus, vel is, ad quem pertinet, ſponte conſentiat in illum Principem, vt notat Suar. *lib. 3. de legib. cap.* 4. *num.* 4. & *c.* 7. *num.* 6. Mol. *de iuſt. tract.* 2. *diſp.* 15. Bellarm. *lib.* 3. *de laicis, cap.* 6. Salas *de legib. diſp.* 4. *ſect.* 12. Bonacina *diſp.* 1. *de legib. quæſt.* 1. *puncto* 3. *num.* 5. §. *Dixi legitimè electum.* & alij: & ideò, quandiu durat poſſeſſio iniuſta, & detentio tyrannica, aut violenta, nulla competit iuriſdictio, aut poteſtas legiſlatiua: competit verò, quando iam iniuſtitia, & vis ceſſauit, & continuatur poſſeſſio per nouum conſenſum, & acceptationem in Principem, vt iam diximus. Atque hoc modo ſæpè accidit, vt ſucceſſores eorum, qui regnum aliquod, aut locum per vim, & per iniuſtitiam occuparunt, cenſeri poſſint legitimi Principes, vt ſubdunt Authores cit. in quantum, ſcilicet, paulatim acceſſit conſenſus populi, aut eorum, ad quos pertinebat, & non amplius poſſident per iniuriam, aut per tyrannidem.

5. *Valida ſunt leges Tyrãni, ſi populus, aut Princeps legitimus cõſentiat pro illo in exercitium iuriſdictionis.*

Et prætereà poteſt accidere, vt quamuis populus, & Communitas non conſentiat abſolutè pro aliquo in poſſeſſionem, & ius ipſius regni; conſentiat tamen in exercitium iuriſdictionis ex ſuppoſitione, quòd ille, etiam per vim, retineat poſſeſſionem; nec velit deſiſtere ab iniuſta detentione: & in tali caſu validæ erunt ipſius leges, & ſententiæ, iíſque populus tenebitur obtemperare, quamuis ipſe, abſolutè loquendo, iniuſtè faciat eas ferendo, ſibique abſolutè vſurpando iudicium verè indebitum, vt probat Leſſ. *lib* 2. *cap.* 29. *num.* 70. Salas *de legib. diſp.* 10. *ſect.* 3. *num* 14. Bonacina *de legib. diſp.* 1. *quæſt.* 1. *puncto* 7. §. 3. *num.* 12. *verſ. Reſpondeo ſecundò.* & alij apud ipſum.

6. *Licitũ eſt in terris Turcarum petere iudicium, & iuſtitiam ab ipſis Turcis.*

Et hoc modo licitum eſt in terris Turcarum petere iudicium, & iuſtitiam ab ipſis Turcis: quia, quamuis reuerà tyranni ſint etiam regni vſurpatione; non autem ſolo regimine, & adminiſtratione; nec abſolutè conſentiant populi, vt regnum retineant; conſentiunt tamen, vt illud adminiſtrent, & ius dicant ex ſuppoſitione, quòd retineant. Si ergo loquamur de iis terris, quæ ita agnoſcunt Imperatorem, vt ſupremum Principem, vt nullum alium agnoſcant præter ipſum, tanquàm Principem, aut dominum immediatum; certiſſimum eſt, quòd de rebus temporalibus, & ciuilibus, ſolæ leges imperatoriæ poſſint valere, & nullæ aliæ, niſi ab ipſo Imperatore ſint approbatæ, & receptæ: ſiquidem in huiuſmodi terris ſolus ipſe habet iuriſdictionem, & nullus alius, vt notat Suar. *lib. 3. de legib. cap.* 8. *num* 2.

7. *Quomodo valeant leges imperatoriæ in feudis imperialibus.*

Si verò loquamur de iis terris, quæ agnoſcunt quidem Imperatorem, vt ſupremum dominum; ſed, præter illum, etiam agnoſcunt aliquem alium, tanquàm dominum immediatum, vt ſunt multi Ducatus, & Marchionatus in Germania, & in Italia, qui vel iure feudi, vel aliquo alio ſimili iure ſunt ſubiecti Imperatori, vel ab ipſo ſunt traditi cum hac obligatione recognitionis, & ſubiectionis, vel habent hanc obligationem alio modo inductam, vt, v. g. ex longa conſuetudine, & ex legitima præſcriptione; videndum eſt ſpecialiter de vnaquaque, quomodo ſit ſubiecta Imperatori, & quomodo alteri domino immediato; nam fieri poteſt, vt etiam hic in illas habeat poteſtatem ſupremam, & quaſi regiam, & liberè poſſit leges condere, & monetam cudere, & fortaſſe etiam bellum indicere, & leges imperatorias etiam poſſit pro huiuſmodi terris liberè admittere, & reiicere, prout voluerit: & prætereà fieri poteſt, vt ſolùm poſſit leges ſuas de nouo condere, & legibus imperatoriis addere; non autem poſſit reiicere leges imperatorias, vel illis vlla ex parte derogare: & prout hoc, vel illo modo ſe habuerit illius poteſtas, dicẽdæ ſunt in huiuſmodi terris valere, aut non valere leges imperatoriæ: ſi enim dominus immediatus non poſſit leges nouas, & proprias condere, leges imperatoriæ valebunt ſolæ: ſi verò poſſit nouas condere, non autem reiicere leges imperatorias, aut illis derogare, valebunt ſimul cum aliis de nouo conditis; non autem valebunt ſolæ: & ſi poſſit nouas condere, & reiicere imperatorias, aut illis derogare, & earum aliquas de

facto

facto reiecerit, & aliquibus derogarit, & de facto nouas condiderit; ſolùm valebunt, quatenus reiectæ non ſint, & quatenus illis non ſit derogatum per leges nouas, vt notat Suar. *lib.3. de legibus, cap. 8. num. 2.* Vaſq. 1. 2. *diſp. 153. cap. 2. num. 24. & 25.* Salas *de legibus, diſp. 4. ſectione* 12. & alij. Et ſi ſpecialiter non conſtet, quòd Domini immediati huiuſmodi locorum, aut terrarum, quæ modo iam dicto recognoſcunt Imperatorem, poſſint reiicere, & abrogare leges imperatorias, vel illis quomodolibet derogare; cenſendum eſt, quòd leges imperatoriæ in illis terris omninò valeant, & non poſſint reprobari, aut reiici à dominis immediatis; & ideò ſecundùm illas ſemper eſt iudicandum; & leges propriæ dominorum ſolùm poſſunt habere locum in iis caſibus, pro quibus non habentur leges imperatoriæ.

Sed præterea certum eſt, quòd in terris Eccleſiæ, quamuis ſint ex dono Imperatorum, contraria ratione procedit; & leges imperatoriæ ſolùm adhibentur, quando non habentur leges canonicæ, & eccleſiaſticæ: nam ſic ſtatuitur *cap 1. de noui oper. nunc.* vbi præcipitur, quòd etiam de conſtructione Capellæ, quæ eſt res ſpiritualis, iudicetur ſecundùm ſtatuta legum, quando peculiariter non eſt aliquid ſtatutum per Canones: quia, quemadmodum leges Principum non dedignantur ſacros

8. *In terris Eccleſiæ quomodo valeāt leges imperatoriæ.*

Canones imitari; ita & ſtatuta ſacrorum Canonum legibus Principum adiuuantur. Et quatenus hæc conſtitutio ita præcipit iudicari ſecundùm leges ciuiles, etiam in cauſis ſpiritualibus, qualis eſt conſtructio Capellæ, quando non habentur leges canonicæ; non ſolùm obligat in terris Eccleſiæ; ſed etiam in aliis regnis, & ſemper per totam Eccleſiam in cauſis ſpiritualibus eſt iudicandum ſecundùm proprias leges cuiuſque regni, quando deſunt ſtatuta canonica, vt notat Vaſq. *cap. 2. num. 25. cit.* Suar. *cap. 8. cit. num* 3. Salas *ſect. 12. cit.* Bonae. *diſp. 1. de legibus, quæſt. 1 puncto 3. num. 5. §. Addo cum Vaſq.* Idque totum ex eo fit; non, quia leges imperatoriæ, per ſe loquendo, vim habeant in terris Eccleſiæ, & hæ adhuc agnoſcant Imperatorem, vt ſupremum dominum; ſed, quia pro huiuſmodi caſibus ita ſunt approbatæ per leges canonicas, vt iam diximus, pro quo etiam facit *cap. Si adiutorium. d. 10.* vbi dicitur, quòd leges Imperatorum poſſunt aſſumi in adiutorium Eccleſiæ, id eſt, in defectum Canonum, vt notat ibi Gloſſ. *verb. Si in adiutorium.*

9. *In aliis terris ſupremorum Principum quomodo valeant leges imperatoriæ.*

Et quod eſt factum per Summos Pontifices, vt approbarent pro certis caſibus leges imperatorias, idem fieri poteſt etiam per alios Reges, & Principes ſupremos, qui non agnoſcunt vllo modo Imperatorem, vt dominum ſuorum regnorum: & ſi id fiat, non obligabunt huiuſmodi leges, in quantum emanant à poteſtate Imperatoris, quæ, vt ſupponimus, pro his regnis nulla eſt; ſed ſolùm in quantum ſunt acceptatæ ab ipſis Regibus, & promulgatæ, vt propriæ in ſuis regnis. Et idem eſt, ſi fortè contineant, aut declarent circa aliquid ipſum ius naturale: ſimiliter enim obligabunt, non vt leges imperatoriæ; ſed vt naturales, vt notat Panorm. *in cap. Eccleſia Sancta Maria. de conſtit.* & ſi agant de teſtamentis, & tradant regulas prudenter inueſtigandi, & aſſequendi voluntatem teſtatoris ex ipſis verbis, & modo legandi; ſeruandæ ſunt, non vt leges propriè dictæ, & per ſe obligantes; ſed vt regulæ, & directiones prudentiales, quæ poſſunt vſurpari ab omnibus, vt notat Vaſq. *diſp. 153. cap. 2. cit. num.* 19. & Suar. *cap. 8. cit. num. 4. in fine.* Extra hos verò caſus in huiuſmodi regnis, aut prouinciis, quæ non agnoſcunt Imperatorem vllo modo, vt dominum; nullo modo obligant leges imperatoriæ: & de Francia ſic habetur expreſsè *cap. Super ſpeculo. de priuileg.* & de Hiſpania ſic expreſsè eſt cautum per leges proprias, vt videre eſt apud Suarez *cap. 8. cit. num. 4.* & apud Vaſq. *part. 2. diſp. 153. cap. 2. num 3. & ſeq.* qui etiam pluribus probat, leges imperatorias pro regnis Hiſpaniæ, neque etiam eſſe approbatas in defectum legum propriarum, ſiue ex vi alicuius legis latæ per Reges, ſiue ex vi alicuius conſuetudinis, quæ ſit loco legis; ſed in defectu propriarum legum licitum eſſe Iudicibus caſum decidere, prout libuerit, ſiue ex legibus imperatoriis, ſiue ex pontificiis: quanquam de facto in tali defectu communiter vti ſoleant imperatoriis, vt ipſe habet *num. 14. & 20.* & prudenter id faciant, cùm leges imperatoriæ, tam in taxandis pœnis, & puniendis delictis, quàm in aliis plurimis, contineant multùm prudentiæ, & naturalis æquitatis. Verùm iidem Iudices ex his legibus non propterea punient tranſgreſſores ipſarum, ſi alioqui actus non ſit contra leges regni, aut contra ius naturale, neque irritabunt contractum, ſi alioqui non ſit irritus ex legibus regni, aut ex iure naturali, vt notat Suar. *cap. 8. cit. num. 5. in fine:* quia tenerà illatum tranſgreſſio non eſt crimen, nec pœnam meretur, & contractus non ex illis habet formam, vt propterea cenſendus ſit nullus, quia eſt contra illas.

Quòd ſi contingat, ex legibus propriis alicuius regni non ſubiecti Imperio, aut Eccleſiæ per ſubiectionem temporalem, nihil haberi pro decidendo aliquo caſu; haberi autem ex legibus imperatoriis, & ex pontificiis, vel canonicis, & ex vtriſque non vno, ſed diuerſo modo caſum decidi, aut definiri; conſilium eſt, vt decidatur, ac definiatur potiùs ex legibus pontificiis, quàm ex imperatoriis; ſaltem ob reuerentiam, quæ magis debetur Summo Pontifici; non autem eſt obligatio, aut neceſſitas, vt ſubdit Suar. *num. 6.* contra aliquos, qui aſſeruerunt, id etiam eſſe de neceſſitate: quia enim tam leges pontificiæ, quàm imperatoriæ pro his regnis non habent vim legis; idque eſt verum, ſiue caſus, qui fortè occurrerit, ſit definitus per leges proprias regni, ſiue non: & ſiue per leges pontificias, & imperatorias ſit definitus eodem modo, ſiue diuerſo, tam poſſunt illæ omitti, quàm hæ; & ſiue hæ omittantur, ſiue illæ, aut ſimul vtræque, nullum eſt crimen; quod tamen omninò eſſet, ſi eſſet neceſſitas, aut obligatio eas ſequendi. Imò, ſi in aliquo ex his regnis non ſubiectis temporaliter Eccleſiæ, aut Imperio, ſit aliquid ſpecialiter ſtatutum pro his caſibus, qui non ſunt definiti per leges proprias, & diuerſo modo ſint definiti per leges imperatorias, & per pontificias; ſeruandum omninò eſt, vt contingit in regno Luſitaniæ, ex Suar. *cap. 8. num. 6. cit.* vbi eſt cautum ſpecialiter, vt feratur iudicium ſecundùm leges imperatorias, & non ſecundùm pontificias: & ſi caſus non ſit deciſus, niſi per leges pontificias, & Gloſſæ, & Interpretes legum ciuilium alio modo illum definiant, recurratur ad Regem; & neque etiam in hoc caſu præferantur leges canonicæ, & pontificiæ. Et contrà, ſi in terris Imperij conſuetudo eſt, vt caſus non deciſi per leges imperatorias, & de quibus ſunt diuerſæ ſententiæ inter Legiſtas; deciſi autem per leges canonicas, ſecundùm has decidantur, & Iudices teneantur has ſequi, vt vult Felin. *in cap. Eccleſia Sancta Maria. num. 49. de conſtit.* & plures alij apud ipſum, ſtandum omninò eſt in huiuſmodi terris tali conſuetudini, vt notat Suar. *lib. 3. de legib. cap.*

10. *Verùm leges canonicæ ſint præferendæ imperatoriis, quando caſus non definitus legibus propriis regni, & definitur diuerſo modo per has, & per illas.*

6. num.

num.8.in fine, ſicut & in terris Eccleſiæ ſtatut legibus imperatoriis, quando caſus non eſt deciſus per leges canonicas, vt *ſuprà* diximus *num 6.* quia etiam hæc conſuetudo poteſt habere vim legis; & ſi talis conſuetudo non eſt; etiam in terris Imperij poſſunt Iudices non ſequi leges pontificias.

11. *Reges ſupremi poſſunt cōdere leges pro ſuis regnis.*

Tertiò, hoc, quod diximus de poteſtate Imperatoris ad ferendas leges ciuiles pro terris, & prouinciis ſibi ſubiectis, dicendum etiam eſt de ſupremis Regibus; & qui in ſua iuriſdictione à nullo dependent, neque vllum agnoſcunt ſuperiorem: poſſunt enim etiam hi leges condere pro ſuis regnis, vt notat S. Thom. 1.2. *quæſt. 90. art. 3. & 2.2. quæſt. 51. art. 2.* Suar *lib. 3. de legib. cap. 9. num. 2.* Salas *de legib. diſp. 7. ſect. 11.* Vaſq. 1.2 *diſp. 153. cap. 3. num. 31.* Bonacioa *diſp. 1. de legib. quæſt. 1. puncto 5. num. 7.* Canoniſtæ communiter *in cap. Eccleſia Sancta Maria. de conſtitut.* & Iuriſtæ *in l. fin. C. de legib.* ſiue enim ſint Reges per electionem, ſiue per ſucceſſionem, aut etiam iure belli, eo ipſo, quòd habent regere populos, & Communitates ſibi ſubiectas, etiam habent iis præcipere, & per leges dirigere, vt patet ex dictis, & hæ Communitates; cùm neque teneantur legibus pontificiis, neque Imperatoriis, quæ pro illis non habent vim legis, omninò debent regi legibus propriis, eæque debent eſſe ab ipſo Rege, cùm non poſſint eſſe ab vllo alio, & nullus ſit alius, qui in illas habeat iuriſdictionem, aut poteſtatem legiſlatiuam.

12. *Sed ſolùm iuxta modū poteſtatis in ſe tranſlata.*

Et quoniam hæc poteſtas, etiam in Regem, eſt tranſlata ab ipſa Communitate, cui primò eſt debita, quaſi iure naturæ, vt *ſuprà* diximus; benè eſt aduertendum, quomodo ſit tranſlata; vtrùm, ſcilicet, cum dependentia à conſenſu, & acceptatione populi; an ſine dependentia; & vtrùm ſub aliqua conditione, & limitatione; an verò abſolutè, & ampliſſimè ſine omni reſtrictione, aut limitatione Et ſi de hoc modo, aut limitatione huius poteſtatis in Regem tranſlatæ, nihil certius conſtet ex ſcriptis; ſatis poteſt colligi ex conſuetudine, quæ, ſicut poteſt per ſe ipſa iuriſdictionem conferre; ita etiam poteſt modum illius declarare, vt notat Suar. *lib. 3. de legib. cap. 9. num. 4.* Et ſiue appareat eſſe tranſlata ſub vno, ſiue ſub altero modo, ſolùm ſub illo eſt exercenda, & non ſub alio, cùm is modus in ſe contineat, & declaret primum quaſi contractum, & conuentionem inter Communitatem, & Regem, & ab illo non ſit recedendum.

13. *Duces, Comites, & alij quomodo poſſint leges cōdere.*

Et quod dicimus hoc loco de Regibus, debet intelligi etiam de aliis Supremis Principibus, qui non agnoſcūt ſuperiorē, ſiue ij ſint Duces, ſiue Comites, ſiue alij quicunque: poſſunt enim etiā hi leges ferre ad ſuos ſubditos, ſi facultas, & iuriſdictio, quā exercent, ſit ſuprema, & non agnoſcant ſuperiorem; & ſi in aliquibus ſit ſuprema, & in aliis agnoſcant ſuperiorem, vt, v. g. ſi iudicia exerceant ſine appellatione, aut recurſu ad tribunal ſuperius; ſi monetam cudant, & alia eiuſmodi; & tamen in aliquibus aliis habeant dependentiam à Rege, aut alio ſuperiore, ex ipſa conſuetudine attendi debet, vtrùm poſſint leges ferre cum independentia ab omni alio, quando de hoc nihil certi habetur ex ſcriptis, & ex prima conceſſione poteſtatis, vt habet Suar. *cap. 9. cit. num. 3.* qui etiam *num. 5.* ex hoc capite negat, poſſe in Hiſpania leges condere vllos Principes, qui ſunt ſub Rege; quia id expreſsè iis negatur per leges Regni, quas ibi citat. Et communiter ita eſt dicendum de Ducibus, Marchionibus, Comitibus, & Baronibus, cùm hi communiter non habeant ſupremam poteſtatem, niſi ſpecialiter de illa conſtet, vt notat Sot. *lib. 1. de iuſt. q. 1. art. 3.* Vaſq. 1.2. *diſp. 153. cap. 3. num. 36.* & alij recentiores apud ipſum.

14. *Gubernatores Prouinciarū quomodo poſſint leges cōdere.*

Neque ſolùm id eſt verum de ipſis Principibus; ſed etiam de Magiſtratibus, & Gubernatoribus Prouinciarum, qui cōſtituuntur à Regibus: quanuis enim ex iure ciuili videatur haberi, quod etiam hi poſſunt condere leges, ſi ſint principales, & præſint Prouinciis; vnde etiam in corpore iuris ſæpè fit mentio de legibus prætoriis; negari tamen non poteſt, quin eorum facultas tota dependeat à ſupremo Principe, à quo præficiuntur prouinciis, & munera ipſa Gubernatorum, aut Magiſtratuum inſtituuntur; & ideò maximè debet eorum poteſtas attendi ex literis patentibus ſuæ præfecturæ, & regiminis; & ex conſuetudine, vt habet idem Suar. *num. 5. cit.*

15. *Reſpublica quomodo poſſint leges cōdere.*

Et quemadmodum Reſpublicæ, quæ per ſe ipſas reguntur, ſiue ariſtocraticè, ſiue democraticè, vt eſt Reſpublica Veneta, Genuenſis, & Lucenſis, ita eligunt ſibi Ducem, aut Principem, ſiue ad certum tempus, ſiue ad vitam; vt tamen in illum non transferant ſupremam poteſtatem; ſed hanc velint manere quaſi mixtam; & neque Principem ſolum, neque ſolam Communitatem; ſed hanc cum Principe, id eſt, corpus cum capite, velint illam habere; ita & poſſint potiori ratione Reges, & Principes, qui Magiſtratus, aut Gubernatores conſtituunt in prouinciis, iis non committere poteſtatem ſupremam ferendi leges; ſed earum approbationem, aut confirmationem ſibi reſeruare, aut aliter poteſtatem iis limitare, prout voluerint.

16. *Etiam fœmina poſſunt leges ferre.*

Quartò, certum eſt, quòd hæc iuriſdictio, & poteſtas legiſlatiua non eſt propria tantùm virorum; ſed poteſt cadere etiam in fœminas, ſi verè ſint hæredes, ac dominæ, v. g. alicuius regni: nam, qua ratione Communitates perfectæ ſupremam poteſtatem gubernatiuam potuerunt transferre in Regem cum ea conditione, vt in eadem poteſtate ſuccederent etiam alij, qui iure ſanguinis, aut alio modo eſſent poſteà illius hæredes: ita & potuerunt hanc conditionem extendere etiam ad fœminas, ſi fortè contingeret, vt etiam illæ eſſent hæredes: neque eſt aliquid ratione ſexus, quod repugnet ex rei natura cum ſuprema poteſtate in fœmina: ſiquidem defectus ſcientiæ, & prudentiæ, qui communiter ſolet contingere in tali ſexu, poteſt contingere, & re ipſa aliquando contingit etiam in viris, & facilè in vtriſque poteſt ſuppleri per conſilia ſapientum, & Iuriſprudentum, vt notat Innocentius, & Panormit. *in cap. Dilecti. de arbitr.* & ex illis Suar. *lib. 3. de legib. cap. 9. num. 8.* & hoc modo *cap. Ex part. 2. de priuilegiis.* & *cap. Dilecti. cit. de arbitris*, expreſsè dicitur, quòd fœmina ſit capax iuriſdictionis regiæ.

17. *Fœmina, cōmuniter remouentur ab omnibus officiis publicis.*

Neque facit in contrarium id, quod dicitur *l. Fœmina. ff. de reg. iuris*, quòd fœminæ ab omnibus officiis ciuilibus debeant eſſe remotæ; & ideò nec poſſint eſſe Iudices, nec gerere Magiſtratus, nec pro alio interuenire, id eſt, fideiubere, nec procuratrices exiſtere, & alia eiuſmodi: id enim ſolùm intelligitur de fœminis communibus, & quibus aliunde non competit iuriſdictio; non autem de præcellentibus, & ſupereminentibus, ſi aliunde iis competit iuriſdictio; & ſecundùm illam, neque etiam ſubduntur iuri communi, vt ſunt, v. g. Reginæ, & ſimiles, quæ habent ſupremam poteſtatem in populos, aut Communitates perfectas: vnde & quod dicitur ibi de fœminis, ſtatim ſubditur etiam de impuberibus; vt, ſcilicet, etiam hi abſtineant ab omnibus officiis ciuilibus, id eſt, ab illis, quæ publica authoritate demandantur per poteſtates ſupremas; ac proinde non eſt ſermo de his poteſtatibus ſupremis, vt patet ex textu, & notat Suar. *cap. 9. cit. num. 9.*

Digitized by Google

num.9.& 15. Salas, Vaſq. & alij communiter apud Bonacin. *diſp.1.qu.1.puncto 3.num.8.in fine.*

Et ſimiliter, quod habet S. Paulus 1. Corint. 14. *Mulieres in Eccleſia taceant.* non enim permittitur eis loqui, ſed ſubditas eſſe. & 1. ad Timoth. 2. *Mulier in ſilentio diſcat cum omni ſubiectione: docere autem mulieri non permitto, neque dominari in virum,* &c. non ſignificat, quòd ſit de iure diuino, vt mulier ſit omni modo viris ſubiecta, & nunquam poſſit illis præeſſe, aut per leges præcipere; ſed ſolùm, quòd in Eccleſia, & in doctrina, vel rebus fidei tacere debeat; non autem publicè illam tradere, concionando, docendo, & alia eiuſmodi exercendo: quia enim hic actus eſt poteſtatis ſpiritualis, & ex claue ſcientiæ, meritò fœmina ab illo repellitur, cùm Chriſtus ipſe hanc poteſtatem ſolis viris tradiderit; non autem fœminis, *cap. Noua. de pœniten. & remiſſ.* vt etiam *ſuprà* diximus *diſp.6.num.4.* Et quod addit S. Paulus de ſubiectione fœminarum ad viros, ſolùm intelligitur in ordine ad matrimonium, & de fœminis, in quantum ſunt matrimonio iunctæ: & hoc modo certum eſt, quòd naturaliter, quoad actus matrimonij, & quoad regimen domus, fœmina eſt viro ſubiecta, id eſt, marito: cum hac tamen ſubiectione domeſtica, & naturali, quam habet mulier ad ſuum virum, benè poteſt ſtare præeminentia, & poteſtas ciuilis in ordine ad regimen totius Communitatis, ſi fortè hæc poteſtas aliunde competat fœminæ, vt iam diximus.

58. *Quomodo Regina poſſit leges ferre.* Sed, vt diſtinctiùs explicemus, quomodo poteſtas legiſlatiua poſſit cadere in fœminam, triplex caſus poteſt diſtingui, in quo id poſſit fœmina, verbi gratia, ſi ſit Regina. Primò enim poteſt regnum iure hæreditatis ad ipſam pertinere; & prætereà poteſt contingere, vt ipſa ſit planè libera à ſtatu coniugij, & nondum nupſerit, vel certè vidua manſerit, & ideò pro ſe ſola, & quaſi ſine ſocio regnum regat & adminiſtret. Secundò, poteſt regnum hoc modo ad ipſam ſpectare; ſed prætereà poteſt contingere, vt ipſa ſit in ſtatu coniugij, & nupſerit, verbi gratia, militi, qui ſolùm ratione matrimonij appelletur, & honoretur, vt Rex; & ſi præcipiat, etiam obedientia illi præſtetur. Tertiò denique poteſt contingere, vt regnum iure dominij, & proprietatis non ad ipſam pertineat; ſed ad maritum, & ipſa ratione tantùm matrimonij, appelletur, & honoretur, vt Regina. Et in primo caſu certum eſt, quòd poſſit leges condere, ſi regni poteſtas, & ſuprema adminiſtratio ipſi ſoli incumbat, vt iam diximus. In ſecundo verò caſu, negant aliqui apud Suar. *lib.3. de legib. cap.9. num. 54.* & apud Vaſq. *1.2. diſp.153. cap.3. num.31.* manere ampliùs apud Reginam adminiſtrationem regni, & poteſtatem legiſlatiuam; ſed affirmant, eam transferri in ipſum maritum, vel ſaltem illi communicari, & ſimul manere in vtroque: nam, quemadmodum ex matrimonio habet maritus poteſtatem, & ius gubernandi vxorem in omnibus, eamque corripiendi, ſi opus ſit; neque ipſe vlla in re tenetur ſubdi illius imperio, & præceptis; ita & à fortiori habet ius gubernandi res ipſius, & per conſequens regnum adminiſtrandi, & leges ferendi, neque ipſe poteſt teneri illius legibus.

Sed communis ſententia Iuriſtarum eſt in contrarium, quòd etiam conſtante matrimonio, regni proprietas, & adminiſtratio ſit penes Reginam; non autem penes maritum: & expreſsè ſic aſſerit Bald. *in cap. Significanti. num.3. de reſcript.* & ex illo Tiraquel. *de nobilit. cap.18. num.3.* Decius Alciatus, & alij apud illum, & ex Theologis idem ſentit Suarez *cap.9. cit. num.10. & ſeq.* Vaſqu. *1.2. diſput.153. cap.3. num.33. & ſeq.* Salas *de legibus, diſp.7. ſect.9. num.63.* Bonacin. *diſp.1. queſt.1. puncto 3. num.9.* & alij apud ipſos. Et ratio eſt ex Baldo: quia nec poſſunt eſſe duo Reges in ſolidum, nec regnum poteſt alienari, aut in dotem dari. Et vis rationis ex Suario *ibidem, num.10. cit.* in hoc conſiſtit, quia Regina, per matrimonium, quod cum milite contrahit, non transfert regnum in maritum, abdicando illud à ſe, neque illud marito confert, & quaſi communicat, vt propterea regni poteſtas ſimul, & æqualiter maneat in vtroque, & ſit communis: ergo illud ſibi retinet, & etiam ſtante matrimonio poteſt illud ſola adminiſtrare, ſi velit: cùm enim Regis poteſtas, atque officium ſit, veluti onus perſonale collatum à ſubditis per electionem perſonæ, eiúſque induſtriæ; non poteſt transferri in alium ſine conſenſu eorundem ſubditorum, & contra conditiones primò appoſitas, quæ communiter ſolent eſſe, vt ſolùm transferatur per ſucceſſionem, vel per nouam electionem; non autem per alium modum alienationis. Et quemadmodum vxor quæcunque ex nullo iure, ſiue diuino, ſiue naturali, aut humano, per hoc, quòd alteri nubat, transfert in illum dominium ſuorum bonorum, illúdque à ſe abdicat; ita & Regina, per hoc, quòd militi nubat, non abdicat à ſe poteſtatem Regni, eámque transfert in maritum, etiamſi alioqui talis eſſet ea poteſtas, vt poſſet transferri. 59. *Regnum non poteſt alienari, neque in dotem dari.*

Et quòd prætereà huiuſmodi poteſtatem neque etiam conferat, & quaſi communicet Regina marito, vt propterea dici poſſit regni poteſtas, ſtante matrimonio, reſidere ſimul, & æqualiter in vtroque coniuge, patet ex eo: quia, ſicut monſtruoſum eſt in natura, vt vnum corpus habeat duo capita; ita & in ciuilibus, vt vnum regnum habeat duos Reges. Et ſi illi ſint inter ſe æquales quoad poteſtatem, neque vnus ſit vllo modo ſub altero, nulla erit via definiendi pro populo, quid ſit agendum, vel à quo abſtinendum, ſi fortè occurrat grauis aliquis caſus, aut neceſſitas; & illi duo, qui regno æqualiter potiuntur, inter ſe diſſentiant, & neque etiam in hoc conueniant, vt adhibeant ſortes, vel faciant compromiſſionem in aliquo tertio; quòd certè ſubditis eſſet maximè malum. Et ſi ſubditi à prima Regis inſtitutione, & electione vnum tantùm voluerunt regnare, & non ſimul duos, non poteſt ſine eorum conſenſu de nouo induci etiam per matrimonium, vt regnent duo. Et ſi poteſtas ſuprema Principis ex communi axiomate neque poteſt abdicari ab ipſo Principe, neque minui; omninò neque etiam poteſt communicari alteri, vt poſteà ſit æqualiter in vtroque, cùm hæc ſit certiſſima, & maxima diminutio, in quantum tota poteſtas erat tantùm in vno.

Et quod dicimus de ipſo regno, eiúſque poteſtate quaſi habituali, quòd non poſſit abdicari à Regina, & transferri in maritum, & quòd non poſſit illi conferri, & quaſi communicari; idem eſt dicendum etiam de adminiſtratione, & exercitio actuali talis poteſtatis: nam ſimiliter non poteſt Regina abdicare illam à ſe, etiam ad vitam mariti, & durante matrimonio; ita vt ad illum ſolum tota pertineat, & poſſit ille quidquid voluerit, etiam reclamante, ac repugnante Regina: ſiquidem in prima Regis inſtitutione, & electione ad hoc ipſum exercitium poteſtatis, & ad hanc ipſam adminiſtrationem actualem, ſubditi elegerunt certam perſonam, eiúſque induſtriam, vt iam diximus; nec voluerunt à tali perſona eam totaliter ſeparari. Et in hac re diuerſa eſt ratio adminiſtrationis regni,

& admi

& adminiſtrationis aliorum bonorum dotalium, aut aliter pertinentium ad vxorem: hæc enim poſterior adminiſtratio benè poteſt per matrimonium transferri in maritum: quia ſolùm eſt propter ipſam vxorem; & ſolùm pendet ab illius voluntate; illa verò prior omninò non poteſt: quia contraria ratione eſt propter ſubditos, & non propter Reginam; & dependet à voluntate illorum, non autem huius, vt notat Suar. *lib.3.de legib.cap.9.num.*12.& Vaſq.1.2.*diſp.*153.*cap.*3.*num.*35. qui etiam id confirmat ex eo, quod accidit in iurepatronatus, quod ſimiliter, ſi competat fœminæ, non transfertur per matrimonium in maritum.

Et ſimiliter, neque etiam Regina poteſt hanc actualem adminiſtrationem regni, & exercitium poteſtatis ita communicare marito, vt ſimul velit eam eſſe penes vtrunque; & neque ipſa Regina poſſe aliquid debeat ſine marito, neque maritus ſine Regina. Contrà enim eſt: quia hoc etiam eſſet minuere adminiſtrationem Reginæ; quod tamen ſine conſenſu ſubditorum, & regni non poteſt facere: & grauiter id cederet in damnum ſubditorum, ſi fortè vterque in graui aliquo caſu non conſentiret, neque aliter poſſet res definiri, vt iam diximus. Quare, etiamſi maritus Reginæ poſſit illam habere ſubiectam in iis, quæ pertinent ad matrimonium, & ad gubernationem domeſticam; falſum tamen eſt, quòd non poſſit etiam ipſe in aliquo alio eſſe ſubiectus Reginæ, ſi aliunde illi competat ſuprema poteſtas, & non teneatur parere illius legibus, ſicut & cæteri, qui ſunt de regno, vt notat Suar. *cap.9.cit. num.*15.

20. *Regina maritum multùm ex illa nobilitatur.*

Rectè tamen addit Bald. *in cap.Significauit.num.* 3.*cit.de reſcript.* non eſſe negandum, quin maritus Reginæ multùm ex illa nobilitetur, euiſque radiis (vt ipſe loquitur) multùm coruſcet: ſi enim ex iure communi *l.vnica, C.de præpoſ. laborum,lib.*12. qui comitantur Imperatorem, ex hoc ipſo comitatu clariſſimi ſunt, & digni immunitate, eóſque illuſtrat ipſe comitatus imperatorij lateris, vt ibi dicitur; potiori ratione dicendus eſt nobilitari maritus ex Reginæ coniugio, per quod cum illa efficitur vna caro, & eoſdem honores, & dignitates participat. Et quamuis communiter trahatur vxor ad participandas conditiones mariti, tanquàm capitis, & principalioris in contractu matrimonij, & communiter eius nobilitatem, aut ignobilitatem ſequatur, vt pluribus probat Tiraq. *de nobilit.cap.*18.*num.*1. & 15. ſi tamen vxoris tanta ſit præcellentia, quanta eſt in Regina; contraria ratione trahit vxor maritum ad participandas ſuas conditiones, eíque communicat ſuam nobilitatem, & dignitatem, vt idem ſubdit *num* 39.& ex illo Suar.*cap.9.cit.num.*39. Vnde & participat etiam ipſe appellationem, & dignitatem Regis; quamuis non poteſtatem, aut adminiſtrationem regni, vt diximus; niſi quantùm ipſa Regina voluerit illi committere, vt habet Bald.*num.*3. *cit.* Et ad hanc commiſſionem interpretandam non eſt ſatis, ſi talis Rex aliquid ſtatuat, & Regina non contradicat: ſed requiritur, vt expreſsè illi committat talem facultatem præcipiendi, & ſtatuendi, vt de iure communi habet Bald. *ibidem*, & ex illo Vaſq. 1.2. *diſp.*153.*cap.*3.*n.*35. Atque ex his etiam colligitur, quid ſit dicendum de Regina in tertio caſu ſuprapoſito, id eſt, quando regnũ non ad ipſam pertinet iure proprietatis, & dominij; ſed ad virum; & ipſa ratione ſolùm matrimonij appellatur & honoratur vt Regina: ſicut enim maritus, ſi ſolùm ex matrimonio cum Regina appelletur, & honoretur, vt Rex; non habet ex ſe vllam poteſtatem ad leges condendas, vel ad regnum adminiſtrandum, niſi quatenus Regina eam illi commiſerit, vt iam diximus: ita à fortiori etiam vxor, ſi ſolùm ex matrimonio cum Rege participet nomen, & dignitatem Reginæ, vt ſtatuitur *Authen. de Conſulib.* §.*Si antẽ vxor.collat.*4. & *l. Mulieres C.de dignitatib.lib* 12. cùm enim hæc dignitas non ſit iuriſdictionis, ſed ſolius honoris, non trahit ſecum poteſtatem ad leges ferendas, vt notat Suar. *lib.3.cap.9.cit.num.*7.& Vaſq.1.2.*diſp.*153.*cap.*3.*num.*34.

Siue autem leges ferantur à Rege, ſiue à Regina, ſiue ab alio quocunque, qui ſit Caput Communitatis, & gerit vicem totius multitudinis, vt loquitur S.Thom.1.2.*quæſt.*30.*art.*3. non debet huiuſmodi Princeps, ſi fortè habeat curam, aut gerat vicem duplicis Communitatis totalis, & nullo modo facientis vnam Communitatem, ferre legem, quæ ſit directè in damnum vnius, ad hoc, vt conſulat bono alterius. Ita Sot. *lib.1.de iuſtitia,q.*1.*art.*2.*ad finem*, & omnes recentiores communiter apud Salas *diſp.* 1.*de legib ſect.*8.*num.*49. Atque ita, ſi vnus, & idem ſit Rex duorum regnorum, eo modo debet per leges conſulere bono cuiuſque, quo conſuleret, ſi tantùm eſſet Rex alterutrius: nam, ſicut ipſa multitudo vnius regni, quæ in talem Regem contulit ſuas vices, non tenetur, neque intendit cum ſuo damno conſulere alteri multitudini, aut regno; ita neque Rex, qui gerit illius vices, poteſt illam ad id obligare, aut eam priuare ſuis bonis, ac iuribus, vt illa transferat in aliam Communitatem. 21. *Rex duorum regnorum nõ debet pro bono vnius ferre leges in damnum alterius.*

Secùs verò eſſet, ſi vtraque Communitas eſſet aliquo modo partialis, & ſimul pertineret ad idem totum; & conſtitueret, v.g. vnum regnum: quia tunc æquum eſſet, vt propter bonum totius regni, vna aliqua ciuitas aliquando exponeretur à Rege alicui incommoditati, aut damno; ſicut & in animali exponitur vnum membrum propter ſalutem totius. Et ſi fortè incommodum, aut damnum, quod pateretur vna Communitas totalis propter aliam, non eſſet in bonis, ac iuribus, quæ verè eſſent ipſius; ſed ſolùm in aliquo, quod ei conueniret ex libera promiſſione, & conceſſione alterius, vel quouis alio modo dependeret à libera voluntate illius; benè poſſet Rex ſine iniuſtitia tali commodo eam priuare, vt illud idem tribueret alteri, ex Salas *loc.cit.* vt, ſi Rex prohiberet, v. g. ne tale regnum haberet commercium cum illo alio, quod inde trahit magnam vtilitatem, & præciperet, vt haberet cum aliquo tertio: quia id ſolùm eſſet non facere ampliùs beneficium illi regno; non autem eſſet facere illi iniuriam, aut iniuſtitiam: ſiquidem illud ad talem vtilitatem percipiendam ex tali commercio non habet vllum ius; ſed illam percipit ſolùm ex libera voluntate regni habentis, & volentis illud commercium, & ex gratuita conceſſione Regis.

DISPVT. XIII.

Quomodo lex poſitiua, ad hoc vt obliget, debeat eſſe ſolenniter promulgata.

1. *Lex poſitiua non poteſt obligare, niſi ſolenniter promulgata.*
2. *Promulgatio ad legis obligationem requiritur, etiam de iure naturali.*
3. *Promulgatio non debet eſſe quæcunque declaratio legis; ſed ſolennis, & publica.*
4. *Solennitates in promulgatione poſſunt eſſe diuerſa.*
5. *Promulgatio eſt de eſſentia legis, non autem eſt ſolùm conditio.*

6. *In lege diuina, & naturali non requiritur ſolennis, & publica promulgatio.*
7. *De potentia Dei etiam lex humana poteſt obligare ſine ſolenni promulgatione.*
8. *Ad legis obligationem non eſt ſatis notitia priuata, quæ poteſt de illa haberi ante ſolennem promulgationem.*
9. *Licitum eſt vendere currenti pretio, ſi hoc ſciatur breui eſſe variandum per legem.*
10. *Vtrùm Scriptura pertineat ad eſſentiam legis.*
11. *Scriptura non eſt de eſſentia legis.*
12. *Lex, & conſuetudo quo differant.*
13. *Sententia ad ſui validitatem requiritur, vt feratur ſcripto.*
14. *Etiam legum declarationes iuridicæ, vel authenticæ, ſunt promulgandæ.*
15. *Declarationes Concilij Tridentini vtrum habeant vim legis.*
16. *Deciſiones Rotæ ſolùm ſunt doctrinales, & magiſtrales.*
17. *Reſponſa, aut reſcripta Pontificum ad caſus particulares, quomodo habeant vim legis.*
18. *Soluuntur rationes, quòd declarationes Congregationis ſint propriè leges.*
19. *Aſſeruntur Doctores, quòd non ſint leges.*

SVPRA *diſp.* 2. ex S. Thom. 1.2. *quæſt.* 90. *art.* 4. legem in vniuerſum deſcripſimus, quòd ſit ordinatio rationis ad bonum commune, ab eo, qui curam habet Communitatis promulgata. Quare poſt explicatas hucuſque priores particulas deſcriptionis, & quomodo lex eſſentialiter ſit quid rationis, & quomodo ſit ad bonum commune, & quomodo ab eo, qui habet curam Communitatis, poſtremo loco eſt explicanda poſtrema, quomodo requirat, vt ſit promulgata.

1. *Lex poſitiua non poteſt obligare, niſi ſolenniter promulgata.*

Et breuiter concluſio ſit, quòd non poteſt lex poſitiua obligare, niſi ſit ſolenniter promulgata. Ita S. Thom. 1.2. *qu.* 90. *art.* 4. Caiet. *ibid.* Suar. *lib.* 1. *de legib. cap.* 11. Vaſq. 1.2. *diſp.* 155. *cap.* 2. Salas *diſp.* 1. *de legibus, ſect.* 10. Azor. *part.* 1. *lib.* 5. *cap.* 3. Reginald. *in praxi, lib.* 13. *cap.* 16. *num.* 151. Mol. *tract.* 5. *de iuriſd diſp.* 70. Sot. *lib.* 1. *de iuſt quæſt.* 1. *art.* 4. Caſtr. *lib.* 1. *de lege pœn. cap.* 1. Sayr. *lib.* 3. *clau. reg. cap.* 5. Bonac *diſp.* 1. *de legib quæſt.* 1. *puncto* 4. Nauar. *conſ.* 1. *de conſtit. quæſt.* 4. *lib.* 1. & *in Man. cap.* 13. *num.* 44. & omnes communiter. Ratio S. Thom. *art.* 4 *cit.* eſt: quia, cùm lex imponatur per modum regulæ, & menſuræ humanarum actionum, impoſſibile eſt, vt illas regulet, & menſuret, niſi applicetur ipſi operanti; neque poteſt applicari, niſi per notitiam, eáque non poteſt haberi, niſi per promulgationem.

2. *Promulgatio ad legis obligationem requiritur etiã de iure naturali.*

Quæ ratio, vt notat Vaſq *cap.* 2. *cit. num.* 13. ex ipſa rei natura, & iure ipſo naturali oſtendit, neceſſariam eſſe promulgationem legis ad hoc, vt obliget. Quare, quamuis requiratur ex iure canonico, & ciuili: ſiquidem *Authen. Vt factæ nouæ conſtitutiones.* expreſsè habetur, quòd leges tunc valent, quando in commune factæ ſunt manifeſtæ: & *cap. In iſtis. d.* 4 quòd tunc inſtituuntur, cùm promulgantur; non tamen requiritur ex ſolo iure canonico, & ciuili; ſed etiam ex iure naturali. Et quamuis concluſio poſſit intelligi ſuo modo etiam de lege naturæ, ſiquidem etiam hæc omnibus promulgatur per vocem quaſi communem totius naturæ, eiúſque authoris, vt notat Suar. *lib.* 1. *de legib. cap.* 11. *n.* 4. &, vt loquitur S. Thom. *art.* 4. *cit. ad* 1. eius promulgatio ſatis habetur ex hoc, quòd Deus mentibus hominum eam inſerit naturaliter cognoſcendam; propriè tamen ſolùm intelligitur de lege poſitiua, ſiue humana, ſiue diuina, de qua hîc loquimur.

3. *Promulgatio non debet eſſe quæcunque declaratio legis; ſed ſolennis, & publica.*

Dum autem dicimus, requiri promulgationem, non quancunque, ſed ſolennem; ſolùm aſſerimus, non ſufficere quancunque propoſitionem, aut declarationem ordinationis, & voluntatis Principis; ſed requiri illam determinatè, qua Princeps loquatur, vt Princeps; ſuíſque ſubditis ex poteſtate, & voluntate eos obligandi intimet, & inſinuet ordinationem ſuam; & ex qua omnes ſubditi poſſint ſimul obligari; non autem aliqui priùs, quàm alij. Vnde, ſi ſolùm in Senatu legem proponat, vel ad deliberandum, vel ad enunciandum id, quod habet in animo præcipere ſubditis; non eſt cenſenda ſufficiens promulgatio ad inducendam obligationem legis, vt notat Vaſq. *diſp.* 55. *cap* 2. *cit. num.* 14. ſicut neque ſi ſolùm mandet illam imprimi, & in fine mandet adiungi, quòd ſit publicata tali die; niſi præterea ſit reuerà promulgata tali die voce præconis, vel aliter certis locis affixa, & omnibus expoſita, vt idem ſubdit *n.* 15.

4. *Solennitates in promulgatione poſſunt eſſe diuerſa.*

Quæ autem ſolennitates ſint neceſſariæ ad huiuſmodi promulgationem, maximè pendet ex vſu, & conſuetudine cuiuſque regni, aut prouinciæ: & quantùm eſt ex natura rei, parum refert, ſiue promulgatio fiat ſcripto, & affixione, ſiue voce, ſiue alio quouis modo; &, vt dicitur *c. Conſuetudo. d.* 1. ſola ratio legem commendat, nec differt, vtrùm ſcriptura, an ratione conſiſtat: & *Inſtit.* §. *Sed & quod. de iure nat. gent. & ciuili.* quodcunque Imperator per epiſtolam conſtituit, vel cognoſcens decreuit, vel edicto præcepit, legem eſſe conſtat. Et de lege veteri, quòd ſignis, & prodigiis fuerit à Deo promulgata, habetur *Exodi* 19. & 20. & de lege noua, quòd poſt aduentum Spiritus ſancti fuerit per Apoſtolos prædicata, patet ex Actis Apoſtolorum: & leges humanæ aliquando promulgantur per vocem præconis, aliquando per affixionem ſcripturæ; & aliquando vtroque modo, vt conſtat ex vſu.

Et quamuis neque ſcriptura, neque vox determinatè accepta ſit de eſſentia legis, aut ſimpliciter neceſſaria ad ſolennem promulgationem, vt probat Suar. *lib.* 1. *de leg. cap.* 11. *num.* 9. eſt tamen neceſſaria earum altera indeterminatè accepta, vel aliquid aliud illis æquiualens. Atque hoc ſolùm exiſtimo velle Panorm. *in cap.* 1. *de poſtul. Prælat. num.* 10. & ex illo Reginald. *lib.* 13. *num.* 155. quando aſſerunt, ſatis eſſe ad hoc, vt obliget aliqua conſtitutio, ſi fuerit ſolenniter edita, vel publicè promulgata; neque eſſe expectandam promulgationem, quando iam eſt ſolenniter edita; ſed hanc eſſe expectandam, quando ſolùm eſt edita ſine ſolennitate: neque enim intendunt, quòd promulgatio non ſit ſimpliciter neceſſaria ad legis obligationem, vt illis imponit Bonac. *puncto* 4. *cit. num.* 6. intelligendo, nomine promulgationis, ipſam legis propoſitionem, & ſufficientem declarationem voluntatis Principis: ſed ſolùm, quòd non ſit neceſſaria promulgatio facta determinatè per vocem præconis, vel determinatè per affixionem ſcripturæ, vel per aliquid ſimile; & quòd ſufficiat, vt ſolenniter detur ad ſubditos, in quocunque tandem conſiſtat talis ſolennitas; & ſiue fiat immediatè, & per ſe, ab ipſo Principe per ipſum actum dationis legis; ſiue mediatè, & per alium quaſi adminiſtrum, & exercentem alium actum, qui ſit completiuus dationis legis: hoc enim tantùm modo eſt id, quod habetur *cap.* 1. *cit. de poſtul. Prælat.* verbis illis: *Nec ſit neceſſarium, cum conſtitutio ſolenniter editur, aut publicè promulgatur, ipſius notitiam ſingulorum auribus inculcare.* Et hoc ſolùm intendere Panormitanum, clarè patet ex eo, quod ibi concludit, obligare

conſtitu

conſtitutionem ſolenniter editam in conſilio populi, licèt non fuerit publicè promulgata. Et denique, hoc idem velle Reginaldum, apertè declarant ipſius verba: *Conſtitutio ſolenniter edita ligat ſcientes, antequàm alia fiat eius promulgatio, vt notat Panorm.* Dum enim aſſerit, non eſſe opus alia promulgatione vltra ſolennem editionem, apertè aſſerit, quòd etiam ipſa ſolennis editio ſit aliqua promulgatio. Imò *cap. 1. cit. de poſtulat. Prel.* pro eodem ſumitur ſolennis editio, & publica promulgatio: & particula, *aut*, vel eſt expungenda, & pro illa eſt reponenda particula, *&*, vt habetur in multis Codicibus ex Bonacina *num. 6. cit.* vel eſt accipienda pro particula, *&*, vel, *ſeu*, vt notat Salas *diſp. 1. de legib. ſect. 10. num. 6.* Azor. *par. 1. lib. 5. cap. 3. quæſt. 1.* Suar. *lib. 3. de legib. cap. 16. num. 2.* & apud Bonacin. *num. 6. cit.*

5\. *Promulgatio eſt de eſſentia legis; non autem eſt ſolùm conditio.*

Quòd ſi quæras, vtrùm huiuſmodi promulgatio ſit ſolùm conditio, ſine qua non; an verò ſit de eſſentia ipſius legis:

Reſpondet Vaſq. *diſp. 55. cap. 2. cit. num. 16.* Mol. *tract. 5. cit. diſp. 70. num. 1.* Bonacina *puncto 4. cit. n. 6.* Suar. *lib. 1. de legib. cap. 11. cit. num. 6.* quòd eſt de eſſentia ipſius legis: quia ad rationem legis hominibus traditæ pertinet, vt ſit penitum ex ſe proximè aptum, vt applicetur vnicuique per actum notitiæ, & conſcientiæ, ad regulandos illius actus; quæ tamen proxima aptitudo illi non conuenit ante promulgationem, vt ex ſe patet. Vnde & *cap. In iſtis d. 4. cit.* dicitur, quòd promulgatio ſit ipſa inſtitutio legis, & quòd leges tunc inſtituuntur, cùm promulgantur. Quare, quod S. Thom. *1. 2. quæſt 90. art. 4 cit.* aſſerit, legem applicari ad regulandum, & menſurandum per promulgationem, non intelligitur de applicatione formali, & in actu ſecundo; ſed de radicali, & in actu primo, id eſt, de proxima applicabilitate: & ideò *in fine corp.* eam ponit formaliter in definitione legis, tanquam aliquid pertinens ad eſſentiam: & *quæſt. 17. de veritate, art. 3.* applicationem legis in actu ſecundo, & quæ ſe habet ſicut contactus in agentibus naturalibus, ait haberi per conſcientiam; non autem per promulgationem, vt etiam *ſuprà* diximus, dum ageremus de conſcientia: & certum eſt, quòd conſcientia circa obligationem legis omninò ſupponit promulgationem.

6\. *In lege diuina, & naturali, non requiritur ſolennis, & publica promulgatio.*

Hoc verò totum, quod dicimus de neceſſitate ſolennis promulgationis, ſolùm debet intelligi de lege humana: quia Deus non eget externa publicatione ſuarum legum; & ſi illas per ſolam internam reuelationem proponeret, non eſt dubium, quòd verè, & propriè eſſet lex, vt notat Vaſq. *diſp. 155. cap. 2. cit. num. 17.* ſicut & obligat lex naturæ, quam Deus ſolùm interiùs, & in mentibus inſerit, vt loquitur S. Thom. *1. 2. quæſt. 90. art. 4. ad* 1. Imò, abſolutè loquendo, etiam poſſet per Dei potentiam lex humana abſolui ab hac neceſſitate ſolennis promulgationis, vt, v. g. ſi Deus præciperet, vt ordinatio Principis quomodocunque expreſſa, & ſignificata exteriùs, haberet vim legis, & omnes obligaret; quamuis poſteà excuſarentur à culpa, qui illam ignorarent,

7\. *De potentia Dei etiã lex humana poteſt obligare ſine ſolenni promulgatione.*

vt notat Suar. *lib. 1. de legib. cap. 11. num. 6. cit.* Salas *diſp. 1. de legib. ſect. 10. cit. num. 5.* & ex illo Bonacina *puncto 4. cit. num* 8. quia eſſentia legis non eſt quid merè phyſicum, neque conſiſtit in indiuiſibili, vt propterea neque etiam a Deo, & per quancunque potentiam poſſit illi aliquid addi, aut detrahi; ſicut contingit, v. g in eſſentia hominis: ſed eſt quid morale, & conſiſtit in complexione rerum plurium, quæ moraliter ſunt neceſſaria ex parte Principis, & publicæ poteſtatis, ad hoc, vt obliget ſubditos, & benè conſulat bono communi: & cùm inter hæc ſit etiam promulgatio, vt iam diximus, rectè dicitur etiam hæc de eſſentia legis. Non poſſet verò id facere ipſe etiam Princeps, & ſtatuere etiam ipſe, vt ſuæ ordinationes quomodocunque expreſſæ haberent vim legis, & omnes obligarent ex hac ipſa qualicunque expreſſione, vt notat Suar. *num. 6. cit.* quia poteſtas, quam habet ad leges ferendas, non eſt menſuranda pro ſola voluntate ipſius leges ferentis, vel pro ſola, & abſoluta poſſibilitate, aut non repugnantia ipſius rei; ſed pro conuenientia ad bonum commune, & ad modum connaturalẽ obligandi ſubditos ſimul omnes; qui tamen ſolùm eſt per applicationem legis, ſimul ad omnes, id eſt, per ſolennem, & publicam promulgationem.

8\. *Ad legis obligationem non eſt ſatis notitia priuata, quæ poteſt de illa haberi ante ſolennẽ promulgationem.*

Atque ex hoc, quod dicimus de neceſſitate ſolennis promulgationis ad legis obligationem, apertè ſequitur, quòd non eſt ſatis ad hoc, vt lex obliget ſingulos, ſi fortè ſinguli habeant priuatam notitiam de voluntate Principis, ſed debent habere notitiam publicam ex ſolenni promulgatione: quia hac tantùm ratione eſt completa, & vltima latio legis, prout exit à Principe, id eſt, ipſa legis inſtitutio, vt iam diximus *ex cap. In iſtis d. 4.* & ſolùm per illam loquitur Princeps, vt Princeps, ſuúmque imperium intimat ſubditis. Et idem habetur etiam *cap. Ad hæc de poſtul. Prælat.* vbi dicitur, quòd vt aliquis teneatur ad obſeruantiam conſtitutionis, ſatis eſt, ſi nouerit eam ſolenniter editam, aut publicè promulgatam. Et clariùs *in Auth. Vt factæ nou. conſtit.* vbi ſtatuitur, quòd conſtitutiones ex illo valent, ex quo in commune factæ ſunt manifeſtæ. Et ratio eſt: quia leges, ſicut ad omnes feruntur æqualiter; ita & debent ſimul omnes, quantùm fieri poteſt, incipere obligare: quod tamen eſſe non poteſt, niſi ex publica, & ſolenni promulgatione, cùm præſertim ſæpè ſint odioſæ, & difficiles; & ideò non temerè, & ex quacunque notitia veniant obſeruandæ.

9\. *Licitum eſt vendere currenti pretio, ſi hoc ſciatur breui eſſe variandum.*

Vnde, ſi quis interfuiſſet conſilio Principis, de minuendo, v. g frumenti pretio, & de lege ſuper eo ferenda, antequàm huiuſmodi lex promulgaretur, licitè poſſet frumentum vendere pretio currente, & maiore; tum, quia adhuc frumentum tanti æſtimatur, & lex non obligat niſi promulgata; tum verò, quia vitium illud, quòd frumentum poſt paucos dies debeat valere minoris, non eſt intrinſecum ipſi frumento, vt debeat de iure naturæ, & ex debito naturalis iuſtitiæ manifeſtari emptori, vt notat Sylu. *verb. emptio, quæſt. 15.* Sot. *de iuſt. lib. 6. quæſt. 3. art. 2.* Petr. Nauar. *lib. 3. de reſtit. cap. 2. num 33.* & alij, qui abſolutè docent, licitum eſſe vendere pretio currente, etiamſi ſciatur illud breui eſſe variandum, quidquid in contrarium dicat Conrad. *de contract. quæſt. 56. & 66.* & aliqui alij.

10\. *Verùm ſcriptura pertineat ad eſſentiam legis.*

Sed contra id, quod diximus, non eſſe de neceſſitate promulgationis, vt fiat ſcripto, poteſt obijci: quia oppoſitum aſſerit Turrecremata *in cap. Lex eſt. d. 1.* vbi ait, ſcripturam eſſe de eſſentia legis: & plures alios citat, quos etiam refert Salas *diſp. 1. de legib. ſect. 9. num. 64.* Imò & videtur idem docere etiam S. Thom. *2. 2. quæſt. 57. art. 1. ad* 2. vbi ait, quòd ius vocatur lex, quando redigitur in ſcriptum. Et ratio videtur eſſe: quia, vt habetur *c. Mos eſt. & cap. Lex eſt. d. 1.* & tradit S. Iſidor. *lib. 2. etymol. cap. 10. & lib. 5. cap. 3.* hoc eſt diſcriminis inter legem, & morem, ſeu conſuetudinem, quòd lex ſit ſcripta; mos verò, & conſuetudo ſit non ſcripta: & *l. Humanum. C. de legibus.* dicitur, quòd in poſterum non aliter leges ſunt promulgandæ, niſi priùs fuerit ſeruata hæc formula, vt de illa fuerit tractatum inter palatij proceres, & Patres conſcriptos; & quòd illis placuerit,

cuerit, fuetit dictatum, & denuò collectis omnibos recenſitum, & tandem coram Imperatote recitatum, & eius conſenſu fitmatum; quæ tamen formula apettè oſtendit, neceſſariam eſſe ſcripturam, cùm dictatio procerum ſola ſcriptura excipiatur, & recitatio coram Impetatòre ex ſola ſcriptura fiat. Et confitmatut: quia hoc ipſum importat etiã vocabulum, & ſonus legis, ſi deriuetut à legendo, vt *ſuprà* diximus ex eodem S. Iſidoro *ibidem*: ſiquidem legi non poteſt, quod non eſt ſcriptum; & cùm lex in perpetuum, & vno ſemper modo debeat obligare, omninò debet ferri ſcripto, ne alioqui memoria excidat, aut aliter, atque aliter à diuerſis refetatut, & ſernetur. Et has ob cauſas Deus ipſe vetetem legem ſcripto tradidit, eáque antonomaſticè appellatur lex ſcripta. Et ſi ſententia, quæ à Iudice fertur, ad ſui validitatem requirit, vt ſcripto ferator, vt docent DD. communiter *in cap. fin. de ſententia, & re iudicata*; potioti ratione hoc idem debet tequitere etiam lex, quæ ad plutes extenditur.

11. *Scriptura non eſt de eſſentia legis.* Sed contrà eſt: quia, quòd ſcriptura non pettineat ad eſſentiam legis, eſt communis ſententia apud Suat. *lib. 1. de legibus, cap. 11. num. 9. & lib. 3. c. 15. num. 6.* & apud Salas *diſp. 1. de legibus, ſect. 9. n. 64 & ſeq.* & expreſſè ex Ariſtot. 10. *Ethic. cap. 9.* vbi ait, nihil intereſſe, vtrùm leges ſint ſctiptæ, an non ſcriptæ: & patet *ex cap Conſuetudo d. 1. cit. & ex §. Sed & quòd. Inſtitut. de iure naturali gent. & ciuil.* vbi id expreſſe habetur: & clariùs *ex l. De quibus. ff. de legibus.* vbi dicitur, quòd etiam illa habent vim legis, & omnes obligant, quæ ſine vllo ſcripto populus probauit: & idem ſupponitur etiam *cap. Inſtitutionis. 25. qu. 2.* vetbis illis: *Siue quæ ſcripto decreuimus, ſiue quæ in noſtra præſentia videntur diſpoſita eſſe.*

12. *Lex, & conſuetudo quo differant.* Quare ad diffetentiam, qoæ affertur inter legem, & morem, ſeu conſuetudinem, dico, eam rectè aſſignari ex eo, qood de facto, & communiter fit: vere enim leges cõmuniter ſcripto ferũtur, & vetè conſuetudines non ſcribuntur: & quoniam hoc eſt accidentale, tam legi, quàm conſuetudini, ex aliquo alio videtur ſumenda differentia eſſentialis; id eſt, ex eo, quòd lex habet initium, & vim obligandi ex voluntate explicita Principis: conſuetudo verò ex actibus populi ſtequentatis cum exiſtimatione obligationis, & cum voluntate ſolùm implicita ipſius Principis.

Neque S. Thom. 2. 2. *qu. 57. art. 1. ad* 2. aliud aſſerit, niſi, quòd ius vocetur lex, quando eſt ſctiptum; idque poteſt eſſe veriſſimum, ſiue ſcriptura ſit de eſſentia legis, ſiue non; & ſiue præterea idem ius, quando non eſt ſcriptum, ſit eſſentialitet lex, ſiue non.

Ad illud *ex l. Humanum C. de legibus.* multa poſſunt videri ex variis Doctoribus apud Salas *diſp. 1. ſect. 9. cit. num. 65. & ſeq.* Sed optima ſolutio videtut eſſe, quam indicat etiam Suar. *lib. 3. de legibus, cap. 15. cit. num. 3.* quòd ſolùm intelligatut de conuenientia; non autem de neceſſitate: ſicut enim cettiſſimum eſt, quòd non pettinet ad neceſſitatem, & ſubſtantiam legis, vt priùs de illa tractetut inter Palatij procetes, & Pattes conſcriptos; & vt eorum ſententiæ ſcripto excipiantut, cùm poſſit etiã ſolus Princeps pet ſe deliberare, & ſtatuere de lege ferenda: ita neque pertinet ad neceſſitatem, vt huiuſmodi ſententiæ coram Principe recitentur; &, vt notat ibi Salas *num. 67. verſus finem*, non dicit ibi Imperatot, quòd ſi leges aliter promulgentur, non valeant; ſed ſolùm, quòd ipſe non aliter promulgabit: quod ſimiliter aperte indicat, ſe ſolùm ttadere ibi conuenientiam ad leges ferendas, neque particulam conditionalem ponit ad illa omnia, quaſi per illam patticulam indicet, quòd omnia pertineant ad formam promulgationis; ſed ſolùm ponit ad dictationem, aut exceptionem eorum, quæ placuetunt Iudicibus, & Patribus: *Et ſi vniuerſis, tam Iudicibus, quàm nobis, placuerit, tunc legata dictari; & ſic ea denuò collectis omnibus recenſeri*, &c. quia, ſcilicet, in illa formula legem condendi, & promulgandi, conſultatio etat magis præcipua, quàm alia: & ſi hæc ipſa non eſt de ſubſtantia, & de neceſſitate promulgationis, multò minùs cenſeri debent de eadem ſubſtantia, & neceſſitate eſſe alia, quæ ſunt minùs ptæcipua.

Ad confitmationem Reſpondetur, legis etymologiam, ſecundùm vocabulum, rectè potuiſſe deſumi à legendo: quia communiter leges proponuntur legendæ, ſiue hoc pertineat ad eſſentiam legis, ſiue non. Rationes verò, quæ ſubduntur, ſolùm ſunt congtuitatis, non autem neceſſitatis, vt benè notat Suat. *lib. 3. de legib. cap. 15. cit. num. 6.* & rectè oſtendunt, quòd optimè lex feratur ſcripto; non autem oſtendunt, quòd ſempet, & neceſſariò ſit ſcripto ferenda: poteſt enim ptæceptum Principis ſufficienter ferri vetbo, & ſufficienter promulgari, & per traditionem, & quaſi per manus tranſmitti ad alios: & certum eſt, quòd hac ratione Chriſtus Dominus tulit ptæcepta euangelica, & multa ex illis; neque etiam poſteà voluit ſctibi in ſacris Literis; ſed ſolùm haberi ex ttaditione ab Apoſtolis: quanquam id fuit Deo multò facilius, quàm poſſit eſſe humanis legiſlatoribus: ſiquidem potuit ea ſcribere in cordibus, & per Spiritum ſanctum ita regere Eccleſiam, vt non fineret eam obliuiſci huiuſmodi præceptorum; quod tamen ab aliis fieri non poteſt.

13. *Sententia ad ſui validitatem requirit, vt feratur ſcripto.* Denique ad illud, quod dicitur de ſententia Iudicis, Reſpondet Salas *diſp. 1. de legibus, ſect. 9. num. 68. in fine*, ideò ſententiam ad ſui validitatem indigere ſcriptura: quia ſpecialiter ita ſtatuitur *cap fin. cit. de ſent. & re iudic.* quod tamen non ſtatuitur de ipſa lege.

Et idem eſt, ſi dicamus, ſcripturam eſſe de validitate ſtatuti, vt multi volunt apud Salas *ibidem*: id enim ſimiliter ſolùm eſt: quia Principes alij ſupremi hac tantùm ratione dant facultatem inferioribus condendi ſtatuta; ex quo tamen non ſequitur, idem eſſe dicendum etiam de legibus, quando feruntur ab ipſis ſupremis legumlarotibus.

14. *Etiam legum declarationes iuridica, vel authentica, ſunt promulganda.* Atque hæc, quæ dicimus de neceſſitate, & modo promulgationis, ad hoc, vt lex ſit completè, & proximè obligatiua; non ſolùm debent intelligi de iis legibus, quæ in dies feruntur omninò nouæ; ſed etiam de iis, quæ aliquandu feruntut ad declarandas leges priores: nam abſolutè etiam interpretatio, & declaratiu legis, ſi ſit authentica, vel iuridica, & habeat etiam ipſam vim legis, debet habere communes conditiones cuiuſque legis, id eſt, vt ſit iuſta, & vt procedat à legitima poteſtate, & vt ſufficienter ſit promulgata, vt notat Sanchez *lib. 2. de matrim. diſp. 14. num. 4.* Suar. *lib. 3. de legibus, cap. 15. num 12 & 16. & lib. 6. cap. 1. num. 3.* Salas *diſp. 2. de legibus, ſect. 9. & diſp. 10. ſimiliter ſect. 9. num. 68. & diſp. 21. ſect. 12. coroll. 5.* Bonac. *de legibus, diſp. 1. qu. 1. puncto 8. num. 4. § Secunda pars.* & aliqui alij apud ipſum. Et patet manifeſtè ex conſtitutionibus pontificiis, quæ in dies emanant ad declarandas aliquas alias conſtitutiones priores, & ſimiliter promulgantut atque illæ. Nam, quamuis interpretationes, & declarationes, quæ ſunt de plano, & ſolùm explicant nudam ſignificationem, & ſenſum verborum,

tum, non indigeant ſpeciali promulgatione, cùm ipſi legi, quaſi intimè inſint, & in illa implicitè, & inuolutè contineantur; & ideò ſimul cum illa, & per ipſam formalem promulgationem illius ſatis promulgentur; vnde & qui legem circunuenit, etiam dicitur circunuenire interpretationem legis. *l. Ita fides. ff. de iure fiſci.* & qui legem declarat, nihil noui inducere dicitur: *l. Heredes palam. §. Sed ſi quid. ff. de teſtam.* & notat Suar. *lib. 3. de legib. cap.* 14. *num.* 15. *& lib. 6. cap.* 4. *num.* 13. & planè ſe habet, ſicut qui excutit grana de ſpicis, vt tradunt aliqui ex Iuriſtis apud Bertach. *in repert. verb. declaratio:* illæ tamen interpretationes, & declarationes, quæ faciunt in lege aliquam mutationem, & aliquid illi addunt, vel aliquid tollunt, vel caſum, aut ſenſum eovſque ſolùm probabilem, aut dubium, faciunt in poſterum omninò certum, & neceſſarium, omninò indigent noua promulgatione, vt notat Salas *diſp.* 21. *ſect.* 12. *coroll.* 5. *cit.* & Bonacina *loco cit.* quia noua voluntas legiſlatoris de extendenda, vel reſtringenda priore obligatiune, vel de aliquo caſu, aut ſenſu legis habendo in poſterum pro comprehenſo, & certo, & neceſſario; non autem ampliùs pro non comprehenſo, aut pro dubio, vel ſolùm probabili, prout fuit habitus eovſque; non poteſt ex ſe ſola, & ſine promulgatione operari in ſubditis nouam obligationem; ſicut neque poteſt illam operari, ſi ſit de re alia, omninò noua, & diſparata, quidquid in contrarium dicat Nicolaüs Garzias *in ſua præfatione, ad tractatum de benefic.* & Thomas Zerula *in ſua praxi epiſcopali, par.* 1. *verb. authoritas*, & Emman. Rodrig. *in qq. regular. tomo* 1. *q.* 11. *art.* 2. qui abſolutè, & ſine diſtinctione affirmant, quòd iuridica, & authentica legis interpretatio poteſt habere vim legis, & incipere obligare de nouo per hoc ſolùm, quòd inſit in ipſa lege, & promulgetur ſufficienter in illa ipſa.

Atque hoc modo legum declarationes, quæ inducunt mutationem, & nouam obligationem, ſolùm videntur poſſe obligare in futurum, ſicut & obligant ipſæ leges, quando feruntur; non autem poſſe obligare etiam in præteritum vſque ad diem legis latæ, & promulgatæ, cuius ſunt declarationes: hoc enim ſolùm poteſt competere iis declarationibus, quæ non inducunt mutationem de nouo; ſed ſolùm explicant nudam ſignificationem, & ſenſum verborum legis prioris, vt videre eſt apud Bonacinam *diſp.* 1. *de legib. q.* 1. *puncto* 8. *cit. n.* 7.

15. *Declarationes Concilij Tridentini vtrùm habeant vim legis.*

Quod verò addunt iidem Doctores de iis declarationibus Concilij Tridentini, quæ in dies emanant à ſacra Congregatione Cardinalium ad illius Concilij obſeruationem primùm inſtituta à Pio IV. per conſtitutionem, *Alias nonnulli.* & poſteà deputata à Sixto V. etiam ad interpretationem earum dubietatum, & difficultatum, (conſulto tamen ipſo Summo Pontifice,) quæ emergunt circa illa decreta, quæ ſunt de morum reformatione, diſciplina, & moderatione, & de aliis eccleſiaſticis iudiciis, vt refert Rodr. *quæſt.* 11. *cit. art.* 1. & patet ex conſtitutione ipſius 74. *in Bullario*, quæ eſt de inſtitutione quindecim Congregationum Cardinalium, pro bona adminiſtratione Chriſtianæ Reipublicæ, & pro expeditione negotiorũ Romanæ Curiæ, *Congreg.* 8. quod, inquam, addunt iidem Doctores, & cum illis Flau. Cherubinus *in ſuo compendio Bullarij, ſcholio* 1. *ad dictam cõſtitutionem* 74. *Sixti V.* eas eſſe declarationes definitiuas, & deciſiuas, & habere vim legis, & tanquàm leges eſſe recipiendas, vtpote latas ex commiſſione Papæ, & à perſonis habentibus facultatem à Papa; hoc habet difficultatis; quia communiter huiuſmodi ſacra Congregatio non niſi rarò,

& ſolùm in grauioribus, & difficilioribus dubiis ſolet conſulere Summum Pontificem, vt notat Salas *diſp.* 21. *ſect.* 12. *cit. §. Quæ ſententia.* cùm tamen poteſtas iuridicè interpretandi, non niſi cum hoc addito, *Nobis tamen cõſultis*, ſit illi conceſſa, vt patet *ex Bulla Sixti V. citata.* Quare, ſi eius declarationes ex eo ſunt habendæ, vt definitiuæ, & obligatoriæ; quia prodeunt conſulto Papa, vt loquitur Flau. Cherub. *ſchol.* 1. *cit.* vel quia feruntur ex commiſſione Papæ, & à perſonis habentibus facultatem à Papa, vt loquitur Garzias *in præfat. cit.* & authoritate apoſtolica, habita ab ipſo Summo Pontifice, vt loquitur Rodr. *art.* 2. *cit.* non niſi pauciſſimæ erunt habendæ hoc modo, vt definitiuæ, & obligatoriæ, id eſt, ſolùm illæ, quæ prodeunt conſulto Papa, & in quibus hoc ipſum exprimitur, vt communiter fit in iis, quæ pro omnibus imprimuntur ab ipſa Congregatione: & pleræque, quia communiter prodeunt ex ſententia ſolius Congregationis, & Papa inconſulto, ſolùm erunt declarationes doctrinales, & magiſtrales, vt etiam modò ſunt deciſiones Rotæ, ex Card. *in cap. Paſtoralis. de fide inſtrumentorum*, & aliis communiter apud Garziam *in præfat. citata*, & olim erant reſponſa prudentum, qui apud Romanos erant deſignati ad legum declarationes; nec tamen habuerunt vim legis, niſi ex poteſtate Imperatoris, vel poſtquàm fuerunt redacta in libros Digeſtorum, & approbata in leges, vt notat Salas *diſp.* 2. *de legib. ſect.* 7. *num.* 38. *&* 39. *& ſect.* 9. *cit. num.* 51. & habetur *cap. Reſponſa. d.* 1. *& Inſtit. §. Reſponſa. de iure nat. gent. & ciuil.* Et pro his declarationibus Congregationis Concilij poteſt deſumi argumentum etiam a pari ex ſimilibus declarationibus Sacræ Congregationis rituum: pro his enim ipſamet ſacra rituum Congregatio iuſſu Vrbani VIII. decretum edidit ſub die 11. Auguſti, 1631. quòd tam impreſſæ, quàm imprimendæ, ac etiam manu ſcriptæ nullam habeant fidem, ſiue in iudicio, ſiue extra iudicium, niſi pro caſibus particularibus dentur in authentica forma, & cum ſolito ſigillo, & ſubſcriptione Eminentiſſimi Cardinalis Præfecti, & Secretarij eiuſdem Congregationis pro tempore exiſtentium; quod ſine dubio clarè oſtendit, eas communiter non dari vt leges, & idem eſſe etiam de aliis, quæ emanant a ſacra Congregatione Concilij, & ab aliis.

16. *Deciſiones Rotæ, ſolùm ſũt doctrinales & magiſtrales.*

Secundò, contra eaſdem declarationes facit difficultatem: quia communiter non ſolùm prodeunt inconſulto Papa, & per conſequens ex non vſu illius poteſtatis, quam habet Congregatio ad leges ferendas; ſed etiam videntur prodire ex ſola voluntate, & intentione ſatisfaciendi pro tempore, & prudenter, iis difficultatibus, aut dubietatibus, quæ mouentur circa obſeruationem Concilij: vnde & ſingulis hebdomadis, quibus habetur Congregatio, emanant plures, & plures; & citò exreſcunt in magna volumina; quæ tamẽ non videntur dicenda volumina legum, & ſæpiùs diuerſis temporibus reperiuntur emanaſſe declarationes inter ſe contrariæ, & pugnantes, vt in ſpecie de approbatione Confeſſarij ab hoc, vel illo Epiſcopo, videre eſt apud Suar. *tom.* 4. *de pœnit. diſp.* 28. *ſect.* 6. & communiter ſolùm traduntur ad vſum illorum, qui dubia, & difficultates proponunt; non autem facilè permittuntur haberi ab omnibus; quod tamen aliter fieret, ſi pro omnibus darentur vt leges.

17. *Reſponſa, aut reſcripta Põtificum ad caſus particulares, quomodo habeãt vim legis.*

Et quemadmodum reſponſa Pontificum ad quæſtiones, & caſus particulares, quamuis poſſint habere vim legis, ſiue inſerantur in corpus iuris, ſiue non, *cap. Si Romanorum. d.* 19. de facto tamen non cenſentur illam habere, niſi ea mente, & inten-

tione à Pontificibus dentur, vt ſint apud omnes loco legis, vt notat Couar. *in 4. decretal. par. 2. c. 7. §. 3. num. 5.* & Canus *de locis theolog. lib. 6. c. 8.* & Sanchez *lib. 2. de matr. diſp. 14. n. 4.* & Suar. *lib. 4. de legib. c. 14. præſertim num. 6.* & qood dicitur *l. fin. ff. de legibus*, quòd ſententia Principis ſit habenda pro lege, ſolùm intelligitur, quando Princeps, etiam occaſione alicuius controuerſiæ inter priuatos, explicat legem vniuerſalem, & ea meute ſententiam fert, vt eam interpretationem velit eſſe plenè ioridicam, & vniuerſalem pro omnibus, & vim legis habere; non autem quando ſolùm intendit priuatis ius dicere, & non vult, vt ſua interpretatio ſit vniuerſalis, & neceſſaria, & quoad omnia loco legis, vt ſubdit Sanchez *ibidem*, & ex profeſſo notat Suar. *lib. 3. de legibus, c. 15. n. 12. & 16.* Ita & declarationes Sanctæ Congregationis ad caſus particulares, ſolùm videntur ab illa dari ea ioteutione, vt rem definiant pro illis caſibus; non aurem, vt remaneant loco legis; & alioqui vix poſſet ſaluari, quomodo prodeant aliquando declarationes pugnantes: ſiquidem omnes eſſent dicendæ habere vim legis, & priores non poſſent dici eſſe reuocatæ per poſteriores, cùm Sancta Congregatio ex Bulla Sixti V. *paulò antè cit.* ſolùm habeat facultatem interpretandi dubitatares, & difficultates Concilij, non aotem reuocandi leges iam latas.

Tertiò, facit difficultatem id, quod iam diximus de promulgatione harum declaratiooum: cùm enim ſæpè contineant aliquam mutationem circa decreta Concilij, & inducant nouam obligationem, dum ſaltem caſum, vel ſenſum dubium, & probabilem, faciant certum, & neceſſarium, omninò indigent ſpeciali promulgatione, neque poſſunt cenſeri eſſe iam promulgatæ ſufficienter per ipſam promulgationem totius Concilij. Et quod ſæpiùs facit Sancta Congregatio in rebus grauioribus, vt ſpecialiter edat typis ſuas declarationes, aut decreta, & ad omnes tranſmittat, quando ab omnibus vult obſeruari, vt leges, vt nuper fecit de anno 1625. pro decretis, de celebratione Miſſarum, & de anno 1624. pro decreto de non alienandis rebus Regularium, & ſæpè aliàs; idem deberet ſemper facere, ſi omnes declarationes vellet eſſe apud omnes loco legis: & contrà cùm non ſemper id faciat, ſed ſolùm aliquas declarationes promulget, & plurimas non promulget, ſignum eſſe videtur, quòd ſolùm aliquas velit eſſe loco legis; non autem omnes; & quod communiter dicitur de epiſtolis, & reſponſis Summorũ Pontificum ad particulares quæſtiones, quòd non habeant vim legis vniuerſalis, niſi hac intentione ferantur, & promulgentur, vt iam diximos, & videre eſt apud Suar. *lib. 4. de legib. cap. 14.* præſertim *num. 6.* & apud Bonacin. *diſp. 1. de legibus, quæſt. 1: puncto 4. num. 12.* potiori ratione videtur dicendum de huiuſmodi declarationibus Sanctæ Congregationis.

Quod verò addit Rodr. *art. 2. cit.* ad hoc, vt declarationes in iudicio, & extra, ſint admittendæ vt leges, ſolùm requiri, vt ſint authenticæ, & cum ſigillo ipſius Congregationis, aut alio ſimili: &, ſi hoc modo non ſint authenticæ, noo eſſe habendas, vt leges; hoc habet difficultatis, quia fides talis ſigilli facit ſolùm eas apparere, vt veras declarationes Congregationis, & ab illa verè emanantes; non autem facit eas apparere, vt emanantes ex poteſtate obligatiua, & conſulto priùs Pontifice, & ex voluntate obligandi ad modum legum, & cum ſufficiente promulgatione, facta ſimul ad omnes, vt iam diximus.

18. Neque vrgent, quæ affert Garzias *in Præfatione citata*, ad probandum vniuerſaliter, quòd ſint habendæ, vt leges: primò enim, quòd ait, eãdem Congregationem Concilij ſic reſpondiſſe cuidam Abbatiſſæ Meſſanenſi: *Eadem ratio eſt habenda de his, quæ ſcribuntur à Cardinalibus Sanctæ Congregationis Concilij Tridentini, nomine ipſius Congregationis, ac ſi à Papa ſcripta eſſent.* Et iterum cuidam alteri: *Decreta, & literæ Congregationis Concilij, ſemotis litibus, ſunt exequutioni mandanda, nec ſuper his ſententia, vel decretum aliquod faciendum.* Si totum admittatur, non probat intentum: nam etiam reſponſa Pontificum ad caſus, & quæſtiones particulares, non habent eo ipſo vim legis, niſi hac mente, & intentione emanent ab ipſo Pontifice, vt iam diximus. Quare etiam declarationes Congregationis, ſi eo loco habeantur, quo reſcripta Pontificis; non propterea ſunt neceſſariò habendæ, vt leges, ſi non ſciantur emanare hac mente, & intentione, vt ſemper, & omnibus ſint loco legis. Et quemadmodum reſcripta Pontificum exequutioni mandantur, nec ſuper illis ſententia, vel decretum aliquod fit, etiamſi non propterea ſint verè lex; ita & decreta, & literæ Congregationis.

Soluuntur rationes, quòd declarationes Congregationis ſint propriè leges.

Deinde, quod ait, ſuper huiuſmodi declarationibus ſtatim à Papa concedi Breue, & ab Auditore Cameræ Monitorium in earum exequutionem; & Rotam abſque vlla controuerſia, & diſputatione eas amplecti, recipere, & obſeruare, & plures deciſiones ſuper illis fundare, vt, v. g. *part. 1.* deciſionem 482. & 743. & *part. 2.* deciſionem 325. & 328. & alias; ſimiliter non probat intentum: quia Papa poteſt dare Breue, & Auditor Cameræ Monitorium, & Rota deciſionem ad huiuſmodi declarationes, etiamſi non ſint propriè lex: ſic enim etiam dant ad reſcriptum Pontificis, & ad ſimilia; ſi, præſertim, ſint conformia iuri communi, & iuſtitiæ cauſæ: & ad ſummum ex hoc argumeuto ſolùm probatur, quòd tales declarationes ſunt magnifaciendæ, & ſimpliciter admittendæ, & exequutioni mandandæ, tam in iudicio, quàm extra, non ſolùm, quia communiter verè explicant, & continent mentem Concilij, & ſunt conformes iuri communi, ſicut & aliæ declarationes virorum prudentum, & peritorum; ſed etiam propter reuerentiam, quæ ex omni capite debetur Illuſtriſſimis Dominis, & toti Congregationi, cùm præſertim ſuas declarationes, & ſententias poſſit facere verè obligatorias, & quòd communiter, & de facto non ita faciat, potiùs videtur ttibuendum modeſtiæ, quàm vt debeat vllo modo retardare, aut impedire illarum acceptationem, & executionem.

Neque deſunt multi ex Doctoribus, præſertim Theologis, qui abſolutè negent, huiuſmodi declarationes eſſe definitiuas, & habere vim legis, & earum authoritatem ſolùm dicant eſſe maximam intra latitudinem earum, quæ ſunt doctrinales, & reſponſa ſapientum: ſic enim docet vir quidam doctiſſimus ex Religione Franciſcanorum, & plures alij viri doctiſſimi apud Rodr. *in qq. regularibus, tom. 1. qu. 11 art. 2. cit.* & aliqui Theologi apud Garziam *in præfatione cit. ad ſuum tract. de benefic.* & apud Flauium Cherubinum *ſcholio 1. cit. ad cõſtitutionem 74. Sixti V.* & Martinus Delrius *lib. 6. diſquiſit. magic. cap. 1. ſect. 3. §. Ad argumenta.* & fusè Bonac. *diſp. 1. de legib. qu. 1. puncto 8. n. 4.* & Suar. apud Salas *diſp. 2. de legibus, ſect. 9. in fine, & diſp. 10. ſimiliter ſect. 9. num. 68.* & poteſt citari etiam Sanchez, & illi omnes recentiores, qui aliquando relatis declarationibus Sanctæ Congregationis in ſuis opinionibus, & doctrinis eas non ſequuntur, vt notat Bonac. *n. 4. cit. §. Secunda pars.* Et præterea poteſt citari 19.

Afferuntur Doctores, quòd non ſint leges.

etiam

etiam ipſe Salas, qui *diſput. 2. ſect. 9. cit.* poſt relatam ſententiam ipſius Rodrig. quòd hæ declarationes ſint habendæ pro legibus, affert contra doctrinam vniuerſalem, quòd legis interpretatio non poſſit habere vim legis, niſi ſit promulgata: & addit ſententiam Suarij, iam relatam, & cum illa abſoluit totam ſectionem: neque fortaſſe eſt ſibi contrarius *diſp. 21. ſect. 12. coroll. 3.* dum ait, declarationes Congregationis non eſſe habendas ſolùm, vt doctrinales, & probabiles; ſed vt authoritatiuas, & neceſſarias, perinde ac ſi emanarent ab ipſo Papa: quia ita habetur *ex Bulla Sixti V.* & ipſamet Congregatio ſic declarauit: his enim verbis ſolùm docet, quòd huiuſmodi declarationes poſſunt aliquando habere authoritatem legis; perinde ac ſi emanarent à Papa, ſi, ſcilicet, non ſolùm procedant ex poteſtate; ſed etiam ex mente, & voluntate, vt ſint loco legum; non autem docet, quòd abſolutè, & neceſſariò, & ſemper ſint loco legum; ſicut neque eſſent, ſi emanarent à Papa, non ex mente, & intentione ferendi leges, vt *ſuprà* diximus: & fortaſſe hoc idem tantummodo ſibi volunt etiam Rodrig. & Garzias, & Cherub. quòd, ſcilicet, poſſunt habere authoritatem legis, ſi emanent ex poteſtate ferendi leges, quæ in Sancta Congregatione non deeſt, & poteſtati ſimul etiam accedat voluntas obligandi per illas, tanquàm per leges; non autem, quòd ſemper, & de facto illam habeant, & nunquam emanent, niſi ex poteſtate, & voluntate iam dicta.

DISPVT. XIV.

Qualis promulgatio ſit neceſſaria ad hoc, vt obligent leges laïcorum.

1. *Leges Imperatorum, & Regum, ſatis eſt, ſi promulgentur in ſingulis Prouinciis.*
2. *Non autem debent promulgari ſingulis perſonis, aut familiis.*
3. *Neque in ſingulis vicis, aut ciuitatibus.*
4. *Si regnum ſit paruum, ſatis eſt, ſi promulgatio fiat in ſola metropoli.*
5. *Si verò ſit magnum, & contineat plures prouincias, eſt facienda in ſingulis capitibus Prouinciarum.*
6. *Verùm id non eſt ex rei natura, vel ex iure naturali; ſed ſolùm ex diſpoſitione iuris communis poſitum.*
7. *Et qui ignorant legem, inculpabiliter adhuc excuſantur in foro animæ poſt factam promulgationem.*
8. *Diuulgatio legis quo differat à promulgatione.*
9. *Promulgatio in Curia Principis poteſt ſufficere, etiam quando lex fertur ad plura regna, quantùm eſt ex iure naturæ.*
10. *Promulgatio in Curia Principis ſolùm poteſt eſſe licita iis Principibus, qui non tenentur ad ius commune.*
11. *Promulgatio in prouinciis de iure communi eſt neceſſaria ad omnes leges ciuiles; non autem ſolùm ad eas, quæ ſunt de teſtamentis.*
12. *Rubricæ in corpore iuris ciuilis habent authoritatem textus.*
13. *Secùs verò in corpore iuris canonici, in quo rubricæ non habent authoritatem textus.*
14. *Poſt promulgationem in prouinciis adhuc de iure communi lex non obligat, niſi poſt duos menſes.*
15. *Niſi ipſe Princeps aliter ſtatuat, & declaret.*
16. *Semper tamen eſt habenda ratio maioris, aut minoris diſtantiæ locorum, etiam poſt factam promulgationem in Curia Principis.*
17. *Tridentinum non eodem tempore incepit obligare in Indiis, & partibus remotiſſimis, atque in aliis propinquioribus.*
18. *Si Princeps non teneatur ad ius commune, & nihil definiat pro tempore obligationis ſuæ legis, ſtatim incipit obligare à die promulgationis.*
19. *Probabile eſt, quòd ſpatium duorum menſium pro legis obligatione, ſit expectandum, etiam in foro conſcientiæ; non autem ſolùm in foro externo.*
20. *Probabile etiam eſt, quòd ſolùm ſit expectandum pro foro externo.*
21. *Leges inferiorum Principum ſtatim obligant, neque pro illis ſunt expectandi duo menſes.*
22. *Semper tamen habenda eſt ratio diſtantiæ locorum, etiam pro his legibus Principum inferiorum.*

VT explicemus magis in ſpecie modum promulgationis pro ſingulis legum generibus, incipimus à legibus ciuilibus laicorum, & pro illis in vniuerſum hæc poteſt poni concluſio.

1. *Leges Imperatorum, & Regum ſatis eſt, ſi promulgentur in ſingulis prouinciis.*

Solennis promulgatio pro legibus Regum, aut Imperatorum non eſt neceſſariò facienda in ſingulis vicis, aut Ciuitatibus, ſed ſatis eſt de iure communi, ſi fiat in ſingulis Prouinciis, & poſt promulgationē non ſtatim huiuſmodi leges incipiūt obligare; ſed ſolùm poſt duos menſes. Pro legibus verò inferiorum Principum, ſatis eſt, ſi promulgatio fiat in Curia Principis, aut in ciuitate, & à die promulgationis ſtatim incipiunt obligare, niſi aliter in ipſis determinetur. Ita Sylu. *verb. lex, quæſt. 7.* Ang. *eod. num. 13.* Nauar. *in Man. cap. 23. num. 44. & conſ. 1. de conſtit. num. 14. & ſeq.* Azor. *part. 1. lib. 5 cap. 3. quæſt. 2.* Suar. *lib. 3. de legib. cap. 16.* Mol. *de iuſt. tract. 2. diſp. 395. §. Secundò, ducor.* Vaſq. *1. 2. diſp. 156. cap. 2. num. 10.* Valen. *1. 2. diſp. 7. quæſt. 5. puncto 5.* Sot. *lib. 1. de iuſt. quæſt. 1. art. 4.* Sayr. *lib. 3. clau. reg. c. 5.* Reginald. *in praxi, lib. 13. cap. 16. n. 151. & ſeq.* Bonacina *diſp. 1. de legib. quæſt. 1. puncto 4. n. 5. & ſeq.*

Et pro concluſione eſt textus clarus *in Auth. Vt factæ nouæ conſtit.* vbi de conſtitutionibus imperatoriis, quæ ſunt pro teſtamentis, ſancitur, vt tunc valeant in ciuitate regia, aut imperatoria, id eſt, Conſtantinopoli, quando in commune factæ ſunt manifeſtæ; & tunc valeant in prouinciis, quando diſcretæ per Metropolitas palam factæ ſunt, vel poſteà factæ fuerint; id eſt, quando ſeorſim & ſingillatim in vnaquaque metropoli fuerint publicatæ. Et ratio ſubditur: Ne legum ignorantia, teſtamenta homines facientes videantur præuaricari legem, id eſt, vt leges poſſint omnibus innoteſcere, & ne aliquis ex illarū ignorātia illas præuaricetur.

2. *Non autē debent promulgari ſingulis perſonis, aut familiis.*

Quòd ergo huiuſmodi leges non ſint promulgandæ ſingulis perſonis, aut familiis, eſt certiſſimum; & expreſsè habetur *cap. 1. de poſtulat. Prælat.* & notat Suar. *lib. 3. cap. 16. cit. num. 4.* & Reginal. *num. 151. cit.* & Salas *diſp. 12. ſect. 2. num. 11.* & Mol. *diſp. 395. cit.* & Bonacina *puncto 4. cit. num. 9.* Et ratio eſt: quia huiuſmodi promulgatio ad perſonas ſingulas eſt moraliter impoſſibilis, & ex plurimis accidentibus poteſt impediri; de quibus tamen non eſt habenda ratio, & leges per ſe non feruntur ad ſingulas perſonas, vel familias; ſed ad maiores Communitates.

3. *Neque in ſingulis vicis, aut ciuitatibus.*

Et ſimiliter certum eſt, quòd non debent neceſſariò promulgari in ſingulis vicis, aut ciuitatibus: quia ſimiliter non feruntur ad ſingulos vicos, aut ciuitates; ſed ad prouincias, & integra regna. Et quemadmodum promulgatio pro tota ciuitate cen-

ſetur ſufficiens, ſi tantùm fiat in Curia Principis, vel in vno tantùm loco: ita & cenſetur pro tota prouincia, ſi ſolùm fiat in Metropoli, aut Ciuitate præcipua, cùm præſertim in illa ſemper degant etiam plures ex aliis ciuitatibus, & vicis, & per illos promulgatio legis poſſit diuulgari, & inuoteſcere per totam prouinciam.

4\. *Si regnum ſit paruum, ſatis eſt, ſi promulgatio fiat in ſola metropoli.*

Quare, ſi regnum aliquod ſit paruum, & non habeat ſuam ditionem valdè latam; ſed vnicam tantùm metropolim habeat, quale videtur ex Suar. *lib.3.c.16.cit.n.6.in fine*, Regnum Neapolitanum, Aragoniæ, & Valentiæ; promulgatio legis pro toto regno ſatis habetur, ſi ſolùm fiat in vna ciuitate metropolitana.

5\. *Si verò ſit magnum, & contineat plures prouincias, eſt facienda in ſingulis capitibus prouinciarum.*

Si verò regnum latiorem ditionem habeat, & contineat plures prouincias, & in illis plures metropoles, & quaſi capita prouinciarum; in illis ſingulis eſt facienda promulgatio legis, ad hoc, vt obliget ſingulas prouincias. Et à fortiori idem eſt, ſi ditio Principis ſit latiſſima, & non modò contineat plores prouincias, quæ ſimul componant aliquo modo vnum corpus ciuile, quod vnis legibus gubernatur; id eſt, vnum regnum; ſed etiam contineat plura huiuſmodi corpora, & plura regna totalia, quæ ſolùm per accidens vniantur in vna perſona vnius Regis.

6\. *Verùm, id nõ eſt ex rei natura, vel ex iure naturali; ſed ſolùm ex diſpoſitione iuris communis poſitiui.*

Dixi autem, talem promulgationem in prouinciis ſatis eſſe de iure communi: quia, ſi præſcindamus ab Authẽtica cit. *Vt factæ nouæ conſtit.* & ſolùm ſpectemus naturam rei, aut ius naturale, nulla eſt ratio, quare etiam pro pluribus prouinciis nõ poſſit ſufficere promulgatio legis in ſola Curia Principis, aut in vna aliqua tantùm ciuitate, vt probat Suar. *lib.3.cit.c.16.n.14.ad finem*, Bonac. *diſp.1.qu.1.punct.4.cit.n.16.§. Concedo tamen.* Vaſq. *diſp.156.cit.c.2.* & Salas *diſp.12.ſect.2.n.11.§. Tertiò certum eſt.* ad hoc enim, vt lex obliget, ſatis eſt, ſi publicè proponator, tanquàm præceptum, & imperium Principis: & certum eſt, quòd proponitur publicè, quando proponitur in ſola Curia Principis, aut in vna tantùm ciuitate: & ſicut hæc promulgatio eſt ſufficiens pro conſtitutionibus pontificiis, vt dicemus *infrà*; ita & poteſt eſſe ſufficiens pro aliis legibus: nam communiter Bullæ pontificiæ non promulgantur, niſi Romæ; & ſic cenſentur ſufficienter obligare totam Eccleſiam: & de facto Decretales, & Sextus Decretalium, & Clementinæ, & Regulæ Cancellariæ, non ſunt promolgatæ, niſi Romæ; & tamen habent vim legis, & ſunt in corpore iuris canonici; & quotannis idem accidit etiam in Bulla Cœnæ; quæ tamen certiſſimè obligat totam Eccleſiam.

7\. *Et qui ignorant legem inculpabiliter, adhuc excuſantur in foro animæ poſt factam promulgationem.*

Neque hinc ſequitur, quòd poſt huiuſmodi promulgationem in Curia Principis, & poſt inductam, & completam obligationem legis, adhuc non excuſetur, ſi quis inuincibiliter, & inculpabiliter illam ignoret: ſiquidem huiuſmodi ignorantia ſemper excuſat in foro animæ, etiam quando promulgatio eſt facta in ſingulis oppidis: ſed ſolùm ſequitur, quòd iam lex, quantum eſt ex ſe, exerceat ſuam vim obligandi, ſi per priuatam notitiam, & per conſcientiã applicetur vnicuique, & non careat hac quaſi applicatione, quæ ſolùm ſe habet, vt conditio ſine qua obligatio legis non eſt proxima, & expedita;

8\. *Diuulgatio legis quo differat à promulgatione.*

& qui poſt factam à Principe legis promulgationem in ſua Curia notificat alicui particulari, quòd talis lex tali modo ſit promulgata, non eſt dicendus eam promulgare, aut illi tribuere vltimum complementum ad obligandum; ſed potiùs eſt dicendus eam diuulgare, vt notat Suarez *lib.3.cap.16.cit.num.3.* & remouere obicem ignorantiæ, quæ impedit in lege actum ſecundum obligationis, vt notat Vaſq. *1.2.diſp.156.c.2.cit.n.8.*

9\. *Promulgatio in Curia Principis poteſt ſufficere, etiam quando lex fertur ad plura regna, quantùm eſt ex iure naturæ.*

Atque hoc idem videtur dicendum ex eod. Vaſq. *ibidem, n.11.* & Salas *diſp.12.ſect.2.n.11.§. Tertiò certum eſt.* etiam quando leges feruntur ad plura regna totaliter diuerſa, vt, v.g. ad regnum Neapolis, & ad regnum Caſtellæ: nam, quanuis Sot. *lib.1.de iuſt.qu.1.art.4.cit.* & apud Vaſq. *ibidem, c.1.n.3.* & apud Salas *n.9.* videatur velle, quòd in tali caſu ſit de iure naturæ, vt non fiat promulgatio in ſola Curia Principis: quia per hanc eſt moraliter impoſſibile, vt lex proponatur, & innoteſcat regnis ita diſtantibus: contrà tamen eſt: quia, ſi tale aliquid poteſt fieri pro tota Eccleſia vniuerſali in Bullis pontificiis; nulla eſt ratio, quare ſimiliter non poſſit fieri in aliis legibus; dummodo detur ſufficiens tempus, intra quod ignorantia legis poſſit probari in foro externo, neque ſtatim à die talis promulgationis incipiant puniri tranſgreſſores legis, etiam in regnis diſtantibus, vt notat Salas *n.11.cit.* Quòd enim tota Eccleſia ſe habeat tanquàm vna Communitas, aut Reſpublica, quæ vnis legibus pontificiis gubernatur, & per conſequens etiam Roma ſe habeat tanquàm vna metropolis, & vnum caput; parum refert, quia etiam plura regna poſſunt ſe habere tanquàm vnum imperium, aut regimen; & de facto ita ſe habent, quando ſunt ſub vno Imperatore. Neque neceſſitas promulgandi leges in pluribus locis, prouenit ex diſtinctione, aut pluralitate regnorum, aut communitatum; ſed ex diſtantia; quæ tamen eſt eadem, ſiue faciant vnam Communitatem, ſiue non.

10\. *Promulgatio in Curia Principis ſolùm poteſt eſſe licita iis Principibus, qui non tenentur ad ius commune.*

Atque hoc totum, quod dicimus, non repugnare iuri naturæ, vt promulgatio legis ſolùm fiat in Curia Principis, licitè poteſt in vſu poni ab iis Principibus, qui non tenentur ad ius commune, & ad leges imperatorias: quia aliis, qui ſolùm poſſunt ferre leges non repugnantes iuri communi, id non poteſt eſſe licitum, propter *Auth. Vt factæ nouæ conſtit. cit.*

11\. *Promulgatio in prouinciis de iure communi eſt neceſſaria ad omnes leges ciuiles; non autem ſolùm ad eas, quæ ſunt de teſtamentis.*

Et quanuis ibi ſpecialiter præcipiatur promulgatio in ſingulis prouinciis pro iis tantùm legibus, quæ ſunt de teſtamentis; quia, ſcilicet, ſpecialis fuit ratio ſic ſtatuendi promulgationem pro his legibus potiùs, quàm pro aliis, vt lites tollerentur, quæ frequentiſſimè oriebantur ex ignoratione legum de teſtamentis; communiter tamen à Doctoribus id extenditur ad omnes leges, vt notat Suar. *lib.3.c.16.cit.n.10.& c.18.n.1.* Et ratio extenſionis non eſt ſolùm paritas rationis, & argumentatio à ſimili, quæ Iuriſperitis eſt valdè familiaris, vt notat Vaſq. *diſp.156.c.2 cit.n.9.* ſed præcipuè verba ipſius rubricæ, aut tituli, qui præponitur illi Authenticæ, vt notat ibi Gloſ. *verb. huiuſmodi lex*, & Suar. *loco cit.*

12\. *Rubrica in corpore iuris ciuilis habent authoritatem textus.*

ſunt enim generalia pro omnibus legibus, & ſic habent: *Vt factæ nouæ conſtitutiones poſt inſinuationem earum poſt duos menſes, valeant*, &c. & ideò oſtendunt, quòd etiam verba textus ſunt extendenda ad omnes leges, etiamſi videantur ſtrictiùs loqui, & ſolùm exprimant eas, quæ pertinent ad teſtamenta: id enim debet accipi, non tanquàm reſtringens, ac limitans generalitatem rubricæ; ſed tanquam aliquid ſub illa generalitate contentum, quod propter ſpecialem rationem ſpecialiter debuit exprimi ſine excluſione aliorum. Vnde & communiter dicitur à Iuriſtis, quòd quando rubrica perfectum ſenſum reddit, habet authoritatem textus in his, in quibus nigro non repugnat, vt ipſi loquuntur. Et ratio videtur eſſe: quia in iure ciuili etiam rubricæ ſunt eorundem Imperatorum, aut Iuriſconſultorum, quorum eſt ipſe textus legum, vt colligitur *ex l.1. ff. ſi certum petatur.* vbi ante alia dicitur eſſe explicandus titulus: quod tamen non eſſet, niſi etiam hic

eſſet

eſſet appoſitus ab iiſdem legumlatoribus. Et quoad hoc alio modo dicuntur ſe habere huiuſmodi rubricæ iuris ciuilis, & ſimiles aliæ iuris canonici, quæ habentur in decretis: quia hæ non ſunt appoſitæ ab

13. *Secùs verò in corpore iuris canonici, in quo rubrica non habent authoritatē textus.*

Authoribus Canonum, ſed ſolùm à Gratiano; & ideò non habent authoritatem textus; cùm tamen illæ ſint appoſitæ ab iiſdē authoribus legum. Quod totum confirmat Suar. *ibid.* ex doctrina Baldi *tract. de ſtatutis, verb. rubrica.* vbi ait, quòd quādo rubrica incipit per, *Vt*, vel per, *Ne*, decidit, & habet authoritatem textus: quia reddit completum ſenſum. Et præterea, quia quod ſubditur in eadem Auth. de ſpatio duorum menſium à publicatione, intelligitur generaliter pro omnibus legibus, vt videtur declarare Pius IV. *in Bulla declarationis pro tempore obſeruationis Concilij Trident.* vbi ait, iure communi ſancitum eſſe, vt conſtitutiones nouæ non niſi poſt certū tempus obtineant: ergo etiam quod dicitur de promulgatione, debet intelligi generaliter: & denique, quia etiam verba aliqua illius Auth. ſunt generalia, vt, v.g illa, per quæ redditur ratio de huiuſmodi ſpatio duorum menſium: *Cur enim culpabimus eos, qui poſitas noſtras ignorauerint conſtitutiones,* &c. Minùs ergo videtur probandum, quod habet *num. 9 cit.* huiuſmodi extenſionem ad omnes leges fruſtrà eſſe factam, cùm Imperator in illa Authentica ſolùm id ſtatuat pro iis legibus, quæ ſunt de teſtamentis. Contrà enim eſt: quia etiam præſcindendo à verbis rubricæ, quæ ſunt generalia, & ab aliis, quæ iam diximus; magni eſt faciendus in vnaquaque facultate communis conſenſus Doctorum; qui tamen in re præſenti communiter eſt de extendendo illo Authentico ad omnes leges.

14. *Poſt promulgationem in prouinciis, adhuc de iure communi lex non obligat, niſi poſt duos menſes.*

Secunda pars concluſionis, quòd similiter de iure communi leges non obligent in vnaquaque prouincia, niſi poſt duos menſes à promulgatione facta in metropoli cuiuſque prouinciæ, ſimiliter habetur eodem Auth. *Vt facta noua conſtitutiones.* Et ratio ſtatuendi hoc tempus, ea fuit, vt notitia legis commode poſſet diuulgari ad omnes ex illa Prouincia; & nemo poſſet obtendere ignorantiam.

15. *Niſi ipſe Princeps aliter ſtatuat, & declaret.*

Certum tamen eſt, quòd ſi Princeps per legem particularem, quam fert, vel per conſuetudinem aliter ſtatuat quoad tempus, quo vult ſuam legem incipere obligare, & ipſe non teneatur ad ius commune; ſed poſſit illi derogare in ſua ditione; ſtandum eſt illi, vt notat Azor. *lib.5.cap.3.quaeſt.2.* Suar. *lib.3.de legib.cap.18.num.8.* Sayr. *lib.3.clau.reg.cap.5.num.6.* Et ſi dicat, quòd facta promulgatione lex ſtatim obliget, vel ex tunc; cenſendus eſt per hoc derogare iuri communi; neque publicatio, aut promulgatio in tali caſu debet accipi latè, & impropriè, prout moraliter cenſetur durare toto tempore duorum menſium, quo diuulgatur notitia legis, & extenditur per prouinciam; ſed debet accipi ſtrictè, & propriè, prout primò fit in metropoli, aut Curia Principis; habita tamen ratione maioris, aut minoris diſtantiæ aliorum locorum. Et ſenſus eſt, quòd ſtatim

16. *Semper tamē eſt habenda ratio maioris, aut minoris diſtantia locorum, etiā poſt factam promulgationem in Curia Principis.*

atque ad vnanquanque prouinciam peruenerit promulgatio facta in Curia, aut regia Principis, intelligatur incipere obligatio legis: vt enim rectè notat Suar. *lib.4.cit.cap.17.num.3. & 4.* omninò excedit omnem poteſtatem legiſlatoris, & eſt ſupra omnem conditionem legis humanæ, vt pro iis etiam locis incipiat obligare, pro quibus illius notitia eſt impoſſibilis: & ideò ex eodem Suar. *num.6. & cap 18. num.2.* prudenti iudicio eſt ſtatuendum, huiuſmodi tempus pro huiuſmodi locis remotiſſimis; & tuta conſcientia poteſt aliquis exiſtimare, quòd etiam poſt duos menſes in illis locis leges non obligent, ſi earum notitia non potuit ad illa peruenire. Et quamuis non deſint, qui abſolutè pronuncient, quòd lex ſufficienter promulgata in loco competente, ſimul obliget omnes ſubditos, vt videre eſt apud eundem Suar. *cap.17.cit. num.2.* & apud Bonacin. *diſp.1.de legib.quaeſt.1.puncto 4.num.17.* id tamen rationabiliter debet intelligi ſolùm de iis ſubditis, à quibus lex poteſt moraliter ſciri, vt notat Suar. *num.6.*

Vtrùm autem, ſi quis ita abſit à loco promulgationis, vt moraliter neque etiam per alios poſſit ad talem locum peruenire huiuſmodi promulgatio; & tamen ipſe eam agnoſcat per reuelationem angelicam, aut diuinam, verè teneatur ad legem ſeruandam, vt vult Salas *diſp.12.de legib.ſect.9.n.34.* & ex illo Bonac. *diſp.1.q.1.puncto 4.n.18. & 19.* nō eſt noſtri inſtituti. Certè S. Thom. 1.2. *q.90.art.4.ad 2.* de iis, corā quibus lex non promulgatur, ſolùm aſſerit, quòd obligentur ad eam obſeruandam, in quantum in eorum notitiam deuenit per alios, vel poteſt deuenire, facta iam promulgatione: & ex Caiet. *ibidem*, & Suar. *lib.3.de legibus, cap.17.n.4.* id non eſt intelligendum de potentia logica, in quantum, ſcilicet, non implicat contradictionem, & abſolutè poteſt à Deo fieri, vt promulgatio legis deueniat in eorū notitiam; ſed de potentia politica, id eſt, ſecundùm ordinem, & curſum politicum: & ideò quandiu lex ſecundùm hunc ordinē, & curſum, non poteſt deuenire in notitiā; non videtur poſſe obligare, obligatione ſaltē inducta ab ipſo legiſlatore, etiāſi deueniat per potentiam aliam ſuperiorem, v.g. per reuelationem angelicam, aut diuinam: ſicut enim poteſtas legiſlatiua humana intrinſecè includit poteſtatem promulgatiuam, aut legis notificatiuam, & publicatiuam, humanam: ita & ſolùm poteſt obligare per actum huius poteſtatis humanæ; non autem per actum poteſtatis notificatiuæ diuinæ, aut angelicæ: & ideò pro eo tempore, pro quo ad aliquem non poteſt peruenire hæc humana notificatio, neque etiam poteſt peruenire obligatio legis, quidquid ſit, vtrùm forte perueniat notificatio diuina, aut angelica.

Et eadem ratione etiam Mol. *tract.2. diſp.395. verſùs fin.* de Bulla Pij V. circa obligationem Concilij Tridentini poſt tres menſes elapſos à publicatione Romæ facta, ait, quòd per epicheiam, quæ eſt legum interpres, non eſt intelligenda intra idem tempus incepiſſe obligatio pro Indiis, & partibus remotiſſimis, quas etiam ipſe Pontifex ſpecialiter excepiſſet, ſi in mentem veniſſent: ſiquidem nulla ratione potuiſſet intendere, quòd etiam illæ obligarentur, quando notitia decretorum, & Canonum talis Concilij erat pro ipſis omninò impoſſibilis. 17.

Tridentinum nō eodem tēpore incepit obligare in Indiis, & partibus remotiſſimis, atque in aliis propinquioribus.

Et ſimiliter rectè ſubdit idem Suar. *eod cap.18. num.8.* & plures alij apud Bonacin. *diſp.1. de legib. quaeſt.1.puncto 4. num.25.* quòd ſi Princeps non teneatur ad ius commune, & nihil addat, aut exprimat, quoad certum tempus obligationis legis; neque ex aliis legibus, aut conſuetudinibus regni poſſit quoad hoc aliquid certi haberi; cenſeri debet ſtatim lex obligare à die promulgationis, neque eſt habenda ratio duorum menſium, cùm Authenticum cit. *Vt facta noua conſtitutiones* ſolùm valeat pro legibus imperatoriis, & pro locis, quæ tenentur ad ius commune imperatorium. 18.

Si Princeps non teneatur ad ius cōmune, & nihil definiat pro tempore obligationis ſua legis, ſtatim incipit obligare à die promulgationis.

Quòd ſi quæras pro his ipſis locis, quæ tenentur ad ius commune imperatorium, vtrùm tempus duorum menſium pro inceptione obligationis legum, ſit expectandum ſolùm in foro exteriore, in quo tranſgreſſores ſolùm per hoc tempus poſſunt allegare ignorantiam, & excuſari à pœna, an verò poſſit expectari etiam in foro interiore, & leges verè non obligent, & licitè poſſint non ſeruari: Reſpondeo, 19.

Probabile eſt, quòd ſpatium duorum menſium pro legis obligatione ſit expectandum, etiā in foro conſcientiæ, nō autem ſolùm in foro externo.

vtrunque

Digitized by Google

vtrunque eſſe probabile:quòd enim poſſit expectari in foro interiori,docet Valent.t.2.*diſp.7.quaſt.5.punčto 5.dub.3.* Med.1.2.*qu.90.art.*4. Suar. *lib.3.de legibus,c.*18.*n.5.* Reginald.*in praxi,lib.*13.*cap.*16.*n.*15.Nau. *in Man.cap.*23.*n.*44. *& conſ.*1. *de conſtit.n.*17.*lib.*1. Butr.Decius, & alij apud ipſum,& apud Salas *de legibus,diſp.*12.*ſect.*3.*n.*16.Et ratio eſt:quia *in Auth.cit.* expreſsè dicitur, quòd lex valeat poſt duos menſes à promulgatione in vnaquaque prouincia:& valdè rationabile eſt,vt id intelligatur de inceptione obligationis ſolùm poſt illud tempus, ne alioqui lex obliget aliquos ante alios, & inducatur confuſio, rixa, & diſparitas inter ſubditos. Idque videtur etiam colligi ex verbis rubricæ *Anthent.cit.*quæ ſic habent: *Vt facta noua conſtitutiones poſt inſinuationem earum, poſt duos menſes valeant.* Nam ſenſus eſt,quòd, ſicut ante inſinuationem non valent, etiam in foro conſcientiæ;ita neque ante duos menſes poſt inſinuationem. Et clariùs idem colligitur ex Bulla Pij IV. ſuper tempore obligationis Concilij, vbi ait: *Iure communi ſancitum eſt, vt conſtitutiones noua vim non obtineant,niſi poſt certum tempus,* &c. Si enim ante illud tempus obligarent in conſcientia,omninò vim obtinerent;quod tamen Pontifex ibi negat:& ſicut quando in aliqua conſtitutione ſpecialiter exprimitur certum tempus,poſt quod incipiat obligare; certum eſt, quòd ante illud etiam in conſcientia non obligat: ita & quando exprimitur generaliter pro omnibus conſtitutionibus in aliqua alia conſtitutione generali,qualis eſt dictum Auth. *Vt facta noua conſtitutiones.*certum eſſe debet,quòd ſimiliter ante illud tempus omnes conſtitutiones in conſcientia non obligent,cùm hoc in idem recidat, atque illud.

20\. *Probabile etiam eſt, quòd ſolùm ſit expectandum pro foro externo.*

Quòd verò in foro conſcientiæ obligatio legis ſtatim incipiat à die promolgationis, & ſpatium duorum menſium ſit ſolùm pro foro externo ad non admittendam vlteriùs excuſationem ignorantiæ,docet Sylu.*verb.lex,num.6.*Sot.*lib.1.de inſt.q.*1.*art.4.concl.*3. Mol. *tract.2.de contr.diſp.395.cit.n.5.* Salas *diſp.12.ſect.3.cit.n.*19. & Iuriſtæ, & Canoniſtæ communiter apud Azor. *lib.5. cap.3. qu.*8. & apud Salas *n.*15.& apud Sayr *lib.3.c.5.n.*10. Et videtur ſatis colligi *ex eadem Bulla Pij IV.* pro tempore obligationis Concilij Tridentini;vbi poſt aſſignatos tres menſes,ſubditur,poſt eos dies,nullius excuſationem, quòd eam ignorauerit, eſſe admittendam. Et certum eſt,quòd ſtylus Vrbis pro legibus pontificiis eſt, vt tranſgreſſores ſtatim puniantur,neque expectentur duo menſes, vt notat Nau. *conſ.1.cit.n.18.de conſtit.* quod tamen non eſſet, ſi ante illos leges non obligarent,& poſſent ſine culpa non ſeruari:ſiquidem pœna non infligeretur, ſi culpa non ſaltem præſumeretur: quamuis ex Nau. *ibidem*,huiuſmodi ſtylus debeat ſolùm reſtringi ad forum exterius,& ad ſolos vrbicolas.

21\. *Leges inferiorum Principum ſtatim obligant, neque pro illis ſunt expectandi duo menſes.*

Denique tertia pars concluſionis,quòd leges inferiorum Principum ſtatim obligent à die promulgationis factæ in Curia, aut ciuitate, neque ſint promulgandæ in pluribus locis,aut expectandi duo menſes,communiter aſſeritur ab omnibus,vt videre eſt apud Sylu.*verb.lex.qu.6.*Nauar. *in Man.c.23.n.*44.Sotum *lib.1.de inſt.qu.1.art.4.*Suar.*lib.3.de legibus,cap.*18.*n.*9. Bonac. *qu.1.de legibus,puncto* 4.*n.*13.Azor.*lib.5.cap.3.qu.*8. Sayr. *lib.3.clau.reg.cap.5.n.*10.Et ratio eſt ex Panorm. *in cap. Cognoſcentes.n.7.de conſtit.* quia huiuſmodi Principum iuriſdictio eſt anguſta, & promulgatio in ſola Curia,aut ciuitate eſt ſatis, vt notitia legis ad omnes perueniat: & ex Nau.*conſ.1.n.16.de conſtit.lib.*1.nullo iure cauetur,vt in his legibus Principum inferiorum expectetur certum tempus: & Authenticum cit. *Vt facta noua conſtit.* ſolùm loquitur de legibus imperatoriis:& ideò non extenditur ad alias leges Principum inferiorum. Rectè tamen addit Suar.*lib.3.c.*18.*cit.n.*9.ex communi ſententia Iuriſtarum, quòd 22.
ſi contingat locorum diſtantia; etiam pro huiuſmodi legibus tempus obligationis eſt ſtatuendum prudenti iudicio;id eſt,tantum,quantùm moraliter ſufficit, vt promulgatio legis ad illa extendatur;& pro foro externo ad præſumendam ſcientiã,& notitiam talis legis, ſimiliter nullum eſt certum tempus,ſed eſt arbitrarium ad arbitrium Iudicis,ſecundùm loci diſtantiam,aut quantitatem,vt notat Nauar. *conſ.1.de conſtit.n.*16 ex Panorm.*in cap. Cognoſcentes. num.8.de conſtit.* ſiquidem viciniores præſumuntur citiùs ſcire, *cap.Quoſdam.& cap. Quanto.de præſumpt.*

Semper tamẽ habenda eſt ratio diſtantia locorum, etiam pro his legibus Principum inferiorum.

DISPVT. XV.

Quomodo promulgatio per prouincias ſpecialiter ſit neceſſaria in iis legibus, quæ ſunt irritatoriæ alicuius contractus.

1. *Promulgatio in prouinciis ſpecialiter eſt neceſſaria pro legibus irritatoriis alicuius contractus, qui alioqui cedat in damnum ſubditorum.*
2. *Cenſus in aliquibus locis celebrati, non ſeruata Bulla Pij V. quomodo poſſint eſſe validi.*
3. *Aliqua leges irritatoria poſſunt ſtatim habere effectum à prima promulgatione, non autem alia.*
4. *Leges reuocatoria Indulgentiarum, aut priuilegiorum, ſunt promulganda in ſingulis diœceſibus.*
5. *Secundùm aliquos etiam leges irritantes contractus ſtatim obligant à prima promulgatione.*
6. *Quomodo concilientur ha ſententia, qua videntur contraria.*
7. *Quomodo ignorantia non excuſet à nullitate contractus;quando hac non eſt in pœnam, ſed ſolùm propter defectum ſolennitatis.*

QVod *ſuprà* diximus de ſolenni promulgatione legis per prouincias,& per capita prouinciarum; & de præfiniendo,& expectando certo aliquo tempore, ante inceptionem obligationis; 1.
ſpeciali ratione eſt neceſſarium in iis legibus, quæ ſunt irritatoriæ alicuius contractus,aut alio modo diſponunt de aliquo; quod alioqui cedit in graue damnum,& iniuriam ſubditorum,ſi fortè talis promulgatio omittatur,vel tale tempus non concedatur,aut aliter ſubditis, eorúmque indemnitati non conſulatur.Ita Sot. *lib.1.de iuſt.q.1.art.4.* Med. 1.2.*qu.9.art.*4. Mol. *de iuſt.tract.2.diſp.*395. Suar. *lib.5.de legibus, cap.33.præſertim num.7.&* 8. Salas *de legibus,diſp.12.ſect.2.num.11.& ſect.4.num.22.* Rodr. *in qq.1.regular.tom.1 quaſt.6. art.5.* Sayr.*lib.3.clau.reg.cap.5.num.12.in fine.* Et hæc ſpecialis neceſſitas ab his Authoribus deſumitur ex eodem Authentico, *Vt facta noua conſtit.* quod ſpecialiter loquitur de legibus irritantibus teſtamenta:& prætereà deſumitur ex ipſa rei natura: quia alioqui tales leges, ſi ſtatim irritarent contractus pro tota ditione, aut regno ferentis legem,& ab ipſa die primæ promulgationis in Curia Principis, haberẽt ſimul pro omnibus,

Promulgatio in prouinciis ſpecialiter eſt neceſſaria pro legibus irritatoriis alicuius contractus,qui alioqui cedat in damnum ſubditorum.

omnibus,etiam degentibus in regionibus remotiſſimis,ſuū effectū irritationis; eſſent plenæ periculis, vt loquitur Sot. neque eſſent vtiles Communitati, vt loquitur Salas; & quoad modum,vel tempus ſic obligandi,eſſent irrationabiles,vt loquitur Molina; & eſſent nociuæ bono communi; & viderentur repugnare aliquo modo iuri naturæ,vt loquitur Suar. quæ tamen omnia maximè repugnant naturæ legis, vt ex ſe patet: & ſi lex Tridentini, v.g.irritans matrimonia clandeſtina, ſtatim à prima publicatione Romæ facta, illa irritaſſet pro tota Eccleſia;non eſt dubium, quòd grauia damna plurimis intuliſſet,id eſt, iis omnibus, qui poſt contracta ex huiuſmodi legis ignoratione, & ex bona fide matrimonia, cogerentur habere illa infecta,& vel omninò ſeparari à ſuo coniuge, vel iterum cum illo contrahere: & ideò, quia modus hic ſtatim irritandi matrimonia, non ſolùm non fuiſſet vtilis Chriſtianæ Reipublicæ,ſed etiam fuiſſet maximè inutilis,& maximè noxius; neque etiam fuit abſolutè concedendus legi Concilij. Et idem Concilium *ſeſſ.24. cap.1. de reform.matrim.in fine*,ſapientiſſimè præcipit omnibus Ordinariis,vt illud promulgari faciant in omnibus Eccleſiisparochialibus,eáque promulgatio pro primo anno ſæpiùs reducatur in memoriam populi;& totum decretum non habeat effectum in vnaquaque parochia, niſi poſt triginta dies à prima promulgatione in illa facta.

Et hac de cauſa ex multorum ſententia rectè docet Sanchez *lib.3. de matrim. diſp.18.q.5.num.31.& ſeq.* & apud Salas *diſp.12. de legib. ſect. 2. num.14.* quòd captiui, & qui degunt apud infideles, adhuc validè contrahunt,ſi contrahant clandeſtinè,& ſine Parocho: quia ibi decretum Concilij non eſt promulgatum,neque habet effectum irritandi,niſi poſt triginta dies à prima promulgatione facta in parochia. Similiter ex Soto *lib.1.de iuſt.quæſt.1.art.4.* & Salas *ſect.2. cit. num.11.* ſi Pontifex per nouam conſtitutionem irritaret matrimonium in quinto gradu, v.g.affinitatis; non eſſet rationabile, vt ſuæ legi tribueret vim irritandi tale matrimonium à prima promulgatione facta in Curia:quia plurimæ virgines, quæ ante notitiam talis legis contraherent in quinto gradu, graue damnum paterentur,ſi poſteà cogerentur contractum reſcindere, & diu eſſe ſine coniuge, quem ſine dubio poſt reſciſſionem non citò,nec facilè inuenirent: quod idem ex Soto probabile putat etiam Valen. 1. 2. *diſp.7.q.5. puncto 5.col.802.§.Sed quanuis.*

2. *Cenſus in aliquibus locis celebrati, non ſeruata Bulla Pij V. quomodo poſſint eſſe validi.*

Et ex eodem principio idem concludit Mol. *diſp. 395. cit.* de Bulla Pij V. *de cenſibus:* quanuis enim Pontifex ſtatuat,vt omnes cenſus, qui fuerint celebrari poſt illius conſtitutionis promulgationem, alia forma, & non ſeruatis omnibus,quæ ibi præcipiuntur,vt de ſubſtātia,cenſeantur vſurarij,& nulli; adhuc tamē putat Molina,quòd cenſus poſt multos mēſes;imò & poſt aliquot annos celebrati ab illius Bullæ promulgatione Romæ facta,ſint validi,ſi ſint celebrati bona fide, & in iis regionibus,ad quas nō peruenit notitia Bullæ: quia alioqui modus hic irritandi contractus bona fide celebratos, & vbi notitia legis eos irritantis haberi non poteſt, cedit in damnum,& iniuriam celebrantium:ſiquidem facilè poteſt accidere, vt emptores cenſuum dederint pretium pro huiuſmodi cenſibus cum maiori lucro ipſis ceſſante, aut cum maiori damno ipſis emergente, quàm eſſent ipſæ penſiones percipiendæ ex cenſibus: & ideò.ſi has ipſas poſtea cogerentur reſtituere, & nudum pretium cenſus recipere,& illas in partem huius computare, & ratum habere, vt venditores cenſuum toto tempore bonæ fidei eſſent potiti ſuo pretio; manifeſtè reciperent magnum damnum; neque venditores cenſuum tenerentur illud ipſis compenſare: ſiquidem huiuſmodi lucrum ceſſans, aut damnum emergens, nullo modo extaret apud ipſos, vt propterea tenerentur ex re accepta; neque ipſi fuiſſent cauſa,vt ceſſaret, vel emergeret, vt propterea tenerentur ex iniuſta actione, aut acceptione: ſiquidem totum contractum ponuntur celebraſſe bona fide, & ex probabili ignorantia nullitatis.

3. *Aliqua leges irritatoria poſſunt ſtatim habere effectū à prima promulgatione,non autem alia.*

Atque ex hoc putat Molina *diſput.395.cit.§.Arbitror tamen.* & Suar. *lib.5. de legib.cap.33.num.7.*& Sot.*lib.1.de inſt.quæſt.1.art.4.cit.* poſſe afferri diſparitatem inter eas leges pontificias, quæ diſponunt de iis, quorum adminiſtratio, & diſpoſitio merè ſpectat ad Summum Pontificem, & non concernit cuiuſquam iniuriam, vt eſt, v.g. ſi decernat, ne beneficia, aut ſacerdotia in poſterum dentur illegitimis;& inter eas,quæ concernunt iniuriam,& damnum aliorum, vt ſi irritent, v. g matrimonium in quinto gradu affinitatis, vel contractus cenſuales, aut cambia alioqui valida, quantùm eſt ex iure naturæ,& bona fide celebrata;& alia eiuſmodi: & de his poſterioribus legibus dicunt eſſe ſpecialem rationem, quare debeant promulgari in ſingulis prouinciis;non autem ſufficiat, ſi promulgentur ſolùm in Curia: ſicut fortè poteſt ſufficere de illis prioribus, quia alioqui eſſent plenæ periculi, & damnorum, vt iam diximus; neque hæc eſt cenſenda eſſe intentio, aut mens Pontificis, vt ſuæ leges ſint plenæ periculi; & iniuriam,vel damnum inferant ſubditis,vt notant Authores citati: & probabile putat etiam Valen.1.2. *diſp.7. quæſt.5. puncto 5.col.802.§. Sed quanuis.* & Reginald. *in praxi, lib.13. cap.16. num.156.*

4. *Leges reuocatoria Indulgentiarū, aut priuilegiorum, ſunt promulganda in ſingulis diœceſibus.*

Et eadem ratione etiam dicitur, quòd leges reuocantes priuilegia, v.g. abſoluendi ſacramentaliter,aut Indulgentias acquirendi,aut ſimilia,non habent effectum, niſi promulgentur, non modò in prouinciis;ſed etiam in ſingulis diœceſibus, vt pro certiſſimo admonet Sot. *art.4.cit.* & Mol. *diſp.395. cit.* & dicemus *infrà:* quia non eſt rationabile, nec credibile, quòd Papa intendat reddere irritas tam multas abſolutiones ſacramentales, quot fiunt ſub bona fide, antequàm innoteſcat priuilegij reuocatio, & quòd velit tantum periculum, aut malum fidelibus facere: imò ex Felino, & Panorm. *in cap. Cognoſcentes.de conſtitut.* & apud Valen *puncto 5.cit. col.801.§.Nam primò.* huiuſmodi leges reuocatoriæ priuilegiorum, neque etiam obligant vnumquenque,niſi perueniant ad illius notitiam: & qui habet, v.g.priuilegium eligendi ſibi Confeſſarium, qui à reſeruatis ipſum abſoluat;validè poteſt illum eligere,& ab illo abſolui, quouſque ſciat id ſibi eſſe reuocatum per nouum ſtatutum. Poteſt ergo rationabiliter hoc idem dici, etiam de legibus irritatoriis alicuius contractus, qui poſſit cedere in iniuriam, & damnum ſubditorum, quòd,ſcilicet,illum non irritent, niſi ſint promulgatæ in ſingulis prouinciis: & hæc rationabiliter eſt cenſenda intentio Principis, & ſaltem per epicheiam ſic eſt interpretanda.

Et hinc vlteriùs circa Bullam Pij V. de cenſibus, probabile putat Reginald. *in praxi,lib.13.cap.16.num.156.cit.* ex Nau. *conſ.2.de conſtit.lib.1.num.36.& 37.* quòd ſi in aliqua prouincia non ſit promulgata, Doctor,qui ex officio in illa prouincia legit de cenſibus, non tenetur de illa mentionem facere, & licitè poteſt illam omittere, perinde ac ſi non eſſet edita:quia reuerà in illa prouincia perinde ſe habet, cùm abſolutè non obliget. Et ſimiliter

Confeſſarius

Confeſſarius non debet abſolutionem negate pœnitenti,ſi expreſsè dicat, ſe nolle eam ſeruare: quia ſimiliter ad illam non tenetur, cùm non ſit promulgata in illa prouincia. Sed reuerà Nau. *loco cit.* non id aſſerit de hac Bulla. ſi ſolùm non ſit promulgata ſpecialiter in prooincia; ſed copulatiuè etiam addit, ſi non ſit recepta: & *num.35.* præcedente ſic proponit quæſtionem de illo, qui ex officio alios docet, & eſt lecturus de cenſibus: *An teneatur Bulla Pij V. facere mentionem, & ſecundùm illam determinare, vbi non eſt promulgata, nec recepta.* Et *paulò antè num.33.* indefinitè & indiſtinctè affirmar, quòd leges pontificiæ etiam ligant Polonos, ſi ſciant, eas Romæ eſſe promulgatas, atque ita non videtut requirere promulgationem in prouinciis ad hoc, vt obligent etiam in illis; ſed eſſe conreotus etiam ſola promulgatione facta Romæ, & in Cutia, dummodo illius ſcientia, & notitia etiam alibi habeatur, & ex illius ſententia ibi tantùm publicus lector de cenſibus, poteſt non facere mentionem de Bulla Pij V. & Confeſſarius poteſt abſoluere nolentem eam ſeruare, vbi dicta Bulla non eſt promulgata, nec recepta.

5. *Secundùm aliquos etiã leges irritantes contractus, ſtatim obligant à prima promulgatione.*

Oppoſitum tamen, quoad huiuſmodi leges irritantes contractus, quòd poſſint etiam illæ ſtatim à prima promulgarione obligate, & habete effectum irritatioois, docet Panorm. *in cap. Cognoſcentes. num. 5. & 7. de conſtit.* Felin *ibidem, num. 7. limit. 5.* Nauat. *conſ. 1. num. 15. de conſtit.* Vaſq. 1. 2. *diſp. 156. cap. 3. num. 23.* Sanchez *lib. 3. de matrim. diſp. 17. num. 9. & 10.* Azot. *part. 1. lib. 5. cap. 3. quæſt. 7.* Reginal. *in praxi, lib. 13. cap. 16. num. 158.* Mol. *tract. 5. diſp. 70. num. 5.* Bonac. *de leg. diſp. 1. quæſt. 1. puncto 4. num. 20.* & aliqui alij, qui abſolutè affitmant, etiam leges irritantes habere effectum irritationis poſt primam promulgationem; neque eſſe neceſſarium, vt ſpecialiter promulgentur in ſingulis prouinciis: & hoc dicunt eſſe diſcriminis inter leges irritantes, & leges ſolùm prohibentes, aut præcipientes; quòd illæ ſtatim inducant effectum irritationis contractus, & ſtatim obligent ad non contrahendum validè, & hæc obligatio etiam cadat in ignorantes; quanuis non ſtatim inducant effectum culpæ, aut pœnæ; nec ſtatim obligent ad non contrahendum ſine culpa: hæ verò ſolùm obligent ad aliquid non faciendum, aut omittendum ſine culpa; & ideò hæc obligatio totaliter impediatur per ignorantiam.

6. *Quomodo concilientur hæ ſententiæ, quæ videntur contrariæ.*

Sed fortaſſe poſſunt conciliari hæ duæ ſententiæ. Primò, ſi dicamus, hanc ſecundam habere locum in iis irritationibus, quæ ſolùm dependent ſine cuiuſquam iniuria a ſola voluntate, aut diſpoſitione Principis, qualis eſſet, v.g. ſi Pontifex per legem diſponetet, vt eſſent irritæ conceſſiones beneficiorum, aut dignitatum, vel Officiorum eccleſiaſticorum, factæ illegitimis: illam verò primam habere locum in aliis irritationibus, quæ ſunt de bonis, & iuribus ſubditorum, & poſſunt concernere illorum iniuriam, cùm hæc bona, & iura non plenè ſint in poteſtate, & voluntate Principis, vt eſt, v.g. irritatio contractus cenſualis, cambij, & aliorum: & in his, vt *ſuprà* diximus ex Soto, Mol. & Suar. benignè eſt interpretanda intentio legiſlatoris, vt ſolùm intendat irritationem inducere, poſtquàm ſua lex eſt ſufficienter promulgata in prouinciis; non autem ſtatim, quando promulgatio eſt ſolùm facta in ſua Curia, & nondum poteſt eſſe notificata, aut diuulgata per alias partes ſuæ ditionis.

Et quod *ſuprà* diximus *diſp. præcedente, num. 16. & 22.* etiam in iis legibus, quæ promulgantur ſufficienter in vna tantùm metropoli, habendam eſſe rationem maioris & minoris diſtantiæ aliorum locorum, ad hoc vt incipiant obligate etiam in illis; potiori ratione eſt intelligendum de legibus irritantibus contractus, qui concernunt iniuriam, & damnum ſubditorum. Et inconueniens omninò eſſet, ſi quis diceret, eadem prima die, qua per Bullam Pij V. Romæ inceperunt eſſe irriti contractus cenſuales, non celebrati ſecundùm illam, etiam incepiſſe eſſe irritos in Luſitania, aut in India, vel in aliis regionibus remotiſſimis, in quibus illius Bullæ notitia fuit planè impoſſibilis, & irritatio illorum contractuum fuit planè ſupra omnem poteſtatem, aut conditionem humanæ legis.

Secundò, poſſunt conciliari dictæ ſententiæ, ſi dicamus, leges irritatorias ſimpliciter, & in actu primu babere vim irritandi ſtatim à prima promulgatione; & ſic quoad actum primum afficere etiam ignorantes; & hoc ſolùm ſibi velle Authores ſecundæ ſententiæ: de facto tamen, & in actu ſecundo non irritare, niſi reſpectu ſcientium, aut potentium modo humano illas ſcite: & particulam, *ſtatim*, aut, *ex tunc*, quæ fortè ponitur in huiuſmodi legibus pro explicanda inceptione irritationis, ſolùm intelligi cum hac tacita conditione, dummodo lex io notitiam venerit, aut moraliter venire potuerit: quia enim clauſula annullans, v.g. contractum, eſt acceſſoria ad canonem, vel ad legem, per quam contractui præſcribitur forma: quemadmodum ignorantia excuſat à tranſgreſſione canonis, aut legis dantis formam; neque poteſt niſi materialiter dici celebrare contractum contra talem legem, qui illam ignorat; ita & excuſat à nullitate acceſſoria, ſaltem quando ignorantia eſt publica, & per ſe in tota aliqua prouincia; non autem ſolùm per accidens, & priuata in vno aliquo particulari, vt notat Cardinalis *in Clem. Primam. de elect.* & aliqui alij apud Sanchez *lib. 3. de matr. diſp. 17. num. 9.*

Et quod diximus *diſp. præcedente, num. 10.* quando in lege exprimitur ſpatium duorum menſium, ſecundùm multos obligationem in conſcientia incipere ſtatim à prima promulgatione, & duos illos menſes ſolùm poni, vt ignorantia legis poſſit prætendi, & allegari in iudicio; idem poteſt etiam dici de lege irritatoria, quòd, ſcilicet, ſtatim afficiat, & liget ſcientes; & ideò ad probandam nullitatem contractus ſatis ſit, ſi probetur ſciẽtia legis in contrahentibus: quamuis prætereà ſit neceſſarium etiam aliquod tempus, in quo ſimiliter poſſit probari ignorantia ad oſtendendam validitatem eiuſdem contractus: vt enim benè notat Panorm. *in c. Cognoſcentes. num. 6. de conſtit.* præſumptio ſcientiæ legis, etiam poſt duos menſes a facta promulgatione, non eſt præſumptio iuris, & de iure, quæ non admittat probationem in contrarium; ſed benè poteſt quis admitti ad probandam ignorantiam: &, vt ſubdit *num. 10.* legitimus, ac bonus modus eam probandi eſt, vt probetur abſentia ab illa prouincia, in qua lex eſt promulgata: ac proinde ſi in alia prooincia non eſt promulgata, qui in illa extiterunt, & legem ignorarunt, benè poſſunt per talem ignorantiam ſe excuſare ab illius obligatione.

Et hoc tantùm vult etiam Mol. *diſp. 395. cit.* Et nos hoc idem indicauimus in vltima particula concluſionis *initio* poſitæ, quando diximus, neceſſariam eſſe promulgationem legis irritatoriæ in pluribus locis, & certum tempus pro inceptione obligationis, niſi aliter conſulatur damnis ſubditorum: ſi enim effectus legis, & nullitas contractus dicatur ſtatim haberi, ſolùm comparatione ſcientium,

tium, non autem comparatione ignorantium, niſi poſt certum tempus, quo legis notitia poteſt iam eſſe ſufficienter extenſa, & diuulgata ad omnes; non eſt, quòd ampliùs timeatur de damno, & de iniuria ſubditorum: ſiquidem, ſi fortè contingat, vt quis poſt huiuſmodi tempus adhuc inculpabiliter legem ignotet, & bona fide contractum celebret; iure cenſebitur nulliter celebrare: quia damnum non patietur, niſi ex accidente, id eſt, ex ſua priuata, & particulari legis ignoratione; & per ſe loquendo, modus ille irritandi contractus, etiam comparatione ignorantium, quando iam notitia legis poteſt haberi ab omnibus, eſt valdè rationabilis, & conſentaneus bono communi, & in ordine ad hoc noo eſt habenda ratio damni, quod fortè ex accidente patiatur aliqua perſona particularis: ſicut è contrà modus irritandi comparatione omnium, quando ſimpliciter notitia legis non poteſt haberi ab omnibus, eſt irrationabilis, & parum conſentaneus bono communi; & damna ſubditorum, quæ inde ſequuntur, non ſequuntur ex accidēte; ſed per ſe, & ex modo ipſo ſic irritandi contractus per legem, noo expectato certo tempore ad diuulgandam illius notitiam, vt notat Salas *diſp.* 12. *ſect.* 1. *num.* 11. *in fine.*

Et hac ratione poteſt etiam admitti diſcrimen *ſuprà* indieatum, inter leges irritantes, & leges præcipientes, aut prohibentes, quòd illæ, quantùm ad aliquid, ligeot etiam ignorantes, id eſt, quantùm ad nullitatem contractus: hæ verò comparatione ignorantium, protſus, & omninò non ligent: nam, quantùm eſt ex parte actus primi, & completæ virtutis ad obligandum, eſt eadem ratio omnium legum; & facta ſufficiente promulgatione omnes habent vim obligandi reſpectu omnium, quantum eſt ex ſe: & quantum eſt ex parte illius actus ſecundi, qui eſt actualis ligatio, aut obligatio ad culpam, ſimiliter omnes impediuntur per ignorantiam, tanquàm per aliquod prohibens immediatam, & proximam applicationem obligatiui ad obligabile. Sed quantùm eſt ex parte illius alterius actus ſecundi, quem habent peculiarem, ac proprium leges irritatoriæ, id eſt, obligandi ad nullitatem actus; ſimiliter hoc habent proprium huiuſmodi leges irritatoriæ, quòd non impediantur per quancunque ignorantiam priuatam; ſed ſolùm per ignorantiam publicam; & quæ ſit per ſe, & communis in aliqua prouiocia; non autem peculiaris, & propria alicuius priuati, & ſolùm ex accidente.

7\. *Quomodo ignorantia nō excuſet à nullitate cōtractus, quādo hæc non eſt in pœnā; ſed ſolùm propter defectum ſolennitatis.*

Et ſub hac eadem diſtinctione ignorantiæ publicæ, & per ſe, & communis io aliqua prouincia; & ignorantiæ priuatæ, & ſolùm per accidens, & peculiaris in aliquu priuato; videtur intelligenda etiam doctrina, quam ex Baldo, Butr. & aliis tradit Panorm. *in cap. Cognoſcentes. num.* 5. *de conſtit.* & Sanchez *lib.* 3. *de matrim. diſp.* 4. *num.* 9. & *diſp.* 17. *num.* 11. de nullitate actus, quæ per legem aliquando inducitur, vt pœna; & ad puniendam legis tranſgreſſionem, & in odium illius, vt fit *in cap. Si Religioſus. de elect. in* 6. vbi annullatio electionis vocatur pœna, & aliquando ſolùm inducitur propter ſolennitatem requiſitam, & non obſeruatam; non autem in odium, aut in pœnam cuiuſquam, vt contingit, v.g. in matrimonio, ſi careat ſolennitate Parochi; & in alienatione bonorum Eccleſiæ, ſi careat ſolennitatibus à iure præſcriptis. Et quòd nullitas, quando eſt pœna, benè vitetur per ignorantiam inuincibilem excuſantem à culpa; non autem vitetur, quando eſt propter ſolennitatem; & ideò matrimonium inculpabiliter contractum per ignorantiam, ſine Parocho; & alienatio bonorum Eccleſiæ inculpabiliter facta per ignorantiam, ſine iuris ſolennitatibus, adhuc ſit nulla: hæc, inquam, doctrina ſolùm videtur intelligenda ſub eadem diſtinctione de ignorantia publica, & per ſe; & de ignorantia priuata, & ſolùm per accidens: nam, vt benè notat Mol. *tract.* 2. *diſp.* 395. *cit. in fine*, non eſt credibile, quòd Pius IV. in Bulla declarationis ſuper tempore obligationis decretorum Concilij Tridentini, quando dixit, illius decreta pertinentia ad reformationem, & ad ius poſitiuum, cœpiſſe omnes obligare à Calendis Maij, id eſt, poſt tres menſes à promulgatione Romæ facta in fine Ianuarij; verè intenderit id declarare, etiam de iis, qui eſſent, v.g. in India, & in remotiſſimis regionibus, ad quas impoſſibile erat, vt perueniret notitia huiuſmodi decretorum, & eorum obligationis intra illud tempus, & per epicheiam, cuius eſt leges interpretari; & quatenus opus ſit, etiam corrigere; benè poſſumus intelligere, quòd Pontifex etiam Indis voluerit concedere tempus congruum, & vltra tres menſes; ac proinde ignorantia publica, & per ſe, quam Indi haberent vltra illud tempus, benè illos excuſaret à nullitate, v.g. matrimonij, ſi fortè illud contraherent ſine Parocho, etiamſi talis nullitas non eſſet in pœnam; ſed ſolùm propter ſolennitatem.

DISPVT. XVI.

Quomodo promulgatio ſit neceſſaria pro iis legibus, quæ ſunt reuocatoriæ aliarum legum, aut priuilegiorum.

1. *Secundùm aliquos leges reuocatoriæ aliarum legum non egent promulgatione.*
2. *Sed impugnantur.*
3. *Qualis promulgatio ſufficiat pro legibus reuocatoriis.*
4. *Etiam ad reuocationem cēſuræ requiritur aliqua declaratio, aut expreſſio exterior.*
5. *Reuocationes priuilegiorum indigent promulgatione.*
6. *Qualis debeat eſſe promulgatio reuocationis cuiuſque priuilegij.*
7. *Reuocatio Indulgentiarum non modò eſt promulganda in prouincia; ſed etiam in ciuitate, & in parochia.*
8. *Fallit id tamen in reuocatione, quæ fit in anno Iubilæi.*
9. *Abſolutè loquendo, etiam pro reuocatione Indulgentiarum poteſt ſufficere promulgatio in Curia.*
10. *Reuocatio Procuratoris communiter non habet effectum, niſi intimetur ipſi Procuratori.*
11. *Excipitur tamen reuocatio Procuratoris pro celebrando matrimonio.*
12. *Valida eſt abſolutio à reſeruatis, ſi reuocatio priuilegij, ex quo illa fuit conceſſa, non innotuit priuilegiato.*
13. *Maior promulgatio requiritur ad reuocationem priuilegij, quàm legis, aut conſuetudinis.*
14. *Inualida eſt confeſſio, ſi fiat Sacerdoti non approbato, ex priuata ignoratione decreti Tridentini; & abſolutio à reſeruatis, ſi fiat ex priuata ignoratione reſeruationis.*
15. *Etiam conceſſio priuilegij non habet effectum, niſi innoteſcat priuilegiato.*
16. *Matrimonium contractum poſt obtentam diſpenſationem alicuius impedimenti, ſed ante habitam illius notitiam, eſt nullum.*
17. *Si priuilegium non concedatur motu proprio ipſius concedentis,*

concedentis, ſed ad petitionem ipſius priuilegiati; quomodo ſecundùm aliquos habet effectum, etiam antequàm illi innoteſcat.

18. *Priuilegium, antequàm innoteſcat perſonæ priuilegiatæ, poteſt aliquid operari in aliis.*

19. *Priuilegium poteſt aliquid operari, etiam in ipſo priuilegiato, antequàm illi innoteſcat, ſi Princeps ita intendat.*

20. *Matrimonium contractum poſt obtentam diſpenſationem, & ante habitam illius notitiam, poteſt eſſe validum, ſi Papa ita intendat.*

ETIAM leges reuocatoriæ indigent promulgatione, ſiue reuocent priores alias leges, ſiue priuilegia. Imò, ſi reuocent priuilegia, communiter non habent effectum, quouſque iis innoteſcant, ad quos pertinent priuilegia; & ideò ſunt promulgandæ non ſolùm in prouinciis, ſed etiam in ciuitatibus, & parochiis; vel etiam ſingularibus perſonis ſunt inſinuandæ, ſi ad illas pertineant. Ita Sot. *lib.1.de iuſt.quæſt.1.art.4.* Mol. *tract.2.de contractibus, diſp.395.* Vaſq. 1.2.*diſp.156. cap.4. num.24.& ſeq.* Suar. *lib.8. de legib. cap.*40. Valen. 1.2. *diſp.7.quæſt.5. puncto 5. dub.*2. Azor *part.1.inſtitut. moral.lib.5.cap.3.quæſt.5.& 6.* Salas *de legibus, diſp.12.ſect.6.7.&* 8. Reginald. *in praxi, lib.13.num.159.* Med. 1.2.*quæſt.90.art.*4. Bonac. *diſp.1.de legibus, q.1. puncto 4.num.13.* Sayr. *lib.3.clau.reg.cap.5.num.13.*

1. *Secundùm aliquos leges reuocatoriæ aliarum legum non egēt promulgatione.*

Sed de legibus reuocatoriis aliarum legum negat Corduben. *lib.5.* qui eſt de Indulgentiis, *quæſt.36. circa tertiam concluſionem,* & aliqui alij ex Thomiſtis, apud Vaſq. *n.24.cit.* & apud Suar. *lib.6.de legibus, cap.27.num.15.* quòd indigeant promulgatione: quia plura requiruntur ad conſtituendam legem, quàm ad deſtruendam. Et quamuis ad conſtituendam non ſufficiat ſola voluntas Principis, ſine promulgatione; ſufficit tamen ad deſtruendam, & ex ſolo defectu huiuſmodi voluntatis, & per hoc præcisè, quòd lex eſt volita, non ampliùs obligare, debet ceſſare illius obligatio, cùm eſſentialiter hæc pendeat à tali voluntate, & ſine illa eſſe non poſſit.

2. *Sed impugnantur.*

Sed contrà eſt ex eodem Vaſq. *ibidem, num.25.* quia prior lex tandiu manet in ſua ratione legis in mentibus ſubditorum, iique per illam tandiu manent ordinati à Principe ad aliquid faciendum, in quo conſiſtit obligatio legis, quandiu ab eodem Principe non ordinantur ad oppoſitum, vel non deordinantur ab illo priore: ſicut autem ſola ordinatio interior ex parte Principis non eſt ſufficiens ordinare ſubditos, & ideò eſt opus promulgatione, & inſinuatione exteriore; ita & ſola deordinatio interior, aut ſola interior ordinatio ad oppoſitum, non eſt ſufficiens illos deordinare, aut ordinare ad oppoſitum; & ideò etiam ad hoc eſt opus promulgatione, & inſinuatione exteriore: ac proinde ad hoc, vt ceſſet huiuſmodi ordinatio, & obligatio legis, non eſt ſatis, ſi ceſſet quomodocunque voluntas Principis, id eſt, ſolùm ſecundùm eſſe phyſicum; ſed debet ceſſare ſufficienter, id eſt, maximè ſecundùm eſſe morale, cùm hoc tantùm modo ab illa dependeat in eſſe, & conſeruari obligatio legis; quamuis in fieri ab illa dependeat, etiam ſecundùm eſſe phyſicum. Et hoc idem etiam docet Azor *lib.5.cit. cap.3.quæſt.7.* & Salas *diſp* 12.*ſect.*8. & Suar. *lib.6. cit.cap.27.num.*16. præſertim, quando leges reuocatoriæ priorum legum inducunt aliquam aliam obligationem, v.g. non vtendi illis ampliùs, vel eas non ſeruandi.

3. *Qualis promulgatio ſufficiat pro legibus reuocatoriis.*

Quanta autem debeat eſſe ſolennitas promulgationis pro hac lege reuocatoria, maximè pendet ex voluntate Principis, & poteſt etiam ſufficere ſimplex illius verbum, ſi ita velit, vt notat Vaſq. *diſp.156.cap.4.cit.* dummodo tale verbum diuulgetur ſufficienter, quod idem videtur docere etiam Reginald. *lib.13.num.159.cit.* vbi ait, ſtatim atque Princeps vult, & declarat, velle ſe, vt lex non ampliùs obliget, ceſſare illius obligationem.

4. *Etiam ad reuocationem cenſuræ requiritur aliqua declaratio, aut expreſſio exterior.*

Vtrùm verò hoc idem accidat in cenſuris, & pœnis, quæ feruntur per leges, & etiam illarum reuocatio, & abſolutio debeat promulgari; non eſt huius loci: quidquid autem ſit de huiuſmodi promulgatione, certum eſt, quòd etiam ad reuocationem cenſuræ non ſufficit ſolus actus internus eam reuocantis; ſed requiritur aliqua expreſſio exterior per verba, aut per ſigna, vt notat Nauar. *in Man. cap.27.num.37.* & ex illo Suar. *de cenſuris, diſp.7. ſect.9 num.*2. quia hæc etiam actio reuocationis fit inter homines; & ideò debet fieri aliquo modo ſenſibili. Non tamen præter hanc expreſſionem eſt opus alia inſinuatione, aut intimatione, per quam reuocatio innoteſcat illi, qui tenebatur cenſura, vel obligatione cenſuræ: ſiquidem abſolutio cenſuræ poteſt ferri etiam in abſentem, & in inuitum; & ideò illius effectus non poteſt pendere à notitia, aut conſenſu, & voluntate alterius, quàm abſoluentis.

5. *Reuocationes priuilegiorum indigent promulgatione.*

De legibus reuocantibus priuilegia, quòd ſimiliter indigeant promulgatione, & inſinuatione ad illos, ad quos pertinent priuilegia, probatur ſimiliter: quia fauores, & priuilegia ſunt amplianda, *cap. Odia.de reg.iuris, in 6.* & ideò cenſeri debent durare, quàm maximè poſſunt: & cùm priuilegia ſint priuatæ leges, & per illa ſimiliter ordinentur à Principe perſonæ priuilegiatæ ad rem illam, de qua ſunt priuilegia, non poteſt ceſſare huiuſmodi ordinatio per ſolum actum internum eiuſdem Principis, aut per ſolam ordinationem internam ad oppoſitum; ſed neceſſariò requiritur ſufficiens expreſſio talis deordinationis, quæ eſt promulgatio. Et alioqui ſæpè id cederet in graue damnum perſonæ priuilegiatæ, ſi reuocatio priuilegij poſſet habere effectum, antequàm perueniret ad illius notitiam: ſiquidem bona fide, & ſtante ignorantia inculpabili poſſet multa facere; quæ tamen eſſent irrita, & graue damnum illi afferrent: vt, v.g. ſi quis ex priuilegio eligendi ſibi Confeſſarium, ſacramentaliter illi confiteretur; & tamen abſolutio eſſet inualida, propter reuocationem priuilegij.

6. *Qualis debeat eſſe promulgatio reuocationis cuiuſque priuilegij.*

Debet ergo promulgatio legis, quæ reuocat priuilegium, ſemper fieri, prout illi poſtulant, ad quos pertinent priuilegia: & ſi priuilegium ſit hominis alicuius priuati, illi debet denunciari reuocatio: ſi verò ſit loci pij, debet denunciari Collegio, vel iis, qui illi præſunt, aut eius curam habent: & ſi ſit totius diœceſis, aut prouinciæ, debet denunciari in metropoli: & ſi ſit totius regni, debet denunciari in locis, quæ ſint capita prouinciarum, vt notat Azor. *lib.5.cap.3.quæſt.6.cit.* & Salas *diſp.12. ſect.6. num.*24. Et vniuerſaliter, quòd leges reuocatoriæ priuilegiorum non obligent aliquem, niſi venerint ad illius notitiam, apertè colligitur *ex cap. 1. de conceſſ. prabend. in 6.* & docent ibi communiter Canoniſtæ, vt notat Sayrus *lib. 2. clau. reg. cap.5. num. 13.cit.*

7. *Reuocatio indulgētiarum eſt promulgāda non ſolùm in prouintias ſed etiam in ciuitate & in parochiis.*

Quòd verò huiuſmodi promulgatio debeat eſſe non ſolùm in Curia Principis, ſed etiam in prouinciis, imò & in ciuitatibus, aut oppidis earum perſonarum, ad quas pertinent priuilegia modò explicato; non eſt ex ipſa rei natura; ſed ſolùm ex conſuetudine ſic inducta per tacitum conſenſum Principis, vt docet Med. 1.2.*quæſt.90. art.4.cit.* & Doctores

Digitized by Google

ctores communiter apud Vaſq. *diſp.* 156. *cap.* 4. *cit. num.* 26. Et ſpecialiter de reuocatione Indulgentiarum, quæ ſunt quædam priuilegia, quòd non cenſeatur habere effectum, quovſque iis innoteſcat, qui illis gaudebant; docet Nauar. *tract. de Indulg. not.* 31 *num.* 28. Corduben. *lib.* 5. *qui eſt de Indulgentiis, quæſt.* 36. *concl.* 3. Sylu. *verb. Indulgentia, quæſt.* 5. *dicto* 8. & *verb. gratia, quæſt.* 2. Armill. *eod. in* 6. Panorm. *in cap. Cognoſcentes. num.* 7. *de conſtit.* Felin. *ibid.* Valen. 1. 2. *diſp.* 7. *quæſt.* 5. *puncto* 5. *dub.* 2. Sot. *lib.* 1. *de iuſt. quæſt.* 1. *art.* 4. Mol. *tract.* 2. *diſp.* 595. Sayr. *lib.* 5. *clau. reg. cap.* 5. *num.* 13. qui etiam ſpecialiter addit ex communi ſententia, huiuſmodi reuocationem Indulgentiarum non modò eſſe promulgandam in

8. *Fallit id tamen in reuocatione, quæ fit in anno Iubilæi.*

prouincia; ſed etiã in ciuitate, & in parochia. Quanquam id non debeat intelligi de illa reuocatione Indulgentiarum, quæ fit in anno Iubilæi, vt ſubdit Sayr. & Valen. *locis cit.* & Salas *diſp.* 12. *de legib. ſect.* 6. *num.* 24. ſiquidem hæc ſatis eſt promulgata in corpore iuris. *Extrau. Quemadmodum. de pœnit. & remiſſ.* inter communes; & ideò non eſt, quòd ampliùs promulgetur per parochias.

9. *Abſolutè loquẽdo, etiam pro reuocatione Indulgentiarũ poteſt ſufficere promulgatio in Curia.*

Si tamen Pontifex ſpecialiter exprimeret, quòd reuocatio Indulgentiarum, & priuilegiorum, deberet habere effectum per ſolam promulgationem factam in Curia; non eſſet negandum, quòd verè illum haberet, ſaltem pro iis, qui talis promulgationis haberent notitiam; & tandem etiam pro omnibus, quando iam talis notitia haberetur communiter; & moraliter loquendo, poſſet haberi ab omnibus, vt patet ex dictis *ſuprà de legib. irritatoriis*, & notat Sylu. *verb. gratia, num.* 4. Reginald. *lib.* 13. *num.* 157. & alij apud ipſum.

10. *Reuocatio Procuratoris communiter non habet effectum, niſi intimetur ipſi Procuratori.*

Et quod diximus de reuocationibus priuilegiorũ, quòd debeant illis innoteſcere, ad quos pertinent priuilegia; & alioqui non habeant effectum; ſimiliter eſt dicendum de reuocationibus Procuratorum: nam ſimiliter etiam hæ non habent effectum, antequàm ſint intimatæ ipſis Procuratoribus, vt notat Salas *diſp.* 12. *cit. de legib. ſect.* 6. *num.* 24. ex Gl. *in cap. fin. de Procur. in* 6. Felino *in cap. Ex parte. de reſer.* & aliis communiter, & expreſſe habetur *l. Si mandaſſem ff. mand.* & ideò acta Procuratoris ignorantis ſuam reuocationem, ſunt valida, excepta ce-

11. *Excipitur tamen reuocatio Procuratoris pro celebrando matrimonio.*

lebratione matrimonij, quod debet eſſe maximè voluntarium; & ideò eſt irritum, ſi fiat per Procuratorem ignorantem ſuam reuocationem, *l. Si pænituit. ff. de ritu nuptiarum. & cap. finali, de Procur. in* 6. & tradit Sanchez *lib.* 1. *de matrim diſp.* 11. *n.* 6.

Et ex eodem principio, quòd reuocatio priuilegiorum, & Indulgentiarum, debeat hoc modo promulgari, & innoteſcere perſonis priuilegiatis, colligit Sot. *lib.* 1. *de iuſt. quæſt.* 1. *art.* 4 Valen. 1. 2. *diſp.* 7. *quæſt.* 5. *puncto* 5. *dub.* 2. Vaſq. 1. 2. *diſp.* 156. *cap.* 4. *num.* 28. *in fine.* Salas *de legib. diſp.* 12. *ſect.* 6. *num.* 24. Sayr.

12. *Valida eſt abſolutio à reſeruatis, ſi reuocatio priuilegij, ex quo illa fuit conceſſa, non innotuit priuilegiato.*

lib. 3. *clau. reg. cap.* 5. *num* 13. Quòd ſi quis ex priuilegio Bullæ Cruciatæ, aut Confeſſionarij, bona fide ſit abſolutus à caſibus, aut cenſuris reſeruatis; valeat abſolutio, etiamſi priuilegium illud reuerà ſit reuocatum, dummodo hæc reuocatio illi non innotuerit.

Et idem eſt ex Med. 1. 2. *quæſt.* 90. *art.* 4. Valen. & Sayro *locis cit.* de eo, qui habet priuilegium, v.g. comedendi oua diebus prohibitis, vel Confeſſarium ſibi eligendi pro abſolutione à reſeruatis: ſimiliter enim licita eſt comeſtio, & valida eſt abſolutio, etiam poſt reuocationem priuilegij, ſi hæc reuocatio non peruenit ad notitiam priuilegiati.

13. *Maior promulgatio re- quiritur ad reuocationem priuilegij, quàm legis, aut conſuetudinis.*

Verùm in hac re diligenter aduerti debet, vtrùm illud, quod reuocatur per legem, ſit propriè priuilegium, quod reſpiciat priuatas perſonas, tanquàm priuata lex; an verò ſit communis conſuetudo, aut lex, quæ reſpiciat totam Communitatem: quamuis enim ad hoc, vt reuocatio priuilegij habeat effectum, requiratur, vt perueniat ad notitiam priuilegiati; ad hoc tamen vt habeat effectum reuocatio conſuetudinis, aut legis; ſatis eſt, ſi perueniat ad notitiam Communitatis; non autem requiritur, vt perueniat ad notitiam cuiuſque; ac proinde minor promulgatio ſufficit ad reuocandam legem, aut conſuetudinem; & ſatis eſt, ſi promulgetur in Curia, & prouinciis; non autem debet promulgari in diœceſi, aut in parochia.

14. *Inualida eſt cõfeſſio, ſi fiat ſacerdoti non approbato, ex priuata ignorãtia decreti Tridẽtini; & abſolutio à reſeruatis, ſi fiat ex priuata ignoratione reſeruationis.*

Atque hoc modo Vaſq. *diſp.* 156. *cit. num.* 29. & ex illo Salas *diſp.* 12. *de legib. ſect.* 6. *num.* 24. *in fine*, notant, quòd ſi quis poſt decretum Concilij Tridentini *ſeſſ.* 23. *cap.* 15. *de reform.* vt nemo confiteatur, niſi Sacerdoti ad id approbato ab Ordinario, & poſt illius promulgationem, confiteretur ſacramentaliter Sacerdoti non approbato, iuxta priorem conſuetudinem totius Eccleſiæ ante illud decretum, confeſſio non valeret, etiamſi fieret ex priuata ignoratione decreti, quo talis conſuetudo eſt reuocata: quia decretum reuocatorium communis conſuetudinis, aut legis; ſatis eſt, ſi promulgetur Communitati; neque eſt neceſſarium, vt veniat ad notitiam cuiuſque. Et idem eſſet ex eodem Vaſq. *ibidem*, ſi de nouo reſeruaretur aliquis caſus, aut cenſura; & per decretum talis reſeruationis reuocaretur communis facultas, aut poteſtas, quæ priùs erat ad abſoluendum: ſimiliter enim adhuc abſolutio eſſet inualida, ſi ex bona fide, & ex priuata ignoratione reſeruationis eſſet collata.

15. *Etiam conceſſio priuilegij non habet effectum, niſi innoteſcat priuilegiato.*

Et qua ratione ad hoc, vt reuocatio priuilegij habeat effectum, requiritur notitia priuilegiati; eadem ratione requiritur eadem notitia ad hoc, vt habeat effectum in ipſo priuilegiato prima conceſſio priuilegij; & alioqui priuilegium nihil in illo operatur, antequàm priuilegiatus habeat illius notitiam, vt notat Felin. *in cap. Cognoſcentes. num.* 7. *de conſtit. limit.* 3. ex Bart. *in l. Omnes populi. ff. de iuſt. & iure.* Panorm. Imol. & alij *in eodem cap. Cognoſcentes. cit.* & plures alij apud Salas *diſp.* 12. *ſect.* 7 *num.* 25. Idque Vaſq *diſp.* 156. *cit. cap.* 4. *num.* 31. ſpecialiter ait eſſe verum, quando priuilegium habet vim diſpenſationis circa aliquam legem: vt, ſi quis, v.g per priuilegium diſpenſetur à lege ieiunij; vel, vt poſſit

16. *Matrimoniũ contractum poſt obtẽtam diſpenſationẽ alicuius impedimẽti, ſed ante habitã illius notitiã, eſt nullum.*

contrahere matrimonium in aliquo ex gradibus prohibitis: antequam enim conceſſio priuilegij ad illius notitiam veniat, nihil operatur: & non modò peccat priuilegiatus, ſi nõ ieiunet, aut ſi contrahat; ſed etiam matrimonium ſic contractum eſt nullum, niſi aliter conſtet de intentione Pontificis, & concedentis, vt *infrà* dicemus: quia, quemadmodum priuilegium eſt priuata lex reſpectu perſonæ priuilegiatæ; ita & requirit priuatam promulgationem, quæ ad illam fiat: & eo ipſo, quòd conceditur, vt diſpenſatio, non cenſetur concedi, vt habeat effectum, niſi quando bona conſcientia ex illo efficitur opus conceſſum.

Atque in hoc diuerſa eſt ratio, ſi tale impedimentum, v.g. matrimonij contrahendi in tali gradu prohibito, tollatur per priuilegium, quod habeat vim diſpenſationis pro hoc contrahente; & ſi tollatur per legem, quæ vniuerſaliter illud tollat pro omnibus: ſi enim tollatur per legem, validè contrahitur, etiamſi contrahatur illicitè ab eo, qui nondum habet notitiam talis legis: quia ſatis eſt, ſi lex ſit promulgata ſufficienter, & habeatur iam communiter illius notitia apud omnes, etiamſi non habeatur particulariter notitia apud hunc: ſi verò ſolùm tollatur per priuilegium, ex hoc ipſo, quòd non

contrahitur licitè ex defectu notitiæ,quæ iam peruenerit ad talem priuilegiatum, communiter non contrahitur validè,vt ſubdit Vaſq.*num.*32.

17. *Si priuilegiũ non concedatur motu proprio ipſius concedentis, ſed ad petitionem ipſius priuilegiati, quomodo ſecundùm aliquos habeat effectum, etiã antequàm illi innoteſcat.*

Atque cum hac limitatione admittit idem Vaſq. *num.*31. doctrinam Syluestri *verb.priuilegium,q.*16. quam etiam vt communem tradit Azor. *part.*1.*lib.*5.*cap.*3.*quæſt.*5. & ex illo Salas *diſp.*12.*ſect.*7.*in fine*, quòd quando priuilegium conceditur priuilegiato poſtulanti illud per ſe,vel per Procuratorem; non autem conceditur motu proprio ipſius concedentis, vel etiam ad petitionem alterius, qui non de mandato priuilegiati,ſed ex ſe,& ſponte ſua priuilegium pro illo petat; ſtatim habeat effectum, neque ſit neceſſarium,vt priùs perueniat ad illius notitiam: vt,ſi alicui, v. g. tali modo concedatur,ne poſſit excommunicari: quanuis enim hæc doctrina ſit rationabilis,quando priuilegium non eſt propriè diſpenſatio ab aliqua lege, contra quam facere debeat ipſe priuilegiatus;quia,ſcilicet, in tali caſu iam habetur ſufficienter ex parte priuilegiati acceptatio priuilegij, quæ requiritur ad illius effectum, cùm priuilegia non conferantur communiter in inuitum; ſicut nec conferuntur beneficia; non tamen eſt rationabilis,quando priuilegium eſt diſpenſatio legis,contra quam fieri debeat; & tali modo petitur,vt diſpenſatio:quia eo ipſo, quòd ſic petitur ad effectum faciendi contra legem,non poteſt haberi ſufficienter illius acceptatio, antequàm habeatur notitia conceſſionis.

18. *Priuilegium, antequàm innoteſcat perſonæ priuilegiatæ, poteſt aliquid operari in aliis.*

Sed rectè addit Azor. *quæſt.*5.*cit.*& ex illo Salas *ſect.*7.*cit.n.*31. quòd,quanuis priuilegium à die conceſſionis, & ante habitam de illo notitiam à perſona priuilegiata, communiter nihil poſſit in illa operari; poteſt tamen operari in aliis, quoad ea, in quibus poſſent illi nocere: nam hac ratione *c.*1.*de conceſſ.prabend.in* 6.dicitur,quòd ſi alicui concedatur à Sede apoſtolica,vt non poſſit excommunicari;verè excommunicatio illum non afficit, etiamſi feratur ab Epiſcopo tale priuilegium ignorante: quia, ſcilicet,iam fertur in non ſubditum, cùm per huiuſmodi priuilegium ſit exemptus,ſaltem quoad hoc,ab illius ſubiectione,vt notat Salas *ibidem*, *n.*28.*in reſponſ.ad* 3 *pro prima ſententia.* Et idem eſſet, ſi Rex alicui concederet,vt non poſſet cogi ad ſoluenda tributa;non poſſet mitti in carcerem;& alia huiuſmodi. Quanuis enim,antequàm id veniret ad illius notitiam, non poſſet in illo aliquid operari; ſiquidem priuilegium,aut diſpenſatio, quandiu eſt ignorata,impoſſibile eſt,vt aliquid operetur in perſona priuilegiata, aut diſpenſata, quoad hoc,quòd poſſit licitè facere contra legem, ad quam alioqui tenetur:poteſt tamen operari in aliis, quando habent illius notitiam, totum id, quod etiam in illis requirit notitiam:vt,v.g.quòd priuilegiatus non ſit ampliùs ſub poteſtate Epiſcopi, quoad excommunicationem,vt diximus in priore exemplo.

19. *Priuilegium poteſt aliquid operari,etiam in ipſo priuilegiato, antequàm illi innoteſcat, ſi Princeps ita intendat.*

Imò,abſolutè loquendo, tale aliquid poteſt operari,etiam in ipſo priuilegiato ſine illius notitia, ſi Princeps ita intendat; & illud,quod operatur,non requirat ſpecialiter illius notitiam: nam, quanuis communiter priuilegia non conferantur in inuitum;& ideò communiter effectum non habeant ſine illius notitia, & acceptatione,vt iam diximus; abſolutè tamen id non repugnat: vt, ſi quis, v.g. etiam inſcius, & inuitus, ex directa intentione,& voluntate Principis eximatur ab aliqua lege,vel ab initio ſub illa non comprehendatur,vt notat Salas *diſp.*12. *de legib. ſect.*7. *cit. num.*27. §. *Ad* 2. & vt ſubdit *num.*30.§.*Deinde*. quanuis non poſſit Princeps intendere, aut facere, vt priuilegiatus licitè operetur ex priuilegio,quandiu illud ignorat;optimè tamen poteſt velle, & facere, vt operetur validè: & ſi Papa per priuilegium diſpenſet cum aliquo,vt matrimonium contrahat intra gradum prohibitum; poteſt ita velle eum eximere à communi lege non contrahendi,vt verè ſit exemptus,etiam, antequàm id ſciat, aut acceptet: & in tali caſu ſimul validè contraher,& illicitè, ſicut & contraheret, ſi poſt acceptatam diſpenſationem, & priuilegium, iterum illius obliuiſceretur,& ex tali obliuione mala fide contraheret. Et ſicut non eſt credibile, quòd Pontifex intenderit ita illum facere habilem ad contrahendum per notitiam & acceptationem priuilegij, & diſpenſationis, vt iterum poſteà voluerit eum euadere inhabilem, ſi contingeret obliuiſci priuilegij priùs cogniti, & acceptati: ita etſi conſtet ex forma, & verbis priuilegij, quòd intenderit eum facere habilem, independenter ab omni notitia, & acceptatione, cenſeri debet contrahere validè, etiamſi ponatur ex ignorantia priuilegij contrahere illicitè. Et cum hac tantùm limitatione eſt intelligendum, & admittendum, quod *paulò antè* retulimus ex Vaſq. *diſp.*156.*cap.* 4. *num.*31. quòd huiuſmodi diſpenſatio tunc ſolùm operetur contrahere validè, quando ſimul operatur contrahere licitè: id enim ſolùm communiter eſt verum,& quando aliter non conſtat de mente concedentis.

20. *Matrimoniũ contractum poſt obtentam diſpenſationem, & ante habitam illius notitiã, poteſt eſſe validum, ſi Papa ita intendat.*

Et idem eſſet ex eodem Salas *ibidem,num.*31.*cit.* ſi Pontifex ex priuilegio aliquem eximeret ab excommunicatione, aut pœna lata per legem; non autem eximeret ab ipſa lege: quanuis enim talis priuilegiatus id ignoraret, & faciendo contra legem putaret,ſe incurrere in excommunicationem, & pœnam legis;verè tamen non incurreret: & in hoc etiam caſu priuilegium ignoratum aliquid in illo operaretur,id eſt, immunitatem ab excommunicatione,& à pœna: quia ſimiliter id non requirit illius notitiam.

DISPVTAT. XVII.

Qualis promulgatio ſit neceſſaria ad hoc, vt obligent leges pontificiæ.

1. *Leges pontificiæ non requirunt promulgationem in prouinciis.*
2. *Regulæ Cancellariæ vtrùm ſint propriè lex.*
3. *Promulgatio Bullæ Cœnæ, quotannis facta Romæ,eſt ſufficiens pro tota Eccleſia.*
4. *Decreta Cõcilij Tridentini cœperunt obligare nõ habita ratione ad promulgationẽ in prouinciis.*
5. *Quomodo dicatur à Canoniſtis, quòd Papa habeat pedes plumbeos.*
6. *Etiam in legibus pontificiis habenda eſt ratio diſtantiæ locorum.*
7. *Secundùm aliquos, etiam leges pontificiæ ſunt promulgandæ in ſingulis prouinciis.*
8. *Quomodo poſſint conciliari dictæ ſententiæ.*

QVOD diximus hucvſque de legibus laïcorum,alio modo videtur dicendum de legibus pontificiis: probabile enim eſt, quòd leges pontificiæ non indigeant promulgatione in prouinciis,aut ſpatio duorum menſium; ſed communiter ſtatim obligent à promulgatione facta Romæ,niſi aliter in ipſis determinetur.Ita Panorm. *in cap.Noneris.num.*3.*de ſent.excommunic.*& plures alij ex Canoniſtis.Sylu.*verb.lex.qu.*6.Nauar.*conſ.*1 *de conſtit.qu.*4.*num.*4.*&* *qu.*9.*num.*32.*lib.*1. Suar. 1.

1. Leges pontificiæ non requirunt promulgationem in prouinciis.

*lib.*4.

Digitized by Google

lib.4 de legib.cap.15.num.3. Vaſq. 1.2. *diſp.156.cap.2. num.12. & ſect.3.num.20.* Azor. *part.1.lib 5.cap.3. quaſt.3.* Regiual *in praxi, lib.13.num.155.* Valen. 1.2. *diſp.7.quaſt.5.puncto 5.dubio 2.* Bonac. *diſp.1.de legibus, quaſt.1.puncto 4.num.16. §. Reſpondeo 3.* Rodtig. *in quaſtionibus regular. tom.1. quaſt.6. art.2. in fine.* Sayr. *lib.3.clau. reg.cap.5. num.11.* & plures alij apud ipſos. Et probatur: quia de facto leges pontificiæ non publicantur communiter, niſi Romæ; & non aliter ſunt publicatæ Decretales, Clementinæ, & Extrauagantes, & regulæ Cancellariæ; quæ tamen certum eſt, quòd obtinent vim legis, vt ſpecialiter de regulis Cancellariæ, quæ videntur habere quoad hoc maiores difficultates, vidêre eſt apud Lud. Gomez *in procemium ad illas, quaſt.2.* vbi id fusè explicat: quamuis aliqui etiam ex recentioribus oppoſitum ſentiant, vt Bonac. *de legib.diſp.1. quaſt.1.puncto 4 num.14.* Salas *de legib.diſp.12.ſect.1.* & aliqui alij. Et ratio eſt: quia promulgatio in ſingulis prouinciis non eſt de iure naturæ, vt *ſuprà* diximus; & Pontifex non tenetur ad ius ciuile; & ideò *Auth. Vt facta noua constitutiones.* in illius legibus non obligat: & ſicut tota Eccleſia eſt vna Reſpublica; ita & Roma eſt quaſi vna metropolis, aut vnum caput Reipublicæ: & cùm in illa omnes ferè mundi nationes commorentur; valdè rationabiliter promulgatio, quæ in illa fit, potuit cenſeri ſufficiens pro omnibus prouinciis, & pro toto mundo; ſiquidem veriſimillimum eſt, quòd notitia promulgationis per illos ipſos, qui Romæ ſunt de vnaquaque prouincia, ad illam totam diuulgabitur.

2. *Regula Cancellaria vtrùm ſint propriè leu.*

3. *Promulgatio Bulla Cœna, quotannis facta Roma, eſt ſufficiens pro tota Eccleſia.*

Et hoc ſolùm modo quotannis appenditur Bulla, quæ dicitur Cœnæ Domini, ad valuas Eccleſiæ S. Ioannis Lateranenſis, & Baſilicæ Principis Apoſtolorũ, vt ij, quos cócernunt huiuſmodi proceſſus, non poſſint prætendere vllam excuſationem, aut allegare ignorantiam, eò quòd ad ipſos non peruenerint: cùm non ſit veriſimile, vt ibi dicitur, id remanere incognitum, quod tam pateuter omnibus publicatur. Et quod *ibidem* ſubditur de facienda etiam promulgatione ſemel in anno à Prælatis ſingulis in ſuis Eccleſiis, ſolùm eſt, vt quæ continentur in tali Bulla, fiant notiora; non autem, vt fiant ſimpliciter nota, cùm hoc ſatis habeatur per ſolam promulgationem Romæ factam, vt ibi dicitur.

4. *Decreta Cõcilij Tridentini cœperũt obligare non habita ratione ad promulgationem in prouinciis.*

Et eadem ratione etiam decreta Concilij Tridentini, ſpectantia ad reformationem, & ad ius poſitiuum, ſimul cœperunt omnes adſtringere, & vbique locorum omnes obligare, non habita ratione de promulgatione in prouinciis, id eſt, anno 1564. Kalendis Maij, vt patet ex declaratione Pij IV. *conſtitutione*, quam ſuper hoc edidit, *Sicut ad ſacrorum.* vbi etiam aſſerit, ſe id declarare conuenienter rationi, iuri, & æquitati. Imò, ne Romæ quidem fuit facta illorum promulgatio, vt notat Nauar. *conſ.1. de constit.num.30.* & ex illo Reginald. *lib.30.n.155.* ſed loco promulgationis, ſolùm fuit, quòd fuerint ſolenniter edita in ipſo Concilio, præſentibus Prælatis ex tota Chriſtianitate, vt etiam communiter fit in aliis Conciliis generalibus.

Et certum eſt, quòd Papa, abſolutè loquendo, benè poteſt ſic obligare per ſolam promulgationem ſuarum legum Romæ factam, vt iam diximus: & quemadmodum Deus in toto mundo exiſtens immobilis, dat cuncta moueri; ita & Papa exiſtens Romæ, & quaſi immobilis, poteſt facere per ſuas leges, vt cuncta moueantur: quod videtur etiam benè explicari per illud dictum Ioannis Monachi *in cap. In generali. de reg. iuris, in 6.* quòd Papa habeat pedes plumbeos, non plumeos, & per prouincias non poſſit diſcurrere, ſiue per ſe, ſiue per Commiſſarios, ad promulgandas ſuas leges; ſicut facit Rex; ſed ipſe immobilis manens, det aliis omnibus, vt moueantur.

5. *Quomodo dicatur à Canoniſtis, quòd Papa habeat pedes plumbeos.*

Hoc tamen, quod diximus de ſufficientia promulgationis factæ tantùm in Vrbe, ad hoc, vt leges pontificiæ obligent vbique, debet intelligi cum iiſdem limitationibus, cum quibus *ſuprà diſp.14. num.16. & 22.* diximus, id intelligi de legibus Principum, & laicorum, vt, ſcilicet, etiam in his legibus pontificiis habeatur ratio diſtantiæ locorum, vt notat Nauar. *conſ.1.de constit.num.19.* Reginald. *lib.13.num.154.* Suar. *de legib.lib.4.cap.15.in fine*, & tunc ſolùm in vnaquaque prouincia intelligatur incipere obligatio alicuius legis pontificiæ, quando ad illam peruenit notitia promulgationis Romæ factæ, & pro vnaquaque prudenti iudicio ſtatuatur huiuſmodi tempus, etiam vltra duos menſes, ſi ita eſt neceſſarium, cùm omninò excedat omnem poteſtatem legiſlatoris, & ſit ſupra omnem conditionem humanæ legis, vt tunc incipiat obligare pro aliquibus locis, quando pro illis eſt impoſſibilis illius notitia, & valdè rationabiliter per epicheiam poſſimus interpretari, quòd non hæc ſit mens Pontificis, vt ſua lex vbique locorum vno, & eodem inſtanti temporis incipiat obligare.

6. *Etiam in legibus pontificiis habẽda eſt ratio diſtantia locorum.*

Et potiori ratione id debet intelligi de iis legibus, quæ ſunt irritatoriæ alicuius contractus, aut alio modo diſponunt de iis, quæ poſſunt cedere in graue damnum, aut iniuriam ſubditorum, vt *ſuprà* diximus *diſp.15. de legibus laicorum*, cùm ſimiliter modus hic irritandi contractus per legem, quando illius notitia eſt impoſſibilis, ſit plenus periculis, minime vtilis bono communi, parum rationabilis, & parum conueniens iuri naturæ, vt *ſuprà* explicauimus.

Dixi autem id eſſe probabile: quia oppoſitum docet Sot. *lib.1. de iuſtitia, quaſt.1. art.4.* Med. 1.2. *quaſt.90. art.4.* Angel. *verb.lex, n.13.* Nauar. *in Man. cap.23. num 44.* Mul *de iuſt.tract.2.diſp.395. num.4.* Panorm. *in cap.2. de constit. num.7.* Felinus *ibidem, num.7.* & alij apud Suar. *lib.4.de legib.cap 15.n.1.* & apud Sayr. & Azor. *locis cit.* qui abſolutè etiam in legibus pontificiis, ad hoc, vt incipiant obligare, requirunt promulgationem in ſingulis prouinciis, & ſpatium duorum menſium à tali promulgatione in vnaquaque prouincia: quod idem in praxi eſſe tutum ſufficienter, & vacare periculo, etiam habet Reginal. *lib.13.num.152. & 156.* quia, vt dicitur *cap.1. de constit.* etiam in iure canonico ſtandum eſt diſpoſitioni iuris ciuilis, quando in contrarium nihil ſtatuit ius ipſum canonicum: & ideò etiam in promulgatione nouarum conſtitutionum ſtandum eſt *Auth. Vt factæ nouæ constitutiones* cùm ſimiliter in contrarium nihil habeatur definitum per ius canonicum; cùm præſertim Papa quando intendit ſtatim obligare per ſuas conſtitutiones, ſæpe id ſoleat in ipſis exprimere, vt patet *cap Cum ſingula de prabend. in 6. & Clem.2. de Haret.* & ideò, quando non exprimit, poſſit cenſeri id non intendere. Idque confirmat Mol. etiam ex Gloſ. *in cap 2. de poſtulat. Prelat.* & *in cap. Nouerit. de ſent. excommunicat.* quæ abſolutè affirmat, leges pontificias obligare poſt duos menſes à promulgatione *iuxta Auth. Vt facta noua constitutiones.* atque ita indicat, promulgationem eſſe faciendam, etiam in ſingulis prouinciis, prout ibi præſcribitur. Et poteſt addi, quòd etiam Pius IV. *in Bulla cit. de inceptione obligationis Concilij Tridentini*, ex hoc ipſo Auth. profitetur, ſe aſſignare certum tempus huiuſmodi obligationi: *Quia*, inquit, *iure communi ſancitum eſt, vt conſtitutiones noua vim non obtineant, niſi poſt certum tem-*

7. *Secundùm aliquos, etiã leges pontificia ſunt promulganda, in ſingulis prouinciis.*

Digitized by Google

pus,&c. Quod tamen non eſſet, niſi etiam in legibus eccleſiaſticis haberet locum ius commune citatum:& etiam in illis habenda eſſet illius ratio.

Neque vrget in contrarium, inquit Molin. *diſp.* 395.*cit*.§.*Veruntamen*.quòd Decretales,& Clementinæ, & plures aliæ leges pontificiæ non ſiot promulgatæ,niſi Romæ; & tamen obtineant vim legis:quia eo ipſo,quòd ſunt inſertæ in corpus iuris, quo vtuntur ſingulæ prouinciæ,& quod explicatur in Collegiis, & Vniuerſitatibus Doctorum; & eo ipſo, quòd practicantur inter viros doctos, & inter Notarios, & contrahentes, ſatis intelliguntur etiam promulgatæ eſſe in prouinciis; & ideò mirum non eſt, ſi completè obtineant vim legis; & negari non poteſt, quin hoc etiam totum ſit probabile.

8. *Quomodo poſſint conciliari dicta ſententia.*

Et fortaſſe vtraque ſententia rectè poteſt conciliari iuxta modum *ſuprà* indicatum *diſp*.15.*num*. 6.quòd à promulgatione Romæ facta,leges pontificiæ ſtatim incipiant obligare particulares ſcientes in vnaquaque prouincia; idque ſolùm dicatur velle prima ſententia: non autem abſolutè, & vniuerſaliter incipiant obligare omnes de prouincia,quouſque in illa communiter non diuulgetur promulgatio facta Romæ; idque dicatur velle ſecunda ſententia: & ſi hæc ſententia in vllis legibus pontificiis habet probabilitatem, maximè habet in illis, quæ ſunt irritatoriæ alicuius contractus, qui alioqui cederet in graue damnum ſubditorum, vt patet ex dictis *ſuprà, diſp*.15. & in illis, quæ ſunt reuocatoriæ priuilegiorum, vt patet *ex diſp*.16.vt de vtriſque notat Reginald. *lib*.13.*num*. 157.*&* 158.

DISPVT. XVIII.

Vtrùm ad legis obligationem requiratur acceptatio populi.

1. *Acceptatio populi per ſe non requiritur ad obligationem legis.*
2. *Non tamen deſunt,qui oppoſitum ſentiant.*
3. *Sed contra illos probatur concluſio.*
4. *Leges eccleſiaſticæ ſpecialiter non dependent ab acceptatione populi.*
5. *Contra leges Papæ non poteſt dari de non vſu, vel de legitima præſcriptione, ſine ſcientia,& conſenſu ipſius Papæ.*
6. *Quomodo leges dicantur firmari moribus vtentium.*
7. *Et quòd nos teneant, quia iudicio populi ſunt recepta.*
8. *Si lex ſit valdè difficilis, credi poteſt non obligare,antequàm acceptetur.*
9. *Et in his caſibus poteſt admitti oppoſita ſententia.*
10. *Licitum eſt ſupplicare ad Principem contra promulgationem nouæ legis.*
11. *Si Princeps taceat ad ſupplicationem contra legem,cenſetur eam reuocare.*
12. *Si violatio legis ab initio ſit valdè frequens, non peccant,qui poſteà illam non ſeruant.*
13. *Quomodo præſumatur conſenſus Principis de ſuſpendenda obligatione ſuæ legis.*
14. *Vtrùm conſuetudo inducatur per duos, aut tres actus.*
15. *Lex per decennium non recepta,non obligat.*
16. *Deſuetudo, vel non vſus, quo differant à conſuetudine.*
17. *Violatio legis debet eſſe à maiori parte,ad hoc, vt alij excuſentur.*
18. *Sufficit tamen, ſiue illi, qui legem violant,habeant illius notitiam,ſiue non.*
19. *Etiam ab initio poteſt ſuſpendi obligatio legis, ſi oriatur magna turbatio.*
20. *Acceptatio, aut non acceptatio legis à populo, qualis eſſe debeat.*
21. *Si caſus legis per multos annos non accidat,non propterea lex cenſeri debet ſublata.*
22. *Quod lex ſit reuocata à Principe, & quòd à populo non ſit recepta,non ſunt paria.*
23. *Ad legis confirmationem non requiritur acceptatio maioris partis Communitatis totalis; ſed poteſt ſufficere etiam maior pars Communitatis partialis.*
24. *Quomodo vna Communitas poſſit expectare acceptationem legis ab alia Communitate.*
25. *Si lex ſit vſu recepta ſolùm ſecundùm vnam partem,ſolùm obligat ſecundùm illam.*

QVÆ hactenus dixi circa poteſtatem ferendi leges,& circa neceſſitatem promulgationis, tenent ſe ex parte ſuperioris eam ferentis: ſed præter illa eſt explicandum, vtrùm aliquid requiratur,etiam ex parte ſubditorum, & populi,ad quem leges feruntur:& præcipuè eſt difficultas de illius acceptatione, vtrùm, ſcilicet,acceptatio populi ita requiratur ad legis obligationem, vt ſit in poteſtate illius eam acceptare,& non acceptare;& ſi acceptet,faciat legem perfectè obligatoriam;& ſi non acceptet,impediat illius obligationem,eámque reddat ineſſicacem ſimpliciter,& non obligatoriam.

1. *Acceptatio populi per ſe non requiritur ad obligationem legis.*

Et breuiter hæc eſt concluſio: Obligatio legis iam promulgatæ,per ſe, & communiter loquendo, non dependet ab acceptatione populi; & ideò mortaliter peccant,qui ab initio eam non ſeruant: quanquam alij poſteà excuſentur, ſi pro illa excitetur in ciuitate, aut regno magna turbatio,vel rebellio populi, & ſic euadat minùs conueniens bono communi;& ipſe Princeps ex his, aut ſimilibus cauſis eam ſuſpendat,& tranſgreſſores non puniat, cùm tamen poſſit. Ita Suar.*lib*.1.*de legibus*,*cap*.11. *num*.70. *& lib*.3.*cap*.19. *& lib*.4.*cap*.16. Vaſq. 1.2. *diſp*.156.*cap*.5.*num*.36. Salas *de legibus*, *diſp*.13.*ſectione* 1. Reginald. *in praxi*, *lib*.13.*num*.161. Rodr. *in qq.regular. tomo* 1.*quæſt*.6.*art*.6. Bonac. *de legibus*, *diſp*.1.*quæſt*.1. *puncto* 4. *num*.29. §. *Sed contrarium*. Ioan.Med. *C.de reſtit.quæſt*.36.*ad* 5. Syluest. *verb.lex*, *quæſt*.6. Zabar. Turrect. & aliqui alij ex Canuniſtis apud Suar.*lib*.3.*c*.19.*cit*.*n*.4.

2. *Non tamen deſunt, qui oppoſitum ſentiant.*

Oppoſitum tamen eos omnes habet Authores, qui abſolutè aſſerunt, ad obligationem legis, hanc etiam,inter cæteras,conditionem requiri, vt acceptetur à populo;& leges ſemper ferri ſub hac tacita conditione,ſi populo placuerit eas recipere, & ſuo vſu firmare.Ita Felin.*in cap*.1.*de tregua*, *& pace*, *num*.12.*& ſeq*. Nauar. *in Man.cap*.23.*num*.41. *& conſ*.1.*de conſtit. num*. 23. *lib*.1. Mai. *in* 4. *diſt*. 15.*quæſt*.4.*in argumentis contra ſecundam concluſionem*. Valen. 1.2. *diſp*.7. *quæſt*.5. *puncto* 5. *dubio* 4. Azor. *part*.1. *lib*.5.*cap*.4. *quæſt*. 1. Tolet. *lib*.8.*cap*. 18. Sayr. *lib*.3.*clau.reg. cap*.5.*num*.14. Filiuc. *tom*. 2. *tract*.21. *cap*.11. *num*.429. & alij apud Vaſq. & apud Salas *locis cit*.quorum ſententia, in quo ſenſu poſſit admitti vt vera,dicemus *infrà*.

3. *Sed contra illos probatur concluſio.*

Quod ergo abſolutè acceptatio populi per ſe non requiratur ad legis obligationem, tanquàm aliquid antecedens,probatur manifeſtè:quia eſt effectus obligationis: & populus ideò legem acceptat,

ptat, quia eſt obligatus ex poteſtate, & voluntate Principis,& legiſlatotis ad illam acceptandam. Vnde, quemadmodum effectus, & quod eſt poſterius, non poteſt dici, quòd præreqniratur ad ſuam cauſam; & ad id,quod eſt prius: ita & acceptatio ooo poteſt dici, quòd præerequiratur ad obligationem legis. Et ſicut in legiſlatore non deeſt poteſtas ad ſubditos obligandos: ita & poteſt non deeſſe voluntas: & ex illa vtraque ſimul iuncta, ſicut poteſt oriri obligatio in ſubditis ad legem ſeruandam;ita & poteſt oriri ad acceptandam:& alioqui, ſi populus per ſuam non receptionem, & non acceptationem legis,poſſet impedire illius obligatiooem,omninò oſtenderetur eſſe maioris virtutis, & efficacitatis,quàm ipſe Princeps:quod tamen eſt maximum abſurdum, cùm Princeps ſit Caput populi, eiúſque habeat regimen; non autem è contrà,vt notat Reginal.*lib.13.num.161.cit.* & Bonac. *quæſt.1.de legib. puncto 4.num.29.* Et,vt benè ratiocinatur Salas *diſp. 13.ſect.1. citata, num.3.* ex duplici tantùm capite fingi poteſt acceptatio populi eſſe neceſſaria, ad hoc, vt lex obtineat vim obligandi, id eſt, vel,quia Princeps non habet poteſtatem obligandi ſine illa; vel, quia non habet voluntatem: quorum tamen neutrum accidit: nam, ſi habet regnum ex bello, certiſſimum eſt, quòd etiam ex bello habet pleniſſimam poteſtatem:ſi verò habet ex electione,etiam habet illam pleniſſimam, cùm populus eam totam in illum transtulerit,quam ipſe habebat,idque ſemper debet præſumi,quando non conſtat de oppoſito, cùm huiuſmodi poteſtas pleniſſima,& abſoluta ſit maximè vtilis ad benè regendam Communitatem: & ſicut poteſtas coërcitiua per pœnas, eſt in illo pleniſſima,& abſoluta,& independens à voluntate populi,*cap.de Liguribus.23.quæſt.1.* ita & debet eſſe poteſtas præceptiua,quæ ab illa ſupponitur.

Quòd verò poſita poteſtate ad obligandum independenter ab acceptatione populi,de facto habeat Princeps etiam voluntatem ſic obligandi, quando fert leges, ex nullo alio meliùs, & clariùs poteſt haberi,quàm ex verbis ipſius legis; quæ tamen communiter nunquam faciunt mentionem huiuſmodi acceptationis: & prætereà ex ipſo vſu, qui tamen communiter eſt, vt etiam primi tranſgreſſores puniantur. Vnde hæc reſeruatio acceptationis communiter non eſt præſumenda, niſi ipſe Princeps eam exprimat, aut aliter colligatur ex rei difficultate, & grauitate, vt dicemus, & notat Suarius *lib.3. cap.19. num.* 8. quidquid in contrarium dicat Bonac.*diſp.1.de legib.quæſt.1.puncto 4.num.29. in fine*, vbi aſſerit, leges communiter ferri cum hac reſeruatione acceptationis, quamuis abſolutè poſſent ferri etiam independenter ab illa.

4. Leges eccleſiaſticæ ſpecialiter non dependent ab acceptatione populi.

Atque id totum certiſſimum eſſe debet magis in particulari in Principe eccleſiaſtico, qui habet poteſtatem immediatè à Deo, non autem à Communitate, vel à populo:ex nullo enim capite poteſt rationabiliter colligi, quòd talis poteſtas non ſit ad obligandum abſolutè, ſed ſolùm ſub conditione, ſi populus acceptauerit. Vnde & de legibus, ſeu conſtitutionibus Papæ communiter dicitur, quòd eo ipſo, quòd ſunt promulgatæ, cenſentur effectuatæ; neque poteſt contra illas induci non vſus, aut vſus

5. Contra leges Papæ non poteſt dari de non vſu, vel de legitima præſcriptione ſine ſcientia, & conſenſu ipſius Papæ.

contrarius,niſi data ſcientia, & conſenſu ipſius Papæ,vt notat Rota Romana coram Caualerio,de anno 1609.ſub 13. Nou. in Rom.Concordiæ S.Petri; & de anno 1610.ſub 12. Februarij, in eadem Romana Concordiæ; & apud illam Abb.*in cap.vltim. num.14.verſ.Vnde ibi.de tregua & pace.* Felin.*in cap. primum,num.6.verſ. Lex noua. eod.tit.* Conarr.*lib.2. var.reſolut. cap.16.num.6.verſ. Quintò ſunt.* & alij: quæ Rota etiam addit contra legem pontificiam non poſſe dari legitimam præſcriptionem ſine eadem ſcientia,& conſenſu Papæ; eamque ſcientiam debere eſſe certam,poſitiuam,& expreſſam,vt etiam habetur apud Capuraq. *deciſ.204. num.2. part.3.* & notat Francus *in cap. Cùm de beneficio. num.4.de præben.in 6.* & alij apud ipſum:quia,ſcilicet,cùm authoritas Papæ non ſit ab homine, ſed à Deo, non poteſt contra illam aliquid fieri ab homine, quod ſit firmum, ſine conſenſu ipſius Papæ, vt notat Archidiaconus *in cap cit. Cùm de beneficio.num.2.verſ. Nec mireris.de præben.in 6.* & Rota Rom.*cit.*

Quòd tamen idem ſit, etiam in Principe laïco, probatur ex eo, quia ſtatim atque promulgauit ſuam legem,conſueuit punire tranſgreſſores;neque ex his vllus eſt,qui pro ſe, & ad pœnam vitandam, eam afferat excuſationem, quòd lex non eſt acceptata: & niſi certò conſtet, quòd à prima electione ad principatum fuit illi data poteſtas ad obligandum per leges, ſolùm dependenter ab acceptatione populi; cenſeri debet fuiſſe data abſolutè,eò quòd eo modo poſſit ipſe obligare Communitatem, quo Communitas ante electionem Principis poterat obligare ſingulos de Communitate. Imò, quando etiam conſtat, quòd ſit data cum reſeruatione conſenſus populi, & ſub conditione, quòd legem acceptet, potiùs dici debet, quòd in tali caſu non ſolus Princeps fert legem; ſed ſimul cum illo etiam populus, quàm quòd poſt legem latam, & promulgatam,requiratur acceptatio populi, vt notat Suar. *lib.3.cap.19.cit.num.6.* & Vaſq *diſp.156.cap.5.num. 38.* Atque hoc modo,etiam *Auth.Vt facta noua conſtitutiones*, ad legis obligationem ſolùm requiritur promulgatio, & ſpatium duorum menſium; non autem fit mentio acceptationis.

6. Quomodo leges dicantur firmari moribus vtentium.

Neque contra hoc multùm facit id, quod habet Gratianus *cap. In iſtis d.4.* quòd leges inſtituantur, cùm promulgantur:firmentur autem,cùm moribus vtentium approbantur: vt enim notat Turrecr.*ibidem*, & apud Suar. *cap 19 cit num.4.* id non intelligitur de firmitate authoritatis, ſed ſtabilitatis,quatenus per contrariam conſuetudinem, & per contrarios mores vtentium poteſt infirmari illarum authoritas; &,vt loquitur Archidiac.apud eundem Turrecr.id ſolùm intelligitur de firmitate facti;non autem de firmitate iuris, ſecundùm quam ab ipſa prima inſtitutione,& promulgatione ſunt firmæ.

7. Et quòd nos teneant, quia iudicio populi ſunt receptæ.

Et eadem ratione debet intelligi id, quod habetur *l. De quibus.ff de legibus*,quòd leges nulla alia de cauſa nos tenent, quàm quòd iudiciu populi ſunt receptæ:& quod habet Ariſt. *2.Politic.cap.6.in fine*, quòd lex nullā vim habeat, vt ipſi pateatur, niſi ex more;qui tamen non fit,niſi temporis longitudine: hæc enim omnia non intelligunrur de prima obligatione,aut de inceptione obligationis;ſed de continuatione, & ſtabilitate, quæ maximè pendet a conſuetudine,& vſu populi,vt dicemus.

8. Si lex ſit valdè difficilis, credi poteſt non obligare, antequàm acceptetur.

Dixi autem in concluſione, leges per ſe, & communiter loquendo, non dependere ab acceptatione populi:quia ex accidente,& in aliquo caſu rationabiliter poteſt præſumi, quòd etiam ab initio lex non obliget ante acceptationem: vt,v.g. ſi ſit de re valdè graui, & difficili. Nam tunc veriſimiliter poteſt credi, quòd non feratur à Principe ex abſoluta voluntate obligandi; ſed ſolùm ad experiendum, quomodo recipiatur,vt notat Salas *diſp.13.de legib. ſect.1.num.5.* & Suar.*lib.3.cap.19.citato,num.12.* qui

9. Et in his caſibus poteſt admitti oppoſita ſententia.

etiam in hoc ſenſu ait, poſſe admitti, imò & multùm videri vſu receptam communem ſententiam Canoniſtarum *in cap.1. de tregua, & pace*, & aliorum, quos *paulò antè* retulimus *num.2.* quòd leges

non obligent, niſi acceptentut. Quanquam in rigore loquendo, etiam, quando leges ſunt graues, ſeruari debeant, niſi fortè ſint etiam iniuſtæ: nam rei grauitas, & difficultas ſolùm facit, vt poſſit inſtari coram Principe, vt legem reuocet, vel ſuſpendat; interim tamen eam ſeruando, dum ſic inſtatur, vt notat Suar. *c.19.cit.n.12.* Quanquam per epicheiam poſſit aliquando etiam non ſeruari, ſi, ſcilicet, repugnet antiquis conſuetudinibus, aut priuilegiis regni, vt ex eodem Suar. notat Salas *diſp.13.cit.ſect.4. n.21.* idque à fortiori eſt verum, quando populus licitè poteſt non acceptare legem: vt, v.g. ſi habeat priuilegium, quòd ipſi non imponantur tributa; & tamen de his ipſis feratur lex; vel quando vnuſquiſque aduertit, quòd lex eſt durior, & facta promulgatione non videt, quòd populus eam acceptet; vel etiam videt, quòd poſitiuè illi repugnet, vt notat Salas *diſp.13.ſect.1.n.5.*

Atque hoc eſt multò rationabilius, quàm quod aſſerunt aliqui apud Suar. *lib.4.de legib.c.16.num.5.* ſupplicationem, vel appellationem à lege eſſe omninò friuolam, & inutilem; & ſolùm poſſe proficiſci ex ignorantia: ſiquidem ſecundùm iura à lege nõ appellatur, *l.fin.ff.de appellat. & l Si qua pœna. ff.de verb.ſign.* & lex hoc maximè differt à reſcripto, & à ſententia, quòd à reſcripto, & à ſententia poſſit appellari, *c.Significaſti. & c.Si quando. de reſcriptis, & c.Cùm teneamur.de præben.* in quantum, ſcilicet, reſcriptum communiter datur ſuper aliquo facto particulari, & in illo poteſt Princeps prima vice nõ eſſe benè informatus, & indigere meliore informatione, quæ ſit danda ſecunda vice: quod idem etiam eſt de ſententia, quæ ſimiliter ſolùm datur ſuper aliquo facto particulari, & ex probationibus partium; ſuper quibus tamen poteſt facilè contingere grauamen vnius partis: lex verò ſolùm fertur in generali, & ex ſcientia vniuerſali communis boni, in qua non contigit deceptio.

10. *Licitum eſt ſupplicare ad Principem contra promulgationem nouæ legis.*

Sed contra hoc multùm facit: quia etiam in lege poteſt contingere, vt non congruat moribus omniũ gentium, aut prouinciarum, ad quas fertur; ſi illæ præſertim multæ ſint, & inter ſe valdè diuerſæ, vt accidit in legibus pontificiis, quæ feruntur ad omnes fideles totius mundi; & in tali caſu, quamuis lex non ſit abſolutè diſconueniens, & nimis grauis, aut dura pro omnibus; poteſt tamen eſſe talis pro vna aliqua gente; & ideò rationabiliter poteſt pro illa ſupplicari, & recurri ad Pontificem; neque hic eſt cenſendus id ægrè ferre, aut abſolutè velle mutare conſuetudines, aut mores cuiuſque gentis. Et de facto ita practicatur in pluribus prouinciis, vt ſubdit Suar. *n.8.* Neque in iure communi *locis cit.* abſolutè dicitur, quòd à lege non ſit appellatio; ſed ſolùm, quòd non ſit à pœna impoſita ſecundùm legem, vel à ſententia lata ſecundùm legem: eo enim ipſo, quòd lex ſupponitur iam eſſe recepta, & cõmuniter obſeruari, vt iuſta; etiam pœna, vel ſententia, quæ ſecundùm illam eſt lata, ſupponitur eſſe iuſta; & ideò ab illa non eſt appellatio: ſecùs verò eſt de ipſa lege, quando primò fertur, & nondum eſt recepta, aut firmata moribus vtentium: quia in tali ſtatu facilè poteſt non eſſe ſimpliciter conueniens pro omnibus nationibus; & ideò rationabiliter poteſt pro vna aliqua ſupplicari. Vnde & in Bulla Cœnæ, *n.14.* non excommunicantur, qui ad informandum Pontificem ſupplicant contra exequutionem literarum apoſtolicarum: ſed qui poſteà ſupplicationes non proſequuntur legitimè coram Pontifice, aut Sede apoſtolica; atque ita manifeſtè ſupponitur, quòd talis ſupplicatio, eiúſque proſecutio poſſit eſſe legitima, & omninò licita.

Et quòd abſolutè non ſit illicitum ex rationabili cauſa ſupplicare ad Principem contra promulgationem nouæ legis, docet Panorm, & Felinus *in c. 1.de tregua, & pace.* Caſtr. *lib.1.de lege pœn.c 1.* Salas *diſp.18.de legib.ſect.4 n.21.* Suar. *lib.4 de legib.c.16. cit.n.6.& ſeq.* Bonac. *diſp.1.q.1.punct.4.n.41.& ſeq.* & alij apud ipſum. Et in caſu talis ſupplicationis, vel interim ſeruanda eſt lex, & nihil contra illam eſt innouandum, quantùm fieri poteſt; vel, ſi vrgeat grauis cauſa, poteſt per epicheiam ſuſpendi illius obſeruatio, vt notat Suar. *c.16.cit.n.8.* & alij apud Bonac. *n.41.cit.* qui etiam ſubdit *n.45.* ſi fortè Pontifex, aut Princeps ad huiuſmodi ſupplicationem taceat, ſiamque legem neque expreſsè reuocet, neque confirmet; cenſeri poſſe tacitè reuocare, niſi fortè ex aliis coniecturis oppoſitum conſtet, vt etiam notat Salas *n.21.cit.*

11. *Si Princeps taceat ad ſupplicationẽ contra legem, cenſetur eam reuocare.*

Secunda pars concluſionis, quòd peccent mortaliter, qui ab initio legem non ſeruant, non eget probatione, ſi lex ſtatim obligat, neque dependet ab acceptatione populi.

Tertia pars, quòd alij poſteà excuſentur, quando violatio legis ab ipſo initio eſt valdè frequens, & in maiori parte populi, & legiſlator id ſcit, & tranſgreſſores non punit, probatur ex eo: quia in tali caſu facilè poteſt credi, quòd lex non ampliùs obliget; ſed ex conſenſu tacito ipſius Principis ſit ſuſpenſa, aut reuocata. Rectè tamen aduertit Reginal. *lib.13.n.161.cit.in fine,* ex Sylu. *verb.lex,q.6.* & alij, neceſſarium eſſe, vt Princeps benè ſciat huiuſmodi tranſgreſſiones, & vt poſſit illas punire, & non puniat: quia alioqui ſi neſciat, vel non poſſit tranſgreſſores punire; non poteſt ſufficienter præſumi illius conſenſus tacitus de ſuſpendenda obligatione ſuæ legis: ſi verò ſciat aliquo modo tranſgreſſores, & poſſit illos punire; probabiliſſimũ eſt, quòd ad huiuſmodi conſenſum tacitum præſumendum ex parte Principis, poſſit ſufficere etiam prima conditio, aut latio legis: quia per hanc ipſam credi poteſt ſimul intendere obligationem legis inducere, & eandem obligationem ſuſpendere, in caſu, quo maior pars Communitatis eam non acceptet, ſi præſertim idem Princeps ab ipſo initio non adhibeat miniſtros, qui legis obſeruationi inuigilent, vt notat Azor. *part.1.lib.5.c.4.qu.2.* & ex illo Salas *diſp.13. cit.ſect.2.in fine,n.16.*

12. *Si violatio legis ab initio ſit valdè frequens, non peccant, qui poſteà illam non ſeruant.*

13. *Quomodo præſumatur conſenſus Principis de ſuſpendenda obligatione ſua legis.*

Quot autem tranſgreſſiones ad id requirantur, non conſtat inter Doctores. Nam Panorm. *in c.1.de tregua, & pace. & in c.Cùm decorẽ. de vita, & honeſt. Clericorum,* Archidiac. *in c.Illud.d.12.* Sylu. *verb.conſuetudo,q.4 & verb.Infamia,n.9.* Armilla *verb. Conſuetudo.* Rodrig. *in qq.regul tom.1.qũ.6.art.12.* Reginal. *in praxi, lib.13.n.162.* & aliqui alij, præſertim ex antiquis Iuriſtis apud Bart. *in l.2.n.12.C.quæ ſit longa conſuetudo.* exiſtimant, ſatis eſſe, ſi lex violetur bis, aut ter à maiori parte populi: quia *c.Ita nos.25. q.2.* geminata cædes duorum Epiſcoporum appellatur vſus, & conſuetudo occidendi Epiſcopos: *& l.Palam. ff.de ritu nupt.* mulier dicitur meretrix, ſi duos admiſit cauſa quæſtus: & *l.Nemo. C.de epiſcopali audientia.* crimina pluſquàm ſemel commiſſa appellantur conſuetudo peccandi.

14. *Verùm conſuetudo inducatur per duos, aut tres actus.*

Contrà verò Bart. *ibidem,* & ex illo Suar. *lib.7.de legibus,c.10.n.3.* & Salas *diſp.13. ſect.6.n.24.* huiuſmodi textus ſolùm intelligunt de quadam aſſuefactione, ratione cuius delicta ſunt grauiùs punienda, & non facilè condonanda; non autem de conſuetudine propriè dicta, quæ ſufficiat ad legem reuocandam, vel nouum ius inducendum: & pro hac contendunt ſaltem requiri tot actus, quot moraliter ſufficiunt ad declarandam renitentiam populi contra

tra

tra legem, & conniuentiam Principis; neque id poſſe certiùs determinari, qoàm prudenti iudicio: & hoc aliquando benè poteſt formari etiam ex duobus, aut tribus actibus tranſgreſſionis, ſi fiaor ſciente Principe, & non puniente: quod ſolùm fortaſſe volunt Authores citati, vt patet ex Reginaldo.

Et idem aſſerit idem Suar. *ibidem, cap.* 11. *num.* 12. etiam de actibus iudicialibus, quòd, ſcilicet, non ſufficiant duo tantùm, ad inducendam conſuetudinem, aut ſtylum iudicij; ſed requiratur frequentia, quæ ſit ſufficiens ad oſteodendam voluntatem populi, & Principis.

Quantùm autem temporis requiratur ad hoc, vt conſuetudo legitimè præſcribator, & legem perſectè abroget, nou eſt huius loci. Legi poteſt Nauat. *conſ.* 1. *de conſtit. num.* 24. *lib.* 1. Suar. *lib.* 7. *de legibus, cap.* 15. *&* 18. Valen. 1. 2. *diſp.* 7. *quæſt.* 5. *puncto* 8. Azor. *part.* 1. *lib.* 5. *cap.* 17. *quæſt.* 6. Sayr. *lib.* 3. *clau. reg. cap.* 11. *num.* 8.

15. *Lex per decenniũ non recepta non obligat.*

Sed vno verbo illud eſt indicandum, plus tẽporis requiri ad præſcribendam cooſuetudinem, quæ abroget legem iam receptam, & quæ ſit cootra ius, quàm requiratur ad illam præſctibendam, quando lex ab initio non eſt recepta: ad hanc enim ſatis ſunt decem anni: & ſi lex totis decem annis à ſua promulgatione, nec ſit ſeruata, nec ſit cœpta ſeruari à maiori parte Communitatis, non ampliùs ligat; & non vſus legis, vel deſuetudo eſt ſufficienter præſcripta, vt ootat Nauar. *conſ.* 1. *de conſtit. num.* 25. ex Felino, & aliis, & Reginal. *lib.* 13. *cit. num.* 162.

16. *Deſuetudo, vel non vſus quo differant à conſuetudine.*

& Azor. *par.* 1. *lib.* 5. *cap.* 4. *quæſt.* 4. qui etiam benè ſubdit *quæſt.* 5. *ſequente* ex eiſdem Canoniſtis plura diſcrimina inter non vſum legis, vel deſuetudinem, quæ propriè eſt ab ipſo initio, & facit, vt lex non recipiatur; & inter conſuetudinem, quæ propriè eſt, poſtquàm lex eſt vſu recepta, vel ſeruari iam cœpta, & facit, vt ceſſet obligare, & non ampliùs obliget; & inter cætera hoc etiam habet, quòd deſuetudo, vel non vſus ſatis habeat ad ſui præſcriptiooem, ſi continuetur per decennium, cùm tamen conſuetudo contra legem iam receptam requirat tempus multò longius, vt etiam dixerat *quæſt.* 4. *præcedente.*

17. *Violatio legis debet eſſe à maiori parte, ad hoc, vt alij excuſentur.*

Dixi verò, violationem legis, quæ ſuſpendit illius obligationem, debere eſſe à maiori parte populi, & ſciente legiſlatore, & non puniente: quia tunc poteſt maximè rationabiliter præſumi illius conſenſus de legis ſuſpeoſione, aut reuocatione, vt notat Nauar. *in Man. cap.* 23. *num.* 41. *& conſ.* 1. *de conſtit. num.* 23. Suar. *lib.* 3. *de legibus, cap.* 19. *num.* 13. Vaſq. 1. 2. *diſp.* 156. *cap.* 5. *num.* 40. & alij: quanquam Suar. rectè addat, ex hac ipſa maiori parte populi non ſeruantis legem, non eſſe temerè iudicandum de illius ſuſpenſione: quia abſurdum eſſet liberari booos à legis obſeruatione, per hoc, quòd mali, qui ſemper ſunt in maiori parte, eam non ſeruent: & ideò attendi debere, etiam turbationem, & ſcandalum, quod ſolet accidere in Communitate, ſi aliqui putent, ſe obligatos ad legem, quam alij communiùs putant non obligare: tuoc enim multò rationabiliùs poteſt præſumi conſenſus Principis.

18. *Sufficit tamẽ, ſiue illi, qui legem violãt, habeãt illius notitiam, ſiue non.*

Et probabile eſt, quòd non ſolùm ſufficiat, ſi illi, qui legem non ſeruant, habeant illius notitiam; ſed etiam, ſi illam ignorent, vt notant Nauar. *conſ.* 1. *de conſtitut. num.* 25. *&* 26. Azor. *lib.* 5. *cap.* 4. *quæſt.* 1. Sal. *de legib. diſp.* 13. *ſect.* 2. *num.* 11. Filiuc. *tract.* 21. *num.* 429 Reginal. *lib.* 13. *num.* 164. §. *Quæri poteſt quintò.* Bonac. *diſp.* 1. *de legib. quæſt* 1. *puncto* 4. *n.* 28. quia eo ipſo, qoòd legiſlator eos non punit, neque curat legem ſuam meliùs promulgare, ſignum eſt, quòd oeque etiam curet eam ſeruari: & ſi hoc, quod eſt legem non ſeruari ſcienter, à maiori parte Commnnitatis, poteſt ſufficere ad eam infirmandam, & ſuſpendendam; potiori ratione debet ſufficere hoc, quod eſt, eam noo ſeruari ignoranter, cùm hoc ſit magis dignum indulgentia Principis. Et ſi contingat, vt lex, poſtquàm aliquandiu non fuit recepta à maiori parte Communitatis, tandem recipiatur; ſiue id accidat, quia tollitur ignorantia legis; ſiue ex quocunque alio capite; iterum incipiet obligare, niſi Princeps ex occaſione huius ipſius non vſus, aut non receptionis, eam omoinò abrogarit; & niſi cooſuetudo eam non ſeruandi ſit iam præſcripta, vt notat Nauar. *conſ.* 1 *de conſtitut. quæſt.* 7. *num.* 20. & ex illo Sal. *diſp.* 13. *ſect.* 2. *cit. num.* 11. qui etiam rectè ſubdit, ad hunc effectum infirmandi, & ſuſpendendi legem per non vſum maioris partis Communitatis, parum referre, quòd hæc maior pars Communitatis ſit tantùm eorum, qui legem norunt, aut tantùm eorum, qui ignorant; an verò ſit vtrorumque, & partim conſtet ex iis, qui ignorant, & partim ex iis, qui norunt: nam in his omnibus caſibus eadem ſemper eſt vis ipſius non vſus, quoad inducendam præſumptionem conſenſus, ſaltem taciti ipſius Principis, etiam ſine actuali, & formali notitia, quam actualiter, & formaliter de illo habeat.

19. *Etiã ab initio poteſt ſuſpendi obligatio legis, ſi oriatur magna turbatio.*

Quòd ſi ab ipſo etiam initio promulgationis oriatur periculum rebellionis contra Principem, aut contra legem; probabile eſt, quòd etiam ab initio ſuſpendatur obligatio legis, cùm eo ipſo euadat minùs conueniens bono communi, & impoſſibilis ſecundùm mores regni; ac proinde deſinat eſſe lex, vt notat Vaſq. *diſp.* 156. *cit. cap.* 5. *num.* 41. quanquam hoc ipſum non eſt dicendum per ſe ſuſpendere huiuſmodi obligationem, & independẽter à conſenſu legiſlatoris: ſiquidem ſolùm prouenit ex malitia ſubditorum; & quantùm eſt ex ſe, materia legis eſt verè vtilis, & conueniens bono communi: ſed ſolùm ſuſpendit, in quantum mouet legiſlatorem, vt velit ſuſpendere, vt notat Salas *diſp.* 13. *cit. ſect.* 1. *num.* 7. *verſ. Nunc ſolùm aduerto.*

20. *Acceptatio, aut non acceptatio legis à populo, qualis debeat eſſe.*

Qui etiam rectè ſubdit *ſect.* 2. *num.* 9. *&* 10. ex Valen. 1. 2. *diſp.* 7. *q.* 5 *puncto* 5. *quæſt. nunc.* 6. ex quo id aſſerit etiam Reginald. *lib.* 13. *num.* 164. quòd huiuſmodi acceptatio legis, quæ fit à populo, non eſt neceſſarium, vt fiat ſolenniter voce præconis, aot affixione ſcripturæ; ſed ſatis eſt, ſi fiat quomodocunque, etiam ſolis actibus, qui ſint ſecundùm legem; & ſola non reiectione, & non improbatione legis, cùm hæc ipſa ſit tacita quædam acceptatio. Et contrà non acceptatio, vel non receptio legis debet eſſe per actus contrarios, quando accidit caſus obſeruationis illius, & à maiori parte

21. *Si caſus legis per multos annos non accidat, nõ proptereà lex cenſetur ſublata.*

communitatis non obſeruatur: & ſi fortè per plurimos anuos non veniat caſus obſeruationis, non proptereà dici poteſt obligatio legis eſſe ſublata per non vſum; & lex ipſa non eſſe recepta, vt notat Nauar. *conſ.* 1. *de conſtit. num.* 20. Rodrig. *in quæſt. regular. tomo* 1. *quæſt.* 6. *art.* 12. Azor. *part.* 1. *lib.* 3. *cap.* 4. *quæſt.* 7. *ſeſſ.* .. *lib.* 2. *cap.* 22. *dub.* 14. Salas *diſp.* 13. *ſect.* 2. *num.* 11. Bonac. *diſp.* 5. *de legib. quæſt.* 1. *puncto* 4. *num.* 48. Reginal. *lib.* 13. *num.* 162. §. *Quæri poteſt ſecundo.*

21. *Quòd lex ſit reuocata à Principe, & quòd à populo non ſit recepta, nõ ſunt paria.*

Qui etiam rectè ſubdit *num.* 164. §. *Quæri poteſt* 6. ex eodem Nauar. *num.* 28. non eſſe paria hæc duo, vt lex ſit reuocata à Principe; &, vt à ſubditis non ſit recepta: nam reuocatio omninò extinguit ipſam legem, & facit, vt non poſſit ampliùs obtinere, niſi de nouo feratur: cùm tamen non vſus, vel non receptio ſolùm ſuſpendat; nõ autem extinguat obligationem legis: & ideò, vt obtineat, non ſit neceſſariò ferenda de nouo; ſed ſatis habeat, ſi vſo ipſo incipiat recipi, vt etiam notat Suar. *lib.* 4. *de legibus, cap.* 16.

cap.16.n.14 ad finem,& Bonac. *diſp.1.de legib.qu.1. puncto 4.n.37.& 38.*

23. *Ad legis confirmationem non requiritur acceptatio maioris partis Communitatis totalis; ſed poteſt ſufficere etiam maior pars Communitatis partialis.*

Et dum dicitur acceptatio legis eſſe facienda à maiori parte Communitatis,non eſt intelligendum de Communitate ſolùm totali,ſi illa ſit ampliſſima, & maxima,ad quam totam dirigitur, & fertur lex: vt,v.g. de tota Eccleſia,ſi ſit lex pontificia; vel de toto imperio,ſi ſit lex imperatoria; & ita de aliis: ſed ſatis eſt, ſi lex admittatur etiam à Communitate partiali,dummodo etiam illa ſit ſatis ampla,vt notat Valent.1.2.*diſp.7.qu.5.puncto 5.in fine.* Reginal.*lib.13.n.163.*Azor.*lib.5.c.4.qu.3.*Bonac.*diſp.1. de legib.qu.1.puncto 4.n.32.& 33.* & hoc modo lex pontificia poteſt obligare,v.g.Italiam,ſi Italia illam acceptet, etiamſi non obliget Galliam, aut Hiſpaniã:quia vnuſquiſque de Italia potiùs debet, quoad legum obſeruationem, conformari Communitati, cuius ipſe immediatiùs eſt pars, quàm aliis, dummodo illa Cõmunitas principaliter, & per ſe obligetur per legem, etiam independenter ab aliis:

24. *Quomodo vna Communitas poſſit expectare acceptationem legis ab alia Communitate.*

quamuis enim, quando lex æqualiter fertur ad omnes,neque eſt ratio, quare potiùs debeat acceptari ab vna Communitate, quàm ab alia, poſſit fortaſſe vnaquæque expectare acceptationem aliarum;& ſi videat legem non ſeruari ab aliis, poſſit etiam ipſa eam non ſeruare,vt habet Salas *ſect.2.cit.n.10.* ſi tamen de facto vna acceptet, tenentur etiam ſinguli de eadem Communitate eam ſeruare; & ſi Princeps quaſi indiuiſè, & in ſolidum velit omnes Communitates obligare per ſuam legem, ſingulæ tenebuntur eam acceptare,perinde ac ſi ad ſingulas eſſet lata; quidquid ſit de acceptatione aliarum, vt videri poteſt apud Nauar.*conſ.1.cit.de conſtit.qu.5.7.& 8.*& apud Azor.*par.1.lib.5.c.4.q.3.*

Et ex intentione Principis volentis,aut non volentis per ſuam legem obligare vnam Communitatem particularem, etiam ſeorſim ab aliis, videtur maximè iudicandum, vtrùm lex,quæ per ſe eſt lata ad omnes Communitates particulares, & à pluribus illarum non eſt vſu recepta, obliget vnam aliquam,aut alteram,à qua fortè fuit recepta,vt benè notant Valen.& Reginal.*locis cit.* ſic enim decreta Concilij Trident. v.g. quamuis ſint lata pro omnibus prouinciis,& Regnis Chriſtiani Orbis; de facto tamen obligant illa,in quibus fuerunt promulgata,& vſu recepta, & non obligant alia: quia hæc ipſa fuit mens, & intentio Concilij, vt obligarent aliqua, etiam ſeorſim, & independenter ab aliis,ſi ſolùm in aliquibus fuiſſent promulgata, & vſu recepta; non autem in aliis,vt etiam notat Nau.*conſ.1.de conſtitut.num.32.*Et contrà,ſi Bulla Clementis VIII.*de muneribus Religioſorum*,in maiori parte Religionum non eſt vſu recepta,vel certè per conſuetudinem, & vſum contrarium eſt abrogata, & ſolùm in vna, aut altera Religione fortaſſè viget illius obſeruantia; non videtur verè obligare hanc vnam,aut alteram:quia intentio Pontificis non eſt, niſi,vt obligentur omnes æqualiter:& ideò ceſſante per non vſum obligatione in maiori parte, rectè creditur etiã ceſſare pro omnibus;& abſolutè nulla Religio per illam teneri, cùm non ſit ratio, quare Pontifex velit vnam teneri, quando eſt contentus, vt aliæ omnes non teneantur.

25. *Si lex ſit vſu recepta ſolùm ſecundùm vnam partẽ, ſolùm obligat ſecundùm illam.*

Atque hoc totum debet intelligi non ſolùm de legibus quoad omnes ſuas partes, ſi fortè contingat,vt ſecundùm omnes non acceptentur;ſed etiam quoad vnam tantùm,ſi contingat,vt ſolùm non acceptentur ſecundùm vnam, vel ſolùm ſecundùm aliquas plures;non autem ſecũdùm omnes:vt enim notat Nauar.*in Man.c.23.n.62.§. Decimò.* & Reginald.*lib.13.n.165.* & Valent.1.2.*diſp.7.q.5.puncto 5. quæſtiunc.4.*& Salas *de legibus,diſp.13.ſect.1.de legibus,q.1.puncto 4.n.30.* ſecundùm illam tantùm partem vnam,vel plures,obtinet lex, ſecundùm quam eſt vſu recepta: & ideò fieri poteſt, vt ſolùm obtineat ſecundùm id, quod principaliter ſtatuit; non autem ſecundùm pœnam,quam adiungit;vel etiam vt obtineat ſecundùm vnam pœnam,non autem ſecundùm aliam; v. g. ſecundùm nullitatem contractus, non ſecundùm pœnam excommunicationis, vel exilij:& hoc modo,inquit Nau. *Extrauagantem, Ambitioſè. de reb.Eccleſ.non alien.*in aliquibus diœceſibus Hiſpaniarum ſolùm obligare quoad nullitatem contractus in illa prohibiti: quia ſolùm ſecundùm illam eſt vſu recepta; non autem obligare ſecundùm excommunicationem,cùm ſecundùm illam nõ ſit recepta. Et ratio eſt:quia eadem eſt proportio,vel ratio partis ad partem,quæ eſt totius ad totum; & quæ dicuntur de tota aliqua re,eadem & de parte debent intelligi:*l.Qua de tota.ff.de rei vendic.* Vnde, ſi non vſus,vel non receptio totius legis poteſt ſuſpendere,& impedire obligationem totius,etiam non vſus,vel non receptio alicuius partis poteſt ſuſpendere, & impedire obligationem partis,cùm alioqui conſenſus tacitus ipſius Principis,& legiſlatoris,tam poſſit haberi pro parte,quàm pro tota: & quemadmodum dependenter ab hoc conſenſu, tam poteſt per conſuetudinem contrariam abrogari tota aliqua lex,quàm poteſt ſola aliqua pars; ita & per non vſum, vel deſuetudinem tam poteſt ſuſpendi, aut impediri obligatio totius, quàm partis.

DISPVT. XIX.

Vtrùm leges humanæ ſemper obligent ad culpam; an verò aliquando poſſint obligare ſolùm ad pœnam.

1. *Omnis lex ad aliquid obligat.*
2. *Quomodo aliquæ leges dicantur ſolùm eſſe permittentes,aut ſolùm punientes.*
3. *Regula Religioſorum quomodo ſint propriè leges.*
4. *Leges fauorabiles, & quæ continent priuilegia, quomodo ſint leges propriè dictæ.*
5. *Conſilium quomodo poſſit dari per legem.*
6. *Conſilium quo differat à præcepto.*
7. *Quomodo imperare,& vetare dicantur eſſe effectus legis.*
8. *Etiam leges ciuiles poſſunt obligare in conſcientia.*
9. *Leges humanæ, & præſertim ciuiles ſecundùm aliquos non poſſunt obligare ad culpam.*
10. *Sed oppoſitum vel eſt de fide, vel eſt proximum fidei.*
11. *Poteſtas eccleſiaſtica,& ciuilis quo differant.*
12. *Aliquæ leges poſſunt eſſe purè pœnales, & non obligare ad culpam eos,pro quibus feruntur.*
13. *Etiam leges purè pœnales obligant aliquos in conſcientia.*
14. *Omnis lex præceptiua,& propriè dicta obligat in conſcientia.*
15. *Non ex eo eſt iudicanda aliqua lex eſſe purè pœnalis, & non obligare in conſcientia: quia pœnam exprimat.*
16. *Quamuis aliqui oppoſitum ſentiant.*
17. *Quod tamen ſecundùm aliquos alios eſt error,& non poteſt defendi etiam vt probabile.*

18. *Quomodo*

18. *Quomodo poſſit cognoſci, quòd aliqua lex ſit purè pœnalis.*

19. *Ex grauitate pœna poteſt colligi, quòd lex obliget in conſcientia.*

20. *Fuga è carcere non eſt peccatum.*

21. *Etiam leges eccleſiaſtica poſſunt eſſe purè pœnales.*

1. *Omnis lex ad aliquid obligat.*

PRIMÒ eſt ſupponendum, quòd proximus, & immediatus effectus legis iam vltimò conſtitutæ per ſolennem promulgationem, eſt obligatio ad aliquid: nam hanc neceſſariò inducit voluntas efficax legem ferentis, & per hanc maximè differt lex à conſilio, vt docet S.Thom. 1.2. *quæſt.* 108. *art.*4. neque vlla eſt lex, quæ ad aliquid non obliget, vt notat S.Thom. 1.2. *quæſt.*90. *art.*1. *&* *art.*3. *ad* 2. *&* *quæſt.*92. *art.*1. *&* *quæſt.*93. *art.*2. *&* *quæſt.*100. *art.*9. Sot. *lib.*1. *de iuſt. quæſt.*1. *art.*1. Caſtr. *lib.*1. *de lege pœnali, cap.*1. *ad finem*, Sayr. *lib.*3. *clau. reg. cap.*2. *num.*13. Azor. *part.*1. *lib.*5. *cap.*2. *quæſt. vlt.* Salas *de legibus, diſp.*3. *ſect.*2. *num.*10. Suar. *lib.*1. *de legibus, cap.*14. *num.*5.

2. *Quomodo aliqua leges dicantur ſolùm eſſe permittẽtes, aut ſolùm punientes.*

Et quòd dicuntur aliquæ leges ſolùm eſſe permittentes, vt quando militi, v.g. permittitur, etiam poſt ſententiam contra ſe latam, vti exceptionibus rationæ ignorantiæ, quæ in illo præſumitur, & admittitur, *l.* 1. *C. de iuris, & facti ignorantia*, ſolùm contingit: quia per illas obligantur ipſi Iudices, vt non prohibeant, neque puniant eos, qui fecerint ea, quæ permittuntur: & in caſu poſito de milite, vt admittant exceptiones ſuæ ignorantiæ, vt notat Caſtr. *lib.*1. *de lege pœn. cap.*1. *cit. in fine*, & ex illo Suar. *num.*5. *cit.* Et quod dicuntur quædam leges ſolùm eſſe punientes, aut purè pœnales, ex eo contingit: quia obligant Iudices, vt certas pœnas huic, vel

3. *Regula Religioſorũ quomodo ſint propriè leges.*

illi actioni imponant; vel certè obligant reos, vt illas ſuſtineant, & patiantur, ſi fuerint impoſitæ, etiam à Iudice non obligato, vt contingit in multis legibus Religioſorum, pro quarum tranſgreſſionibus non tenentur ſuperiores pœnas imponere: ſed, ſi imponant, tenentur ſubditi eas pati, vt notat Suar. *lib.*5. *de legib. cap.*4. *num* 4. & ſi neque ſubditi, neque ſuperiores vllo modo teneantur in conſcientia, non debent dici eſſe propriè leges; ſed potiùs directiones, & inſtitutiones.

4. *Leges fauorabiles, & quæ continẽt priuilegia, quomodo ſint leges propriè dictæ.*

Et idem eſt, ſi inter leges numerentur etiam illæ, quæ ſunt fauorabiles, & continent priuilegia, non ſolùm vni tantùm priuatæ perſonæ conceſſa, & in bonum priuatum; ſed etiam integro alicui Ordini, & in bonum commune, vt ſunt, v.g. priuilegia conceſſa ſtatui clericali, vel Ordinibus religioſis: nam, quamuis non obligent eos, in quorum fauorem conceduntur, ſiquidem illis nihil præcipiunt, & communiter vnuſquiſque poteſt renunciare ſuo fauori, *cap. Cùm ad Monaſterium. de regular.* obligant tamen alios, qui talia priuilegia ſunt obſeruaturi, & immunitatem, v.g. quoad forum, & tributa Clericis, & perſonis eccleſiaſticis præſtituri: atque hoc modo appellantur leges, *cap. Priuilegia. d.*3. ex S.Iſidoro *lib.*5. *etymol. cap.*18. & poſſunt dici etiam propriiſſimè lex, vt notat Suar. *lib.*1. *de legib. cap.*14. *num.*9. Qui etiam *num.*11. idem addit de conſilio, ſi

5. *Conſiliũ quomodo poſſit dari per legẽ.*

fortè etiam hoc feratur per legem, vt vult Gloſſa *in l. Legis virtus, ff. de legibus.* eo enim ipſo id, quod conſulitur, prohiberi non poteſt, nec tanquam malum vituperari ab aliis: & hoc modo etiam conſilia euangelica poſſunt connumerari inter partes legis

6. *Conſiliũ quo differat à præcepto.*

gratiæ, cum S.Thoma 1.2. *quæſt.*108. *art.*4. Et quamuis conſilium, vt ibi dicitur, hoc maximè differat à præcepto, quòd neceſſitatem non afferat: id tamen vel intelligitur in ordine ad illud ſequendum; non autem in ordine ad non vituperandum, & ab illo non impediendum; vel certè intelligitur de conſilio, quantùm eſt ex ſe, ſuáque natura; quomodo non requirit poteſtatem in dante conſilium, ſed poteſt dari etiam ab æquali; non autem de conſilio, quod fortè datur per legem, & ab habente poteſtatem.

Dixi autem, obligationem ad aliquid eſſe proximum, & immediatum effectum legis: quia ſolùm mediante obligatione videntur à lege prouenire illi alij effectus, qui numerantur *l. Legis virtus, ff. de legibus. & cap. Omnis. d.*3. & explicantur à S.Thom. 1.2. *quæſt.*92. *art.*2. id eſt, imperare, vetare, permittere, & punire: hæc enim omnia in tantum poſſunt efficaciter fieri à lege, in quantum per illam inducitur aliqua obligatio, vt notat Suar. *lib.*1. *de legib. cap.*15. *num.*3. Et per imperare, & vetare, non eſt in-

7. *Quomodo imperare, & vetare, dicãtur eſſe effectus legis.*

telligendus ipſe formalis actus imperij, prout eſt ab imperante, quomodo in illo conſiſtit ipſa eſſentia legis; ſed eſt intelligendum id, quod efficitur per huiuſmodi actum in ipſis ſubditis, ad quos dirigitur, id eſt, obligatio ad aliquid agendum, quæ eſt effectus legis affirmatiuæ; vel ad aliquid omittendum, quæ eſt effectus legis negatiuæ: & ſi intelligantur, prout ſe tenent ex parte legiſlatoris, etiam tamen effectus debet ſumi in ordine ad ipſum legiſlatorem, non autem in ordine ad legem per ſe acceptam: & ſenſus eſt, quòd legiſlator ferendo legem, aliquando præcipiat, aut imperet; aliquando prohibeat, aut vetet, vt notat Conradus 1.2. *quæſt.* 92. *art.*4.

8. *Etiam leges ciuiles poſſunt obligare in conſciẽtia.*

Secundò, eſt ſupponendum, quòd non modò leges eccleſiaſticæ, ſed etiam ciuiles poſſunt obligare in conſcientia. Ita S.Thom. 1.2. *quæſt.*96. *art.*4. Sot. *lib.*1. *de iuſt. quæſt.*6. *art.*4. Bellarm. *tom.*2. *lib.*3. *de laicis, cap.*11. Nauar. *in Man. cap.*23. *num.*48. Sayr. *lib.*3. *clau. reg. cap.*6. Sanchez *lib.*3. *in Decal. cap.*9. *num.*34. Reginal. *in praxi, lib.*13. *num.*174. Bonac. *diſp.*1. *de leg. quæſt.*1. *puncto* 7. §.1. *num.*1. Valen. 1.2. *diſp.*7. *quæſt.*5. *puncto* 6. Azor. *part.*1. *lib.*5. *cap.*6. *q.*2. *&* 3. Vaſq. 1.2. *diſp.*158. *cap.*2. *num.*5. *& ſeq.* Reginal. *lib.*13 *num.*174. Filiuc. *tract.*21. *cap.*11. *num.*411. *& ſeq.* Suar. *lib.*3. *de legib. cap.*21. *num* 5. & apud illum Catholici communiter: nam, quamuis Gerſon 3.

9. *Leges humanæ, præſertim ciuiles, ſecũdùm aliquos non poſſunt obligare ad culpam.*

*part. tract. de vita ſpirituali, lect.*2. *alphab.*62. vniuerſaliter aſſerat, quòd ſolus Deus poteſt leges imponere ſub pœna mortis æternæ, & quòd culpa non incurritur ex tranſgreſſione legis humanæ, quatenus humana eſt; ſed ſolùm quatenus habet adiunctam legem diuinam; ſicut neque ægrotus contrahit obligationem non bibendi, v. g. ex præcepto Medici; ſed ex lege diuina, & naturali, quam ille explicat, de non exponendo ſe periculo mortis, quod idem de legibus ciuilibus etiam docet Almainus *tract. de poteſtate Eccleſiæ, cap.*12. & aliqui ex Canoniſtis apud Suar. *cap.*21. *cit. num.*4. & apud Salas

10. *Sed oppoſitũ vel eſt de fide, vel eſt proximum fidei.*

*diſp.*15. *de legib. ſect.*1. *num* 6. Oppoſitum tamen vel eſt de fide, vel proximum fidei, vt ſubdit idem Suar. *num.*5. quia de legibus eccleſiaſticis expreſsè id definitur in Concilio Conſtantienſi *ſeſſ.*8 *&* 15. & in Cõſtitutione Leonis X. contra Lutherum *art.*27. & de omnibus apertè colligitur ex 1. S.Petri 2. vbi dicitur: *Subiecti eſtote omni creaturæ propter Deum; ſiue Regi, quaſi præcellenti; ſiue Ducibus, tanquàm ab eo miſſis*, &c. *hæc eſt enim voluntas Dei*, &c. Et *epiſtola* 2. *cap.*1. de iis, qui dominationem ſpernunt, id eſt, poteſtatem, ſiue ciuilem, ſiue eccleſiaſticam, dicitur, quòd reſeruentur in diem Iudicij cruciandi: & ex illo S.Pauli ad Roman. 13. *Omnis anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit: non eſt enim poteſtas, niſi à Deo; & qui reſiſtit poteſtati, Dei ordinationi reſiſtit: qui autem reſiſtunt, ipſi ſibi damnationem acquirunt.*

Digitized by Google

acquirunt. Et *ibidem* ratio ſubditur : quia omnis Superior, Dei Miniſter eſt : & ideò ex neceſſitate eſt illi parendum, non ſolùm propter iram, id eſt, propter metum pœnæ,& vindictæ; ſed etiam propter conſcientiam, id eſt, propter culpam vitandam:& exponunt communiter SS.Patres. Sicut ergo in humanis, qui reſiſtit Miniſtro Principis, in quantum repræſentat perſonam Principis, reſiſtit Principi,& in Principem peccat : ita & qui reſiſtit Miniſtro Dei,reſiſtit Deo,& peccat in Deum. Et ratio eſt : quia ſemper cum poteſtate humana debet intelligi quaſi coniuncta, etiam poteſtas diuina, à qua illa eſt, & à qua habet efficaciam ; & ſemper cum actuali ordinatione, & præceptione hominis debet intelligi quaſi coniuncta etiam ordinatio, & præceptio Dei;& cum dictamine legis humanæ, quòd hoc,vel illud ſit faciendum, debet intelligi dictamen ſuperius,& vniuerſalius legis diuinæ, & naturalis, quòd ſit parendum legibus Principum; & ex his omnibus ſimul iunctis debet intelligi perfectè compleri efficacitas legis ad obligandum, ſicut ex adiunctione virtutis diuinæ ad virtutes creatas cauſarum naturalium, intelligitur perfectè compleri virtus cauſandi : & ideò impoſſibile eſt, vt tranſgreſſio legis humanæ careat culpa, cùm ſimul etiam ſit tranſgreſſio legis naturalis, & diuinæ; & illa in ordine ad obligandum,ſe habeat, vt cauſa ſecunda,& proxima;& hæc ſe habeat,vt cauſa prima,vt notat Suar.*lib.3.de legibus*, *cap.21.cit. num.7.*& Reginald.*lib.13.num.176.* Vnde & *Lucæ* 10.dicitur : *Qui vos audit, me audit : qui vos ſpernit,me ſpernit.* quaſi eadem ſit vox Dei præcipientis,quæ eſt vox hominis; & ad actum præcipiendi ſimul concurrat vtraque virtus, vel poteſtas,id eſt, Dei,& hominum. Et Prou.8. *Per me*(inquit Deus) *Reges regnant*, *& legum conditores iuſta decernunt.* id eſt,non tantùm per ſuam poteſtatem, & virtutem;ſed etiam per meam. Et eandem ob cauſam 1. *Reg.*8.ad Samuelem dicitur:*Non enim te abiecerunt, ſed me,ne regnem ſuper eos.*& denique etiam S.Paulus *1.ad Theſſalon.*4.hoc idem expreſsè aſſerit,dum ſic loquitur : *Scitis, quæ præcepta dederim vobis per Dominum Ieſum.*

Neque Gerſon communiter reiicitur, quia hoc modo aſſeruerit legem humanam obligare ad culpam, in quantum habet adiunctam etiam legem diuinam, ſicut & poteſtas inferioris habet adiunctam poteſtatem ſuperioris : id enim nullo modo eſt reiiciendum,cùm ſit expreſsè S.Pauli *ad Romanos 13.cit.* ſed,quia aſſeruit, legem humanam non obligare ad culpam, in quantum eſt lex humana; ſed ſolùm in quantum ſpectat ad legem diuinam, & præcipit idem, quod illa. Et ſi prætereà dicatur hic Author aſſerere, quòd lex humana etiam ſpectat ad legem diuinam, quando ex illa deducitur, aſſumpta aliqua alia propoſitione probabili, vt probat Vaſq.1.2.*diſp.*154.*cap.2.& diſp.*158. *ſimiliter cap.2.num.*12. non eſt,quòd reiiciatur,vt idem ſubdit *num.*13. quia in idem recidit, quòd lex humana obliget ad culpam, in quantum præcipit id, quod deducitur eo modo ex lege diuina, & quòd obliget, in quantum præcipit aliquid honeſtum; non autem,ſi præcipiat aliquid indifferens,& quod nullo modo pertineat ad legem diuinam, & ad virturem.

21. *Poteſtas eccleſiaſtica & ciuilis quo differant.*

Et quamuis poteſtas ciuilis, & temporalis ſolùm reſpiciat bonum ſtatum Reipublicæ,quoad naturalia,& hoc maximè differat à poteſtate eccleſiaſtica & ſpirituali, quæ reſpicit bonum ſtatum,quoad ſupernaturalia, & in ordine ad gratiam, & ad gloriam,vt notat Nauar. *in cap. Nouit.de iudic.n.*88.& ideò illa non præcipiat, niſi in materia temporali, & naturali; cùm tamen hæc directè ſe extendat etiam ad actus ſpirituales; eo ipſo tamen, quòd etiam illa præcipiendo aliquid temporale, tribuit illi honeſtatem,& debitum alicuius virtutis, applicat quodammodo voluntatem Dei ad obligandum in conſcientia,& in foro Dei, cùm etiam inferior poſſit obligare in foro ſuperioris, ſi præcipiat,vt illius Miniſter,& per poteſtatem ſibi ſpecialiter ad hoc traditam, vt notat Suar. *cap.21.cit.num.11.& 12.* Qui etiam addit *num.13.* nihil obſtare, quòd qui ſic obligat,non poſſit deinde illam pœnam inferre, quæ eſt debita culpæ in foro conſcientiæ, id eſt,pœnam Inferni, aut Purgatorij : eam enim ſic imponendam ſibi ipſi reſeruauit Deus. Et ſicut, ſi ſupremus Princeps legiſlatori inferiori committat impoſitionem & executionem leuiorum pœnarum, & alias grauiores addendas ſibi reſeruet, adhuc dicitur huiuſmodi inferior ſub illis obligare : ita & poteſtas humana rectè dicitur obligare ſub pœna Inferni,etiamſi Deus ipſe ſibi illam reſeruet actualiter inferendam,& exequendam.

Quòd verò aliqui addunt,hoc prætereà differre leges eccleſiaſticas à ciuilibus, quòd illæ ſemper obligent in conſcientia, non autem hæ, vt refert Suar.*tom.2.de relig.lib.2.de iuram.cap.*10. *num.3.& cap.21.num.2.* non videtur verum:ſiquidem eadem eſt ratio de vtriſque legibus, vt docet idem Suar. *lib.4.de legib.c.17.n.2.*

12. *Aliquæ leges poſſunt eſſe purè pœnales, & non obligare ad culpam eos, pro quibus feruntur.*

Terriò ad quæſtionem in titulo propoſitam, certum videtur,quòd non eſt neceſſarium, vt ſemper leges obligent in conſcientia, & ad culpam;ſed poſſunt obligare etiam ex alia neceſſitate, v.g. ad ſolam pœnam. Ita S.Thom.2.2.*qu.*186.*art.9. ad 2.* Henr.*quodlib.9.qu.*21.Caſtr. *lib.1. de leg.pœn.cap.9.* Nauar.*in Man.cap.23.num.55.* Sayr. *lib.3. clau.reg. cap.7. num.1.* Filiuc. *tract.21. cap.11. num.417. & ſeq.* Suar. *lib.3.de legib.cap.22.num.5.& lib.5.cap.4. num.2.*& alij apud ipſum. Et patet ex multis Regulis Religioſorum, & de Regulis Dominicanorũ habet expreſsè S.Thom.*art.9.cit.ad* 1.& de aliquibus Regulis Franciſcanorum habetur in iure communi, *Clem.Exiui de Paradiſo.verſ. Nec tamen putandum eſt. de verb.ſignific.* & in iure ciuili ſimile quid habetur *l.Cunctis. C. de mendican. validis,lib.* 10. vbi ſolùm ſtatuitur pœna in eos, qui fuerint deprehenſi validi, & mendicantes,vt, ſcilicet,qui eos ſic deprehenderit, acquirat eorum dominium, ſi fuerint ſerui; vel eorum colonatum,ſi fuerint liberi:& idem poteſt contingere etiam in aliis legibus,quæ de nouo feruntur,vt ſi legiſlator, v.g.non ſimpliciter, & abſolutè præcipiat ; ſed ſolùm per enunciationem,aut propoſitionem conditionalem: *Si quis hoc fecerit,ſoluat hoc,vel illud.* Quemadmodum enim poteſt aliquis emittere votum purè pœnale,vt,v.g.dandi eleemoſynam,ſi luſerit;& per illud non obligatur in conſcientia ad non ludendum; ſed ſolùm ad dandam eleemoſynam in caſu, quo luſerit : ita etiam poteſt legiſlator ſolam pœnam præcipere,non autem obligare ad culpam. Et de facto,tales ſunt leges, quæ pœnam imponunt, v.g. fugienti de carcere, vel ligna cædenti in ſylua communi,& ſimiles, vt notat Suar. *lib.5. de legib. cap.4.cit.num.7.*Et ratio eſt : quia effectus legis,qui recenſentur *l. Legis virtus.ff.de legibus.* id eſt,imperare,vetare,permittere, & punire, non ſunt ita neceſſariò inter ſe connexi, vt non poſſint ex voluntate legiſlatoris ab inuicem ſeparari : & ſicut datur lex, quæ ſolùm præcipit,non autem punit ; ita & poteſt dari, quæ ſolùm puniat, non autem præcipiat; intelligendo nomine pœnæ, & punitionis,

quodcunque

quodcumque malum, quod ex cauſa infertur; oon autem prout formaliter dicit relationem ad culpam. Et alioqui, ſi nomen pœnæ accipiatur hoc modo, prout dicitur relatiuè ad culpam, certiſſimum eſt, quòd etiam lex pœnalis, vel inducit, vel ſupponit obligationem ad culpam: & hoc ſolùm modo loquuntur aliqui apud Salas *diſp.15. de legib.ſect.1.num.9.* qui abſolutè aſſerunt, etiam leges purè pœnales obligare ad culpam, vt explicat ibi Salas *num.13.*

Etiam leges purè pœnales obligant aliquos in conſcientia.

13. Non eſt tamen negandum, quòd hæ ipſæ leges pœnales cenſeri debent obligare in conſcientia ipſos Iudices, ſi ad eos dirigantur, vt pœnam imponant, vel etiam obligare ipſos reos, vt pœnam ſubeant, poſtquàm fuerit impoſita ob tranſgreſſionem legis, vt notat Suar. *lib.3. de legib. cap.22.cit. num.9. & lib.5. cap.4. num.4.* ex S.Anton. *3.par.tit. 16.cap.vlt.in fine*, & aliis.

Omnis lex præceptiua, & propriè dicta, etiam obligat in conſcientia.

14. Et abſolutè rectè docet Vaſq.1.2. *diſp.158.c.3. num.16.& 17.* quòd ſemper obligatio legis in conſcientia, & ad culpam, eſt attendenda ex intentione præcipiendi, quam habet, vel non habet legiſlator: neque enim hic poteſt aliter velle non obligare per ſuam legem, niſi ſolùm volendo ſubditos ſuos per legem dirigere, & non volendo illis præcipere: & ſi reuerà intendat præcipere, non eſt ampliùs in ſua poteſtate, vt ij, quibus præcipit, non obligentur ad culpam, ſi præceptum tranſgrediantur, cùm intrinſecè ſit contra rationem: & ideò ſit peccatum violare præceptum, ad quod quis tenetur: ac proinde in idem recidit, quòd dicat legiſlator, ſe nolle per ſuam legem obligare in conſcientia; & quòd dicat, ſe nolle præcipere, ſed ſolùm proponere id, quod iudicat expedire ad bonum commune, & ad illud dirigere, & ordinare, tanquàm medium ad finem. Et ſi per aliquam legem neque ſubditis præcipiatur aliquis actus, neque Iudici, aut ſuperiori præcipiatur impoſitio pœnæ; ſimpliciter lex illa reſpectu omnium erit ſolùm directio, & ordinatio; & reſpectu nullius erit propriè lex: & tales ſunt multæ Regulæ Religioſorum, quæ dicuntur non obligare ad culpam, vt ſubdit Vaſq. *ibidem, & paulò antè* retulimus ex Suar. *lib.5.de leg cap.4.n.4.*

Non ex eo eſt indicãda aliqua lex eſſe purè pœnalis, & non obligare in conſcientia; quia pœnam exprimat.

15. Quartò certum videtur, quòd non ex eo eſt iudicanda aliqua lex eſſe purè pœnalis, & non obligare in conſcientia ad actum, cui pœna adiungitur; quia pœnam exprimat: ſed ex aliis, quæ certiùs indicent intentionem legiſlatoris. Ita S.Thom. *2.2.quæſt.186. art.9.ad 1.* Sot. *lib.1.de iuſt.quæſt.6.art.4.& 5.* Caſtr. *lib.1.de leg.pœn.cap.8.* Bonac. *de legib.diſp.1.quæſt.1. puncto 7.§.2.num.3.* Suar. *lib.3.de leg.cap.3.num.6.* & apud illum Theologi, & Canoniſtæ communiter, cum Gloſ. *in cap. Vt animarum. de conſtit. in 6.* Si enim verba legis ſint præceptiua, & præceptum cadat ſupra ipſum actum, non autem ſolùm ſupra impoſitionem pœnæ, omninò obligant in conſcientia ad ipſum actum, & dicuntur leges mixtæ; non autem purè pœnales; quia ſimul præcipiunt, & puniunt; non autem ſolùm puniunt. Et ratio eſt: quia adiectio pœnæ non modò non deſtruit intentionem, & efficaciam præcepti, ſi reuerà continetur in lege; ſed potiùs vrget, ac munit, vt patet, v.g. in lege de recitandis Horis canonicis pro Clericis beneficiatis, ſub pœna reſtitutionis fructuum beneficij, de faciendo hoc, vel illo ſub pœna excommunicationis. Et ad has etiam pertinent leges de ſoluendis tributis, aut gabellis, niſi aliter conſtet, quòd ſint purè pœnales, vt probat Suar. *lib.5. de legibus, cap. 14.num.6.*

16. Oppoſitum tamen ſentit Nauar. *in Man.cap.23. num.55. & in cap.Fraternitas.12.quæſt.2.num.22.* & aliqui alij ex Canoniſtis apud Suar. *lib.5.cit.cap.3. num 4.* & apud Azor. *lib.1.cap.6.quæſt.4.* & apud Salas *diſp.15.de legib.ſect.1. num.3.* Et idem ex Theologis etiam admittit Reginal. *lib.15. cap.6.num.50. & 51.* & ait eſſe valdè probabile Valen. 1.2 *diſp.7. q.5.puncto 6. §. Alterum ſignum.* & apud Salas *loco cit.num.5.* quia in odioſis, quantùm poteſt, ſemper eſt facienda benignior interpretatio. Et quantùm fieri poteſt, ſecundùm eum ſenſum ſemper lex eſt accipienda, ſecundùm quem ſit minùs pœnalis, iuxta cap. *In pœnis.de reg.iuris,in 6. & iuxta l.Si preces.& l.De interpretatione. ff.de pœnis.* Neque Principes laici, quando ferunt leges, multùm curant de obligatione ad culpam, & in conſcientia, imò ſæpè neque etiam cogitant: & certum eſt, quòd actus agentium non operantur vltra intentionem eorum, *l.Non omnis. & l.Si quis nec cauſam.ff. Si certum petatur.& l.In agris.ff.de acquir.rerum dominio.* & Principes Gentiles non modò actu non cogitant de obligando ad pœnam æternam per ſuas leges; ſed neque etiam cogitare poſſunt, cùm illam non credant: & ad finem poteſtatis ciuilis, qui ſolùm eſt temporalis felicitas, ſatis omninò eſt obligatio ad pœnam temporalem.

Quamuis aliqui oppoſitũ ſentiant.

Sed, quamuis hi Doctores propter has rationes oppoſitum ſentiant; id tamen eſſe minùs probabile, patet ex dictis: neque eſt locus benigniori interpretationi, niſi quando verba legis ſunt dubia, & ambigua; & ſatis eſt, ſi Princeps generaliter, & confusè intendat per ſuas leges obligare, etiamſi non diſtinguat de obligatione ad culpam, & in conſcientia, vt notat Suar. *loco cit.n.11.& 12.* & etiam Principes Gentiles dicendi ſunt indirectè intendere obligare ad culpam, eo ipſo, quòd aliquid ſtatuunt, & præcipiunt, vt grauiter pertinens ad bonum commune, & conſequenter etiam intendunt obligare ad pœnam, quæ ex illa conſequitur, & eſt æterna; etiamſi diſtinctè, & explicitè nullam habeant illius notitiam: & etiam ad finem poteſtatis ciuilis plurimùm iuuat poteſtas obligandi ad culpam, & ad pœnam æternam, cùm etiam ex illius metu, maximè homines moueantur ad illius legis obſeruationem.

Quod tamen ſecũdum aliquos eſt error, & non poteſt defendi etiam vt probabile.

Vnde rectè Sot. *lib.1.de iuſtit. q.6.art.5.* & apud Salas *diſp.15.cit.ſect.1.n.4.& 10.* opinionem hanc, quòd leges humanæ non obligent in conſcientia, quando exprimunt pœnam temporalem, ait eſſe errorem vulgi, falsò putantis, licitum eſſe tranſgredi legem, ſi pœna ſoluatur. Et Couar. *in reg peccatum. par.2.§.5.num.2.* ait, id non poſſe defendi. Et Salas *num.10.cit.* ait, id non eſſe probabile. Et patet: quia *ad Rom.13.* dicitur parendum eſſe omni poteſtati, non ſolùm propter iram, ſed etiam propter conſcientiam: & *Gen.2.* lex data Adamo de non comedendo de ligno vitæ, fuit cum expreſſione pœnæ corporalis: *Morte morieris.* & tamen obligauit ad culpam: & *cap.fin. de celebrat.Miſſ.* lex de non celebrando in fermentato in Eccleſia occidentali eſt cum expreſſione pœnæ, id eſt, priuationis officij, & beneficij; & tamen obligat ad culpam Et ratio videtur eſſe: quia, ſi res benè expendatur, ex eo, quòd lex exprimat pœnam, non modò non colligitur, quòd legiſlator non intendat obligare ad culpam; ſed potiùs colligitur, quòd intendat, cùm pœna propriè dicta dicatur relatiuè ad culpam: & in idem recidit, quòd pœna relinquatur imponenda arbitrio Iudicis, & ideò non exprimatur in lege, & quòd imponatur ab ipſo Principe, & ideò exprimatur: & ſicut expreſſio pœnæ non tollit, quin actus, cui pœna adiungitur, verè præcipiatur; ita neque tollit obligationem ad culpam, quæ eſt inſeparabilis à

præcepto propriè dicto, vt notat Vaſq. *diſp.* 159. *c.* 2. *n.* 10. & Suar. *loco cit.*

18. *Quomodo poßit cognoſci, quòd aliqua lex ſit purè pœnalis.*

Quintò, vt cognoſcatur, vtrùm lex ſit purè pœnalis, hanc regulam tradit Suar. *lib.* 5. *de legibus, c.* 4. *n.* 8. Vt attendantur verba legis, vtrùm ſint præceptiua illius actus, cui pœnam imponunt; & vtrùm, vt talia, declarentur per aliquam conſuetudinem, aut traditionem communiter receptam: ſi enim nihil tale contineant, cenſeri poſſunt huiuſmodi leges eſſe tantùm pœnales, & benignior interpretatio poteſt in illis fieri, vt *ſuprà* diximus velle Nauarrum in iis omnibus, in quibus ponitur expreſſio pœnæ.

Debet tamen prætereà haberi ratio etiam grauitatis materiæ, cui pœna adiungitur: nam, ſi ſit materia moralis, & grauiter faciat ad bonum moris, & multùm ſit neceſſaria; cenſeri debet etiam præcipi in conſcientia, cùm hic modus obligandi ſit multò aptior ad talem finem, vt ſubdit Suar. *n.* 12. Et contrà, ſi non ſit materia moralis, & parum, vel nihil faciat ad bonum moris, cenſeri poteſt non obligare in conſcientia, vel ſaltem non obligare ad culpam grauem, & ad peccatum mortale, vt notat Sayr. *lib.* 3. *clau. reg. c.* 7. *n.* 15. *in fine*, vt, v.g. ſi lex feratur, ne quis per vrbem equitet mulas, vel ne ſericis veſtiatur; & vt notat Azor. *lib.* 5. *c.* 6. *qu.* 4. *in fine*, ſi lex feratur de lignis communibus non cædendis, de non venando, de non piſcando, de volucribus, aut feris non capiendis, de non paſcendis animalibus in paſcuis communibus, de non geſtandis noctu armis, de non vtendo hoc, vel illo genere veſtium, hac, vel illa pompa funebri, & ſimilibus, de quibus hoc idem aſſerit etiam Bonac. *diſp.* 1. *de legib. qu.* 1. *puncto* 7. §. 1. *n.* 7.

19. *Ex grauitate pœna poteſt colligi, quòd lex obliget in conſcientia.*

Et ſimiliter eſt habenda ratio etiam grauitatis pœnæ, ſi, ſcilicet, ex propria ratione habeat ſemper ſupponere culpam: vt eſt, v.g. excommunicatio; vel ſit tam grauis, vt non poſſit iuſtè imponi, niſi ex culpa: vt eſt, v.g. pœna capitis, aut mutilationis, perpetuæ infamiæ, & huiuſmodi: quamuis aliqui exiſtiment, in huiuſmodi caſibus obligationem ad culpam potiùs oriri ex ratione periculi, quod vnuſquiſque tenetur vitare iure ipſo naturæ in re graui, quam ex vi legis huiuſmodi pœnas conſtituentis; multò tamen eſt probabilius, quòd oriatur ex vi legis: & ideò culpa contrahatur etiam in caſu, in quo periculum pœnæ aliquo modo vitetur, vt notat Suar. *num.* 10. quia alioqui talis lex non eſſet cenſenda prudens, & iuſta, ſi propter actionem, quæ culpa caret, tantam pœnam, vel tantum malum inferret; ſi tamen, penſatis omnibus, iuſtè, & prudenter poſſet inferri magnum aliquod malum propter actionem, quæ culpa vacaret; non poſſet ex grauitate illius colligi obligatio ad culpam, vt idem ſubdit *num.* 11. de fuſtigatione, & flagellatione publica, qua puniuntur fugientes è carcere; quamuis fortaſſe in conſcientia non peccent, vt docuerat *num.* 7. quia, ſcilicet, ita decet defendi iura iuſtitiæ publicæ, quidquid ſit de culpa, qua violantur: quod idem de fuſtigatione pro fuga carceris docet Vaſq. 1. 2. *diſp.* 159. *cap.* 3. *num.* 23. *&* 24. vbi ait, quòd, quemadmodum qui è carcere fugiunt, neque expectant iudicium, & ſententiam prioris delicti, meritò coniiciuntur in maiora vincula; ita & meritò poſſunt fuſtigari, vt hæc pœna ſit illis loco vinculi: quidquid ſit, vtrùm fuga fuerit nouum delictum.

20. *Fuga è carcere non eſt peccatum.*

21. *Etiam leges eccleſiaſticæ poſſunt eſſe purè pœnales.*

Sextò, hæc, quæ diximus de lege purè pœnali, non ſolùm debent intelligi de lege ciuili, ſed etiam de lege eccleſiaſtica, cùm ſit eadem ratio vtriuſque, vt notat Suar. *lib.* 4. *de legibus, cap.* 17. *n.* 2.

DISPVT. XX.

Quomodo poſſit cognoſci, quòd obligatio legis ſit ad culpam mortalem ex ipſa grauitate materiæ, de qua eſt lex.

1. *Leges humanæ poſſunt obligare ad culpam mortalem.*
2. *Leges iniuſtæ non poſſunt obligare ad culpam, ſiue mortalem, ſiue venialem.*
3. *Etiam leges iniuſtæ aliquando ſunt ſeruandæ.*
4. *Quibus modis poſſit aliqua lex eſſe iniuſta.*
5. *Leges, quæ fundantur in falſa præſumptione, non obligant in conſcientia.*
6. *Dummodo præſumptio ſit alicuius facti, non autem periculi, quod ſolet occurrere.*
7. *Non poteſt lex obligare ad culpam mortalem, ſi ſit de re leui.* *Siue feratur à poteſtate eccleſiaſtica, ſiue ciuili.*
8. *Non debent Superiores rem leuem præcipere grauiter, etiam ad ſolam comminationem.*
9. *Lex inualida quoad obligationem ad mortale, poteſt eſſe valida quoad ſolam obligationem ad veniale.*
10. *Quomodo ſit attendenda materiæ grauitas, aut leuitas, pro ferendis legibus ſub mortali.*
11. *Prudens iudicium de rei grauitate, aut leuitate, quomodo ſit formandum.*
12. *Si lex quoad executionem reſpiciat primariò bonum commune, cenſenda eſt obligare ad culpam.*
13. *Vtrùm lex de materia graui poſſit ſolùm obligare ad veniale.*
14. *Vna, & eadem res, ſi præcipiatur ad fines diuerſos, poteſt modò eſſe mortalis, & modò venialis.*
15. *Tenere infantes in lecto quomodo ſit peccatum mortale.*
16. *Vtrùm pater, in cuius lecto infans eſt ſuffocatus, ſit irregularis.*

PRIMÒ eſt ſupponendum, quòd leges humanæ poſſunt obligare ad culpam mortalem, ſi alioqui ex parte materiæ ſit capacitas talis obligationis, & ex parte legiſlatoris ſit efficacitas intentionis. Ita S. Thom. 2. 2. *quæſt.* 104. *art.* 6. *&* *quæſt.* 105. *art.* 1. *&* *quæſt.* 147. *art.* 3. Sot. *lib.* 1. *de iuſtit. quæſt.* 6. *art* 4 Caſtr. *lib.* 1. *de lege pœn. cap.* 4. *&* 5. Suar. *lib.* 3. *de legibus, cap.* 24. *num.* 2. Sanchez *lib.* 3. *in Decal. cap.* 9. *num.* 34. Azor. *part.* 1. *lib.* 5. *cap.* 6. Valen. 1. 2. *diſp.* 7. *quæſt.* 5. *puncto* 6. Reginal. *in praxi, lib.* 13. *num.* 174. *&* *lib.* 15. *num.* 41. *diſp.* 10. *ſect.* 1. *num.* 6. *&* *ſect.* 8. *num.* 38. Bonac. *de legibus, qu.* 1 *puncto* 7. §. 1. *num.* 1. & omnes communiter apud ipſos, præter Gerſonem, & aliquos alios, de quibus diximus *diſp. præced. num.* 9. ſi enim poteſtas ferendi leges eſt ad obligandum in conſcientia, vt *ſuprà* diximus, etiam eſt ad obligandum eo modo, qui ſit conueniens, & proportionatus materiæ, & aptus ad finem; qui tamen modus ſæpiſſimè eſt ad culpam mortalem. Et quamuis Principes laïci non acceperint immediatè à Deo, vel à Chriſto ſpecialem poteſtatem ad ſic obligandum; ea tamen ex ipſa rei natura conſequitur ad poteſtatem ciuilem, quam habent, vt probat Suar. *loco cit. num.* 3. & patet ex dictis *diſp. præcedenti.* Neque quoad hoc eſt diſparitas inter poteſtatem eccleſiaſticam, & inter ciuilem: quia, quamuis illa ſit ſpecialiter conceſſa à Deo, & 1. *Leges humanæ poſſunt obligare ad culpam mortalem.*

ordinata

ordioara ad finem ſupetnaturalem;hæe verò ſolùm per electionem hominum,vel alio modo,deriuatut à Déo,ptout eſt author naturæ; non tamen ſpecialiter habet Prælatus eeeleſiaſticus poſſe obligate ſub comminatione pœnæ æternæ:ſed hæc poteſtas quaſi natutaliter ſequitut ex poteſtate paſcendi, & leges eondendi,quam directè accepit,vt notat Suar. *lib.3.de legibus,cap.24.cit.num.5.*

2. *Leges iniuſtæ non poſſunt obligare ad culpam, ſiue mortalem, ſiue venialem.*

Secundò,certum eſt,leges humanas, ſi ſint iniuſtæ,non obligare in conſcientia, oeque ad culpam mortalem,neque ad veuialem;imò, & abſolutè non eſſe leges, cùm omnis poteſtas ferendi leges ſit à Deo,vt *ſuprà* diximus ex S.Paulo *ad Rom.*13.& per conſcquens non poſſit eſſe ad aliquid præcipiendum contra Deum: id verò ſolùm eſt intelligendum in eaſu,quo cettò cooſtet de iniuſtitia:quia,ſi res ſit dubia, ſemper eſt præſumendum pro Priocipe,& pto lege, pro qua ſtar poſſeſſio; & ideò eſt legi parendum, vt patet ex dictis *ſuprà* de conſcientia dubia, & notat Suatius *lib.1.de legibus,cap.9.num.20.& de cenſuris, diſp.4. ſect.6. num.5.* Bonac. *diſp.1.de legibus,quaſt.1.puncto 7. §. 3. num.*11. & alij.

3. *Etiam leges iniuſtæ aliquando ſunt ſeruandæ.*

Poteſt tamen ex accidente aliquando eontiogere, quòd etiam lex iniuſta ſit ſeruanda, ſi alioqui poteſt ſeruari ſine peccato, vt, v. g. ſi ita expediat ad vitandum graue damnum, & turbationem, & propter hoc teneatur aliquis etiam cedere iuri ſuo, vt notat S.Thom. 1. 2. *quaſt.96. art.4.* & omnes communiter, apud Bonacinam *diſp.1.quaſt.1. puncto 7.cit.§.3.num.*2. iuxta illud Matth.5. *Si angariauerit te mille paſſus, vade cum illo alia duo: & qui abſtulerit tibi tunicam, da ei & pallium.* Quo loco etiam addit S.Thom. ex duplici capite poſſe prouenire, quòd lex ſit iniuſta; id eſt, vel, quia ſit contra bonum diuinum, vt, verbi gratia, ſi præcipiat aliquid cootra Deum,aut contra Euangelium; vel, quia ſit contra bonum humanum, vt, v. g. ſi imponat gabellas propter priuatam cupiditatem; ſi aliquid præcipiat ſupra poteſtatem præcipientis, quale eſſet, ſi præciperet actus internos, vel Princeps laïcus imponeret ieiunium in pane, & aqua; vel ſtatueret aliquid eontra perſooas eccleſiaſticas; de quibus omnibus legi poteſt Suar.*lib.1.de legibus, cap.9.* Et ad hos duos modos, quibus lex poteſt eſſe iniuſta ex S.Thom.*loco citato*,poſſunt reduci etiam illi, quos ex aliis Doctoribus refert Nauar. *in Man. cap.23.num.*40.& Bonacina *diſp.1. de legibus,quaſt.1.puncto 7.§.3.cit.num.7.* vt,ſi Princeps per ſuam legem imponat ſubditis aliquod onus, quod ſit improportionatum cauſæ, & exigat, v.g. tributum excedens neceſſitatem, quæ tonc occurrit pro illo exigendo; qui caſus in Prælatis eccleſiaſticis expreſsè damnatur,*cap.Quia plerique.de immunitate Eccleſiarum.* & præterea præcipiuntur Prælati, qui plùs iuſto extorquent, totum illud, quod eſt ſupra iuſtum,reſtitucre,& tantundem paoperibus elargiti.

4. *Quibus modis poſſit aliqua lex eſſe iniuſta.*

Et idem eſt, ſi Princeps imponat ſubditis onus inæqualiter, & non ſeruet inter ipſos debitam proportionem; ſed pauper, v. g. ſine rationabili cauſa æqualiter grauerur, atque diues, vel etiam magis, vt notat Sylu. *verbo,lex,quaſt.5.* Sot.*lib.1.de iuſtit. quaſt.6.art.4. concl.2.& 3.* Molin. *tract.5. de iuriſd. diſp.73.num.2.* Suat.*lib.1. de legibus, cap.9.num.*16. Sayr.*lib.3. clau reg. cap.7. num.3.* Bonac. *num.1.cit. verſ.Quartò dicitur.*Et in tali eaſu rectè notat Suar. *num.16.cit.*& Bonac. *num. 2.verſ.Verùm circa legem.* qoòd talis lex ex huiuſmodi improportione non eſt innalida reſpectu omnium, & in totuio, ſi alioqui eſt vtilis bono communi, ſed ſolùm reſpectu eorum,qui iniuſtè grauantur; & reſpectu exceſſus, qui eſt ſupra iuſtum: & quemadmodum in aliis tebus vtile pet inutile non vitiatur, *cap.Vtile.de reg. iuris,in 6,*ita & in legibus.

Vlterius verò rectè docet Suar.*cap.9 cit num.12. & ſeq.* noo eſſe ſatis ad iuſtitiam, & validitatem legis, ſi præcipiat iuſta; ſed etiam requiri, vt præcipiat iuſtè, idque debere accipi ex parte ipſius uperis, quod præcipit; non autem ſolùm ex parte ipſius operantis, & præcipientis: nam debet tam ex patte materiæ, quàm ex parte circunſtaotiarum, & modi, reperiri iuſtitia, & honeſtas in lege, quanuis futtaſſe non reperiatur ex parte eam ferentis; & hic ex malo affectu, & ad malum finem legem ferat,vt etiam docuerat idem Suar.*eod. lib.1.cap.7.n.16.*& nos *ſuprà* tetigimus *diſp.3.n.6.*

5. *Leges, quæ fundantur in falſa præſumptione, non obligant in conſcientia.*

Tertiò, ſi lex fuodetur in ſola præſumptione alicuius facti, certum eſt, quòd non obliget in eonſcientia, niſi cum præſumptione concordet veritas facti. Ita Sot.*lib.1. de iuſt.quaſt.6. art.4.& in 4. ſentent. d.22. quaſt.1.art.3.* Caſtr. *lib.1.de lege pœn. cap.5.* Syluest. *verb. lex, num.9.* Reginald. *lib.13.num.*178.Vaſq. 1. 2. *diſput.163. cap.2.& 3.* Valen. 1. 2. *diſput.7. quaſt.5.puncto 6.* Salas *de legibus, diſput.10.ſect.4.* Bonacina *de legibus, diſput.1.quaſt. 1.puncto 7.§.3. num.1. verſ. Quinò dicitur. & num.*10. Sayr. *lib.3.clau.reg. cap.7. num.8.* Azor. *part.1. lib.5. cap.6. quaſt. 4.* Suar. *lib.3.de legibus, cap.23.* & apud illum omnes communitet: quia conſcientia nititur veritati, non autem falſitati, quando eſt cognita; neque poteſt eſſe intentio legiſlatoris, vt ſua lex obliget contra vetitatem. Atque hoc modo,ſi Iudex ferat ſententiam ſecundùm allegata, & probata; téque damnet, v. g. vt reſtituas, tanquàm ablatum, id, quod verè non abſtuliſti; vel, vt cedas alteri poſſeſſionem domus, quam verè non debes eedere; non teneris parere in conſcientia: quia talis ſententia materialiter eſt iniuſta: & ſi ab illo cogaris pati aliquid damni, licitè potes per occultam compenſationem tibi illud rocuperare, & reſarcire, vt notant Bonac. Vaſq.Azor. Suar.Caſtr.& Sayr.*locis citatis.*Reginald.*lib.13.num.*178. Sanchez *lib.4.in Decal.cap.15.* & omnes communiter. Et ſi adiiſti hæreditatem ſine inuentario, non teneris in conſcientia ſatisfacere creditoribus defuncti ſupta vites hæreditatis, ex Sylu.*verb.lex,quaſt.9.* Suar *lib. 3.de legib.cap.23. num.9.* Sayr. *lib.3. clau.reg.cap.7. num.8.*Bonac.*§.3.cit.num.8.*& aliis.Et contra,ſi certò tenes voluntatem teſtatoris circa hoc, vel illud legatum ſoluendum,omninò teneris in conſcientia ſoluere, etiam ſi teſtamentum ſit minùs ſolenne, & in foro externo remaneas liber ab obligatione ſoluendi,vt eſt verior ſententia.

Quòd verò prætereà addit Panorm. *in cap.Quia plerique.num.24.de immun.eccleſ.*Innoc.*ibidem,num.3.*& aliqui alij apud Salas *de legibus, diſp.10.ſect.4. num.12.* & apud Bonac. *diſp.1.quaſt.1.puncto 7.§.3. num.6. verſ. Addunt.* quòd qui iuſtè damnatur per ſententiam ad aliquid ſoluendum,vel reſtituendum alteri,non modò non tenetur tali ſententiæ parere, & teipſa ſoluere,& reſtituere; ſed neque etiam poteſt tuta conſcientia ſoluere, aut reſtituere, niſi habeat intentionem donandi:quia alioqui cooperaretur iniuſtitiæ alterius partis recipientis, & petentis dictam ſolutionem: hoc, inquam, non placet Salas *loco cit.*Suar. *lib.1.de legib. cap.9. num 20.ſub finem,* Bonac.*§.3.cit.n.7.*& aliis apud ipſum:quia traditio, & ſolutio ex parte tradentis, & ſoluentis poteſt eſſe iuſta, & licita, etiam quando receptio, & petitio ex parte recipientis, & ſoluẽtis eſt iniuſta,& illicita,vt patet in ſolutione vſurarũ;& illa,quæ ſit latroni ad

redimendam vexationem iniuſtam: & benè poteſt quis velle parere ioiuſtæ ſententiæ, & quoad hoc velle cedere iuri ſuo, ne alioqui incurrat in maiora incommoda; & ſimul poteſt velle relinquere conſcientiæ alterius partis, vtrùm licitè, & iuſtè poſſit acceptare talis ſententiæ executionem: neque proptereà cooperatur iniuſtitiæ illius, cùm id totum faciat ex rationabili cauſa; & ſtante illa, non teneatur non facere.

Sed fortaſſe Panorm. & Innoc. dum dicunt, eum, qui damnatur iniuſtè, non poſſe ſponte parere tali ſententiæ, ſolùm intelligunt, quando nullam habet iuſtam cauſam parendi: nam in tali caſu, ſicut non eſt licitum ſine rationabili cauſa, aut neceſſitate, petere mutuum ab illo, qui ſcitur eſſe ſolùm daturus ſub vſuris; vel petere iuramentum ab eo, qui ſcitur ſolùm eſſe peierarurus, aut iuraturus per falſos Deos, vel petere Sacramenta ab eo, qui ſcitur eſſe illa miniſtraturus ſolùm indignè; ita nec eſt licitum ſine rationabili cauſa offerre pecuniam illi, qui ſcitur eam eſſe recepturus ſolùm iniuſtè: quia in his omnibus caſibus directè præbetur alteri occaſio peccandi: quod non eſt licitum.

6. *Dummodo præſumptio ſit alicuius facti, non autem periculi, quod ſolet occurrere.*

Dixi autem, ſi lex fundetur in præſumptione alicuius facti: quia, ſi fundetur in præſumptione alicuius periculi, quod communiter ſolet occurrere, poteſt obligare etiam in conſcientia: quamuis periculum in aliquo particulari re ipſa non occurrat, vt notat Suar. *lib. 3. de legibus, cap. 23. cit. num. 6.* Salas *diſp. 10. de legibus, ſect 4 num. 19. & diſp. 16. ſect. 7. num. 14.* Bonac. *de legibus, diſp. 1. qu. 1. puncto 7. §. 3. n. 10.* & patet in lege prohibente arma, propter pericula iurgiorum, & iniuriarum; in lege præcipiente ieiunia, propter incentiua cupiditatum; & ſimilibus; & de his legibus cōmuniter dicitur, quòd ceſſante fine legis in aliquo particulari, non proptereà ceſſat obligatio legis. Et ratio eſt: quia leges attendunt ea, quæ frequentiùs accidunt: & hoc eſt ſatis, vt generaliter obligent. Atque hoc modo, quia lex inhabilitans ad profeſſionem religioſam ante annum decimumſextum fundatur in præſumptione periculi, quòd ante illud tempus non habeatur perfectus vſus rationis, verè eſt inualida talis profeſſio, etiam in conſcientia: quamuis reuerà certò conſtet, quòd qui illam emittit, perfectum habet vſum rationis. Et ſimiliter, quia facultas, quæ datur parentibus, vt poſſint irritare vota filiorum, ante pubertatem emiſſa, fundatur in communi periculo, quòd poſſint carere perfecto vſu rationis, valida eſt irritatio, etiamſi filius verè fuerit doli capax, quando illa emiſit.

Quartò, ſi lex ſit iuſta, & non fundetur in falſa præſumptione alicuius facti, tria debent conſiderari, vt conſtet de illius obligatione ad culpam mortalem; id eſt, materiæ grauitas; verba ipſa legis, ſi ſint, vel non ſint præceptiua; & pœna, qua punitur tranſgreſſio.

7. *Non poteſt lex obligare ad culpam mortalem, ſi ſit de re leui.*

Et quidem circa materiam, de qua ſpecialiter agimus *in hac diſputatione*, certum eſt, quòd ſi prudenti iudicio, & penſatis omnibus ſit verè leuis, non poteſt lex, quæ de illa fertur, obligare ad culpam mortalem. Ita Sot. *lib. 1. de iuſtitia, qu. 6. art. 4.* Caſtren. *lib. 1. de leg. pœn. cap. 5. docum. 4.* Sayr. *lib. 3. clau. reg. cap. 7. n. 15.* Sanchez *lib. 1. in Decal c. 4 num. 3.* Suar. *lib. 3. de legib. c. 25. n. 2. & lib. 4. c. 18.* Vaſq. *1. 2. diſp. 158. c. 4.* Reginal. *lib. 15. n. 42.* Bonac. *de legib. diſp. 1. qu. 1. puncto 7. §. 4. n. 13.* & alij communiter: quia materia leuis non eſt capax grauis obligationis, vt etiam patet in verbis otioſis, & in mendaciis officioſis, & leuibus, quæ ſolùm leuiter, & ſub leui obligatione prohibentur per legem diuinam, & naturalem; & alioqui poteſtas ſic obligandi ad culpam mortalem, eſſet in deſtructionem, & non in ædificationem, & præberet occaſionem ruinæ, ſi talis obligatio imponeretur ſuper re leui, & peior eſſet conditio animæ, quàm corporis, ſi illa propter legis tranſgreſſionem in materia leui, poſſet damnari ad mortem æternam; cùm tamen hoc propter eandem tranſgreſſionem non poſſit damnari ad mortem temporalem.

Siue feratur à poteſtate eccleſiaſtica, ſiue ciuili.

Et propter has rationes communiter addunt Authores cit. non modò legem non eſſe intelligendam obligare ad culpam mortalem, ſi ſit de re leui, neque aliter conſtet de intentione legiſlatoris; ſed hunc neque etiam poſſe tali modo obligare, ſi maximè velit. Et quamuis Sayr. *lib. 3. clau. reg. c. 7. cit. n. 17.* & aliqui alij apud illum, alio modo loquantur de poteſtate eccleſiaſtica, & de ciuili; & illam contendant poſſe grauiter obligare in materia leui, propter maiorem obedientiam, quæ illi debetur: multò tamen eſt probabilius, quòd ſit eadem ratio de vtraque poteſtate, vt notat Caſtr. & Sanchez *locis cit.* Azor. *part. 1. lib. 5. c. 6. qu. 5.* Valen. *1. 2. diſp. 7. qu. 5. puncto 6.* Med. *1. 2. qu. 6. art. 4. dub. 1.* Suar. *lib. 3. de legib. c. 25. cit. n. 7. & lib. 4. c. 18. cit. n. 1.* Salas *de legib. diſp. 10. ſect. 6. n. 31.* & patet ex rationibus allatis, quæ æqualiter probant de vtraque.

Atque ex hoc rectè colligit Suar. *lib. 3. cit. c. 26. num. 1. & 6.* quòd ſi materia legis ſit leuis, nulla verba, quantumuis præceptiua, etiam ſub interminatione diuini Iudicij, aut pœnæ æternæ, poſſunt ſufficere ad inducendam, vel indicandam obligationem ad culpam mortalem: quia poteſtas hoc modo præcipiendi non ſe extendit pro voluntate præcipientis ad quancunque materiam, neque poteſt ſic

8. *Non debent ſuperiores rem leuem præcipere grauiter, etiam ad ſolam comminationem.*

obligare ad quancunque; & malè faciunt Prælati eccleſiaſtici, ſi res leues præcipiant grauiter, vt, v.g. ſub pœna excommunicationis, etiamſi id ſolùm faciant ad terrorem; non autem ex animo verè ligandi: quia hac ratione poſſunt præbere ſimplicibus, & indoctis occaſionem grauiter peccandi ex conſcientia erronea, vt notat Salas *de legib. diſp. 10. ſect. 6. & ſect. 9. n. 61.* Vaſq. *1. 2. diſp. 158. c. 5. n. 45.* vbi etiam addit, ſi in tali caſu ſuperior, poſt factam huiuſmodi comminationem, ſine animo infligendi, mutet ſententiam, & velit infligere; adhuc ſententiam non eſſe validam, niſi aliunde appareat materia grauis.

9. *Lex inualida quoad obligationem ad mortale, poteſt eſſe valida quoad ſolam obligationem ad veniale.*

Rectè tamen addit Suar. *lib. 3. c. 25. cit. n. 6.* & ex illo Bonac. *§. 4. citat. n. 13. in fine*, quòd ſi legiſlator præcipiat aliquid leue ſub mortali, ita eſt inualida huiuſmodi lex, quoad talem determinationem obligationis, vt tamen ſit valida quoad obligationem ſimpliciter; & ideò obligat ſub veniali, ſi res, quæ præcipiuntur, illius tantùm obligationis ſit capax.

10. *Quomodo ſit attendenda materiæ grauitas, aut leuitas pro ferendis legibus ſub mortali.*

Et illud prætereà ſubdit *n. 7.* quod etiam notant omnes communiter, grauitatem, aut leuitatem materiæ non eſſe attendendam ex ſola natura rei; ſed maximè ex circunſtantiis, & prudenti iudicio; & Prælatum religioſum rectè poſſe præcipere ſub mortali, ne ſubditi, v.g. exeant ad hortum domeſticum, ſi ibi timeatur periculum ſcandali; vel, vt ſeruent ſilentium per aliquod certum tempus, ſi ita poſtulet grauis aliqua circunſtantia, quæ tunc occurrat; & ſic de cæteris, vt notat Reginald. *lib. 15. n. 43.* & alij apud Bonacinam *puncto 7. cit. §. 4. n. 21.* ſic enim etiam Adamo ratione tantùm circunſtantiarum fuit grauis, & ſufficiens ad mortale, abſtinentia à pomo, quia à Deo exigebatur in ſignum ſubiectionis, & quaſi in tributum, vt notat Suarez *ibidem, n. 5.* & tanquàm medium ex Dei inſtitutione

ad

ad conſetuandam pro poſteris otiginalem iuſtitiam,vt notar Valen. *loco cit.* & Salas *ſect.6.cit.*

Et in hoc ſenſu poteſt admitti id, quod habet Caiet. *in Summa,verb.præceptum*, quòd etiam de re minima poſſit dari præceptum obligans ad mortale, & ideò ex matetia legis non poreſt ſufficientet haberi modus obligationis:id enim eſt verum,ſi res leuis dicatur,quantùm eſt ex ſe; non autem ex citcunſtantiis;imò ex his conttaria ratione ſit tes grauis,& ſic contingit in exemplo, qood ille ponit,de non exentetandis, & in fruſta diuidendis cadaueribus, quod prohibetut ſub pœna excommunicationis, *Extrauag.Deteſtandæ. de ſepult.* vt enim rectè notat Reginal. *lib.15.num.*43. quanuis hoc, per ſe loquendo, ſit tes leuis,neque vllum infetat graue damnum; quia tamen tunc temporis abietat in conſuetudinem, & mentes fidelium graui hottore commouebantur,& pertutbabantut, vt dicitut *Extrauag.cit.ſub initium*,ſtante hac citcunſtantia,metitò potuit exiſtimati res grauis, & grauitet ptohiberi ſub excommunicatione: & idem eſt de lege non extrahendi frumenta,quæ ſimilitet ptopter periculum inducendi caritatem annonæ, metitò poteſt cenſeri res grauis,& grauitet ptohiberi,etiamſi alioqui ex ſe non ſit grauis.

11. *Prudens iudicium de rei grauitate, aut leuitate, quomodo ſit formandum.*

Denique ad formandum hoc ipſum ptudens iudicium de grauitate, aut leuitate rei, quæ ptæcipitur,duo potiſſimùm attendi debent ex eodem Suar. *cap.25.cit.num.7. & ſeq.* Bonac. *num.*14. & aliis, id eſt,finis,ptopter quem tes ptæcipitur;& attinentia, vel vtilitas rei, quæ præcipitur ad illum finem: ſi enim finis ſit magni momenti, & multùm dependeat à re, quæ præcipitur; omninò debet talis res cenſeri grauis, etiamſi alioqui ex ſua natura ſit leuis.

Atque hoc modo locum habent illæ tegulæ, quas tradir Sanchez *lib.3. in Decal. cap.9 à num.*31. & approbat etiam Suar. *tom.2. de relig. lib.2. de iuram.cap.26 num.*2 & Salas *de legibus,diſp.10.ſect.9.* ſi enim lex, non ſolùm quoad intentionem, ſed etiam quoad executionem, teſpiciat ptimariò, & immediatè bonum publicum, vt contingit,quando illius materia proxima eſt bonum aliquod commune, illúdque ex legis violatione, & tranſgreſſione immediatè læditur: vt, v.g. quoad abundantiam,ſi lex ptohibeat extractionem frumenti,aot pecuniæ; vel quoad ſecuritatem, & defenſionem ab hoſtibus, ſi lex prohibeat extractionem armotum, aut equorum;non autem læditur bonum ptiuatum huius, aut illius, v.g. mulieris, ſi alienetur fundus dotalis, aut pupilli, ſi diſtrahantor bona illius ſine ſolennitatibus iuris,& ſic de aliis;cenſeri debet obligare ad culpam, niſi aliter conſtet de intentione legiſlatoris; quia non poteſt non eſſe illicitum, aliquid facere in ptæiudicium boni communis. Et in tali caſu etiam iutamentum de tali actu eſt inualidum, vtpote de re turpi, & quæ ſine peccato non poteſt fieri: ſi verò lex quoad executionem primariò, & immediatè reſpiciar bonum ptiuati,& ſolùm ſecundariò bonum commune,in quantum redundat ex bono patticulatium, & ptiuatotum,non debet cenſeri obligate ad culpam, illum ipſum,cuius fauorem, & bonum reſpicit, niſi ſimiliter aliter conſtet de inteotione ferentis legem: quia, quod ſtatuitur in alicuius fauorem,non debet retorqueri in damnum illius, *l.Quod fauore. C.de legibus. & cap. Quod ob gratiam. de reg. iur. in 6.* quo tamen modo maximè retorqueretut, ſi illum obligaret ad culpam. Benè tamen hæc ipſa lex, quæ reſpicit primariò bonum priuatum alicuius, poteſt obligare ad culpam alios, cùm nullus licitè poſſit infette alteri damnum, aut impedire bonum illius, quod pet legem ſtatuitur.

12. *Si lex quoad executionem reſpiciat primariò bonum commune, cēſenda eſt obligare ad culpam.*

13. *Vtrùm lex de materia graui poſſit obligare ſolùm ad veniale.*

Quòd ſi quæras, vtrùm Ptinceps ſimilitet non poſſit in te graui ſolùm ubligare ad culpam venialem,ſicut non poteſt in te leui obligare ad mottalē: Reſpondet Vaſq. 1.2.*diſp.158.cap.4. num.30.& ſeq.* Reginald. *lib.15.num.*44. Med. 1.2 *quæſt.96 art.*4.& aliqni alij apud Salas *de legibus, diſp.10.ſect.7.n.*33. ſimiliter non poſſe:quia,quanuis in poteſtate ipſius ſit præcipete, & non præcipete;poſito tamen,quòd præcipiat, non eſt in poteſtate ipſius non obligare iuxta naturam, & grauitatem rei, quæ ptæcipitur; cùm hæc vis obligandi detinetur ex ipſo iute naturæ, quod ſtatuit parendum ſupetioribus, quando aliquid præcipiunt ſecuodùm rationem; & Ptincipes per ſuas leges ſolùm determinant hoc ius naturæ, ad hanc, vel illam materiam, quam ptæcipiunt. Er prætereà, quia differentia mottalis, & venialis, in aliquo peccato non modò non pendet ex libeta voluntate legiſlatotis ereati;ſed neque etiam ex libera voluntate ipſius Dei;quaſi hoc peccatum ideò ſit mortale,quia Deus vult eſſe mortale; & illud ideò ſit veniale, quia Deus vult eſſe veniale; ſed omninò pendet ex natura, & qualitate ipſius actus: & denique,quia etiam in votis,quæ ſunt leges priuatæ ipſorum vouentium,non eſt in poteſtate cuiuſque, vt velit ſe obligare ſolùm ad veniale,ſi alioqui matetia voti eſt ex ſe grauis.

Sed, his non obſtantibus, probabilius videtur oppoſitum, illúdque docet Sanchez *lib.1. de matr. diſp.9.num.*6. Suar. *lib.4. de voto,cap.9.& lib.3. de legibus,cap.27. num.*7. Sylu. *verb. præceptum, quæſt.*3. Sayr. *lib.3. clau.reg.cap.*7. Bonac. *de legib diſp.1.quæſt.1.puncto 7.§.4.num.*23. Salas *de legib. diſp.10.ſect.7. cit.* & apud illum Couarr. *in reg. peccatum, part.2. §.5. num.*3. Nauat. *in Man. cap.23. num.*49. Caſtr. *lib.1. de leg.pœn.cap.5. documento* 4. & alij: nam de facto multæ ſunt obligationes ad veniale, quæ, quantùm eſt ex capacitate materiæ, potuiſſent etiam eſſe ad mottale,ſi legiſlator ſic voluiſſet: & cōtrà multæ ſunt obligationes ad mottale,quæ potuiſſent eſſe ad veniale:ſic enim ptæceptum Eccleſiæ, v. g. de non communicando in humanis cum excommunicato, & ptæceptum Chriſti de Sactamento Confirmationis,communiter ſolùm dicitor eſſe ad veniale; & tamen certum videtut,quòd potuiſſet etiam eſſe ad mortale. Et de facto,ſi Ptælatus ita velit, poteſt aliquem ſpecialitet monere, & obligare etiam ſub mortali, & ſub excommunicatione maiori, vt non communicet in humanis cum aliquo excommunicato: & ſimiliter præceptum de miſcenda aqua in Miſſa, & de adhibendis tot vaſis, & veſtibus ſactis, de facto obligat ad mortale;& tamen potuiſſet etiam obligare ad ſolum veniale. Et ratio eſt: quia, quemadmodum in Phyſicis,quando ſubiectum eſt capax maioris, & minoris formæ, ſolùm prouenit ab agente,quòd de facto tecipiat maiotem,aut minorem:ita & in motalibus,quando aliqua materia eſt capax maioris, & minoris obligationis, ſolùm poreſt prouenire à voluntate præcipientis, quòd de facto habeat maiorem, aut minorem,& hoc modo communiter dicitur, quòd actus agentium non excedunt intentionem illorum *l.Non omnis. & l. Si quis.ff. Si certum petatur.* & de facto,quia Eccleſia ſolùm intendit obligare ſub veniali,ad non communicandum in humanis cum excommunicato;nihil apparet,ex quo poſſit prouenire in tali communicatione obligatio ad mortale. Et idem eſt etiam in aliis omnibus,ſi quis intendat illa ptæcipere ſolùm ſub veniali: ſiquidem, vt habet Dur. *in 3.ſent.d.39.q.4.n.9.* quando obligatio totali-

ter conſurgit ex voluntate obligantis, impoſſibile eſt, vt excedat limites illius. Et denique hoc idem videtur docere S. Bernar. *lib. de præcepto, & diſpenſ. §. Porrò.* vbi ait, quòd præcepta in tantum ſunt maiora, aut minora, in quantum conſtat, ita velle eum, qui præcipit, ſiue ſit homo, ſiue Deus.

Non tamen videtur negandum, quòd etiam prima ſententia in aliquo caſu habeat veritatem, vt, v. g. ſi res, quæ præcipitur, non ſit ad vtrumlibet, neque ſe habeat æqualiter ad recipiendam obligationem maiorem, & minorem; ſed ratione circunſtantiarum grauiter pertineat ad bonum commune; & vt grauiter ad illud pertinens, præcipiatur: tunc enim non videtur eſſe in poteſtate præcipientis, vt ad illam obliget ſolùm ſub veniali, cùm intrinſecè, & neceſſariò ex præcepto grauiter faciente ad bonum commune, oriatur obligatio grauis, & ad mortale; & præcipiens circa talem materiam, ſolùm ſe habeat, vt agens per intellectum, & liberum quoad exercitium præcipiendi, vel non præcipiendi; non autem, (vt ſic dicam,) quoad ſpecificationem præcipiendi ſub hac, vel illa pœna, vt notat Reginal. *lib. 15. n. 44.* quidquid contrà ſentiat Bonac. *n. 23. cit. verſ. Obucies 2.* Et hoc tantùm probat prima ratio poſita pro prima ſententia: nam, quamuis ex præcepto ſemper ſequatur aliqua obligatio; ſæpè tamen materia præcepti eſt indifferens ad obligationem grauem, & leuem, & vtriuſque eſt capax; & ideò eget determinari ex intentione præcipientis.

Ad ſecundam Reſpondeo, rationem mortalis, & venialis proximè non pendere a voluntate legiſlatoris, vt benè probat argumentum: pendere tamen remotè, in quantum ab illo pendet ipſum præceptum, & grauitas obligationis, quæ omninò ſupponitur ad hoc, vt actus deordinet ab vltimo fine, in quo conſiſtit ratio mortalis.

Ad tertiam Reſpondeo, etiam in votis probabilius eſſe, quòd poſſit quis nolle obligari niſi ad veniale, etiamſi materia ſit alioqui grauis, vt, v. g. de ieiunio, vt dicitur in materia de voto.

14. *Vna, & eadem res ſi præcipiatur ad fines diuerſos, poteſt modò eſſe mortalis, & modò venialis.*

Atque ex his regulis, quæ traduntur circa grauitatem materiæ, poteſt colligi explicatio aliquorum caſuum particularium: primò enim, ſi vna, & eadem res præcipiatur à diuerſis in ordine ad diuerſos fines; fieri poteſt, vt in ordine ad vnum finem fundet obligationem ad culpam mortalem, & in ordine ad alium ſolùm fundet ad venialem, vel etiam ad nullam: nam hoc modo auditio Sacri, quæ pro diebus feſtis in ordine ad finem colendi Deum, & proteſtandi myſteria fidei, præcipitur omnibus fidelibus, ex hac ipſa grauitate finis, fundat obligationem ad culpam mortalem pro iiſdem diebus feſtis, & è contrà non fundat obligationem ad culpam, vel certè ſolùm fundat ad culpam leuem, ſi fortè in aliquo Collegio, aut Vniuerſitate ſcholaſticorum vlteriùs præcipiatur pro ſingulis diebus ad finem bonæ inſtitutionis adoleſcentum, & bonæ adminiſtrationis Collegij: quia, ſcilicet, hic ipſe finis non grauiter impeditur, aut læditur, ſi hic, vel ille ſcholaſticus ſemel, aut iterum Miſſam non audiat, dummodo in Collegio, & Vniuerſitate non omittatur, & abſolutè non tollatur bona illius adminiſtratio, & inſtitutio iuuentutis ad pietatem, vt notat Vaſq. *1. 2. diſp. 158. cap. 6. num. 59. & 60.* & ex illo Bonac. *diſp. 1. de legib. q. 1. puncto 7. §. 4. n. 15. & 16.*

Secundò, ſi vna aliqua actio præcipiatur, aut prohibeatur in ordine ad vnum aliquem finem, fieri poteſt, vt in aliquibus circunſtantiis verè obliget ad culpam mortalem; & in aliis ſolùm ad venialem, vel etiam ad nullam, ſi, ſcilicet, in his circunſtantiis pertineat grauiter ad illum finem, & in illis non pertineat grauiter: ſic enim, quòd parentes, aut nutrices ſecum teneant in eodem lecto infantes tenellos, eſt peccatum mortale ex ſuo genere, vt notat Caietan. *2. 2. quæſt. 64. artic. 8.* & Nauarr. *in Man. cap. 15. num. 13. §. Decimooctauò.* quia eſt contra curam debitam vitæ proximi, & cum probabili periculo eos infantes ſuffocandi, & occidendi, cùm tempore ſomni non ſimus domini noſtrorum motuum; quod tamen periculum lege ipſa, & præcepto naturæ tenemur vitare. Vnde *& cap. Conſuluiſti. 2. quæſt. 5.* dicuntur parentes de hoc eſſe monendi, & proteſtandi, id eſt, de præcepto ipſo naturæ; non autem eſſe neceſſarium, vt nouum præceptum illis fiat, vt notat Caietan. *loco citat. & cap. fin. de his, qui fil. occidunt.* dicitur eſſe iniungenda aliqua pœnitentia parentibus, ſi filij in eorum lecto reperiantur ſuffocati; non ſolùm, quando certò ſcitur id accidiſſe eorum culpa, & negligentia; ſed etiam, quando dubitatur, vtrùm acciderit caſu, an ex culpa: & Ioan. Aloyſius Riccius *in ſua praxi fori eccleſiaſtici reſolut. 40.* etiam aſſerit, quòd talis pater, in cuius lecto ſuffocatus eſt infans, verè ſit irregularis, & mortua vxore non poſſit promoueri ad Ordines: quia verè peccauit peccato homicidij, eique dedit cauſam, quo tamen modo certum eſt incurri irregularitatem, *cap. De cætero. de homicidio.* Et tamen rectè addit Caietan. & Nauarr. *locis citatis*, quòd ſi lectus ſit ſatis amplus, & infans ſolùm ponatur in parte remotiore, vel nutrix, aut mater, non ſoleat loco moueri, dum dormit, ſed ſemper reperiatur in eodem loco, & ſitu, in quo ſe ponit initio ſomni, & infantis implacabilitas non ſinat eum eſſe in cunis, ſed poſtulet eum poni in lecto; vel nulla eſt culpa, vel ſaltem non eſt mortalis: quia in his circunſtantiis, tenere infantem in lecto, non pertinet grauiter ad finem occidendi, ſicut pertinet extra has circonſtantias, vt etiam notant Panormit. & Canoniſtæ *in cap. fin. citat. De his, qui fil. occid.* Et ex Bonacin. *diſp. 1. de legibus, quæſt. 1. puncto 7. §. 4. num. 19.* idem eſt, ſi talis infans teneatur in lecto, etiam ſolùm per quadrantem; non autem, ſi teneatur ſolùm per ſpatium duarum, aut trium orationum angelicarum: quia periculum occidendi, & ſuffocandi, moraliter poteſt etiam eſſe in vno quadrante; non autem in ſolo ſpatio duarum, aut trium orationum angelicarum: & ſi alicubi ſit lata excommunicatio contra ſic tenentes, benè poterit incurri, ſi teneatur per quadrantem, vt idem ſubdit.

15. *Tenere infantes in lecto, quomodo ſit peccatum mortale.*

16. *Vtrùm pater, in cuius lecto infans eſt ſuffocatus, ſit irregularis.*

Et idem accidit etiam in aliis præceptis, quæ ex proprio genere dicuntur obligare ad culpam mortalem, vt eſt, verbi gratia, præceptum de non furando, vel de non violanda iuſtitia circa alias materias: ideò enim excuſantur à culpa mortali, qui illam violant ſolùm circa res leues: quia illa eadem præcepta, prout reperiuntur in hac circunſtantia materiæ leuis, non pertinent grauiter ad ſuum finem. Quo autem modo hæc circunſtantia materiæ leuis non excuſet in omnibus præceptis à culpa mortali; & qua ratione poſſit cognoſci, vtrùm in aliquo præcepto detur, aut non detur leuitas materiæ; diximus *ſuprà, lib. 3. diſp. 14. num. 12. & 13.* dum ageremus de leuitate materiæ in peccatis luxuriæ.

DISPVT.

DISPVT. XXI.

Quomodo obligatio legis ad mortale, aut veniale colligatur ex verbis ipſius legis, vel ex pœna, quæ additur.

1. *Si verba legis ſint preceptina, vel preceptinis aquiualentia, & materia ſit ex ſe granis, obligatio eſt ad mortale.*
2. *Idem eſt, ſi verba ſint modi Imperatini, & materia ſit granis.*
3. *Verbum,* mando, *vtrùm ſit preceptiuum, & importet obligationem.*
4. *Verbum,* oportet, *vtrùm ſit equipollens precepto, & importet obligationem.*
5. *Verbum,* debet, *importat obligationem, & neceſſitatem.*
6. *Verba,* ſtatuimus, volumus, ordinamus, decernimus, *vtrùm importent obligationem.*
7. *Verba rogandi, & hortandi, quomodo aliquando importent obligationem.*
8. *Obligatio granis poteſt colligi ex declaratione per aliam legem.*
9. *Obligatio, & culpa granis rectè colligitur ex granitate pœna.*
10. *Qua pœna eccleſiaſtica ſint granes, & arguant culpam mortalem.*
11. *Priuatio officiorum, & vocis actina, & paſſina, ſunt pœna granes.*
12. *Qua pœna temporales ſint granes.*
13. *Etiam in lege ciuili ex granitate pœna colligitur obligatio ad culpam mortalem.*

SI aliunde non conſtat de grauitate materiæ, quæ per legem præcipitur, colligi debet ex ipſis verbis, quibus præcipitur: quia hæc, ſi contineant, aut oſtendant obligationem ad mortale, ſimul etiam declarant grauitatem materiæ, ſaltem iudicio ſuperioris, cui ſtandum eſt etiam in dubiis, vt notat Suar. *de cenſuris, diſp. 4. ſect. 6. num. 5.* & ſemper, quando aliàs euidenter non conſtat de oppoſito, vt idem habet *lib. 3. de legib. cap. 26. num. 1.*

Et quidem in legibus eccleſiaſticis, ſæpè dicitur, quòd aliquid præcipiatur ſub reatu culpæ mortalis, & pœnæ æternæ: in legibus verò ciuilibus non ſolet id exprimi; quia non ſpectat ad Principes laïcos ferre iudicium de culpa mortali, aut veniali; ſed ad ſummum ſolùm dicitur, quòd Princeps intendat obligare, quantùm poteſt, & aliquando etiam additur in legibus Chriſtianorum, quòd intendat obligare in conſcientia: quæ tamen verba, quia ſunt generalia, nec magis determinant culpam mortalem, quàm venialem, adhuc relinquunt ex aliquo alio inueſtigandam grauitatem, & modum obligationis; & præcipuè ex qualitate materiæ, vt notat Vaſq. 1. 2. *diſp. 158. cap. 3. n. 19. & ſeq.* & Suar. *lib. 3. de legib. c. 26. cit. n. 2.*

1. *Si verba legis ſint preceptina, vel preceptiuis aquiualētia, & materia ſit ex ſe granis, obligatio eſt ad mortale.*

Si tamen ſupponatur materia, quantùm eſt ex ſe, eſſe capax obligationis grauis, & ad mortale, & verba legis ſint præceptiua, vt, *precipio, iubeo, prohibeo, inhibeo, veto, interdico*; vel æquiualentia præceptiuis, vt, *debeant, teneantur, obligentur, neceſſe eſt, non licet, non poteſt,* &c. omninò debet intelligi, quòd obligatio ſit ad mortale. Ita Nauar. *in Man. cap. 23. num. 52.* Sot. *lib. 1. de iuſt. quæſt. 6. art. 4.* Salas *de legib. diſp. 10. ſect. 9. num. 49* Suar. *lib 3. de legib. cap. 15. num. 8. & cap. 26. cit. num. 5.* Bonac. *de legib. diſp. 1. quæſt. 1. puncto 7. § 4. num. 4.* Reginal. *in praxi, lib. 15. num. 48.* & alij apud ipſos: quia eo ipſo, quòd obligatio legis eſt ad culpam, neque alio modo determinatur qualitas culpæ, intelligi debet eſſe proportionata capacitati materiæ, & tanta, quanta eſſe poteſt ab hoc agente circa hanc materiam; quæ tamen, vt ſupponimus, poteſt eſſe ad culpam mortalem. Idque videtur expreſsè definiri *Clem. Exiui de Paradiſo. de verb. ſignif. & cap. Exiit. de verb. ſignif. in 6.* vbi hæc regula traditur ad dignoſcendum pro Franciſcanis, vtrùm aliqua tranſgreſſio Regulæ ſit mortalis, quòd, ſcilicet, tunc ſit mortalis, quando in Regula apponitur verbum præcepti, vel æquipollens præcepto.

Et quanuis Sayr. *lib. 3. clau. reg. cap. 7. num. 27.* Reginal. *lib. 15. num. 57.* & aliqui alij contendant, huiuſmodi declarationem, quòd verba præceptiua, vel præceptum continentia, & importantia, aut etiam præceptiuis æquipollentia importent obligationem ad mortale, tantùm eſſe pro Regula S. Franciſci, de qua ibi eſt ſermo; longè tamen eſt probabilius, quòd ſit vniuerſalis pro omnibus legibus, cùm obligatio in Regula ſolùm ibi colligatur ex ſignificatione illorum verborum, non autem ex aliquo, quod ſit proprium, & peculiare in Regula, vt notat Vaſq. *diſp. 158. cap. 3. cit. num. 20.* & Suar. *lib. 3. de legib. cap. 26. cit. num. 8.* & expreſsè ibi dicatur, quòd tranſgreſſio ſit mortalis ex vi verbi, quod apponitur in Regula: vnde vlteriùs modus hic colligendi obligationem, & culpam grauem ex verbis præceptiuis, quæ ponuntur in lege, tam poteſt habere locum in legibus eccleſiaſticis, quàm in ciuilibus, vt notat Vaſq. *diſp. 158. cap. 4. num. 38.* Suar. *lib. 3. de legib. cap. 26. num. 8.* Bonac. *de legib. diſp. 1. quæſt. 1. puncto 7. § 4. num. 6.* & plures alij apud ipſum; quanuis aliqui eum admittant ſolùm in legibus eccleſiaſticis, vt Nauar. *cap. 23. num. 50.* Caſtr. *lib. 1. de lege pœn. cap. 5.* Med. *C. de pœnit. tract. de ieiunio, cap. 7.* cùm enim etiam leges ciuiles obligent in conſcientia, vt *ſuprà* diximus, optimè poteſt id colligi etiam in ipſis ex verbis præceptiuis.

Et quanuis hæc eadem verba præceptiua poſſint vſurpari, etiam pro ſola obligatione ad veniale, vt, ſi dicas, legem diuinam, & naturalem prohibere mendacia leuia, & verba otioſa; præcipere attentionem, & deuotionem in orando, &c. imò aliquando neque etiam importare vllam obligationem ad culpam; ſed ſolùm ordinationem, & directionem, vt Marci 8. *Precepit turbæ diſcumbere, & iuſſit diſcipulos, vt piſces apponerent.* ſi tamen adhibeantur in lege propriè dicenda, & circa materiam grauem, omninò important obligationem ad mortale, vt patet *ex Clem. Exiui. & ex cap. Exiit. cit. de verb. ſignif. in 6.* & notat Vaſq. *diſp. 158. cap. 3. cit. num. 19.* contra Caiet. 2. 2. *quæſt. 186. art. 9. circa reſponſionem ad ſecundum*, vbi abſolutè contendit, nullum eſſe verbum ſimplex, quod ex ſe indicet obligationem præcepti, cùm etiam verba, *precipio,* & *prohibeo,* aliquando vſurpentur extra præceptum, vt patet in exemplis allatis.

2. *Idem eſt, ſi verba ſint modi Imperatini, & materia ſit grauis.*

Et idem eſt, ſi verba legis ſint præceptiua in actu exercito, & efferantur modo Imperatiuo, vt, v. g. *facite, abſtinete, omnes ſoluant, nemo audeat,* & eiuſmodi: quanuis enim non omnia, quæ in Regula S. Franciſci dicuntur per verba modi Imperatiui, ſint ſub mortali, vt dicitur *Clem. Exiui. cit.* quia, ſcilicet, modo Imperatiuo poſſunt efferri etiam ſimplices ordinationes, & directiones, & Chriſtus Dominus etiam conſilia eo modo expreſſit: *Vade, vende omnia, quæ habes,* &c. rectè tamen *ibidem* ſubditur, quòd quædam grauiora per modum Imperatiuum

tiuum expreſſa in eadem Regula, obligant ad mortale; & quòd id colligitur ex vi verbi æquipollentis præcepto, vel ex grauitate materiæ, vel ex vtroque. Et eadem ratione *Gen.* 2. præceptum Adamo non fuit datum niſi per modum Imperatiuum: *Præcepitque ei dicens: Ex omni ligno Paradiſi comede*, &c. & *Matth.* 28. præceptum prædicationis: *Docete omnes gentes.* & *cap. Omnis vtriuſque. de pœnit. & remiſſ.* præceptum annuæ Confeſſionis: & in Triden. *ſeſſ.* 13. *cap.* 7. præceptum de confitendo quamprimùm poſt ſumptam Euchariſtiam cum conſcientia peccati mortalis, propter defectum Confeſſarij, ſimiliter ſolùm exprimitur per verbum Imperatiuum, *Quamprimùm confiteatur.* quæ tamen præcepta communiter cenſentur obligare ad mortale, vt notat Suar. *lib.* 3. *cap.* 15. *num.* 8. Salas *diſp.* 10. *de legib. ſect.* 9. *num.* 51. Bonac. §. 4. *cit. num.* 10. & alij; ac proinde etiam verba, quæ ſint præceptiua in actu exercito; quia efferuntur per modum Imperatiuum, quando adhibentur in lege, & circa materiam grauem, cenſeri debent obligare ad mortale, niſi ex circumſtantiis aliter conſtet de intentione ferentis legem Et rectè addit Vaſq. *diſp.* 158. *cap.* 3. *num.* 24. habendam eſſe rationem etiam conſuetudinis, ex qua in multis Congregationibus habetur, vt etiam verba Imperatiua non obligent ad culpam, niſi addatur: *In virtute Spiritus Sancti, in virtute ſanctæ obedientiæ*, &c. Et ſimiliter certum videtur, quòd inter verba præceptiua, aut præceptiuis æquipollentia, debet numerari etiam verbum, *iniungimus*, cùm etiam hoc importet præceptum, vt notat Bonacin. *diſp.* 1. *de legib. quæſt.* 1. *puncto* 7. §. 4. *num.* 7. *ex Clem. Cupientes. de pœnis*, & *ex Clem.* 1. *de Iudæis.* Salas *diſp.* 10. *de legibus, ſect.* 9. *n.* 51. Felino, & aliis apud ipſum.

3\. *Verbum*, mando, *vtrũ ſit præceptiuum, & importet obligationem.*

Difficultas tamen eſt, vtrùm inter verba præceptiua debeat numerari etiam verbum mandandi: aliquando enim idem eſt, quod *committo*, vel *delego*, vt, quando aliquis dicitur habere mandatum procuræ, vel Iudex habere poteſtatem ſibi demandatam; imò & aliquando idem eſt, atque *rogo*, vt patet *ex cap. Mandaſtis.* 2. *quæſt.* 5. vbi Pontifex quibuſdam Epiſcopis: *Mandaſtis*, inquit, *vt ſcriberem vobis.* id eſt, rogaſtis: & ideò Syluest. *verb. præceptum, quæſt.* 1. & Armilla *eod. num.* 7. negant, ſufficere verbum, *mando*, ad inducendam, & ſignificandam obligationem, niſi iungatur cum verbo, *præcipio*, dicendu, v.g. *Mandando præcipimus.* & S. Anton. *part.* 2. *tit.* 14. *cap.* 2. §. 3. in hoc diſtinguit verbum, *mando*, à verbu, *præcipio*, quòd illud ſolùm ſignificet obligationem ad veniale; hoc verò etiam ad mortale. Sed reuerà, quamuis hoc verbum diuerſimodè poſſit accipi; negari non poteſt, quin etiam poſſit accipi pro verbu, *præcipio*; & de facto ſic debet intelligi pro illo poni, quando vſurpatur in lege circa materiam grauem, niſi aliter conſtet de intentione ponentis, vt notat Vaſq. *part.* 1. *diſp.* 158. *cap.* 3. Bonac. *diſp.* 1. *de legibus, quæſt.* 1. *puncto* 7. §. 4. *num.* 7. Suar. *de legibus, lib.* 3. *c.* 15. *n.* 9. & apud illum Felin. *in c. Eam te. de reſcrip. n.* 9.

4\. *Verbum*, oportet, *vtrũ ſit æquipollens præcepto, & importet obligationem.*

Similiter inter verba æquiualentia præceptiuis non debet poni verbum, *oportet*, ex Caſtro *lib.* 1. *de lege pœn. cap* 5. *docum.* 4. & Suar. *lib.* 3. *cap.* 15. *cit. n.* 10. quia potiùs ſignificat honeſtatem, & conuenientiam rei, quàm neceſſitatem. Negari tamen non poteſt, quin aliquando etiam ſignificet neceſſitatem, vt notat Gloſſ. *in cap. Confidimus.* 25. *quæſt.* 1. & *in cap.* 1. *de præſcript. in* 6. Vaſq. *diſp.* 158. *cap.* 3. *cit. num.* 23. Salas *diſp.* 10. *ſect.* 9. *n.* 50. Bonac. §. 4. *cit. num.* 9. Nauar. *in Man. cap.* 23. *num.* 53. & apud illum Medina *C. de pœnit. tract. de ieiunio, quæſt.* 7. *dub.* 2. & quòd ex vſu ſacrorum Canonum idem valeat, atque verbum, *debet*, vel *obligatur*, ac

5\. *Verbum*, debet, *importat obligationẽ, & neceſſitatem.*

proinde probabilius eſt, quòd in lege debeat accipi, vt præceptiuum, ſi ita poſtulet grauitas materiæ, neque aliter conſtet de intentione ferentis, vt notat Sayr. *lib.* 3. *clau. reg. cap.* 7. *num.* 26. ſi tamen contingat, quòd res ſit dubia, poteſt fieri circa illam mitior interpretatio, & cenſeri, quòd non ſignificet obligationem, & neceſſitatem; ſicut etiam

6\. *Verba*, ſtatuimus, volumus, ordinamus, decernimus, *vtrũ importent obligationẽ.*

contingit in aliis verbis communibus, quæ poſſunt ſignificare ſimplicem ordinationem, aut deſiderium Superioris, & præterea verum imperium, & præceptum, vt ſi dicat, v.g. *volumus, ordinamus, ſancimus, ſtatuimus, decernimus*, &c. vt notat Vaſq. *diſp.* 158. *cap.* 3. *cit. n.* 23. Salas *diſp.* 10. *ſect.* 9. *cit. n.* 51. Suar. *lib.* 3. *cap.* 15. *n.* 10. Bonac. §. 4. *cit. n.* 11.

7\. *Verba rogandi, & hortandi, quomodo aliquando importent obligationẽ.*

Quod verò habet Gloſſ. *in cap.* 1. *de teſtamentis, verb. hortamur*, & *in Clemen.* 1. *de teſtibus, verb. exhortamur*, & aliqui alij ex Canoniſtis apud Salas *num.* 51. *cit.* etiam verba rogandi, hortandi, monendi, importare obligationem: quia, vt communiter dicitur, etiam rogando imperat, cùm rogat potentior, non eſt admittendum ex Salas *ibidem*, & Bonac. §. 4. *cit. num.* 12. & commune illud pronunciatum ſolùm ſignificat, quòd ex vrbanitate etiam preces potentiorum ſunt magnificiendæ, & quòd aliquando etiam habent vim præcepti, ſi apponantur poſt aliqua verba importantia præceptum: vt, ſi Pontifex, v.g. hortetur, aut roget impleri præcepta: idque ſolùm vult Gloſſ. *locus cit.* Ad hoc pertinet etiam illud, quod aliqui tradunt, obligatio-

8\. *Obligatio grauis poteſt colligi ex declaratione per aliam legem.*

nem ad culpam mortalem, aut venialem, poſſe colligi ex alia lege: ſicut enim interpretatio legis, quoad reliqua, quæ circa illam poſſunt eſſe dubia, maximè pertinet ad ipſum legiſlatorem; & vnde ius prodiit, inde etiam procedit interpretatio iuris, *cap Inter alia. de ſententia excommunicationis*, & ideò in ciuilibus omnis interpretatio legis tradita ab Imperatore, habetur rata, & indubitata, *l. fin. C. de legib.* ita & maximè pertinet ad legiſlatorem interpretatio legis quoad obligationem culpæ mortalis, aut venialis; & ideò, ſi quod ſtatuitur abſolutè per vnam legem, declaretur magis per aliam quoad huiuſmodi obligationem culpæ mortalis, aut venialis, ſtandum omninò eſt huiuſmodi declarationi, vt patet ex Suar. *lib.* 6. *de legib. cap.* 1. *num.* 2. & *ſeq.* Bonac. *diſp.* 1. *de legib. quæſt.* 1. *puncto* 7. §. 4. *num.* 14.

9\. *Obligatio, & culpa grauis rectè colligitur ex grauitate pœnæ.*

Poteſt præterea obligatio ad mortale etiã colligi ſufficienter ex grauitate pœnæ, quæ per legem ſtatuitur: ſic enim etiã in lege veteri, quando addebatur comminatio mortis, verbis illis Exodi 12. *Peribit anima illa de populo ſuo.* ſignum erat, quòd obligaret ad mortale, vt notat Scot. *in* 4 *d* 1. *quæſt.* 6. & vt habet S. Auguſt. *lib.* 2. *de Baptiſmo, cap.* 6. ex diuina ſtatera iuſtam pœnam delictis ponderante, rectè poteſt expendi grauitas culpæ; & non eſt dubitandum, ſceleratiùs fuiſſe commiſſum, quod fuit grauiùs vindicatum. Et ratio eſt: quia alioqui iniuſtè, & imprudenter imponeretur pœna grauis, ſi culpa, vel eſſet nulla, vel ſolùm leuis, vt notat Suar. *lib.* 3. *de legibus*, *cap.* 26. *num.* 4. Caſtr. *lib.* 1. *de lege pœn. cap.* 5. *docum.* 4. & alij. Atque hoc modo leges eccleſiaſticæ omninò cenſeri debent obligare ad mortale, vt benè notat Reginald. *lib.* 15. *num.* 49. ex Caſtro *lib.* 1. *de lege pœn. cap.* 5. *cit. docum.* 4. Nauar.

10\. *Quæ pœnæ eccleſiaſticæ ſint graues, & arguant culpam mortalem.*

in Man. cap. 23. *num.* 53. & aliis, quando aliquid expreſsè præcipiunt, vel prohibent ſub pœna indignationis Dei, vel maledictionis æternæ, cùm hæ ſine dubio non poſſint incurri niſi per culpam mortalem: & quando prohibent, transgreſſorem abſolui

abſolui ſacramentaliter, niſi in mortis articulo, cùm hæc abſolutio nulli negetur, niſi ex culpa mortali: & quando priuant eccleſiaſtica ſepultura, vel imponunt pœnam degradationis, vel excommunicationis maioris, aut ſuſpenſionis, vel interdicti, aut etiam irregularitatis, quando præſertim huiuſmodi pœnæ non habent remedium facile, vt etiam *ſuprà* diximus *lib.1. diſp.21.num.7.* cùm hæ omnes pœnæ priuent maximis bonis, & ideò ex ſe ipſis grauiſſimæ ſint, vt etiam *infrà* dicemus *diſp.23.*& omnino arguant culpam mortalem: quia inferuntur contra perſonam particularem, & propter culpam. Quod addo, non ſolùm propter irregularitatem, quæ poteſt incurri etiam propter defectum, & non ſemper incurritur propter delictum; ſed etiam propter ſuſpenſionem, quæ poteſt ferri in totam aliquam Cōmunitatem eccleſiaſticam, v. g. in Capitulum, aut Collegium; & poteſt afficere ſingulos de Communitate, etiam ſine propria culpa cuiuſque Quod idē poteſt contingere etiam in interdicto perſonali generali, vt dicitur in materia de cenſuris. Et hoc ſolùm vult Nau.*n.53.cit.*& aliqui alij, quando aſſerūt, pœnam ſuſpenſionis, interdicti, & irregularitatis nō arguere neceſſariò culpā mortalem: quia aliquando poſſunt incurri etiam ſine culpa. Et idem videtur dicendum de ſimilibus pœnis, quæ in Bullis pontificiis frequentiſſimæ ſunt, & præcipuè feruntur cōtra Regulares, vt eſt, v.g priuatio officiorum, inhabilitas ad officia in poſterum obtinenda, priuatio vocis actiuæ, & paſſiuæ, & ſimiles: ſi enim ſuſpenſio ab officio, & à iuriſdictione cenſetur grauis, vt videre eſt apud Suar.*de cenſur.diſp.21.ſect.2.n.12.& ſeq.* multò grauior cenſeri debet priuatio omnium officiorum, quæ de facto habentur, & adhuc grauior inhabilitatio ad illa in poſterum obtinenda, quæ eſt quædam irregularitas. Et ad priuationem officij reducitur priuatio iuriſdictionis, quæ eſt annexa officio; & priuatio vocis actiuæ, quæ eſt quædam iuriſdictio ad eligendum, vt habet Suar.*ſect.2.cit.n.14.* ſicut & ad inhabilitatem officiorum reducitur priuatio vocis paſſiuæ, vt ex ſe patet.

11\. *Priuatio officiorū, & vocis actiuæ, & paſſiuæ, ſunt pœnæ graues.*

12\. *Quæ pœnæ tēporales ſint graues.*

Leges verò ciuiles ſimiliter rectè cenſentur ex grauitate pœnæ obligare ad culpam mortalem, ſi imponant pœnam mortis, aut mutilationis, vel triremium, vel perpetui, aut diuturni carceris, vel diuturni exilij, vel infamiæ, vel confiſcationis, & amiſſionis omnium bonorū, vel maioris partis, & ſimiliū, vt notat Caſtr. *lib.1.de lege pœn.c.5.cit.* & facilè poteſt colligi ex dictis *ſuprà*, dū ageremus de metu graui, & cadēte in virum conſtantē, *lib.1.diſp.21.cit.*

13\. *Etiā in lege ciuili ex grauitate pœnæ colligitur obligatio ad culpam mortalem.*

Et in hac re minùs eſt audiendus Nau.*c.23.n.55.* & aliqui alij etiam ex Theologis, quos ſuprà citauimus *diſp.19.n.15.* qui ex eo negant poſſe colligi in lege ciuili obligationem ad culpam, ſiue mortalem, ſiue venialē, ex grauitate pœnæ: quia eo ipſo, quòd legiſlator exprimit pœnam, & non exprimit obligationem ad culpam, ſignum eſt, quòd ſolùm curet de pœna, non autem de culpa; & ſolùm intendat mouere ſubditos ad legis obſeruationem formidine pœnæ; non autem formidine culpæ. Contrà enim eſt: quia potiùs contraria ratione ex eo, quòd pœnam exprimit, neque eſt contentus ſola implicita ſignificatione culpæ, quæ neceſſariò importatur per ipſam legis obligationem, intelligi debet, quòd velit quàm ſeueriſſimè, & quàm efficaciſſimè illos mouere ad legis obſeruationem, & non ſolùm ſit contentus, vt moueantur amore virtutis, quo communiter mouentur boni; ſed etiam velit adiungere formidinem pœnæ, qua communiter mouentur mali, idque eſt multò rationabilius, quàm oppoſitum, vt *ſuprà* probauimus *diſp.19.n.15.cit.*

DISPVT. XXII.

Quomodo poſſit attendi communis conſuetudo, & Doctorum interpretatio, ad hoc, vt cognoſcatur obligatio legis ad culpam mortalem, aut venialem.

1\. *Obligatio legis ad culpam mortalem poteſt colligi ex ipſo vſu, & conſuetudine, qua lex communiter obſeruatur.*

2\. *Conſuetudo, vt habeat vim legis, debet ſeruari ex credulitate obligationis.*

3\. *Conſuetudo poteſt inducere interpretationem legis iuridicam, etiam per modum cauſæ.*

4\. *Conſuetudo non ſolùm rigoroſiùs, ſed etiam benigniùs, & ad culpam ſolùm venialem, poteſt legem interpretari.*

5\. *Conſuetudo poteſt interpretari aliquo modo etiam ius diuinum, & naturale.*

6\. *Conſuetudo etiam poteſt interpretari ſe ipſam.*

7\. *Obligatio legis ad culpam mortalem, aut venialem, poteſt colligi ex interpretatione Doctorum.*

SI neque ex verbis præceptiuis, aut præceptiois æquiualentibus, quæ habeantur in ipſa lege, neque ex declaratione legiſlatoris per aliquam aliam legem, neque ex grauitate pœnarum, quæ ſint appoſitæ, poſſit ſufficienter haberi, quòd obligatio legis ſit ad mortale, poteſt, & debet generaliter id attendi, tam in legibus eccleſiaſticis, quàm in ciuilibus ex ipſo vſu, quo lex communiter obſeruatur, & intelligitur, & ex Doctorum interpretatione, vt notat Salas *de legib.diſp.10.ſect.9. num.48.* Sayr *lib.3.clau.reg.cap.7. num.23.* Suar. *lib.6.de legib.cap.1. num.4.& lib.7.cap.17.*Reginal *lib.15.num.47.& 56.* Bonac.*de legib. diſp.1.quæſt.1. puncto 7.§.4.num.24.* & ex veteribus Sylu. *verb.præceptum, num.2.in fine,* Caiet.2.2.*quæſt.147. art.3. circa ad 2. & quæſt.186. art.9.circa ad 2.*& omnes communiter. Nam negari non poteſt, quin conſuetudo ſit optima legum interpres, *cap. Cum dilectus. de conſuetud. & l.Si de interpretatione ff.de legibus.* & certiſſimum eſt, quòd de multis præceptis eccleſiaſticis ex ſola conſuetudine maximè habetur, quòd obligent ad mortale, quale eſt, v. g. præceptum de quadrageſimali ieiunio, de confitendo ſemel in anno, de communicando in Paſchate, & ſimilia. Imò fieri poteſt, vt conſuetudo etiam deroget ipſi legi, quando expreſsè determinat modum culpæ pro tranſgreſſoribus, vt ſi dicat, v.g. expreſsè lex, quòd obligatio non ſit ad mortale; & tamen proceſſu temporis paulatim inducatur oppoſita credulitas, & viri pij, & docti oppoſitum credant, & doceant; & ſub iſta credulitate communiter lex obſeruetur: nam tandem in tali caſu dicenda erit illa lex verè obligate ad culpam mortalem, & vſu ipſo fuiſſe illi derogatum quoad priorem modum obligationis, & culpæ, vt notat Salas *loco cit.*

1\. *Obligatio legis ad culpā mortalem poteſt colligi ex ipſo vſu, & cōſuetudine, qua lex communiter obſeruatur.*

2\. *Conſuetudo, vt habeat vim legis, debet ſeruari ex credulitate obligationis.*

Et certum eſt, quòd hæc interpretatio obligationis, quæ habetur per conſuetudinem, poteſt eſſe iuridica, & authentica, vt notat Suar. *lib.6.cap.1. num.4.cit.* cùm poſſit habere etiam ipſa conſuetudo per ſe vim legis. Verùm ad id non eſt ſatis, ſi quomodocunque ſit inducta talis conſuetudo per frequentationem actuum; ſed requiruntur ſpecialiter multa, & præcipuè, vt actus ſint frequentati ex intentione, & credulitate obligationis, vt videre eſt

apud

Digitized by Google

apud eundem Suar.*lib.7.de legib.c.14.n.6.& 7.* nam hac de cauſa non omnes conſuetudines,quæ ſunt in Eccleſia,etiam laudabiles,& honeſtæ; habent vim legis: quia non ſunt ſpecialiter inductæ ex intentione inducendi obligationem,& ius;neque continuantur communiter ex eredulitate obligationis: & talis eſt ex Suar.*ibidem*,conſuetudo ſalutaodi ter io die Beatiſſimam Virginem ad ſonum eampaoæ: & ex Bellatm. *lib.4.de Romano Pontifice, c.18.*coo-ſuetudo aſpergendi caput cinete benedicto in primo die Quadrageſimæ; accipiendi,& geſtandi ramum oliuæ, aut palmarum, in Dominica Palmarum; ſumendi aquam benedictam in ingteſſu Eccleſiæ:& ex Soto *lib.9.de iuſt.qu.3.art.1.* conſuetudo,quæ viget in aliquibus locis,vt in die Commemorationis omnium defunctotum deferatur aliqua oblatio ad Eccleſiam pro defunctis;& tales poſſunt eſſe etiam plures aliæ,ſi ſint inductæ in parricularibus locis, vt, v.g.audiendi Miſſam quotidie; audiendi Veſpetas diebus feſtis;non comedendi ante Miſſam;& ſimiles: quia enim actus agentium non operantur vltra intentionem illotum, *l.Non omnis. & l.Si quis.ff. ſi certum petatur.* & qui primi cœperunt frequentare huiuſmodi actus,& qui poſteà illos continuarunt,non intendetunt vnquam ſe obligare, nec crediderunt, ſe illos continuare, & frequentare,oiſi ex puta,& libera deuotione, & nullo modo ex obligatione inducta; hinc eſt, vt reuerà huiuſmodi cooſuetudines nunquam obtineant vim legis,neque inducant obligationem,vt etiam notat idem Suar.*tom.1.de relig.tract.2.lib.1. de diuino cultu neceſſ.ex precepto,c.5.n.10.* ex Caiet.*in Sum.verb. Horæ canonicæ,§.2.*& aliis.

3.
Conſuetudo poteſt inducere interpretationem legis iuridicam, etiam per modum cauſa.

Et contra hoc,quod aſſerimus,interpretationem obligationis legis, quæ habetur per conſuetudinem, poſſe eſſe aliquando iutidicam, & authenticam; non obſtat, ſi dicas, hanc facultatem interpretandi obligationem legis, non poſſe conuenire, niſi illi conſuetudini, quæ ſit ſecundùm legem, vt notat Suar. *lib.7.de legibus, cap.17.num.1.* ſiquidem illa, quæ eſt præter legem, aut contra legem, non poteſt illam interpretari:quæ autem eſt ſecundùm legem,ſolùm poteſt illam interpretari tanquàm ſignum,in quantum, ſcilicet, continuatio obſeruantiæ legis ſatis demonſtrat, qua intentione obligationis eam tulerit legiſlator, & qua exiſtimatione fuerit vſu recepta,& practicata à ſubditis;quod tamen totum ſolùm facit coniecturam, & argumentum probabile ad fundandam interpretationem doctrinalem, ſi præſertim huiuſmodi obſeruantia fuerit diuturna; non autem videtur poſſe inducere nouum ius,quod alioqui non eſſet.Quod idem etiã eſt,ſi talis vſus ponatur præceſſiſſe lationem legis; & hæc ſit lata conformiter ad vſum, & mores populi,iam priùs receptos: hoc, inquam, totum non obſtat: nam contrà eſt: quia præter hunc modum interpretandi obligationem legis per modum ſigni, qui ſine dubio eſt optimus, & frequentiſſimus, & poteſt maximè facere ad interpretationem doctrinalem,poteſt dari etiam alius,vt ſic dicam,per modum cauſæ, ſi, ſcilicet, obligatio legis ad culpam mortalem, ſit planè dubia, vel planè ignoretur à ſubditis, vel planè non ſit;& tamen de nouo inducatur per ipſum vſum,& conſuetudinem; & actus obſeruantiæ legis frequentari incipiant, & continuentur ex intentione, & eredulitate talis obligationis, vt ſubdit Suar. *lib.7.c.17.cit.n.3.* ex Maſcardo *de probat.vol.2.concl.1045.* & aliis: nam ſic habetur *ex l.Nam Imperator.ff.de legibus*, vbi dicitur, quòd in ambiguitatibus, quæ ex legibus proficiſcuntur,conſuetudinum, aut rerum perpetuò ſimiliter iudicatarum autboritas vim legis obtinere debet. Et ratio eſt:quia non maior poteſtas,aut efficacitas tequiritur ad inducendam interpretationem legis iutidicam, circa illius obligationem ad culpã mortalem,quàm tequiratur ad inducendam ſimpliciter legem, & obligationem de nouo ad eandem culpam mortalem:& ideò,quemadmodum conſuetudo etiam per modum cauſæ poteſt inducere legem,& legis obligationem; ita & poteſt inducere interpretationem:& abſolutè obligatio legis poteſt colligi ex conſuetudine, non ſolùm tanquàm ex ſigno;ſed etiam tanquàm ex cauſa, vt iam explicauimus: & ſi alioqui tam materia legis, quàm verba, aut pœnæ appoſitæ non ſufficienter determinent talem modum obligationis, benè poteſt illum determinare conſuetudo:& ſi determinent vnum modum,benè poteſt conſuetudo determinare alium,vt diximus *paulò antè n.1.in fine.*

4.
Conſuetudo non ſolùm rigoroſiùs, ſed etiam benignius,& ad culpam ſolùm venialem poteſt legem interpretari.

Et quod dicimus de colligenda obligatione ad culpam mortalem, quando alioqui verba legis,aut materia,vel pœna, non ſufficienter illam determinat; contraria ratione eſt intelligendum etiam de colligenda obligatione ad ſolam culpam venialem, vel etiam ad planè nullam: nam, quamuis alioqui verba, & materia legis videantur poſſe ſufficere ad importandam obligationem culpæ mortalis; ſi tameo conſuetudo ſolùm habeat obligationem culpæ venialis, aut planè nullius; ſecundùm hanc eſt facienda benignior interpretatio verborum, & totius legis, quæ communiter nuoquam eſt ita clara, vt non contineat aliquam ambignitatem, & conſequenter non admittat aliquam interpretationem: & conſuetudo poſitis debitis conditionibus,quemadmodum poteſt rigoroſiùs legem interpretari, quàm alioqui exprimant verba;& ſi opus ſit,quoad hunc rigorem, etiam poteſt inducere nouum ius, ita & poteſt interpretari benigniùs; & ſi opus ſit, quoad tollendum maiorem rigorem, etiam poteſt derogare iuri antiquo, vt notat Caietan.*2.2.quæſt. 186. art.9. circa ad 2.cit.* & ex illo Suar. *lib.7.cap. 17.cit.num.5.*

5.
Conſuetudo poteſt interpretari aliquo modo etiam ius diuinum, & naturale.

Qui etiam addit *num.6.* ex communi ſententia, facultatem hanc legem interpretandi, non ſolùm competere conſuetudini in ordine ad leges humanas,& poſitiuas; ſed etiam aliquo modo in ordine ad diuinas,& naturales; non quidem addendo aliquid,aut minuendo de ipſa lege, vt poteſt contingere in interpretatione legis humanæ; ſed ſolùm indicando mentem legiſlatoris, vt patet in multis traditionibus, & generalibus conſuetudinibus totius Eccleſiæ,& à Pontifice approbatis, circa vſum Sacramentorum,quæ ſufficienter declarant Chriſti ipſius inſtitutionem.

6.
Conſuetudo etiam poteſt interpretari ſe ipſam.

Et denique addit, vim hanc interpretandi non ſolùm competere conſuetudini circa ius ſcriptum, ſiue humanum, ſiue diuinum; ſed etiam circa noo ſcriptum, qualis eſt ipſa conſuetudo: & ideò conſuetudinem etiam poſſe interpretari ſe ipſam: ſiquidem ipſe vſus, & continuatio actuum benè poteſt declarare intentionem vtentium;& ex eo,quod faciunt, & intendunt facere vno tempore, benè poteſt colligi, quid fecerint, & intenderint alio tempore.

7.
Obligatio legis ad culpam mortalẽ, aut venialem, poteſt colligi ex interpretatione Doctorum.

Poteſt prætereà ad cognoſcendam obligationem legis ad culpam mortalem, aut venialem, multùm iuuare Doctorum interpretatio, cùm in vnaquaque facultate ſtandum ſit peritorum iudicio: & ſi Doctores communiter conſentiant,quòd hic, aut ille ſit verus ſenſus, & vera intelligentia legis;credendum illis omninò eſt, cùm ſaltem tanta conſenſio ſufficienter declaret, quomodo lex

fuerit

fuerit acceptata, & quomodo ſe babeat communis vſus circa illius ubſetuationem, vt notat Suar. *lib. 6. de leg. cap. 1. num. 5. & 6.* Quo autem modo Doctores ipſi debeant ſe gerere, vt aſſequantur vetam legis interpretationem, & debeant ſpecialiter attendere ad ipſa verba, & ad mentem legiſlatoris, & ad rationeio, quæ eſt aoima legis, diccmus *infrà*.

DISPVT. XXIII.

Quid debeat ſpecialiter attendi in legibus eccleſiaſticis, & quid in ciuilibus, vt obligatio legis ad culpam mortalem rectè colligatur ex verbis præceptiuis, vel ex materiæ grauitate, vel ex pœnis.

1. *Materia in legibus eccleſiaſticis communiter cenſenda eſt grauis.*
2. *Verba præceptiua certis modis modificata in legibus eccleſiaſticis ſemper important culpam mortalem.*
3. *Excommunicatio minor non indicat ſufficienter obligationem ad culpam mortalem.*
4. *Excommunicatio maior ferendæ ſententiæ non ſemper indicat obligationem ad culpam mortalem.*
5. *Suſpenſio, & interdictum, ſi non ſit ſolùm ad breue tempus, ſufficienter indicat obligationem ad culpam mortalem.*
6. *Irregularitas quando infertur vt pœna, ſufficienter indicat culpam mortalem.*
7. *Priuatio eccleſiaſticæ ſepulturæ eſt pœna grauis, & indicat ſufficienter culpam mortalem.*
8. *Depoſitio eſt pœna grauis.*
9. *Degradatio eſt pœna grauis.*
10. *Pœna præſtiti iuramenti non indicat ſufficienter in lege obligationem ad culpam mortalem.*
11. *Pœna mortis, & mutilationis ſufficienter indicat in lege ciuili obligationem ad culpam mortalẽ.*
12. *Seruitus eſt pœna grauiſſima.*
13. *Pœna triremium, carceris, exily, fuſtigationis, conſiſcationis bonorum, eſt grauiſſima.*
14. *Pœna pecuniaria poteſt eſſe grauis.*
15. *Pœna fuſtigationis ſecundùm aliquos non indicat ſufficienter culpam mortalem.*

CIRCA hæc ipſa, quæ diximus, pro colligenda obligatione legis ad culpam mortalem, vel ex verbis præceptiuis, vel ex materiæ graoitate, vel ex pœnis, debent aliqua ſpecialiter attendi in legibus eccleſiaſticis, & aliqua in ciuilibus: & viſum eſt ad pleniorem explicationem etiam illa attingete, & noo omninò omittere.

1. *Materia in legibus eccleſiaſticis communiter cenſenda eſt grauis.*

Et quidem materiæ grauitas, certum eſt, quòd in vtriſque eſt attendenda: ſed, quia in legibus eccleſiaſticis ordinatur ad finem altiorem, & ſolet eſſe magis ſpiritualis, non debet facile iudicari, quòd ſit leuis; & tota hæc grauitas, aut leuitas, ſolùm eſt expendenda prudenti iudicio ex ipſo fine, ad quem præcipitur; & ex maiori, aut minori attinentia ad finem; non autem ex ipſa rei natura per ſe accepta, vt etiam *ſuprà* diximus *diſp. 20. num. 10. & 11.* Vnde & fieri poteſt, vt eadem res ceoſenda ſit leuis, ſi fortè præcipiatur generaliter pro tota Eccleſia ex ſola iuriſdictione gubernatiua illius, & ad bonum illius regimen: & contrà cenſenda ſit grauis, ſi fortè præcipiatur ſpecialiter pro aliqua Religione, non ſolùm ex poteſtate, aut iuriſdictione gubernatiua; ſed etiam ex illa, quæ habetur ex voto obedientiæ: quia, ſcilicet, poteſt leuiter facere ad bonam gubernationem totius Eccleſiæ, & contrà poteſt grauiter facere ad bonam adminiſtrationem Religionis, vt notat Suar. *lib. 4 de legib. cap. 18. num. 1.*

2. *Verba præceptiua certis modis modificata in legibus eccleſiaſticis ſemper important culpam mortalem.*

Deinde, circa verba præceptiua, aut præceptiuis æquiualentia, certum eſt, quòd in vtriſque legibus poſſunt indicare obligationem grauem, & ad culpam mortalem; ſi tamen in legibus eccleſiaſticis adiungantur huiuſmodi verbis aliquæ particulæ, vt, v.g. *strictè præcipimus; in virtute obedientiæ; ſub interminatione mortis, aut maledictionis æternæ; indignationis Dei Omnipotentis, & Sanctorum Apoſtolorum Petri, & Pauli,* &c. nullus debet eſſe locus dubitationi, quòd verè obligent ad mortale, vt ſubdit Suar. *cap. 18 cit. num 3.* Salas *de legib. diſp. 10. ſect. 9. num. 53.* & alij apud ipſum: quia huiuſmodi particulæ, vel ſignanter continent, vt ſic dicam, ipſam culpam mortalem, ſine qua indignatio Dei, & Sanctorum, & maledictio, & mors æterna incurri non poteſt; vel ſaltem clarè exprimunt intentionem præcipientis fuiſſe, vt rigoroſè, & ſtrictè, & quantùm poſſet, præciperet, id eſt, ſub mortali.

3. *Excommunicatio minor non indicat ſufficienter obligationem ad culpam mortalem.*

Tertiò, ſi adiungatur in vtriſque legibus pœna grauis, certum eſt, quòd in vtriſque indicatur obligatio ad culpam mortalem. Talis tamen non eſt cenſenda in legibus eccleſiaſticis, excommunicatio minor: quia hæc ex communi ſententia poteſt contrahi per culpam venialem, & facilè poteſt abſolui à quouis Confeſſario: ſed excommunicatio maior, ſiue ſit latæ ſententiæ, ſiue ferendæ; ſemper eſt cenſenda pœna grauis, vt etiam *ſuprà* diximus *lib. 1. diſp. 21.* dum ageremus de metu graui, & cadente in virum conſtantem, cùm ex ſe priuet maximis bonis, & non facilè poſſit tolli, & obtineri illius abſolutio, quando iam eſt incurſa.

4. *Excommunicatio maior ferenda ſententia non ſemper indicat obligationem ad culpam mortalem.*

Verùm de hac ipſa excommunicatione maiore, quando eſt ferendæ ſententiæ, rectè notat Suar. *lib. 4. de legib. cap. 18. cit. num. 5.* Vaſq. 1. 2. *diſp. 158. cap. 5. num. 42. & ſeq.* Salas *de legib. diſp. 10. ſect. 9. num. 58.* & alij apud ipſum, quòd tunc ſolùm indicet culpam mortalem, quando in ipſa lege, quæ illam comminatur, continetur ſufficiens admonitio, & deinde ſtatim poteſt veniri ad ſententiam contra violatorem, & tranſgreſſorem legis; neque eſt opus, vt ampliùs moneatur: ſi enim ſola tranſgreſſio conſtituit illum dignum excommunicatione, neque eſt opus ex parte illius maiori culpa, non poteſt non continere culpam mortalem: ſecùs verò, ſi lex ita comminetur excommunicationem maiorem, vt relinquat tranſgreſſorem adhuc monendum canonicè, antequàm contra ipſum feratur ſententia: quia tunc poteſt relinquere etiam culpam augendam per contumaciam, ac proinde non neceſſariò illam ſupponit in ea grauitate, vt ſit mortalis. Atque in hoc caſu rectè poteſt admitti ſententia Caiet. 2. 2. *q. 186. art. 9. & in Summa, verb. Clericorum peccata,* Caſtri *lib. 1. de lege pœn. cap. 5.* & Nauar. *in Man. c. 23. n. 53.* quòd excommunicatio ferendæ ſententiæ non indicet neceſſariò in lege obligationem ad culpam mortalem.

Neque eſt, quòd dicatur hæc ſententia abſolutè repugnare communiori ſententiæ aliorum, qui ſimpliciter aſſerunt, etiam excommunicationem ferendæ ſententiæ indicare culpam mortalem, vt docuerat idem Suar. *diſp. 18. de cenſuris, ſect. 3. n. 12. & 20.* & alij apud Sayr. *lib. 3. clau. reg. cap. 7. n. 29.* hoc enim poſterius verum eſt, quando excommunicatio eſt ferenda quaſi proximè, vel de proximo, & poteſt ſtatim veniri ad illius ſententiam ſine alia monitione, quæ neceſſariò ſit præmittenda; & cum hoc benè manet etiam illud prius, quando eſt ferenda

ferenda ſolùm temotè, & adhuc requirit aliam monitionem, quæ præmittatur, & per quam contumacia poſſit augeri,& fieri mortalis,ſi fortè alioqui talis non erat.

Neque contra hoc,quod dicimus, excommunicationem maiorem, etiam quando eſt ferenda de proximo, indicare, per ſe loquendo,obligationem legis ad culpam mortalem,multùm facit,quòd aliquando in iure canonico excommunicatio ferendæ ſententiæ adiungatur etiam rebus leuibus,vt,v.g. *cap. Si quis.diſt.23.& cap. Si quis ex Clericis.de vita, & honeſtate Cleric.* contra Clericos comam laxantes:& *cap.Sacerdote.de conſecr.d.1.* contra eos, qui egrediuntur de auditorio,dum Sacerdos in Eccleſia verba facit:nam contrà eſt:quia hæc,& ſimilia pro circunſtantiis illorum temporum,& perſonarum non erant leuia, vt notat Salas *diſp.10.ſect.9.num.59.* laxatio enim comæ illis temporibus erat quædam apoſtaſia à clericatu; ſicut & tonſura erat ſignum clericatus, vt etiam notat Baronius *tom.1. Annalium,ad annum Chriſti* 58. eáque apoſtaſia in Clerico conſtituto in ſacris, aut beneficiato, non poterat eſſe leuis: & egreſſio de Eccleſia tempore concionis, erat grauis contemptus Sacerdotis,impolitè,& rudiiter verba facientis, & turpis conſenſus cum infidelibus,qui eam ob cauſam illum irridebant, vt patet ex S.Auguſt. *lib.de catechizandis rudibus,cap.9.* qui etiam refertur *cap.Sedulò.d.39.*

5. *Suſpenſio,& interdictum, ſi non ſit ſolùm ad breue tempus, ſufficienter indicat obligationem ad culpam mortalem.*

De aliis cenſuris,id eſt,de ſuſpenſione, & interdicto, quòd ſimiliter ſint pœna grauis, & ſatis indicent obligationem legis ad culpam mortalem, expreſsè docet Suar.*lib.4.de legib.cap.18.cit.num.7.* & fuſiùs *tom.5. in 3.part.* qui eſt de cenſuris, *diſp.28.ſect.4.num.7.* & ſpecialiter *diſp.36.ſect.3.num.3.* de his etiam cenſuris idem aſſerit,quod de excommunicatione; id eſt,quòd ſi ſuſpenſio, aut interdictum ſit leuius,& ad breue tempus, & proportionaliter ſe habeat, ſicut excommunicatio minor, non neceſſariò arguit culpam mortalem: ſecùs verò,ſi ſit grauis,& ad longum tempus.Et ad ſuſpenſionem etiam reducitur priuatio vocis actiuæ, & paſſiuæ, cùm etiam hæc ſit ex ſe valdè grauis, vtpote inhabilitans ad dignitates, & officia ſibi alioqui competentia ratione ſui ſtatus, & ſuſpendens illorum executionem, & exercitium, præſertim in electionibus; & ideò non inferatur, niſi ob culpam grauem, vt etiam *ſuprà* diximus *diſp.21.*

6. *Irregularitas quando infertur, vt pœna, ſufficienter indicat culpam mortalem.*

Denique de irregularitate, quando infertur vt pœna, & ex delicto, ſimiliter aſſerit idem Suar. quòd ſemper ſit cenſenda grauiſſima ratione propriorum effectuum,quos ſecum trahit;& ideò ſemper indicat culpam mortalem.

Quod idem de his omnibus. id eſt, de irregularitate,& de cenſuris,quòd ſint pœnæ grauiſſimæ,& ſufficienter indicent culpam mortalem, docet etiam Vaſq. *1.2.diſp.158.cap.5.num.47.* Salas *de legibus, diſp.10 ſect.9. num.62.* & alij communiter apud ipſum: nam, quamuis interdictum locale communiter feratur propter ſolum delictum Principis,illúdque patiantur ſubditi ſine propria culpa; interdictum tamen perſonale ſolùm incurritur propter propriam culpam. Et quemadmodum irregularitas,quando incurritur ſine culpa,non incurritur ſine graui cauſa, etiamſi non habeat rationem pœnæ:ita & quando incurritur ex culpa,& habet propriam rationem pœnæ, non incurritur,niſi ex graui culpa.

7. *Priuatio eccleſiaſtica ſepultura eſt pœna grauis,*

Idem eſt ex eodem Salas *ſect.9. cit. num.65.* de priuatione eccleſiaſticæ ſepulturæ,cùm etiam hæc ſit ex ſe ſatis grauis, & nunquam in iure canonico inferatur, niſi ex delictis mortalibus, vt, v. g. ex omiſſione annuæ Confeſſionis, & Communionis ſacramentalis in Paſchate, *cap.Omnis vtriuſque. de pœnitentiis,& remiſſ.* ex vſura, *cap. Quia de vſuris.* & ex ſimilibus,vt etiam *ſuprà* diximus *diſp.21.num.8.& 9.*

& indicat ſufficienter culpam mortalem.

8. *Depoſitio eſt pœna grauis.*

Et à fortiori idem eſt de depoſitione ex eodem Salas *ibidem, num.66.* & Azor. *part.1. lib.5. cap.6. quæſt.5.* cùm addat ſupra ſuſpentionem inhabilitatem de potentia ordinaria ad idem officium ampliùs habendum, niſi Pontifex de abſoluta potentia diſpenſet.

9. *Degradatio eſt pœna grauis.*

Et de degradatione, quæ includit etiam priuationem habitus, & priuilegij clericalis, *cap.2.de pœnis,in 6.*& facit hominem infamem, *cap. Omnes verò.6.quæſt.1.*& communiter illum tradit brachio ſæculari, etiam morte mulctandum, vel mancipat perpetuo carceri,*cap.Nouimus.de verb.ſignif.*

10. *Pœna præſtiti iuramenti non indicat ſufficienter in lege obligationem ad culpam mortalem.*

Secùs verò,ſi lex eccleſiaſtica aliquid præcipiat ſub pœna præſtiti iuramenti: neque enim ex hac pœna poteſt ſufficienter colligi obligatio legis ad culpam mortalem, vt notat Vaſq.*1.2.diſp.158.cit. cap.5.num.51.* & Salas *de legib. diſp.10.ſect.9. cit. num.66. & diſp.15.ſect.1.* quia per hæc verba ſolùm ſignificatur, quòd res præcipiatur, vel prohibeatur ſolùm ſub iis pœnis temporalibus, quibus punitur violatio præſtiti iuramenti; quæ tamen pœnæ graues non ſunt. Si verò aliunde res, quæ præcipitur, aut prohibetur ſub hac forma, eſſet grauis; non eſt negandum,quòd obligaret ad mortale,vt notat Salas *ibidem*, & Azor. *part.1. lib.5.c.6.qu.5.cit.* Quanquam in tali caſu obligatio legis ad culpam mortalem, ſolùm colligeretur ex grauitate materiæ,non autem ex pœna.

11. *Pœna mortis, & mutilationis ſufficiēter indicat in lege ciuili obligationem ad culpam mortalem.*

Pro legibus verò ciuilibus certiſſimum eſt,quòd pœna capitis,& mutilationis, ſufficienter oſtendit grauitatem materiæ, & obligationem ad culpam mortalem, vt notat Vaſq. *1.2.diſp.159.cap.3.n.23.* Salas *de legibus,diſp.10.ſect.9.n.67.* & omnes communiter apud illum: ſicut enim Deus *Geneſ.2.* non niſi propter culpam, & peccatum mortale comminatus eſt mortem Adamo,& reuerà ſolùm per peccatum mors eſt in mundo, vt dicitur *ad Rom.5.* ita & ſolùm propter peccatum mortale poteſt inferri à Principe. Nam,quamuis in bello, propter bonum victoriæ,& publicæ pacis, licitum ſit occidere infantes, & innocentes; & mortem illis inferre ſine propria culpa; quia pax, & victoria eſt maius bonum,quàm vita illorum, neque aliter poteſt haberi, quàm per illorum mortem;non tamen poteſt id eſſe licitum per conſtitutionem, & legem; neque Princeps aliter poteſt priuare aliquem vita propter bonum commune, quod intendit per legem; niſi, quando illius vita eſt noxia bono communi, id eſt, quia ipſe eſt malus, & per conſequens non niſi ex ſuppoſitione culpæ, neque aliter videtur accepiſſe à populo poteſtatem ſic puniendi per leges. Vnde & *ad Rom.13.* expreſsè dicitur, quòd hac de cauſa gladium portat, quia Dei miniſter eſt, vindex in iram,ei,qui malum agit. Atque ex hoc intelligitur, pœnam capitis non eſſe ferendam pro rebus leuibus, & quæ non ſint capaces culpæ mortalis, vt, v.g.pro venatione ceruorum, vt notat Salas *num.67.cit.*

De mutilatione idem probatur eodem modo: quia etiam membra ſunt in eodem genere bonorū, in quo eſt vita;& etiā mutilatio efficitur gladio;quē tamen Princeps non portat,niſi in vindictam eorū, qui malè agunt,vt diximus; & ipſa mutilatio eſt ex ſe pœna grauiſſima,cùm priuet decore, & vſu corporis;& ideò etiam inducat irregularitatem,*c.Hinc etenim.d.49.& c.expoſuimus.de corp vitiat.*

De

Digitized by Google

12. *Seruitus eſt pœna grauiſſima.* De pœna ſeruitutis idem probatur ex eo: quia libertas eſt res inæſtimabilis *l. Libertas ff. de reg. iuris.* & ſeruus per ipſam ſeruitutem efficitur irregularis vt patet *ex toto tit. de ſeruis non ordinandis*, & eſt infamis.

13. *Pœna triremium, carceris, exilij, fuſtigationis, confiſcationis bonorum, eſt grauiſſima.* Et idem eſt de iis, qui damnantur ad triremes; vel ad longiſſimum carcerem, aut longum exilium; vel ad publicam fuſtigationem; vel ad confiſcationem bonorum, ſiue omnium, ſiue multorum; vel ad priuationem publici officij; vel ad grauem infamiam, vt notat Salas *loco cit.* & Azor. *part. 1. lib. 5. cap. 6. quæſt. 5.* cùm enim hæ omnes ex ſe ſint pœnæ graues, rectè ex illis colligitur obligatio, & culpa grauis.

14. *Pœna pecuniaria poteſt eſſe grauis.* Et de pœna pecuniaria hoc prætereà addit Salas *loco cit.* quòd etiam tunc indicet obligationem ad culpam mortalem, quando excedit ſummam quinquaginta ſcutorum, ſi verè imponatur vt pœna, & cum relatione ad culpam: ſed reuerà nõ apparet, ex qua ratione, vel ex quo capite id poſſit ita determinari, & quare non requiratur ſumma maior, vel etiam non ſufficiat ſumma minor: & certum eſt, quòd homini diuiti ſumma hæc eſt planè minima; & homini pauperi etiam ſumma multò minor poteſt eſſe pœna grauiſſima.

15. *Pœna fuſtigationis ſecundùm aliquos non indicat ſufficienter culpam mortalem.* De pœna fuſtigationis, & alicuius infamiæ, negat Vaſq. 1. 2. *diſp. 159. cap. 3. num. 23. cit.* quòd ſit ſufficiens ad indicandam obligationem grauem, & culpam mortalem: quia iuſtè infertur contra effractores carcerum; qui tamen ex communiori ſententia non peccant mortaliter, vt probat idem Vaſq. *diſp. 174. cap. 2.* & de eadem pœna fuſtigationis dubitatiuè videtur loqui etiam Suar. *lib. 5. de legib. cap. 4. num. 11.* Sed fortaſſe, quod diximus *ſuprà* ex iiſdem Authoribus, de irregularitate, quòd quando infertur, vt verè pœna, ſufficienter indicet culpam mortalem, etiamſi alioqui poſſit illam non indicare, quando ſolùm infertur, vt malum, & non vt pœna cum relatione ad culpam; idem poteſt proportionaliter dici de fuſtigatione; quòd, ſcilicet, quamuis non indicet culpam mortalem, quando ſolùm infertur loco maioris vinculi ad retinendum reum in carcere, vt vult Vaſq. *ibidem*, & nos *ſuprà* retulimus *diſp. 19. in fine*, & non infertur, vt propriè pœna; ſufficienter tamen illam indicet, quando infertur, vt propriè pœna, & cum relatione ad culpam; & per hoc poſſunt conciliari Authores citati, & ſolui præſens difficultas.

DISPVT. XXIV.

Quomodo tranſgreſſio legis ſemper ſit peccatum mortale, quando eſt in contemptu.

1. *Tranſgreſſio legis ex formali contemptu eſt ſemper mortalis.*
2. *Tranſgreſſio legis humanæ poteſt eſſe mortalis, etiam ſine contemptu.*
3. *Tranſgreſſio legis humanæ aliquando non eſt mortalis.*
4. *Beneficiatus, qui ex conſuetudine abeſt à choro, peccat mortaliter.*
5. *Qui frequenter dicit officium pro officio, peccat mortaliter.*
6. *Qui frequenter communicat in ciuilibus cum excommunicato vitando, peccat mortaliter.*
7. *Violari legem ex contemptu non eſt idem, atque violari ex certa ſcientia, vel ex malitia.*
8. *Neque eſt idem, atque violari ex conſuetudine.*
9. *Violari legem ex contemptu, quid propriè ſit.*
10. *Contemptus formalis, & materialis quis propriè ſit.*
11. *Contemptus formalis eſt contra iuſtitiam, aut partem poteſtatiuam illius.*
12. *Malitia contemptus poteſt habere locum etiam in regulis, & in conſiliis.*
13. *Contemptus formalis, aut materialis, tam perſonæ, quàm rei, quis propriè ſit.*
14. *Contemptus formalis, ſiue perſonæ, ſiue rei, eſt ſemper mortalis.*
15. *Contemptus materialis, ſiue perſonæ, ſiue rei, communiter eſt ſemper venialis.*

1. *Tranſgreſſio legis ex formali contemptu, eſt ſemper mortalis.* CONCLVSIO eſt, quòd ſiue leges ſint de re graui, & per ſe obligent ad mortale, ſiue ſint de re leui, & per ſe non obligent, ſemper earum tranſgreſſio eſt mortalis, quando fit ex formali contemptu, id eſt, ex directa intentione, facto ipſo ſignificandi minorem iuſto æſtimationem, quæ habetur de Superiore, aut Principe legem ferente, & de poteſtate, ex qua illam fert, vel de ipſa lege, prout fertur à tali poteſtate, & ad illam refertur. Ita S. Thom. 2. 2. *quæſt. 86. art. 9. ad 3.* Caiet. *in Summa, verb. contemptus, & 2. 2. quæſt. 104. art. 2.* Couar. *in reg. peccatum, part. 2. §. 7. num. 6.* Caſtr. *lib. 1. de leg. pœn. cap. 5. docum. 6.* Nauar. *in Man. cap. 23. num. 41. & 42.* Sayr. *lib. 3. clau. reg. cap. 7. num. 16.* Leſſ. *lib. 2. de iuſt. cap. 7. num. 2. & cap. 41. num. 76.* Sanchez *lib. 1. in Decal. cap. 5. num. 8. & 9.* Azor. *part. 1. lib. 4. cap. 9. quæſt. 15.* Suar. *lib. 3. de legib. cap. 28.* Vaſq. 1. 2. *diſp. 158. cap. 4. num. 37.* Salas *de legib. diſp. 10. ſect. 8. num. 39.* Bonac. *diſp. 2. de peccatis, q. 3. puncto 5. n. 6.*

2. *Tranſgreſſio legis humanæ poteſt eſſe mortalis, etiã ſine contemptu.* Et pro declaratione, & probatione concluſionis, præter ea, quæ diximus de contemptu, *lib. 3. diſp. 6.* dum ageremus de inobedientia, quæ eſt inter filias vanæ gloriæ, in primis eſt ſupponendum, falſum eſſe, quod ex ſententia aliquorum Canoniſtarum, & Scholaſticorum refert Nauar. *in Man. cap. 23. num. 55.* quòd nullæ leges humanæ obligent ad mortale, ſi non violentur ex contemptu, vel cum ſcandalo. Neque ſolùm id eſt falſum; ſed etiam temerarium, vt loquitur Valen. 1. 2. *diſp. 7. quæſt. 5. puncto 6. §. 3. verſ. Atque ex hoc.* Nam contrà eſt: quia leges, etiam præſcindendo à contemptu, habent vim obligandi, cùm in latore legum neque deſit poteſtas, neque voluntas: & alioqui minùs eſſet conſultum Reipublicæ, ſi Principes ſolùm poſſent obligare ad ſuas leges non violandas ex contemptu; non autem ad non violandas ſimpliciter: & de facto, nullus eſt, qui non putet legem ieiunij, v. g. aut Sacri audiendi die feſto per ſe obligare, etiam extra caſum contemptus.

Neque Caiet. *in Summa, verb. Clericus. §. Verum. & verb. ieiunium. §. Quoad quartum* qui pro illa ſententia citatur à Nauarro, pro illa eſt, vt notat Salas *de legib. diſp. 10. ſect. 8. num. 37.* quia priore loco ſolùm loquitur de quibuſdam legibus Clericorum, vt, v. g. quòd non frequentent tabernas, non geſtent arma, non ſequantur aues, aut canes ad venationem, non ludant taxillis, & aleis, & de his, & ſimilibus ſubdit, quòd ſi abſit temeritas, contumacia, & contemptus, non ſint peccatum mortale. Poſteriore verò loco ſpecialiter loquitur de præcepto ieiunij; & de hoc ſimiliter ait, quòd ſolùm ſit ad mortale, quando violatur ex inobedientia, & ex contemptu. Et quamuis etiam in hoc, de ieiunio non benè ſentiat; nunquam tamen vniuerſaliter aſſerit, quòd leges humanæ ſolùm obligent ad mortale, quando adeſt contemptus: imò 2. 2. *quæſt. 104. art. 2. §. Ad cuius clariorem intellectum. in fine*, expreſsè ait,

quòd, ſiue adſit contemptus, ſiue non, ſemper tranſgreſſio eſt mortalis, quando alioqui præceptum eſt ad mortale: atque ita Caiet. potiùs docet expreſsè oppoſitum.

Et ſimiliter pro eadem ſententia, quòd tranſgreſſio legis humanæ tonc ſolùm ſit mortalis, quando eſt ex contemptu; oon eſt cenſeodus facere S. Bern. *lib. de precepto, & diſpenſat. cap. 11. in fine*, vbi de præceptis, quæ ipſe appellat factitia, id eſt, poſitiua, ait, quòd nos non faciont obnoxios magno peccato, ſi abſit contemptus: neque enim loquitur vniuerſaliter de omnibus præceptis factitiis, aut poſitiuis; ſed ſolùm de aliquibus leuioribus, & mediis, quale eſt, v. g. præceptum ſilentij, vt notat Salas *ſect. 8. cit. num.* 38. & Vaſq. *diſp.* 158. *c.* 4. *num.* 26.

3. *Tranſgreſſio legis humanæ aliquando non eſt mortalis, niſi fiat ex conſuetudine.*

Eadem ratione non eſt admittendum, quod docent quidam alij apud eundem Salas *n.* 37. *& ſect.* 10. *n.* 71. & apud Sylu. *verb. inobedientia, n.* 3. qoòd leges humanæ non obligent ad mortale, niſi violentur ex contemptu expreſſo, & formali; vel ex contemptu tacito, & interpretatiuo, qui eſt ipſa conſuetudo eas violandi: nam, quanuis ſpecialiter de præcepto audieodi Sacrum hoc modo loquatur Riccard. *quodl. 1. qu.* 19. & præterea Henriq. *quodl. 3. qu.* 22. adbuc vniuerſaliùs aſſerat, quòd tranſgreſſio legis bumanæ non eſt mortalis, oiſi fiat paſſim, & ex leui cauſa: imò & Angel. *verb. inobedientia*, expreſsè affirmet, quòd tranſgreſſio legis humanæ, & inobedientia tunc ſolùm eſt mortalis, quando fit ex contemptu, vel ducitur in conſuetudinem, quæ eſt qoidam contemptus interpretatus: contrà tameo eſt: quia etiam vnica tranſgreſſio eſt mortalis, ſi Princeps, & legiſlator ita voluit: & de facto ſecundùm omnes talis cenſetur etiam vnicus contractus matrimonij in gradu prohibito, & vnica tranſgreſſio ieiunij, vel auditionis Sacri; & omnis illa, quæ notabiliter opponitur fini legis, vt notat Vaſq. *diſp. 158. cit. c. 6. n.* 59. Idque ſpecialiter videtur aduertendum: quia, ſi contingat, vt finis legis non lædatur notabiliter per vnam, aut alteram tranſgreſſionem, ſed ſolùm per iteratas, & plores, non erit mortalis vna, aut altera tranſgreſſio, ſed ſolùm iteratæ, & plures, id eſt, directa voluntas eas ſæpiùs iterandi; vel, ſi bæc deſit, illa tranſgreſſio, quæ ſuppoſitis prioribus, & ad illas deliberatè accedens, ſimul cum illis, & virtute illatum notabiliter lædit finem legis, vt notat Vaſq. *loco cit. n.* 60. & Salas *de legib. diſp. 10. ſect. 10. n.* 73. & ex illis Bonac. *diſp. 1. de legibus, qu. 1. puncto 7. §. 4. n.* 16. Vnde, quod communiter dicitur de furtis minimis, quòd tuoc ſint peccata mortalia, quando continuantur per actum voluntatis, quo quis directè intendit ea ſæpiùs continuare, & iterare; vel, ſi deſit hic actus, quando ratione temporis, aut aliter continuantur in vnom damnum, quod proximo infertur, vel in vnam rem alienam, quæ contrectatur inuito domino, dicendum proportionaliter etiam eſt in aliquibus tranſgreſſionibus legum humanarum: ſi enim in aliqua Vniuerſitate, v. g. aut Collegio ſcholaſticorum, pro bona, & Chriſtiana adminiſtratione illius, præcipiatur, vt ſinguli ſcholaſtici quotidie Sacro interſint, non peccabit mortaliter, qui ſemel, aut iterum Sacrum omittet; ſed, qui directè intender ſemper, aut ſæpiùs illud omittere, & aduertet, quòd per hoc notabiliter lædet bonam adminiſtratinnem Collegij, vel de facto ita frequenter illud omittet, vt de facto illam lædat notabiliter, quæ eſt finis illius legis. Et in hac re diuerſa eſt ratio buius præcepti de audiendo Sacro pro ſingulis ſcholaſticis, & de illo audiendo diebus feſtis pro ſiogulis fidelibus, vel etiam pro Religioſis, ſi fortè habeant idem præceptum de audiendo Sacro diebus ſingulis: quia, vt notant Anthores cit. finis præcepti eccleſiaſtici, aot religioſi, noo eſt bonum regimen, & adminiſtratio Eccleſiæ, vel Religionis; ſed bonum ſpirituale vniuſcuiuſque fidelis, & Religioſi; & certus actus diuini cultus; & ideò etiam vna tranſgreſſio, & vna omiſſio Sacri poteſt eſſe mortalis; quia notabiliter opponitur fini legis, etiamſi non ſit mortalis vnica tranſgreſſio in ſcholaſticis: quia contraria ratione non opponitor notabiliter fini legis.

4. *Beneficiatus, qui ex conſuetudine abeſt à choro, peccat mortaliter.*

Et idem contingit etiam in aliis multis: nam, quanuis ſemel, aut iterum abeſſe à choro in iis beneficiatis, qui ad illum tenentur, non ſit mortale, vt notat Sylu. *verb. hora, qu.* 10. Ang. *eodem, n.* 26. Graff. *in deciſ. aureis, part. 1. lib. 2. cap. 53. n.* 13. eſt tamen mortale abeſſe ex conſuetudine, vt notat Aog. & Sylu. *locis citatis*, & *ſuprà* diximus *lib. 2. diſp. 21. in fine*, dum ageremus de multiplicatione numerica peccatorum cordis, quia ſeruitium Chori, & cultus Eccleſiæ notabiliter læditur, vel abſolutè, quando ſunt pauci, qui poſſunt, ac debent choro adeſſe, vel ſaltem quantùm eſt ex parte illius, qui tam frequenter abeſt: & ſicut notabiliter faceret contra dominum, ſi quis famulus ex conſuetudine omitteret ſuum famulatum; non autem, ſi omitteret ſemel, aut iterum: ita & notabiliter facit contra Eccleſiam, ſi quis beneficiatus ex conſuetudine abſit à Choro.

5. *Qui frequenter dicit Officium pro Officio, peccat mortaliter.*

Et ſimiliter non peccat mortaliter, qui ſemel, aut iterum mutat Officium, contra regulas Breuiarij, & dicit, v. g. Officium de Sancto, quando eſt dicendum de feria; niſi fortè aliunde id ſit ſpecialiter, & grauiter prohibitum: peccat tamen mortaliter, ſi id faciat nimis frequenter, vt notat Nau. *de orat. c. 19. n.* 217. & Suar. *de Horis canon. c. 23. n.* 14. quia id continet notabilem audaciam, & notabiliter opponitur diſciplinæ eccleſiaſticæ, quoad recitanduo Officium.

6. *Qui frequenter communicat in ciuilibus cum excommunicato vitando, peccat mortaliter.*

Denique mortaliter peccat, qui frequenter communicat cum excommunicato, etiam in ſolis ciuilibus, vt notat Suar. *de cenſuris, diſp. 15. ſect. 2. n.* 11. *& lib. 3. de legibus, c. 28. n.* 11. quia notabiliter lædit diſciplinam eccleſiaſticam, quoad excommunicatos vitandos, etiamſi non peccet, niſi venialiter, qui communicat tantùm ſemel, aut iterum: quia contraria ratione illam non lædit notabiliter, vt etiam *ſuprà* diximus *lib. 2. diſp. 21. cit.*

Atque ita, ſicut optimum eſt ex fine legis menſurare grauitatem materiæ, & obligationis: ita & optimum eſt menſurare grauitatem traoſgreſſionis ex grauitate læſionis eiuſdem finis; ſiue illa contingat per vnam tantùm tranſgreſſionem; ſiue ſolùm per iteratas, & plures, quæ aliquo modo inter ſe continuentur, vt diximus: & in hoc ſenſu rectè poteſt admitti doctrina allata ex Angelo, & aliis, quòd tranſgreſſio legis humanæ poſſit eſſe mortalis, ſi fiat ex contemptu, vel ex conſuetudine.

7. *Violari legem ex cõtemptu, non eſt idem atque violari ex certa ſcientia, vel ex malitia.*

Hoc autem poſito, vt explicetur concluſio, & quomodo contemptus ſemper faciat tranſgreſſionem mortalem, ſupponendum rurſus eſt, quòd lex non dicitur violari propriè ex contemptu, per hoc, quòd violetur ex certa ſcientia, & malitia; & non ex ignorantia, vel paſſione, aut fragilitate, vt videntur velle aliqui apud Salas *diſp. 10. de legibus, ſect.* 8. *n.* 40. Contrà enim eſt: quia ex certa ſcientia, & ex malitia poteſt peccari etiam venialiter, vt, v. g. per mendacium, aut furtum leue; neque perfecta aduertentia malitiæ, aut carentia paſſionis poteſt actū facere mortalem, ſi alioqui eſt venialis, vt patet ex materia de voluntario, & de peccatis; & ideò neque

io

in huiuſmodi aduertentia malitiæ, aut carentia paſſionis, poteſt propriè conſiſtere contemptus, cùm hic intrinſecè, & ex ſe ipſo ſit ſemper mortalis, & mortalem faciat actum, qui ex illo eſt. Vnde & S. Thom. *in 2.diſt.24.quæſt.3.art.3.ad* 2. expreſsè ait, quòd deliberatus conſenſus in veniale non eſt ex illo contemptu, qui faciat peccatum mortale: & quamuis aduertatur, quòd peccatum ſit veniale, adhuc conſenſus manet intra limites venialis: & *quæſt. 15.de ver.art.5.ad* 2. quòd qui poſt quantancunque deliberationem conſentit in peccatum veniale, non proptereà contemnit Deum.

8. *Neque eſt idē atque violari ex conſuetudine.* Similiter, non dicitur lex violari propriè ex contemptu, per hoc, quòd violetur frequenter, & ex conſuetudine, vt videntur velle alij apud eundem Salas *diſp.10 de legib.ſect.8.cit.num.*41. & apud Bonac. *diſp.2. de peccatis, quæſt.3. puncto 5.num.*14. & apud Azor. *par.1. lib.4. cap.9. quæſt.* 11. Similiter enim conſuetudo, per ſe loquendo, non facit mortale ex veniali, vt docet expreſsè S.Thom. 2.2. *quæſt.* 186. *art.9.ad* 3. & patet, ſi quis ex conſuetudine loquatur otioſè, aut mentiatur iocosè: ſed ſolùm quando actus frequentati ex huiuſmodi conſuetudine continuantur aliquo modo, & ſe augent in ordine ad lædendum grauiùs finem legis, vt iam diximus. Et quod *ſupra* retulimus ex Angelo, *verb. inobedientia*, quòd conſuetudo peccandi ſit quidam contemptus interpretatus, vel intelligitur de contemptu ſolùm materiali: & ſenſus eſt, quòd qui ex habitu, & facilè mentitur, v.g. iocosè, facto ipſo oſtendit, quòd parui faciat mentiri iocosè; ſiquidem, ſi magnifaceret, non ita crebrò, & facilè mentiretur; vel intelligitur quoad ſolam præſumptionem in foro externo, vt notat Nauar. *in Man.cap.* 23.*num.*42. & Salas *num.*41. *cit.* quomodo etiam Gloſ. *in cap. Metropolitanus.2. quæſt.7.* abſolutè ait, quòd qui tranſgreditur abſque iuſta cauſa, videtur contemnere, id eſt, apparet, & præſumitur in foro externo; vel denique intelligitur, in quantum frequentia tranſgreſſionis diſpoſitiuè inducit formalem contemptum, iuxta illud Prou.18. *Cum in profundum venerit peccatorum, contemnit.* vt notat S. Thom. 2.2. *quæſt.*186. *art.2.ad 3.cit.* & ex illo Nau. *eod.num.*42. in quantum, ſcilicet, facilitas ad aliquid faciendum ex vno motiuo, etiam inclinat ad illud faciendum ſimpliciter; & per conſequens etiam ex motiuo contemptus, vt notat Salas *diſp.10.ſect. 8.n.41.cit.in fine.*

9. *Violari legem ex cōtemptu, quid propriè ſit.* Sed propriè loquendo, tunc dicitur lex violari ex contemptu, quando motiuum formale, ex quo violatur, eſt ipſe conceptus interior, vt docet S. Thom. 2.2. *quæſt.*186. *art.9.ad* 3. Caiet. *ibidem, & in Summa, verb. contemptus.* Suar. *lib.3.de legib.cap.*28. *num.*12. Salas *diſp.10.de legib ſect.8.num.*42. intelligendo nomine contemptus, vt *initio* diximus, minorem iuſto æſtimationem, quæ habetur, vel de ipſo legem ferente, & de poteſtate, ex qua illam fert; vel de ipſa lege, prout fertur à tali poteſtate, vt idem Suar. ſubdit *num.*14. ex Altiſiodoren. *lib.1. Summæ, tract.20. cap.2. quæſt.*1. vel dedignationem eſſendi ſubditum tali poteſtati, vt loquitor Vaſq. 1.2 *diſp.* 158. *cap.4. num.37.cit.* vel voluntatem renuentem ſubiici ordinationi legis, vt loquitur S.Thom. 2.2. *quæſt.*186. *art.9.ad 3.cit.* & quamuis huiuſmodi æſtimatio, propriè loquendo, pertineat ad intellectum; poteſt tamen pertinere etiam ad voluntatem, ſi quis voluntariè illam habeat: vnde & à S.Thom. appellatur voluntas, & poteſt tranſire etiam in opus externum, ſi quis facto aliquo oſtendat ſe pro nihilo habere ſuperiorem, latorem legis, eiúſque poteſtatem, aut ipſam legem, in quantum fertur à tali poteſtate, & ex directa intentione id oſtendendi, aliquid faciat. Quod addo: quia per hoc diſtinguitur

10. *Contemptus formalis, & materialis, quis propriè ſit.* contemptus formalis à materiali: nam, ſi quis facto aliquo, & re ipſa oſtendat, ſe aliquem parui facere; non autem directè intendat deſpectum illius, vel oſtenſionem deſpectus, & vt ille ab aliis credatur deſpici, ſolùm materialiter illum deſpicit, quomodo per omnia peccata mortalia contemnitur Deus ex S.Thom. *in 4.diſt.9.art.3. quæſtiuncula* 3. & ex S. Auguſt. *lib.14.de ciuit.cap.vlt.* amor ſui ædificat ciuitatem vſque ad contemptum Dei: ſicut amor Dei ædificat ciuitatem cœleſtem vſque ad contemptum ſui; & omnis voluntaria tranſgreſſio legis humanæ appellatur contemptus, *cap. Honoratus d.*74. & omnes peccatores dicuntur ſpernere, & deſpicere legem Dei, *Leuit.*26. Si quis verò hunc ipſum deſpectum, aut eius ſignificationem directè intendat, dicitur deſpicere etiam formaliter, idque ſi faciat ex appetitu ſuperbiæ, & propriæ excellentiæ, peccat ex motiuo ſuperbiæ, inter cuius filias hac de cauſa connumeratur inobedientia, vt *ſuprà* diximus *lib.*3. ſi verò id faciat ex indignatione, aut alio motiuo alterius vitij, peccat ex alio vitio, & ſemper malitia propria, & primaria contemptus, in quantum habetur de aliqua perſona, videtur eſſe contra iuſtitiam, aut partem poteſtatiuam illius, vt, v.g. contra religionem, ſi Deus ipſe parui æſtimetur; contra pietatem, ſi parui æſtimentur parentes; contra obſeruantiam, ſi Prælati, & Superiores; & contra communem iuſtitiam, ſi alij quicunque, cùm vnuſquiſque ius habeat, vt debita æſtimatio de illo habeatur, & conuenienter tractetur ad talem æſtimationem, in quo maximè conſiſtit bonum honoris, vt notat Suar. *cap.28.cit.num.16.* & Sal. *diſp.10.ſect.8. num.*42. & ideò malitia contemptus, tanquàm ſpecifica, & per ſe diſtincta ab aliis, ſpecialiter eſt exprimenda in confeſſione, vt ex Suar. Sanchez, Vaſq. Valen. & aliis communiter notat Bonac. *diſp.2.de peccatis, q.3.puncto 5.cit.n.*16.

11. *Contemptus formalis eſt contra iuſtitiā, aut partē poteſtatiuam illius.*

12. *Malitia contemptus poteſt habere locum etiam in Regulis, & in conſiliis.* Atque hinc fit, vt malitia contemptus poſſit habere locum, non modò in legibus propriè dictis, & obligantibus ad culpam; ſed etiam in Regulis quibuſcunque, & directionibus ſimplicibus, imò & in conſiliis, vt notat Suar. *cap.18. cit.num.*2. & Salas *ſect.8. num.*39. & ex illis Bonacina *diſp.2.de peccatis, quæſt.3.puncto 5.num.*13. ſi, ſcilicet, vel perſona, quæ dat directionem, & conſilium; vel ipſum conſilium, & ipſa directio minoris æſtimetur, quàm par ſit. Sed in his, præter malitiam, ſiue mortalem, ſiue venialem ipſius contemptus, nulla alia reperitur; cùm tamen in tranſgreſſione aliarum legum, obligantium ad culpam, reperiatur etiam malitia contra illas, eáque ſit ſpecie diſtincta à malitia contemptus, vt notat Suar. *cap.28.cit n.*25. imò & poſſint reperiri plures aliæ malitiæ, vt *ſuprà* diximus *lib.3.diſp.6.n.6.*

13. *Contemptus formalis, aut materialis, tam perſonæ, quàm rei, quis propriè ſit.* Vlteriùs benè eſt diſtinguendum: quia hic ipſe contemptus, vel poteſt cadere in perſonam præcipientem, vel in rem, quæ præcipitur; & ſiue cadat in illam, ſiue in hanc, dupliciter poteſt cadere, id eſt, materialiter, & formaliter, vt iam diximus: ſi quis enim contemnat ſuperiorem, quatenus eſt ſuperior, vel rem præceptam, quatenus eſt præcepta, & dicit ordinem ad poteſtatem præcipientis; formaliter contemnit formalitate perſonæ ſiue rei: ſi verò ſolùm contemnat eum hominem, qui eſt ſuperior, & ratio contemnendi ſit aliquis defectus ex quo verè eſt contemptibilis, vel contemnat rem, quæ præcipitur, ſolùm quia, v.g. eſt parui momenti; contemnit materialiter.

Ex his verò facilè intelligitur concluſio poſita, 14.

Contemptus formalis, ſiue perſonæ, ſiue rei, eſt ſemper mortalis.

quòd omnis tranſgreſſio ſit peccatum mortale, ſi fiat ex formali motiuo contemptus: id enim eſt, quia ipſe contemptus eſt in ſe mortalis, quando eſt voluntarius, nec poteſt ſuam malitiam non refundere etiam in actum, qui ex illo fit, ſiue præterea ille actus aliquam aliam habeat malitiam, ſibi propriam, ſiue non: ſic enim etiam furtum leuiſſimum, imò & actus ex ſe minimè malus, euadit mortalis, ſi fiat, v.g ex motiuo homicidij. Et magis in ſpecie in tranſgreſſione legis diuinæ, certum eſt, quòd non poteſt non eſſe peccatum grauiſſimum, ſi quis directè intendat contemptum Dei, & æſtimationem de illo minùs dignam; & ex intentione eam ſignificādi, & oſtendendi, tranſgrediatur legem, etiam alioqui leuiſſimam: ſicut enim, ſi proferat verbū otioſum ex ea formali intentione, quia diſplicet Deo, grauem irreuerentiam contra Deum committit, & peccat mortaliter peccato odij Dei; imò idem eſt, ſi etiam omittat conſilium Dei ex eadem intentione non faciendi Deo rem gratam; ita & ſi legem tranſgrediatur ex formali intentione contemptus.

Deinde in tranſgreſſione legis humanæ certum videtur, quòd ſemper ſit peccatum mortale, ſi contemptus cadat ſupra perſonam ſuperioris formaliter, vt ſuperior eſt: quia hoc modo poteſtas ipſa contemnitur; quæ tamen eſt à Deo, & ſuperiorem formaliter conſtituit, vt miniſtrum Dei, & hac de cauſa Deus ipſe in ſuperiore contemnitor, iuxta illud Lucæ 10. *Qui vos ſpernit, me ſpernit.* Et idem eſt, ſi contemptus cadat in rem, quæ præcipitur, formaliter in quantum præcipitur, & in quantum dicit ordinem ad poteſtatem præcipientis, eámque includit: quia hic etiam eſt formalis contemptus ipſius præcipientis.

15. *Contemptus materialis, ſiue perſonæ, ſiue rei, communiter eſt ſolùm venialis.*

Si verò contemptus cadat in ſolam perſonam ſuperioris materialiter, & ad hunc finem tranſgrediatur aliquis eius legem in materia leui; quia vult oſtendere ſe illum parui facere, in quantum eſt hic, vel ille, v.g. parui iudicij, & prudentiæ, paruæ nobilitatis, &c. probabiliſſimum eſt, quòd non peccet niſi venialiter, vt notat *Leſſ. lib. 2. de iuſt. c. 46. num. penult. & vlt.* Sanchez *lib. 1. in Decal. c. 5. n. 11.* Suar. *lib. 3 de legib. c. 28. n. 24.* Bonac. *diſp. 2. de peccatis, qu. 3. puncto 5. n. 9. &* 10. quia iniuria, quam illi facit, parui eum æſtimando, in quantum eſt talis homo, non apparet, ex quo capite poſſit habere grauitatem, & ex altera parte materia legis, quam violat, non eſt niſi leuis, vt ſupponimus. Et hoc modo etiā eſſet venialis tranſgreſſio, ſi quis ex motiuo indignationis, & ne ſuperiorem conſolatione afficeret, legem tranſgrederetur, vt etiam *ſuprà* diximus *lib. 3. diſp. 6. in fine*, & præter Authores ibi citatos, notat etiam Salas *de legibus, diſp. 10. ſect. 8 n. 43.* & plures alij apud Bonacin. *puncto 5. cit. n. 12.* quanquam hic ipſe contemptus perſonæ, etiam materialiter acceptæ, non poteſt ſine culpa mortali cadere in Deum, qui neque formaliter, vt ſuperior, neque materialiter, vt Deus, contemni poteſt ſine graui deordinatione, vt etiam diximus *diſp. 6. cit.*

Et idem videtur, ſi contemptus ſolùm cadat in rem, quæ præcipitur, materialiter acceptam; & ideò aliquis legem violet, quia materiam illius parui facit, eámque iudicat parui momenti; & vt notat Valent. 2. 2. *diſp. 10. qu. 4. puncto 5. §. Cæterùm.* & ex illo Sanchez *lib. 1. in Decal. c. 1. num.* 10. longè eſt aliud, quòd quis contemnat formaliter ſuperiorem, aut præceptum, & quòd contemnat executionem præcepti pro hîc, & nunc. Imò ex Caiet. *in Summa, verb. contemptus. §. Secunda eſt.* Couar. *in cap. Alma mater. part. 1. §. 9. n. 3. verb Præſumitur.* Med. 1. 2. *qu. 96. art. 4. dub. 1. reg. 5.* Auila *de cenſur. part. 2. c. 5. diſp. 1. dub. 2. in fine*, Soto *in 4. diſt. 15. quæſt. 2 art. 1. ad 1.* Salas *de legib. diſp. 10. ſect. 8. n. 43.* Sanchez *lib. 1. in Decal. c. 5. n. 11.* & aliis apud ipſum, longè eſt aliud, quòd quis contemnat ſimpliciter ſuperiorem, aut præceptum; & quòd contemnat ſolum ſecundùm quid, id eſt, formaliter, prout ſolùm eſt de re leui: & quamuis illud ſit peccatum mortale; hoc tamen poteſt eſſe veniale, vt etiam *ſuprà* diximus *lib. 3 diſp. 6. cit. n. 9. &* 10. & quamuis Suar. *lib. 3. de legibus, c. 28. n. 20.* minùs probet hanc diſtinctionem de contemptu ſimpliciter, & de contemptu ſecundùm quid; negari tamen non poteſt, quin ſit rationabilis, nec grauem iniuriam faciat Superiori, qui parui æſtimat illius imperium; non quidem ſimpliciter, & prout poteſt applicari cuicunque materiæ; ſed formaliter, prout eſt applicatum hîc, & nunc huic materiæ leui.

DISPVTAT. XXV.

An, & quomodo obligatio legis ſit neceſſariò implenda per actum honeſtum.

1. *Explicatur ſtatus, & ſenſus quæſtionis.*
2. *Legem non tranſgredi, non eſt idem, atque legem ſeruare.*
3. *Obſeruatio legis neceſſariò debet eſſe actus humanus.*
4. *Qui tempore ebrietatis, & ſine vſu rationis dat eleemoſynam extremè egenti, non ſeruat propriè legem eleemoſynæ.*
5. *Qui per vim cogitur ieiunare, non ſeruat legem ieiunij.*
6. *Qui ſolùm coactus à Iudice, ſoluit decimas, aut reſtituit alienum, non implet legem.*
7. *Qui recitat Horas canonicas, animo tantùm legendi; vel intereſt ſacro, animo tantùm contemplandi; vel hoc facit coactus; non implet præceptum.*
8. *Qui legem ſeruant ſolùm per vim, & coacti, vtrùm incurrant cenſuram latam per legem.*
9. *Qui legem ſeruant ſolùm per metum, non incurrunt cenſuram latam per legem.*
10. *Qui tenetur ad ieiunium, vel ad flagellationem ex ſacramentali ſatisfactione, non ſatisfacit, ſi id faciat coactus, vel patiatur ab extrinſeco.*
11. *Obſeruatio legis debet eſſe ex cognitione, quòd res illa ſit formaliter præcepta.*
12. *Qui audit Sacrum die feſto, & ignorat, quòd ſit dies feſtus, quomodo ſatisfaciat præcepto.*
13. *Obſeruatio legis debet eſſe ex formali voluntate ſeruandi legem, aut præceptum.*
14. *Formalis voluntas adimplendi obligationes, quas aliquis habet de aliqua actione, ſemper poteſt præſumi, quando fit illa actio.*
15. *Qui dat eleemoſynam, ignorans, quòd teneatur illam dare de bonis incertis, quæ apud ſe habet; adhuc ſatisfacit ſuæ obligationi.*
16. *Qui donat alicui centum ex ignoratione, quòd ex iuſtitia debeat illi centum.*
    Qui ex deuotione inuiſit templum, & eſt oblitus, quòd teneatur illud inuiſere ex voto, vel ex Pœnitentia ſacramentali.
17. *Secundùm aliquos, ad legis obſeruationem non eſt neceſſaria formalis voluntas rem faciendi, in quantum eſt præcepta.*
18. *Voluntas generalis ſatisfaciendi obligationibus per vnanquanque actionem, etiam valet*

in

Digitized by Google

in obligationibus iuſtitia.

19. *Qui facit actum præceptum cum intentione expreſſa non ſatisfaciendi obligationi, ſecundùm aliquos adhuc ſatisfacit.*

20. *Verùm id eſt minus probabile,& minùs tutum.*

21. *Quamuis ſit probabile,& tutum ſufficienter.*

22. *Multiplex obligatio quomodo impleatur per vnicum actum, ſiue diuiſibilem, ſiue indiuiſibilem.*

23. *Lex naturalis non poteſt tota impleri, niſi per actum honeſtum.*

24. *Lex humana poteſt impleri per actum non honeſtum.*

1. *Explicatur ſtatus, & ſenſus quæſtionis.*

ETIAM de modo ſeruandi legem,aut præceptum, eiúſque obligationem implendi, eſt explicandum,vtrùm cadat ſub legem,& ſub præceptum: & vt patet ex S.Thom. 1.2.*quæſt*.100.*art*.9. modus hic, de quo poteſt eſſe quæſtio, poteſt eſſe omninò triplex: primò,vt actus, quo lex impletur, fiat ſcienter, & voluntariè: ſecundò, vt fiat ex electione,& ex amore honeſtatis: tertiò,vt fiat promptè,& facilè,& firmiter,& ſtabiliter. Sed hic tertius omittendus eſt in præſentia: quia eſt certiſſimum, quòd ſolùm habetur ex habitu ſuperaddito;qui tamen non cadit ſub legem, neque eſt de neceſſitate vllius legis,aut præcepti.De aliis verò duobus modis, quando quæritur, vtrùm cadant ſub legem, & ſub præceptum;ſenſus quæſtionis eſt,vtrùm lex naturalis, v.g. de alieno reſtituendo, poſſit benè impleri per hoc, quòd alienom abſolutè, & ſimpliciter, & quouis modo, & ex quouis motiuo reſtituatur;an verò debeat certo modo reſtitui,id eſt,ſcienter,& voluntariè,& ex motiuo virtutis,id eſt,honeſtaris ipſius iuſtitiæ naturalis: & vtrùm lex eccleſiaſtica, v.g de audiendo Sacro, poſſit benè impleri per hoc, quòd aliquis quocunque modo interſit Sacro; an verò ſit opus, vt interſit certo modo, id eſt,ex certa aduertentia, & voluntate audiendi Sacrum, & ex certo,ac determinato motiuo virtutis Religionis.

Et hæc quæſtio, propriè loquendo, noo habet lucum,niſi in præceptis affirmatiuis,vt notat Suar. *lib*.2.*de leg.cap*.10.*num*.1. & *lib*.3.*c*.19.*num*.1. quia hæc tantùm poſtulant impleri per actum poſitiuum, íſque ſemper elicitur ex certa cognitione,& ex certo motiuo; cùm tamen præcepta negatiua impleantur per negationem actus prohibiti,eáque, quantum eſt ex ſe, & ex vi præcepti negatiui, nullum actum, aut motiuom requirat. Et de his ipſis præceptis affirmatiuis non intelligitur hæc quæſtio,provt illa poſſunt ſolùm non violari, & ſolùm impleri,quaſi negatiuè;ſed provt debent impleri,& ſeruati poſitiuè:nam,vt ſubdit Suar.*lib*.2.*cap*.10.*cit*.

2. *Legem non tranſgredi,nõ eſt idem atque legem ſeruare.*

num.2. eſt longè aliud, præceptum non tranſgredi, vel contra illud non peccare,atque præceptum ſeruare,vel implere:quia,qui illud ignorat inuincibiliter,vel ex impotentia,aut ex quauis alia rationabili cauſa excuſatur,verè dicitur præceptum non tranſgredi, & contra illud non facere; non autem dicitur, quòd poſitiuè præceptum impleat, aut ſeruet, niſi faciat poſitiuè,quod per illud præcipitur.

3. *Obſeruatio legis neceſſariò debet eſſe actus humanus.*

Loquendo ergo de poſitiua obſeruatione,& implerione legis, aut præcepti certum eſt primò,quòd actus, quo lex, aut præceptum impletur, debet eſſe ex cognitione, & voluntarius. Ita S.Thom. 1.2. *quæſt*.100.*art*.9.& ex illo Suar.*lib*.2.*cap*.10.*cit.num*.4.& *tom*.2.*de relig.lib*.4.*de Horis canon.cap*.26.*num*.5.Vaſq.1.2.*quæſt*.100.*art*.9.*num*.2.& 3.Bonac.*de legibus, diſp*.1.*quæſt*.1. *puncto* 10.*num*.2. Azor.*part*.1. *lib*.7.*cap*.2.*quæſt*.6. Salas *de legibus, diſput*.9.*ſect*.2. *num*.31. Sanchez *lib*.1.*in Decal.cap*.13.*num*.2. & apud ipſum Palud.Sot.& alij communiter: quia lex ſolùm dirigit actus humanos, & ad eos obligat, ſuámque obligationem non applicat niſi per cognitionem, neque implet niſi per voluntatem, & ſicut tranſgreſſio legis non poteſt eſſe niſi ex cognitione,& voluntate;ita neque obſeruatio.

4. *Qui tempore ebrietatis, & ſine vſu rationis dat eleemoſynam extremè egẽti, non ſeruat propriè legem eleemoſynæ.*

Atque hoc modo, qui tempore ebrietatis, & quando non habet vſum rationis,dat eleemoſynam extremè indigenti,non poteſt dici,propriè loquendo, ſeruare legem naturalem de danda eleemoſyna: quia caret ſufficiente aduerteotia. Et qui ieiunat coactus,& per vim prohibetur comedere; cùm tamen ex ſe habeat voluntatem comedendi;non modò non ſeruat legem ieiunij propter defectum voluntatis; ſed poſitiuè illam tranſgreditur: quanuis fortaſſe exteriùs non ſit puniendus, neque incurrat excommunicationem, ſi fortè ſit lata contra eos, qui talem legem non ſeruant, vt notat Suar. *lib*.3. *de legib.cap*.29.*num*.2. quia ſemper huiuſmodi ſententiæ, & pœnæ intelliguntur de perfecta, & exteriùs conſummata non obſeruantia legis: quidquid in oppoſitum dicant aliqui apud Salas *diſp*.9.*ſect*.2. *cit.num*.34. nam, qui hoc modo inuitus,& coactus, v.g. intereſt Sacro,minùs ſeruat præceptum, quàm ebrios, ſiquidem habet actum contrarium nolendi intereſſe.

5. *Qui per vim cogitur ieiunare,non ſeruat legem ieiunij.*

6. *Qui ſolùm coactus à Iudice ſoluit decimas, aut reſtituit alienum,non implet legem.*

Et idem eſt de illo, qui ſolùm coactus à Iudice reſtituit alienum,vel ſoluit decimas; vel id generis exequitur: verè enim peccat contra legem,quanuis peccatum non conſummet exteriùs:& ideò non incurrat excommunicationem, nec teneatur iterum ſoluere, aut reſtituere: quia per ſolutionem, & reſtitutionem etiam coactam ceſſat debitum, & extinguitur obligatio,& tollitur inæqualitas,vt notat Bonac.*quæſt*.1.*de legib.puncto* 10.*cit.num* 7.

7. *Qui recitat Horas canonicas animo tantùm legẽdi, vel intereſt Sacro animo tantùm contemplãdi, vel hoc facit coactus, non implet præceptum.*

Similiter,qui attentiſſimè recitat Horas canonicas animo tantùm legendi, non autem orandi, vel adeſt in templo tempore Sacri animo tantùm contemplandi res diuinas, non autem audiendi Sacrum,vel quando eſt ebrius, & non eſt ſui compos, intereſt Sacro,aut Horas recitat,vel hæc facit inuitus,& coactus, nullo modo ſatisfacit; ſed tenetur iterum recitare, vel audire, vt notat Bonac. *puncto* 10.*cit.num*.4. & Sanchez *lib*.1. *in Decal.cap*.13.*cit. num*.3.4 & 5. Qui etiam addit *num*.6. ad iudicandum, vtrùm illi, qui faciunt ſolùm inuiti, & coacti rem præceptam, & formaliter per actum internum peccant contra legem, incurrant excommunicationem, & cenſuram, quæ fortè eſt lata per legem, videndum eſſe, vtrùm per legem ſolùm præcipiatur ipſe actus exterior, vt contingit in lege ſoluendi decimas,reſtituendi alienum,& ſimilibus: an verò præcipiatur formalis,& integra obſeruatio legis,vt contingit in lege audiendi Sacrum: ſi enim præcipitur hoc ſecundum,omninò incurritur excommunicatio, aut cenſura adiuncta, vt etiam notat Med. 1.2.*quæſt*.100.*art*.3. Quia,quemadmodum, ſi verba legis eos excommunicareot, qui ſpontè, & liberè Sacrum non audirent, omninò comprehenderent eos, qui audirent coactè; ita etiam, ſi abſolutè excommunicent eos,qui non audiunt, ſiquidem conditio libertatis implicitè intelligitur præcepta, dum præcipitur abſolutè auditio, cùm hæc non præcipiatur, niſi, vt actus humanus, & per conſequens vt liber,& perfectè voluntarius.

8. *Qui legem ſeruãt ,ſolùm per vim, & coacti,vtrum incurrant cẽſuram latam per legem.*

9. *Qui legem ſeruãt ſolùm ex metu,non incurrunt cẽſuram latam per legem.*

Secùs verò eſt dicendum de illis, qui ſeruant legem ſolùm ex metu,& alioqui illam non ſeruarent; ſi metus abeſſet: quannis enim mortaliter peccent, ſi habeant actualem voluntatem non ſeruandi, ceſſante metu;quia tameo metus non facit ſimpliciter

inuoluntarium, neque etiam tollit, quominùs obſeruatio ſit actus liber, ac proinde quòd per illum non ſatisfiat præcepto, vt notat Sot. *lib.2.de iuſt.qu.3.art.9.* Azor. *part.1.lib.10.cap.12.quæſt.9.* Sanchez *lib.1.in Decal.cap.13.cit.num.7.* Bonacin. *diſp.1.de legibus,quæſt.1.puncto 10.num.5.& ſeq.* Atque hoc modo liberi ſunt ab iterata auditione Sacri illi famuli, qui ſolùm audiunt ex metu domini, quem comitantur; & illi pueri, qui ſolùm audiunt ex metu pædagogi, & habent actualem voluntatem non audiendi, ſi talis metus abeſſet: quidquid in contrarium dicat S. Anton. *part.2.tit.9.cap.10.§.2.* & Suar. *tomo 3.de Sacram.diſp.88.ſect.3.§.Circa poſteriorem partem.*

10\. *Qui tenetur ad ieiunium, vel ad flagellationem ex ſacramentali ſatisfactione, non ſatisfacit, ſi id faciat coactus, vel patiatur ab extrinſeco.*

Et ex eodem principio, quòd impletio obligationis, & præcepti debeat eſſe voluntaria, & non coacta, ſequitur, quòd ſi alicui pro Pœnitentia ſacramentali ſit iniunctum ieiunium, aut flagellatio; non ſatisfacit ſuæ obligationi, ſi ſolùm ab extrinſeco priuetur cibo, aut vapulet, vt ex communi ſententia notat Salas *de legibus, diſp.9.ſect.2.n.33.in fine*: quia, ſcilicet, non eſt illi id iniunctum, vt pura paſſio; ſed, vt actio, & vt voluntaria actio.

Quòd ſi vrgeas, tam illum, qui tempore ebrietatis dat eleemoſynam extremè indigenti, quàm illum, qui coactus à Iudice ſoluit debitum, manere liberos ab obligatione iterum dandi, & iterum ſoluendi; quæ tamen obligatio non videtur potuiſſe tolli, niſi per impletionem præcepti: contrà eſt: quia hæc obligatio poteſt tolli, etiam per ſubtractionem materiæ, id eſt, per ablationem debiti, & indigentiæ; quamuis lex, propriè loquendo, non fuerit impleta.

11\. *Obſeruatio legis debet eſſe ex cognitione, quòd res illa ſit formaliter præcepta.*

Secundò, probabiliſſimum eſt, quòd cognitio, ex qua debet eſſe impletio legis, per ſe loquendo, non ſolùm debet eſſe de re, quæ præcipitur materialiter accepta; ſed etiam formaliter, in quantum præcipitur. Ita Suar. *lib.2.de legibus, cap.10.num.5.& 10.* quia non modò is, qui tempore ebrietatis dat eleemoſynam extremè egenti, non ſeruat legem, vt diximus; ſed neque etiam ille, qui eam dat ex plena aduertentia circa ſuum actum, & ſimul ex ignoratione præcepti. Et ratio eſt: quia obſeruatio præcepti non poſtulat ſolùm ex accidente ad legem conſequi; ſed poſtulat cauſari ab illa per ſe, tanquàm effectus moralis à cauſa morali: quod tamen eſſe non poteſt, niſi habeatur cognitio præcepti, & actus; vel operatio, quæ efficitur, ſciatur eſſe præcepta: ſiquidem ea, quæ aliquis facit ignorans, ſolùm per accidens facit, vt habet S. Thom. 1.2.*qu.100.art.9.cit.*

12\. *Qui audit Sacrum die feſto, & ignorat, quòd ſit dies feſtus, quomodo ſatisfaciat præcepto.*

Neque contra hoc facit, quòd is, qui audit Sacrum die feſto, & ignorat eſſe diem feſtum, ſeque teneri ex præcepto ad illud audiendum; adhuc tamen ſatisfacit præcepto, neque tenetur audire aliud Sacrum, vt notat Suar. *tom.2. de relig tract.4.lib.4. de Horis canon. cap.26.num.6. in fine*: ſolùm enim ſatisfacit quoad ſubſtantiam actus externi, non autem quoad modum affectus interni, qui per ſe poſtulatur ex natura præcepti; & quòd poſteà non teneatur aliud Sacrum audire, ſolùm eſt, quia impleuit præceptum materialiter, & obligatio quoad modum non poteſt manere, quando tollitur obligatio quoad ſubſtantiam actus: & quamuis, qui ex tali ignoratione præcepti intereſt Sacro, non peccet contra præceptum, & maneat liber ab illius obligatione; non tamen propterea dici debet ſeruaſſe præceptum, ſicut poſtulat ipſius natura.

Dixi autem, id eſſe probabile: quia oppoſitum docet Vaſq. 1.2.*quæſt.100.art.9. in expoſitione litteræ,* & Salas *de legib.diſp.9.ſect.2.num.33.* qui abſolutè aſſerunt, ad præceptum implendum non eſſe neceſſarium, vt habeatur cognitio præcepti formaliter accepti; & præceptum, v.g. de audienda Miſſa ſufficienter impleri per hoc, quòd Miſſa audiatur, ſiue ſciatur eſſe audienda ex præcepto, ſiue non. Sed fortaſſe non eſt quæſtio, niſi de nomine: nam, ſi ſeruare præceptum accipiatur pro eo, quod eſt non peccare contra præceptum, certum eſt, quòd ad ſeruandum præceptum non requiritur notitia præcepti: ſi verò ſeruare præceptum diſtinguatur ab hoc, quod eſt non peccare contra præceptum, & admittatur requirere aliquid plus; certum videtur, quòd requiratur, vt iam diximus.

13\. *Obſeruatio legis debet eſſe ex formali voluntate ſeruandi legem, aut præceptum.*

Tertiò, probabile eſt, quòd idem eſt dicendum etiam de actu voluntatis, quo obſeruatio legis eſt voluntaria: debet enim ſimiliter, quantùm eſt ex natura præcepti, non ſolùm ferri in ſubſtantiam actus, qui præcipitur; ſed etiam in quantum præcipitur: & ideò, qui illud ſeruat ſolùm coactus, reuerà non ſeruat, & coram Deo grauiter peccat, etiamſi tale peccatum non conſumet exteriùs; & qui ſeruat materialiter, cum intentione non implendi formaliter obligationem per illum actum, ſed relinquendi implendam per alium actum; probabile eſt, quòd non impleat, vt etiam declarabimus *infrà, num.19.& ſeq.* quamuis poſteà poſſit eſſe contentus priori impletione, vt multi volunt apud Suar. *tom.3.in 3.partem, diſp 88.de Sacram.ſect.3.§. Circa poſteriorem partem.& lib.4.de Hor.canon.cap.26.cit.num* 8. & fuſiùs explicabimus, quando agemus de Horis canonicis.

Neque contrarium docet S. Thom. 2.2.*qu.*104.*art.3.ad* 2. quando ait, quòd, licèt actus virtutis ſit in præcepto; poteſt tamen quis implere actum virtutis non attendens ad rationem præcepti: aliud enim eſt implere actum virtutis, qui, quantùm eſt ex ſe, poteſt antecedere omne præceptum, quod ſolùm aſſerit S. Thomas; & aliud formaliter implere præceptum, quod nos aſſerimus, & ex ſe patet.

14\. *Formalis voluntas implendi obligationes, quas aliquis habet de aliqua actione, ſemper poteſt præſumi, quando ſit illa actio.*

Hæc tamen intentio implendi præceptum, ſemper videtur haberi, ſaltem generaliter, & ſemper poteſt præſumi de vnoquoque, quando non conſtat de intentione contraria: quia vnuſquiſque in ſuis actionibus generaliter ſemper intendit ſatisfacere obligationibus, quas de illis habet. Atque hoc modo, qui ex conſuetudine audit Sacrum, aut recitat Horas canonicas, non eſt, quòd timeat ſe non impleſſe præceptum, etiamſi ſpecialiter, & explicitè non habuerit intentionem illud implendi, vt notat Suar. *de Horis canonicis, c.26.cit.n.6.in fine.*

15\. *Qui dat eleemoſynam, ignorans, quòd teneatur illa dare de bonis incertis, quæ apud ſe habet, adhuc ſatisfacit ſuæ obligationi.*

Et ex eodem principio videtur ſequi id, quod aliqui aſſerunt apud Salas *diſp.9. de legibus, ſect.2. num.35.* & apud Sanchez *lib.1. in Decal.c.13.n.11.* quòd ſi quis det alicui centum pro eleemoſyna, ignorans, quòd teneatur ex bonis alienis incertis, quæ apud ſe habet, & iniuſtè detinet, totidem dare, & quòd hoc debitum per illa centum poſſet extinguere; reuerà illud extinguit; neque poſteà, quando id aduertit, tenetur dare alia centum: id enim ſimiliter ex eo eſt, quia vnuſquiſque in ſuis actibus habet intentionem generalem, ſaltem implicitam, ſatisfaciendi omnibus ſuis obligationibus, quibus poteſt ſatisfacere: & ſemper voluntas donandi eſt ſub hac tacita conditione, *niſi aliter debeo hoc idem, quod dono.* Et à fortiori idem eſſet, ſi quis alicui donaret centum, & ignoraret, quòd ex iuſtitia deberet illi alia centum; & ſi inuiſeret, v.g ex deuotione hanc, vel illam Eccleſiam, & non recordaretur, quòd ad id teneretur ex voto, vel ex Pœnitentia ſacramentali iniuncta à Confeſſario, & eiuſmodi:

16\. *Qui donat alicui cẽtum ex ignoratione, quòd ex iuſtitia debeat illi centum.*

Qui ex deuotione inuiſit templũ, & eſt oblitus, quòd teneatur illud inuiſere ex voto, vel ex Pœnitẽtia ſacramẽtali.

Digitized by Google

di: ſimiliter enim, quando poſteà aduerteret debitum, & recordaretur, v.g. voti, aut Pœnitentiæ ſacrameotalis, poſſet exiſtimare, quòd vtrique ſatisfeciſſet.

Et quamuis Sanchez *lib. 1. in Decal. cap.13. cit. num.11.* in duobus ptimis caſibus de eo, qui dat eleèmoſynam, vel aliter donat donatione gratuita vni alicui, & ignorat, quòd teneatur dare tantundem ex obligatione iuſtitiæ, oppoſitum aſſerat, & probabilius id putet etiam Salas *diſp.9.ſect.2.num. 35.cit.* ſi tamen admittatur intentio illa generalis ſemper haberi de ſatisfaciendo per vnanquanque actionem omnibus noſtris obligationibus, non videtur negandum, quòd ſit valdè probabile, quòd etiam in illis caſibus poſſit cenſeri eſſe ſatisfactum obligationibus, quæ habentur ex iuſtitia, vt mox explicabimus *num.* 18. & volunt aliqui apud Sanchez *num.11.cit.*

17. *Secũdùm aliquos, ad legis obſeruationẽ non eſt neceſſaria formalis voluntas rem faciendi, in quantum eſt præcepta.* Dixi autem, ſolùm eſſe probabile, non verò omninò certum, quòd ad legem implendam ſit neceſſaria, per ſe loquendo, formalis intentio, & voluntas illam implendi: quia oppoſitum docet Vaſq.1. 2.*quæſt.*100.*art.9.in expoſitione literæ.* Salas *diſp.9.de legib.ſect.2. num.36.* Bonac.*diſp.1. de legib. quæſt.1. puncto* 10. *num.9.* Sanchez *lib.1. in Decal. cap.13. num.9.* & plures alij apud ipſum, qui abſolutè aſſerunt, ad legem implendam ſatis eſſe, ſi fiat actus præceptus ſcienter, & voluntariè; non autem requiri formalem intentionem illum faciendi, provt eſt præceptus: quia legiſlator ſolùm actum præcipit, non intentionem; & ſatis eſt, ſi præceptum ſeruetur in actu exercito; non autem eſt neceſſarium, vt ſeruetur in actu ſignato: quod idem *num.*10. ait Sanchez etiam eſſe de voto, iuramento, & Pœnitentia ſacramentali, quòd, ſcilicet, ſatis ſit, actum illum liberè facere, ad quem eſt obligatio, etiamſi ipſa formalis obligatio mente exciderit: non tamen idem eſſe de eo, qui debet alteri centum, & immemor debiti, totidem illi donat donatione gratuita; neque de eo, qui titulo reſtitutionis tenetur dare pauperibus aliqua bona incerta, & de obligatione non cogitans tantundem iis tribuit titulo eleemoſynæ, vt etiam paulò antè retulimus: quod idem ex pluribus aliis etiam aſſerit Bonac.*quæſt.1.de legibus, puncto* 10.*cit.num.*13. quia obligationes iuſtitiæ, neque contrahuntur, neque tolluntur, niſi dependenter à voluntate contrahentium; quæ tamen in his caſibus, ratione obliuionis, & incogitantiæ ponitur non fuiſſe. Et longè alia eſt ratio de aliis obligationibus, quæ contrahuntur ex aliis legibus, cùm ipſe legiſlator, qui eas inducit, pro impletione ſuarum legum, & pro ablatione obligationis per illas inductæ, ſit contentus ſolo exercitio actus præcepti liberè facto.

18. *Voluntas generalis ſatisfaciendi obligationibus per vnanquanque actionẽ, etiã valet in obligationibus iuſtitiæ.* Sed negari non poteſt, quin etiam in materia iuſtitiæ poſſit ſufficere ad illius obligationes tollendas, intentio generalis, & implicita, quæ de facto habetur ab vnoquoque, vt *ſuprà* diximus, ſatisfaciendi omnibus ſuis obligationibus, quibus abſolutè poteſt ſatisfacere per vnanquanque ſuam actionem. Neque obliuio, & incogitantia huius, vel illius obligationis ſpecialis poteſt tollere, aut impedire voluntatem generalem, & implicitam ſatisfaciendi omnibus, quæ habentur; ſed ſolùm tollit, aut impedit voluntatem ſpecialem, & explicitam ſatisfaciendi huic, aut illi obligationi in ſpecie, vt ex ſe patet: & ideò etiam in caſibus poſitis obligationes iuſtitiæ dicendæ ſunt verè tolli, dependenter à voluntate eorum, qui per illas ſunt obligati. Nam hoc modo *l.cùm ex pluribus ff.de ſolut.* expreſsè dicitur, quòd qui ex pluribus cauſis vni alicui debet pecuniam, neque exprimit, aut demonſtrat, dum illam ſoluit, ex qua cauſa ſoluat, & cui obligationi intendat ſatisfacere; cenſendus eſt pro illa ſoluere, quæ apud ipſum eſt potior, vt, v.g. ſi ex aliqua cauſa tenetur ſoluere ſub pœna infamiæ, vel ſub aliqua alia, vel ſub iure hypothecæ, aut pignoris, & ſimilibus. Et ratio ſubditur: quia veriſimile eſt, diligentem debitorem, ſi eſſet admonitus, ita fuiſſe geſturum ſuum negotium. Ex quo textu clarè habetur, quòd voluntas implicita, & generalis, quam vnuſquiſque habet ſatisfaciendi, provt poteſt, per vnumquenque actum ſuis obligationibus, poteſt habere locum etiam in obligationibus, & in materia iuſtitiæ; idque non ſolùm eſt verum, quando in actu ſoluendi nulla cauſa, nullúſque titulus exprimitur, aut determinatur, ex quo fiat ſolutio; ſed etiam, quando exprimitur, & determinatur vnus aliquis minùs principalis, ex aliorum obliuione, & incogitantia: nam hæc obliuio, & incogitantia facit ſolutionem pro illo alio titulo ſimpliciter inuoluntariam, eámque reſoluit in hanc conditionalem: *Trado, vel ſoluo ex hoc titulo, niſi teneor ex aliquo alio potiore, & maioris momenti.* vt diximus *paulò antè.*

Quòd verò prætereà addit Sanchez *lib.1.in Decal.cap.13.cit.num.13.* & apud illum Suar.*diſp.88.de Sacram.ſect.3.verſ.Circa poſteriorem partem.* Valen. 2.2.*diſp 6.quæſt.2.puncto vlt.in fine.* Vaſq.1.2.*q.*100. *in expoſitione art.9.num.5.& ſeq.* Leſſ. *lib.2.cap.37. num.59.& cap 46.num.42.* Salas *de legib.diſp.9.ſect. 2.num.33.* Bonac. *quæſt. 9. puncto 10.cit. num.13. in fine*, & fuſiùs *num.19.* & alij, non modò ſatisfieri obligationi, quando efficitur actus præceptus ſine expreſſa intentione ſatisfaciendi; ſed etiam quando efficitur poſitiuè cum expreſſa intentione non ſatisfaciendi, ſed relinquendi obligationem poſteriùs implendam per alium actum; & enim, v. g. qui die feſto ex libera deuotione audit Sacrum, intendens per illud non ſatisfacere obligationi, ſed manere obligatus ad audiendum aliud, reuerà ſatisfacere, nec amplius teneri ad illud audiendum; ſed ſatis eſſe, ſi reuocet priorem voluntatem per voluntatem poſteriorem, & caueat ſibi, ne ex illa deinde peccet per conſcientiam erroneam: imò nec requiri, vt primam voluntatem reuocet, poſitiuè eliciendo actum oppoſitum; ſed ſatis eſſe, ſi ſolùm negatiuè ſe habeat, & deſiſtat ab illa poſitiuè eliciendа, vt vult Sanchez *cap.13. cit. num.14.* Salas *num 33.cit.* Bonac.*puncto 10.num.22.* 19. *Qui facit actum præceptum cum intentione expreſſa, nõ ſatisfaciendi obligationi, ſecũdùm aliquos, adhuc ſatisfacit.* Hoc, inquam, totum, quod iſti aſſerunt, non ſolùm videtur minùs tutum; ſed etiam minùs probabile, & contra communiorem ſententiam apud eundem Sanchez *num.12.* & oppoſitum expreſsè docet Nauar.*in Man.cap.13.num. 15.27. & 28. & cap. 16. num. 73. & 74 & in cap. Quando.de conſecr.d.1.* Azor.*part.1.lib.7.cap.2.q.6. & lib.10.cap.8. quæſt.7. & cap.12. quæſt.8.* Henriq. *lib.9.de Miſſa,cap.25. num.6.in fine.* Med *C.de orat. q.de Horis canonicis iterandis, dub.vlt.* & plures alij apud eundem Sanch.*ibid.* Vniuerſaliter enim videtur verum, quòd actus non operantur vltra intẽtionem agentiũ, *l.non omnis.ff ſi certum petatur.* Et ſicut in poteſtate debitoris eſt, ſoluere ſe, aut non ſoluere ab obligatione tradendi centum, ſi, ſcilicet, velit illa tradere titulo debitæ ſolutionis, aut gratuitæ donationis: ita in poteſtate cuiuſque eſt, ſoluere ſe, aut non ſoluere ab obligatione audiendi Sacrum, aut alia quacunque, ſi, ſcilicet, velit ſe ſoluere; aut ſaltem non poſitiuè nolit ſe ſoluere; & non eſt dubium, quòd maximè pendet à voluntate cuiuſque, vt ſoluat ſe, aut non ſoluat ab aliqua obligatione: ſiquidem hæc, ſiue ſponte ſuſcipiatur, vt contingit 20. *Verùm id eſt minùs probabile, & minùs tutum.*

in voto, & in cootractu; ſiue imponatur à ſuperiote pet præceptum, aut legem; cettum eſt, quòd ſemper ſponte retinetur, aut deponitur pet impletionem operis: atque ita, quanuis fortaſſe actus ageorium poſſint aliquid opetari vltta inteotionem illotum, in iis, quæ non dependent à tali intentione, vt, verbi gratia in productione habituum, aut aliquo huiuſmodi metè naturali; non tamen poſſunt aliquid operari vltra intentionem illorum, qooad retinendam, aut non tetinendam obligationem, de qua loquimut, cùm hæc retentio, aut non retentio obligationis ſit maximè peodens ab ipſa intentiooe, & voluntate agentis.

Neque eſt eadem ratio de obligatione præcepti negatiui, *v*.g. non occidendi, aut non furandi, cui ſatisfacimus per ſolam externam negationem, aut omiſſionem occiſionis, & furti: neque poſſumus non ſatisfacere, etiamſi habeamus explicitam, & formalem voluntatem non ſatisfaciendi per huiuſmodi omiſſionem, & de obligatione præcepti affirmatiui, v.g. recitandi Officium, aut Miſſam audiendi: nam obligatio præcepti negatiui non eſt de illo poſitiuè ſeruando; ſed ſolùm negatiuè de non tranſgrediendo per actum oppoſitum: & ideò quoad ſuam impletionem non pendet à voluntate per aliquem actum poſitiuum; & ſiue hic eliciatur, ſiue non, petfectè impletur; & ſatis illi eſt, ſi non eliciatur actus poſitiuus contratius de illo tranſgrediendo. At vetò obligatio ptæcepti affirmatiui verè, & ptopriè eſt de illo ſeruando, & quoad ſui impletionem omninò pendet à voluntate per actũ poſitiuum; & niſi hic eliciatur, omninò non impletur: & multò minùs ſi eliciatur poſitiuè actus contratius de illa non implenda, ſed retinenda, & ſeruanda, vel differenda ad aliud tempus, vt iam diximus.

21. *Quanuis ſit probabile, & tutum ſufficienter.* Negari tamen non poteſt, quin propter authoritatem tantorum Doctotum ſit probabile, & tutum ſufficientet, quòd ptæceptum, aut lex poſſit impleri pet ſolum actum ptæceptum externum, & quando ſit cum actuali, & expreſſa voluntate non ſatisfaciendi, & non tollendi obligationem: nam actus extetnus, quacunque intenrione fiat, acceptatur à Legiſlatote pto impletione ſuæ legis, & operans eo ipſo abſolnitur ab eius obligatione: & ſicut ſi crediror, quod ſibi traditur à debitote titulo donationis, acceptaret titulo ſolutionis, & eo ipſo temitteret debitum, non teneretur talis debitot ampliùs ſoluere, quando deinde id noſſet; ita & in caſu noſtro.

Neque eſt ſimile, quod poteſt afferri de voto tecitandi Roſarium, v.g. ſemel in die, cui non ſatisfacit, qui illud recitat ex libera deuotione, & vult retinere obligationem voti pro alio Roſario: quia Deus, qui in tali caſu eſt quodammodo creditor, eo ipſo titulo acceptat, quo ipſe petſoluit: & ideò non remittit debitum voti, ſi ſolùm perſoluit ex libeta deuotione: quod tamen non poteſt contingete io legiſlatore humano, qui ſolùm eſt conteotus actu externo liberè facto, & per illum reputat eſſe impletam ſuam legem, neque curat manete ampliùs obligationem ad illam complendam.

Verùm, ſi hæc admittantur, ſolùm debent intelligi de impletione legis quoad ſubſtantiam, non autem quoad modum, qoi per ſe requiritur, quantùm eſt ex natuta præcepti: hic enim, ſicut requitit notitiam rei, etiam in quantum præcipitur, vt *ſuprà* diximus *num*. 2. ita etiam requitit voluntatem illam implendi, prout ptæcipitut, cùm alioqui non poſſit impletio legis ad illam comparati, tanquàm effectus per ſe ad cauſam moralem, vt *ſuprà* diximus *num*. 13.

22. *Multiplex obligatio quomodo impleatur per vnicum actum, ſiue diuiſibilem, ſiue indiuiſibilem.* Atque ex hoc principio, quòd ſit neceſſatia, pet ſe loqueodo, formalis intentio legem ſeruandi, eiúſque obligationem implendi, poteſt facilè ſolui communis difficultas de illo, qui tenetur aliquid facere ex pluribus legibus, & obligationibus: v.g ſemel ieiunare, ex voto, & ex Pœnitentia ſactamentali; dare centum pauperibus ex obligatione iuſtitiæ propter alia centum iniuſtè ablata ab incertis dominis; & ptætereà date centum propter votum. Videndum enim in primis eſt, vtrùm vnico actu poſſit ſatisfacere huiuſmodi pluribus legibus, & obligationibus, vt contingit, quando intentio legem ferentis, & obligantis ita fuit: vt, v.g. ſi Confeſſatius pto pœnitentia ininnxit audire Sacrum quotidie, & fuit contentus, vt die feſto vnum tantùm ſufficeret pro pœnitentia, & pto ptæcepto Eccleſiæ: an vetò vnaquæque obligatio requirat ſuum actum, vt quando quis tenetur dare pauperibus bona incerta ex obligatione iuſtitiæ, & dare eleemoſynam de bonis propriis ex obligatione voti, aut Pœnitentiæ ſactamentalis, de qua re poteſt videri Sanchez *lib*. 1. *in Decal. cap*. 14. *num*. 5. & Bonac. *de legibus, diſp*. 1. *quæſt*. 1. *puncto* 9. *num* 4. Nam, ſi vnico actu poteſt ſatisfacere omnibus obligationibus, omnibus cenſendus eſt ſatisfacere, dummodo habeat intentionem, ſaltem implicitam, ſatisfaciendi omnibus: ſi vetò non poſſit voico actu ſatisfacere omnibus, illi ſatisfacit, cui ſpecialiter intẽdit ſatiſfacere, ſiue explicitè, ſiue implicitè: nam *l. Cùm ex pluribus. ff. de ſolut*. dicitur, quòd debitot, qui ex pluribus cauſis pecuniam debet, in eam cauſam ſpecialiter ſoluit, quam exprimit, & quam demonſtrat, dum ſoluit; & ſi noo iotendat magis ſatisfacere vni, quàm alteti; ſed ſe habeat ad omnes æqualiter, videndum vlteriùs eſt, vtrùm actus, quem facit, ſit diuiſibilis, vt eſt, v.g. ſolutio pecuniæ, & recitatio Roſarij, quod ex communi vſu fidelium, ſolet diuidi io tres partes; an verò ſit iodiuiſibilis, vt eſt ieiunium, & auditio Miſſæ: nam, ſi ſit diuiſibilis, cenſeri poteſt ſatisfeciſſe omnibus pro rata parte, & adhuc manete obligatus pto alia parte; & ſi tenetur, v.g. dare decem pauperibus ex iuſtitia, & decem ex voto, & non tradit oiſi decem, cenſeri poteſt ſatisfacere vttique obligationi pro medietate, & per vtranque adhuc temanere obligatus pro alia medietate, vt notat Sanchez *lib*. 1. *in Decal. c*. 14. *n*. 4. & Bonacin. *diſp*. 1. *de legib. qu*. 1. *puncto* 10. *n*. 13. *&* 14. quia, vt dicitur *c. Vnico. §. Idem quoque. de deſponſat. impub. in* 6. quando aliquis actus non valet, ſicut agitut; valet, ſicut poteſt valere: & ideò cùm dicta ſolutio non valeat pro totali impletione vttiuſque obligationis, valet, vt poteſt, id eſt, pro impletione partiali: vel cettè cenſeti poteſt illi in totum ſatisfeciſſe, quæ etat vtgentior, & maioris momenti: vt, v.g. ſi vna obligatio etat ſub iofamia, vel ſub alia pœna, vt dicitur *l. cit. Cùm ex pluribus. ff. de ſolutionibus*. Quod idem poteſt cenſeri etiam, quãdo actus eſt indiuiſibilis, & non poteſt ſatisfacere etiam ex patte pluribus obligationibus, vt notat Bonac. *qu*. 1. *puncto* 10. *cit. n*. 13.

23. *Lex naturalis non poteſt tota impleri, niſi per actũ honeſtum.* Quartò, lex naturalis non poteſt tota impleri, niſi pet actum honeſtum, & qui ſit ex motiuo virtutis: ac ptoinde obligatio illius, abſolutè, & ſimpliciter eſt ad actum virtutis. Ita Sot. *lib*. 2. *de iuſt. q*. 3. *art*. 9. *ad* 2. & Suar. *lib*. 2. *de legib. c*. 10. *n*. 12. & patet: quia, ſi quis ſubueniat, v g. extremè egenti ex motiuo ſuperbiæ, aut vanæ gloriæ; quanuis non violet præceptum naturale miſeticordiæ; violat tamen præceptum naturale humilitatis. Et abſolutè ſemper

Digitized by Google

per tenemur ex lege naturæ non operati niſi honeſtè, & ex aliquo motiuo honeſto, etiamſi non teneamur ad hanc, vel illam honeſtatem in ſpecie.

Atque hoc modo videntur conciliari etiam Med. *C. de orat. quæſt. 16. de Hor. canon. iterundis.* Nauat. *in Man. cap. 21. num. 7. & tract. de orat. cap. 20. num. 29. & in cap. Inter verba. 11. quæſt. 3.* & aliqui alij, qui abſolutè negant, modum virtutis cadere ſub obligationem legis naturalis: id enim poteſt admitti, vt vetum, de hoc, vel illo modo virtutis certo, & in ſpecie; non autem de modo virtutis, ſaltem aliquo, & indeterminato, vel in genere, vt notat Suar. *lib. 2. cap. 10. cit. num. 13.*

24. *Lex humana poteſt impleri per actum nõ honeſtum.*

Quintò, lex humana ſufficienter poteſt impleri intra totam ſuam latitudinem, etiam per actum, qui abſolutè non ſit honeſtus. Ita Suarius *lib. 2. cit. cap. 10 num. 13. & lib. 3. cap. 29. num. 6.* ex S. Thom. 1. 2. *quæſt. 100 art. 9.* Caiet. *ibidem*, Soto, Nauat. & aliis: quod idem fusè explicat etiam Bonac. *diſp. 1. de legibus, quæſt. 1. puncto 9. num. 1. & ſeq.* Si quis enim in Paſchate, v.g. indignè communicet; nihil committit contra leges humanas; ſed ſolùm contra diuinam. Et ratio eſt: quia lex humana eam tantùm bonitatem præcipit, quæ eſt accommodata ad ſuum finem, id eſt, ad externam gubernationem; quæ tamen aliquando ſufficienter habetur per ſolam honeſtatem materialem actus, quacunque tandem intentione fiat. Atque hoc modo communiter dicitur, quòd finis legis non cadit ſub legem. Et S. Thom. 1. 2. *quæſt. 100. art. 9. cit.* modum virtutis, qui conſiſtit, vt fiat actus ex electione, & amore honeſtatis, ſolùm ait pertinere ad legem naturalem; non autem ad legem humanam: quia, ſcilicet, illi eſt intrinſecus, & quaſi de ſubſtantia actus præcepti; huic verò ſæpè eſt extrinſecus, & accidentalis, vt notat Bonac. *puncto 9. cit. num. 2.* Et quamuis intentio cuiuſque legis, etiam humanæ, nunquam ſit, vt præcipiat actum non bonum, & non honeſtum; imò è cõtrà ſemper ſit, vt præcipiat actum bonum: hæc tamen intentio circa bonitatem actus, ſæpè eſt ſolùm ſecundaria, & accidentalis, & extrinſeca; & intentio primaria ſolùm eſt circa ſubſtantiam actus; & ideò ſatisfacit legi, qui implet ſubſtantiam; quamuis non impleat bonitatem extrinſecam, & accidentalem. Et ſolùm de hac intentione, aut voluntate legis intrinſeca, & ſubſtantiali; non autem de accidentali, & extrinſeca debet intelligi id, quod habetur *l. Non dubium C. de legibus, & l. Contra legem. ff. eodem.* quòd verè peccet contra legem, qui verba illius amplectens, facit aliquid contra illius intentionem, & voluntatem, vt benè explicat idem Bonac *num. 3. in fine*, & Sanchez *lib. 1 in Decal. cap. 14. num. 4.* & alij apud ipſum.

DISPVT. XXVI.

An, & quomodo obligatio legis ſit implenda, etiam quando vrget periculum vitæ.

1. *In aliquibus caſibus ſeruandæ ſunt leges, etiam cum periculo vitæ.*
2. *Secundùm aliquos, leges humanæ nunquam obligant in periculo vitæ.*
   Et ſecundum alios, obligant ſemper, niſi ipſe legiſlator excipiat certos caſus.
3. *Leges, quæ ſunt de rebus intrinſecè malis, ſemper obligant cum periculo vitæ.*
4. *Lex naturalis, & diuina, non ſemper obligant cum periculo vitæ.*
5. *Lex humana aliquando obligat cum periculo vitæ.*
6. *Non tamen obligat ſemper.*
7. *Poteſtas legiſlatoris communiter non ſe extendit ad obligandum cum periculo vitæ.*
8. *Non tenetur quis manere in carcere cum periculo vitæ.*
9. *Leges humanæ ſunt ſeruandæ cum periculo vitæ, quando vrget cauſa fidei, & religionis.*
10. *Et quando vrget cauſa reipublicæ, & boni communis.*
11. *Et quando Superior præuiſo periculo adhuc præcipit ſub peccato mortali.*
12. *Rationes Canoniſtarum, quòd leges humanæ ſemper obligent cum periculo vitæ.*
13. *Soluuntur.*
14. *Quomodo aliquando liceat communicare cum excommunicato, quando vrget grauis aliquis metus.*
15. *Lex Carthuſienſium de abſtinendo à carnibus, etiam in periculo mortis, quomodo obliget, aut non obliget.*
16. *Vtrùm reus teneatur fateri delictum cum periculo vitæ.*
17. *Vtrùm reus poſſit fugere, effringendo carceres.*
18. *Licitum eſt dicere Miſſam ſine veſtibus, & inſtrumentis ſacris, quando imminet periculum mortis.*
19. *Quomodo licitum ſit in periculo mortis comedere idolothyta.*
20. *Licitum eſt ſeruare leges humanas cum periculo vitæ.*
21. *Licitum eſt velle potiùs mori, quàm Miſſam facere ſine veſtibus ſacris.*
22. *Metus mortis non tollit nullitatem actus, qui ex illo fit.*
23. *Metus mortis non validat matrimonium alioqui irritum.*
24. *Non ſolùm metus mortis, ſed etiam aliorum malorum ſæpè excuſat à legis obligatione.*

POſt modum ſeruandi legem, eiúſque obligationem implendi, de quo egimus *diſput. præcedenti*, agendum etiam eſt de circunſtantiis, & explicandum, vtrùm leges ſint ſeruandæ in quibuſcunque circunſtantiis rerum, & specialiter quando vrget periculum vitæ. Et vt paucis rem attingamus, hæc ſit concluſio.

1. *In aliquibus caſibus ſeruandæ ſunt leges etiam cum periculo vitæ.*

A legis, & præcepti obſeruatione ſæpè excuſat periculum vitæ, ſiue lex ſit humana, ſiue diuina, aut naturalis; non tamen excuſat, quando lex eſt de rebus intrinſecè malis, vel quando periclitatur cauſa fidei, & religionis, vel etiam reipublicæ, & boni communis, vel quando ſuperior præuiſo periculo adhuc præcipit ſub mortali. Ita Palud. *in 4. d. 18. quæſt. 6. art. 2.* Sotus *in 4. d. 22. quæſt. 1. art. 4. & lib. 1. de iuſt. quæſt. 6 art. 4.* Suar. *lib. 3. de legib. cap. 30. num. 6 & de cenſur. diſp. 4. ſect. 3. num. 12. & ſeq. & diſp. 6. ſect. 13. num. 15.* Vaſq. 1. 2. *diſp. 16. cap. 2.* Salas *de legib. diſp. 11. ſect. 1.* Sanchez *de matrimonio, lib. 7. diſp. 5. num. 3. & 4. & lib. 1 in Decal. cap. 18. num. 2.* Azor. *part. 1. lib. 1. cap. 11. quæſt. 1.* Couar. *in cap. Alma mater. par. 1. §. 3. num. 9.* Sayr. *lib. 3. clau. reg. cap. 7. num. 31.* Regin. *in praxi, lib. 13. cap. 18. num. 182.* Bonac. *diſp. 2. de peccatis, q. 8. puncto 2. n. 3.*

2. *Secũdùm aliquos, leges humanæ nũquam obligãt in periculo vitæ.* *Et ſecundùm alios, obligãt ſemper, niſi ipſe legiſlator excipiat certos caſus.*

Et quod aſſerimus in hac concluſione, tam eſt contra eos, qui vniuerſaliter negant legem humanam poſſe vnquam obligare in periculo vitæ, vt Almainus *lib. 1. Moral. cap. 3.* Ma. *in 4. d. ſtinct. 18 quæſt. 4. non longè ab initio.* Valen. 1. 2. *diſp. 7. q. 5. puncto 6.* & alij apud Salas *de legib. diſp. 11. ſect. 1. n. 1.*

quàm

quàm contra illos, qui vniuerſaliter affirmant, eam ſemper obligare in periculo vitæ, niſi ipſe legiſlator aliquos caſus excipiat: imò & addunt, non poſſe affirmari oppoſitum ſine errore, vt Caiet. 1.2. *quæſt.96. art.4.* Adr. *quæſt.3. de clauibus, except.8.* Ioan. Andr. Hoſtienſ. Panorm. & alij ex Canoniſtis apud Azor. *part.1. lib.1. cap.11. quæſt.1.* & apud Salas *ſect.1. cit. n.2.*

Verùm, vt diſtinctiùs, & per partes contra iſtos explicemus, & probemus id, quod aſſerimus:

3. *Leges, quæ ſunt de rebus intrinſecè malis, ſemper obligant cum periculo vitæ.*

De lege naturali, & diuina primò certum eſt, quòd obliget cum periculo vitæ, quando ſunt de rebus intrinſecè malis, vt eſt, v.g. mentiri, peierare, & ſimilia: quia, vt dicitur *ad Rom.3.* non ſunt facienda mala, vt inde eueniant bona: & ideò quanuis ſit bona conſeruatio vitæ; nihil tamen propterea eſt faciendum ex iis, quæ ſunt intrinſecè mala: & vt dicitur *cap. Sic non ſunt. 32. quæſt.4.* ex S. Auguſt. *lib.5. contra Iulianum, c.8.* ſic non ſunt facienda adulteria voluntate generandi regenerandos, quemadmodum non ſunt facienda furta voluntate paſcendi pauperes ſanctos. Et, vt habet Ariſt. 3. *Ethic. c.1.* quædam ſunt, ad quæ perpetranda nemo poteſt cogi, aut compelli; ſed potiùs debet extrema quæque pati, & mori: & quæ ſunt per ſe, & intrinſecè mala, non excuſantur à peccato ratione metus, etiam grauis, & cadentis in virum conſtantem, vt *ſuprà* probauimus *lib.1. diſp.15. num.9.* dum ageremus de metu, & de iis, quæ tollunt, vel minuunt rationem voluntarij.

Et ex hoc capite nullo metu excuſaretur ille Sacerdos, qui eſſet excommunicatus vitandus, vel aliter careret omni iuriſdictione ad abſoluendum ſacramentaliter à peccatis; & tamen præciperetur abſoluere, & de facto abſolueret: faceret enim rem intrinſecè malam, miniſtrando abſolutionem, & Sacramentum, nulliter ex defectu iuriſdictionis, vt notat Suar. *de cenſuris, diſp.6. ſect.3. num.3.* Sanchez *lib.1. in Decal. c.18. num.8.* Bonac. *diſp.2. de peccatis, quæſt.8. puncto 2. num.7.* Et quanuis ex tali metu excuſaretur, ſi faceret Sacrum, v.g. vel aliquid aliud, quod ſolùm eſſet illi prohibitum iure eccleſiaſtico, & per cenſuram; non tamen excuſaretur, ſi miniſtraret Sacramentum nulliter ex defectu iuriſdictionis, vt diximus; cùm ſit intrinſecè malum, & contra ius diuinum naturale, vt fiat iniuria ſacramentis, & indignè tractentur. Quod idem etiam eſſet, ſi cogeretur directè abſoluere à reſeruatis, v.g. in Bulla Cœnæ, ad quæ non habet iuriſdictionem, vel cogeretur illum abſoluere, qui non eſſet benè diſpoſitus, & nollet, v.g. dimittere concubinam, reſtituere alienum, & eiuſmodi: nam ſimiliter faceret Sacramentum nullum, & cum iniuria illud tractaret: quod eſt intrinſecè malum, & ex nullo metu poteſt licitè fieri.

4. *Lex naturalis, & diuina non ſemper obligat cum periculo vitæ.*

Secundò, certum eſt, etiam legem naturalem, & diuinam non ſemper obligare cum periculo vitæ, vt patet in lege naturali de ſatisfaciendo creditori, de reddendo depoſito, de non accipiendo alieno, de non occidendo, & ſimilia: nam præceptum reſtitutionis non obligat cum periculo vitæ; & qui eſt in extrema neceſſitate, non peccat, ſi alienum accipiat ad vitam tuendam; vel, ſi alium occidat pro ſui defenſione, vt expreſsè habetur *Clem. Si furioſus. de homicid.* vbi etiam dicitur, quòd neque fiat irregularis.

Et ſimiliter, etiamſi ex lege diuina teneamur integram facere confeſſionem omnium peccatorum; ſi tamen ex manifeſtatione alicuius peccati immineat periculum mortis, licitè poteſt reticeri in confeſſione: neque hæc in tali caſu dicitur dimidiari, niſi materialiter, vt eſt communis ſententia. Et idem eſt de præcepto Baptiſmi, & Confeſſionis, ſi non poſſint ſeruari ſine periculo vitæ, vt notat Sanchez *lib.1. in Decal. cap.18. num.10.* ex Sot. *lib.1. de iuſt. quæſt.6. art.4. ad finem corp.* & ex aliis. Et hoc modo 1. *Reg.21.* comedit Dauid in extrema neceſſitate panes propoſitionis: quanuis id eſſet à Deo prohibitum: neque in hoc peccauit, vt notat S. Thom. 3. *part. quæſt.40. art.4. ad 3.* & teſtatur etiam ipſe Chriſtus *Matth.12.* Et ratio eſt: quia, ſicut natura, & Deus præcipit, v.g. hoc, vel illud: ita & præcipit conſeruationem vitæ: & hæc aliquando ex lumine ipſo naturæ eſt maius bonum, quàm materia alicuius alterius legis, & ideò ſecundùm rectam rationem debet illi præferri.

5. *Lex humana aliquando obligat cum periculo vitæ.*

Tertiò, vt ex lege naturali, & diuina faciamus gradum ad legem humanam, certum eſt, quòd etiã hæc aliquando obligat cum periculo vitæ: vt, v.g. ſi illius tranſgreſſio habeat adiunctam tranſgreſſionem legis naturalis, & diuinæ circa aliquid intrinſecè malum; & iubeat aliquid, v.g. cuius oppoſitum non poſſit fieri ſine mendacio, aut ſine periurio: tunc enim, quemadmodum lex ipſa naturalis, & diuina obligat cum periculo vitæ; ita & obligat lex humana.

6. *Non tamen obligat ſemper.*

Quartò, certum ſimiliter eſt, quòd non ſemper lex humana obligat cum periculo vitæ, id eſt, tunc maximè, quando periculum vitæ non eſt per ſe coniunctum cum re, quæ præcipitur; ſed illi accidit, vt notat Salas *diſp.11. de legibus, ſect.11. num.5.* nam, ſi in caſu talis periculi non ſemper obligat lex ipſa naturalis, & diuina, quæ eſt maioris obligationis, multò minùs obligabit lex humana. Et clarè id patet in præcepto eccleſiaſtico de ieiunio, quod non ſolùm non obligat cum periculo mortis; ſed neque etiam cum graui periculo ægritudinis, *cap. Conſilium. de obſeruat. ieiunij*, vbi etiam ratio ſubditur, quia neceſſitas non ſubiacet legi, in præcepto de audiendo Sacro, de nõ communicando cum excommunicato, & ſimilibus: ſi quis enim ſit in extrema neceſſitate, licitè poteſt ab excommunicatis cibum quærere, eúmque illis viciſſim ſuppeditare, ſi fortè etiam ipſi extremè indigeant, vt ex communi ſententia notat Azor. *part.1. lib.1. cap.11. cit. quæſt.1.* & qui eſt excommunicatus, aut irregularis occultus, licitè poteſt ſemel, aut iterum ſacrificare, vt vitet manifeſtum, aut probabile periculum mortis, vel grauis infamiæ, vt notat Nauar. *in Man. c.27. n.239.* & alij apud Azor. *loco cit.*

Neque in hoc ſunt audiendi Adr. Caiet. Ioan. Andr. & alij *ſuprà* citati *num.2.* qui vniuerſaliter negant, vnquam licere legem aliquam tranſgredi, etiam cum periculo mortis, quæ obliget ad mortale: non ſolùm enim in contrarium facit communis ſententia Theologorum apud Azor, & Salas *locis cit.* & apud Sayr. *lib.3. clau. reg. cap.7. num.31.* & apud Suar. *de cenſur. diſp.4. ſect.3. num.13. & lib.3. de legibus, cap.30. num.6.* & expreſsè etiam ipſius S. Thomæ *quodl.11. art.9. & in addit. ad 3. partem, quæſt.23. art.3.* vbi docet, non ſemper eſſe peccatum participare cum excommunicato. Sed etiam facit optima ratio: quia ad obligandum communiter in tali periculo, non ſe extendit poteſtas legiſlatoris, vel ſaltem non ſe extendit voluntas. Nam in legiſlatore creato non ſe extendit poteſtas, cùm non habeat dominium vitæ in ſuos ſubditos, neque poſſit eos exponere periculo, niſi quando eſt neceſſarium ad bonum commune: in Deo verò non ſe extendit voluntas, vt notat Vaſq. 1.2. *diſp.161. cap.2. num.12.* ex communi ſententia: & cùm lex debeat eſſe de re poſſibili, non ſolùm phyſicè, 7. *Poteſtas legiſlatoris communiter non ſe extendit ad obligandum cum periculo vitæ.*

ſed

ſed etiam moraliter, id eſt, de re, quæ non ſit valdè difficilis, etiam ſpectata conſuetudine patriæ, vt probat idem Vaſq. *diſp.155.cap.1.num.*8.& Salas *de legib diſp 1. ſect.9.num.56.* non poteſt communiter ſub legem cadere ipſum periculum mortis. Et ſi cenſetur excedere poteſtatem humani legiſlatoris, vt præcipiat æquali honore, v.g.tractari ruſticos in ciuitate, & viros nobiles, vt notat ibi Vaſq.*num.9.* vel vt præcipiat confeſſionem peccatorom, aut continentiam, vel ingreſſum Religionis, vt notat Salas *diſp.15.ſect.2.num.39.* multò magis illam excedit, vt præcipiat exponi vitam periculo, quando non vrget grauis neceſſitas.

8. *Non tenetur quis manere in carcere cū periculo vitæ.*

Atque ex hoc principio multi colligunt, neque etiam teneri aliquem manere in carcere cum periculo vitæ, etiamſi id ei præcipiatur, vt videre eſt apud Salas *diſp.1. de legib.ſect.9.n.56.* & fusè apud Vaſq.*diſp.*174. quia bonum vitæ, quod eſt materia legis naturalis de vita tuenda, eſt multò maius, quàm aliquid aliud, quod fortè eſt materia alterius legis, etiam obligantis ad mortale; & ideò, quando ſimul huiuſmodi leges occurrunt ſeruandæ, illa debet præferri, quæ eſt de vita. Et quamuis peccatum non ſolùm mortale, ſed etiam veniale quodcunque, nunquam ſit faciendum ex quocunque periculo vitæ, vt notat S.Thom.*locus cit.*& ex S.Auguſtino *lib. contra mendacium, cap.*19. ſæpè tamen poteſt contingere, quòd propter periculum vitæ, neque etiam ſit veniale, ſi quis non faciat id, quod alioqui præcipitur per legem: quia, ſcilicet, in tali caſu lex non obligat: & ideò ex eo, quòd peccatum in ſenſu compoſito, & ex ſuppoſitione, quòd ſit peccatum, non ſit faciendum ex quocunque periculo, aut metu; non ſequitur, quòd in ſenſu diuiſo, & ex ſuppoſitione, quòd non remaneat ampliùs peccatum, non poſſit fieri. Idque eſt verum, etiam in iis legibus, quæ rem præcipiunt ſub pœnis grauiſſimis, v. g. exilij, aut capitis, & eiuſmodi. Nam, quamuis Sot. *lib.1.de iuſt.quæſt.6.art.4.in fine corp.* abſolutè affirmet, quòd, quando lex aliquid præcipit ſub pœna capitis, ſeruari debeat etiam cum periculo vitæ; oppoſitum tamen eſt multò probabilius, vt notat Sanchez *lib. 1.in Decal. cap.*18.*num.*9. Bonac. *diſp.2.de peccatis, quæſt.8.puncto 2.num* 8. & alij apud ipſos, niſi fortè in huiuſmodi lege ideò apponatur pœna capitis; quia maximi referat ad bonum commune; & ſimul cum ipſa lege etiam illud periclitetur, vt mox dicemus: extra hunc verò caſum fieri poteſt, vt lex, quæ aliquid præcipit ſub pœna capitis, etiam ipſa ſolùm obliget extra periculum vitæ: & qui illam tranſgreditur in periculo vitæ, ſimpliciter nulla pœna ſit puniendus, vt patet, v.g. in lege de non occidendo, de alieno non accipiendo, & aliis eius generis. Et quemadmodum non ex eo, quòd lex præcipiat ſub peccato mortali, ſub excommunicatione, ſub comminatione maledictionis æternæ, & aliis huiuſmodi, quæ ſunt grauiora, quàm pœna capitis; non ſequitur, quòd obliget cum periculo vitæ: ita neque ex eo, quòd præcipiat ſub pœna capitis, niſi aliunde conſtet, quòd ita poſtulet cauſa fidei, aut boni communis, vt dicemus.

Quintò, vt ſtatuamus magis in particulari, quando obligent leges humanæ cum periculo vitæ, triplex caſus videtur poſſe aſſignari, in quo obligent; id eſt, quando vrget cauſa fidei, & religionis; quando vrget cauſa Reipublicæ, & boni communis; & quando ſuperior præuiſo tali periculo adhuc præcipit ſub peccato mortali.

9. *Leges humanæ ſunt ſeruandæ cum periculo vitæ, quando vrget cauſa fidei, & religionis.*

Ratione primi non ſolùm eſt confitenda fides coram tyranno; ſed etiam ſunt ſeruandæ omnes aliæ leges, tam eccleſiaſticæ, quàm ciuiles, ſi ex earum contemptu præcipiatur aliquid contra illas: vt, v.g. ſi ex contemptu Eccleſiæ præcipiatur frangi ieiunium, celebrari coram excommunicato, aut aliud eiuſmodi, vt notat Suar.*lib.3.de legib.cap.*30.*num.*7. tunc enim moriendum potiùs eſt, quàm tale aliquid faciendum, iuxta illud Matth.10. *Qui negauerit me coram hominibus*, &c. Et ſimiliter ex eodem capite parendum eſt Pontifici, ſi aliquem iubeat fidem defendere contra Hæreticos, & infideles, & ab illis immineat mors.

10. *Et quando vrget cauſa Reipublicæ, & boni communis.*

Ratione ſecundi, id eſt, quando vrget cauſa Reipublicæ, & boni communis, poteſt Princeps obligare milites, vt pugnent, & certum locum in bello teneant, iique tenentur potiùs vitam amittere, quàm pugnam, aut locum deſerere: nam, ſicut in Principe eſt ſufficiens poteſtas ad conſeruandum bonum commune; ita etiam ad obligandum cum periculo vitæ, quando aliter bonum commune ſeruari non poteſt, vt notat Suar. *lib.3.de legib.cap.*30.*num.*4. & alij apud Sanchez *lib.1. in Decal.cap.*18.*num.*2. Et, cùm vnuſquiſque ſit pars Communitatis, & quidquid eſt, illius ſit; ſicut & quælibet pars, quidquid eſt, eſt totius, vt benè ratiocinatur Caiet. 1.2.*quæſt. 96.art.4.cit.* non ſolùm poteſt Princeps, cui bonum Communitatis incumbit, pro ſalute, ac bono communi exponere vitam, ac bonum cuiuſque, ſicut homo pro ſalute, ac bono totius exponit vulneri manum, aut brachium; ſed etiam tenetur vnuſquiſque ex ſe pluris facere bonum commune, quàm proprium: & ideò etiam leges, aut præcepta ſeruare, cum periculo vitæ, quando ab illarum obſeruatione dependet bonum commune: & hoc modo tenetur miles, cui præcipit Princeps ſub pœna capitis, vt in bello locum teneat, & pugnet, illi parere, nec poteſt fugere, aut non pugnare ob metum mortis, quæ alioqui imminet inferenda ab hoſte; & ſic de aliis.

Neque tamen hinc ſequitur, quòd etiam cum periculo vitæ vnuſquiſque teneatur abſolutè obſeruare omnes leges, cùm omnes ſint propter bonũ cõmune, idque vniuerſaliter ſit de ratione, & eſſentia legis, vt patet ex definitione *ſuprà* allata, & explicata. Neque enim omnes leges ſunt de neceſſitate boni cõmunis; neque ita ſunt propter bonum commune, vt illud malè ſe habeat, ſi fortè earum aliquæ violentur ab vno aliquo, vt patet, v.g. in lege audiendi Sacrum, ieiunandi, & ſimilibus: ſed ſolùm dicuntur omnes eſſe propter bonum commune: quia omnes ad illud conducunt, & iuuant, etiamſi non omnes ſint neceſſariæ. Vnde optima eſt regula, quam tradit Vaſq. 1. 2. *diſp.*161.*cap.*2. *num.*8. Suar. *lib.3.de legib. cap.*30.*num.*7. Bonac. *diſp.2.de peccatis, quæſt.8.puncto 2.num.*6.& alij, ad cognoſcendum, vtrùm lex obliget cum periculo vitæ, vt, ſcilicet, videamus, vtrùm bonum commune, quod obtinetur per legis obſeruationem, ſit maioris momenti, quàm conſeruatio vitæ per non obſeruationem legis in hoc, vel illo priuato: ſi enim ſit maioris momenti, ſeruanda eſt lex, etiam cum diſpendio, & periculo vitæ, ſiue ſuperior, & legiſlator præuiderit caſum periculi, ſiue non: ſi verò non ſit maioris momenti, cenſenda eſt lex in tali caſu non obligare.

11. *Et quando ſuperior præuiſo periculo adhuc præcipit ſub peccato mortali.*

Denique ratione tertij, id eſt, quando ſuperior præuiſo periculo, adhuc præcipit ſub mortali, poteſt Epiſcopus tempore peſtis præcipere Parocho, ne ex vrbe diſcedat, & vt populo Sacramenta miniſtret, etiam cum periculo vitæ; & Princeps idem poteſt præcipere Medicis: & imminente incurſu hoſtium poteſt Princeps præcipere ciuibus, vt arma capiant: quia in his, & ſimilibus caſibus periculum mortis non eſt moraliter accidentariũ actoi, qui per legem

legem præcipitur; ſed quaſi de illius ſubſtantia: & ideò non poteſt in præcipiente præſumi ignorantia talis periculi, aut voluntas non obligandi, etiam ſub illo. Extra hos verò caſus, & præcipuè quando periculum non eſt per ſe connexum actui, qui præcipitur, leges humanæ non obligant: quia, neque legiſlator cenſetur voluiſſe obligare; nec, ſi voluit, fortaſſe potuit, cùm poteſtas humana non ſe extendat pro arbitratu ad exponendam periculo vitam ſubditorum, vt notat Suar. *lib. 3. de legibus, cap. 30. num. 6. cit.* ſed ſolùm, quando vrget grauis neceſſitas.

Neque valet, ſi dicas, in huiuſmodi caſibus potiùs obligare legem diuinam, aut naturalem, quàm humanam. Nam contrà eſt: quia, etiamſi lex diuina obliget, v.g. vt tempore peſtis non deſit Confeſſarius, & lex naturalis, vt non deſit Medicus; quòd tamen adſit hic, aut ille determinatè, non eſt ex lege diuina, aut naturali; ſed ex præcepto, & lege Epiſcopi, aut Principis, vt notat Salas *diſp. 11. de legibus, ſect. 1. n. 4.*

12. *Rationes Canoniſtarum, quòd leges humanæ ſemper obligent cum periculo vitæ.*

Sed contra id, quod diximus *num. 6.* non ſemper leges humanas obligare cum periculo vitæ, obiiciunt primò Canoniſtæ id, quod habetur *cap. Sacris. de iis, quæ vi.* eum, qui per metum communicat cum excommunicato, verè incidere in excommunicationem. Et ratio ſubditur: quia pro nullo metu debet quis mortale peccatum incurrere: ergo, quemadmodum lex, quæ prohibet participationem cum excommunicato, ſemper obligat, etiam imminente quocunque metu; ita etiam aliæ leges.

Secundò obiicit Caiet. quia pro bono communi vnuſquiſque tenetur vitam exponere: ergo, cùm obſeruatio legis ſemper ſit propter bonum commune, ſiquidem hoc ſolùm intenditur à legiſlatore; ſemper pro legis obſeruatione exponenda eſt vita; neque vnquam licet ex quocunque metu legem non ſeruare.

Et confirmatur: quia eo ipſo, quòd Princeps aliquid præcipit ſub peccato mortali, illud conſtituit in ordine quodam ſuperiori, etiam ad vitam; & eo ipſo præcipit, vt vnuſquiſque illud præferat vitæ. Idque ita eſſe oſtendi poteſt etiam exemplis: nam, quanuis ex lege tantùm eccleſiaſtica ſit prohibitum matrimonium in hoc, vel illo gradu conſanguinitatis, vel affinitatis; ex nullo tamen metu poteſt aliquis illud contrahere, v.g. cum ſorore, conſobrina. Et quanuis ex iure tantùm eccleſiaſtico non poſſit Miſſa celebrari ſine calice conſecrato, ſine corporali, ſine luminaribus, &c. quilibet tamen Sacerdos potiùs debet mori, quàm celebrare ſine aliquo ex his.

Poteſt addi etiam illud, quod ex S. Auguſt. *lib. de bono coniugali, cap. 16. tom. 6.* refertur *cap. Sicut ſatius. 32. qu. 4.* quòd ſatius ſit fame mori, quàm idolothytis veſci: quod idem etiam habet idem S. Aug. *epiſtola 154. ad Publicolam, in fine,* vbi de Chriſtiano viatore, qui fame vincitur, & nihil vſpiam inuenit, niſi cibum in idolio poſitum, ait, quòd, ſi certum ſit, talem cibum eſſe idolothytũ, meliùs Chriſtiana virtute reſpuitur, etiamſi fame ſit moriendum: & S. Leo epiſtola 79. cap. 5. *Siue terror,* inquit, *ſiue fames ſuaſerit ad comedenda immolatitia, pœnitentiæ ſatisfactione purgari debent, qui id fecerunt.* Cùm enim huiuſmodi lex de abſtinendo ab idolothytis ſit ſolùm eccleſiaſtica, id eſt, ab Apoſtolis poſita, *Act. 15.* ſi hæc obligat in periculo vitæ, etiam aliæ leges dicendæ ſunt ſimiliter obligare.

13. *Soluuntur.*

Sed ad primum Reſpondet S. Th. *in addit. qu. 23. art. 3. ad 1.* Decretalem illam *ex cap. Sacris. de iis, quæ vi.* non loqui de quacunque communicatione, vel participatione cum excommunicato; ſed de participatione in diuinis: & *quodl. 11. art. 9. ad 3.* meliùs id explicat, quando ait, eam loqui de iis, qui participant directè; non autem de iis, qui participant indirectè, quos terminos fuſiùs explicauerat 14. *Quomodo aliquando liceat communicare cum excommunicato, quando vrget grauis aliquis metus.* *paulò antè in corp. art.* quando dixerat, illum directè participare cum excommunicato, qui participat cum illo in his, quæ ſunt propria fidelium, id eſt, in diuinis: vt, v.g. ſi publicè oret pro illo; ſi audiat Sacrum ſimul cum illo; & eiuſmodi: & prætereà participat ex contemptu Eccleſiæ, & cenſuræ; vel participat in crimine, & cauſa excommunicationis: illum verò participare indirectè, qui participat in his, quæ ſunt hominis, vt, v.g. in verbo, & cibo, & his, quæ ſunt ſimpliciter humanæ conuerſationis. Hoc autem modo certiſſimum eſt, quòd nunquam licet, etiam ex quocunque metu participare cum excommunicato in ipſo crimine, & cauſa excommunicationis, & ex contemptu Eccleſiæ, vel cenſuræ, vel cum ſcandalo populi, qui videt cenſuras grauiſſimas parui fieri. Verùm id non prouenit ex pura lege eccleſiaſtica; ſed ex lege naturali, & diuina, cõtra quam ſunt illa omnia, vt notant Sayr. & Azor. *loco cit.* Et poteſt addi ex Suar. *lib. 3. de legibus, cap. 30. num. 16. cap. Sacris. cit.* ſolùm indefinitè aſſignari diſcrimen inter metum, & violentiam, quòd hæc ſemper excuſet à cenſura; non autem ille: ſicut neque ſemper excuſat à culpa mortali, id eſt, ſaltem quando eſt metus leuis: & de hoc metu, quando eſt leuis, veriſſimè dicitur, quòd quanuis attenuet culpam; non tamen prorſus eam excludit, cùm pro nullo metu debeat quis mortale peccatum incurrere; & ideò multò minùs pro metu leui. Sed de hoc textu pluribus agemus *in materia de cenſuris.* Et præter Authores citatos videri poteſt etiam Vaſq. 1. 2. *diſp. 161. cap. 4.* & Salas *de legibus, diſp. 11. ſect. 1. n. 11. & ſeq.*

Ad ſecundum Reſpondeo, non ſemper obſeruationem legis in vnoquoque eſſe neceſſariam propter bonum commune, vt etiam *ſuprà* diximus *num. 10.* quanuis latio legis, quantùm eſt ex parte legiſlatoris, debeat ſemper eſſe propter bonum commune; & quantùm eſt ex parte rei, quæ per legem præcipitur, debeat ſaltem conducere ad bonum commune: ſi quis enim, v.g. contra legem non ieiunet, aut Sacrum non audiat, non propterea malè habet bonum commune; & ideò huiuſmodi leges non ſemper obligant cum periculo vitæ; cùm præſertim ad bonum commune etiam pertineat, vt vnuſquiſque tueatur vitam, & hoc in pluribus caſibus ſit maioris momenti, quàm ieiunium, & auditio Sacri: &, abſolutè loquendo, pluris intereſt Reipublicæ, & boni communis, vt ſine maxima cauſa non amittat ſuos ciues, quàm vt ſeruentur aliquæ aliæ leges.

Ad confirmationem Reſpondeo, Principem non obligare ad peccatum mortale in quocunque caſu; ſed ſolùm in eo, in quo periclitatur maius aliquod bonum: & ideò quanuis peccatum mortale ſit magis timendum, quàm periculum vitæ: quando tamen hoc imminet, tranſgreſſio legis minoris non eſt peccatum mortale, imò neque eſt abſolutè peccatum, cùm lex in tali caſu non obliget. 15.

Lex Carthuſienſium de abſtinendo à carnibus, etiã in periculo mortis, quomodo obliget, aut non obliget.

Verùm autem poſſit ferri lex, quæ obliget cum periculo vitæ, etiam quando nulla eſt neceſſitas boni communis, videri poteſt apud Azor. *part. 1. lib. 5. cap. 6. quæſt. 7.* Vaſq. 1. 2. *diſp. 162. cap. 4.* Salas *diſp. 11. de legibus, ſect. 2.* qui id explicant ſpecialiter pro Monachis Carthuſienſibus, qui ex peculiari lege tenentur abſtinere à carnibus, etiam tempore ægri-

tudinis, & inſtante periculo mortis : licèt enim ad ſeruandum rigorem diſciplinæ illius monaſticæ, qui paulatim relaaatur, & ad vitandum ſcandalum aliorum, vel ad toeodum virtutis officium, v.g.ad pœnitentiam peccatorum agendam, licitè poſſint, & debeant Carthuſienſes legem illam ſeruare:quia abſtinere à carnibus, quando eſt copia aliorum cibotum, non eſt directè, & proximè ſibi vitam adimere;ſed ſolùm indirectè,& remotè ; ſi tamen nullum tale maius bonum vrgeret,vt ſi Monachus,v.g. Carthuſienſis ſolus eſſet in aliqua ſylua, oeque haberet cibum alium, quo vitam aleret, niſi carnes, neque vllum eſſet periculum ſcandali, probabilius videtur, quòd in tali caſu lex illa non obligaret, & talis Monachus non ſolùm licitè poſſet; ſed etiam deberet veſci carnibus,vt vult Couar.*lib.1.var.cap.2.num.*10.Azor. *queſt.7.cit.* Salas *ſect.2.cit.n.23. & 27.*Bonac.*diſp.2.de peccatis;q.8.puncto 2.n.*16.& alij: quidquid in contrarium dicat Victoria, Ledeſma, & aliqui alij apud Authores citatos: ſicut enim ſi domus, v.g. cõflagraret,vel aliquis in foueã lapſus, & de vita periclitans, ipſius opem imploraret, neque poſſet ſine ipſo a morte defendi, licitè poſſet, imò & deberer domo egredi, etiamſi abſolutè lex prohiberet, ne domo egrederetur:quia,ſcilicet,pluris eſſet tunc facienda lex naturalis de vita tuenda, & obligatio charitatis de iuuanda indigentia proximi extremè egentis; ita & deberet veſci carnibus.

Neque in hoc caſu eatremæ neceſſitatis intelligitur etiam ab ipſis Carthuſianis huiuſmodi lex de abſtinendo à carnibus: nam, vt refert Gerſon 2. *par.tract.de abſtinentia Carthuſienſium, alphab.39. lit.V.* & apud Salas *diſp.11.cit. de legib. ſect.2.n.29.* interrogati ab ipſomet Gerſone, quid agerent, ſi in deſerto, aut carcere nihil cibi haberent præter carnes; reſponderunt omninò, ſe comeſturos abſque ſcrupulo:& cùm quidam ex ipſis in itinere ex ſimili extrema neceſſitate ſanguinem ſui equi ebibiſſet, idque ad alios fuiſſet delatum;nihil pœnæ inde aecepit : quia,ſcilicet, non is erat caſus Regulæ eſum carnium prohibentis in periculo vitæ.

16. *Verùm reus teneatur fateri delictum cum periculo vitæ.*

Ad hunc eundem locum poſſet pertinere etiam quæſtio de reo, vtrùm teneatur cum periculo mortis veritatem fateri coram Iudice, legitimè interrogaote, & vtrùm licitè poſſit exire è carcere, etiam carcerem effringendo. Sed hæc iuſtis de cauſis omittuntur : &

Primam difficultatem videre potes apud Leſſium *lib.2. de iuſt. cap.31. dub.3.num.8.& ſeq.* vbi, quanuis abſolutè aſſerat ex S.Thom.2.2.*queſt.69. art.1.* & communiore ſententia, eum teneri : addit tamen, non eſſe improbabile etiam oppoſitum : & citat Petrum Nauar. *lib 2.cap 4. num.*136. Emman. Sà *verb.reus*,& alios recentiores.

17. *Vtrùm reus poſſit fugere effringendo carceres.*

Secundam verò difficultatem de fuga per effractionem carceris, videre potes apud eundem Leſſium *cap.31. cit.dub.5.num.31. & ſeq.* & fusè apud Vaſq.*tract.de legib.diſp.*174 & apud Paul.Comitol. *in reſponſ. moral. lib.4.queſt.*15. & aliqua dicemus *infrà,diſp.*44.

Ad illud verò, quod addit Caietanus, matrimonium cum conſobrina ex nullo metu poſſe eſſe licitum, etiamſi ea ſola lege eccleſiaſtica ſit prohibitum, patebit *infrà* : ſi enim contrahatur ex vero animo contrahendi,non autem ſolùm fictè, & ore tenus; ideò eſt illicitum, etiam inſtante quocunque metu : quia conſanguinei in tali gradu ſunt inhabiles ad contrahendum:& ideò matrimonium inter ipſos contractum,ſine diſpenſatione,ipſo iure eſt nullum;& copula,quæ ſubſequitur,eſt inceſtuoſa, vel fornicaria; & per conſequens contra legem naturæ : & quanuis metus aliquando eacuſet à tranſgreſſione legis; non tamen tollit nullitatem contractus, ſi fortè per legem eſt inducta, vt *infrà* dicemus.

Ad illud de Sacerdote, Sacrum faciente ſine calice, vel ſine corporali, vel luminaribus, vel aliis eiuſmodi: Reſpoodeo,Caiet.non probare,ſed aſſumere, quòd ſit illicitum : & probabilius eſt, id eſſe licitum, ſi immineat periculum mortis, dummodo non fiat in contemptum Eccleſiæ, aut Sacrificij, vt etiam *ſuprà* diximus,dum ageremus de metu *lib.1.* ex Nauar. *cap.25.num.*84. quod idem etiam docet Med.1.2.*quaſt.96.art.4. dub.2. in reſponſ.ad 3.& 4.* Sayr.& Azor. *loc.cit.* Vaſq.1.2.*diſp.161. cap.3.n.15.* Salas *de legib. diſp.11. ſect.1. num.7.* & alij plures apud ipſum : qui etiam addit,id verum eſſe,non ſolùm ſi omittatur vna, aut altera ex veſtibus ſacris; ſed etiam,ſi omnes; & ſi Miſſa dicatur à Sacerdote non ieiuno,& in pane fermentato,& in calice non conſecrato,vel cum aliquo alio defectu,cùm ſit eadem ratio de omoibus. 18.

Licitum eſt dicere Miſſã ſine veſtibus, & inſtrumẽtis ſacris, quando imminet periculũ mortis.

Denique ad illud, quod additur ex S. Auguſt. quòd ſatius ſit fame mori, quàm idolothytis veſci: Reſponder Gloſ. *in cap. Sicut ſatius.32.queſt.4.cit.* id verum eſſe, quando talis comeſtio fit in venerationem idoli. Et quod additur ex eodem S.Auguſt. *de Chriſtiano viatore*,qui nihil inuenit cibi,niſi poſitum in idolio, id eſt, in menſa conſecrata idolis, neque vllus eſt alius, qui eum videat, & inde ſcandalum ſumat; nimis durum, imò & falſum dicitur eſſe à Vaſq.*diſp.162.cap.5.*& ab aliquibus aliis apud Salas *diſp.11.ſect.1.num.16.& ſect.2.n.26.* & præcipuè à Lorino *in c.13. Actorum,num.*20.Sed fortaſſe ſi admittatur,ſolùm probat,quòd id ſit de conſilio,non autem,quòd ſit de præcepto:& ideò S.Auguſt. ſolùm ait, quòd talis cibus meliùs reſpuitur Chriſtiana virtute; non autem ait,quòd neceſſariò ſit reſpuendus. Vnde & Leſſ. *lib.2. cap.9. num.19.* apertè concedit, quòd licitum eſſet in extrema neceſſitate iis veſci, ſicut & carnibus humanis, ex Caiet.2.2.*quaſt.148.art.2.ad 2.* 19.

Quomodo licitũ ſit in periculo mortis comedere idolothyta.

Poſtremò ad illud S. Leonis, Reſponder Vaſq. *cap 5.cit.*& Salas *ſect.1.* id,quod dicitur de terrore, intelligi in eo caſu, in quo incutitur in odium, & contemptum religionis : & quod dicitur de fame, intelligi extra caſum extremæ neceſſitatis : & certum eſt, quòd in his caſibus, qui ex terrore in cootemptum religionis, aut ex fame eatra caſum neceſſitatis comedit immolatitia,verè peccat,& indiget pœnitentia,vt benè admonet S.Leo.

Sextò,quanuis leges humanæ extra caſus iam explicatos non obligent cum periculo vitæ; licitè tamen aliquando poſſunt obſeruari ex libera voluntate cuiuſque, non obſtante tali periculo. Ita Suat. *lib.3.de legib. cap.30.num.*10. nam, quanuis non liceat pro quacunque leui occaſione vitam prodigere,neque poſſit pro quacunque honeſta cauſa id nobis præcipi;ſed præiereà requiratur grauis neceſſitas; licitum tamen eſt, ſponte illam exponere pro aliqua cauſa honeſta, etiamſi nulla neceſſitas vrgeat : quia id ſolùm eſt, honeſtatem ipſam vitæ anteponere,id eſt,bonum ordinis ſuperioris,bono ordinis inferioris, vt notat Ariſtoteles 3.*Ethic.cap.9. & lib 9.cap.*8. Neque peccat,qui propter opus virtutis eaponit ſe periculo mortis, vt notat S.Thom. *in 4.d.28.quaſt.1.art.4.quaſtiunc.1.ad 2.* Atque hoe modo licitum eſt tempore famis cedere panem amico, etiam æquali; & tempore naufragij cedere tabulam; & propter vtilitatem publicam aliquid aggredi maximè arduum, etiamſi non habeatur 20.

Licitum eſt ſeruare leges humanas cũ periculo vitæ.

tanta neceſſitas, quanta requireretur, ad hoc vt ſuperior poſſet præcipere, vt notat Suar. *cap.30.num.10.cit.* Et ratio eſt: quia, vt idem ſubdit *num.11.* præceptum naturale de vita tuenda duo includit, id eſt, alterum negatiuum, quod eſt noo ſe occidere; & alterum affirmatiuum, quod eſt facere illud, quod eſt neceſſarium ad vitam tueodam, & mortẽ vitandam: & illud primum obligat ſemper, & ad ſemper, neque poteſt in nullo caſu non ſeruari: hoc verò ſecundom obligat ſemper; ſed non ad ſemper; & ideò poteſt aliquando honeſta aliqua de cauſa fieri oppoſitum.

21. *Licitum eſt, velle potiùs mori, quàm Miſſam facere ſine veſtibus ſacris.*

Et idem eſſet, ſi quis eligeret potiùs mori, quàm celebrare ſine veſtibus ſacris: & ſic vellet vitare irreuerentiam erga Sacramentum Euchariſtiæ, vt ex multorum ſeutentia notat Salas *diſp.11. de legibus, ſect.1.n.8.* & eadem ratione laudantur apud Caſſianum *lib.5.de inſtit.renunciantium,c.40.* duo adoleſcentuli, qui, cùm accepiſſent ab Abbare quaſdam ficus deferendas ad ſenem in interiori ſolitudine ægrotantem, tramite perdito recti itineris, tota die, & noctc, per vaſtitatem eremi diſcurrentes, tandem præ laſſitudine, & inedia, fixis genibus in orationis officium, mortui ſunt; & poſteà ſunt inuenti ficus reſeruaſſe intactas, vt acceperant; eligentes magis animã, hoc eſt, vitam, quàm fidem depoſiti perdere, & ſenioris violare mandatum, vt ibi loquitur Caſſianus: quanquam fortaſſe id potiùs eſt laudandum ex illorom ſimplicitate, & bona fide, quàm ex re ipſa in ſe conſiderata.

22. *Metus mortis non tollit nullitatem actus, qui ex illo fit.*

Septimò, quanuis ſufficiat metus mortis, extra caſus iam poſitos, ad tollendam obligationem legis; non tamen ſufficit ad tollendam nullitatem, & irritationem actus, ſi fortè lex ſit illum irritãs. Ita Suar. *lib.3.de legib.c.30.n.13.* quia ad vitandum tale periculum, ſatis eſt, ſi actus exterior materialiter fiat, etiamſi fiat nulliter ex reſiſtentia legis.

23. *Metus mortis non validat matrimoniũ alioqui irritum.*

Atqoe hoc modo, ſi quis per metum mortis cogatur contrahere matrimonium cum conſanguinea io gradu prohibito, & dirimente; ſatis liberabitur à periculo, ſi ſolùm materialiter, & ore tenus dicat, ſe illam accipere, vel alio modo æquiuocet, & eos eludat, qui metum inferunt; non autem eſt neceſſarium, vt validè contrahat. Et ſi vlteriùs poſt verba conſenſus, ſolùm materialiter, & æquiuocè prolata, cogatur matrimonium eo modo contractum conſummare per copulam; ex nollo metu id licitè faciet, cùm talis copula ſit intrinſecè mala, & contra ius ipſum naturale, & diuinum, vtpote acceſſus ad non ſuam, vt ootat Sanchez *lib.4. de matrim. diſp.16.ad 2.& lib.7. diſp.5.num.2. & lib.1. in Decal. cap. 18. num.7.* Vaſq. 1.2. *diſp* 161. *cap.3. num.17. & 18.* Bonac. *diſp.2. de peccatis, quæſt.8. puncto 2. num.7.* Salas *de legibus, diſp.11.ſect.1.num.9.* & alij apud ipſum: qui etiam addit, licitè poſſe huiuſmodi matrimonium contrahi, etiamſi contrahens ſe exponat periculo conſummandi, & peccandi: quia tale periculum non eſſet ab illo temerè ſuſceptum; ſed ex graui, & vrgenti cauſa. Et quemadmodum, qui non poteſt commodè alibi viuere, licitè habitat in ea domo, in qua habet occaſionem peccandi; & remotio talis occaſionis in tali caſu cenſetur moraliter impoſſibilis: ita & qui contrahit.

Quòd ſi quæras, quare lex eccleſiaſtica poſſit irritare matrimonium, etiam contractum ex metu mortis; non autem poſſit illud prohibere: rectè Reſpondet Salas *loco cit.n.10.* ex Vaſq. *diſp.161.c.3.n.18.* & aliis: quia tale matrimonium, etiam irritum, plurimùm refert ad bonum commune, ne alioqui matrimonia inter conſanguineos celebrentur ex metu: & contrà, nihil refert ad bonum commune, quòd tale matrimonium, neque etiam ore tenus & nulliter celebretur.

Octauò, hæc, quæ diximus de legum obligatione cum periculo mortis, debent intelligi etiam cum periculo mutilationis, infamiæ, amiſſionis bonorũ, aut mali alterius grauis, quod probabiliter timeator à viro conſtante: nam, quemadmodum poteſtas, & voluntas legiſlatoris non cenſetur ſe extendere ad obligãdum cum periculo mortis, niſi res ſit intrinſecè mala, vel ſimul cum illa periclitetur cauſa religionis, & fidei, vel cauſa booi communis, vt *ſuprà* diximus: ita nec cenſetur ſe extendere ad obligandũ cum periculo damni, aut mali alterius grauis, vt cõmuniter docent Authores cit. & plures alij apud Bonac. *diſp.2.de peccatis,q.8.puncto 2.n.3.* & diximus *lib.1.diſp.15.n.10.* dum ageremus in vniuerſum de metu: & patet, v.g. in lege ieionij, audiendi Sacrum, reſtituendi alienum, & ſimilibus, à quibus excuſat non ſolùm metus mortis; ſed etiam ægritudinis, & rationabilis aliqua neceſſitas, aut vtilitas, vt notat Sanchez *lib.1.in Decal.c.18.n.16.* 24.

Non ſolùm metus mortis, ſed etiam aliorum malorum ſæpè excuſat à legis obligatione.

Quale autem, & quantum debeat eſſe malum, & damoum imminens, ad hoc, vt lex poſitiua ceoſeri poſſit non obligare in illius periculo; non poteſt certò definiri, ſed debet relinqui pro vnaquaque lege prudeotis iudicio, vt ſubdit Sanchez *eodem n.16.* & Bonac. *n.4.* & certum eſt, quòd maius requiritur, ad hoc, vt non obliget lex alioqoi dignior, & grauioris, ſeu maioris obligationis, quàm requiratur ad hoc, vt non obliget lex minùs digna, & leuioris, ſeu mioori obligationis. Et communis regula, qoam *n.10.ſuprà* tradidimos ex Doctoribus pro periculo vitæ, proportionaliter poteſt ſeruari, etiam pro aliis periculis minorom malorum, vt, ſcilicet, videamus, vtrùm booum, quod habetur per legis obſeruationem, ſit maioris momeoti, aut neceſſitatis, quàm fuga periculi, aot mali, quæ contrà haberot per non obſeruationem eiuſdem legis.

DISPVTAT. XXVII.

An, & quomodo Princeps, & legiſlator teneatur ſuis legibus, quando ſunt declaratoriæ iuris diuini, aut naturalis, vel dant formam contractibus.

1. *Secundùm Hæreticos iuſti, & perfecti non tenentur humanis legibus.*
2. *Tenetur Princeps ſuis legibus, ſi ſint declaratoria iuris diuini, aut naturalis.*
3. *Etiam tenetur lege contractus, aut quaſi contractus.*
4. *Non tamen pœna ſtatuta in lege contractus.*
5. *Neque certis ſolemnitatibus requiſitis in lege.*
6. *Neque ad nullitatem contractus, quando hæc eſt adiecta in pœnam.*
7. *Et aliquando etiã quãdo nõ eſt adiecta in pœnã.*

POſt explicatam legis definitionem, eiúſque obligationem, ſiue ad culpam, ſiue ad pœnam, agendum de iis eſt, qui tenentur legibus. Sed inter perſonas, de quibus poteſt eſſe aliqua dubitatio, vtrùm legibus teneantur, non eſt, qoòd numeremus eos Chriſtiaoos, qoi ſunt iuſti, vel in ſtatu iuſtitiæ, & gratiæ. Nam, quanuis Lutherus *in lib. de libertate Chriſtiana*, & Caluinus *lib.3.Inſtit.c.19.§.2.4.& 9.* affirment, iuſtitiam, qua dicimur ioſti, ſolùm conſiſtere in certa credulitate, & fiducia, quòd ioſti ſimus, & qoòd pro iuſtis acceptemur à Deo; & ideò inferant, quòd iuſti nullis legibus ita ſubdantur, vt 1.

Secundùm Hæreticos iuſti, & perfecti non tenentur humanis legibus.

illarum

illarum tranſgreſſione amittant iuſtitiam, dummodo permaneant in priore illa credulitate, & fiducia, vt refert Reginal. *lib.* 13. *n.* 167. Vaſq. 1. 2. *diſp.* 66. *cap.* 2. & Salas *de legib. diſp.* 4. *ſect.* 1. Id tamen tanquàm errot in fide expreſsè damnatur ex Trid. *ſeſſ.* 6. *can.* 11. 19. *&* 20. & ex clariſſimis Scripturæ teſtimoniis expreſsè conuincitur ab iiſdem Authoribus; neque eſt, quòd hoc loco etiã nos contra illud agamus. Et ſimiliter non eſt, quòd numeremus eos iuſtos, qui ſunt perfecti, & ad ſtatum quendam perfectæ virtutis, & beatitudinis in hac vita peruenerunt, in quo Beguardi, & Beguinæ aſſernerunt, eos ampliùs non teneri bumanis legibus, vt patet *ex Clem. Ad noſtrum. de Hæret.* Similiter enim etiam hic, tanquam error in fide, damnatur in Ttid. *locis cit.* & ex Scriptura apertè conuincitur, vt videre eſt apud Authores citatos.

Neque fauet his erroribus illud S. Pauli 1. ad Tim. 1. *Lex non eſt poſita iuſto.* vt enim benè explicat Alphonſus à Caſtro *lib.* 1. *de leg. pœn. cap.* 6. *initio*, & Reginal. *lib.* 13. *cit. n.* 167. ex S. Chryſoſt. *hom.* 2 *in eam epiſtolam*, id ſolùm intelligitur quoad coactionem: & ſenſus eſt, quòd iuſto non eſt poſita lex, ad hoc, vt cogatur ad illius obſeruationem: ſiquidem non mouetur ad bonum timore pœnæ; ſed amore virtutis, quo etiam modo dicitur ad Gal. 5. *Si ſpiritu ducimini, iam non eſtis ſub lege.* Ita, ſcilicet, vt ſecundùm illam agamini; non autem vos ipſi ſecundùm illam agatis: nam, vt notat S. Thom. 1. 2. *q.* 96. *art.* 5. quamuis ſub lege, quoad vim directiuam, & tanquàm directi, aut regulati, ſint omnes ſubditi, ſiue ſint boni, ſiue mali; quoad vim tamen coactiuam, & tanquàm coacti non ſunt niſi illi, quorum voluntas diſcordat à lege: ſiquidem coactio ſemper dicit contrarietatem, & repugnantiam voluntatis; qualis tamen reſpectu legum non reperitur, niſi in ſubditis malis; non autem in bonis, de quibus dicitur *ad Roman.* 2. quòd ipſi ſunt ſibi lex, dum oſtendunt opus legis ſcriptum in cordibus ſuis: & hoc etiam modo S. Auguſt *in Pſal.* 1. in illa verba: *Sed in lege Domini voluntas eius.* benè docet, quòd aliud eſt eſſe in lege, & aliud eſſe ſub lege; & illud aſſerit, iis competere, qui ſecundùm legem agunt; id eſt, ſponte, & ex motiuo intrinſeco, qui eſt amor virtutis: hoc verò competere illis, qui ſecundùm legem aguntur, id eſt, coacti, & ex motiuo extrinſeco, qui eſt metus pœnæ.

His autem omiſſis quoad errores Hæreticorum, de quatuor generibus perſonarum explicabimus, an, & quomodo teneantur humanis legibus: primò, de ipſis Principibus, & legumlatoribus, qui non videntur teneri iis legibus, quas ad alios ferũt: ſecundò, de peregrinis, & iis, qui non babent certas ſedes, & non videntur teneri legibus loci, & ciuitatis, in qua ſunt: tertiò de iis, qui carent vſu rationis, vt ſunt pueri, & amentes, qui videntur omninò ſoluti ab omnibus legibus: & denique de Clericis, & perſonis eccleſiaſticis, quæ non tenentur ciuilibus legibus Principum ſæcularium.

Atque, vt incipiamus à Principe, & legiſlatore, legi poteſt de illius obligatione S. Thom. 1. 2. *quæſt.* 96. *art.* 5. *ad* 3. Sot. *lib.* 1. *de iuſt. quæſt.* 6. *art.* 7. Suar. *lib.* 3. *de legibus, cap.* 35. Salas *de legibus, diſp.* 14. *ſect.* 2. Valen. 1. 2. *diſp.* 7. *quæſt.* 5. *puncto* 4. Azor. *part.* 1. *lib* 5. *cap.* 11. *quæſt.* 1. Vaſq. 1. 2. *diſp.* 167. *cap.* 3. Reginal. *lib.* 13. *cap.* 17. *n.* 168. Sayr. *lib.* 3. *clau. reg. cap.* 4. Syln. *verb. lex, quæſito* 14. Bonac. *diſp.* 1. *de legib. quæſt.* 1. *puncto* 6. *n.* 11. *& ſeq.*

2. *Tenetur Princeps ſuis legi-*

Et primò cettum eſt, eum ſemper teneri ſuis legibus, ſi fortè ſint confirmatoriæ, vel declaratoriæ iuris diuini, aut naturalis: nam, quemadmodum

bus, ſi ſint declaratoria iuris diuini, aut naturalis.

Princeps, etiam ſupremus omnium, ſemper tenetur ad ius diuinum, & naturale: ita & tenetur, quando eſt declaratum, aut confirmatum per ſuas leges, cùm per huiuſmodi declarationem, aut confirmationem factam à ſe, neque illud deſinat eſſe ius diuinum, & naturale; neque ipſe Princeps ab illo eximatur, vel deſinat eſſe illi iuri ſubiectus. Ita Salas *diſput.* 14. *de legibus, ſect.* 3. *num.* 31. ex Tiraquel. *de vtroque retract. lib.* 1. *gloſ.* 1. §. 13. *num.* 39. Bonac. *quæſt.* 1 *puncto* 2. *lib.* 6. *num.* 11. *cit.* & alij apud ipſum.

Atque hoc modo, ſi Papa per ſuam aliquam conſtitutionem aliquid declaret, vt credendum de fide, v.g. quòd hic, vel ille defunctus ſit ſanctus, & modò regnet in cœlis cum Chriſto, omninò tenetur etiam ipſe id credere ratione diuinæ reuelationis, quam toti Eccleſiæ ſufficienter proponit per ſuam legem: & ſi declaret veram vſuram, aut ſimoniam, v.g eſſe contra ius naturale; omninò tenetur etiam ipſe ab illa abſtinere, ſicut & abſtinet à mendacio, & ab aliis, quæ ſimiliter ſunt contra ius naturale.

3. *Etiã tenetur lege contractus, aut quaſi contractus.*

Secundò, certum eſt, quòd etiam tenetur lege contractus, vel quaſi contiactus, ſi fortè illum ineat cum quocunque etiam priuato, & ſibi ſubdito; & ſi, verbi gratia, aliquid emat, aut vendat, omninò tenetur ad ſuam legem, per quam taxauit iuſtum pretium talium emptionum, aut venditionum. Ita Panorm. *in cap.* 1. *de probat.* Bal. Cyn. & alij apud Azor *part.* 1. *lib.* 5. *cap.* 11. *quæſt.* 1. Suar. *lib.* 3. *de legibus, cap.* 35. *num.* 23. Salas *diſput.* 14. *ſect.* 2. *num.* 27. Reginald. *lib.* 13. *num.* 168. Bonacina *diſput.* 1. *de legibus, quæſt.* 1. *puncto* 6. *num.* 14. & alij: quia Princeps in contractibus, & quaſi contractibus potiùs ſe habet, vt priuata perſona: neque eſt ratio, quare contractus non debeat inducere obligationem, etiam ex parte Principis; ſed debeat ex parte illius claudicare, cùm alioqui maximè ſit ſecundùm illius naturam, vt inducat, & quaſi pariat obligationem ex vtraque parte, & ſit obligatorius vltrò, citróque.

4. *Non tamen pœnæ ſtatutæ in lege contractus.*

Imò ſecundùm aliquos apud Vaſq. *diſput.* 167. *cap.* 1. *num.* 4. & apud Salas *diſput.* 14 *ſect.* 2. *num.* 13. ſi in lege contractus ſit appoſita pœna contra tranſgreſſores, ad illam tenetur etiam Princeps, ſi alioqui dignitati illius non repugnet, qualis eſſet, verbi gratia, pœna infamiæ, exilij, fuſtigationis, & ſimiles; non autem ſola pœna pecuniaria, ſoluenda alicui pio loco, aut alteri certæ perſonæ. Verùm hoc non admittit Vaſq. *ibidem, cap.* 2. & Salas *num.* 15. quia obligatio ad pœnam ſemper eſt ex vi coactiua; quæ tamen non poteſt ab aliquo exerceri reſpectu ſui, cùm ſemper coactio ſit ab extrinſeco.

5. *Neque certis ſolemnitatibus requiſitis in lege.*

Non eſt tamen negandum, quòd poſſit Princeps eas ſolennitates omittere in contractu, quas ipſe per legem præcepit; & quòd poſſit nullitatem, aut turpitudinem ab illo tollere, quam ipſe poſuit: ſiquidem, ſicut poſſet quoad hæc omnia diſpenſare cum aliquo ex ſubditis, ita & poteſt ſecum ipſe: & de ſolennitatibus expreſsè habetur *l. Ex imperfecto. C. de teſtamentis.*

Atque hac ratione ex Leſſio *lib.* 2. *cap.* 35. *num.* 32. & Salas *diſput.* 14. *ſect.* 2. *cit. num.* 21. & Suar. *lib.* 3. *cap.* 35. *num.* 25. & Bonacina *diſput.* 1. *de legibus, quæſt.* 1. *puncto* 6. *num.* 15. poteſt Pontifex validè, & licitè, ſi velit, celebrare contractum, quem ipſe per ſuam legem voluit eſſe, & haberi, vt ſimoniacum: & quod hoc loco aſſerimus, ſolùm eſt, quòd etiam Princeps contrahit eas obligationes, quæ conſequuntur ex contractu, vt,

v.g. quòd teneatur de euictione, ſi vendat; quòd teneatur tantundem reſtituere, ſi accipiat mutuò; quòd teneatur ad onera hæreditatis, ſi illam adeat, & eiuſmodi. Et addimus, quòd ſi contractus, aut quaſi contractus ab alio initus in fauorem Principis, eſt communiter irritus ex vi legis, etiam eſt irritus reſpectu Principis, dummodo irritatio non ſit adiecta in pœnam ipſorum contrahentium, vt notat Suar. *lib.3. cap.35. cit. num.* 25. Sic enim *l. Ex imperfecto. C. de teſtam.* dicitur, quòd, quamuis Imperator iure imperij ſit exemptus à ſolennitatibus iuris; adhuc tamen ex teſtamento imperfecto hæreditatem non conſequitur: quia, ſcilicet, tale teſtamentum eſt irritum, non in pœnam ipſius teſtatoris; ſed propter bonum commune, & vt ſecuriùs ſeruetur iuſtitia: & ideò retinet nullitatem etiam reſpectu Principis. E contrà, quia contractus, v.g. qui ex iure tantùm poſitiuo eſt ſimoniacus, ſolùm eſt irritus in pœnam ipſorum contrahentium; non eſt irritus reſpectu Papæ, vt diximus, ſi fortè illum celebret: quia, ſicut non incurrit alias pœnas ſtatutas per ſuas leges; ita neque incurrit nullitatem contractus, ſi etiam hæc eſt adiecta, vt pœna.

6. *Neque ad nullitatem contractus, quando hæc eſt adiecta in pœnam.*

Sed paulò aliter id explicat Salas *diſp.14. ſect.3. num.*32. dum addit, quòd, ſiue irritatio actus ſit in pœnam, ſiue non; videndum eſt, vtrùm agatur de actu Principis, vel alterius contrahentis cum Principe, & ad hunc actum comparetur lex irritans, vel certè agatur de actu tertij, qui cedat in fauorem Principis, & ad hunc actum tertij lex comparetur: nam, ſi agatur de actu Principis, vel alterius contrahentis cum Principe, & ad hunc actum lex comparetur, non eſt cenſenda illum actum lex irritare: quia eo ipſo, quòd Princeps intendit illum actum efficere contra ſuam legem, intendit legi derogare, ſi fortè ad illam tenetur, eúmque abſolutè facere validum, vt patet in caſu poſito de contractu ſimoniaco, ſi celebretur à Papa: neque enim eſt irritus, etiamſi irritatio per legem Papæ non ſit adiecta in pœnam, ſed ſolùm propter bonum commune: ſi verò agatur de actu tertij, & ad illum comparetur lex irritans, omninò eſt cenſenda illum actum irritare; non obſtante, quòd cedat in fauorem Principis, vt patet in altero caſu de teſtamento imperfecto, *iuxta legem, Ex imperfecto. C. de teſtam.* Et hoc idem videtur aſſerere etiam Bonac *diſp.1. de legib. quæſt.1. puncto 6. num.*15. ex eodem Salas, & aliis, vbi aſſerit, actum Principis, vel alterius contrahentis cum Principe, non irritari per legem Principis: quia Princeps cenſetur diſpenſare in ſua lege, eique derogare pro ſui actus validitate; irritari verò actum tertij, quamuis ſit in fauorem Principis: quia Princeps non cenſetur derogare pro actu tertij: & tanquàm exemplum primi, affert contractum ſimoniacum iam dictum, ſi celebretur à Papa; & tanquàm exemplum ſecundi, affert teſtamentum imperfectum ab aliquo tertio conditum in fauorem Principis.

7. *Et aliquando etiam quando non eſt adiecta in pœnam.*

DISPVT. XXVIII.

Vtrùm Princeps poſſit teneri ſuis legibus quoad vim coactiuam.

1. *Si Princeps, & Caput Communitatis non habeat iuriſdictionem in illam, verè tenetur illius legibus.*
2. *Dux Reipublicæ, aut Senatus, verè tenetur legibus ipſius Senatus.*
3. *Archiepiſcopus tenetur legibus Concilij prouincialis.*
4. *Generalis tenetur legibus Capituli, aut Congregationis generalis.*
5. *Princeps, ſi tenetur ſuis legibus, poteſt quoad illas ſecum diſpenſare, ſicut cum aliis.*
6. *Princeps non tenetur iis legibus, quæ non æqualiter ſunt ipſi accommodata, atque aliis.*
7. *Princeps non tenetur ſuis legibus quoad vim coactiuam.*
8. *Si Papa percutiat Clericum, non incidit in excommunicationem.*
9. *Si Papa omittat recitare Horas canonicas, non perdit fructus eccleſiaſticos.*
10. *Si Epiſcopus ludat per ludum à ſe prohibitum ſub excommunicatione, non propterea illam incurrit.*
11. *Verùm is, qui ludit cum Epiſcopo per ludum ab ipſo prohibitum ſub excommunicatione, fit verè excommunicatus.*
12. *Epiſcopus ludens cum excommunicato à ſe, incurrit in excommunicationem minorem.*
13. *Imò & in maiorem.*
14. *Qui communicat in crimine crimino ſo cum excommunicato non vitando, non incurrit excommunicationem.*

PRIMÒ, ſi Princeps ita ſit Caput Communitatis, eique præſit, vt tamen non ipſe ſolus leges ferat, ſed tota Communitas ſimul cum ipſo, certum eſt, quòd teneatur huiuſmodi legibus: nam eius ſuperioritas in Communitatem, ſolùm eſt, vt poſſit eam conuocare, & vt primus in illa ſedeat, & ſuffragium ferat, vt *ſuprà* diximus *diſp.5. num.*18. de Archiepiſcopo reſpectu Synodi prouincialis, qui ex Nauar. *conſ.6. num.5. de maior. & obed. lib.*1. & apud Sanchez *lib.8. de matr. diſp.*17. *num.*36. ſolùm dicitur in illa eſſe Caput eo modo, quo Decanus Eccleſiæ Cathedralis dicitur eſſe Caput ſui Capituli; non autem eo modo, quo Papa eſt Caput Concilij generalis, vel Epiſcopus eſt Caput Synodi ſuæ diœceſanæ, aut ſui Capituli: & ideò quoad omnia eſt verè ſubditus ipſi toti Communitati, & conſequenter verè tenetur illius legibus, ſicut & cæteri, qui ſunt pars eiuſdem Communitatis, vt notat Azor. *part.1. lib.5. cap.11. quæſt.*1. Reginald. *lib.3. num.*168. Bonac. *diſp.1. de legibus, qu.1. puncto 6. num.*22. Vaſq. Salas, Suar. mox citandi.

1. *Si Princeps, & Caput Communitatis nō habeat iuriſdictionē in illam, verè tenetur illius legibus.*

Atque hoc modo Dux Venetorum, verbi gratia, aut Genuenſium, verè tenetur ad leges ſui Senatus; & tam Archiepiſcopus, quàm ſinguli Epiſcopi diœceſani tenentur ad leges ſuæ Synodi prouincialis: & in Ordinibus religioſis, etiam ipſi Generales tenentur legibus ſuæ Congregationis, aut Capituli generalis, vt notat Suarez *lib.3. de legibus, cap.35. num.*1. Vaſq. 1. 2. *diſp.* 167. *cap.*1. Salas *diſput. 14. de legibus, ſect.* 2. *numero* 9. & alij *paulò antè* citati: quia, vt diximus, non ipſi habent iuriſdictionem in ſuos Senatus, Synodos, aut Capitula; neque ſe habent, ſicut Papa, reſpectu Concilij generalis, aut ſicut Epiſcopus reſpectu Synodi diœceſanæ; ſed contrà ipſi Senatus, Synodi, & Capitula habent iuriſdictionem in ipſos.

2. *Dux Reipublicæ, aut Senatus, verè tenetur legibus ipſius Senatus.*

3. *Archiepiſcopus tenetur legibus Concilij prouincialis.*

4. *Generalis tenetur legibus Capituli, aut Congregationis generalis.*

Secundò, ſi Princeps ita præſit Communitati, vt poſſit etiam ſolus illi præcipere, & leges ferre; certum eſt, quòd in his legibus, quas fert ſolus, licitè poteſt ex iuſta aliqua cauſa ſecum diſpenſare pro loco, & tempore, ſicut & poteſt diſpenſare cum aliis. Ita S. Thomas 1.2. *quæſt.* 96. *art.*5.

5. *Princeps ſi tenetur ſuis legibus, poteſt quoad illas ſecum diſpenſare ſicut cum aliis.* *art.5.ad 3. in fine.* Sylueſt. *verb.lex, quaſt.14.* & alij apud Suar. *lib.3.de legibus, cap.35.num.3.8.& 25.* & apud Bonacio. *diſput.1.de legibus, quaſt.1.puncto 16. num.21.* nam ex eo, quòd ſit Princeps & legiſlator, non debet eſſe deterioris conditionis, quàm ſiot communiter omnes alij; quanquam re vera minùs deberet ſecum diſpenſare quàm cum aliis, vt notat Salas *diſp.14.ſect.2.num.17. in fine*; cùm alij teneantur ex voluntate illius; ipſe verò teneatur ex iure naturæ, vt dicemus.

Vtrùm aotem poſſit omninò ſeipſum eximere à lege, ſicut poteſt eximere alium priuatum, cooſtabit *infrà*: quia enim in Principem omniom oculi ſunt coniecti, eiúſqoe exemptio à lege multò plùs obeſt commuui obſeruationi legis, & bono communi, quàm exemptio alicuius priuati; vel oullo modo debet ſe ipſum eximere; vel certè non eadem facilitate, qua eximit alium.

6. *Princeps non tenetur iis legibus, quæ nō æqualiter ſunt ipſi accommodata, atque aliis.* Tertiò, certum eſt, Principem non teneri ſuis legibus, quando non ex æquo ad omnes pertinent, oeque habent materiam vniuerſalem, & æqualiter oionibus accommodatam, & ipſi etiam Principi conuenientem: vt, verbi gratia, ſi prohibeat certos ſumptus in veſtibus, aut in conuiuiis; ſi prohibeat geſtari arma; & ſimilia. Ita Suar. *lib.3.cap.35. num.2.* Vaſq. *1.2. diſput.167. num.25.* Salas *diſp.14. ſect.2.num.9.* Leſſ. *lib.2. cap.35.num.25.* Reginald. *lib.13.num.169.* Bonacioa *quaſt.1.puncto 6.cit.num. 20.* & alij: nam, vt notat Med. 1.2. *quaſt.96. art.5.* æqualitas capitis, & membrorum, quoad omnia, eſt ſumma inæqualitas: & certum eſt, quòd ſicut poteſt ferri lex, quæ ſoli plebi ſit accommodata; non autem nobilibus; & ideò ſolùm obliget plebem; non autem nobiles; ita etiam poteſt ferri lex, quæ ſit conueniens ſolis ſubditis; oon autem Principi: & ideò non hunc obliget, ſed tantùm illos: & ita accidit in exemplis poſitis de ſumptibus veſtium, & conuiuiorum, & de geſtatione armorum, vt ex ſe patet.

7. *Princeps non tenetur ſuis legibus quoad vim coactiuam.* Quattò, in iis legibus, quæ ex æquo ad omnes pertinent, & habent materiam vniuerſalem, & omnibus æqualiter conuenientem, & accommodatam, certum eſt, Principem oon teneri quoad vim coactiuam. Ita S. Thom. 1. 2. *quaſt. 96. num. 5. ad 3.* Sylueſt. *verb. lex, quaſt. 14.* Sot. *lib. 1. de iuſt. quaſt. 6. art. 7.* Azor. *part. 1. lib. 5. cap. 11. quaſtione 2.* Suar. *lib. 3. de legibus, cap. 35. num. 15.* Vaſquez *part. 2. diſput. 167. cap. 1.* Valen. 1. 2. *diſput. 7. quaſt. 5. puncto 4.* Salas *de legibus, diſput. 14. ſect. 2. num. 8.* Reginald. *lib. 13. num. 162.* Sayr. *lib. 3. clau. reg. cap. 4. num. 5.* Bonacina *diſput. 1. de legibus, quaſt. 1. puncto 6. num. 14.* & alij communiter: hac enim ratione ſaltem intelligitur id, quod habetur *l. Princeps. ff. de legibus*, quòd Princeps ſit ſolutus legibus, vt explicat S. Thom. & alij communiter: quia, ſcilicet, non tenetur quoad vim coactiuam; neque vllus eſt, qui poſſit in ipſum facere iudicium, aut ferre ſententiam condemnatoriam, ſi fortè ſuas leges non ſeruet. Et ratio eſt: quia vis coactiua, cùm non conueniat legi, niſi per voluutatem legiſlatoris, & Principis, impoſſibile eſt, quòd ſe extendat ad ipſum Principem, & hic voluerit cogere ſe ad ſuæ legis obſeruatiouem: ſiquidem omnis coactio eſt ab extrinſecò, & contra voluntatem illius, qui cogitur, vt *ſuprà* diximus *lib.* 1. dum ageremus de inuoluntario ex Ariſtotele 5. *Ethic. cap.* 1. Et quanuis poſſit Princeps ſe pœnæ ſubiicere ſua ſponte, ſicut & poteſt ſe obligare ad aliquid per votum, aut iuramentum; noo tamen propterea dicitur cogi per legem ad pœoam ſoluendam; ſed ipſemet illam ſoloet ſua ſponte; neque obligatio ſponte ſuſcepta poteſt dici coactio, cùm ſemper ſit voluntaria per primam voluntatem, ea qua fuit ſuſcepta, vt patet in obligatione voti, & iuramenti. Et præterea hoc etiam ipſum minimè decet perſonam Principis, vt ſe ſponte ſubiiciat cuicuoque coactioni per legem, & velit, verbi gratia, in carcerem trahi, & violentas manus in ſe ioiici, aut ſua booa per vim occupari, & ſimilia pati, vt notat Salas *diſput. 14. ſect. 2. num. 28.*

Idque eſt verum, non ſolùm de Principe, & legiſlatore ſupremo; ſed etiam de aliis inferioribus, & non ſupremis: nam, quanuis, abſolutè loquendo, nihil repugnet, vt non ſupremi teneantur ſuis legibus, & obligentur etiam ipſi ad aliquas pœnas, quæ minùs dedeceant illorum perſonas, & dignitates, ſi, ſcilicet, cum hac cooditione poteſtatem acceperint à ſupremis ad leges condendas, vt etiam ipſi ad illas obligarentur, perinde ac ſi etiam pro ipſis eſſent latæ à poteſtate ſuprema, vt notat Azor. *part. 1. lib. 5. cap. 11. quaſt. 2.* quia tamen de hac conditione nihil de facto habetur ex iure communi, non eſt, quòd de facto dicantur teneri ad ſuas leges etiam Principes non ſupremi, vt ſubdit idem Azor.

8. *Si Papa percutiat Clericum, non incidit in excommunicationem.* Atque ex hoc principio rectè colligitur, quòd ſi Princeps ſuas leges non ſeruet, non propterea incidat in illas pœnas, quas adiunxit in traoſgreſſores: & ſi Papa, verbi gratia, percutiat Clericum, non propterea incidit io excommunicationem, vt notat Sayr. *lib. 3. clau. reg. cap. 9. num. 5.* Salas *diſput. 14. ſect. 2. cit. num. 30.* Bonac. *puncto 6. num. 15.*

9. *Si Papa omittat recitare Horas canonicas, nō perdit fructus eccleſiaſticos.* Et ſi omittat recitare Horas canonicas, adhuc poteſt percipere fructus eccleſiaſticos, cùm priuatio fructuum, quæ eſt lata in alios beoeficiatos, ſi illas omittant, ſolùm ſit lata, vt pœna, vt notat Suar. *lib. 3. de legibus, cap. 35. num. 25.* Salas *diſput. 14. cit. ſect. 3. num. 32.* Bonac. *n. 15. cit.* neque ſit ſimpliciter de iure naturæ, vt beneficiatus teneatur ad Horas canonicas; ſed ſolùm ſuppoſita inſtitutione eccleſiaſtica, ex qua habetur, vt beneficium detur propter officium; ſicut ſtipendium, & merces datur propter laborem; non autem detur merè gratis, & vt pura, & mera eleemoſyna ad alendum Clericum, & Dei miniſtrum, vt *ſuo loco* dicemus.

10. *Si Epiſcopus ludat per ludum à ſe prohibitum ſub excommunicatione, non proptereà illā incurrit.* Et eadem ratione, ſi Rex non ſeruet ſuam legem, cui adiuuxit pœnam infamiæ; non propterea erit infamis. Et ſi Epiſcopus ludat cum aliquo per ludum à ſe probibitum ſub pœna excommunicationis; noo propterea incidit io excommonicationem à ſe latam, vt notat Gloſ. *in cap. Statuimus. verb. conſtitutionibus. de ſentent. excommun. in 6.* Ioan. And. *in reg. Cui licet. de reg. iuris, in 6.* Azor. *part. 1. lib. 5 cap. 11. quaſt. 2.* Salas *diſp. 14. ſect. 2. cit. num. 33.* Sayr *lib. 3. clau. reg. cap. 4. num. 5. & lib. 1. theſauri, cap. 5. num. 22.* Bonac. *diſp. 1. de legibus, quaſt. 1. puncto 6. num. 16.* & alij: quia, cùm excommunicare ſit actus iuriſdictionis ſpiritualis, & hæc eſſentialiter ſit in alios, impoſſibile eſt, vt quis excommunicet ſeipſum, & iuriſdictio exerceatur ab aliquo in ſeipſum.

11. *Vtrùm is, qui ludit cum Epiſcopo per ludū ab ipſo prohibitū ſub excommunicatione, ſit verò excommunicatus.* Benè tamen per eam legem Epiſcopi, incideret in excommunicationem is, qui luderet cum Epiſcopo, vt vult Ioan. And. & Petr. de Anchar. apud Sayr. *loco cit. num. 6.* & ipſe Sayr. *ibi*, & Valen 1.2 *diſp. 7. quaſt. 5. puncto 4.* & Adrian. *quodlib. 9.* & alij; niſi fortè Epiſcopus etiam cum illo tolleret, aut ſuſpenderet effectum ſuæ cooſtitutionis. Sed oppoſitum docet Leſſ. *lib. 2. cap. 35. num. 32.* & Salas *diſp. 14.*

ſect.3.n.32.& 34. qui affirmant, eo ipſo, quòd Epiſcopus huiuſmodi hominem admittit ad ludum, cenſeri debere, quòd cum illo diſpenſet in ſua lege, & ſuſpendat illius effectum. Et idem eſt etiam de eo, qui celebrat cum Pootifice conttactum verè ſimoniacum, quoad pœnas ſimoniæ vitaodas: nam eo ipſo, quòd Epiſcopus huiuſmodi ſocium inuitat ad ludum, vel Papa ad ſimoniacè contrahendum, cenſetur eum eximere ab excommunicatione, ne videatur eum punire pro opere, in quod ipſe conſentit, & ad quod inuitat. Et pro hac ſententia Leſſ. citat Sotum *lib.9.de iuſt.qu.5.art.2.* Sylu. *verb.ſimonia, qu.4.* Palud. *in 4 d.25.qu.4.art.1.concl.3.* Couar. *in reg.peccatum, part.1 §.8.n.9.* & alios, & pro illa etiam facit Bonac. *puncto 6.cit.n.17.*

Sed, ſi hæc res benè expendatur, fortaſſe dici poteſt vtraque ſententia in aliquo caſu poſſe eſſe vera: ſiquidem poteſt Epiſcopus, aut Papa, eo animo inuitare aliquem ad ludum, vel ad ſimoniam à ſe prohibitam ſub excommunicatione, vt videat, & periculum faciat, vtrùm ille ſit luſutus, aut conſeoſitus in ſiooniam, abſque petita diſpenſatione ſuper cenſura; & deinde illum relinquat ſuæ conſciĕtiæ: & in hoc caſu certum videtur, quòd talis ſocius inuitatus verè peccaret, & incurreret excommunicationem, vt volunt Authores primæ ſententiæ: ſi verò is, qui ſic inuitatur, probabiliter & prudenter formet iudicium, quòd eo ipſo Epiſcopus, aut Papa inuitans, diſpenſat in ſua conſtitutione, & cenſura, & ſolùm ex hoc indicio conſentiat in ludum, aut ſimoniam; certum ſimiliter eſt, quòd non peccet, & non incurrat excommunicationem, vt volunt alij. Et ſi fortè huiuſmodi iudicium in aliquo caſu, & hîc, & nunc oon poſſit formari ſatis prudenter, optimum eſt, vt ſuſpeoſio, aut diſpenſatio legis, & cenſuræ expreſsè petatur, & interim ſeruetur lex, & vitetur cenſura, quæ maoent io ſua quaſi poſſeſſione obligationis, nec præſtetur conſeoſus in ludum, aut ſimoniam prohibitam, donec conſtet ſufficienter de tali ſuſpenſione, aut diſpeoſatione.

11. *Epiſcopus ludens cum excommunicato à ſe, incurrit excommunicationem minorem.* Et ſi huiuſmodi ſocius com Epiſcopo ludens eſſet verè excommunicatus, non effugeret deinde etiam ipſe Epiſcopus excommunicationem minorem ex eo, quòd communicaret cum excommunicato, cùm hæc ſit pœna ſtatuta in iure, *cap. Nuper. de ſent. excommunicat.* & incurratur etiam ab iis, qui communicant cum excommunicatis à ſe, vt probat Sayr. *lib.2. theſ. cap.11.num.30.* quanquam hoc tempore ex alio capite eam vitaret, id eſt, ex eo, quia ille excommunicatus eſſet toleratus, & non vitaudus, *iuxta Extrau. Ad euitanda.*

13. *Imò & maiorem.* Si tamen, poſtquàm talis ſocius eſſet verè excommunicatus, adhuc pergeret idem Epiſcopus cum illo ludere, & communicare in crimine, propter quod incurriſſet excommunicationem, probabiliſſimum eſt, quòd etiam ipſe incurreret excommunicationem maiorem latam à iure: *cap. Nuper.cit. & cap. Si concubinæ de ſentent. excommunic. & cap. Statuimus eod. in 6.* vt docet Ioan. Andr. Anchar. Innoc. & alij apud Sayr. *lib.2. theſ. cap.11.n.30.cit. & lib.3.clau.reg.cap.4.num.6.in fine:* Suar. *de cenſur.diſp.15.ſect.7.num.4.* ex Panorm. Hoſtien. & aliis, & Bonac. *puncto 6.cit.n.18.* quidquid in contrarium dicat Gloſſ. *in cap Statuimus.cit. verb.conſtitutionibus.de ſent. excommun.in 6.* quanquam ſimiliter *per Extrauag. Ad euitanda.* etiam hanc ex-

14. *Qui communicat in crimine crimineſo cum excommunicato* communicationem vitaret talis Epiſcopus, niſi fortè is, cum quo luderet, eſſet excommunicatus vitandus, & iam denunciatus: ſiquidem etiam communicatio io crimioe criminoſo non inducit excommunicationem maiotem capituli nuper cit. niſi ſit cum excomounicato vitãdo, vt notat Nau. *in Man.cap.27.n.112.* Henriq. *lib.13. cap.9. n.1.& 2.* Suar. *de cenſur.diſp.17.ſect.2.n.5.* Sanchez *lib.1.in Decal.cap.10.n.50.* Bonac. *diſp.1.de legib.qu.1.puncto 6.num.18.& de cenſur. diſp.2. quæſt.2. puncto 6. §.1. num.8.* *non vitando, non incurrit excommunicationem.*

DISPVT. XXIX.

Quomodo poſſit dici, quòd Princeps teneatur non tranſgredi ſuas leges; & quale peccatum in Principe ſit, illarum tranſgreſſio.

1. *Princeps non tenetur directè ſuis legibus.*
2. *Non poteſt aliquis in ſe ipſum exercere morale imperium, ſéque ſibi obligare.*
3. *Etiam Princeps tenetur ſeruare leges, quibus alios obligat.*
4. *Probatur ex Scriptura.*
5. *Et ex iure canonico, & ciuili.*
6. *Primi Imperatores ante Augustum verè tenebantur ſeruare ſuas leges.*
7. *Etiam Principes non ſupremi per ſe, & directè ſunt ſoluti ſuis legibus.*
8. *Augusta, & filij, vel conſanguinei Principis tenentur legibus.*
9. *Quomodo poſſit concedi, quòd Principes teneantur ſuis legibus quoad vim directiuam.*
10. *Quomodo Principes teneantur legibus municipalibus, & ſtatutis particularium locorum.*
11. *Vtrùm Princeps peccet mortaliter, ſuas leges tranſgrediendo.*
12. *Papa, ſecundùm aliquos, ſolùm peccat venialiter, ſi non ieiunet, vel non confiteatur ſemel in anno.*
13. *Contra quam virtutem peccet Princeps tranſgrediendo ſuas leges.*

CERTVM videtur, quòd leges Principum, in quantum ab ipſis procedunt, noo habent per ſe, & directè vim obligandi ipſos Principes, etiam ad culpam. Ita Sayr. *lib.3. clau.reg.cap.4.num.4.* ex communi ſententia. Et ratio eſt: quia, ſi par in parem non habet poteſtatem; multò minùs poteſt aliquis poteſtatem habere in ſe ipſum, ſibique imperare. *l.Si de re ſua. ff. de receptis arbitris.* Sed omnis poteſtas eſt ſuperioris ad inferiorem; qualis tamen non eſt aliquis reſpectu ſui: & quamuis negari non poſſit, quòd imperium phyſicum poſſit aliquis exercere, etiam in ſe ipſum, quomodo communiter dicuntur aliqui actus noſtræ voluntatis eſſe eliciti, & aliqui eſſe imperati; certum tamen eſt, quòd non poſſit aliquis in ſe ipſum exercere imperium morale, quod inducat obligationem moralem: ſicut neque poteſt obligare ſe ſibi ipſi per contractum, per promiſſionem, & ſimilia, vt notat Suar. *lib.3. de legibus, cap.35. n.3. & lib.6.c.19.n.16.* quia ad hoc neceſſariò requiritur alteritas, & diſtinctio. 1. *Princeps non tenetur directè ſuis legibus.* 2. *Non poteſt aliquis in ſe ipſum exercere morale imperium, ſéque ſibi obligare.*

Atque hinc rectè colligit Med. *1.2.quæſt.95.art.5.in reſponſione ad 2.* & Salas *diſp.cit.de legibus, ſect.2.num.17.in fine*, legem Principis reſpectu illius, propriè loquendo, non habere vim legis, cùm ooo ſit proxima, & immediata radix, ex qua illi naſcatur obligatio, ſiue ad culpam, ſiue ad pœnam; quæ tamen vis obligandi neceſſariò requiritur ad eſſentiam legis, vt *ſuprà* diximus; ſed ad ſummum ſe habeat.

beat, vt conditio requiſita, ad hoc, vt poſteà iure ipſo naturæ naſcatur in Principe obligatio non faciendi contra legem à ſe latam ad ſubditos, vt mox dicemus, & notat Salas *ſect.2.cit.num.16.& 17.* & ſimiliter rectè colligit Vaſq. 1.2.*diſp.167.cap.3.num.*20. non poſſe Principem ſeruare ſuas leges ex motiuo obedientiæ, ſicut poſſunt ſubditi; ſed ſolùm ex motiuo alterius virtutis, in cuius materia per legem ponitur res, quæ præcipitur, vel ex motiuo iuſtitiæ legalis, ex qua tenetur conſulere bono communi, vt etiam notat Leſſ. *lib.2. cap.1. num.* 18. *& cap.35. num.*33.

Neque oppoſitum docet S Thom. 1.2.*quæſt.96. art. 5. ad* 3. vbi ait, Principem propria voluntate ſubiici legi quoad vim directiuam; non autem quoad vim coactiuam: neque enim explicat, vtrùm hæc ſubiectio immediatè proueniat ex ipſa lege, prout eſt à Principe; quaſi hæc etiam in Principem immediatè exerceat ſuam vim directiuam, quæ eſt propria legis, & quæ non dirigit quomodocunque ad honeſtatem, oſtendens illam tantummodo, & ad eam adhortans per modum conſilij: ſed dirigit ad eam, monens, & moraliter obligans, ſiue neceſſitans per modum imperij, & præcepti: an verò id proueniat aliunde, vt, v.g. ex ipſo iure naturæ, & ex obligatione iuſtitiæ legalis, ex qua tenetur Princeps conſulere bono communi, & lex ab illo poſita ſolùm ſe habeat quaſi remotè, & tanquàm conditio neceſſariò requiſita ad hoc, vt conſurgat pro Principe alia obligatio, vel vt eum afficiat obligatio ſuæ legis ex alio principio, quàm immediatè, & proximè ex ſua voluntate, ex qua afficit ſubditos, etiam cùm S. Thomas hoc non explicet, liberam facultatem nobis relinquit, vt id explicemus ſecundo modo, cùm præſertim idem S. Thom. 1.2.*quæſt. 95. art.5.* expreſſe doceat, quòd lex eorum tantùm actuum eſt directiua, qui conueniunt ſubiectis gubernationi alicuius; & ideò, propriè loquendo, nullus poteſt imponere legem ſuis actibus, vel circa illos exercere vim directiuam ſuæ legis.

3. *Etiam Princeps tenetur ſeruare leges, quibus alios obligat.*

Hoc tamen non obſtante, quòd Princeps immediatè, & proximè non obligetur ſuis legibus, eæque prout vim habent ab illius voluntate, non poſſint in ipſum directè exercere ſuam vim directiuam, eúmque per ſe obligare ad culpam; adhuc eſt dicẽdum, quòd Princeps tenetur ſeruare leges, quibus alios obligat, neque poteſt ſine peccato illas tranſgredi, niſi fortè pro loco, & tempore ex rationabili cauſa ſecum diſpẽſet, vt *ſuprà* diximus. Ita S. Thom. 1.2.*quæſt.96.art.5.ad 3.ca.* Caiet. Med. & alij, *ibid.* Sot. *lib.1.de iuſt. quæſt.6.art.7.* Sylu. *verb.lex, quæſt.* 14. S. Antonin. 1.2.*tit.17.num.5.* Couar. *in cap. Alma mater.par.6.§.1. num.5.* Nauar. *in cap. Si quando.de reſcript.excep.1.& de reddit. Eccleſ.quæſt.1.num.32. & conſ.18. de pœnit.& remiſſ.* Azor. *par.1.lib.5.c.11. quæſt.1.* Suar. *lib.3.de legib.cap.35.num.4.* Sayr. *lib.3. clau.reg.cap.4.num.10.* Vaſq. 1.2.*diſp.167.cap.3.* Leſſ. *lib.2.cap.35.num.23.* Salas *de legib. diſp.14.ſect.2.n.9.* Bonac. *diſp.1.de legib.quæſt.1.puncto 6.num.19.* & omnes communiter. Et facit pro hac ſententia Ariſtoteles 3. *Polit.cap.7.in fine*, vbi ait, in benè conſtituta Republica ſolas leges debere dominari; & eum, qui præeſt Reipublicæ, in iis tantùm debere poteſtatem habere, de quibus leges non certò determinant: quia, ſcilicet, leges pro iis caſibus, quos determinant, non ſolùm ſubditos; ſed etiam Principes, & eos, qui præſunt, debent regulare, vt exponit ibi S. Thom. *lect.9.in fine*: & ideò non eſt, quòd ipſi in illis dominentur, cùm leges dominari debeant etiam ipſis; & illi tantùm Reipublicæ parata ſit ſalus, in qua leges dominantur, ſeruientibus Magiſtratibus, vt mox dicemus ex Platone *lib.4.de Repub.*

Et ratio eſt: quia, quamuis Princeps non poſſit ſibi imperare per imperiũ morale propriè dictum, neque ſibi dare præcepta, aut leges; ipſo tamen iure naturæ tenetur ad totum id, à quo dependet commune bonum ſuorum ſubditorum; qualis tamen eſt obſeruatio ſuarum legum: nam eo ipſo, quòd illas non ſeruat, reddit eas ſuſpectas, duras, & odioſas ipſis ſubditis, & maximum ponit impedimentum ad bonum commune, & ad illarum obſeruationem. Et eo ipſo, quòd Princeps eſt pars præcipua Communitatis, tenetur ſe conformare cum aliis partibus in eo, quod grauiter facit ad bonum commune, cùm turpis ſit pars, quæ diſcordat à toto, *cap. Quæ contra.d.8.* & Princeps non tam ſit electus, vt præſit, quàm vt proſit Communitati. Atque ita, quamuis lex, quam condit, formaliter, & proximè, prout eſt ab illo, illum non obliget; eſt tamen conditio, qua poſita oritur obligatio legis naturalis, quam non poteſt tranſgredi ſine peccato: & quamuis non teneatur, v.g. ad frumenta non extrahenda lege illa, qua tenentur ſubditi; tenetur tamen frumenta communiter non extrahere lege alia ſuperiore, qua tenetur conſulere bono ſubditorum.

Et quod *ſuprà* diximus *diſp.19. num.*10. ad explicandum, quomodo leges humanæ, etiam ciuiles, poſſint obligare in conſcientia, & ad culpam, quòd ſemper cum poteſtate legiſlatiua humana debeat intelligi, quaſi coniuncta etiam poteſtas diuina, à qua illa eſt; & cum dictamine legis humanæ, quòd hoc, vel illud, v.g. ſit faciendum, aut non faciendum, debeat intelligi etiam dictamen ſuperius, & vniuerſalius legis diuinæ, & naturalis, quòd ſit parendum legibus Principum, & quòd ſaltem ex hac coniunctione proueniat in lege humana vis obligandi ad culpam; hoc idem poteſt dici etiam hoc loco, ad explicandum, quomodo obligatio ſeruandi leges ſe extendat etiam ad Principes: quamuis enim dictamen legis humanæ, in quantum eſt à ratione, & voluntate ipſius Principis, non poſſit illum obligare per ſe, & directè; in quantum tamen habet adiunctum dictamen ſuperius rationis diuinæ, & naturalis, quòd per illius obſeruationem ſit conſulendum bono cõmuni, tam poteſt obligare Principem, quàm ſubditos Principis, vt ex ſe patet: & hac de cauſa *diſp. præcedente, num.*22. non diximus abſolutè, & ſimpliciter, quòd leges Principum non poſſunt illos obligare per ſe, & directè; ſed ſolùm id diximus cum hoc addito, in quantum ab ipſis procedunt, & habent vim obligandi ex ipſis.

Atque ex hac lege, vel dictamine naturali, quod eſt coniunctum cum lege, & dictamine humano, orta ſunt illa, quæ tam frequenter in ſacris Litteris, & humanis iuribus, ſiue eccleſiaſticis, ſiue ciuilibus repetuntur; & per quæ monentur etiam Principes ſuæ obligationis, quoad leges ſeruandas; & reprehenduntur, qui eas non ſeruant: ſic enim dicitur ad Rom.2. *Qui alios doces, teipſum non doces: qui prædicas non mœchandum, mœcharis, &c. Quapropter inexcuſabilis es, ô homo omnis, qui iudicas: in quo enim alterum iudicas, teipſum condemnas, &c. Exiſtimas autem, qui iudicas eos, qui talia agunt, & facis ea, quia tu effugies iudicium Dei?* & Matth.23. *Dicunt, & non faciunt: & alligant onera grauia, & importabilia; digito autem ſuo nolunt ea mouere.* & *Act.1.* de Chriſto dicitur, *quòd cœpit facere, & docere.* & cap. *Cum omnes.de conſtitut.* dicitur: quod quiſque iuris in alterum ſtatuit, ipſe eodem vti debet: & *cap. Pro illorum.de præben.* dicitur de ſuperioribus, quòd nobis non debent legem ponere, quam ipſi negligunt obſeruare: & *cap. Iuſtum. d.9.* dicitur iuſtum eſſe, vt

4. *Probatur ex Scripturis.*

5. *Et ex iure canonico, & ciuili.*

Princeps ſuis obtemperet legibus: & *l.1.ff. quòd quiſque iuris.* dicitur hoc edictum ſummam babere æquitatem, vt quod quiſque iuris in alterum ſtatuit, eodem ipſe vtatur. Et fortaſſe hoc idem demonſtrat, quod aliquando in iure ciuili, & canonico, etiam ipſi Imperatori, & Papæ leges feruntur, vt *l. Cum heredes. C. qui teſtamēta facere poſſunt.* vbi dicitur, quòd ſi Imperator, & Auguſta hæredes inſtituantur, commune ius cum cæteris habēt: & *c. Non liceat Papæ.* 12. *quæſt.* 2. vbi dicitur, quòd alienatio prædij Eccleſiæ non eſt licita etiam Papæ: id enim non eſt, quia idem ſibi, aut ſucceſſuri legem ferat; ſed, quia declarat, ad quid ipſe, & ſucceſſor teneantur ex æquitate, & iure naturæ, quando id poſtulat bonum commune: & *l. Digna vox. C. de legibus*, dicitur, quòd digna vox eſt maieſtate regnantis, legibus alligatum ſe Principem profiteri. Et ratio ſubditur: quia de authoritate iuris pendet authoritas Principis, & maius imperio eſt ſubmittere legibus principatum, illúdque aliis indicare, quod Princeps ſibi licere non patitur. Et ſenſus videtur eſſe, quòd, quemadmodum Princeps tenetur conſeruare ſuam authoritatem; ita & tenetur conſeruare authoritatem ſuarum legum: & quòd maximè id facit ſe ipſum illis ſubiiciendo. Et denique Plato *lib.4. de republica*, apertè docet, paratum exitium eſſe illi ciuitati, in qua non lex Magiſtratibus, ſed legi Magiſtratus præſunt; ſalutem verò illi, in qua lex dominatur, ſeruientibus Magiſtratibus. Cui maximè conſonat etiam illud, quod *paulò antè* retulimus ex Ariſt. 3. *Politic. c.7.* quòd in benè conſtituta Republica ſolæ leges debeant dominari; & is, qui præeſt Reipublicæ, non debeat dominari, niſi in iis, quæ non determinantur per leges.

6. *Primi Imperatores ante Auguſtum verè tenebātur ſeruare ſuas leges.*

Quòd ſi quæras, vnde habeant Principes, quòd ſint ſoluti ſuis legibus, iiſque per ſe, & proximè non ligentur: ſiquidem, cùm acceperint totam ſuam poteſtatem à populo, fieri potuit, vt acciperent cum hac limitatione, vt etiam ipſi tenerentur pati leges, quas aliis ferrent: in quo caſu verè eſſent iis ligati; non, quia ipſi ſibi imperarent, & in ſe poteſtatem exercerent; ſed, quia populus, ad quem ante ipſos ſpectabat ferre leges, à prima illorum creatione, atque electione ſic eos ligaſſet. Reſpondet Azor. *part.1. lib.5. cap.11. qu.1. cit.* & Salas *diſp.14. ſect.2. n.23. & 26.* ex Dione Hiſtorico *lib.53.* & ex Strabone *lib.17. Geographiæ, in fine*, primos Imperatores ante Auguſtum verè fuiſſe obligatos ad ſuas leges propter rationem allatam: quia non niſi cum illa limitatione poteſtatem acceperant ad eas condendas; Auguſtum tamen poſt victum à ſe Marcum Antonium, obtinuiſſe, vt eſſet ſolutus à ſuis legibus, ſiue id per tyrannidem ſibi aſſumpſerit, ſiue ex populi conceſſione, ſiue ex propria authoritate id conſtituerit, populo aſſentiente, atque adulante; idque deinde tranſiſſe etiam ad alios Imperatores; eaque ratione conſtitiſſe, quòd populi authoritas eſſet in illos tranſlata ſine vlla limitatione, quod poſteà ſunt imitati etiam alij Reges, ac Principes.

Et hac de cauſa, quia hæc exemptio à legibus fuit primò conceſſa Imperatori ex priuilegio, appellatur aliquando in iure ciuili nomine priuilegij, vt *l. Princeps. ff. de legibus*, vbi dicitur, quòd Auguſta non eſt ſoluta à legibus; ſed ipſi Principes eadem priuilegia illi tribuunt, quæ etiam ipſi habent, vt notat Salas *diſp.14. ſect.2. cit. n.26.*

7. *Etiam Principes non ſupremi per ſe, & directè ſunt ſoluti à ſuis legibus.*

Atque hoc, quod dicimus, teneri Principes ſuas leges non tranſgredi, quia tenentur iure naturæ conſulere bono communi, non ſolùm videtur verum de Summis Pontificibus, & ſupremis legumlatoribus, qualis eſt Papa, Imperator, & Reges; ſed etiam de aliis non ſupremis, quales ſunt, v.g. Epiſcopi, & Generales Religionum: nam, quamuis facultatem condendi leges potuerint à Supremis accipere cum hac limitatione, vt tenerentur etiam ipſi illas ſeruare: quia tamen nuſquam apparet in iure communi talis limitatio; ideò videtur eſſe eadem ratio illorum, atque aliorum, vt, ſcilicet per ſe, & directè omnes ſint liberi à ſuis legibus, & ſolùm teneantur illas ſeruare ex æquitate, & iure naturæ, vt etiam *ſuprà* diximus, & notat Azor. *lib.5. cap.11. cit. quæſt.2.* & Salas *diſp.14. ſect.3. num. 31. & 33.*

8. *Auguſta, & filij, vel conſanguinei Principis tenentur legibus.*

De Auguſta verò, & coniuge Principis, vel legiſlatoris, alia ratio eſt: vt enim habetur *l. Princeps. cit. ff. de legibus*, non eſt ſoluta à legibus; ſed Princeps eadem priuilegia illi tribuit, quæ ipſe habet, & verè illis tenetur, etiam quoad vim coactiuam, vt notat Suar. *lib.3. de legibus, cap.35. num.28.* & Salas *diſp.14. ſect.3. num.36.* & à fortiori idem eſt etiam de filiis, & conſanguineis Principis, qui multò magis ſubduntur illius poteſtati, quàm coniux.

9. *Quomodo poſſit concedi, quòd Principes teneantur ſuis legibus quoad vim directiuam.*

Neque ab his, quæ diximus, teneri Principes ex æquitate, & iure naturæ ſuas leges ſeruare, multùm differt id, quod habet Suar. *lib.3. de legibus, cap.35. num.8. & ſeq.* Vaſq. *1.2. diſp.167. cap.3.* & plures alij apud Salas *diſp.14. ſect.2. num.16.* teneri Principes ſuis legibus, etiam immediatè, & proximè quoad vim directiuam, vt loquitur S. Thom. *1.2. quæſt.96. art.5. ad 3.* quia, quamuis non cum hac limitatione acceperint poteſtatem à populo, vt etiam ipſi teneantur ſuis legibus; à Deo tamen, à quo, vel immediatè, & per ſe, vel mediante populo, eſt omnis poteſtas, eam non acceperunt, niſi cum illa: & ideò ſimul cum dictamine legis humanæ debet intelligi ſemper coniunctum etiam dictamen ſuperius ipſius Dei, & authoris naturæ, vt *ſuprà* diximus; & dum exercetur poteſtas humana circa ſubditos, debet intelligi etiam exerceri poteſtas diuina, & naturalis circa omnes; idque ex eo ſatis colligitur, quia, cùm omnis poteſtas ſit à Deo, & efficacia legis quoad obligandum, magis pendeat ex intentione Dei, quàm particularis legiſlatoris, maximè rationabile eſt, vt intentio Dei in ferendis legibus ſit de obliganda per illas tota Communitate, prout conſtat ex capite, & corpore, id eſt, ex Principe, & ſubditis: ſiquidem ita poſtulat bonum commune, in cuius ædificationem eſt lex. Hoc, inquam, parum differt ab eo, quod diximus, teneri Principes ſuis legibus iure naturæ: quia hoc ipſum ius naturæ eſt à Deo, & participatio quædam iuris diuini. Et in idem recidit, quòd hæc obligatio dicatur eſſe ex iure naturæ, & quòd dicatur eſſe à Deo, in quantum eſt author naturæ. Vnde & idem Suarez *eodem cap.35. num.13.* vltrò concedit, quòd hæc obligatio in Principe ad ſeruandas ſuas leges, poſſit dici obligatio naturalis in radice, in quantum ſequitur ex ipſa ratione naturali, vel ex diſcurſu rationis, vt loquitur Bald. *in l.2. num 40. C. de ſerment.* & Dec. *in cap primum, de conſtit. lect.1. n.15.* quamuis addat, formaliter, & proximè eam eſſe ex ipſa lege poſitiua, & humana, quæ fertur ad ſubditos, & poſſe etiam dici obligationem diuinam, non abſolutè, & ſimpliciter; ſed ex facta hypotheſi, id eſt, ex ſuppoſitione, quòd ita feratur ad ſubditos. Et ſimiliter hoc totum parum differt ab eo, quod *ſuprà* diximus, legem Principis, prout eſt à Principe, & obligat ſubditos, ſe habere, vt conditionem neceſſariò requiſitam ad hoc, vt in Principe oriatur ſuperior obligatio ex iure naturæ, & ex dictamine naturali.

Hoc

Digitized by Google

10. *Quomodo Princeps teneantur legibus municipalibus, & ſtatutis particularib. locorum.*

Hoc verò ipſum, quòd Principes ex iure naturæ teneantur ſuis legibus, non debet intelligi de ſtatutis, ac legibus municipalibus particularium Prouinciarum, etiam latis, vel confirmatis à Principe, vt notat Suar. *lib.3. cap.35. cit. num.*14. & Salas *diſp.* 14. *ſect.*2. *num.*23. ex communi ſententia: ad illas enim non tenetur Princeps, etiam quando in illis prouinciis moratur ad breue tempus: quia non ſunt latæ pro tota Communitate, prout conſtat ex capite, & corpore; ſed ſolùm pro loco determinato; & per accidens eſt, quòd Princeps in illo degat. Si tamen locus aliquis eſſet propria habitatio, & Curia Principis, probabile eſt, quòd etiam Princeps obligaretur ad leges illius loci, vt ſubdit *ibi* Suar. quia ita poſtularet bonum commune illius, in quo Princeps peculiariter ſe haberet, vt caput, & vt pars præcipua Communitatis.

11. *Vtrùm Princeps peccet mortaliter ſuas leges transgrediendo.*

Sed, quamuis tranſgreſſio huiuſmodi legum poſſit eſſe mortalis etiam in Principe, vt ex communi ſententia notat Suar. *lib.3. cap.35. cit. num.*6. Sylu. *verb. lex, quæſt.*15. Vaſq. 1.2. *diſp.*167. *cap.*3. *num.*17. & alij apud Bonac. *diſp.*1. *de legib. quæſt.*1. *puncto* 6. *num.*23. & in ſpecie de Summo Pontifice, ſi tranſgrediatur ſuam legem de confitendo ſemel in anno, notat Couar *in cap. Alma mater. part.*1. §.1. *num.*5. & ſi tranſgrediatur legem ieiunij, vel de non ducenda vxore pro iis, qui ſunt in ſacris, vel aliam quamcunque legem eccleſiaſticam, & ex ſe grauem, notat Franc. Victoria *in relect. de ſimonia, num.*39. Sot. *in* 4 *diſt.*18. *q.*1. *art.*5. Henriq. *lib.*1. *de Sacram. Pœnit. cap.*3. *num.*2. Sayr. *lib.*3. *clau. reg. c.*4. *num* 14. & alij plures apud ipſum; non tamen propterea Princeps obligatur ad pœnam ſtatutam per leges: quia hæc ſolùm per accidens à lege intenditur, & ex intentione etiam Dei eos tantùm afficit, in quos poteſt cadere violentia, & coactio à Communitate, & Principe; qualis tamen non eſt ipſe Princeps. Imò ſecundùm multos tranſgreſſio legis non eſt in Principe cenſenda mortalis, ſicut cenſetur in ſubditis, vt notat Leſſ. *lib.*2. *de iuſtitia, cap.*35. *num.*34. Azor. *part.*1. *lib.*5. *cap.*11. *quæſt.*1. Salas *de legib. diſp.* 14. *ſect.*2. *num.*17. & 18. & 19. & *diſp.* 20. *ſect.*12. *num.*104. Bonac. *de legib diſp.*1. *quæſt.*1. *puncto* 6. *num.* 23. quia, cùm Princeps ſolùm teneatur ex iure naturæ, & ex dictamine ſuperiore propter bonum commune, vt diximus; non videtur tranſgreſſio eſſe notabilis, niſi bonum commune notabiliter lædat: quod tamen communiter non contingit, ſi tranſgreſſio ſit ſolùm vna, aut altera; non autem frequens, & ex conſuetudine, vt patet ex dictis *ſuprà diſputatione* 24. dum ageremus de tranſgreſſione

12. *Papa, ſecundùm aliquos, ſolùm peccat venialiter, ſi non ieiunet, vel non confiteatur ſemel in anno.*

legis ex contemptu. Atque hoc modo ſolùm venialiter peccat Papa, ſi non ieiunet, ex Salas *n.*17. *cit.* & ſi non confiteatur ſemel in anno, vel non communicet in Paſchate, vt idem ſubdit *num.*20. & 21. niſi fortè ſit graue ſcandalum, vel tam frequenter id faciat, vt graue præiudicium fiat bono communi.

Sed hæc res de grauitate, aut leuitate culpæ in Principe ſuas leges tranſgrediente, rectè videtur poſſe definiri ex regulis *ſuprà* traditis *diſp.* 20. ad cognoſcendam vniuerſaliter pro omnibus obligationem grauem, vt, ſcilicet, etiam in Principe attendatur finis, propter quem obligatio legis ex iure naturæ in illum cadit; & præterea attendatur attinentia, & vtilitas rei, quæ per legem præcipitur ad illum finem: ſi enim lex immediatè & proximè reſpiciat bonum commune, vt, v.g. publicam abundantiam per non extractionem frumenti, & victualium; vel publicam ſecuritatem per non extractionem armorum, aut equorum; etiam in Principe tranſgreſſio legis videtur cenſenda eſſe mortalis, quando per illam grauiter læditur bonum commune; & contrà eſſe venialis, quando læditur ſolùm leuiter: ſi verò lex primariò, & immediatè reſpiciat bonum priuatum cuiuſque; & ſolùm ſecundariò bonum commune, in quantum reſultat ex bono cuiuſque, vt contingit, v.g. in lege ieiunij, quæ reſpicit immediatè bonum temperantiæ, & moderationem libidinis pro vnoquoque priuato, videndum eſt, vtrùm obligatio Principis ex iure naturæ ſit ſub eadem honeſtate virtutis, eáque honeſtas, tam ſiat illi debita per ius naturæ, quàm ſit debita ſubditis per legem Principis: ſi enim ſit debita æqualiter, etiam culpa tranſgreſſionis erit in illo æqualis cum culpa in ſubditis, cùm in vtriſque ſit omiſſio eiuſdem actus æqualiter debiti, vel eadem comeſtio, contra æquale debitum abſtinendi: & ſic habebit locum prima opinio, quòd tranſgreſſio legis, tam ſit mortalis in Principe, quàm in ſubditis: ſi verò honeſtas virtutis, ſub qua eſt obligatio Principis, ſit minùs debita in ipſo Principe per ius naturæ, quàm ſit debita per legem in ſubditis, etiam culpa tranſgreſſionis erit minor in Principe, quàm in ſubditis: & ſic habebit locum ſecunda opinio.

Et à fortiori idem eſt, ſi lex primariò reſpiciat quaſi ius Dei per virtutem religionis; & hoc tam ſit debitum ſeruari à Principe per ius naturæ, quàm eſt debitum ſeruari à ſubditis per legem Principis: ſimiliter enim tranſgreſſio Principis erit æqualis malitiæ, cum tranſgreſſione ſubditorum, vt ſi vtrique omittant, v.g. audire Sacrum in die feſto, quod ſpecialiter præcipitur propter quaſi ius Dei, id eſt, ad effectũ exhibendi illi aliquem cultum, & proteſtandi myſteria fidei, vel ſi vtrique, poſt ſuſceptos ſacros Ordines, ſéque diuino obſequio cõſecratos, violent legem eccleſiaſticam de non nubendo, & adhuc velint ſe tradere coniugi ad actus carnales.

Quòd ſi quæras de hac ipſa culpa, ſiue mortali, ſiue veniali, quam contrahit Princeps ſuas leges tranſgrediendo, cuius tandem rationis ſit, & cui virtuti opponatur: Reſpondet Salas *ſect.*2. *cit. num.*16. *in fine*, eam eſſe contra iuſtitiam commutatiuam, ex qua Princeps ratione officij tenetur conſulere bono communi, vel ſaltem contra iuſtitiam legalem, ex qua caput, quoad procurandum bonum commune, tenetur ſe conformare aliis membris: quia enim debitum ieiunandi, v.g. in Papa, non prouenit immediatè ex illius lege, qua ponit pro ſubditis talem actum ſub debito temperantiæ; ſed prouenit ex iure naturæ, quæ illum obligat ad cõſulendum bono cõmuni; non poteſt in illo violatio ieiunij eſſe contra temperantiam, ſicut eſt in aliis; ſed communiter eſt contra illam virtutem, per quam benè ordinatur ad bonum commune; quæ tamen vel eſt iuſtitia commutatiua, vel legalis. Sed oppoſitum docet Leſſ. *lib.*2. *cap.*35. *num.*83. Suar. *lib.*3. *de legib. cap.*35. *num.* 8. Franc. Victor. *relect. de ſimon. num.*39. *cit.* Bonac. *diſp.*1. *de legib. quæſt.*1. *puncto* 6. qui aſſerunt, culpam, & malitiam Principis eſſe eiuſdem rationis, cuius eſt culpa, & malitia ſubditorum: quia, ſcilicet, idem debitum alicuius virtutis inducitur pro Principe ex dictamine iuris naturæ, quod inducitur pro ſubditis ex dictamine legis latæ a Principe; vt, v.g. idem debitum temperantiæ per legem ieiunij, idem debitum religionis per legem colendi feſta, vel non nubendi, poſtquàm aliquis conſecrauit ſe Deo per ſacros Ordines, & ſic de reliquis. Et non eſt dubium, quòd hoc ſit valde probabile.

13. *Cõtra quam virtutẽ peccat Princeps trãſgrediendo ſuas leges.*

Neque propterea dicendi ſunt Principes peccare ſemper dupliciter, quando ſemel tranſgrediuntur ſuas aliquas leges, id eſt, ſemel contra virtutem, ſub

qua

Digitized by Google

qua conſtituitur per legem res, quæ præcipitur; & iterum contra iuſtitiam commutatiuam, aut legalem, ex qua tenentur ratione officij conſulere bono communi: neque enim peccant, propriè loquendo, contra officium, & contra bonum commune, ſi ea omittant, quæ immediatè, & proximè ſolùm ſpectant ad bonum priuatum cuiuſque, & non reſpiciunt bonum commune, niſi remotè, in quãtum reſultat ex bono cuiuſque: ſicut etiam contingit in ipſis ſubditis, qui, cùm ſimiliter teneantur ex iuſtitia legali ad bonum commune, tanquàm pars Cõmunitatis; non tamen peccant ſpecialiter contra illud, quando peccant contra leges, quæ rem conſtituunt ſub honeſtate aliarum virtutum.

DISPVT. XXX.

Vtrùm paruuli, & amentes, & qui carent permanenter vſu rationis, teneantur ad leges ſeruandas.

1. *Qui carent permanenter vſu rationis, nullis legibus obligantur.*
2. *Amentes non ſolùm excuſantur à legum transgreſſionibus; ſed etiam verè non obligantur.*
3. *Qui ſunt amentes ſolùm in aliqua certa materia, tenentur legibus.*
4. *Licitum eſt, amentibus miniſtrare cibos prohibitos.*
5. *Non eſt licitum miniſtrare ebriis, aut amentibus, ſolùm in certa materia, cibos prohibitos.*
6. *Quomodo lex de interdicto locali pertineat ad paruulos.*
7. *Quomodo obligatio Baptiſmi pertineat ad paruulos.*
8. *Pueri ſtatim atque veniunt ad vſum rationis, incipiunt teneri legibus.*
9. *Pueri, ſecundum aliquos, non tenentur confiteri ſemel in anno, niſi ſint proximi pubertati, vel etiam puberes.*
10. *Neque tenentur aliis legibus eccleſiaſticis.*
11. *Sed impugnatur.*
12. *Poſt vſum rationis non poſſunt pueris tradi lacticinia diebus prohibitis.*
13. *Pueri poſt vſum rationis quomodo incurrant cenſuras, & pœnas legum.*
14. *Quare pueri poſt vſum rationis non ſtatim teneantur præcepto Euchariſtiæ.*
15. *Euchariſtia, per modum viatici, poteſt tradi etiam pueris, ante annum decimum.*
16. *Sacramentum extremæ Vnctionis traditur etiam pueris, ſi ſint doli capaces.*
17. *Vtrùm infantes, & amentes poſſint ingredi Monaſteria, vel intra illa ab aliis admitti ſine peccato, & cenſura.*

1. *Qui carent permanenter vſu rationis, nullis legibus obligantur.* CONCLVSIO eſt: Qui carent permanenter, & ad longum tempus, vſu rationis, nullis legibus obligantur, ſiue illæ ſint diuinæ, ſiue naturales, ſiue humanæ. Ita Palud. *in 4. diſt. 15. quæſt. 5. art. 1. num. 7.* Sot. *lib. 1. de iuſt. quæſt. 3. art. 9.* Medin. 1. 2. *quæſt. 94. art. 1. col. 2.* Suar. *tom. 3. in 3. partem, qui eſt de Sacram. diſp. 46. ſect. 2. verſu, Et iuxta hunc.* Azor. *part. 1. lib. 5. cap. 11. quæſt. 4. & lib. 7. cap. 40. quæſt. 6.* Salas *de legibus, diſput. 4. ſect. 13.* Bonac. *de legibus, diſp. 1. quæſt. 1. puncto 6. num. 4. & ſequentibus.* Sanchez *lib. 1. in Decal. cap. 12. num. 2. & 3.* & omnes communiter. Et ratio eſt: quia lex, & præceptum non eſt vinculum, niſi rationale: & vt habet S. Thom. *quæſt. 17. de verit. art. 3.* quemadmodum vincula corporalia non ligant, niſi applicentur per certum contactum; ita & leges, ſeu vincula rationalia non obligant, niſi applicentur per rationem, & per conſcientiam, quæ eſt actus rationis: iis verò, qui carent vſu rationis, non poteſt lex applicari per rationem: quia vel nullo modo poſſunt percipere illius obligationem, vt paruuli; vel certè non poſſunt eam percipere, ſicut oportet, vt poſteà operentur ex virtute, aut ex vitio, id eſt, cum plena deliberatione, & libertate, vt amentes; & ideò leges, & præcepta non poſſunt illos obligare, & conſequenter neque etiam intentio legiſlatoris cenſenda eſt eſſe de illis obligandis.

Et quamuis Sanchez *lib. 9. de matrimonio, diſp. 32. num. 2. & lib. 1. in Decal. cap. 1. cit. num. 1.* benè diſtinguat, quòd aliud eſt lege non obligari, & aliud excuſari ab illius tranſgreſſione; ſiquidem poſt legis promulgationem, qui illam ignorat, non rectè dicitur, quòd abſolutè per illam non obligatur; ſed ſolùm, quòd excuſetur: quod tamen ſubdit *num. 3.* ex aliquorum ſententia, quòd alio modo in hac materia eſt loquendum de paruulis ante vſum rationis; & alio modo de adultis amentibus; & quòd 2. *Amentes non ſolùm excuſantur à legum tranſgreſſionibus, ſed etiam verè non obligantur.* illi ſunt dicendi; quaſi per modum puræ negationis non obligari legibus; quia pro illo tempore non ſunt apti habere illarum notitiam, & per illas ligari; ſed ſe habent reſpectu illarum, ſicut ſe habent catuli ante nonum diem reſpectu viſus: hi verò ſunt dicendi, quaſi per modum priuationis, excuſati à tranſgreſſione; quia reuerà poſt tempus infantiæ ſunt apti habere notitiam legum, & per illas ligari, & ſolùm non habent, & non ligantur ratione impedimenti amentiæ, quod eſt merè accidentarium, ſicut & catuli poſt nonum diem ſunt apti habere viſum, & ſolùm non habent ex impedimento accidentali ipſius pupillæ: hoc, inquam, niſi faciat puram quæſtionem de nomine, & de modo loquendi, eam videtur habere difficultatem, quòd proxima capacitas, & potentia ad habendam obligationem ex lege, non oritur immediatè, & proximè ex quacunque capacitate ad habendum vſum rationis; ſed ex ipſo vſu rationis in actu primo, & quaſi in habitu, & qui facilè, & ex ſe poſſit fieri in actu ſecundo; & ideò, qui permanenter, & neceſſariò illo carent, adhuc videntur dicendi, quòd remaneant in pura negatione reſpectu obligationis legis, cùm non ſint proximè apti ad illam habendam; ſed ſolùm remotè, in quantum ſunt apti ad habendum quaſi in habitu, vel in actu primo vſum rationis; & poſteà eo mediante ad habendam legis obligationem. Et certum videtur, quòd in ordine ad hanc, alio modo ſe habet, qui laborat, v.g. perpetua amentia, & caret permanenter vſu rationis, atque ſe habeat, qui ſolùm laborat ad breue tempus, v.g. ex morbo; vel vſum rationis habet impeditum ſolùm pro breui tempore, v.g. ex ſomno, vel ex ebrietate. Et præterea, ſiue hæc aptitudo, & capacitas ad legis obligationem in amentibus, appellanda ſit proxima, ſiue remota, quantùm eſt ex ipſa amentia, eiúſque cauſis, ſemper eſt cum ordine ad voluntatem legiſlatoris, & ſolùm facit, vt quis ſit capax obligationis per legem, ſolùm ſub conditione, quòd legiſlator eum voluerit obligare: quod tamen reſpectu amentium eſſe non poteſt, cùm impoſſibile ſit, quòd ſtante amentia, vinculum legis, aut præcepti illis applicetur: & ideò neque legiſlator id poſſit velle; atque ita non eſt, quòd pro amentibus ita ſubtiliter diſtinguantur hi modi loquendi, &

ſemper

ſempet eodem modo, & indiſtioctè, tam de infantibus, quàm de amentibus dicete poſſumus, quòd nullis legibus obligentur.

3. *Qui ſunt amentes ſolùm in aliqua certa materia, tenentur legibus.*

Rectè tamen addit Sanchez *lib.* 1. *in Decal.cap.* 12.*cit.num.*4.*& lib.* 1. *de matrimonio,diſp.*8. *num.*23. dum negamus, quòd amentes obligentur per leges, ſolùm eiſe ſermonem de iis amentibus, qui ſimplieiter, & in omni materia, & permanentet pro longo tempore ſunt amentes; noo antem de iis, qui ſunt tales ſolùm ſecundùm quid, id eſt, in vna aliqua certa materia, & in aliis habent vſum rationis: de his enim certum eſt, quòd in aliis ſunt capaces obligationis per leges, vt ex ſe pater.

4. *Licitum eſt, amẽtibus miniſtrare cibos prohibitos.*

Atque ex hoc rectè colligit Sanchez *lib.* 1. *in Decal.cap.* 12.*cit. num.*16. & ex illo Bonac. *quaſt.*1.*de legibus,puncto* 6 *num.*5. quòd non peccat, ſi quis in diebus ieiunij, aot abſtinentiæ à carnibus, cettíſque cibis, miniſtret illos amentibus: vel enim iudicio Medicotum iis indigent, ne humor melancbolicus amentiam augeat, aut vitæ periculum afferat; vel eertè ab Eccleſia habentut, vt infantes, & bruta, & reputantut ſoluti omnibus legibus: ſecùs vetò de ebriis, vel de ametitibus in certa materia: quia his non poſſunt licitè miniſtrati cibi prohibiti, niſi ſpecialitet illis indigeant ratione morbi; neque communiter reputantut ab Eccleſia, vt ſoluti à legibus, niſi fortè occurrant ſetuandæ pro tempore ipſo ebrietatis, vt eſt, v.g. lex de audiendo Saeto: ſiquidem non præcipitut quæcunque præſentia, aut auditio; ſed humana, & rationalis; quam tamen ebrij pto illo tempore exhibete non puſſunt.

5. *Non eſt licitũ miniſtrare ebriis, aut amentibus, ſolùm in certa materia, cibos prohibitos.*

6. *Quomodo lex de interdicto locali pertineat ad paruulos.*

Neque contra id, quod diximus de infantibus, multùm vrget, quòd etiam infantes, rempote interdicti localis, non poſſunt admitti ad eccleſiaſticam ſepulturam: id enim non eſt, quia lex interdicti ad illos feratur; ſed, qoia fertur ad alios, ne illos admittant, & locus ipſe interdictus omne cadauer excludit, ſiue ſit patuuli, ſiue adulti.

7. *Quomodo obligatio Baptiſmi pertineat ad paruulos.*

Et idem eſt de lege Baptiſmi: ſoluti enim infantes ab illa ſunt, in quantum eſt lex, & io quantum Baptiſmus eſt neceſſarius oeceſſitate præcepti: quamuis non ſint ſoluti, in quantum Baptiſmus eſt temedium pro peccato otiginali, & neceſſarius neceſſitate medij.

8. *Pueri, ſtatim atque veniũt ad vſum rationis, incipiunt teneri legibus.*

Quòd verò pueri, quando petuenerint ad vſum rationis, teneantur omnibus legibus, ſiue dioinis, & naturalibus, ſiue humanis, niſi fortè materia ipſa legis aliter oſtendat, vel intentio legiſlatoris per ipſam legem expreſſa, vel per conſuetodinem declarata, aliter habeat, eſt cummunis ſententia apud Sanchez *lib.* 1. *in Decal. cap.*12. *cit.num.*6. & apud Salas *diſput.*14.*ſect.*13.& Azor. *part.*1.*lib.*5.*cap.*11. *quaſt.*4.& Bonac.*diſput.*1.*de legib. quaſt.*1. *puncto* 6. *num.*8.& ſpecialiter de præcepto annuæ confeſſionis videtur definiri *cap. Omnis vtriuſque ſexus. de pœnit. & remiſſ.* vbi dicuntur omnes teneri, poſtquàm petuenerint ad annos diſcretionis. Et ratio eſt: quia, quemadmodum vſus rationis eos facit capaces culpæ; ita & facit capaces debiti, & obligationis per legem, cùm hæc neceſſariò ſupponatur ad culpam, & malitia formalitet ſolùm conſiſtat in carentia bonitatis per legem debitæ, vt communiter dicitur in materia de peccatis.

9. *Pueri, ſecundùm aliquos, non tenentur cõfiteri ſemel in anno, niſi ſint proximi pubertati, vel etiã puberes.*

Quare oon videtur admittendum id, quod habet S.Antonin. *part.*2.*tit.*9. *cap.*8.§.2. Corduben.*in Summa,quaſt.*40. Victoria *relect.*2 *de vementibus ad vſum rationis,num.*11.& apud Salas *de legib diſp.*14. *ſect.*13.*n.*126. puetos nõ teneri ad confitendũ ſemel in anno, niſi ſint ptoximi pubertati; id eſt, anno decimo cum dimidio, ſi ſint mates; & anno nono cum dimidio, ſi ſint fœminæ: quia vſus rationis, qui ſufficit ad peccatum mortale, communiter non habetur, niſi ad annos proximos puberiati, qui ſunt in maſculis annus decimus cum dimidio; & in fœminis annus nouus cum dimidio. Contrà enim eſt: quia id eſt falſum, ſi loquamur in ordine ad fotum conſcientiæ, & Dei; non antem ſolùm ad ſotum exterius, in quo communirer non præſumitur quis eſſe doli capax ſecundùm iura, oiſi ſit proximus pubertati, vt etiam *ſuprà* explicauimus *lib.*1. *diſp.*9. *num.*10.

Et idem eſt etiam de eo, quod habet Sot. *in* 4. *diſt.*12.*quaſt.*1.*art.*11. *& d.*18.*quaſt.*1.*art.*3. *& lib.* 7 *de iuſt. quaſt.*3.*art.*2. & Henriq.*lib.*8 *de Euchariſtia, cap.*42.*num.*2. eos non teneri ad eandem annoam confeſſionem, vſque ad annum duodecimum. Et quod habet Emmanuel Sà *verbo, confeſſio,num.*3. eos non teneri vſque ad annos puberratis: quod idem vniuerſaliter de omnibus legibus eccleſiaſticis, quòd non obligent vſque ad annos proximos pubettati, docet S.Anton. 1.2.*tit.*9.*cap.*8.§.2.*cit.*& vſque ad annos ipſos pobertatis docent aliqui apud Salas *diſp.*14.*ſect.*13. *cit.num.*127. Contrà enim eſt: quia, ſi ſunt capaces peccati, ſunt etiam capaces temedij contra peccatom, quod eſt confeſſio; neque vlla eſt tatio, quate ad illam non teoeantur, etiam lege eccleſiaſtica, cùm ptæſertim verba ipſa talis legis clarè exprimant, quòd omnes tenentur, poſtquàm peruenerint ad annos diſcretionis; & eo ipſo, qoòd conceduntur etiam ante annos pubertatis, vel proximos pubettati, eſſe capaces peccati, conuincuntur etiam eſſe capaces legis, & obligationis, vt diximus; & ſi ſunt capaces obligationis per leges diuinas, & naturales, nulla eſt ratio, quare etiam non ſint capaces obligationis per leges eccleſiaſticas, & humanas; quidquid ſit de præſumptionibus pro foro externo, vt diximos.

10. *Neque tenẽtur aliis legibus eccleſiaſticis.*

11. *Sed impugnatur.*

12. *Poſt vſum rationis non poſſunt pueris tradi lacticinia diebus prohibitis.*

Et ſimilitet non videtur admittendum id, quod habet Henriquez *lib.*13. *cap.*49. *num.*2. quòd poſt vſum rationis ad aliquod tempus poſſint pueris tradi lacticinia in diebus prohibitis, & quòd ita haber conſuerudo, vt etiam tradit Ledeſma 2.*part.*4. *quaſt.*17.*art.*6.*dub.*2.*in fine*, & aliqui alij Doctores apud Bonacinam *diſp.* 1. *de legib. quaſt.*1. *puncto* 6. *num.*8. quam conſuetudinem etiam Bonacina ait, non eſſe reprobandam, vbi eſt legitimè recepta: contrà enim eſt communis ſententia aliorum, & communis vſus Eccleſiæ; & quia nulla eſt ratio, quare debeant cenſeri eſſe ſoluti ſpecialiter ab hac lege comedendi lacticinia, & ea, quæ habent origiuem à carnibus, ſi non ſunt ſuluti à lege comedendi carnes, & vniuerſaliter non ſunt ſoluti à legibus eccleſiaſticis.

Neque conſuetudo, quæ in contrarium adducitur, eſt facilè admittenda, niſi pro aliquo loco ſufficienter probetur.

13. *Pueri poſt vſum rationis quomodo incurrant cenſuras, & pœnas legũ.*

Imò, qua ratione tenentur pueri poſt vſum rationis ad leges eccleſiaſticas, etiam renentur cenſuris, ſi illas tranſgrediantur: nam, quamuis communiter ante annum duodecimom, vel decimumquartum, non ſoleant pueri pro tranſgteſſione præceptorum, & legum, puniri cenſuris, quæ feruntur ab homine, vt notat Sanchez *lib.*1.*in Decal.cap.*12.*cit. num.*7.Sot.*in* 4.*d.*18.*quaſt.*1.*art.*3.*in fine*, Corduben. *in Summa,quaſt.*40. quia, ſcilicet, vſus tationis non eodem tempore omnibus contingit; ſed aliquibus citiùs, & aliquibus tardiùs; & ideò Eccleſia rationabiliter per ſententiam non procedit ad cenſuras, niſi quandu poteſt certò præſumere de vnoquoque, quòd habuerit ſufficientem vſum rationis, quæ præſumptio pro foto externo ſecundùm iura ſolùm eſt citca annos pubertatis, vel proximos pubettati,

vt

vt patet ex dictis *ſuprà,lib.1.diſp.9.num.*10.poſſunt tamen etiam ante hanc ætatem incurrere pœnas, & cenſuras,quæ feruntur à iure,vt, v.g. excommunicationem,ſi percutiant Clericum, *cap.Pueris.de ſententia excommunic.*& irregularitatem,ſi aliquem occidant,*iuxta Clementinam, Si furioſus. de homicidio,*ex Sylu.*verb.homicidium,*3.*quæſt.*1.& aliis apud Sanchez *cap.*12.*cit.num.*8. & etiam ipſi comprehenduntur interdicto perſonali,generali,aut locali ex eodem Sylu *verb.interdictum,*2. *num.*18. & dicemus *in materia de cenſuris.*

14. *Quare pueri poſt vſum rationis non ſtatim teneantur præcepto Euchariſtiæ.*

Dixi verò,pueros,poſt vſum rationis,cenſeri debere communiter eſſe obligatos legibus,niſi aliter ſuadeat materia ipſa legis,vel aliter declaret intentio legiſlatoris expreſſa per legem, aut per conſuetudinem: quia his de cauſis præcepto Euchariſtiæ, & ieiunij non tenentur ſtatim atque perueniunt ad vſum rationis: nam, quamuis *cap.Omnis vtriuſque. de pœnit.& remiſſ.* ſimul præcipiatur Euchariſtia in Paſchate,& confeſſio ſemel in anno,poſtquàm aliquis peruenerit ad annos diſcretionis; & hac de cauſa Gloſſ.*ibidem,* & Palud. *in 4.d.*12.*quæſt.*1.*art.*5.*concl.*1. abſolutè affirment, quòd etiam præceptum Euchariſtiæ ſtatim obligat, quando quis habet vſum rationis,& eſt doli capax; ipſa tamen rei vtriuſque diuerſitas ſatis declarat, quòd non ſunt iidem anni accipiendi pro vtroque præcepto, cùm diſcretio ſufficiens ad confeſſionem ſit illa ipſa, quæ eſt ſufficiens ad peccatum:& ſicut quis diſcernit bonum à malo;ita & diſcernat remedium mali, quod eſt confeſſio:diſcretio verò ſufficiens ad Euchariſtiam, ſit illa, quæ diſcernit panem profanum à ſacro; quæ tamen communiter non habetur,niſi anno circiter decimo, aut duodecimo, vt ex communi ſentētia notat Salas *diſp.*14.*de legibus,ſect.*13.*num.*127.& Azor.*lib.*7.*cap.*41.*quæſt.*10.& interpretatur communis conſuetudo Eccleſiæ, quæ non ſtatim admittit pueros ad Euchariſtiam, quando illos admittit ad confeſſionem; ſed ſolùm quando diſcernunt ſacrum à profano, & poſſunt habere guſtum Sacramenti iudicio Confeſſarij, & parentum.

15. *Euchariſtia, per modum viatici,poteſt tradi etiam pueris ante annum decimum.*

Rectè tamen addit Sot.*in 4.d.*23.*quæſt.*2.*art.*2.§. *Quòd ſi quæras.* & Salas *loco cit.* quòd ſi puero contingat articulus mortis ante annum decimum, aut duodecimum, poteſt illi accelerari inſtructio, & miniſtrari Euchariſtia, etiamſi aduertatur eſſe ſumenda cum deuotione aliquantò minore: quia ratione neceſſitatis, pro illo articulo non eſt exigenda tanta deuotio,quanta exigeretur extra illum: &

16. *Sacramentum extremæ Vnctionis tradi-tur, etiam pueris,ſi ſint doli capaces.*

poſt Euchariſtiam eſt illi tradenda etiam extrema Vnctio; quamuis hæc,ex communiori ſententia,ſit tradenda etiam ſtatim, ac puer eſt doli capax, & quamuis nondum cenſeatur eſſe aptus ad Euchariſtiam, vt notat Salas *diſp.*14.*ſect.*13.*cit.* & Medina *in Summa,tract.de extr.Vnct.n.*28.

Et quod dicimus de præcepto Euchariſtiæ,quòd non ſtatim obliget, quando habetur vſus rationis, & obligat præceptum confeſſionis, & aliæ leges; idem eſt etiam de lege ieiunij,quæ non obligat,niſi poſt annum 21. Quòd ſi contingat, vt de aliquo puero in particulari dubitetur, vtrùm verè ſit doli capax,& habeat vſum rationis, & per conſequens teneatur communibus legibus; inueſtigandum id erit per eas regulas, quas *ſuprà* tradidimus *lib.*1. *diſp* 9.*n.*11. dum ageremus de voluntario perfecto, quod ante vſum rationis non eſt in pueris.

17. *Verùm infantes, & amentes poſſint ingredi Monaſteria, vel intra illa ab aliis admitti ſine peccato, & cenſura.*

Quòd ſi obiicias contra id, quod diximus *num.*1.eos omnes, qui carent permanenter vſu rationis, nullis legibus obligari,poſſe inde inferri, quòd infantes, & amentes, neque etiam teneantur ad non ingredienda Monaſteria Monialium, cùm nulla ſit ratio, quare potiùs teneantur hac lege,quàm aliis, & ex defectu vſus rationis æqualiter ſint incapaces omnis obligationis per leges, vt *ſuprà* diximus: quod tamen expreſsè videtur contra decretum Concilij Tridentini *ſeſſ.*21. *cap.*5. *de Regular. & Monial.* vbi generaliter definitur,nemini licere ingredi intra ſepta Monaſterij,cuiuſcunque ſexus,vel ætatis fuerit.Et prætereà ex eo probatur,id eſſe abſurdum: quia, alioquin etiam liceret ipſos admittere, & verè non peccaret Monialis,aut alius quicunque,qui intra Monaſteria admitteret infantes, aut amentes: ſiquidem reuerà nullos admitteret, quibus ingreſſus eſſet prohibitus; & perinde eſſet admittere homines carentes ratione, atque admittere bruta. Et quemadmodum huiuſmodi pueris, & amentibus,licitum eſt in diebus ieiunij,aut prohibitis,miniſtrare carnes,& cibos prohibitos, non tantùm ſemel, ſed iterum, ac ſæpiùs comedendos, vt *ſuprà* diximus *num.*4. quia abſolutè non tenentur lege ieiunij, aut ciborum: ita & liceret miniſtrare illis ingreſſum intra ſepta Monaſterij, ſi ſimiliter eſſent ſoluti à lege ingreſſus.

Reſpondeo,hoc totum,quod dicitur de paruulis ante vſum rationis,& de amentibus, quòd ſint ſoluti,quantùm eſt ex ſe,etiam à lege non ingrediendi Monaſteria,eſſe veriſſimum,& neceſſariò conſequi ex principiis poſitis, quòd ſint incapaces moralis obligationis, ſicut & ſunt incapaces moralis malitiæ, & peccati: & in terminis id concedunt DD. communiter,vt Nauar. *com.*4. *de regular.num.*59.*tom.*1.*pag.mihi* 80.*col.*4. Cordubeu.*in Summa,q.*60.*in fine.* Salas *de legibus, diſp.*14.*ſect.*13.*n.*126. *in fine,* Henriquez *lib.*4.*de pœnit.cap.*5.*num.*2.*in Comment. littera M. & lib.*13.*cap.*42.*num.*3. *littera S.* Azor.*part.*1. *lib.*13.*cap.*8. *quæſt.*5. Comitolus *in reſponſ. moral. lib.*6. *quæſt.*19. *ad finem, & quæſt.*22. Rodriq. *in quæſt. regular. tom.*1. *quæſt.*46. *art.*1. Sanchez *lib.*6.*in Decal.cap.*16.*num.*5.Bonac. *de legibus,diſp.*1.*quæſt.*1.*puncto* 6.*num.*7. *& de clauſura, quæſt.*4. *puncto* 1.*num.*5. Thomas Zerola *in praxi epiſcopali,part.*1.*verb.Moniales.* Auguſt.Barboſa *in ſuis Remiſ. ad Trident. ſeſſ.*25. *cap.*5. *cit. de regular. verb.Vel ætatis.*& alij. Neque hoc eſt contra decretum Concilij cit. ſiquidem verba illa, *cuiuſcunque ætatis fuerint*, ſolùm intelliguntur de iis, qui habuerint vſum rationis, vel poſſunt Monialibus præbere occaſionem peccandi; idque additur ſpecialiter propter amentes,ſi ſint adulti:quia,quamuis reuerà ſint incapaces etiam ipſi obligationis per leges,& peccati; prohibentur tamen admitti intra ſepta Monaſterij: quia poſſunt Monialibus eſſe occaſio peccati,tumultus, & turbas inter illas excitādo,& turpiter loquendo,& iocando, vt notat Sanchez *cap.*16.*cit.num.*8. Azor.& alij,qui verba Concilij iam allata,rectè interpretantur ad mentem illius,quòd magis excludant amentes adultos, quàm infantes,propter rationem iam dictam. Et quamuis iidem Doctores *paulò antè* citati loquantur eodem modo, tam de infantibus, quàm de amentibus, quantùm eſt ex parte ipſorum, ſi fortè ingrediātur intra Monaſteria; non tamen loquuntur eodem modo de vtriſque, quantùm eſt ex parte aliorum, qui fortè eos admittunt, vel introducunt, vel alio modo ſunt cauſa,vt ingrediantur;& de iis, qui admittunt,vel introducunt infantes, abſolutè concedunt plerique ex illis, quòd non incurrant excommunicationem,neque peccent;cùm tamen de aliis, qui introducunt amentes adultos, oppoſito modo affirment,quòd peccent,& quòd incurrant; idque videtur multò rationabilius, & probabilius, quam

quod

quod volũt aliqui alij apud Comitolum *in reſponſis moral.lib.6.quaſt.19. num.6. & quaſt.22.cit.* & apud Bonac. *puncto 6.cit.num.7.* eodem modo eſſe illicitam, & contra Decretum Concilij, & admiſſionem infantium; ſicut eſt admiſſio amentium: nam contrà eſt: quia infantes, per ſe loquendo, non ſunt Monialibus occaſio peccandi, ſicut amentes.

Et quod dicimus de admittendis infantibus ante vſum rationis intra Monaſteria, & de non admittendis amentibus iam adultis, eodem modo eſt intelligendum, ſiue huiuſmodi infantes, aut amentes ſint maſculi, ſiue fœminæ, cùm de vtriſque ſit eadem ratio, vt ex ſe patet; & etiam fœminæ amentes, ſi ſint adultæ, poſſint Monialibus eſſe occaſio turbationis, & peccati, turpiter iocando, vel loquendo, aut etiam agendo. Vnde, quod habet Sorbus *in compendio priuilegiorum, part.2.verb. ingreſſus in Monaſteria, in ſuis Annotationibus, num.2.* & aliqui alij apud Sanchez *lib.6. in Decal.cap.16.num.6.* puellas ſex annis maiores, non poſſe ſine peccato, & ſine excommunicatione ingredi, vel admitti intra Monaſteria; quia iam ſunt capaces doli, & obligationis per leges; non videtur admittendum, cùm infantia nullo iure citiùs abſoluatur in fœminis, quàm in maſculis: &, quia vſus rationis non eſt à natura æqualiter definitus pro omnibus, ſed aliquibus aduenit citiùs, & aliis tardiùs; optimum eſt, vt io hac re de ingreſſu in Monaſteria, ſolùm attendatur ipſe vſus rationis; non autẽ certum, ac definitum tempus ſex, vel ſeptem annorum, niſi fortè in caſo dubio, & quando de aliquo non benè conſtet, vtrùm habeat, vel non habeat vſum rationis, & pro illo ſumatur præſumptio ex abſoluto ſeptennio, vt ſubdit Sanchez *n.7.* & pluribus explicauimus *lib.1.diſp.9.*

Et ſimiliter, quod hîc dicimus de Monaſteriis Monialium quoad admittendos, vel non admittendos paruulos, & amentes, debet proportionaliter etiam intelligi de Monaſteriis, aut Domibus religioſis virorum, quoad introducendas puellas ante vſum rationis, vel fœminas iam adultas amentes, vt notat Bonac. *diſp.1.de legib.quaſt.1.puncto 6.num.7.* quamuis enim, ſi per ſe ipſæ ingrediantur, liberæ ſint à peccato, & à cenſura; ſi tamen ab alio admittantur amentes adultæ, is, qui admittit, non erit liber, neque à peccato, neque à cenſura, cùm poſſint huiuſmodi amentes eſſe occaſio plurium peccatorum, etiam intra Monaſteria virorum, vt ex ſe patet; & ideò iure debeat cenſeri prohibita illarum admiſſio per leges eccleſiaſticas.

Et hinc patet etiam reſpoſio ad difficultatem *initio* poſitam, quòd admiſſio adultorum amentium non ſit admiſſio aliquorum, quibus ingreſſus ſit prohibitus; & idem ſit admittere homines carentes ratione, atque admittere bruta: & qua ratione eſt licitum miniſtrare amentibus cibos prohibitos, eadem ſit licitum etiam miniſtrare ingreſſum in Monaſteria. Nam contrà eſt: quia, quamuis ingreſſus amentium non ſit ipſis prohibitus, prout poteſt dependere tantùm ab illis; eſt tamen prohibitus aliis, prout poteſt pendere ab aliis: & quamuis ipſi, quoad carentiam vſus rationis perinde ſe habeant atque bruta; non tamen ſe habent perinde quoad præbendas in Monaſteriis occaſiones peccati: oeque eſt ratio, quæ poſſit cohoneſtare, vt illis miniſtretur talis ingreſſus, ſicut cohoneſtatur per ipſam indigentiam morbi, quo laborant, vt ipſis miniſtrentur cibi prohibiti, vt *ſuprà* diximus.

Neque valet, ſi dicas cum Comitolo *in reſponſ. moral.lib.6.quaſt.22.cit.* Moniales, quæ introducunt infantes intra Monaſteria, ſolùm effugere excommunicationem latam per Tridentinum *ſeſſ.25.cap. 5.cit.de Regular.* quæ ſolùm eſt contra ipſos ingredientes ſine licentia in ſcriptis obtenta, cuiuſcunque conditionis, aut ſexus, vel ætatis fuerint; non autem effugere aliam, quæ eſt lata per conſtitutionem Gregorij XIII. *Vbi gratiæ*, quæ præterea etiam eſt contra admittentes, vel introducentes quencunque iota eadem Monaſteria; ac proinde etiam contra admittentes, vel introducentes infantem, aut carentem vſu rationis; Idque Neapoleoni Comitulo, Epiſcopo Peruſino, ſic reſpondiſſe Cardinalem Sanctæ Seuerinæ, tunc Inquiſitorem, & Summum Pœnitentiarium, & Bononiæ in Conuentu Parochorum coram Alphonſo Paleotto Archiepiſcopo ſic fuiſſe reuocatum ex reſponſo Clementis VIII. & denique non deeſſe rationem excludendi etiam infantes per excommunicationem latam in admittentes, cùm etiam illi poſſint eſſe occaſio peccandi per tactus, & oſcula ex affectu libidinis; imò & peccandi liberiùs, cùm infantes, nec dignoſcant turpitudinem huiuſmodi affectus, & tactuom; nec vllo modo illis repugnent, aut reſiſtant.

Hoc, inquam, totum non valet: quia etiam excõmunicatio lata per conſtitutionem Gregorij, ſolùm eſt de non admittendis iis, qui habent vſum rationis, vt ſunt adulti; non autem de non admittendis infantibus, cùm ſolùm ſit ad reuocandas licentias quibuſcunque conceſſas ad Monaſteria ingrediẽda; & ideò per illam, tam excommunicentur, qui ingrediuntur prætextu licentiarum, quàm qui admittũt, aut ingredi faciunt ſimiliter prætextu licentiarum, vt patet ex verbis ipſius cõſtitutionis, qui certè prætextus non poteſt cadere in infantes. Et ſi admittamus ex ſtylo Pœnitentiariæ, & ex mente, & declaratione eiuſdem Pontificis apud Nau.*in Man.c.27. n.150.* potiori ratione excommunicationem extẽdi etiã ad illos, qui ingrediuntur, vel admittũtur nullo prætextu licentiarum, (quam tamen declarationem plures alij non admittunt, vt videre eſt apud Bonac. *tract.de clauſura, q.4.puncto 5.n.4.tom.1.*) adhuc non eſt extendenda ad eos, qui admittunt infantes, cùm tota conſtitutio ſolùm ſit facta ad conſulendum quieti, & tranquillitati Monialium, & ad tollenda impedimenta, quæ illas auocant ab exercitio rerum ſpiritualium, & ad pericula, & ſcandala ab illis remouenda, vt dicitur ipſo initio conſtitutionis: quæ tamen cauſæ, per ſe loquendo, non habent locum in infantibus, vt ex ſe patet.

Neque reſponſio Cardinalis S. Seuerinæ ad Epiſcopum Peruſinũ, & Clementis VIII. publicè renũciata Bononiæ in Cõuentu Parochorũ, (ſi admittãtur, & concedantur Comitulo,) conuincũt falſitatis, aut minoris probabilitatis cõmunem ſententiã, quã *hoc loco* probamus, cùm non ſint datæ ex intentione ferendi legem; nec ſint promulgatæ, tãquàm lex; ſed ſolùm ſint datæ ex intentione reſpondendi ad particulatem quæſtionem vnius Epiſcopi, & tanquàm à priuatis Doctoribus; & ideò nihil tollant de veritate, aut probabilitate communis ſententiæ aliorum.

Neque occaſio peccandi, quam dicuntur præbere infantes, ſi admittantur à Monialibus, eſt occaſio proxima, & per ſe, cùm cõmuniter ad infantes non habeatur affectus libidinis; ſed ſolùm eſt per accidens, & valdè remota, id eſt, ex ſola prauitate, aut malitia huius, aut illius Monialis, quæ fortè poteſt abuti infante ad malum finem.

Negari tamen nõ poteſt, quin optimũ ſit, vt etiã infantes intra Monaſteria nõ admittãtur; & prudẽter ſint facturi Epiſcopi, ſi prohibuerint ſpecialiter etiam illorum ingreſſum, cùm eadem ratione ſanctè prohibeantur in aliquibus locis etiam catuli, & bruta, quæ vſibus Monialium non ſunt neceſſaria.

DISPVT. XXXI.

Vtrùm peregrini teneantur legibus patriæ, aut loci, à quo diſcedunt.

1. *Concluſio eſt.*
2. *Qui iam mutarunt domicilium, non tenentur amplius legibus loci prioris.*
3. *Niſi fortè ſint communes pro vtroque loco, & in vtroque vigeant.*
4. *Qui iam impleuit in vno loco aliquod præceptum, non tenetur implere iterum in alio loco.*
5. *Qui abeſt ab aliquo loco, & habet animum redeundi; adhuc non tenetur legibus illius.*
6. *Etiamſi breuiſſimè ſit rediturus.*
7. *De potentia abſoluta non poteſt ferri lex, quæ obliget extra territorium ferentis.*
   Quomodo delictum commiſſum extra territorium, poſſit puniri in territorio.
8. *Inteſtina animalium licitè poſſunt comedi die ſabbathi, etiam ab iis, qui tranſeunt per eum locum, in quo eſt conſuetudo, vt comedantur.*
9. *Qui degit Mediolani poſt dies Cinerum, licitè poteſt non ieiunare.*
10. *Sacerdos Latinus inter Græcos poteſt conſecrare in fermentato; & Sacerdos Græcus inter Latinos poteſt conſecrare in azymo.*
11. *Licitum eſt recedere à loco obligationis, eámque poſteà non implere.*
12. *Qui recedit ex loco obligationis ieiunij, poteſt extra illum etiam carnes comedere.*
13. *Qui recedit ex loco, in quo non eſt obligatio ieiunij, poteſt in illo comedere carnes, etiamſi veſpere ſit futurus, vbi eſt obligatio ieiunij.*
14. *Qui recedit à loco, in quo durat Quadrageſima, & accedit ad alium, in quo iam eſt tranſacta, non tenetur ampliùs ieiunare.*
15. *Loca exempta perinde ſe habent, ac ſi eſſent extra territorium; & ideò leges territorij in illis non obligant.*
16. *Loca Religioſorum non ſunt ſimpliciter, & plenè exempta.*
17. *Exempta Eccleſia, aut Monaſterio, quæ non intelligi debeant eſſe exempta.*
18. *Ex loco obligationis licitum eſt recedere, etiam ex directa intentione illam vitandi.*

1. *Concluſio eſt.* CONCLVSIO eſt, quòd peregrini, & qui abſunt à loco originis, aut domicilij, non tenentur legibus illius, ſiue inde diſceſſerint animo acquirendi alibi domicilium, ſiue animo redeundi. Ita Nauar. *in Man. cap.* 13. *num.* 5. *& cap.* 23. *num.* 120. Suar. *tom.* 4. *de Sacram diſp.* 44 *ſect.* 3. §. *Illud verò. & tomo* 5. *de cenſuris, diſp.* 5. *ſect.* 4. *num.* 4. *& ſeq. & ſect.* 5. *num.* 7. *& tomo* 1. *de relig. lib.* 2. *de ſacr. dier. obſeruat. cap.* 13. *& lib.* 3. *de legibus, cap.* 32. *num.* 3. Leſſ. *lib.* 4. *qui eſt de temperantia, cap.* 2. *num.* 54. Azor. *part.* 1. *lib.* 7. *cap.* 30. *quæſt.* 8. Henriquez *lib.* 7 *cap.* 13. *num.* 8. *& lib.* 9. *cap.* 25. *num.* 2. Salas *de legibus, diſp.* 14. *ſect.* 5. Sanchez *lib.* 3. *de matrimonio, diſp.* 18. *num.* 17. *& lib.* 1. *in Decal. cap.* 12. *num.* 26. Sayr. *lib.* 7. *clau. reg cap.* 3. *num.* 11. *&* 12. Bonacin. *de legibus, diſp.* 1. *quæſt.* 1. *puncto* 6. *num.* 59. *& ſeq.* Reginald. *lib.* 13. *num.* 170. Graff. *lib.* 4. *deciſionum, cap.* 8. *num.* 39. Sylu. *verb. excommunicatio,* 2. *num.* 7. Couarr. *in cap. Alma mater. part.* 1. §. 10. *num.* 3. & alij.

Neque hic diſceſſus cenſeri debet illicitus, ſi fiat etiam tempore ipſo obligationis legis, ex Nau. *in Man. cap.* 13. *num.* 5. Suar. *lib.* 2. *cit. de ſacrorum dierum obſeruat. cap.* 13. *num.* 6. Leſſ. *lib.* 4. *cap.* 2. *cit. num.* 55. Sayro *lib.* 7. *clau. reg. cap.* 3. *num.* 12. Sanchez *lib.* 3. *de matr. diſp.* 18. *cit. num.* 21. *& lib.* 1. *in Decal. cap.* 12. *num.* 31. Et quod plus eſt, neque etiam eſt illicitus, ſi fiat ex directa, & formali intentione vitandi obligationem, vt notat Sanchez *lib.* 3. *de matrimonio, diſp.* 18. *cit. num.* 29. *& lib.* 1. *in Decal. cap.* 12. *num.* 35. Suar. *de ſacrorum dierum obſeruat. cap.* 13. *cit. num.* 4. *in fine.* Leſſ. *lib.* 4. *cap.* 2. *num.* 59. Bonac. *puncto* 6. *cit. n.* 64.

Quæ omnia, & ſingula, vt paulatim, & ſigillatim explicemus, & probemus: Prima pars, quòd qui abſunt à loco originis, aut domicilij, & mutarunt iam domicilium, illúdque alibi acquiſierunt, non teneantur illius legibus, eſt certa apud omnes: quia ratione huiuſmodi domicilij iam deſierunt eſſe ſubditi prioris loci, & facti ſunt ſubditi alterius, in quo domicilium ſuſceperunt, vt ex communi ſententia notat Sanchez *lib* 1. *in Decal. cap.* 12. *num.* 19. neque amittunt hanc ſubiectionem, donec iterum ab illo recedant, vt idem probat *lib.* 3. *de matrimonio, diſp.* 23. *n.* 2. — 2. *Qui iam mutarunt domicilium, non tenentur amplius legibus loci prioris.*

Si tamen contingat, eaſdem leges vtrobique vigere, non eſt dubium, quòd ſint ſeruandæ in loco poſterioris domicilij, niſi fuerint iam impletæ in loco originis, aut domicilij prioris: ſi enim alicubi viget conſuetudo, v.g. vt præceptum de communicando in Paſchate, poſſit impleri per totam Quadrageſimam; poſtquàm aliquis illud impleuit in loco originis, non tenetur iterum implere in loco domicilij; & idem eſt, ſi impleuit præceptum ieiunij, aut feſti, & deinde tranſiuit ad alium locum, in quo nondum eſt impletum, vt ſæpè contingit ratione noui Calendarij, quod non eſt vbique receptum, vt notat Leſſ. *lib.* 4. *cap.* 2. *num.* 52. & Salas *de legibus, diſp.* 14. *ſect.* 4. *num.* 37. & Sanchez *lib.* 1. *in Decal. cap.* 12. *num.* 22. Imò ex Salas, & Bonacin. *puncto* 6. *cit. num.* 58. idem eſt, ſi quis audiuit Sacrum, v.g. vbi non vrgebat præceptum, & poſteà tranſiuit ad locum, vbi eſt obligatio illud audiendi: neque enim tenetur audire iterum, cùm audierit iam ſemel; & ſpecialis intentio ſatisfaciendi obligationi non ſit neceſſaria, vt *ſuprà* diximus; & quòd aliquis dicitur ratione domicilij contrahere omnes obligationes loci, ſolùm intelligitur de obligationibus particularium ſtatutorum, & conſuetudinum, quæ in illo vigent; non autem de illis, quæ ſunt communes toti Eccleſiæ, & quibus ipſe iam ſatisfecit; quanquam etiam in his cauendum eſt ſcandalum, & offenſio aliorum, vt ſubdit Leſſ *num.* 52. *cit.* & Sanchez *num.* 25. — 3. *Niſi fortè ſint communes pro vtroque loco, & in vtroque vigeant.* — 4. *Qui iam impleuit in vno loco aliquod præceptum, non tenetur implere iterum in alio loco.*

Secunda pars, quòd idem ſit etiam de iis, qui à loco originis, aut domicilij ſolùm abſunt animo redeundi; non autem animo relinquendi domicilium prius, & aliud acquirendi de nouo, non eſt ita certa apud Doctores: ſed longè eſt probabilior, quàm oppoſita, eámque tenet Panorm. *in c. A nobis.* 1. *num.* 11. *de ſent. excommunic.* Nauar. *in Man. cap.* 13. *num.* 5. *& cap.* 23. *& num.* 120. Suar. *tomo* 3. *de Sacram. diſp.* 44. *ſect.* 3. §. *Illud verò.* vbi id aſſerit de Sacerdote Latino, qui non tenetur conſecrare in azymis, quando eſt inter Græcos: & *tom.* 5. *de cenſuris, diſp.* 5. *ſect.* 5. *num.* 7. *& tomo* 1. *de relig. lib.* 2. *de ſacrorum dierum obſeruat. cap.* 13. *& lib.* 3. *de legibus, cap.* 32. *num.* 3. Leſſ. Azor. Salas, Henriqu. Sanchez, Sayr. & alij *paulò antè* citati *num.* 1. Quanuis etiam non deſint, qui oppoſitum aſſerant cum Palod. *in* 4. *diſt.* 15. *quæſt.* 4. *art.* 3. *num.* 26. S. Antonino *part.* 2. *tit.* 6. — 5. *Qui abeſt ab aliquo loco, & habet animum redeundi, adhuc non tenetur legibus illius.*

tit.6.cap.2.§.2. Sylu. *verb. Ieiunium, quæſt.*2. Roſella *eod.num.*6. & aliquibus aliis apud Salas *diſp.*14.*cit. de legib.ſect.*5.*num.*59. Et ratio eſt: quia leges, & ſtatuta reſpiciunt locum, & territorium, neque obligant perſonas ſubdiras, niſi dum iotra illud exiſtunt: & quemadmodum agentia naturalia ſecundùm Philoſophos non agunt vltra ſphæram ſuæ actiuitatis; ita & Principes, vel legiſlatores, qui ſunt quaſi agentia moralia, non agunt vltra ſuum territorium, quod eſt quaſi ſphæra ſuæ iuriſdictionis; & dum aliquis eſt extra territorium ſui Principis, non eſt illi actu ſubditus; ſed ſolùm in habitu, & quaſi radicaliter: quæ tamen ſubiectio in habitu non eſt ſatis ad legum obligationem, vt notat Bonac. *puncto* 6.*cit.num.*59. Atque boc modo *cap. Vt animarum. §. Statuto. de conſtit. in* 6. apertè dicitur, quòd ſtaturo Epiſcopi non ligantur ſubditi extra Diœceſim.

6. *Etiamſi breviſſimè ſit rediturus.*

Neque ſolùm id eſt verum de iis, qui debent diu abeſſe a loco originis, aut domicilij; ſed etiaIo de iis, qui manè diſcedunt, & veſpere, ſiue noctu ſuot redituri, vt loquitur Suar. *lib.*2.*cit. de ſacrorum dierum obſeruat.cap.*14.*num.*25. & Leſſ. *cap.*2. *cit.n.*55. vel, qui, quantunuis breuem abſentiam facere debent, vt loqnitur Sanchez *lib.*1.*in Decal. cap.*12. *n.*27. vel, qui ſtatim ſunt rediruri, vt loquitur Bonac. *quæſt.*1. *puncto* 6. *cit. num.*6. quia ſtatim atque aliquis exit terminos loci, deſinit obligari; nec quoad hoc conſideratur duratio, ſed abſentia. Et ideè eſt, ſi leges, quæ eatra locum noo obligant, ſint alioqui iuris communis, vt notat Suar. *cap.*14.*cit.num.*29. & Sanchez *cap.*12.*num.*28. & Bonac. *num.*6.*cit.* vt, v.g. ſi quis exeat ea loco, in quo eſt receptum Concilium Tridentinum, & ſit in alio, io quo non eſt receptum.

7. *De potentia abſoluta non poteſt ferri lex, quæ obliget extra territorium ſorenſis.*

Quòd ſi quæras, vtrùm ſaltem de poteſtate abſoluta poſſit ferri aliqua lea, quæ obliget ſubditos, non ſolùm in territorio; ſed etiam extra: negatiuè reſpondet Suar. *lib.*3. *de legib. cap.* 32. *num.*4. quia *cap.*2. *de conſtit. in* 6. ea redditur ratio, quare excommunicatio lata per ſtatutum Epiſcopi, non incurratur extra territorium: quia dicenti ius extra territorium, impunè non paretur: quæ verba apertè ſignificant etiam defectum poteſtatis ad ius dicendum extra territorium, & per conſequens etiam ad legem ferendam, quæ obliget extra illud. Videri poteſt etiam Salas *de legib. diſp.*14. *ſect.*5. *num.*70. & 78. vbi tractat hanc ipſam difficultatem.

Atque hoc modo Panorm. *in cap.*1. *de raptoribus, num.*8. & 9. docet, quòd ſi lea inducat delictum de nouo, prohibendo, v.g. aliquid, aut aliquid præcipiendo, quod alioqui ex ſe, vel de iure communi non erat prohibitum, aut præceptum; vel, ſi puniat ipſo facto, & per latam ſententiam delictum vetus, ſtatueodo, v.g. aut ferendo certam pœnam contra delictum, alioqui iam inductum, & probibitum de iure communi; nullam poteſt habere vim eatra territorium, quando neque poteſt extra illud inducere delictum, & facere, vt ſit delictum, quod alioquin non eſt delictum, neque poteſt extra illud pœnam imponere, & deſignare alioqui oon impoſitam, & non deſignatam pro tali delicto: ſi verò lea non inducat delictum de nouo, neque puniat ipſo facto, & per latam ſententiam delictuio vetus, & iam inductum per ius commune; ſed ſolùm puniat per ſententiam ferendam, & præcipiat, v.g. Iudici, vt talem pœnam imponat, & ferat contta tale delictum, benè poteſt admitti, quòd aliquo modo habeat vim extra territorium, in quantum Iudex poteſt cognoſcere, & punire ſecundùm huiuſmodi legem, etiam delictum commiſſum extra territorium, poſito, quòd is, qui illud commiſit, iam redierit intra territorium: nam, ſicut ratione contractus alibi geſti, & ratioue rei alibi ſitæ, poteſt Iudex, v.g. territorij, aut domicilij, ius, & iuſtitiam alicui dicere, dum actu eaiſtit intra territorium, *cap. Dilecti filij. de foro compet.* ita & poteſt ratione delicti alibi commiſſi; quia ſufficienter eſt ſubditus: & ſicut obligatio ea contractu alibi geſto, vel ex re alibi ſita, ſemper illi adhæret, eúmque ſequitur, & ideò Iudea territorij poteſt illi ius dicere ratioue talis obligationis; ita & obligatio ex delicto alibi coIomiſſu; & ideò poteſt Iudex illum punire. Quanquam reuerà hoc non accidit, quia lex aliquid operetur extra territorium; ſed ſolùm, quia operatur intra territorium circa Iudicem, cui præcipit, vt ſic, vel ſic puniat tale delictũ, & circa reum, quem exiſtẽtem in territorio mandat puniri pro delicto commiſſo eatra territorium, vt benè notat Suar. *lib.*3. *de legib. cap.*32. *cit. n.*6.

Quomodo delictum commiſſum extra territorium poſſit puniri in territorio.

Et eadem ratione, ſi Epiſcopus faciat ſtatutum, vt omnes, qui habent beneficium, v.g. in ſua diœceſi, teneantur tali tempore reſidere ſub rali cenſura, incurrent quidem illam ij Clerici, qui abſuerint a reſidentia: verùm oon ideò erit dicendum, tale ſtatutum Epiſcopi aliquid operari extra territorium; ſed ſolùm punire delictum commiſſum in territorio: cùm omiſſio reſidentiæ, & delictum, propter quod cenſura incurritur, verè conſumetur intra territorium, & ibi fiat contra præceptum affirmatiuum, vbi fieri debuiſſet actus præceptus; & ibi fiat contra præceptum negatiuum, vbi committitur actus prohibitus, *l. Qui non facit. ff. de reg. iuris*, vt notat idem Suar. *de cenſur. diſp.*5. *ſect.*4. & *lib.*3. *de legib. cap.* 32. *num* 8. & pluribus explicabimus *in materia de cenſuris.*

8. *Inteſtina animaliũ licitè poſſunt comedi die ſabbathi, etiam ab iis, qui tranſeunt per eum locum, in quo eſt cõſuetudo, vt comedantur.*

Tertia pars concluſionis *initio* poſitæ, quòd ſit licitum diſcedere, etiam inchoata, & durante obligatione, probatur: quia, qui tranſit, v.g. per locum, in quo die ſabbathi comeduntur inteſtina animalium, non peccat, ſi illa comedat, etiamſi in loco originis, aut domicilij, vnde diſcedit, contraria ratione ſit obligatio non comedendi. Ita Leſſ. *lib.*4. *cap.*2.*num.*55. Sanchez *lib.*3. *de matr. diſp.*18.*num.* 19. & *lib.*1. *in Decal. cap.*12.*num.*29. Henriq. *lib.*9. *cap.*25.*num.*2. Nauar. *in Man. cap.*23.*num.*120. Salas *de legib. diſp.*14. *ſect.*5. & alij apud ipſum: qoia ibi non tenetur legibus patriæ, aut domicilij, quæ ſolùm habent vim intra fines territorij, vt iam diximus.

9. *Qui degit Mediolani poſt diem Cinerum, licitè poteſt non ieiunare.*

Et idem eſt, ſi quis poſt diem Cinerum degat Mediolani, vbi nondum incepit obligatio ieiunij quadrageſimalis, vt notat Leſſ. *lib.*4.*cap.*2. *cit.n.*59. & Sanchez *lib.*1. *in Decal. cap.* 12. *num.*30. poteſt enim etiam ipſe non ieiunare, cùm lex, & obligatio ieiunandi ſit ibi abrogata pro illis diebus per contrariam conſuetudinem.

10. *Sacerdos Latinus inter Græcos poteſt conſecrare in fermentato, & Sacerdos Græcus inter Latinos poteſt conſecrare in azymo.*

Et ſi Sacerdos Græcus tranſeat per Eccleſiam Latinam, vbi conſecratur in azymo, vel Sacerdos Latinus per Eccleſiam Græcam, vbi conſecratur in fermentato, ſimiliter neque ille tenetur conſecrare in fermentato, neque hic in azymo, ex Suar. *tom.*3. *de Sacram. diſp.*44. *ſect.*3. *§. Illud verò.* Sanchez *lib.*3. *de matrim. diſp.*18.*num.*10. Salas *diſp.*14. *de legibus, ſect.*5. *num.*64. Bonac. *diſput.*1. *de legibus, quæſt.*1. *puncto* 6.*num.*63. dummodo tamen Eccleſia, in qua celebrat Sacerdos Græcus, ſit Latinorum, neque in illa ſeruetur ritus Græcus; & Eccleſia, in qua celebrat Sacerdos Latinus, ſit Græcorum, neque in illa ſeruetur ritus Latinus: quia alioqui vnuſquiſque teneretur ad ſuum ritum, iſque in illa Eccleſia verè obligaret, vt notant Authores citati.

11.

Neque ſolùm id eſt verum, quando quis ante tempus obligationis egreditur eatra territorium, in quo

Licitum eſt recedere à loco obligationis, tamque poſteà non impl re.

quo lex obligat; ſed etiam, quando egreditur inchoata iam, & durante obligatione: vt, ſi quis, v.g. die ipſo feſto, quod obligat in ſuo oppido, aut parochia, migret ad aliud oppidum, aut parochiam, in qua non obligat, vt ibi exerceat opera ſeruilia: ita enim expreſsè docet Nauar. *cap.* 13. *num.* 5. Suar. *tomo* 1. *de relig. lib.* 2. *de ſacrorum dierum obſeruat. cap.* 13. *num.* 6. Leſſ. *lib.* 4. *cap.* 2. *num.* 55. Sayr. *lib.* 7. *clau. reg cap.* 3. *num.* 12. Sanchez *de matrim. lib.* 3. *diſp.* 18. *num.* 21. *& lib.* 1. *in Decal. cap.* 12. *num.* 31. Salas *de legibus, diſp.* 14. *ſect.* 5. *num.* 63. Bonacin. *de legibus, quæſt.* 1 *puncto* 6. *num.* 61. Et ratio eſt: quia præceptum, quod obligat ad feſtum ſeruandum in tali loco, non obligat ad permanendum in illo, & ad non fugiendam præcepti obligationem per receſſum. Et idem eſt, ſi contingat feſtum aliquod ſolùm obligare in vna parochia, non autem in alia: licitè enim poſſunt ſubditi parochiæ, in qua obligat, ſeruiliter operari in alia parochia, in qua non obligat, ex Suar. Leſſio, Sanchez, Bonac. *locis cit.*

Et quamuis Nauar. Sayr. & aliqui alij addant, eum, qui die ipſo feſto diſcedit à loco obligationis, teneri priùs audire Sacrum in eodem loco, vel ſaltem in alio, ad quem accedit; idque eſſe valdè probabile, & omninò tutum, docent etiam Sanchez, & Leſſ. & oppoſitum non eſſe admittendum in praxi, docet Suar. *lib.* 2. *cit. cap.* 15. *num. penult.* quia ſic habet pia conſuetudo populorum, neque illis eſt danda anſa diuini cultus diminuendi; & præceptum affirmatiuum, quod habet aliquam latitudinem temporis, ſi præuideatur non debere ſeruari poſteà, debeat ſeruari quamprimùm: valdè tamen probabile eſt, quòd ſufficienter ſit tutum etiam oppoſitum, & quòd poſſit tali die Sacrum omitti, vt ex multorum ſententia docet Sanchez, & Leſſ. *locis cit.* & Salas *ſect.* 5. *cit. num.* 66. ſi durante adhuc commoditate, & tempore audiendi Sacrum, exeatur extra limites loci: quia, quandiu durat illa commoditas, non peccatur contra præceptum; & quando poſteà illa deſinit, non manet ampliùs obligatio, vtpote exiſtente iam homine extra fines loci, in quo lex obligat.

Et quòd dicitur teneri aliquis præuenire impletionem præcepti affirmatiui, quando præuidet fore, vt poſteà non poſſit implere; ſolùm intelligitur ex ſuppoſitione, quòd toto illo tempore debeat manere obligatio legis; non autem, ſi debeat ceſſare: quia, quando præcipitur per legem, vt quis intra tantum tempus, hoc, vel illud faciat; ſemper ſubintelligitur tacita conditio, ſi toto illo tempore manſerit actu ſubditus ipſius præcipientis, & legem ferentis, cúmque ſemper affecerit obligatio legis; & per conſequens, ſi manſerit ſemper intra territorium; non autem, ſi exierit de illius poteſtate, & durante illo tempore ad alium locum tranſierit, in quo lex non obligat.

12.
Qui recedit ex loco obligationis ieiunij, poteſt extra illum etiã carnes comedere.

Similiter ex hoc eodem principio, quòd leges non obligent extra territorium, colligit idem Sanchez *lib.* 3. *de matrim. diſp.* 18. *cit. num.* 22. *& lib.* 1. in Decal. *cap.* 12. *num.* 34. & Leſſ. *lib.* 4. *cap.* 2. *num.* 58. & Salas *diſp.* 14. *ſect.* 5. *num* 67. *&* 68. eum, qui diſcedit ex loco domicilij, vbi obligat præceptum ieiunij, poſſe poſteà etiam carnes comedere, ſi ad alium locum perueniat, vbi illud non obligat: imò etiam poſſe manè in loco obligationis ientaculum ſumere; quamuis ibi non poſſit carnes comedere: quia obligatio abſtinendi à carnibus, eſt quaſi diuiſibilis ad diuiſionem partium diei: & inde fit, vt ſæpiùs peccetur eodem die, ſi carnes ſæpiùs comedantur; & ideò poteſt manere pro vna parte diei, etiamſi ſciatur non eſſe manſura pro alia; cùm tamen obligatio de vnica tantùm comeſtione, ſit quaſi indiuiſibilis, & diuiſibiliter reſpiciat totam diem, & in illa tota habeat tractum ſucceſſiuum: & quemadmodum ſcitur non eſſe manſura, v.g. pro tempore pomeridiano, quando iam erit peruentum extra fines loci; ita & poteſt accipi, vt non manens moraliter pro tempore matutino, & poteſt de illa non haberi ratio per ientaculum.

Et contraria ratione, ſi quis diſcedat ex oppido, in quo non ieiunatur, poteſt manè in illo comedere carnes, etiamſi meridie, aut veſpere ſit rediturus ad locum domicilij, vbi ieiunatur: & ſi prætereà in illo priori loco comederit pluſquàm ſemel, ſolùm tenebitur in loco poſteriori abſtinere à carnibus; quia hæc obligatio adhuc in illo durat pro reliqua parte diei: non autem tenebitur non cœnare, cùm hæc obligatio non comedendi ſæpiùs, ſed tantùm ſemel, ceſſauerit manè pro tota die: ſecùs verò, ſi hæc obligatio adhuc eſt integra in loco domicilij, & tota die non comedit niſi ſemel; quia tunc omninò debet abſtinere, & ſeruare ieiunium, vt notat Leſſ. *lib.* 4. *c.* 2. *num.* 57. & Sanchez *lib.* 3. *de matrim. diſp.* 18. *num.* 23. *& lib.* 1. *in Decal. cap.* 12. *num.* 33. Dixi autem, *in loco domicilij*: quia, ſi ſit futurus in alio loco, ad cuius leges non teneatur, alia ratio eſt, vt notat Sanchez *diſp.* 18. *n.* 6. *&* 23. 13.

Qui recedit ex loco, in quo non eſt obligatio ieiunij poteſt in illo comedere carnes, etiãſi veſpere ſit futurus, vbi eſt obligatio ieiunij.

Denique ex eodem Leſſio *num.* 59. & Salas *diſp.* 14. *ſect.* 5. *num.* 69. & Bonac. *puncto* 6. *num.* 64. qui durante adhuc Quadrageſima in ſuo oppido, recedit aliò, vbi iam eſt tranſacta; non tenetur ampliùs ieiunare: ſicut & qui primis quatuor diebus manet, v.g. Mediolani, vbi ieiunium non eſt inchoatum. Et idem eſt de celebratione feſti, ſi à loco, in quo celebratur, recedat aliò, vbi non celebratur. Et ratio eſt: quia lex de abſoluendo ieiunio quadrageſimali, & de feſto ſeruando, ſolùm obligat ſub conditione, quòd quis maneat in loco obligationis, vt diximus. 14.

Qui recedit à loco, in quo durat Quadrageſima, & accedit ad alium, in quo iam eſt trãſacta; non tenetur ampliùs ieiunare.

Et quod dicimus de locis extra territorium, intelligi debet etiam de illis, quæ ſunt intra territorium; ſed ſunt exempta à poteſtate ferentis legem, vt ſunt, v.g. Mediolani certæ Domus religioſæ, quæ nó tenentur ad ieiunia ritu Ambroſiano: ſimiliter enim perinde eſt, ac ſi huiuſmodi loca eſſent extra territorium, cùm locus exemptus, & locus extra diœceſim æquiparentur ex Gloſſ. *in Clem.* 1. *verb. aut earum. de foro compet.* Syluest. *excommunicatio,* 2. *num.* 12. Graff. *lib.* 4. *deciſ. cap.* 8. *num.* 39. & aliis communiter: & ideò, qui in illis degunt, non tenentur ad ieiunia, aut leges territorij, vt notat Bonac. *diſp.* 1. *de legibus, quæſt.* 1. *puncto* 6. *num.* 66. Suarius *de cenſur. diſp.* 1. *ſect.* 4. *num.* 5. *& ſeq. & lib.* 3. *de legibus, cap.* 32. *num.* 9. Azot. *part.* 1. *lib.* 5. *cap.* 25 *quæſt.* 4. Salas *de legibus, diſp.* 14. *ſect.* 6. *num.* 85. Palud. *in* 4. *diſt.* 18 *quæſt* 2. *part.* 2. *art.* 2. Gabriel *eadem d. quæſt.* 2. *art.* 2. *concl* 6. S. Antonin. *part.* 3. *tit.* 24. *cap.* 75. §. 1. Summiſtæ *verb. excommunicatio,* & Canoniſtæ communiter *in cap. Cùm Epiſcopus. de officio Ordinarij, in* 6. *& in Clem. Archiepiſcopo. de priuil.* quibus locis habetur, quòd Prælatus non poteſt exercere iuriſdictionem in loco exempto, quamuis materialiter exiſtat in ſua diœceſi. 15.

Loca exempta perinde ſe habent, ac ſi eſſent extra territorium; & ideò leges territorij in illis non obligant.

Sed rectè monet Suar. *de cenſuris, diſp.* 5. *ſect.* 4. *cit. num.* 6. & Salas *loco cit.* benè eſſe aduertendum, vtrùm locus ipſe per ſe ſit plenè exemptus, quales ſunt, v.g. plures parochiæ, aut oppida; quæ, quamuis materialiter ſita ſint in vna diœceſi, pertinent tamen ad iuriſdictionem alterius Prælati, vel ſunt immediatè ſub poteſtate ſolius Papæ: an verò ſit ſolùm exemptus ratione certarum perſonarum, quales ſunt, v.g. plures Eccleſiæ, aut Monaſteria Religioſorum, 16.

Loca Religioſorum non ſunt ſimpliciter, & plenè exempta.

Digitized by Google

Religioſorum, quæ ſolùm ratione illorum cenſentur exempta: vt enim ſubdit Suar. *ibidem*, ſi in his locis exiſtant perſonæ alioqui ſubiectæ ferenti legem; non propterea ſunt ab illa ſolutæ; cùm exemptio loci non ſit ſimpliciter, & quoad omnes; ſed ſolùm quoad ipſas perſonas religioſas.

17. *Exempta Eccleſia, aut Monaſterio, quæ non intelligi debeãt eſſe exempta.* Dum verò dicitur aliquis locus eſſe exemptus, quæ debeant intelligi eſſe comprehenſa per talem exemptionem, videri poteſt apud Sylu. *verb. exemptio, quæſt.* 2. & apud Graff. *par.* 1. *deciſ. lib.* 4. *cap.* 8. *n.* 39. *in fine.* nam *cap. Per exemptionem. de priuilegiis, in* 6. dicitur, quòd per exemptionem conceſſam Eccleſiæ, intelligi debeat eſſe exempta ipſa Eccleſia, & ipſius Monachi, vel Canonici, Clerici etiam, & Conuerſi, perpetuóque Oblati; non autem Eccleſiæ eiuſdem Preſbyter, qui parochianorum curam habet; nec ipſi parochiani. Ille enim Preſbyter, quoad ea, quæ pertinent ad dictam curam; non eſt exemptus à poteſtate Epiſcopi, vel Ordinarij: quia debet ab illo inſtitui, eiúſque directioni, & imperio, & correctioni ſubiici, quoad huiuſmodi curam, vt notat ibi Gloſ. *verb. curam.* Et prætereà ſubditur, quòd ſi eximãtur Canonici alicuius Eccleſiæ, ipſi ſoli Canonici, non autẽ Eccleſia, vel alij Clerici eximũtur: & ſi eximantur Clerici alicuius Eccleſiæ, eximuntur tam Canonici, quàm alij Clerici; nõ autem ipſa Eccleſia, niſi aliter exprimatur in priuilegio exẽptionis. Et ex Gloſ. *ibidem, verb. ipſa Eccleſia,* & *in cap.* 1. *de priuil. eodem lib.* 6. *verb. exempto*, & ex Sylu. & Graff. *locis cit.* ſi eximatur Monaſterium, eximitur etiam Eccleſia, & cœmeterium, & domus cum hortis, & aruis, qui ſunt extra Eccleſiam; & idem eſt de dormitorio, & domibus Clericorum, quæ ſunt iuxta Eccleſiam, cum earum hortis.

18. *Ex loco obligationis licitum eſt recedere, etiã ex directa intẽtione illam vitandi.* Denique quarta pars concluſionis *initio* poſitæ, quòd ſit licitum diſcedere ex loco obligationis, etiam ad effectum, & ex intentione illam vitandi, expreſſè aſſeritur apud Sanchez *lib.* 3. *de matrimonio, diſp.* 18. *cit. num.* 29. & *lib.* 1. *in Decal. cap.* 12. *num.* 35. Suar. *lib.* 2. *de ſacrorum dierum obſeruat. cap.* 13. *num.* 4. *in fine.* Leſſ. *lib.* 4. *cap.* 2. *num.* 59. Bonacinam *de legib. diſp.* 1. *quæſt.* 1. *puncto* 6. *num.* 64. quamuis aliqui alij id non admittant; ſed requirant iuſtam aliquam cauſam talis diſceſſus, vt Sayr. *lib.* 7. *clau. reg. cap.* 3. *num.* 12. Rebell. *de iuſt. par.* 2. *lib.* 2. *quæſt.* 7. *ſect.* 3. *num.* 16. & alij apud Sanchez *de matrimonio, lib.* 3. *diſp.* 18. *num.* 19. *citato.* Sed contra iſtos ratio eſt: quia lex de ieiunio ita obligat exiſtentes in territorio, dum in illo exiſtunt, vt tamen obliget ad non recedendum ex illo, ſéque non liberandum ab illius obligatione per talem receſſum; & ideò vnuſquiſque vtitur iure ſuo, ſi recedat; & dum illo vtitur, non poteſt dicere fraudem committere. *l. Nullus videtur. ff. de reg. iuris.* & *l. Quòd & lex. verſ. Is tamen. ff. de libero homine exhibendo.* & per conſequens neque eſt dicendus tranſgredi legem; ſed ſolùm licitè quærere fugam illius obligationis.

DISPVT. XXXII.

Vtrùm aduenæ teneantur legibus loci, ad quem accedunt.

1. *Concluſio eſt.*
2. *Aduenæ tenentur legibus loci, in quo acquirunt domicilium.*
3. *Domicilium, aut quaſi domicilium quomodo acquiratur.*
4. *Subiectio acquiritur etiam per quaſi domicilium.*
5. *Parochia acquiritur etiam per quaſi domicilium.*
6. *Domicilium, aut quaſi domicilium, quomodo amittatur.*
7. *Domicilium, & Parochia poteſt haberi duplex.*
8. *Domicilium in caſu dubio probatur per habitationem decem annorum.*
9. *Ordines non poſſunt ſuſcipi ab Epiſcopo quaſi domicilij.*
10. *Oriundus, aut originarius alicuius loci quis dicatur.*
11. *Domicilium originis, & habitationis, quo differant.*
12. *Aduenæ tenentur legibus loci, per quem tranſeunt, vel ad quem accedunt, ſi illæ leges ſint de iure communi.*
13. *Abſentia, & præſentia diuerſimodè ſumitur ſecundùm diuerſam materiam.*
14. *Fictio iuris non extenditur vltra caſus in iure expreſſos.*
15. *Aduenæ tenentur legibus loci, per quem tranſeunt, vel ad quem accedunt, quando ſunt communes etiam loci, à quo recedunt.*
16. *Aduenæ tenentur legibus contractuum loci tranſitus, aut acceſſus.*
17. *Lis debet expediri, vbi eſt ſita res litigioſa.*
18. *Contractus dotalis non intelligitur factus ſecundùm leges loci, in quo eſt ſcriptus; ſed loci, in quo vir habet domicilium.*
19. *Aduenæ tenentur ſeruare eas leges, quarum tranſgreſſio ſpecialiter cedit in damnum loci.*
20. *Quomodo poſſit in aliquo territorio ferri lex, quæ reſpiciat ſolos aduenas.*
21. *Aduenæ poſſunt puniri in loco tranſitus, ſi ibi committant delictum.*
22. *Aduenæ tenentur legibus loci tranſitus, ſi ex illarum tranſgreſſione immineat ſcandalum.*
23. *Aduenæ extra caſus iam poſitos non tenentur legibus loci tranſitus, aut acceſſus.*
24. *Quod non durat, cenſetur non factum.*
25. *Breuis commoratio, ad non contrahendam legum obligationem, quænam ſit.*
26. *Ad quaſi domicilium non eſt neceſſaria voluntas manendi ad maiorem anni partem.*
27. *Aduenæ infideles, ad quas leges teneatur in loco tranſitus, aut acceſſus.*
28. *Vagi, & qui nullibi habent certam ſedem, vbique tenentur legibus locorum.*
29. *Regulares, per ſe loquendo, non tenentur legibus locorum, in quibus peregrinantur, aut hoſpitantur.*

POst explicatam obligationem, quam habent peregrini ad leges patriæ, aut loci, à quo recedunt; agendum eſt de obligatione, quam habent aduenæ ad leges loci, ad quem accedunt. Et concluſio eſt, quòd huiuſmodi legibus tunc tenentur, quando in tali loco acquirunt domicilium, aut quaſi domicilium, & intendunt ibi eſſe per maiorem anni partem. Ita Palud. *in* 4. *d.* 15. *quæſt.* 4. *art.* 3. Sylu. *verb. domicilium, num.* 2. Suar. *tomo* 1. *de relig. lib.* 2. *de ſacrorum dierum obſeruat. cap.* 14. *num.* 5. & 6. & *lib.* 3. *de legib. cap.* 33. Leſſ. *lib.* 4. *cap.* 2. *num* 47. & 49. Sanchez *lib.* 3. *de matrim. diſp.* 18. *num* 9. & *lib.* 1. *in Decal. cap.* 12. *num.* 41. & 42. Salas *de legib. diſp.* 14. *ſect.* 4. *num.* 37. Reginal. *lib.* 13. *num.* 141. Sayr. *lib.* 3. *clau. reg. cap.* 4. *num.* 15. Bonac. *de legib. diſp.* 1. *quæſt.* 1. *puncto* 6. *num.* 38. 1. *Concluſio eſt.*

Et ſi leges ſint de iure communi, non modò obligant in loco acceſſus, & quando in illo acquiritur domicilium; ſed etiam in loco tranſitus, ſiue ſint

abrogatæ per contrariam conſuetudinem in loco receſſus,ſiue non. Ita Sanchez *lib.1. in Decal.cap.12.cit.num.39.* Henriquez *lib.9.cap.25.num.2.in fine,litera S.* Sayr. *lib.3. clau reg.cap.4.num.15.* Suar. *lib.2. de ſacrorum dierum obſeru. cap.14.num.27.&* 28. Nau. *in Man.cap.23.num.*120.Bonacin.*de legibus,quæſt.1.puncto 6.num.55.* & alij apud ipſum. Si verò ſint leges propriæ ſolius loci acceſſus, aut tranſitus,ſeruandæ omninò ſunt ab iiſdem aduenis, quando pertinent ad ſolennitatem, & formam contractuum, vel quando illarum tranſgreſſio ſpecialiter cedit in damnum illius loci. Ita Felio. *in c.1.de ſponſalibus.*Panorm.*part.2.conſiliorum,conſ.52.* Suar. *lib.3. de legibus, cap.33. num.13.& de cenſur. diſp.5. ſect.5. num.14. & lib.2.de ſacror. dier.obſeruat. cap.14. num.12.* Azot. *lib.5. cap.15. quæſt.3.* Sanchez *de matrim.lib.3. diſp.18. num.10. & lib.1. in Decal. cap.12. num.36.* Salas *de legibus, diſp.14. ſect.4.num.52.*Bonac. *de legibus, diſp.1.quæſt.1.puncto 6.n.51.& 53.*

Et extra hos caſus, probabile eſt, quòd aduenæ non teneantur legibus loci, per quem tranſeunt, vel ad quem accedunt, vt docet Palud. *in 4.d.15. quæſt.4.art.3.num.24.*Sylu.*verb.ieiunium.* S.Anton. *part.2.tit.6.cap.2.§.2.* Medin. *part.2.quæſt.96.art.5. ad finem.* Sayr. *lib.3. clau. reg.cap.4.num.15.* Azot. *lib.5.cap.11.quæſt.3.* Sanchez *de matr.lib.3.diſp.18. num.6. & lib.1. in Decal. cap.12. num.38.* Suar. *de Sacram.diſp.44.ſect.3.* Leſſ. *lib.4.cap.2.num.49.* Reginal. *lib.13.num.172.* Bonac. *de legibus, quæſt.1. puncto 6.n* 48.

Si tamen ſint vagi,& nullibi habeant certam ſedem,probabiliſſimum eſt, quòd ſemper teneantur legibus loci,in quo obiter reperiuntur:& ſicut vbique acquirunt iura,& effectus domicilij;ita & vbique acquirant ſubiectionem, & obligationem ad leges. Ita Med.1.2. *quæſt.96.art.5.* Sanchez *de matrim.lib.3.diſp.18.num.15.& lib.1. in Decal. cap.12. num.23.* Suar. *lib.2. de ſacrorum dierum obſeruat. cap.14.num.19.& 20.* Azot. *lib.5.cap.11.quæſt. 13.* Salas *de legibus,diſp.14.ſect.4. num.40.& 55.* Sayr. *lib.3.clau.reg.cap.4.num.15.* Reginald. *lib.13.num. 172.* Sot. *in 4.d.18. quæſt.4.art.20.verſ. Eſt hic tamen adnotandum.* Bonacin. *quæſt.1.de legibus, puncto 6.num.54.*

2.
Aduenæ tenentur legibus loci, in quo acquiriũt domicilium.

Atque,vt has omnes partes concluſionis de more explicemus,& probemus: Prima pars,quòd aduenæ teneantur legibus loci, ad quem acceſſerunt, quando iam in illo acquiſierunt domicilium, aut quaſi domicilium,probatur ex eo: quia ſimul cum domicilio etiam acquiſierunt ſubiectionem, & per conſequens etiam obligationem ad leges ſeruandas:ſiquidem inceperunt eſſe incolæ, & pars illius Communitatis,ad quam diuerterunt, & per conſequens etiam debuerunt incipere regi iiſdem legibus, quibus alij, vt communiter notant Authores citati: eáque obligatio, ſecundùm eoſdem Authores,ſtatim incipit à prima die acceſſus ad talem locum, dummodo fiat animo ibi manendi;neque deſinit,ſi ſolùm mutetur talis animus, ſed debet præterea etiam reipſa recedi ab illo loco:quia,ſicut per ſolam mutationem voluntatis non amittitur domicilium; ita neque amittitur ſubiectio, & obligatio.

3.
Domicilium, aut quaſi domicilium quomodo acquiratur.

4.
Subiectio acquiritur etiã per quaſi domicilium.

Et quanuis Gloſſ. *in cap. Quæ contrà.verb.peregrini.d.*8. & aliqui alij apud Sanchez *lib.3. de matrim. diſp.18. cit. num.8. & lib.1. in Decal. cap.12. num.41.* & apud Suar. *de ſacror. dierum obſeruat. cap.14.num.2.& lib.3.de legibus,cap.33.num.2.*contendant,non acquiri ſubiectionem per diuturnam habitationem,& quaſi domicilium;ſed requiri habitationem, cum voluntate perpetuò permanendi, quæ propriè appellatur domicilium; id tamen eſt minùs probabile, vt notat Sanchez *diſp.18.cit.n.9.* & practicè non poteſt defendi, vt notat Suar. *cap.14.cit.num.2.de feſtis*, & tanquàm improbabile eſt reiiciendum, vt idem habet *cap.33. num.2. cit. ex lib.3.de legibus:* & abſolutè eſt dicendum,quòd per voluntatem diuturnæ habitationis,id eſt,ſaltem ad maiorem anni partem, & per ipſum factum, & actualem inchoationem talis habitationis,verè acquiritur ſufficiens ſubiectio, & obligatio ad leges ſeruandas; ſicut & acquiritur parochia, vel domicilium parochiale,& ratione illius ſubiectio quoad omnia Sacramenta, præter Sacramentum Ordinis, vt dicemus; & quoad ſepulturam, & quoad votorum diſpenſationem,& quoad reliqua omnia, prout poſtulat bonum regimen animarum; vt videre eſt apud Sanchez *lib.3. de matr.diſp.23.num.12.& 13.* & apud Salas *diſp.14.de legibus, ſect.4.num.37.* & apud Bonacin. *quæſt.1.de legibus, puncto 6.num. 43.& ſeq.* qui etiam rectè monet *num.45.* ex Suar. & Sanchez *locis citatis*, & ex Leſſio *lib.4. cap.2. num.47.& 99.* & ex aliis communiter, non amitti hanc ſubiectionem, & obligationem ad leges per ſolam depoſitionem voluntatis vlteriùs habitandi; ſed requiri prætereà etiam actualem receſſum à loco habitationis.Et quemadmodum domicilium, aut quaſi domicilium non acquiritur per ſolam voluntatem habitandi perpetuò, vel ad maiorem anni partem; ſed requiritur etiam habitatio actualis,& ipſum factum:ita & non amittitur per ſolam depoſitionem voluntatis, ſed requiritur etiam actualis ceſſatio habitationis, & ipſum factum; cùm ſemper per eas cauſas res diſſoluatur, per quas naſcitur: *cap.1.de reg.iuris.* Et ideò tandiu quis ſit cenſendus de parochia, & quoad Sacramenta ſubiectus Parocho,& quoad leges ſubiectus Epiſcopo, aut Principi, quandiu continuat realem, & externam habitationem, quidquid ſit de voluntate interna eam continuandi, vel non continuandi.

5.
Parochia acquiritur etiã per quaſi domicilium.

6.
Domicilium, aut quaſi domicilium quomodo amittatur.

7.
Domicilium, & parochia poteſt haberi duplex.

Quòd ſi contingat, ita acquiri in aliquo loco domicilium nouum,vt tamen non amittatur domicilium vetus,& intentio habeatur retinendi vtrunque,& æqualiter,aut viciſſim habitandi in vtroque ad bonam anni partem, v.g. in vno per æſtatem,& in altero per hyemem;leges vtriuſque loci ſeruandæ erunt pro illo tempore, pro quo habitatio habetur in vtroque,vt notat Leſſ.*lib.4.cap.2.num.46.* & Sanchez *lib.1.in Decal. cap.12.num.40.* & Salas *diſp.14.de legibus,ſect.4. num.37.* & Bonacin. *quæſt. 1.de legibus,puncto 6.num.42.* cùm pro huiuſmodi tempore, qui ſic habet duplex domicilium, verè ſit incola vtriuſque loci, & pars vtriuſque Communitatis.

Et quòd reuerà poſſit acquiri domicilium nouũ, & noua parochia in vno loco; non amiſſo,ſed retento domicilio, & parochia vetere in alio loco; expreſsè habetur *cap.2.de ſepult.in 6.& l. Aſſumptio,§.filius,& l.Eius qui manumiſit. §. Celſus. ff. ad municipale.* & videri poteſt apud Paludanum *in 4. d.17.quæſt.3. art.2.& 3.* S.Antonin. *part.3. tit.17. cap.4.caſu 2.* Sylu. *Confeſſor,1.quæſt.3.in fine*, Sanchez *lib.3.de matr.diſp.24.num.2.* & alios *paulò antè* citatos. Et in tali caſu duplicis domicilij, & parochiæ, poſſunt Sacramenta indifferenter ſuſcipi toto anno ab vtroque Parocho; neque eſt neceſſarium,vt ſuſcipiantur determinatè ab illo, in cuius parochia ſit habitatio, quando ſuſcipiuntur, vt volunt aliqui apud Sanchez *diſp.24. cit.num.4.* Contrà enim eſt: quia alioqui malè dicerentur haberi ſimul duo domicilia,& duæ parochiæ, contra *c.2.*

cit.de

Digitized by Google

cit.de ſepult.in 6.ſi ſolùm haberetur vna poſt aliam; & dum tempore hyemis babetur, v.g.hæc, non haberetur pro eodem tempore etiam alia:& malè diceretur *eod. cap.*2. quòd canonica portio eſt diuidenda inter vtranque parochiam, quando is, qui habet duplicem,eligit alibi ſepulturam; ſed potiùs dicenda eſſet tota deberi illi parochiæ, in qua is eſſet mortuus,ſi pro illo tempore ab eo tantùm Parocho potuiſſet Sacramenta recipere. Et ſic docet Nauar.*in cap.Placuit.num.*78.*de pœnit.d.*6. Henriq. *lib.*6.*cap.*7.*num.*2. Sanchez *de matrim.lib.*3.*diſp.*24. *cit.num.*5.

8. *Domicilium in caſu dubio probatur per habitationẽ decem annorum.*

Quòd ſi ſit dubium, vtrùm aliquis verè acquiſierit domicilium in aliquo loco,& inceperit in illo habitare, cum intentione manendi perpetuò, præſumi debet verè acquiſiuiſſe, & verè intendiſſe perpetuò habitare, quando continuauit habitationem per decennium, vt ex Doctoribus communiter notat Leſſ.*lib.*4.*cap.*2.*num.*46. & Bonacin.*quæſt.*1.*de legib.puncto*6.*num.*42.quanuis alioqui ſola habitatio per decennium,& quæcunque alia vltra decennium, non poſſit ſufficere ad acquirendum verum domicilium,ſi conſtet, fuiſſe continuatam ſine animo perpetuò manendi, vt videre eſt apud Sanchez *lib.*3.*de matrim. diſp.* 23.*num.*1. & ideò non obſtante huiuſmodi habitatione per decennium, non poteſt, qui ſic habitauit, promoueri ad Ordines per Epiſcopum talis habitationis;quanuis poſſit recipere omnia alia Sacramenta, vt *ſuprà* diximus, cùm ſpecialiter ita ſit cantum in iure, *cap. Nullus.de tempor.ord.in* 6. vt ille tantùm Epiſcopus pro conferendis Ordinibus poſſit cenſeri proprius, de cuius diœceſi eſt oriundus, qui Ordines ſuſcipit, vel in cuius diœceſi habet beneficium, aut domicilium habitationis;quod tamen,vt diximus,non acquiritur ſine animo perpetuò manendi.

9. *Ordines non poſſunt ſuſcipi ab Epiſcopo quaſi domicilij.*

10. *Oriũdus, aut originarius alicuius loci quis dicatur.*

Et quod dicitur de oriundis, rectè monet Sanchez *lib.*3.*de matrim. diſp.*23.*cit.num.*3. non eſſe intelligendum de iis, qui fortè ibi naſcuntur, vbi parentes non habent domicilium fixum: ſiquidem hi non dicuntur originarij illius loci; ſed finguntur eſſe nati, vbi parentes babebant domicilium: & mater, quæ alicubi manſit animo redeundi, & non perpetuò manendi, fingitur ſemper fuiſſe in loco veri domicilij, & ibi peperiſſe, *l.*1.*& l.Retrò.ff.de captiuis.*& notat Panorm.*in cap.Rodulfus.num.*9.*de reſcript.* Felinus *ibidem, num.*14.& Sylu. *verb.Ciuitas, quæſt.*14. Nauar. *conſ.*41. *de præben. lib.*3. Henriq.*lib.*10.*cap.*12.*num.*1.& plures alij apud Sanchez *num.*3.*cit.*qui etiam addit,id verum eſſe,etiamſi parentes ibi manſerint per decennium, & vltrà: & *num.*4 hoc præcipuè eſſe diſcriminis inter domicilium originis,& habitationis; quòd illud ſit immutabile, *l.Aſſumptio.ff.ad municip.* & *l.Origine.C. de municip.lib.*10. in quantum, ſcilicet,eſt habitum ab ipſa natura, & numeratur inter naturalia, quæ ſunt immutabilia; hoc verò propria voluntate, & facto mutari poſſit, ſicut & propria voluntate, & facto acquiritur, vt iam diximus. Quanquam huiuſmodi immutabilitas domicilij originis,non proptereà inducit immutabilitatem ſubiectionis, & obligationis ad leges patriæ ſeruandas,cùm hæ non obligent extra territorium, vt *ſuprà* probauimus; ſed ſolùm facit,vt patria ipſa,ex qua quis natus eſt, mutari non poſſit, vt dicitur *l.Aſſumptio. cit.ff. ad municip.*

11. *Domicilium originis, & habitationis, quo differãt.*

12. *Aduenæ tenẽtur legibus loci,per quem tranſeũt, vel ad quẽ accedunt, ſi illæ leges ſint de iure communi.*

Secunda pars concluſionis,quòd aduenæ teneantur iis legibus,quæ ſunt de iure communi, & obligant in loco, per quem tranſeunt, vel ad quem accedunt, etiamſi per deſuetudinem ſint abrogatæ in alio loco,à quo recedunt; probatur ex eo:quia ius commune,quantùm eſt ex ſe, vbique obligat,& ſolùm ex accidente poteſt quis ab illo excuſari, ſi, ſcilicet,ſit in loco,in quo illud ſit abrogatum; non autem ſi ſit in loco,vbi obligat. Atque hoc modo,ſi quis diſcedat Mediolano, vbi non obligat ius commune de inchoandis ieiuniis feria quarta Cinerum,& accedat ad locum, vbi obligat; omninò tenetur:quia priùs non excuſabatur,niſi ex contraria conſuetudine illius loci, quæ tamen extra illum non poteſt ampliùs excuſare:& totum priuilegium comedendi carnes, & non ieiunandi quatuor illis diebus, non eſt perſonale, quod ſequatur perſonas ipſorum ciuium, aut incolarum Mediolanenſium; ſed eſt locale,& alligatum, vel affixum certo loco, & extra illum non ſe extendens. Et eadem ratione peccaret Catalanus, ſi diebus ſabbathi comederet inteſtina animalium, iuxta morem ſuæ patriæ, in aliquo alio regno, vbi talis conſuetudo non vigeret,vt notat Panorm. *in cap. Conſilium. de obſeruat. ieiunij*, & Bonac. *quæſt.*1.*de legib. puncto* 6.*num.*56. quanuis Azor. *part.*1.*lib.*5.*cap.*11.*quæſt.*3.§. *Eſt tamen animaduertendum.* oppoſitum ſentiat, ſi abſit ſcandalum; & clariùs id doceat Sanchez *lib.*3.*de matr.diſp.*18.*num.*7. vbi vniuerſaliter aſſerit, quòd etiam leges communes alicubi abrogatæ per contrariam conſuetudinem,non obligant incolas illius loci, ſi fortè alibi reperiantur, & breui ſint redituri ad locum priorem:& citat Palatium *in* 4.*diſt.*15. *diſp.*8.*poſt ſextam concluſionem.*& Petrum de Ledeſma *de matr.quæſt.*45.*ar.*5.*puncto* 3.*dub.vlt.*vbi id aſſerunt ſpecialiter de Caſtellano tranſeunte per Luſitaniam, quanquam poſteà idem Sanchez ex profeſſo id totum retractat *lib.*1.*in Decal.c.*12.*n.*39.

Neque obſtat,quòd, vt habetur in Trid.*ſeſſ.*23. *cap.*1.*de reformat.* ex ſententia veterum Canonum, non videtur abeſſe,qui breui eſt reuerſurus;& ideò Epiſcopus, aut Curatus non cenſetur abeſſe à reſidentia, quando ad illam eſt reuerſurus intra duos menſes,vt ibi ſtatuitur, & ex iure communi *l.Poſtliminium.*§.*Poſtliminio.*benè cenſetur quis poſtliminio rediiſſe,quando iam intrauit fines patriæ:quia, ſcilicet, breui ad illam eſt perueturus, & modica abſentia reputatur quaſi præſentia. Ex quo videtur poſſe inferri,quòd etiam is, qui breui eſt rediturus, v.g.Mediolanum,poſſit reputari,quaſi continuò ibi manſiſſe, & veluti præſens, & minimè abſens; & ideò poſſit cenſeri ſolutus à lege abſtinendi à carnibus, & ieiunandi à feria quarta Cinerum. Nam contrà eſt: quia, vt notat Felinus *in cap.Quoniam frequenter. num.* 9. *vt lite non conteſt.* ex Gloſ. *in l. Abſentem. ff. de verb.ſign.* ſecundùm diuerſam materiam, diuerſimodè ſumitur nomen præſentiæ, & nomen abſentiæ; nec poteſt tradi vna doctrina communis pro omnibus: & quando tractatur, v.g. de ſtipulatione, quæ ſolùm dicitur poſſe contrahi inter præſentes,ille tantùm dicitur præſens,qui poteſt audire vocem alterius, §.*Item verborum.Inſtit. de inutil. ſtipulat.* & quando tractatur de præſcriptione inter præſentes, etiam ille dicitur præſens, qui eſt in eadem prouincia,*l.fin.C.de præſcript.longi temporis.* & ſic de aliis. Vnde, quidquid ſit de abſentia,aut præſentia,pro aliis rebus,certè pro legum obligatione, & priuilegiorum participatione debet accipi in ordine ad fines territorij, vt *ſuprà* diximus; & ideò, ſiue is, qui parum abeſt Mediolano, & breui illuc eſt rediturus, poſſit dici, quoad reſidentiam, & quoad aliqua alia eſſe ibi præſens, ſiue non,non eſt cenſendus abſolutè eſſe præſens quoad legum obligationem,aut ſolutionem; & verè tenetur communi lege ieiunij, ſi ibi reperiatur, vbi non viget contraria conſuetudo.

13. *Abſentia, & præſentia diuerſimodè ſumitur, ſecundùm diuerſam materiã.*

Et in idem recidit etiam illud, quod habet Sanchez *lib.* 1. *in Decal. cap.* 12. *num.* 39. vbi ex profeſſo retractat, quod alibi docuerat in contrarium, vt *paulò antè* monuimus, ſi, ſcilicet, admittatur, quòd qui recedunt ea aliquo loco, ſolùm ad breue tempus, & breui ad illum redituri, poſſunt haberi fi-

14. *Fictio iuris non extenditur vltra caſus in iure expreſſos.*

ctione iuris, tanquàm in illo præſentes: id tamen ſolùm eſt admittendum pro iis caſibus, pro quibus hæc fictio iuris eſt in iure expreſſa; non autem vniuerſaliter, & pro omnibus, cùm in iuris fictione non detur extenſio, vt tradunt Doctores communiter *in cap. In præſentia. de probat.* Et in re præſenti, quemadmodum hæc breuis abſentia non reputatur fictione iuris tanquàm præſentia, ad effectum, vt qui ſic abſunt, teneantur ſtatutis, aut conſuetudinibus ſpecialibus loci, à quo abſunt: ita nec debet reputari præſentia, ad hoc, vt gaudeant ſpecialibus priuilegiis eiuſdem loci, quæ ſimiliter vltra illum non ſe extendunt; & ideò nec gaudent priuilegio comedendi, & non ieiunandi à die Cinerum, cùm præſertim, quæ ſunt contra ius commune, ſint odioſa, & ſe habeant tanquàm leges correctoriæ; & ideò ſint reſtringenda, non autem amplianda.

Neque eſt eadem ratio de ſtatutis, aut legibus, vel conſuetudinibus propriis, & particularibus loci, per quem fit tranſitus, vel ad quem fit acceſſus ſine animo diu ibi morandi, & de legibus communibus, vel de iure communi: illæ enim ideò non obligant peregrinos, aut aduenas, vt diximus; quia, qui illas condit, non habet in illos iuriſdictionem per ſe, neque eam acquirit per ſolùm tranſitum, aut per breuem moram; cùm tamen is, qui condit ius commune, non ſic ſe habeat, ſed per ſe habeat iuriſdictionem in omnes, vt benè notat Sanchez *lib.* 1. *in Decal. cap.* 12. *num.* 39. *cit.* & ideò omnes obliget, niſi alicubi excuſentur per contrariam conſuetudinem.

15. *Aduenæ tenentur legibus loci, per quem tranſeunt, vel ad quem accedunt, quando ſunt communes etiam loci, à quo recedunt.*

Et quod dicimus de legibus communibus, aut de iure communi, quòd ſint ſeruandæ in loco tranſitus, aut acceſſus, eſt etiã dicendum de legibus, aut ſtatutis particularibus, quando ita obligant in loco tranſitus, aut acceſſus, vt etiam obligent in loco receſſus: ſunt enim ſimiliter ſeruandæ in vtroque loco, vt notat Suar. *de relig. tomo* 1. *lib.* 2. *de ſacrorum dierum obſeruat. cap.* 14. *num.* 15. Salas *de legibus, diſput.* 24. *ſect.* 4. *num.* 4. Bonacin. *de legibus, quæſt.* 1. *puncto* 6. *num.* 36. §. *Hoc poſito.* Sanchez *de matr. lib.* 3. *diſp.* 18. *num.* 3. & *lib.* 1. *in Decal. cap.* 12. *num.* 21. & 38. *ad* 6. & 7. & apud illum omnes communiter. Et ratio eſt: quia eo ipſo, quòd vtriuſque loci Gubernatores, & Principes eandem legem tulerunt pro vtroque, & ciues vtrobique eam ſeruant, videtur illa lex reſpectu eorum locorum pertinere, quaſi ad ius gentium; & ideò ab vtriſque eſt ſeruanda: quamuis alioqui leges loci receſſus per ſe acceptæ extra illum non obligent, & leges loci acceſſus ſolùm obligent ſubditos illius loci: & quemadmodum ab aliis legibus communibus non excuſatur quis, niſi ratione exemptionis, quæ fortè per contrariam conſuetudinem ſit inducta in aliquo loco; ita & ab his ſimpliciter non excuſatur in loco tranſitus, aut acceſſus, ſi in illis nulla eſt talis exemptio.

16. *Aduenæ tenentur legibus contractuum loci tranſitus, aut acceſſus.*

Tertia pars concluſionis, quòd leges propriæ ſolius loci tranſitus, aut acceſſus, ſeruandæ ſint à peregrinis, & aduenis, quando pertinent ad ſolennitatem, aut formam contractuum, & quando illarum tranſgreſſio ſpecialiter cedit in damnum illius loci, expreſsè habetur quoad contractus, *cap. finali, de foro competenti,* & *l. Si fundus. ff. de euict.* Et inde fit, vt huiuſmodi peregrini, & aduenæ etiam teneantur ad gabellas, ſi fortè ſoluantur ea contractu, vt notat Sanchez *lib.* 3. *de matr. diſp.* 18. *num.* 12. Medina *C. de reſtit. qu.* 15. Bonac. *de legib. quæſt.* 1. *puncto* 6. *num.* 51. in quantum, ſcilicet, obligatio ad gabellas eſt acceſſoria ad contractum; & ſi vendant, teneantur vendere pretio ibi taxato; & ſi faciant teſtamentum, teneantur adhibere ſolennitates ibi ſtatutas; & ſi contrahant matrimonium, teneantur contrahere coram Parocho, & teſtibus, ſi ibi obligat Concilium Tridentinum; ſiue præterea etiam obliget in loco receſſus, ſiue non, & ſic de aliis. Et ratio eſt: quia huiuſmodi leges in tali loco ſunt regula talium actuum, quoad validitatem, aut nullitatem, & quoad vim obligandi: neque actus, qui requirunt in aliquo loco certam ſolennitatem, aut formam, poſſunt habere valorem ſine adminiculo iuris, vt dicitur *l. Legitima. ff. de pactis.* quod tamen adminiculum habere non poſſunt, quando leges loci illis reſiſtunt, & ibi celebrantur contra ius. Et ideò, ſi huiuſmodi leges ita præſcribant ſolennitatem in contractibus, vt illos etiam irritent, ſi fortè careant dictis ſolennitatibus, cenſeri debent reuerà irriti, etiam quando celebrantur à peregrinis, & aduenis; ſiue à forenſibus, vt notat Salas *diſp.* 14. *de legibus, ſect.* 4. *num.* 53.

Et ad idem pertinet, ſi lis oriatur circa bona, quæ aliquis habet in aliena ciuitate: ab illo enim Iudice, iiſque legibus debet lis iudicari, in cuius loco res eſt litigioſa, vt notat Gloſ. *in cap. Sanè. de foro compet.* & ex illa Azor. *part.* 1. *lib.* 5. *c.* 11. *qu.* 3. & habetur *l. Actor. C. vbi in rem actio.* & *l. Forma. ff. de cenſibus.* quanquam non eſt cenſendus quis abſolutè fieri ſubditus alio Gubernatori, aut Principi, per hoc ſolùm, quòd bona poſſideat in illius ditione, aut territorio; ſed ſolùm fit ſubditus quoad huiuſmodi bona, ſicut & ratione contractus alicubi celebrati non fit quis abſolutè ſubditus; ſed ſolùm quoad obligationem illius contractus, vt notat Bonac. *puncto* 6. *num.* 51. *cit.* 17. *Lis debet expediri, vbi eſt, ita res litigioſa.*

Excipitur tamen ab hac communi regula contractus dotis, vt notat Sanchez *lib.* 3. *de matrimonio, diſp.* 18. *num.* 11. ex Bart. Iaſ. & aliis & Bonac. *quæſt.* 1. *de legibus, puncto* 6. *num.* 51. & aliqui alij apud Salas *diſp.* 14. *ſect.* 4. *n.* 46. de hoc enim contractu expreſsè dicitur *l. exigere. ff. de iudiciis*, quòd habet hoc ſpeciale, vt in illo non inſpiciatur locus contractus; ſed locus, vbi vir habet domicilium: quia ipſimet coniuges, & contrahentes omnia videntur deſtinaſſe ad talem locum domicilij, in quem etiam mulier per conditionem matrimonij eſt reditura. 18. *Contractus dotalis non intelligitur factus ſecundùm leges loci, in quo eſt ſcriptus, ſed loci, in quo vir habet domicilium.*

De aliis verò legibus, quarum tranſgreſſio ſpecialiter cedit in damnum loci tranſitus, aut acceſſus, quòd ſimiliter obligent peregrinos, & aduenas, iſque teneantur eas ſeruare in dictis locis, quamuis alioqui non ſint in illis ſubditi; probatur ex eo: quia ius ipſum naturæ dictat, non eſſe impediendum bonum commune alicuius loci, ſiue quis alioqui in illo ſit ſubditus, ſiue non. Atque hoc modo tenentur etiam peregrini, & aduenæ non extrahere merces, aut frumenta ex loco tranſitus, aut acceſſus contra illius leges, & in illo non commorari vltra certum tempus lege præſcriptum. Et poſſunt à Gubernatoribus loci ferri leges, quæ directè ſolùm reſpiciant peregrinos, & aduenas, in quantum debent non impedire bonum commune, & hoc, vel illo modo ſe gerere in loco tranſitus, aut acceſſus, vt notat Suar. *lib.* 3. *de legibus, cap.* 33. *num.* 7. ex Hoſtienſ. Panorm. & Syluest. quia quoad hæc ſatis ſunt ſubditi ratione tranſitus, & moræ breuis; & alioqui non eſſet ſatis conſultum illi Communitati, ſi illius Gubernatores non poſſent per leges 19. *Aduenæ tenentur ſeruare eas leges, quarum tranſgreſſio ſpecialiter cedit in damnũ loci.* 20. *Quomodo poſſit in aliquo territorio ferri lex, quæ reſpiciat ſolos aduenas.*

eam

eam defendere contra quoſcunque, etiam peregrinos, & forenſes.

21. *Aduenæ poſſunt puniri in loco tranſitus, ſi ibi committant delictum.*

Et hinc etiam fit, vt forenſes, & aduenæ poſſint puniri ſecundùm leges loci tranſitus, aut acceſſus, ſi fortè ibi committant delictum; quia ratione delicti fiunt ſubditi, & ſubiiciuntur foro, *cap. Licèt ratione. de foro compet. & l. Quæſtiones. C. vbi de criminibus.* Intelligendo tamen appellatione delicti, tranſgreſſiones earum legum, ad quas tenentur in illo loco, etiam ipſi; non autem aliarum, ſi quæ ſunt, quæ ſolùm obligent proprios ſubditos illorum locorum.

22. *Aduenæ tenentur legibus loci trāſitus, ſi ex illarum tranſgreſſione immineat ſcandalum.*

Et ſimiliter ad hoc caput obligationis poteſt reduci etiam illa alia, quam habent iidem forenſes, aut aduenæ ratione ſcandali: tenentur enim ſimiliter ad omnes leges, quas violare non poſſunt ſine ſcandalo, & offenſione aliorum, vt, v. g. ſi publicè tempore feſti laborent ſeruiliter, aut tempore ieiunij publicè comedant carnes, vt notat Azor. *lib. 5. cap. 11. q. 3.* Salas *de legib. diſp. 14. ſect. 4. n. 40.* Suar. *lib. 3. de legib. cap. 33. num. 6.* Sanchez *lib. 1 in Decal. cap. 12. num. 25.* Bonac. *de legibus, quæſt. 1. puncto 6. n. 50.* & alij apud ipſum. Et ratio eſt: quia obligatio vitandi ſcandalum, & offenſionem aliorum, nec iis præbendi occaſionem ſpiritualis ruinæ, eſt obligatio naturalis, & pertinet ad quoſcunque, & ideò etiam poſſunt huiuſmodi forenſes, & aduenæ in illis locis puniri, ſi violent cum ſcandalo huiuſmodi leges, vt notat Sanchez *cap. 12. cit. num. 38. ad 3.*

23. *Aduenæ extra caſus idpoſitos nō tenētur legibus loci trāſitus, aut acceſſus.*

Quarta pars concluſionis, quòd extra hos caſus non teneantur peregrini, & aduenæ, ſiue forenſes, legibus loci, per quem tranſeunt, vel in quo hoſpitantur, aut morantur ſolùm ad breue tempus; probatur ex eo: quia, qui ſolùm tranſit per aliquem locum, aut ſolùm breui tempore in illo eſt, moraliter non dicitur in illo eſſe, *l. Quæſitum. §. fin. ff. de leg. 3.* ſicut & qui natus ſtatim obiit, moraliter reputatur, quaſi non natus, *cap. Nam & ego de verb. ſig.* quia, vt notat ibi Gloſ. *verb. quaſi,* non videtur fuiſſe, quod non durauit: *& ex cap. Ad noſtram. de Regular.* qui ſolùm triduo fuit indutus habitu regulari, abſolutè non dicitur habitum induiſſe: quia, ſcilicet, ex Gloſ. *ibidem, verb. ſtatim,* & ex Felino *in cap In præſentia. num. 32. de probationibus,* non dicitur factum, quod non durat.

24. *Quod nō durat, cenſetur non factum.*

Et in caſu præſenti, pro non contrahenda huiuſmodi obligatione ad leges, per ſolum trāſitum, aut breue hoſpitium, ratio eſt: quia breuis mora, quæ alicubi fit, non eſt ſufficiens ad tribuendam ſuperiori iuriſdictionem, & per conſequens neque forenſibus tribuit ſubiectionem, aut obligationem, vt patet *ex cap. A nobis. 1. de ſent. excommunicationis.* vbi dicitur, quòd ſententia excommunicationis generaliter lata contra eos, qui furantur, non afficit, niſi eos, qui ſunt ſubditi excommunicationi: *& l. Hæres. §. proinde. ff. de iudiciis.* vbi dicitur, quòd viatores non ſortiuntur forum loci, per quem tranſeunt: quod tamen non eſſet, ſi tenerentur illius legibus, & fierent ſubditi ratione tranſitus. Et confirmatur: quia Epiſcopus cum huiuſmodi viatoribus, aut aduenis non poteſt diſpenſare in votis, aut Sacramenta illis conferre, præter Pœnitentiam, & Euchariſtiam, pro quibus habetur tacitus conſenſus proprij Epiſcopi, & Parochi; vel etiam expreſſa facultas ex viuæ vocis oraculo per Eugenium IV. conceſſa, vt refert Caiet. *in Summa, verb. abſolutio, num. 2.* quod ſignum eſt, per huiuſmodi tranſitum non eſſe illi acquiſitum aliquod ius, aut poteſtatem ſpiritualem; & per conſequens neque Principibus, aut Gubernatoribus laicis acquiri vllum ius temporale.

Neque in contrarium faciunt ea, quæ ex S. Auguſtino, & aliis Patribus ſæpiùs habentur in ſacris Canonibus, quòd ſemper in omnibus locis ſeruandi ſint mores, aut leges cuiuſque, vt videre eſt apud Sanchez *lib 3. de matr. diſp. 18. num. 4.* Vnde ortum eſt illud apud Gloſ. *in cap. Illa. d. 12.*

Dum fueris Romæ, Romano viuito more:
Et ſi ſis alibi, viuito, ſicut ibi.

& illud aliud apud Gloſ. *in l. Et qui originem. verb. debent. ff. de muner. & honor.*

Terra, ad quam pergis, cape mores, quos ibi cernis.

nam, vt benè explicat idem Sanchez *eadem diſp. 18. num. 16.* hæc, & ſimilia ſolùm intelliguntur de conſilio, & ad benè eſſe; vel de peregrinis, quando accedunt ad aliquem locum animo ibi manendi per maiorem anni partem, & ad longum tempus; vel, quando aliis imminet ſcandalum, ſi eas leges non ſeruent.

Neque eſt eadem ratio de interdicto locali, ad quod tenentur etiam peregrini ratione tranſitus, & hoſpites quicunque ratione cuiuſcunque moræ, quam ibi faciant: ſiquidem etiam ipſi in loco interdicto quocunque, non poſſunt intereſſe diuinis, aut tradi eccleſiaſticæ ſepulturæ: vt enim benè explicat Couarr. *in cap. Alma mater par. 2. §. 4. num. 6.* & apud Sanchez *diſp. 18. num. 16. cit. in reſp. ad 5.* id non eſt, quia obligatio aliqua directè afficiat peregrinos, & hoſpites; ſed, quia locus ipſe per interdictum eſt impeditus, & factus incapax, vt in illo poſſint celebrari diuina coram aliquo, qui modo humano illis interſit, & vt poſſint ſepeliri cadauera: vnde quoad ſepulturam etiā excludit infantes; qui tamen alioqui ſunt incapaces obligationis, & legis: contrà verò leges propriæ cuiuſque loci ita obligant, & afficiunt omnes habitantes in tali loco; vt tamen non impediant, neque faciant incapacem ipſum locum ad non admittendos vllos alios ad breue tempus, qui non afficiantur, & obligentur per ipſas leges: & ideò peregrini, & hoſpites adhuc poſſunt non obligari.

Quòd ſi quæras, quàm breuis debeat eſſe commoratio in aliquo loco, ad hoc, vt quis non fiat ſubditus, neque contrahat ratione illius obligationem ad leges ſeruandas: Reſpondet Leſſius *lib 4. cap. 25. num. 49.* Sanchez *lib. 1. in Decal. cap. 12. num. 41. & lib. 3. de matrim. diſput. 18. num. 9.* & alij apud Salas *diſp. 14. de legib. ſect. 4. num. 38.* eam omnem, quoad hoc, eſſe cenſendam breuem commorationem, quæ non eſt ſufficiens ad acquirendum in illo loco quaſi domicilium; id eſt, quæ non fit animo ibi manendi, ſaltem ad maiorem anni partem. 25.

Breuis commoratio ad non contrahendam legū obligationē, quānam ſit.

Quod tamen dicitur de maiori anni parte ad acquirendum quaſi domicilium; probabile eſt, quòd non ſit ſtrictè accipiendum; ſed poſſit etiam acquiri quaſi domicilium, ſi habitetur cum intentione manendi ad quatuor, vel quinque menſes; vel etiam indeterminatè ad longum tempus; vel donec expediatur hoc, vel illud negotium, quod communiter non ſolet expediri, niſi longo tempore, vt notat Nauar. *in commen. de Iubileo, not. 32. num. 43. verb. incola.* & ex illo Suar. *de relig. tom. 1. lib. 2. de ſacror. dier. obſeruat. cap. 14. num. 6.* 26.

Ad quaſi domicilium nō eſt neceſſaria voluntas manēdi ad maiorem anni partem.

Hoc verò totum, quod dicitur de hac breui commoratione, ſolùm eſt admittendum, tanquàm probabile: quia non deſunt, qui aliter ſentiant, vt Couar. *4. var. cap. 20. num 8. verſ. Fuit.* Nau. *in Man. cap. 13. num. 120.* Ma. *in 4. diſt. 15. quæſt. 5.* Henriq. *lib. 7. cap. 13. num. 8.* Salas *diſp. 14. de legibus, ſect. 4. num. 41. & 49.* Leſſ. *lib. 4. cap 2. num. 50.* Suar. *de relig. tom. 1. lib. 2. de ſacr. dier. obſeruat cap. 14. à num 9. & lib. 3. de legib. cap. 33. num. 3.* & alij apud Sanchez *locis citatis*; qui, quamuis negent, ad inducendam huiuſmodi obligationem eſſe ſatis, ſolum tranſitum per aliquem locum; aſſerunt tamen, ſatis eſſe quancunque

cunque moram, quæ ſit proportionata ad legem implendam. Et ratione primi docet Henriquez, eum, qui venit ad aliquem locum pridie diei feſti, ibique pernoctat cum intētione, mane facto, ſtatim abeundi; non teneri præcepto loci ad Sacrum audiendum: quia moraliter ſolùm dicitur eſſe ibi per tranſitum. Et idem eſt ex Leſſio *c.2. cit.n.51.* ſi ea ipſa die, qua venit, intendat diſcedere; non autem velit per integrum diem manere: quanuis poſteà præter intentionem maneat, non ſolùm vno, ſed etiam pluribus diebus; & ſemper quærat commoditatem abeundi. Et contrà ratione ſecundi omninò tenetur audire Sacrum, ſi intendit ibi manere tota illa die, vt vult Leſſ. *loco cit.* vel, ſi veniat multo tempore ante prandium, neque velit diſcedere, niſi die ſequenti, vt vult Sayr. *lib.7. clau.reg.cap.3. n.11.* vel, ſi intendat manere toto illo tempore, quod cōceditur ad præceptum implendum, v.g. pro auditione Sacri, toto tempore ante prandium, vt vult Suar. *c.14. cit.n.24.*

27. *Aduena infidelis, ad quas leges teneatur in loco trāſitus, aut acceſſus.*

Rectè tamen monet Salas *diſp.14. de legib. ſect.4. cit.n.43.* id totum debere intelligi ſolùm de iis legibus, quarum peregrini ſunt capaces: nam, ſi infidelis, v.g. peregrinetur, & hoſpitetur per aliquod tempus in loco Chriſtianorum, certum eſt, quòd nō tenetur legibus ieiuniorum, aut dierum feſtorum, quæ ſolùm fundantur in vnitate fidei, & religionis; & ideò non comprehendunt niſi fideles. Non tamē propterea non tenetur legibus ciuilibus, quæ ſolùm reſpiciunt bonam adminiſtrationem ciuilem, & naturalem, cùm huius ſit capax etiam infidelis, & alioqui immineat magnum ſcandalum, & magna perturbatio, ſi huiuſmodi leges vniuerſaliter non ſeruentur ab omnibus, & aduenis, & peregrinis. Et ratio videtur eſſe: quia, quemadmodum tenentur etiā aduenæ, & forenſes legibus loci, per quē tranſeunt, quando illarum tranſgreſſio ſpecialiter cedit in damnum illius, vt diximus *n.19.* ita & communiter tenentur omnibus, cùm abſolutè tranſgreſſio omnium poſſit aliquando facere ſcandalum, & perturbationem.

28. *Vagi, & qui nullibi habent certam ſedem, vbique tenentur legibus locorum.*

Poſtrema pars concluſionis, quòd vagi, id eſt, illi, qui nullibi habent certam ſedem; vel, qui priſtinam reliquerunt, & nondum peruenerunt ad aliā, quam animo deſtinarunt; teneantur legibus cuiuſque loci, in quo obiter reperiuntur; probatur ex eo: quia, cùm nullibi habeant domicilium, vbique illud ſortiuntur; neque poſſunt vbique acquirere iura, & effectus domicilij, niſi etiam acquirant ſubiectionem: & ita expedit ad bonam illorum gubernationem, ne omninò ſint ſoluti legibus municipalibus, & ſtatutis, aut decretis Epiſcoporum. Neque eſt eadem ratio quoad hoc de huiuſmodi vagis, qui nullibi habent domicilium, aut certam ſedem; & de aliis, qui ab illa peregrinantur: ſiquidem hi pro illo breui tempore, quo abſunt à propria ſede, non acquirunt alibi iura domicilij; & ideò neque eſt, quòd acquirant ſubiectionem; nec bonum illorum regimen, & gubernatio poteſt malè habere, ſi ſolùm pro breui tempore ſint ſoluti à legibus, & ſtatutis municipalibus: quanuis Leſſ. *lib.4. c.2.n.49.* oppoſitum aſſerat: & etiam de vagis idem affirmet, quod de peregrinis, & forenſibus; eos, ſcilicet, abſolutè eſſe ſolutos omnibus legibus particularibus eorum locorum, in quibus obiter reperiuntur.

29. *Regulares, per ſe loquēdo, non tenētur legibus locorum, in quibus peregrināttur, aut hoſpitantur.*

Denique hoc, quod diximus de peregrinis, & forenſibus, quòd non teneantur, per ſe loquendo, particularibus legibus eorum locorum, in quibus obiter reperiuntur, debet intelligi proportionaliter etiam de regularibus, quoad ſtatuta peculiaria prouinciarum, ac domorum, in quibus fortè hoſpitantur, aut peregrinantur, vt notat Suar. *lib.3. de legib. c.33.n.5.* Salas *diſp.14. ſect.4.n.43.* Bonac. *qu.1. de legib. puncto 6.n.37.* quanuis enim propriè non habeant certum territorium, ſed hoc poſſit extendi per totam Eccleſiam; poſſunt tamen habere propria domicilia, vt colligitur *ex c.1. de priuileg. in 6.* & in illis poſſunt habere proprias obſeruantias, & leges; ſicut & peregrini, & forenſes illas habent, vbi habent proprias ſedes. Quanquam Suar. id, quod aſſerit vniuerſaliter de peregrinis, eos teneri legibus loci, in quo faciunt aliquam moram, vt *ſuprà* diximus *n.24. & 25.* etiam aſſerit de Religioſis; eos, ſcilicet, teneri legibus domorum, in quibus hoſpitantur. Et in aliquibus Religionibus ita habetur ex præſcripto Regulæ, & in aliis ita communiter eſt vſu receptum, vt addit Bonac. *n.37. cit.*

DISPVTAT. XXXIII.

An, & quomodo perſonæ eccleſiaſticæ teneantur legibus laïcorum.

1. *Concluſio eſt.*
2. *Clerici ſunt exempti à poteſtate ciuili, ſaltem in rebus ſpiritualibus.*
3. *Probabile eſt, quòd in nullo directè ſubdantur poteſtati laicæ.*
4. *Secundùm multos, Clerici ſubduntur poteſtati laicorum in iis, quæ non repugnant ſtatui clericali, aut ſacris Canonibus.*
5. *Sed eorum rationes ſolùm probant, quòd teneantur indirectè eorum legibus.*
6. *Quomodo Clerici teneantur iure naturæ ſeruare leges laicorum.*
7. *Secundùm aliquos, poſſunt Clerici à Iudice laïco ſpoliari armis prohibitis.*
8. *Sed eſt falſum.*
9. *Quomodo leges laïcorum tacitè approbentur, & canonizentur pro Clericis.*
10. *Ad ſolum Papam ſpectat approbare pro Clericis leges laïcorum.*
11. *Etiam leges particularium regnorum tacitè approbantur pro Clericis.*
12. *Siue ſint præter ius commune, ſiue etiam contra.*
13. *Quomodo poſſit concedi, quòd Clerici etiam directè teneantur legibus laicorum.*
14. *Dummodo tamen ſint fauorabiles, & non præiudiciales.*
15. *Neque in ſpecie aliquid præcipiant de perſonis, aut rebus eccleſiaſticis, etiam fauorabiliter.*
16. *Neque laici prætendant huiuſmodi obligationem quoad vim coactiuam.*
17. *Clerici ſunt omninò exempti à foro laïco.*
18. *Si Clerici perniciem afferant Reipublicæ, neque à Prælatis adhibeatur remedium, poteſt Princeps laicus eam defendere.*
19. *Prætextus appellatione aliquando vanit etiam rei veritas.*
20. *Leges laicorum præiudiciales Eccleſiæ, eiúſque libertati, ipſo iure ſunt irritæ.*
21. *Et qui illas ferunt, aut publicant, vel iis vtuntur, ſunt excommunicati in Bulla Cœnæ.*
22. *Quando aliquæ leges cenſeri debeāt directè, aut indirectè contra libertatem eccleſiaſticam.*
23. *Literæ apoſtolicæ, ſi dubitetur, quòd ſint falſæ, quomodo debeant recognoſci.*
24. *Executio Literarum apoſtolicarum non eſt petenda, aut expectanda à laicis.*
25. *Etiam Clerici poſſunt peccare grauiter, ſi tranſgrediantur leges laicorum.*

Concluſio

1. *Concluſio eſt.*

CONCLVSIO eſt, quòd Clerici, & perſonæ eccleſiaſticæ non modò non ſubduntur poteſtati,& legibus laicorum, ſi aliquid præcipiant circa ſpiritualia;ſed per ſe,& directè:neque etiam ſubduntur,ſi præcipiant aliquid temporale,quod alioqui non repugnet ſtatui eccleſiaſtico, aut legibus pontificiis;ſed ſolùm teneantur per accidens,& indirectè ex iuſtitia legali,& iure ipſo naturæ,ex quo tenentur, vt partes Communitatis, ſe conformare toti,eiúſque bono conſulere; vel certè,quia huiuſmodi leges tacitè pro Eccleſiaſticis approbantur per ſacros Canones, & quodammodo canonizantur. Ita Panorm. *in cap. Eccleſia Sancta Maria. de conſtit.* Sylu.*verb.lex,quæſt.*9.Ang.*eod.num.*5. Vaſq. 1.2.*diſp.*167.*cap.*4. Azor. *part.*1.*lib.*5.*cap.*12.*quæſt.* 3.*& par.*2 *lib.*9.*cap.*7. *quæſt.*8.9.*&* 15. Suar.*lib.*3.*de legib.c.*34. *n.*12. Valen.2.2.*diſp.*9.*q.*5.*puncto* 4.*concl.* 1.Bonac.*de legibus,diſp.*1.*q.*1.*puncto* 6.*n.*27.Salas *de legib.diſp.*14.*ſect.*8.*n.*101. & alij plures apud ipſum.

2. *Clerici ſunt exempti à poteſtate ciuili, ſaltem in rebus ſpiritualibus.*

Nomine autem Clericorum omnes illi intelligi debent,qui gaudent immunitate,& priuilegio fori. Et quòd hi omnes ſint exempti à poteſtate ciuili, ſaltem in rebus ſpiritualibus, & eccleſiaſticis,quales ſunt Sacramentorum adminiſtratio, celebratio diuinorum Officiorum,latio cenſurarum,& pœnarum eccleſiaſticarum,electio,approbatio,& confirmatio miniſtrorum eccleſiaſticorum,& ſimiles;certum eſt inter omnes Theologos, vt notat Azor. *par.*1.*lib.*5.*cap.*12.*cit.quæſt.*1.Et oppoſitum non aſſeritur, niſi à Caluino *lib.*4. *Inſtit. cap.*11.§.15. & aliis Hæreticis,apud Salas *diſp.*14.*ſect.*8.*cit.num.*93. qui contendunt, etiam in cauſis eccleſiaſticis Clericos eſſe ſubditos Principibus laïcis,imò nec poſſe ex quocunque priuilegio eximi ab huiuſmodi ſubiectione,cùm ex iure ipſo diuino ſub illa ſint.

Et in hac re meritò damnatur, vt hæreticum, etiam illud, quod aſſeruit Marſilius quidam Patauinus apud Albertum Pighium *lib.* 5. *eccleſiaſticæ Hierarchiæ*,& apud Molin.*diſp.*31.*concluſ.*2.& apud Azor. *part.*1.*lib.*5. *cap.*12. *quæſt.*1.*cit.* & apud Salas *diſp.*14. *ſect.*11.*n.*117. quòd neque etiam Epiſcopi, & Summus Pontifex,&,quod plus eſt,neque etiam ipſe Chriſtus,fuerit exemptus à poteſtate laica; & quòd hoc probent ex illis verbis eiuſdē Chriſti ad Pilatum, Ioan.19. *Non haberes in me poteſtatem,niſi tibi datum eſſet deſuper.* & ex illis S.Pauli ad Rom. 19. *Omnis anima Poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit: non eſt enim poteſtas, niſi à Deo;& qui Poteſtati reſiſtit, Dei ordinationi reſiſtit.*& ex illis 1.Petri 2.*Subiecti eſtote omni humanæ creaturæ propter Deū: quia ſic eſt voluntas Dei.* & denique ex illis Matth. 22.*Reddite ergo,quæ ſunt Cæſaris, Cæſari.* Neque eſt hoc loco contra iſtos agendum pluribus, cùm debeat eſſe certiſſimum ex Trid. *ſeſſ.*25. *cap.*20.*de reform.*quòd immunitas perſonarum eccleſiaſticarum Dei ordinatione,& canonicis ſanctionibus ſit conſtituta, quod ſaltem intelligi debet de rebus ſpiritualibus.

3. *Probabile eſt, quòd in nullo directè ſubdantur poteſtati laicæ.*

Quòd verò probabile ſit,eaſdem perſonas eccleſiaſticas pro ſe,& directè, neque etiam ſubdi poteſtatibus laicis, & ſæcularibus in iis, quæ pertinent ad temporalem adminiſtrationem; & alioqui non repugnant ſtatui eccleſiaſtico,& ſacris Canonibus; non ſolùm probatur ex authoritate Doctorum, quos iam citauimus; ſed etiam,quia,vt dicitur *cap. Nulli. & cap. Prædia.*12. *quæſt.*2.*& cap. Quæ ſemel.* 19.*quæſt.*3.omne,quod Domino conſecratur,ſiue ſit homo, ſiue animal, ſiue ager, ſiue aliud quodcunque, ſanctum ſanctorum Domino eſt, & ſolùm pertinet ad ius Sacerdotis: & ſæpiùs in ſacris Canonibus, & Conciliis vniuerſaliter dicitur, quòd ſuper Eccleſiis, & perſonis eccleſiaſticis nulla poteſtas ſit tributa laicis:quod tamen non eſſet,ſi poſſent etiam pro illis condere leges: nam hac ratione *cap. Benè quidem.d.*96. ſæpiùs repetitur, quòd non liceat laicis aliquid ſtatuere in Eccleſia; & quidquid ſtatuant,irritum ſit:& *cap. Eccleſia S. Mariæ de conſtitut.* dicitur, quòd ſi a laicis ſtatutum fuerit aliquid, quod reſpiciat etiam fauorem, & commodum Eccleſiarū,nullius ſit firmitatis,niſi ab Eccleſia ſit approbatum: quia ſuper Eccleſiis, & perſonis eccleſiaſticis nulla facultas eſt iis tributa imperandi: quod idem etiam habetur *cap. Cùm laici. de reb. Eccl.non alien.*& in Concil. Lateranenſ. ſub Leone X.*ſeſſ.*9.*in Bulla reform.Curiæ,tomo* 4.*Concil.* ſub his verbis: *Et cùm à iure,tam diuino,quàm humano,laicis poteſtas nulla in eccleſiaſticas perſonas attributa ſit, innouamus omnes, & ſingulas conſtitutiones, & apoſtolicas ſanctiones in fauorem immunitatis eccleſiaſticæ,* &c.& pluribus aliis locis,apud Salas *diſp.*14.*ſect.*8. *cit. num.*103. & ad idem facit etiam *cap. Decernimus. de re iudicata*, quòd laici eccleſiaſtica negotia tractare non præſumant; & *totus ferè titulus, de foro competenti*, quòd laïci nullam poteſtatem exerceant in Eccleſiaſticos.

Neque ſolùm hæc debent intelligi in ordine ad eas leges, quæ immediatè, & per ſe reſpiciunt Clericos, aut aliquid illis præcipiunt in ordine ad res, aut munus eccleſiaſticum, vt aliqui interpretantur; ſed abſolutè, & vniuerſaliter in ordine ad omnes, cùm abſolutè, & vniuerſaliter dicatur, quòd perſonæ Deo cōſecratæ ſolùm pertinent ad ius Sacerdotis: & quòd laicis nulla poteſtas eſt in eos tributa: & alioqui, ſi Clerici in ordine ad tēporalia directè eſſent ſub poteſtate laica, non modò poſſent Principes eos obligare, quando ferrent leges communiſſimas omnibus;ſed etiam poſſent ſpecialiter pro ipſis aliquas condere, ſicut & condunt pro aliis generibus perſonarum, quæ ſunt directè ſub illorum poteſtate,vt,v.g.pro ruſticis,pro artificibus,pro nobilibus,pro fœminis,& reliquis;quod tamen nullus dicet:& quando ferunt leges omnibus communiſſimas,poſſent efficaciter curare,vt etiam Clerici illas ſeruarent, non quidem comminando, aut inferendo pœnam; ſed efficaciter cogendo ad actum præceptum: & ſi per legem prohiberent, v.g. ferri arma, poſſent Clericos omnibus armis ſpoliare, & priuare; quod tamen, quamuis videatur concedere Couar. *lib.quæſt. practic. cap.*33. *num.*7. & ex parte etiam Vaſq. 1. 2. *diſp.*167.*cap.*4.*num.*31.negari non poteſt, quin ſit valdè durum, & pertineat ad vim coactiuam,quæ communiter laicis non conceditur in Clericos, & fortaſſe longè aliud ſibi volunt Authores citati,vt *infrà* dicemus.

Et confirmatur: quia, ſi Principes laïci poſſent ſtatuere leges,quæ per ſe,& directè obligarent perſonas eccleſiaſticas, etiam poſſent in illas ſtatuere, & exequi pœnas, & exercere non ſolùm vim directiuam, ſed etiam coactiuam, cùm illa ſine hac ſit inefficax,& inutilis,*l.fin.ff.de eo,cui mandata eſt iuriſd.* & impoſſibile eſt, vt qui alterum obligat ad ſibi parendum, non poſſit illum punire pro tranſgreſſione,vt notat Vaſq.1.2.*diſp.*167.*cap.*4.*cit.num.* 29.quod tamen ex eodem Vaſq. *ibidem*, à nullo admittitur. Et cùm Hæretici, & Schiſmatici in odium Pontificis,& ſtatus eccleſiaſtici maximè impugnent hanc exemptionem à poteſtate laicorum, & ipſi Principes & Iudices laici, maximè illam extenuent,optimum, & rationabiliſſimum eſt, vt contraria ratione Theologus, quantùm poteſt, illam defendat,& tueatur.

Non tamen deſunt ex Doctoribus, qui abſolutè pronuncient,

Secundùm multos, Clerici ſubduntur poteſtati laicorum in iis, quæ non repugnant ſtatui clericali, aut ſacris Canonibus.

pronuncient, teneri Eccleſiaſticos huiuſmodi legibus, quæ feruntur pro tota Communitate, & non repugnant ſacris Canonibus, aut ſtatui, vel officio clericali; eámque ſententiam, vt communem, & veram, ſequitur Sot. *in 4. diſt. 15. quæſt. 2. art. 2. concl. 4. & lib. 1. de iuſt. quæſt. 6. art. 7. concl. 1.* Med. *1. 2. quæſt. 96. art. 5. dub. vlt.* Victoria *relect. 1. de poteſt. eccleſ. num 4.* Bellarm. *tom. 2. lib. 1. de Cler. cap. 28.* Mol. *tract. 2. de iuſt. diſp. 31. concl. 6.* Rebell. *lib. 9. qui eſt de contractu emptionis, quæſt. 2. num. 9.* Sayr. *lib. 3. clau. reg. cap. 4. num. 16.* Salas *diſp. 14. de legibus, ſect. 8. num. 94.* Bonac. *quæſt. 1. de legibus, puncto 6. num. 29.* Rodr. *in quæſt. regular. tom. 1. quæſt. 61. art. 14. & quæſt. 66. art. 1.* & alij, qui abſolutè pronunciant, eos teneri quoad vim directiuam legibus laicis, etiamſi non teneantur quoad vim coactiuam; idque probant: quia ſæpè in ſacris Canonibus dicitur, quòd etiam leges imperatoriæ ſunt ſeruandæ à Clericis, vt *c. Quoniam. cap. De capitulis. cap. Quis autem. cap Verum eſt. d. 10.* & S. Chryſoſt. *homil. 23. in Epiſtolam ad Romanos*, verba illa ex cap. 13. *Omnis anima Poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit.* ait intelligi maximè vniuerſaliter, & ſine cuiuſquam exceptione, etiamſi Apoſtolus, Euangeliſta, aut Propheta ſit, vt refert Salas *ſect. 8. cit. num. 95.* Et quemadmodum Clerici, & perſonæ eccleſiaſticæ ſunt propriè ciues, & pars Communitatis: ita & debent eſſe ſub capite, qui eſt Princeps: & cùm debeant quoad temporalem adminiſtrationem directè eſſe ſub aliquo, certum videtur, quòd non ſunt directè ſub Prælatis eccleſiaſticis, qui ſæpiſſimè carent poteſtate temporali directa; & alioqui, ſi non tenerentur ciuilibus legibus, etiam poſſent non ſeruare pretium per illas taxatum in ſuis venditionibus, & emptionibus; extrahere pecunias, frumenta, & equos ex regno; noctu arma deferre; celebrare contractus, & condere teſtamenta ſine ſolennitatibus iuris; neque eſſet, quòd timerent de nullitate: quæ tamen omnia videntur abſurda.

5. *Sed eorum rationes ſolùm probant, quòd teneantur indirectè.*

Sed reuerà iſtæ rationes, ſi quid probant, ſolùm probant alteram partem noſtræ concluſionis, quòd teneantur aliquo modo etiam Clerici legibus Principum, & verè peccent, ſi illas tranſgrediantur: quia ſaltem indirectè, & per accidens illis obligantur, vel ex iuſtitia legali, & ex ipſo iure naturæ, quod conſurgit pro Clericis, quando pro aliis in Communitate ſunt poſitæ leges; vel certè, quia ipſæ leges laicorum tacitè approbantur, etiam pro Clericis, ab iis, qui in ipſos habent poteſtatem, *iuxta c. Si in adiutorium. d. 10.* & quoad hoc rectè notat Vaſq. 1. 2. *diſp. 167. cap. 4. cit. num. 28.* & Salas *diſp. 14. ſect. 8. num. 93.* controuerſiam non eſſe inter Doctores Catholicos, vtrùm Clerici ſimpliciter teneantur legibus Principum laicorum, cùm reuerà omnes conueniant, eos teneri; ſed controuerſiam eſſe ſolùm de modo, quo teneantur, id eſt, vtrùm teneantur immediatè, directè, & per ſe, vel ex vi illarum, prout procedunt præcisè à poteſtate laïca; an verò indirectè, & per accidens, prout ex lege poſita pro laicis à poteſtate laïca, conſurgit pro Clericis ius naturale, & canonicum. Et quamuis multi ex citatis Authoribus disertè aſſerant, quòd Eccleſiaſtici tenentur legibus laicis, quoad vim, & obligationem directiuam; non tamen aſſerunt, quòd teneantur directè: imò & multi disertè aſſerunt, quòd etiam quoad vim directiuam teneantur indirectè, vt Valent. 2. 2. *diſp. 9. quæſt. 5. puncto 4. concl. 1. §. Quartò probatur.* & aliis: & eſt valdè diuerſum, quòd teneantur directiuè, vel quoad obligationem, aut vim directiuam; & quòd teneantur directè: & per illud ſignificatur, quòd abſolutè teneantur etiam ipſi ſequi, & implere directionem legis: per hoc verò, quòd teneantur ex directa poteſtate dirigentis, & legem ferentis, quæ, ſcilicet, directè attingat etiam ipſos Eccleſiaſticos.

6. *Quomodo Clerici teneantur iure naturæ ſeruare leges laicorum.*

Et quidem ſi dicamus, eos teneri ex iure naturæ, eodem ferè modo debemus id explicare, quo *ſuprà, diſp. 29.* id explicauimus pro ipſis Principibus, & legumlatoribus, vt notat Vaſq. *diſp. 167. cap. 4. cit. num. 30.* Sicut enim Principes iure naturæ tenentur conſulere bono communi; & tanquàm Caput, & pars præcipua Communitatis in iis, quæ pertinent ad bonùm totius, ſeſe conformare aliis partibus; & ideò eodem iure naturæ tenentur ſeruare ſuas leges: ita & Clerici, cùm ſint etiam ipſi pars præcipua totius Communitatis.

7. *Secundùm aliquos, poſſunt Clerici à Iudice laïco ſpoliari armis prohibitis.*

Atque hoc modo Panorm. *in cap. Eccleſia Sancta Maria. de conſtit.* Syluest. *verb. lex, quæſt. 9.* Ang. *eod. num. 5.* Vaſq. *diſp. 167. cap. 4. cit. num. 28.* docent, Clericos non teneri legibus ſæcularibus ratione legum, ſed ratione iuſtitiæ; id eſt, vt ſimul cum aliis ciuibus conſulant bono communi. Et inter Clericos, & Principes, quoad ſeruandas huiuſmodi leges, diſparitas ſolùm eſt; quia Principes, ſi illas non ſeruent, à nullo alio poſſunt puniri, niſi à Deo: at verò Clerici poſſunt puniri à ſuis Prælatis, etiam pœna per ipſas leges laicorum ſtatuta, quamuis non ex vi ipſarum legum, ſed ex ſolo arbitrio, & iudicio Prælatorum, vt ſubdit Vaſq. *num. 30.* & Couarr. *in quæſt. pract. cap. 33. num. 7.* qui etiam ex hoc principio colligit, non poſſe Clericum, ſi deprehendatur à Iudice laïco, aut eius miniſtris, geſtans arma prohibita, puniri ab illo pœna pecuniaria, aut alia ſtatuta per legem ciuilem; ſed benè poſſe armis ſpoliari, abſque eo, quòd poſteà cogatur à poteſtate eccleſiaſtica illa arma reſtituere Clerico: quod idem etiam docet Iul. Clar. *lib. 5. recept. ſent. §. fin. quæſt. 35. num. 26.* & aliqui alij apud Salas *diſp. 14. de legibus, ſect. 9. num. 105.*

8. *Sed eſt falſum.*

Verùm id non probat Vaſq. *loco cit.* quia etiam amiſſio armorum eſt pœna, ſicut & amiſſio pecuniarum: & ideò ait, quòd tenetur talis Iudex reſtituere Clerico arma ablata, eúmque remittere ad ſuum Prælatum pro tota punitione delicti, niſi fortè per legem ciuilem, non ſolùm prohibeantur geſtari arma; ſed etiam domi haberi, & retineri: quia in tali caſu ablatio armorum à Clerico, non eſt inflictio pœnæ pro delicto; ſed ſolùm effectio, vt lex ſeruetur; & ideò Iudex in tali caſu non tenetur huiuſmodi arma reſtituere Clerico. Hoc ipſum tamen, quod dicitur de tali effectione, & procuratione, vt lex ſeruetur, per ablationem armorum à Clerico, non videtur intelligendum extra caſum, in quo eſt licitum Iudici laico iniicere manus in Clericum, id eſt, quando illum noctu inuenit incedentem cum armis, eúmque capit, vt ſuo Prælato præſentet, vt ex communi ſententia notat Sayr. *lib. 3. theſ. cap. 27. num. 27. & 28.* ſi enim poſt legem latam, de armis non ferendis, aut non habendis, poſſet laïcus Iudex arma auferre de domo Clerici, non modò directè exerceret in illum vim directiuam; ſed etiam vim coactiuam, & maximè propriè illum cogeret eſſe ſine armis: quod tamen non videtur poſſe dici, vt ex multorum ſententia videre eſt apud Salas *diſp. 14. de legibus, ſect. 9. num. 106.* & ideò, quod aſſerunt Couarr. & Vaſq. de armis à Clerico auferendis, ſolùm eſt in caſu flagrantis delicti, & quando Iudex deprehendit Clericum noctu arma geſtantem, vt videre eſt apud ipſum Couarr. *loco cit.* & arma ipſa ſic ablata, vel debent reſtitui Clerico, vel Prælato eccleſiaſtico; vel, ſi ex

hoc

hoc timeatur aliquod aliud inconueniens, debet ſaltem reſtitui illorum pretium, vt notat Salas *ſect. 9. cit num.* 107.

9. *Quomodo leges laicorum tacitè approbantur, & canonizantur pro Clericis.*

Si verò dicamus, teneri Clericos ad ſeruandas leges ciuiles läicorum: quia eo ipſo, quòd non repugnant legibus eccleſiaſticis, & ſtatui, aut muneribus Clericorum, cenſeri debent tacitè approbari, & canonizari pro Clericis ab ipſo Papa, cui ſpecialiter eſt hoc reſeruatum, vt approbet ſtatuta läicorum pro Eccleſiis, & perſonis eccleſiaſticis, vt notat Felinus *in cap. Eccleſia S. Mariæ. num.* 3. *de conſtit.*

10. *Ad ſolum Papam ſpectat approbare pro Clericis leges laicorũ.*

rectè poſſumus id confirmare *ex cap. cit. Eccleſia Sancta Maria. de conſtit.* vbi vniuerſaliter dicitur, quòd ſtatuta, & leges läicorum, etiam in fauorem, & commodum Eccleſiarum, nullius ſunt firmitatis, niſi ab ipſa Eccleſia ſint approbatæ: atque ita indicatur, quòd in tantum habeant aliquid firmitatis pro Clericis, & perſonis eccleſiaſticis, in quantum approbantur ab Eccleſia. Et plura alia loca poſſunt videri apud Suar. *lib. 3. de legib. cap. 34. num.* 14. & apud Salas *diſp. 14. ſect. 8. num.* 95. in quibus Summi Pontifices, vel pro aliquo caſu particulari approbant leges ciuiles, vel etiam vniuerſaliter eas commendant, provt obſeruandas etiam à Clericis, vt *cap. Quoniam.* & aliis *paulò antè* citatis *num.* 4.

11. *Etiam leges particulariũ regnorum tacitè approbãtur pro Clericis.*

Et quanuis aliqui apud Suar. *lib. 3. de legibus, cap. 34. cit. num.* 13. huiuſmodi approbationem ſolùm admittant pro iis legibus ciuilibus, quæ ſunt de iure communi; non autem pro aliis, quæ ſunt propriè particularium regnorum: quia harum notitia non præſumitur haberi à Papa, & ideò neque debet præſumi eas approbare: rectè tamen ibi Suar. eam extendit etiam ad leges particularium regnorum, dummodo non ſint contrariæ iuri communi; ſed ſolùm præter, vel vltra illud: quia enim certum eſt, quòd approbatur ius commune, non poteſt ſimul approbari, quod eſt contrarium iuri communi.

12. *Siue ſint præter ius commune, ſiue etiam cõtra.*

Si tamen loquamur de approbatione generali, & tacita, ſecundùm quam omnes leges cenſentur approbari, quæ ſunt conuenientes toti Communitati, & non derogant libertati, & decentiæ Clericorum, vt loquitur ibi Suar. fortaſſe pro particularibus regnis cenſeri poſſunt eſſe approbatæ etiam illæ, quæ ſunt contrariæ iuri communi, ſi etiam illæ ſint conuenientes Communitati, & nihil derogent Clericis; & non eſt inconueniens, vt pro diuerſis locis approbeotur leges contrariæ; & pro iis, in quibus viget ius commune, approbetur ius commune, & pro aliis approbentur aliæ.

13. *Quomodo poſſit concedi, quòd Clerici etiam directè teneantur legibus laicorum.*

Et pro eadem obligatione Clericorum ad leges ciuiles, addi poteſt, non eſſe improbabile etiam illud, quod *ſuprà* diximus *diſp. 19. num.* 10. ex Suario Vaſq. & aliis, pro obligatione ipſorum Principum, quòd, ſcilicet, etiam Clerici dici poſſunt directè ad illas obligari; non quidem ex poteſtate, & intentione illas ferentium; ſed ex poteſtate, & intentione ipſius Dei: & dum Princeps intendit obligare laicos, id eſt, eas partes Communitatis, quæ ſunt ipſi ſubiectæ; etiam Deum ſimul intendere obligare totam Communitatem, provt eſt compoſita ex partibus ſubditis Principi, & ex non ſubditis, inter quas ſunt ipſe Princeps, & Clerici: ſicut enim huiuſmodi intentio Dei rationabiliter colligitur pro ipſo Principe; ita & colligitur pro Clericis, ſi dicamus, eam eſſe de bono totius Communitatis, & per conſequens de omnibus, & ſingulis illius partibus, ſiue alioqui ſint exemptæ à poteſtate Principis, ſiue non; idque videtur ſignificari etiam *ex cap. fin. 16. quæſt.* 3. vbi dicitur, quòd leges Imperatoriæ diuinitùs, id eſt, à Deo ipſo, per ora Principum promulgantur. Et hac ratione poteſt admitti, quod multi aſſerunt, teneri Clericos legibus Principum quoad vim directiuam, etiamſi nullo modo teneantur quoad vim coactiuam: ſi enim loquamur de vi directiua, quæ eſt propria legis, & eſt proxima, & immediata radix obligationis, ſaltem ad culpam, vt *ſuprà* indicauimus *diſp. 19. num.* 2. & per hoc diſtinguitur à facultate, aut vi directiua, quæ poteſt eſſe communis etiam conſilio, aut regulæ, vel directioni cuicunque; non videtur poſſe concedi legibus Principum in ordine ad Clericos, quòd in illos exerceãt vim directiuam: ſiquidem läicis nulla poteſtas eſt tributa in Clericos, neque iure diuino, neque humano, vt *ſuprà* diximus ex Concilio Lateranenſi ſub Leone X. *ſeſſ.* 9. intelligendo de vi directiua, quæ immediatè, & proximè inſit huiuſmodi legibus, in quantum proueniunt, & emanant à poteſtate läicorum: ſi verò loquamur de eadem vi directiua, quæ ineſt legibus, in quantum ſimul proueniũt, & emanant etiã a Deo, benè poteſt illis concedi in ordine ad Clericos, ſicut & conceditur in ordine ad ipſos Principes, vt iam diximus.

Verùm, tam hoc, quod modò aſſerimus de obligatione directa, provt leges laicorum emanant ſimul à Deo, quàm quod aſſeruimus *paulò antè* de tacita approbatione, & canonizatione earundem legum, provt præſumitur haberi à Papa, ſolùm eſt intelligendum, quando leges laicorum ſunt fauorabiles Eccleſiæ, & perſonis eccleſiaſticis; non autem quando ſunt præiudiciales, vt benè aduertit Panormitanus *in cap. Eccleſia Sancta Mariæ. num. 9. & ſeq. de conſtitut.* & Felin. *ibidem, num.* 4. & plures alij, id eſt, tunc ſolùm, quando non ſunt contra priuilegia conceſſa Clericis à Deo, vel à Papa, vel ab Imperatore; vel certè, ſi habent aliquod incommodum, provt extenduntur ad Clericos, habent etiam aliquod commodum, & æqualiter ſe habent ad vtrunque, quales ſunt illæ, quæ diſponunt ciuiliter de contractibus emptionis, venditionis, locati, depoſiti, de non geſtandis armis, de non incedendo noctu ſine lumine, & de ſimilibus. 14.

Dũmodo tamen ſint fauorabiles, & non præiudiciales.

Et ſimiliter hæc obligatio Clericorum ad leges ciuiles, nunquam eſt præſumenda ex intentione, & poteſtate Dei, vel ex Papæ approbatione, & canonizatione, quando lex in ſpecie præcipit de perſonis, aut rebus eccleſiaſticis, etiam fauorabiliter; ſed ſolùm, quando in genere præcipit de omnibus, neque aliquid ſpecialiter præcipit circa Clericos: quia, ſi loquatur in ſpecie, videtur id facere ex poteſtate, quam in illos habeat directè, vt ex communi ſententia notat Suar. *in defenſ. fidei, lib. 4 cap. 33. num.* 2. cuius tamen poteſtatis vſus non eſt probandus: & ſic de facto *cap. Eccleſia S. Mariæ. cit. de conſtitut.* reiicitur quædam lex cuiuſdam Baſilij, quanuis maximè eſſet in fauorem Eccleſiæ, & prohiberet alienari illius prædia, & ornamenta, ſolùm quia fuit lata à non habente poteſtatem, & à Pontifice non fuit approbata. 15.

Neque in ſpecie aliquid præcipiant de perſonis, aut rebus eccleſiaſticis, etiã fauorabiliter.

Et denique, quando præſumitur hæc obligatio Clericorum ad leges ciuiles, nullo modo Principes laici debent illam præſumere quoad vim coactiuam, ita vt ipſi per ſe poſſint punire Clericos tranſgreſſores; ſed ſolùm debent pro punitione eos remittere ad ſuos Prælatos, cùm ſit certiſſimum, quòd Clerici ſunt exempti à foro läico, & eorum cauſæ ſolùm ſunt cognoſcendæ in foro eccleſiaſtico, vt notat Suar. *lib. 3. de legibus, cap. 34. num.* 55. & ex communi ſententia probat Salas *diſput. 14. ſect. 9. num. 106. & ſequentib.* & definitur in Trident. *ſeſſ. 25. cap. 20. de reform.* Vnde & *in Bul-* 16.

Neque laici prætendant huiuſmodi obligationem quoad vim coactiuam.

17. *Clerici ſunt omninò exempti à foro laico.*

Digitized by Google

*la Cœna,num.*15. excommunicantur, qui trahunt perſonas eccleſiaſticas, vel trahi faciunt,& procurant ad tribunalia ſæcularia.

Et eandem ob cauſam,vt ſubdit Suar.*cap.*34.*cit. num.*17. & Salas *ſect.* 10. non tenentur Clerici ad illas pœnas, quæ ipſo iure imponuntur per leges laicorum; ſed debent expectare ſententiam ſui Iudicis: & hic non tenetur eandem pœnam imponere, quam ſtatuit lex; ſed poteſt liberè imponere, vel eandem,vel diuerſam,prout voluerit.

18. *Si Clerici perniciem afferant Reipublicæ, neque à Prælatis adhibeatur remedium, poteſt Princeps laicus eam defendere.*

Quòd ſi per impoſſibile tanta eſſet Clericorum licentia in ciuitate, vt vel impunè vacarent laïcorum cædibus,vel alio modo magnam perniciem illis inferrent,neque Prælati eccleſiaſtici,aut Pontifex remedium adhiberet; poſſet Princeps laicus contra illos defendere ſuam ciuitatem, neque id eſſet contra eccleſiaſticam libertatem, vt ſubdit Suar. *in defenſ. fidei.lib.*4.*cap.*34.*num.*6.*&* 7. Azor. *part.*1.*lib.*5.*cap.*14 *quæſt.*2. & Salas *diſp.*14.*de legibus,ſect.*9. *num.*111.ex Soto *in* 4.*d.*25.*quæſt.*2.*art.*2. Victoria *relect.*1. *de poteſt.eccl.q.fin.num.*8. Mol. *tract.*2. *diſp.*31. *concluſ.*4. quia ciuilis Reſpublica debet eſſe ſibi ſufficiens, & poſſe ſe ipſam defendere contra quoſcunque. Sed in hac re benè eſt aduertendum, vt non temerè procedatur: neque enim pro quibuſcunque exceſſibus Eccleſiaſticorum eſt recurrendum ad laicos, vt remedium quomodocunque adhibeant,& violentiam,quam fortè aliquibus inferunt Iudices eccleſiaſtici, authoritate,& poteſtate laïca prohibeant; ſed eſt recurrendum ad alios Iudices eccleſiaſticos ſuperiores, & vſque ad Papam,vt pluribus dicemus *infrà,diſp.*39. & notat Suar.*in defenſ. fidei,lib.*4. *cap.*34. & Azor. *part.*1. *lib.*5.*cap.*12. *quæſt.*1 §.*Ex dictis infertur.* vbi etiam pluribus reprobat praxim illam, quam pro regnis Hiſpaniarum refert,& probat Cou. *in qq.pr. cap.*35.*n.*3.vt,ſcilicet,quando lis agitur,etiam inter Eccleſiaſticos apud Iudicem eccleſiaſticum, & is, qui per ſententiam eſt condemnatus, appellat à tali condemnatione ad Sedem apoſtolicam, eique appellationi Iudex eccleſiaſticus non vult deferre; ſed cenſuris,& grauaminibus vrget appellantem, pro ſuæ ſententiæ executione; & is,qui eſt ſic aggrauatus, conqueritur coram Regiis Auditoribus; tunc per literas Regias mandetur Notario cauſæ ſub certa pœna,vt infra certum tempus mittat ad Curiam acta cauſæ,& proceſſum; & ſimul rogetur Iudex eccleſiaſticus, vt excommunicatum abſoluat ad aliquot dies, qui ſufficiant examinationi proceſſus: & ſi Iudex in hoc ſit contumax, dentur ſecundæ, & tertiæ literæ; & tandem cogatur id totum præſtare ſub pœna amiſſionis bonorum temporalium,quæ fortè habet in regnis Hiſpaniarum; & quòd alioqui cenſeri debeat extraneus in iiſdem regnis,& non naturalis; & tandem,viſo proceſſu, præcipiatur admittere, vel non admittere appellationem,& procedere, vel non procedere ad executionem ſententiæ.

Quod idem ſeruari etiam in Luſitania, & in regno Neapolitano, & in Senatu Mediolanenſi, & Pedemontano, & in aliis tribunalibus laïcis, teſtantur plures, & graues Doctores, apud eundem Azorium *quæſt.*1.*cit.*§. *Quæri ſolet:* imò & omnes ferè Chriſtiani Principes ſæculares, vt habet Couarr.*num.*2.*cit.* idque contendunt licitè fieri ex tacita approbatione, & cōſenſu Summi Pontificis,& ex antiquiſſima conſuetudine bona fide inducta, & continuata conſilio proborum, & doctorum virorum, imò & ex iure ipſo canonico, *cap. Filiis, vel nepotibus.*16.*quæſt.*7. vbi dicitur, quòd ſi Archiepiſcopus, & Metropolitanus negligat punitionem eorum Sacerdotum, qui bonis eccleſiaſticis abutuntur,intimari id debet auribus Regis,vt ipſe, ſcilicet,eos corrigat, quando per Iudicem eccleſiaſticum non poſſunt corrigi, vt habet ibi Gloſſa *verb.Regis.& cap.Principes.*23.*quæſt.*5. vbi dicitur ex S.Iſidoro, quòd Principes ſæculi exercent aliquando poteſtatem, etiam intra Eccleſiam, vt qui intra Eccleſiam poſiti,contra fidem,& diſciplinam Eccleſiæ agunt,rigore Principum conterantur: & *cap. Adminiſtratores.eadem cauſa, & quæſtione,* vbi ex Ioanne Papa VIII. dicitur, quòd adminiſtratores ſæcularium dignitatum ſunt conſtituti ad tuitionem Eccleſiarum;& vbi ab Epiſcopis, & eccleſiaſticis viris conuenti fuerint,eorum querimonias attentè debent audire, & ſecundùm quod neceſſitas poſtulauerit, diligenter debent illas examinare, & corrigere, & alioqui poſt ſecundam, & tertiam admonitionem ſunt excommunicati.

Sed contra hæc, & ſimilia, (ſi per priuilegia peculiaria id iis regnis non conceſſum ſit, quæ cuncta reſcire non poſſum,) poſſunt multa videri apud Azor.*lib.*5.*cap.*12.*quæſt.*1.*cit.& cap.*14.*quæſt.*1.*par.*2. & falſum eſt,quòd poſſit pro illis præſumi tacita approbatio, & conſenſus Sedis apoſtolicæ, cùm quotannis *in Bulla Cœna* expreſsè prohibeantur, etiam per quancunque patientiam, & tolerantiam Summorum Pontificum, quantocunque tempore continuatam, & per quaſcunque conſuetudines, etiam immemorabiles, & per quaſcunque præſcriptiones, quantuncunque longiſſimas, diſertè negentur,poſſe excuſari; & ſpecialiter *num.*14.etiam excludatur prætextus violentiæ prohibendæ,eáque

19. *Prætextus appellatione aliquando venit etiam rei veritas.*

appellatione prætextus non ſolùm veniat velamen aliquod fictum,& ſimulatum, quod obtenditur ad aliquid faciendum;ſed etiam vera cauſa,& quæ non ſit ficta,& ſimulata, vt notat Marius Alter. *de excom.lib.*5.*diſp.*16.*cap.*2.*in fine.* Azor. *quæſt.*1. *cit.* §. *Vnum eſt.ex l.Sub prætextu.C.de tranſact.& cap.Inter Monaſterium.de ſent.& re iudicata. & cap.Suborta.eod.* & ex aliis iuribus;& ideò non debent laïci, etiam in eo caſu, ſeſe ingerere in cauſis eccleſiaſticis,in quo fortè contingat,vt quis à Iudice eccleſiaſtico patiatur veram, & realem violentiam; ſed etiam in tali caſu eſt recurrendum ad alios eccleſiaſticos ſuperiores: &, ſi opus eſt, etiam ad ipſum Papam:& iura *paulò antè* allata, quæ videntur id committere Regi,& Iudici laïco,non debent multùm vrgere, vt fusè explicat Suar. *in defenſione fidei,lib.*4.*cap.*34.*num.*40.cùm ſint poſteà reuocata, vt habet Panorm. *in cap.Qualiter,& quando.num.*7.*de iud.*& apud illum Ioan.Andr. & notat Azor. *cap.*14.*quæſt.*1.*cit.* & ſaltem reuocentur quotannis *in Bulla Cœna.* Et præterea,ſi benè legantur, non id contineant,quod aſſerit Gloſſa; id eſt,poſſe Reges ex ſe corrigere, & punire delicta Eccleſiaſticorum;ſed ſolùm, quòd hæc aliquando debeant intimari auribus Regis; non quidem,vt ipſe corrigat, & puniat; ſed, vt admoneat ipſos Eccleſiaſticos,& inſtet coram eorum ſuperioribus, vel iuuet omni alio modo, vt ſubdit Panorm. *num.*7. *cit.in fine,*& apud illum Archidiac. Butr. Imol. & alij apud Marium Alter.*de excommunic.Bulla Cœna,lib.*5.*diſp.*16.*c.*2.§ *Neque ad probandam.*

20. *Leges laïcorum præiudiciales Eccleſiæ, eiúſque libertati, ipſo iure ſunt irrita.*

Neque ſolùm huiuſmodi leges laïcorum, quæ ſunt præiudiciales Eccleſiæ,& perſonis eccleſiaſticis, & pugnant aliquo modo cum earum immunitate,& libertate, non approbantur à Papa,& non obligant Clericos; ſed etiam ipſo iure, tam ciuili, quàm canonico ſunt irritæ,vt notat Salas *diſp.*14. *cit.ſect.*8.*num.*92. ita enim definitur *Auth. Caſſa. de ſacroſ.Eccl.* & *Auth.Item nulla.* & *Auth.Statuimus.*

nnu.C.de Epiſcopis.& *cap.Eccleſia S.Mariæ.*& *cap. Eccleſiarum. de conſtit.* & *cap. Nouerit. de ſent. excommunic.* & *cap.fin.de immun. Eccl.in 6.* Non ago hîc de iis regnis, quæ verè à Summo Pontifice hanc facultatem habent, ſi quæ habeant; ſed vniuerſim pugno pro iure communi.

21. *Et qui illas ferūt, aut publicant, vel iis vtuntur, ſunt excommunicati in Bulla Cœnæ.* Et præterea, qui huiuſmodi leges, ſtatuta, ordinationes, aut quæuis alia decreta, quibus libertas eccleſiaſtica tollitur, vel in aliquo læditur, aut deprimitur, vel quouis modo reſtringitur, fecerint, ordinauerint, aut publicauerint, vel factis etiam ordinatis vſi fuerint, ſunt excommunicati *in Bulla Cœnæ, num.* 15.

22. *Quando aliquæ leges cenſeri debeant directè, aut indirectè contra libertatē eccleſiaſticā.* Tunc verò cenſentur leges ciuiles directè pugnare cum libertate eccleſiaſtica, vt notat Suar *lib. 3. de legib cap. 34 num.* 3. quando diſponunt directè de materia ſpirituali, & eccleſiaſtica, aut expreſsè verſantur circa perſonas eccleſiaſticas: & tunc pugnant indirectè, quando ita diſponunt circa propriam materiam, vt tamen ex earum obſeruatione redundet aliquid contra propria iura, aut priuilegia Eccleſiarum, aut perſonarum eccleſiaſticarum, vt etiam fuſiùs explicat *diſp. 21 de cenſuris, ſect. 2. num. 91.* & *ſeq.* & *in defenſ. fidei Catholicæ contra Regem Angliæ, lib. 4. cap. 83. num. 5.* & *ſeq.* Et tales ſunt illæ omnes, quibus ſtatuitur, vt beneficia eccleſiaſtica non conferantur externis; vt penſiones illis non ſoluantur; vt Literæ apoſtolicæ, aut Diplomata pontificia, quæ derogant iuri patronatus, non admittantur, & executioni mandentur, niſi in Curia regia, & per regios Iudices priùs fuerint examinata, vel niſi ipſe Rex, aut Princeps conſenſum præſtiterit: (niſi fortè ij Principes, & ea regna, ſingularia de ea re priuilegia habeant: ea enim, ſi talia ſint, per concordata, aut alia vera & ſolida ratione conceſſa, non oppugno:) & notat Azor. *part. 1. lib. 5. cap. 14. quæſt. 3.* quia enim plena diſpoſitio beneficiorum eccleſiaſticorum eſt penes Pontificem, vt habetur in Concil. Lateranenſ. ſub Leone X. *ſeſſ. 9. in Bulla de reform. Curiæ*, non poſſunt Pontifices aliquid ſtatuere, quod eius libertatem impediat: & quia ius patronatus non conuenit laicis, niſi ex conceſſione Eccleſiæ, iure poteſt Pontifex, ſi velit, vel ex toto, vel ex parte illi derogare; neque eſt,

23. *Literæ apoſtolicæ, ſi dubitetur, quomodo debeant recognoſci.* quòd eius Literæ non admittantur. Et quamuis, ſi de illis dubitetur, vtrùm ſint falſæ, & ſubreptitiæ, poſſint recognoſci à Iudice eccleſiaſtico, id eſt, Legato, Nuncio apoſtolico, Epiſcopo, &c. non eſt tamen, quòd in hoc ſe immiſceant Iudices laïci, qui in res eccleſiaſticas nullam habent poteſtatem; vel certè, ſi recognoſcant animo appellandi ad Romanum Pontificem, & pro illis ſupplicandi, debent poſteà re ipſa proſequi coram eodem, huiuſmodi appellationem; & alioqui ſunt excommunicati *in Bulla Cœnæ, num.* 14. Non ago de iis regnis, quibus ſingulare aliquid conceſſum foret, ſi tale aliquod ſit.

24. *Executio Literarū apoſtolicarum nō eſt petenda, aut expectanda à laïcis.* Hinc multi improbant id, quod aſſerit Couarr. *practic. quæſt. cap 35. num* 4. communiter fieri non ſolùm in regnis Hiſpaniarum; ſed etiam in Flandria, vt Literæ apoſtolicæ vniuerſaliter non mandentur executioni, niſi priùs per regia tribunalia merè laica examinentur, & approbentur, & executionem recipiant. Tamen Couar. *eo loco* contendit id licitè fieri, & cedere in magnam Reipublicæ vtilitatem, quod etiam plures alij pluribus conantur probare, vt refert Suar. *de cenſur. diſp. 21. ſect. 2. num. 76.* & Azor. *part. 1. lib 5. cap. 14. quæſt. 4.* Et vtrùm id ſatis probent, nécne, definitioni ipſius Papæ remittit *eo loco* Suar. & apud illum Nauar. Contrà tamen alij, vt Azor. *loco cit.* & Marius Alterius *de cenſuris, diſp. 14. lib. 5. cap. 4.* & Bonac. *diſp. 10. in præcepta De-*

cal. quæſt. 2 puncto 1. §. 1. num. 15 quia poteſtas recognoſcendi, & examinãdi Literas apoſtolicas, vtrùm ſint veræ, aut falſæ, ſubreptitiæ, aut legitimæ, eſt merè eccleſiaſtica ex ipſo obiecto; & ideò in ſolos Eccleſiaſticos cadit, Id eſt, in Legatos, aut Nuncios apoſtolicos, Primates, Patriarchas, Archiepiſcopos, aut Epiſcopos; non autem in laïcos quoſcunque. Et quemadmodum laïci, & Principes non poſſunt, (excipio ſemper Regum, & Regnorum priuilegia, ſi talia in orbe Chriſtiano exiſtant; nec volo cuiuſ quam ſanctè & piè ſtabilitam libertatem, ipſis præcipuè annuentibus Pontificibus, labefactare, vniuerſim loquor, & ſaluo priuatarum rerumpublicæ iure:) non poſſunt, inquam, ſe intromittere vllo modo in iudicandis, aut diſponendis aliis rebus eccleſiaſticis, *cap Benè quidem. d. 96* & *cap. Decernimus.* de iudiciis, & ſpecialiter in recognoſcendis, aut examinandis ſententiis, & cenſuris; ſed illas tenentur ſtatim acceptare, & exequi, & præbere Epiſcopis pro illarum executione etiam auxilium brachij ſæcularis, vt patet ex Tridentino *ſeſſ. 25. cap 5. de regular.* ita nec poſſunt ſe intromittere in recognoſcendis authoritatiuè & iudicialiter Literis apoſtolicis: & cùm huiuſmodi facultatis eccleſiaſticæ, quà laici ſunt, ſint planè incapaces; hinc etiam fit, vt nulla, quamuis longiſſima præſcriptione poſſint illam præſcribere, cùm præſcriptio iis tantùm tribuat ius, qui talis iuris ſunt alioqui capaces; non autem tribuat ipſam capacitatem, ſi alioqui illam non inuenit. Et quamuis laici ex ſpeciali aliquo priuilegio ipſius Papæ poſſint eius nomine, & authoritate miniſterium aliquod, etiam circa has Literas exercere; non autem poteſtate, & authoritate laïca, & quatenus Principes, aut Magiſtratus laici ſunt, vt benè notant Azor. Suar. & Alter. *locis cit.* de hoc ipſo tamen priuilegio benè eſt conſiderandum, vtrùm verè ab hoc, aut illo Principe laico habeatur, & an ſit cenſendum ſingulis annis eſſe reuocatum per Bullam Cœnæ, in qua ſtrictiſſimè omnia reuocantur, tam generalia, quàm ſpecialia; & tam his, quàm illis, etiam quibuſcunque, & quomodocunque, vel ex quacunque cauſa conceſſa. Et ex hoc maximè eſt iudicandum de vnoquoque, vtrùm licitè, an illicitè faciat, dum Literas apoſtolicas recognoſcit, iiſque concedit, aut negat executionem.

Denique ex his, quæ diximus circa leges laïcorum, prout poſſunt extendi ad Eccleſiaſticos, poteſt intelligi, quomodo peccent Clerici, & perſonæ eccleſiaſticæ, ſi tranſgrediantur leges laïcorum: quamuis enim nullo modo peccent, in quãtũ huiuſmodi leges proueniunt a poteſtate laïca, quæ ad Clericos nõ ſe extendit; poſſunt tamen peccare grauiter, in quãtum pro Clericis inſurgit obligatio iuris naturalis, & etiam pro ipſis tacitè approbantur, & canonizantur à Papa huiuſmodi leges, & ex Dei poteſtate, & intentione etiam ipſi ad illas obligantur, vt *ſuprà* diximus. Vnde etiam pro Clericis ex grauitate materiæ poteſt expendi grauitas culpæ; & non eſt dubium, quòd etiam ipſi peccent mortaliter, ſi in expendendis, v.g pecuniis non ſeruent valorem taxatum per legem à Principe laico, vel in emptionibus, & venditionibus nõ ſeruent pretium ſimiliter taxatum, vt notat Nau. *in Man. c. 23. n.* 88. Mol. *tract. 2. diſp.* 31. Salas *diſp. 14 ſect* 8. Suar. *lib. 3. de legib. cap. 34. n. 9.* & omnes communiter apud Bonac. *q. 1. de legib. puncto 6. n. 31.* & 32. Atque hoc totum de grauitate culpæ pro Clericis eſt multò rationabilius, quàm quod abſolutè aſſerit Bonacin. *ibidem, n.* 33. eos non eſſe cenſendos peccare grauiter tranſgrediendo leges laïcorum, cùm non teneantur directè ad illas ſeruandas. 25. *Etiã Clerici poſſunt peccare grauiter, ſi tranſgrediãtur leges laicorum.*

Digitized by Google

DISPVT. XXXIV.

Quomodo exemptio à legibus, & à poteſtate laïcorum conueniat Clericis, & perſonis eccleſiaſticis in ordine ad bona, tam eccleſiaſtica, quàm patrimonialia.

1. *Etiam bona eccleſiaſtica ſunt exempta à poteſtate laicorum.*
2. *Bona patrimonialia Clericorum ſunt exempta.*
3. *Et ſpecialiter, quando Clericis ſunt aſſignata in titulum.*
4. *Secundùm aliquos, bona, quæ tranſeunt ad Eccleſiam, manent obligata ad collectas laicorum.*
5. *Non poteſt Princeps per legem obligare bona laicorum, ita vt maneant obligata, etiam quando tranſeunt ad Eccleſiam.*
6. *Quomodo poſſit fieri, vt bona laicorum tranſeant ad Eccleſiam cum onere ſoluendi collectas.*
7. *Bona Eccleſiæ, & Clericorum non poſſunt eſſe cum onere ſoluendi aliquid variabile, & incertum.*
8. *Quid requiratur ad hoc, vt bona tranſeant ad Eccleſiam cum onere.*
9. *Clerici non tenentur ad publicas neceſſitates.*
10. *Poteſt tamen aliquando ſufficere etiam conſenſus Epiſcopi, aut alterius Prælati pro exemptis, ad hoc, vt etiam ipſi concurrant ad publicas neceſſitates.*
11. *Quomodo Clerici teneantur ad vectigalia.*
12. *Si bona Clericorum ſint communia etiam laicis, quomodo ſint exempta.*
13. *Et quid ſi à laicis donentur Clericis, vt fiant exempta.*
14. *Coloni Clericorum, aut Eccleſiarum, non ſunt exempti.*
15. *Emphyteutæ, qui habent bona Eccleſiæ, non ſunt exempti à gabellis laicorum.*
16. *Etiam Clerici in minoribus gaudent immunitate.*
17. *Etiam excommunicati.*
18. *Et depoſiti, vel degradati ſolùm verbaliter, non autem actualiter.*
19. *Clerici coniugati non gaudent immunitate.*

1. *Etiam bona eccleſiaſtica ſunt exempta à poteſtate laicorum.* EXEMPTIO à legibus, & à poteſtate laïcorum, non ſolùm conuenit Clericis, & Eccleſiaſticis in ordine ad proprias perſonas; ſed etiam in ordine ad bona: & ideò etiam bona eccleſiaſtica ſunt exempta à tributis, & vectigalibus, quæ imponuntur à laicis. (Excipio regna, & Principes, quibus talis facultas priuilegiis & indultis eſt conceſſa, ſi tales aliqui ſint; ius tantùm commune defendo.) Ita Felin. *in cap. Eccleſia S. Mariæ, num. 7. &* 8. *de conſtit.* Suar. *lib. 3. de legibus, cap. 34. num. 2.* & alij: quia *cap. Quanquam, de cenſibus, in 6.* dicitur, quòd non ſolùm Eccleſiæ, & perſonæ eccleſiaſticæ; ſed etiam res ipſarum iure humano, & diuino ſunt immunes ab exactionibus ſæcularium perſonarum: & in Concil. Lateranen. ſub Leone X. *ſeſſ. 9. de reform. Curiæ*, dicitur, quòd fructuum Eccleſiarum Cathedralium, & Metropolitanarum, & Monaſteriorum, & aliorum quoruncunque beneficiorum eccleſiaſticorum plenaria diſpoſitio ſolùm eſt penes Romanum Pontificem, & penes illos, qui huiuſmodi beneficia canonicè obtinent, & quòd Principes ſæculares, ipſo etiam diuino iure id prohibente, nullo modo debent in illis ſe intromittere. Et *cap. Nulli. 12. quæſt. 2.* dicitur, quòd non ſolùm perſonæ; ſed etiam agri ſemel Domino conſecrati, ad ſolius Sacerdotis ius pertinent, & *l. Summa. ff. de rerum diuiſ. & §. Sancta quoque res. Inſtit. eod.* dicitur, quòd huiuſmodi res in nullius bonis computari debent.

Neque ſolùm id videtur intelligendum de iis bonis, quæ propriè ſunt eccleſiaſtica, id eſt, ipſarum Eccleſiarum, & beneficiorum, & pertinent ad Clericos titulo aliquo clericali; ſed etiam de iis, quæ 2. *Bona patrimonialia Clericorum ſunt exempta.* ſunt patrimonialia, & pertinent ad illos titulo aliquo merè laicali, vt notat Sylu. *verb. excommunicatio. 9. num. 13. & verb. Immunitas, 1. num. 2.* Tol. *lib. 1. cap. 29. num. 2.* Sot. *in 4. diſt. 25. qu. 2. art. 2. concl.* 6. Leſſ. *lib. 2. cap. 33. num. 19.* Salas *de legibus, diſp. 14. ſect. 11. num. 14.* Azor. *part. 3. lib. 5. cap. 19 quæſt. 7. &* 8. Hugolin. *de cenſur. Pontifici reſeruatis, part. 2. cap. 18. §. 3. num. 1.* Sayr. *lib. 3. theſauri, cap. 22. n. 9.* Marius Alterius *de cenſur. diſp. 19. lib. 5. cap. 2.* in illa verba Bullæ Cœnæ: *Bonis, eorúmque fructibus.* Gloſſ. *in cap. Eccleſia Sancta Mariæ. de conſtit. & in cap. Quanquam. de cenſib. in* 6. Panorm. *in cap. Eccleſia Sancta Maria. cit. num* 7. *&* 21. & *in cap. Sancitum. de cenſibus, n. 9.* & *in cap. Ex literis. num. 4. de vita, & honeſt. Cler.* Felin. *in c. Eccleſia Sancta Mariæ. num. 7.* Hoſtienſ. *in Summa, tit. de immun. Eccleſiæ, §. A quibus. verſ. Verè etiam perſonalia.* Imola *in cap. fin. de vita, & honeſtate Clericorum, & in Clementinam, Præſenti, de cenſibus*, quo etiam loco idem aſſerit Card. Anchar. & alij, & expreſsè tenet Rota Romana *in quadam Alben. gabellæ ſeu onerum*, coram Merlino, *ſub die 28. Iunij*, 1630. quæ inter alios etiam citat Suarium *in defenſione fidei Catholicæ ad Regem Angliæ, lib. 4. cap. 25. num. 4. & ſeq.* & probatur: quia *cap. Quanquam de cenſibus, in* 6. omnes res propriæ Clericorum dicuntur eſſe exemptæ ab exactionibus, & tributis laïcorum, præter illas, quas deferunt, aut deferri faciunt cauſa negotiationis: & *cap. Eccleſiarum ſeruos. 12. quæſt. 2.* & *cap. Similiter. 16. quæſt. 1.* res Clericorum dicuntur gaudere eodem priuilegio, quo res Eccleſiarum: & *in Bulla Cœnæ, num.* 18. excommunicantur, qui imponunt tallias, & onera bonis Clericorum, & Eccleſiarum, & beneficiorum eccleſiaſticorum: & cùm bona Clericorum ponantur ibi, vt diſtincta à bonis Eccleſiarum, & beneficiorum, ſolùm videntur intelligi bona patrimonialia: & *cap. Non minùs.* & *cap. Aduersùs. de immun. eccleſ.* & *Clem. Præſenti. de cenſibus*, excommunicantur, qui ad publicas neceſſitates imponunt grauamina ſuper bonis Clericorum: & certum videtur, quòd generali appellatione bonorum omnia comprehenduntur, tam beneficialia, quàm patrimonialia.

Et ratio videtur eſſe: quia, vt dicitur *ad Rom. 13.* tributa ex propriis bonis non aliter ſoluit vnuſquiſque, niſi, quia eſt ſubditus imponenti, & in ſignum ſubiectionis: quare, cùm Clerici non ſint ſubditi Principibus laïcis; ex nullis ſuis bonis debent teneri ad ſoluenda tributa; & eo ipſo, quòd aliqua bona euadunt Clericorum, euadunt libera à tributis laicorum, vt etiam notat Panorm. *conſ. 26. vol. 1.* & ex illo Suar. *in defenſ. cit. lib. 4. cap. 20. num. 15. &* 26. Et quemadmodum, quia filius Regis eſt planè liber à tributis, & ſignis ſubiectionis, eo ipſo, quòd aliqua bona ad illum tranſeunt, euadunt libera; quamuis alioqui, quando erant alterius, non eſſent libera: ita & in Clericis. Et quamuis id, quod diximus *ex cap. Eccleſiarum ſeruos. 12. quæſt. 2. & cap. Similiter. 16. quæſt. 1.* quòd res Clericorum gaudeant eodem priuilegio, quo res Eccleſiarum, non

non procedat generaliter quoad omnia priuilegia, vt notat Panorm. *in cap. fin. num. 11. de vita, & honeſt. Cleric.* & Sylu. *verb. Præſcriptio. §. 7. verſu, Septimum.* & ideò non eodem tempore præſcribatur contra Eccleſiam, & contra bona patrimonialia Clericorum; neque Clericus eodem modo habeat reſtitutionem in integrum, quo Eccleſia, vt iidem ſubdunt; procedit tamen ſpecialiter, ſaltem in caſibus, qui ſunt expreſſi in iure: & talis eſt immunitas à collectis, & tributis, vt diximus. Et ſaltem, quando bona patrimonialia ſunt aſſignata Clericis in titulum, ad quem ordinentur, dicitur Romæ ita declaraſſe ſacra Congregatio ſuper Concilium: quamuis Emman. Sà *verb. Clericus, num. 18.* & apud Salas *diſp. 14. de legib. ſect. 11. num. 114. in fine*, dicat, aliquos, etiam de huiuſmodi bonis patrimonialibus, quando ſunt aſſignata in titulum, aſſerere, quòd non ſint exempta; & ipſe Sà ex propria ſententia affirmet ſpectandum in his eſſe, quid vſu ſic receptum.

3. *Et ſpecialiter quando Clericis ſunt aſſignata.*

Non tamen deſunt, qui abſolutè doceant, teneri Clericos ad ſoluendas collectas, ſi res, pro qua imponuntur, ad illos tranſeat, vt videre eſt apud Azor. *part. 3. lib. 5. cap. 19. quæſt. 8.* & apud Suar. *in defenſ. fidei, lib. 4. cap. 20. num. 2.* & in ſpecie ita aſſerit Bart. *in l. Reſcripto. § fin. ff. de muner.* vbi etiam ait, id colligi ex dictis Innocentij *in cap. Poſtulaſti. de foro compet.* & addit cõſilium pro Principibus, & ciuitatibus, quòd ſi velint etiam Eccleſias obligari in poſterum ad collectas, onerent huiuſmodi collectis omnia prædia intra territorium: quia tunc neque etiam ad Eccleſiam poterunt tranſire ſine onere.

4. *Secundùm aliquos, bona, quæ tranſeũt ad Eccleſiã, manent obligata ad collectas laicorum.*

Verùm huiuſmodi conſilium eſt per omnes damnatum, cùm apertè ſit contra immunitatem eccleſiaſticam, vt videre eſt apud Azor. *par. 3. lib. 5. cap. 19. cit. quæſt. 9.* neque poſſit indirectè permitti contra libertatem Eccleſiæ, quod directè prohibetur in illius fauorem: *cap. Quæ in Eccleſiarum. de conſtit. & Auth. Caſſa. C. de ſacroſ. Eccl.* & notat Rota Romana *infrà* citanda; & ipſe etiam Bartolus non eſt illud ſecutus, ſiquidem *conſ. 180.* quod incipit: *Si aliqua poſſeſſio.* oppoſitum docet: & abſolutè non videtur Princeps per legem, aut ſtatutum ita poſſe onerare agros, & prædia, quæ ſunt intra territorium, vt etiam cum hoc onere, ex vi eiuſdem legis, aut ſtatuti, debeant poſteà tranſire ad Eccleſiam: ſiquidem, quando euadunt Deo conſecrata, ſemper pertinent ad ius ſolius Sacerdotis, & ſuper illis nulla poteſtas remanet laïcis, vt *ſuprà* diximus *ex cap. Nulli. & cap. Prædia. 12. quæſt. 2.* & ex aliis textibus: quod idem etiam tenet Rota Rom. *ſuprà cit. in quadam Alben. gabellæ, ſeu onerum*, coram Merlino *ſub die 28. Iunij*, 1630. vbi ait, eo ipſo, quòd bona traduntur Eccleſiis, eximi à dominio, & poteſtate laicorum, & conſtitui ſub immediato, proximo, & propriè dicto dominio ipſius Chriſti; & ideò effici libera à tributis, ſicut & eſt ipſe Chriſtus, vt etiam probat Comitol. *in reſponſ. moral. lib. 1. c. 70. & 71.* & Suar. *in defenſ. fidei Catholicæ ad Regem Angliæ, lib. 4. c. 17. n. 9. & cap. 18. n. 5. & 7. & cap. 21. num. 5.*

5. *Non poteſt Princeps per legem obligare bona laïcorum, ita vt maneant obligata, etiam quando tranſeunt ad Eccleſiam.*

Non eſt tamen negandum, quin, ſi ciues ex communi conſenſu obligent Principi ſua bona per hypothecam generalem, aut ſpecialem, pro certis collectis in poſterum imponendis, cum hoc eodem onere debeant poſteà tranſire etiam ad Eccleſiam, vt ex Alciato, Baldo, Aretino, & aliis, notat Azor. *par. 3. lib. 5. cap. 19. quæſt. 9. cit.* Quia, vt dicitur *cap. Paſtoralis.* & *cap. Cùm non ſit. de decimis.* & *cap. Ex literis. de pignoribus.* & *l. Alienatio. ff. de contrah. emptione.* & *l. Si diuino. C. de exact. tribut. lib. 10.* res ſemper tranſit cum ſuo onere: & ſicut non niſi cum onere tranſeunt ad Eccleſiam bona cenſualia, feudalia, & emphyteutica; ita & ſolùm cum onere tranſeunt bona hypothecata: & in tali caſu tenebuntur etiam Clerici ad collectas; verùm non tenebuntur ratione legis, aut ſtatuti ipſius Principis, ſed ſolùm ratione hypothecæ, cui ciues ſponte ſubiecerunt res ſuas: & in hoc ſenſu Azor. *loco cit.* interpretatur conſilium Bartoli *paulò antè* relatum, vt, ſcilicet, Principes onerent prædia intra ſuum territorium exiſtentia, non quidem per legem, aut ſtatutum, quod non afficit Clericos; ſed per ipſos ciues ſponte conſentientes in hypothecam, & obligationem ſuorum bonorum.

Et ad idem facit etiam illud, quod *loco cit.* addit Bart. fuiſſe factum ab Eogubinis, & eſt omninò licitum in conſcientia; vt, ſcilicet, ſinguli ciues donent Communitati, aut Principi ſuas poſſeſſiones, & poſteà iterum illas accipiant cum onere ſoluendi collectas: tunc enim tale onus ſe habebit ſecundùm multos, ſicut onus feudale, & non niſi cum eodem onere poterunt poſteà poſſeſſiones illæ tranſmitti ad Eccleſiam.

6. *Quomodo poſſit fieri, vt bona laicorũ tranſeant ad Eccleſiã cum onere ſoluendi collectas.*

Et ſimiliter tutiſſimum eſt, quòd Clerici, & Eccleſia teneantur pro aliquibus bonis collectas ſoluere, ſi hæc cum ea tantùm conditione, & pacto fuerunt ipſis legata, aut tradita ab aliquo priuato: quamuis enim in tali caſu non teneantur ex præciſa impoſitione collectæ; tenentur tamen ex pacto, in quod conſenſerunt acceptando legatum, vt notat Azor. *part. 1. lib. 5. cap. 13. quæſt. 1. & par. 3. lib. 5. cap. 19. quæſt. 1.* & apud illum Felin. Alciatus, Iaſon, Innoc. & alij.

Sed contra hæc omnia ſentit Rota Romana *deciſ. cit.* coram Merlino, quæ aſſerit, non eſſe inſpiciendum tempus, quo per ſtatutum, ſiue quomodocunque, territorium efficitur tributarium Communitati, aut Principi laïco pro collectis poſteà imponendis; ſed illud, quo ipſæ collectæ imponuntur; & tempus, quod facit territorium tributarium pro collectis imponendis, habere tacitam conditionem, ſi imponantur: & cùm hæc conditio ſit poteſtatiua, non retrotrahi in præiudicium Eccleſiæ, ſi hæc medio tempore acquiſiuit; & impoſitio tunc eſt facta, quando res non ampliùs ſubiacebat iuriſdictioni laicorum: & citat Bald. *in l. Omnes. num. 12. & ſequentib. C. ſine cenſu, vel reliq. fund. compar. non poſſe. & in l. Placet. num. 10. C. de ſacroſ. Eccl.* & *in l. Neminem. num. 4. C. eod. & conſ. 112. num. 7. lib. 2.* Panorm. *in cap. fin. de vita, & honeſt. Clericor.* & plures alios. Et ratio videtur eſſe: quia in tali caſu onera, cum quibus res tranſirent ad Eccleſiam, non eſſent certa; ſed poſſent variari pro maiori, & minori neceſſitate Communitatis, aut Principis; quod tamen eſſe non poteſt, & communiter non conceditur. Nam ſemper in his omnibus caſibus, in quibus bona ſunt hypothecata pro collectis, & cum hoc onere tranſeunt ad Eccleſiam, aduerti debet, vt huiuſmodi onus ſit ſolùm de re aliqua certa, & inuariabili; non autem de re incerta, & quæ varietur ſingulis annis pro voluntate Principis, vt notat Panorm. *in cap. Eccleſia S. Mariæ. de conſtit. & in cap. fin. num. 12. de vita. & honeſt. Cleric.* Hoſtienſ. *in Summ. tit. de immunitate Eccleſiar. num. 4.* Sylu. *verb. excommunicatio, 9. num. 13.* Azor. *part. 1. lib. 5. cap. 13. quæſt. 1. & par. 3. lib. 5. cap. 19. quæſt. 7.* Leſſ. *lib. 2. cap. 33. num. 19.* Salas *de legib. diſp. 14. ſect. 11. num. 114.* Marius Alterius *de excommunic. Bullæ Cœnæ, lib. 5. diſp. 19. c. 6.* & omnes communiter: quia, ſi ſit de re incerta, & quæ varietur pro his, aut illis circunſtantiis, & conditionibus, v.g. pro maiori, aut minori indigentia ipſius Communitatis, vel pro maioribus, aut mino-

7. *Bona Eccleſiæ, & Clericorũ, non poſſunt eſſe cum onere ſoluẽdi aliquid variabile, & incertum pro voluntate Principis.*

tibus diuitiis ipſius poſſidentis;principaliter reſpicit ipſas perſonas,& potiùs eſt onus perſonale, quã reale,vt notant Panorm.& Sylu. *locis citatis:* quod tamen onus in ipſas Eccleſias, aut perſonas eccleſiaſticas non poteſt cadere. Vnde ex Rota Romana *deciſ.cit.*& in alia coram Peonia,*in Brunduſina,gabella*,13. *February*,1604. multa debent copulatiuè,

8. *Quid requiratur ad hoc, vt bona tranſeant ad Eccleſiam cũ onere.*

& ſimul concurrere, ad hoc, vt res poſſint tranſire ad Eccleſiam cum onere,iam priùs impoſito;id eſt, quòd onus ſit verum,& reale;quod ſit infixum fundis,& impoſitum ipſis bonis propter bona;non autem ipſis perſonis propter bona; quòd ſit perpetuum,certum,& inuariabile, non autem ex aliquibus tantùm cauſis vrgentibus, iiſque ceſſantibus ſit remouendum:& ſic docent Canoniſtæ *in c.*1.*de immun. Eccleſiarum,in* 6.Panorm.*in cap.fin.num.*12.*de vita,& honeſt.Cler.* Turrecr. *in cap. Si tributum.*11. *quæſt.*1.*verſ. Alia verò.* Comit. *in reſp.moral.lib.*1. *cap.*94.*num.*3.Et ratio videtur eſſe, quam *ſuprà* indicauimus *num.*2. quia alioqui,ſi onera non eſſent certa,& inuariabilia, & ipſis fundis verè impoſita, & infixa in perpetuum, eſſent ſigna ſubiectionis ipſius perſonæ, cùm ex S.Paulo *ad Rom.*13. ideò homines tributa præſtent,quia ſunt ſubditi; quod tamen de Eccleſia, & perſonis eccleſiaſticis reſpectu laicorum dici non poteſt.

Atque ex hoc rectè aſſignatur diſcrimen, quare onera rebus impoſita ex vi contractus, & conuentionis præcedentis, inter priuatas perſonas, vt eſt, v.g. onus cenſuale,tranſeant ad Eccleſiam; non autem tranſeant onera publica impoſita rebus, ex vi poteſtatis, & iuriſdictionis ſuperioris, vt eſt,v.g. onus tributi: id enim eſt,quia hæc poſteriora ſunt ſignum ſubiectionis, & communiter imponuntur ad illam ſignificandam,& proteſtandam; quod tamen non accidit in illis prioribus,vt *ſuprà* diximus ex Panorm.*conſ.*26.*vol.*1.& Suar.*in defenſione fidei, lib.*4.*cap.*20.*num.*15.*&* 26. Et quemadmodum, ſi perſona deſinat eſſe ſubiecta Principi,etiam deſinit eſſe, ſubiecta oneribus perſonalibus illius Principis: ita & prædia,& bona,ſi incipiant eſſe Eccleſiæ, & deſinant eſſe ſubiecta laïcis, etiam deſinunt eſſe ſubiecta oneribus realibus ipſorum laicorum.

9. *Clerici non tenentur ad publicas neceſſitates pontium, & viarum, ſine licentia Papæ.*

Extra hos igitur caſus,in quibus bona iam priùs affecta, & cum certo onere tranſeunt ad Eccleſiam, non debent Principes vllum genus tributorum ab illis exigere, etiam propter publicas neceſſitates, vt, v.g. ad pontes, aut muros ciuitatis reficiendos, aut ad publicam viam ſternendam: ſed ſi forte non ſufficiant tributa laicorum, eſt petenda facultas à Summo Pontifice, vt aliquid exigatur à Clericis,vt patet ex Innocentio III. *cap. Aduerſùs.de immunit.eccleſ.* & quotannis *ex Bulla Cœnæ, num.*18. & alioqui incurritur excommunicatio: quanquam,ſi vrgeret neceſſitas,& non poſſet commodè expectari conſenſus Pontificis,poſſet ſufficere

10. *Poſſunt tamẽ aliquando ſufficere etiã conſenſus Epiſcopi, aut alterius Prælati pro exẽptis.*

etiam conſenſus Epiſcopi pro ſuis ſubditis, & aliorum Prælatorum pro aliis, qui ſunt exempti ab Epiſcopo,vt ex communi ſententia Canoniſtarum notat Sylu.*immunitas*, 1.*quæſt.*5. Leſſ. *lib.*2.*cap.*33. *num.*26. Salas *de legibus, diſp.*14.*ſect.*11.*num.*115. Azor.*part.*1.*lib* 5.*cap.*13. *quæſt.*8.*col.*514. Mar.Alter.*lib.*5.*diſp.*19.*cit.cap.*1. Suar. *in defenſione fidei, lib.*4.*cap.*26. & alij;quia etiam olim ante decretum citatum Innocentij III. ſufficiebat conſenſus Epiſcopi,& Cleri,vt patet *ex cap.Non minùs.de immunit.eccleſ.* & ob vrgentem neceſſitatem ſæpè multa permittuntur, quæ alioqui cenſentur prohibita,vt notat Sylu.*excommunicatio*,9.*num.*14.

Neque facit in contrarium id,quod habetur *cap. Peruenit.de immunitate eccleſ.* quòd nullus eſt permittendus ſe excuſare à murorum vigiliis,aut cuſtodia;ſed omnes generaliter ad id ſunt compellendi:quia cunctis vigilantibus meliùs poteſt ciuitatis cuſtodia procurari: vt enim patet ex Gloſſ.*ibidem*, id ſolùm intelligitur, quando vrget neceſſitas, id eſt,in iis locis,in quibus contingit improuiſum periculum, vt ſunt,v.g. loca maritima,quæ facilè patent incurſionibus Turcarum, vt benè explicat Innocentius,Hoſtienſ.Butr.& alij *in cap. Peruenit cit.* & apud Alterium *cap.*1.*cit.* & in his caſibus non ſolùm Clerici; ſed ipſi etiam Epiſcopi debent accurrere, cùm etiam ipſe Romanus Pontifex Leo IV. aliquando accurrerit,vt ipſe teſtatur *cap.*19. & *cap.Sine.*23. *quæſt.*8. & Epiſcopi in defenſionem ſuorum Subditorum etiam poſſint intereſſe bellis, vt notat Gloſſ. *in cap.Igitur.cit. verb.egreſſi.*& illa maximè fortitudo ſit plena iuſtitiæ, quæ vel in bello à barbaris tuetur patriam,vel domi defendit infirmos,vel à latronibus ſocios, vt dicitur ex S.Ambroſio *cap.Fortitudo.*23.*quæſt.*3.

Et ſimiliter parum facit id, quod habetur *Clem.* 1.*de cenſibus*,quòd naturæ ſit conſonum,vt non recuſent onera, qui ſentiunt commoda:ex quo videtur ſequi, quòd etiam Eccleſiaſtici teneantur ad publicas,& communes neceſſitates,v.g.pontium,& viarum,cùm etiam ipſi ex illis percipiant commoda: nam id eſt verum, ſolùm de ſubditis einſdem ſuperioris, & Communitatis; non autem de aliis: & qua ratione quamplurimi gaudent commodo pontium,& viarum, qui tamen non ſenſerunt incommodum pro illis reficiendis, vt patet in omnibus exteris, & iter agentibus per aliquas regiones; ita etiam poſſunt Eccleſiaſtici ſentire commodum ex aliquibus, pro quibus incommodum non ſenſerunt,niſi laïci, cùm reuerà etiam ipſi non ſint ſubditi Communitatis laïcæ; ſed faciant per ſe Communitatem eccleſiaſticam:ſic enim è contrà etiam laïci plura commoda ſentiunt ex aliquibus, pro quibus incommoda non ſentiunt,niſi Eccleſiaſtici, vt notat Abb.*conſ.*3.*num.*2.& patet in iis, quæ ſolùm pertinent ad Eccleſiaſticos, & eſt valdè conſonum, vt hæ duæ Communitates, id eſt,laica, & eccleſiaſtica,quibus hic mundus integratur, & regitur,*cap.Duo ſunt.d.*96. ſibi inuicem ſeruiant, ſibique mutuò, & viciſſim commoda faciant;neque ex huiuſmodi commodis eſt facienda neceſſaria illatio ad cuiuſque incommoda.

Denique parum facit ex iure ciuili *lex*, *Ad inſtructionem.C.de ſacroſ.Eccleſiis*, vbi dicitur, quòd ad inſtructionem itinerum, & pontium, etiam venerabiles Domus,ſeu Eccleſiæ tenentur:& *lex*, *Ad portus.C.de oper.publ.* vbi dicitur, ab ædificatione, & reparatione murorum neminem eſſe excuſandum priuilegio dignitatis: & *lex*, *Neminem.C.de ſacroſ.Eccleſ.* quòd Eccleſiæ non ſunt immunes à muneribus debitis propter aduentum Principis. Nam contrà eſt ex Panorm. *in cap. Non minùs. num.*16.*de immun. Eccleſia,& conſ.*3.*num.*2.*cit.* vbi etiam citat Ioan. Andr. *in idem cap. Non minùs.* quia hæc, & ſimilia non potuerunt Imperatores ſtatuere in præiudicium Eccleſiæ, & abſolutè nullius ſunt roboris, cùm fuerint ſæpiùs correcta per ius canonicum, *cap. Non minùs.* & *cap.Aduerſùs. de imm.Eccleſ.* & ſæpè alibi, vt etiam notat Sylu. *verb Immunitas*, §.56. imò & per ius ipſum ciuile, *Authen. Item, nulla Communitas. C. de Epiſcop. & Cler.*vt notat Bart. apud Panorm. *conſ.*1.*num.*2.*cit.* ſiquidem ibi generaliter prohibetur,ne quis audeat ab Eccleſiis exigere collectas, exactiones, angarias, vel perangarias.

Sed rectè addit Leſſ. & Salas *locis citatis*, quòd 11.

exemptio

Quomodo Clerici teneantur ad vectigalia, ſi negotiantur.

exemptio à tributis non conuenit Clericis pro iis bonis, quæ ipſi deferunt, vel deferri faciunt, aut traoſmittũt cauſa negoriandi: hæc enim io pœnam negotiatioois prohibitæ Clericis exteſsè dicuntur eſſe ſubiecta tributis, & exactionibus, *cap. Quanquam.de cenſibus, in* 6. Et quanuis *cap. Ex literis.de vita,& honeſtate Clericorum*, dicatur, quòd Clerici propter negotiationẽ tunc perdunt priuilegiũ clericale, quando per Epiſcopum ter admoniti ab illa non deſiſtunt;& ex hoc colligat ibi Gloſ. qoòd ante hanc trinam admonitionem non teneantur in conſcienria ſoluere tributa, & vectigalia: quia adhuc gaudent priuilegio immunitaris: ídque videatur probare etiam Leſſ. *lib.* 2.*cap.*33.*num.*23. id tamen limitat Salas *diſp.*14. *de legib. ſect.*11. *cit.num.*515. & Marius Alterius *de excommunic. Bulla Cœna, lib.* 5.*cap.*6. §. *Tertiò quæri poteſt*. & apud illum Petrus de Anchar. *in cap. Quanquam.num.*2. Gemio. *num.* 7.*verſ. Sed contra*. & Francus *num.*5. *de cenſibus,in* 6. vt ſolùm intelligatur quoad alia bona, in quibus noo negotiantur; non autem quoad illa,in quibus negotiantur, cùm hæc ſpecialiter, & abſolutè dicantur eſſe ſubiecta vectigalibus, *cap. Quanquam. cit. de cenſibus, in* 6. neque dicatur quoad hæc bona eſſe expectanda vlla admonitio per Epiſcopum; quod etiam ſatis indicant verba ipſa *cap. Ex literis. de vita,& honeſt. Clericorũ*. cit. *Vt ſi tertiò admoniti, non reſipuerint, ſubiaceant de ſuis facultatibus ſtatutis,& conſuetudinibus patriæ*. id eſt,de aliis omnibus ſuis bonis,& non ſolùm de illis,quæ actu deferunt caoſa negotiationis, vt ibi notat Panorm. *n.*7.*&* 9. qui etiam addit *num.*10. ex Gloſ.fin. *ibidem*, quòd ſi Clericus oegotietur de bonis Eccleſiæ, & non de ſuis; non propterea amittit priuilegium; & bona illa deſinunt eſſe exempta à gabellis, & tribotis laicorum: quia delictom eſt ſolius perſonæ, & non debet nocere ipſi Eccleſiæ,quaſi hæc propterea debeat perdere immunitatem in ſuis facultaribus, vt etiam notat Federic. de Sen. *conſ.*200. & apud Panorm. *num.* 10. *cit.* quare debet quidem ſuperior prohibere, ne Clericus negotietur de bonis Eccleſiæ,eúmque punire,ſi non deſiſtat; non tamen propterea præiudicium aliquod debet pati Eccleſia,vt teneatur gabellam ſoluere, & amittat immunitatem in ſuis bonis: & ſimiliter non eſt expectandum, vt ſæpiùs, & frequentiùs negotiationem exerceat, ſicut requiritur ad boc, vt Clericus poſſit dici abſolotè negotiator, *l.*1.§. *Licet.ff de tribu.l.Semper.*§. *Diuus.ff. de iure immun*. & notat Bart. *in proœm. Digeſter.num.*10.& alij apud Bern. Diaz *in pract.crim. cap.*55. ſed ſaris eſt, ſi etiam ſemel negotietur, cùm abſolutè pro iis bonis, quæ facit deferri cauſa negotiationis, priuilegium immunitatis illi non ſuffragetur, *cap. Quanquam.cit. de cenſibus,in* 6.

Si bona Clericorum ſint communia, etiam laïcis, quomodo ſint exempta.

12. Et ſimiliter, ſi Clerici poſſideant aliqua bona ſimul cum laïcis, eáque ſint communia, v. g. fratribus, aot nepotibus laicis Clericorum, & ipſis Clericis,& ab omnibus ſimul poſſideantur, & habeantur pro indiuiſis, non debent cenſeri huioſmodi bona eſſe libera à gabellis, & exactionibus pro illa parte, qua ſunt laicorum, vt notat Couar. *pract. qq. cap.*34.*num.*2. *in fine*, Sylu. *excommunicatio*,9. *num.* 14.& Marius Alterius *de excommunic. Bullæ Cœna, lib.*5.*diſp.*19.*cap.*6.*dubitat.*2.& Specul. *in tit. de Cler. coniug. num.*13. *verſ. Quòd ſi Clericus*.nam *Clementina, Præſenti.de cenſibus,in principio*, ſolùm excommunicantor, qui ab Eccleſiis, aut perſonis eccleſiaſticis exigunt pedagia, & ſimilia, pro rebus propriis, & per hoc ſatis iudicatur, quòd non excommonicentur, qui exigunt pro bonis communibus, & quæ non ſint propria Eccleſiaſticorum: & quemadmodum de iore ciuili exemptio patris à muneribus, & oneribus publicis non eximit filios, *l. Qui & originem.*§. *Quanuis maior. ff. de muner. & honor.* ita & exemptio Clerici à tributis pro bonis propriis, non eximit laïcos, ſi eadem bona ſint etiam ipſorũ. Vnde & Iudex,ſi opus ſit,in tali caſu poterit cogere laïcum, vt diuidat à Clerico, *l.*2.*C. quando, & quibus.lib.*10. ad hoc,ſcilicet, vt tribota de bonis diuiſis integrè ſoloat, & ne vacillet publica vtilitas prætextu priuilegij clericalis, *l.* 2. *in fine. C. de priuil. ſcholarum,lib.*12. Sed non deſunt plures alij, qui contrà affirment, prioilegium immunitatis conceſſum Clerico, ſoffragari etiam laicis cum ipſo Clerico conuiuentibus, & bonorum communionem cum illo habentibus: ita enim aſſerit Gloſſ. *in l.fin. ver. Fratribus. C. de muner. & honor.lib.*11. Bart. *in l. Si is,qui duas. ff. de liberat.leg.* Bald. *in addit. ad Specul. tit. De Magiſtris, in fine*. Decius *conſ.*48.*in fine, verſ. Tertiò reſpondetur*. Natta *conſ.*590. *num.*16. Gratian. *in diſceptat. foren. diſc.*115.*num.*6.*&* 7. Carol. de Graſſ. *de effect. cleric. effectu* 1. *num.* 155. *&* 175. Menoch. *conſ.*136. *num.* 27. *verſ. Ita etiam videmus.& de arbitrar. iudic. caſu* 379.*num.*8. Aloyſ. Riccius *in praxi, reſol.*283.*num.*3. Rota Romana *in quadam Cremonen. Canonicatus*, 26. *Apr.* 1624. coram Coccino, Decano, & alij: & multùm facit ex iure communi id, quod habetur *l. Si communem. ff. quemadmodum ſeru amitt*. & *l. Is, qui duos. ff. de liberat.leg.* vbi dicitur, quòd in indiuiduis poteſt quis habere ratione ſocij, quod alioqui non habet ratione ſui;& quòd ſocius alioqui non capax poteſt percipere commodum ratione alterios ſocij capacis. Et ratio videtur eſſe: quia alioqui exemptio Clerici, quoad ſua bona, remaneret inutilis;& reuerà Clericus non poſſet vti ſuo priuilegio immunitatis, cùm nulla ſit pars in bonis communibus, quæ non ſit Clerici, quandiu omnia poſſidentor, ac retinentur pro iodiuiſis, ſimul à Clerico,& à laïco: & certum eſt, quòd in priuilegiis datur extenſio etiam ad alios, quando alioqui perſona priuilegiata non poteſt gaudere ſuo priuilegio, illúdque ipſi remanet inutile, vt notat Felin. *in cap.*2.*num.*2.*de foro compet.* vt certè accidit Clerico, ſi à fratre laïco eſt ſoluenda gabella de bonis communibus,& poſſeſſis ſimul cum ipſo pro indiuiſis: ſiquidem in tali caſu, ipſius exemptio quoad bona ſit illi inutilis, ſaltem pro medietate, neque poteſt integrè gaudere immunitate omnium ſuorum bonorum.

Sed fortaſſe hæ duæ ſententiæ facilè poſſunt cõciliari, ſi aduertamus, hác ſecundã ſolùm procedere ratione indiuiduitatis, & quando bonorum communio inter Clericum exemptum, & laïcum non exemptũ, vel ſimpliciter eſt indiuidua,& bona inter ipſos abſolutè non poſſunt dioidi; vel ſaltem non eſt diuidua ſine incommodo, & ſine damno ipſius Clerici: primam verò ſententiam ſolùm procedere, quando commonio poteſt diuidi, & tam Clericus, quàm laïcus poteſt ſibi agnoſcere, & habere ſuam partem bonorum: & hoc modo etiam Couarr. *in quæſtionibus pract. cap.*34. *cit.num.*1. expreſsè aſſerit, ſe ſolùm loqui in rebus,& cauſis, quæ commodè admittant diuiſionem; & in aliis, quæ vel ſimpliciter ſint indioiduæ, vel ſaltem commodè non poſſint diuidi, valere *legem, Si communem. cit. ff. quemadm. ſeru. amitt.* quòd in indiuiduis poſſit quis habere ratione ſocij, qood alioqui non habet ratione ſui. Neque rationes ſecundæ ſententiæ aliud probant, niſi quòd ſtante indiuiſione, & indiuiduitate bonorum inter Clericum, & laïcum, non debent ſolui gabellæ laïcis: non autem probant, quòd ſolui non debeant, ſi communio, & indiuiduitas poteſt

tolli, & quando de facto eſt iam ſublata.

Et hac eadem ratione poteſt admitti, quod ex multorum ſententia habet Surdus *deciſ.301.n.8.*& Natta *conſ.1.n.10. & conſ.65.num.2.* immunitatem conceſſam Doctoribus extendi etiam ad illorum fratres, in communione viuentes cum ipſis Doctoribus: quia, ſi fratres de bonis communibus tenerentur ſoluere, v.g. gabellas; omninò id cederet in damnum ipſorum Doctorum: ſiquidem ſtante communione bonorum, ne vnus quidem nummus poteſt ſolui à fratribus, qui non ſit communis, & in quo etiam Doctor non habeat partem: nam similiter id ſolùm eſt verum ſtante, & manente communione, & indiuiduitate bonorum, inter Doctorem exemptum, & fratres non exemptos, vt etiam patet ex ratione damni, quod dicitur inferri Doctori in vno nummo, ſoluto à fratribus, ſtante communione; non autem eſt verum, ſi communio poſſit tolli, & reipſa non maneat.

13. *Et quid, ſi à laicis donentur Clericis, vt fiant exempta.*

Quòd ſi contingat, bona communia, etiam laïcorum, donari Clericis, & fieri ipſorum propria, vt hac ratione euadant exempta ab exactionibus, & tributis laïcorum, verè fiunt exempta, ſi donatio eſt vera, & non ſimulata, & ficta, vt ex eod. Specul. *loco cit. de Cler. coniug. n.16.* ſubdit Sylu. & Marius Alter. *locis cit.* & contrà, ſi probetur id ſola fraude, & dolo factum fuiſſe ad fraudandas gabellas, non ſunt exempta: & quanuis hoc non ſit de facili præſumendum; ſed perſpicuis indiciis, & argumentis probandum, *l. dolum. C. de dolo malo*, & præcipuè in perſonis eccleſiaſticis, *c.2.§. Super eo. de noui operis nunciat.* & ibi Gloſſ. *verb. non feciſſent.* poteſt tamen in aliquibus caſibus etiam præſumi, vt, v.g. ſi laïci poſt donationem cernantur poſſidere, ſicut priùs; vel, ſi donarunt omnia ſua bona, aut maiorem illorum partem. *l. Omnes. §. Lucius. ff. de his, quæ in fraudem creditorum.* & ex eodem Specul. notat Syluest. *num.14. cit.*

Et quod aſſerimus de bonis Clericorum, quæ habentur pro indiuiſis etiam à laïcis; ſed poſſunt diuidi pro vtriſque, & non ſunt indiuidua; quòd non ſint immunia à gabellis pro illa parte, qua ſunt laicorum; à fortiori eſt aſſerendum etiam de fructibus bonorum eccleſiaſticorum pro illa parte, qua pertinent ad colonos partiarios: neque enim

14. *Coloni Clericorum, aut Eccleſiarum non ſunt exempti.*

coloni Eccleſiarum, aut Clericorum de iure communi ſunt exempti quoad ſe, ſuáque bona, à poteſtate laïcorum, ſicut nec ſunt exempti famuli conductitij, & qui non ſunt propriè ſerui, & de familia perpetua earundem Eccleſiarum, aut Clericorum, vt notat Archid. *in c. ſecundum 11.q.1.* Gemin. *in c. Quanquam. n.11. de cenſibus, in 6.* Sylu. *excommunicatio, 9.n.48.* & alij apud Marium Alterium *diſp.19. de cenſuris, lib.5.c.6. dub.5.* & ideò benè poſſunt obligari ad ſoluendas gabellas de iis bonis, quæ ſunt ipſorum, vndecunque tandem illis proueniant. Et quòd Romæ coloni partiarij illorum, qui dicuntur Camerales, ſint exempti ab omnibus oneribus gabellarum; ſicut & agentes, famuli, miniſtri, agricolæ, & laboratores quicunque eorundem; non eſt ex iure communi, ſed ex ſpeciali priuilegio concedi ſolito ipſis Cameralibus, tam pro ſe, quàm pro huiuſmodi famulis, & agentibus, vt patet ex literis patentibus huiuſmodi exemptionis, quæ iuſſu Pontificis illis dantur à Camerario.

15. *Emphyteutæ, qui habent bona Eccleſiæ, non ſunt exempti à gabellis laïcorum.*

Et idem eſt, ſi bona Eccleſiarum dentur laïcis in emphyteuſim: nam ſimiliter deſinunt eſſe exempta à gabellis laïcorum, quandiu pertinent ad emphyteutas laicos, vt notat Marius Alterius *de cenſuris, diſp.19. lib.5.c.6. cit. dub.6.* quia, ſicut bona laïcorum incipiunt eſſe exempta, quando tranſeunt ad Eccleſiam; ita & è contrà bona Eccleſiæ deſinunt eſſe exempta, quando tranſeunt ad laïcos, cùm tota exemptio ſit in fauorem, & bonum ipſius Eccleſiæ; non autem aliorum, qui bona recipiunt ab Eccleſia, vt etiam de exemptione à decimis, notat Suar. *tomo 1. de relig. tract.2. lib.1. de decimis, c.20. n.6.*

Atque hæc omnia, quæ dicimus de exemptione Clericorum à poteſtate laïca, debent intelligi etiam de iis, qui ſolis Ordinibus minoribus, vel ſola prima tonſura ſunt initiati, vt ex communi ſententia notat Couar. *in quæſtionibus practicis, cap.31. num.9.* dummodo incedant in habitu, & tonſura, & vel habeant beneficium eccleſiaſticum, vel ſaltem iuſſu Epiſcopi inſeruiant alicui Eccleſiæ, vt dicitur in Trid. *ſeſſ.23. cap.6.* Et quemadmodum Clerici per excommunicationem, aut alias cenſuras propriè dictas non ſpoliantur clericatu; ita nec ſpoliantur immunitate, & priuilegiis clericatus, vt videre eſt apud Marium Alterium *lib.5. diſp.19. cap.6. cit. dubitatione* 11. imò nec ſpoliantur per depoſitionem ſolam verbalem, ſi adhuc ſint corrigibiles, vt notant Panorm. *in cap. Ex parte. de Cler. coniug.* quanuis ſpolientur per depoſitionem actualem, *cap. Degradatio. de pœnis, in 6.* intelligendo per depoſitionem verbalem, ipſam ſententiam degradationis, & per depoſitionem actualem ipſam executionem ſententiæ, & ipſum actum degradationis, vt videre eſt apud Suar. *de cenſuris, diſp.30. ſect.2. num.2.* ſiquidem in hoc actu expreſsè dicit Epiſcopus, dum Clericum exuit veſte ſacra: *Spoliamus, & exuimus te omni Ordine, beneficio, & priuilegio clericali*, vt patet *ex c. Degradatio. cit.* 16. *Etiam Clerici in minoribus, gaudent immunitate.* 17. *Etiam excommunicati.* 18. *Et depoſiti, vel degradati ſolùm verbaliter; non autem actualiter.*

Et idem eſt etiam de Clericis coniugatis: non ſolùm enim cenſeri debent eſſe ſpoliati priuilegio immunitatis, quando ſunt bigami, ſiquidem tunc cenſentur, vt purè laïci, & nullo prorſus clericali priuilegio gaudét, *c. Altercationis. de bigam. in 6.* ſed etiam, quando contraxerunt ſolùm cum vna, eáque virgine: ſiquidem etiam tunc, ſi incedant in habitu, & tonſura, ſolùm gaudent priuilegio fori, & Canonis, *Si quis ſuadente.* non autem aliis, *c. vnico, de Clericis coniug. in 6.* & ibi Gloſ. *verb. cæteris.* Ancharan. *n.5.* Gemin. *n.4.* Franc. *n.4.* Card. *in Clem.1. n.16. de vita, & honeſt. Cleric.* Couar. *in quæſt. pract. c.31. n.9.* Panorm. *in c. Ex parte. n.2. & in c. Ioannes. num.3. de Cler. coniug.* & aliis apud Mar. Alter. *lib.5. diſp.19. c.6. cit. dub.9.* Et in ſpecie, quòd non gaudeant immunitate à gabellis laicorum, & teneátur illas ſoluere, ſicut & tenentur ipſi laici, expreſſè habet Francus, Panormitanus, Couar. *locis cit.* Plura poſſunt videri apud Suar. *in defenſ. fidei catholicæ contra Regem Angliæ, lib.4. c.17.* vbi agit vniuerſaliter de omnibus Clericis, quomodo gaudeant, vel non gaudeant immunitate: & *c.18.* vbi agit ſpecialiter de Clericis coniugatis: & *c.19.* vbi agit de aliis perſonis eccleſiaſticis, quæ nullum habent Ordinem clericalem, vt ſunt Religioſi laïci, & Moniales. 19. *Clerici coniugati non gaudent immunitate.*

DISPVT. XXXV.

Vtrùm exemptio Clericorum, & Eccleſiaſticorum à poteſtate laïca, ſit de iure diuino; an verò ſolùm de iure humano.

1. *Doctores, qui de hoc tractant.*
2. *Exẽptio in rebus ſpiritualibus eſt de iure diuino.*

3. *Secundum*

Digitized by Google

3. *Secundùm aliquos, ſi Eccleſiaſtici abutantur poteſtate ſpirituali, v.g. circa beneficia, poſſunt Principes laici illis reſiſtere.*
4. *Exemptio à muneribus, & negotiis profanis, eſt de iure diuino.*
5. *Non omnium Clericorum exemptio eſt de iure diuino, aut naturali primario.*
6. *Probatur ex Scriptura.*
7. *Ex Scriptura non probatur oppoſitum; & quòd exemptio omnium Clericorum ſit de iure diuino.*
8. *Neque ex traditione Eccleſia, aut ex Patribus.*
9. *Neque ex ratione naturali.*
10. *Si Clerici degant in terris infidelium, quoad omnia ſunt ſubditi Principibus laicis.*
11. *Quomodo poſſit concedi, quòd exemptio Clericorum ſit de iure diuino, & naturali ſecundario.*
12. *Quomodo poſſit intelligi modus loquendi Canoniſtarum.*
13. *Et ſacrorum Canonum, & Conciliorum.*
14. *Papa de iure diuino eſt exemptus ab omni poteſtate laica.*
15. *Exemptio Clericorum immediatè, & proximè ſolùm eſt de iure ciuili, & canonico.*
16. *Exemptio Clericorum non poteſt reuocari ab Imperatoribus.*
17. *Priuilegia conceſſa Eccleſia, vel ad pias cauſas, aut perſonis non ſubditis, non poſſunt ampliùs reuocari.*
18. *Priuilegia remuneratoria cenſentur haberi ex contractu, & ex cauſa oneroſa; & ideò ſunt irreuocabilia.*
19. *Quomodo probetur clericatus, ſi fortè in aliquo ſit dubius.*

1. *Doctores, qui de hoc tractant.* DE hac re videri poteſt Molina *de iuſt. tract.* 2. *diſput.* 31. Leſſ. *lib.* 2. *cap.* 33. *num.* 28. *& ſeq.* Azor. *par.* 1. *lib.* 5. *cap.* 12. *quæſt.* 1. Salas *de legib. diſp.* 14. *ſect.* 11. Suar. *in defenſ. fidei Catholica ad Regem Angliæ, lib.* 4. Bellarmin. *lib.* 1. *de Clericis, cap.* 28. *propoſitione* 4. *&* 5. *tom.* 2. Paulus Comit. *in reſp. moral. lib.* 1. *cap.* 97. Med. *de reſtit. quæſt.* 15. Vict. *relect.* 1. *de poteſtate Eccleſiæ, quæſt.* 6. *propoſ.* 2. Sot. *in* 4. *diſt.* 25. *quæſt.* 2. *art.* 2. *concl.* 3. 4. *&* 5. Marius Alterius *de cenſur. lib.* 5. *diſp.* 16. *cap.* 2. Couar. *in quæſt. practic. cap.* 31. *concluſ.* 1. *& lib.* 2. *var. cap.* 20. Panorm. Felin. Dec. Butrius *in cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ. de couſtitut.* Ioannes Andreas, Archidiac. Anchar. Franc. *in cap. Quanquam. de cenſibus, in* 6. & alij, & hæc poſſunt ex illis notari, vt magis certa.

2. *Exemptio in rebus ſpiritualibus eſt de iure diuino.* Primò, perſonæ eccleſiaſticæ in cauſis, & rebus merè ſpiritualibus, & eccleſiaſticis Iure diuino ſunt exemptæ: vt, v.g. in Sacramentis adminiſtrandis, in obeundis diuinis Officiis, in prædicatione verbi Dei, in ferendis, aut tollendis cenſuris, in creandis Epiſcopis, in diuidẽdis parochiis, & diœceſibus, & in aliis huiuſmodi, quæ pertinent ad Sacramenta, & ad gradus, & ordines Eccleſiaſticorum, & vniuerſaliter ad ſpiritualem adminiſtrationẽ Eccleſiæ. Ita Couar. *in qq. practicis, cap.* 31. *concl.* 1. *cit.* Suarius *in defenſ. fidei contra Regem Angliæ, lib.* 4. *cap.* 2. vbi etiam ait, id eſſe de iure diuino, & eſſe certum ex fide diuina. Molina *diſp.* 31. *concl.* 2. Axor. *lib.* 5. *cap.* 12. *quæſt.* 1. §. *Conuenit etiam.* Salas *ſect.* 11. *num.* 117. Sot. Victoria, & omnes communiter, tam Canoniſtæ, quàm Theologi, apud Salas *ibidem*, & apud Alterium *diſp.* 16. *cap.* 2. *cit* §. *In hac quæſtione.* Probatur: quia poteſtas eccleſiaſtica, quæ per ſe, & directè reſpicit adminiſtrationem Eccleſiæ, & finem ſupernaturalem, fuit à Christo immediatè tradita S. Petro, & in illo Apoſtolis, & ſucceſſoribus; & poteſtas ciuilis non ſe extendit, niſi ad naturalia: & ideò Apoſtoli, & ſucceſſores ſemper adminiſtrarunt Eccleſiam independenter à poteſtate ciuili; &, vt dicitur *cap. Si Imperator. d.* 96. ad Sacerdotes Deus voluit pertinere, quæ in Eccleſia diſponenda ſunt, & nõ ad ſæculi poteſtates: & *cap. Continua.* 11. *quæſt.* 1. & *cap. Sacerdotibus. eadem cauſa, & quæſt.* & *cap. Futurum.* 12. *quæſt.* 1. & apud Ruffinum *lib.* 1. *cap.* 2. *Hiſt. eccleſ.* & apud Sozomenum *lib.* 1. *ſuæ Hiſt. cap.* 16. & apud alios, refertur inſigne factum Conſtantini Imperatoris in Nicæna Synodo: cùm enim aliqui Epiſcopi illi obtuliſſent quoſdam libellos accuſatorios, contra alios Epiſcopos; coram omnibus libellos ipſos combuſſit, dicẽs: *Vobis dedit Deus poteſtatem iudicandi nos: vos verò ab hominibus iudicari non poteſtis; ſed ſolius Dei iudicio reſeruamini.* Et ſimile quid etiam habetur de Carolo Magno apud Platinam *in Vita Leonis III. & tomo* 3. *Conciliorum*, & apud Suar. *in defenſ. fidei, lib.* 4. *cap.* 4. *num.* 4. ſiquidem, cùm is Imperator Romam veniſſet ad ſeditionem ſedandam, quæ tunc erat excitata contra Pontificem, & in Baſilica S. Petri ſententias, & vota Epiſcoporum rogaret de vita, & moribus Papæ; ab omnibus vna voce audiuit, Sedem apoſtolicam, omnium Eccleſiarum Caput, à nemine eſſe iudicandam: & ab vlteriore quæſtione, & iudicio deſtitit. Idq́ue ex Molina *loco cit.* dixiſſe creditur Conſtantinus ex ſuggeſtione S. Syluestri Papæ. Et ſi eſt verum in omnibus, ſpeciali ratione eſt veriſſimum in rebus, & cauſis eccleſiaſticis. Neque facit contra hoc, quòd in corpore iuris ciuilis habeantur plures leges Imperatoriæ, *de ſacroſ. Eccl.* & de Epiſcopis, & Clericis, vt patet ex titulis Codicis: neque enim hæ ſunt veræ leges; ſed ſolùm inſtructiones quædam; & in iis, in quibus repugnant ſacris Canonibus, nullius ſunt roboris, vt notat Suar. *cap.* 2. *cit. num.* 10. *& lib.* 4. *de legib. cap.* 11. *num.* 16. Et quanuis etiam laicis competat aliquod ius in rebus eccleſiaſticis, vt, v.g. ad nominandos, & præſentandos Clericos, qui præficiantur Eccleſiis, & beneficiis; certum eſt, quòd ſolùm competit ex conceſſione Eccleſiæ, quæ ex gratitudine, & propter ſubſidia temporalia ab illis accepta, id iuris tribuit, ac proinde non poteſt ex hoc inferri, quòd poteſtas eligendi Epiſcopos, & conferendi beneficia, non ſit propria ipſius Eccleſiæ, & quantùm eſt ex ſe independens à laicis.

Quod verò addit Molina, & Salas *locis citatis*, ex Caiet. *opuſc.* 1. *de poteſtate Papæ, cap.* 27. *tom.* 1. Victoria *relect.* 1. *art.* 2. Driedo *lib.* 2. *de libert. Chriſt.* 3. *Secũdùm aliquos, ſi Clerici abutantur poteſtate ſpirituali, v.g. circa beneficia, poſſunt Principes laici illis reſiſtere.*
cap. 2. quòd ſi Pontifex abuteretur hac poteſtate, quæ illi competit iure diuino, & in perniciem Eccleſiæ, ſimoniacè conferret, v.g. epiſcopatus, & beneficia; poſſent Principes illi reſiſtere, nec tenerentur obedire, & poſſeſſiones, & fructus beneficiorum iis tradere, quibus eſſent eo modo collata; non videtur temerè admittendum, cùm Summus Pontifex ab hominibus iudicari non poſſit, ſed ſolius Dei iudicio reſeruetur, vt *paulò antè* retulimus ex facto Conſtantini: & fortaſſe ſatis eſſet, ſi Principes ſubmiſsè, ac reuerenter monerent Pontificem, vt *ſuprà* diximus *diſp.* 33. *num.* 19. *in fine*, circa intelligentiam *cap. Filiis, vel nepotibus.* 16 *quæſt.* 7. ex Archidiacono, & Panorm. *in cap. Qualiter, & quando. num.* 7. *in fine, de iudic.* Butr. Imol. & aliis apud Mar. Alter. *diſp.* 16. *cap.* 2. *cit.*

Secundò, certum videtur, quòd perſonæ eccleſiaſticæ iure diuino ſunt exemptæ ab iis oneribus, aut obligationibus ſæcularium Principum, quæ illorum ſtatui non conueniunt, vt, v.g. quòd perpetuò 4. *Exemptio à muneribus, & negotiis profanis, eſt de iure diuino.*

petuò arma tractent, aut profanis negotiis perpetuò ſe implicent. Ita Azor. *lib.5. cap.12. quæſt.1.§. Præterea.* & Salas *diſp.14.de legibus, ſect.11.n.117. in fine*: nam hoc ipſo, quòd Clerici ſunt, & ſacris vſibus conſecrati, diuini eſt iuris, vt illis vacent; non autem profanis, & laïcorum propriis: ſic enim *cap.Semel.de reg. iuris, in 6.* tanquam regula ponitur, vt quod ſemel eſt Deo dicatum, non transferatur vlteriùs ad vſus humanos: & *c.Nulli.12.quæſt.2.* dicitur eſſe notum per ſe, & à nullo ignorari debere, quòd ea, quæ Domino conſecrantur, ſiue fuerit homo, ſiue ager, ſiue aliud quodcunque, ſanctum ſanctorum Domino eſt, & ſolùm pertinet ad ius Sacerdotum: & *cap.Prædia. eadem cauſa, & quæſt.* dicitur ſacrilegus eſſe habendus, qui prædia diuinis vſibus tradita, à Domino ſubtrahit, vt ſibi inſeruiant: & plura alia his ſimilia paſſim habentur in ſacris Canonibus. Et quemadmodum eſt iuris diuini, vt vaſa ſacra, templa, altaria, profanis vſibus non inſeruiant; imò & vaſa, quæ immediatè ſunt deputata, & conſecrata ad miniſterium Euchariſtiæ, ne tangi quidem licitè poſſint à perſonis non ſacris: ita & eſt iuris diuini, vt homines Deo dicati longè abſint à profanis negotiis, & miniſteriis ſæcularium Principum.

5. *Non omnium Clericorum exemptio eſt de iure diuino, aut naturali primario.*

Tertiò, probabiliſſimum eſt, quòd non omnium Clericorum exemptio à poteſtate laïca, ſiue quoad ciuilia, ſiue quoad criminalia, ſit de iure diuino, aut naturali primario. Ita Bellarm. *lib.1.de Clericis, cap.28.* Sot. *in 4.d.25.quæſt.2.art.2.concl.3.4. & 5.* Couar. *in quæſt. practic.cap.31.num.2. & lib.2.var.cap.20.* Nauar. *in Man.cap.27.num.219.* Molin. *diſp.31. concl.3.* Suar. *lib.3.de legibus, cap.34. num.2.* Salas *diſp.14.de legibus, ſect.11. num.118.* & Theologi communiter, præſertim recentiores apud eundem *ibidem*, & apud Azorium *lib.5.cap.12.quæſt.1.cit.* Imò, & ipſe etiam S.Thom. in illud S.Pauli ad Roman.13. *Ideò enim tributa præſtatis.* vbi ait, exemptionem Eccleſiaſticorum à tributis, habere æquitatem; non tamen eſſe de neceſſitate, quaſi ſit de iure diuino.

Oppoſitum tamen videtur docere Gloſſa *in cap. Si Imperator. verb.diſcuti, d.96. & in cap. Quanquam.verb.diuino, de cenſibus, in 6.* Innoc. & Hoſtienſ. *in cap.2. de maior. & obed.* Rota Rom. *in quadam Alben.gabellæ, ſeu onerum,* coram Merlino, *ſub die 28.Iunii,* 1630. & Canoniſtæ communiter apud Couarr. *in quæſt.practic. cap.31. cit.num.1.* & apud Azorium *quæſt.1.cit.* qui abſolutè pronunciant, eos eſſe exemptos de iure diuino, & naturali; cum quibus id aſſerit ex Theologis etiam Mar. Alter. *de cenſuris, lib.5.diſp.16.cap.2.§. Et quoad has duas.* Azor. *quæſt.1.cit.* Almainus *tract. de ſuprema poteſtate Eccleſiæ, c.8.propoſ.3.* Sylu. *Immunitas, 1.q.4.* Ang. *eod.n.33.* & alij.

6. *Probatur ex Scriptura.*

Sed probatur noſtra aſſertio: quia certum eſt, initio naſcentis Eccleſiæ etiam Eccleſiaſticos fuiſſe ſubiectos Principibus laïcis: nam *ad Rom.13.* vniuerſaliſſimè dicitur: *Omnis anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit.* &, vt notat S.Chryſoſtom. Theodor. Theophyl. *in eum locum,* omnibus id præcipitur, etiam Sacerdotibus, & Epiſcopis, & Monachis; neque vllus excipitur, etiamſi ſit Apoſtolus, aut Euangeliſta. Et ratio talis, & tam vniuerſalis ſubiectionis non refertur in ſcandalum, aut in maius aliquod damnum, & malum Eccleſiæ, quod fortè poteſt timeri, ſi aliter fiat; ſed in ipſam poteſtatem, quæ eſt à Deo, & Dei adminiſtra: vnde & ſubditur: *Non eſt poteſtas niſi à Deo: & qui poteſtati reſiſtit, Dei ordinationi reſiſtit.* Et paulò pòſt: *Ideò enim tributa præſtatis: quia Principes ſunt Dei Miniſtri, in hoc ipſum ſeruientes. Reddite ergo omnibus debita: cui tributum, tributum; cui vectigal, vectigal; cui honorem, honorem.* & quòd *hoc loco* non ſit ſermo de poteſtate, & ſuperioritate, quaſi in genere, vt aliqui volunt; ita vt ſenſus Apoſtoli ſolùm ſit, omnes debere eſſe ſubiectos ſuis Superioribus, quicunque illi ſint, id eſt, laicos laïcis, & Eccleſiaſticos eccleſiaſticis: ſed ſermo ſit ſpecialiter, & expreſsè de poteſtatibus ſæcularibus, & de Principibus laicis expreſsè notat S.Irenæus *lib.5. cap.24.* S. Baſil. *de conſtitut monaſt.cap.23.* S.Auguſtinus *epiſtola 54 ad Macedon.* & alij apud Tol. *in cap.13.ad Romanos, annotat.1.* qui etiam id colligunt ex eo, quod ſubditur de tributis, & vectigalibus, quæ certè ſolis Principibus laicis per id temporis ſoluebantur, & de gladio, quem ſimiliter ſoli Principes laici tunc portabant, tanquam Dei Miniſtri, & vindices in iram illis, qui malum egiſſent. Quod & confirmatur ex verbis ſimilibus S.Petri, 1.Epiſtolæ cap.2. *Subiecti eſtote omni humanæ creaturæ propter Deum; ſiue Regi, quaſi præcellenti; ſiue Ducibus, tanquàm ab eo miſſis, ad vindictam malefactorum.* Quæ verba ſimiliter vniuerſaliſſima ſunt, & ad omnes prolata. Et addi poteſt etiam factum S. Pauli *Act.25.* ad Feſtum Proconſulem: *Ad tribunal Cæſaris ſto: ibi me oportet iudicari: Cæſarem appello.* Neque enim S.Paulus ad Cæſarem appellaſſet, ſi id fuiſſet contra ius diuinum; ſed ſolùm permiſiſſet ab illo ſe iudicari, & patienter tuliſſet. Et ſimiliter *Matth.22.* de tributis ſoluendis Principibus laïcis ad omnes dicitur: *Reddite ergo, quæ ſunt Cæſaris, Cæſari.* quod & clariùs explicatur ex S.Ambroſio *cap. Si tributum.11.quæſt.1.* vbi dicit: *Si tributum petit Imperator, non ei negamus: agri Eccleſiæ ſoluunt tributum.* & *cap.Tributum.23.quæſt 8.* Vrbanus Papa, *Quod in ore,* inquit, *piſcis inuenitur, pro Petro, & Domino dari iubetur: quia de exterioribus Eccleſiæ, quod conſtitutum antiquitùs eſt pro pace, & quiete, quæ nos defendere debent, Imperatoribus perſoluendum eſt.* Si ergo primis illis temporibus, & Chriſtus ipſe, & Apoſtoli, & Summi Pontifices factis, & verbis docuerunt, non ſolùm pro laicis; ſed pro omnibus ſubiectionem ad Principes laicos, non videtur contraria exemptio ab illorum poteſtate poſſe dici de iure diuino.

Neque valet, quod aliqui dicunt apud Marium Alterium *lib.5.diſp.16. cap.2.cit.§.Ad ea verò.* Eccleſiaſticos etiam ab initio naſcentis Eccleſiæ fuiſſe exemptos iure diuino à poteſtate laïcorum; ſed hanc exemptionem pro illis temporibus ſolùm habuiſſe quaſi in habitu, vel in actu primo, & impeditam; non autem habuiſſe plenum vſum, aut expeditum illius actum; & Apoſtolos prudenter præcepiſſe, & factis ipſis oſtendiſſe ſubiectionem ad laïcos, & paganos, ſub quibus erant: quia alioqui fides Chriſti, & Chriſtiana religio maius aliquod detrimentum paſſa fuiſſet: quod idem etiam habet Rota Rom.cit. & Suar. *lib.4.cit.cap.6.num.4. & 2.num.8.* quando ait, habuiſſe Clericos, etiam temporibus Imperatorum, immunitatem de iure; non tamen habuiſſe vſum, & exercitium immunitatis; & poſteà Chriſtianos Imperatores, non tam conceſſiſſe immunitatem, quàm detexiſſe, & in eam, vt à Deo conceſſam, conſenſiſſe, eiúſque exercitium præcepiſſe: hoc, inquam, non valet: nam contrà eſt: quia, vt diximus *ad Roman.13.* pro ratione ſubiectionis ad laicos, tam vniuerſaliter ibi præceptæ, non affertur periculum ſcandali, aut damni maioris, imminentis Eccleſiæ; ſed ordinatio Dei: neque Pontifices, dum præcipiunt ſolui tributa, mentionem faciunt vllius periculi, ſed ſolius debiti; ídque

dicunt

dicunt ex eo naſci, quia laïci etiam Eccleſiaſticos defendunt in pace,& in quiete:& Chriſtus ipſe tributa Cæſari ideò docet eſſe teddēda;quia ſunt Cæſaris:& ad vitandum periculum,& damnum Eccleſiæ ſatis fuiſſet, ſi Apoſtoli, & Pontifices patienter tuliſſent poteſtatem laicorum; non autem debuiſſent illam efferre,tanqnàm à Deo; & poſitiuè hortati ad ſubiectionem illi pτæſtaodam.

7. *Ex Scriptura non probatur oppoſitum, & quòd exēptio omnium Clericorū ſit de iure diuino.*

Ad idem facit etiam illud: quia, neque ex Scriptura, neque ex ttaditione Eccleſiæ, neque ex Patribus,neque ex tatione naturali poteſt certò oſtendi huinſmodi exemptio pro omoibus Clericis: nam,quod Ioſeph *Geneſ.*47.omnem terram Ægypti tributariam fecerit Pharaoni, præter terram ſacerdotalem, ſolùm ptobat beneficentiam, & pietatem ipſius Ioſeph; & ad ſummum conuenientiam,non autem neceſſitatem, & debitum ex iure diuino:vnde & *cap Non minùs.de immun. Eccleſ.in* 6.ex Conciſio Lateranenſi ex hoc facto hæc tantùm conuenientia, & decenria infertur, quando dicitnr, non decere Eccleſiam Dei minùs libetam eſſe tempore Principum Chtiſtianotum, quàm fuerit tempore Pharaonis. Er quòd Chriſtus, *Matth.*17.occaſione illius,qui Capharnai didragma accipiebar, & quæſiuit à S. Petro, vtrùm etiam Chtiſtus didtagma ſoluerit, quæſierit ruſſus à S.Petro, vtrùm Reges terræ ttibutum, & cenſum aceipiant à filiis ſuis,an ab alienis,& hinc intulerit: *Ergo liberi ſunt filij.* & tandem ad vitandum ſcandalum ſtaterem ſoluerit, in ore piſcis inuentum, pto ſe, & Petro: *Vt autem non ſcandalizemus eos,vade ad mare*,&c.ſolùm probat exemptionem ipſius Chriſti, qui erat verè Filius; & ad ſummum, etiam Petri, & Apoſtolotum; non autem omnium Clericorum, ſicut nec omnium Chtiſtianorum, qui ſæpiùs in Scriptura appellantur filij,& domeſtici Dei.

Et denique id,quod dicitur Pſal.104.*Nolite tangere Chriſtos meos.* ſolùm probat, quòd Dei miniſtris non ſit irroganda iniuria, ſiue illi ſint eccleſiaſtici,ſiue laïci; non autem, quòd iure diuino,aut naturali ſint exempti à poteſtate laicotum.

8. *Non ex traditione Eccleſiæ, aut ex Patribus.*

Traditio verò Eccleſiæ, & teſtimonia Pattum, potiùs ſunt in contrarium, vt patet ex dictis *paulò antè,num.6.* & tota natura ſtatus eceleſiaſtici optimè poteſt conſiſtere cum ſubiectione in temporalibus ad Principes laïcos, ac proinde neque etiam

9. *Neque ex ratione naturali.*

ex ratione naturali poteſt probari exemptio: nam, qnemadmodum Sacramentum Baptiſmi, & ſuſceptio Chtiſtianæ religionis, non libetat, per ſe loquendo, ab obligationibus ciuilibus, qualis eſt obligatio ſeruitutis, obedientiæ, & ſubiectionis ad Principes, æris alieni ſoluendi,& ſimiles;ita neque ab illis libetat Sacramentum Ordinis, & ſuſceptio ſtatus eccleſiaſtici. Er quemadmodum prædia, & bona immobilia, quæ habent aliquod onus, ſeorſum ſibi impoſitum,non ſoluuntur à tali onere per hoc,quòd ttanſeant ad Eccleſiam; ſed tranſeunt ſimul cum illo, *cap. Si quis laicus. 16.quæſt.1.& cap. Ex Clericis.de pignoribus.*ita & perſonæ, quæ habēt onus ſubiectionis ad Ptincipes laïcos,non ſoluuntur neceſſariò à tali onete, per hoc, quòd tranſeant ad Eccleſiam, & ad ſtatum eccleſiaſticum; ſed poſſunt tranſire ſimul cum illo. Et quemadmodum Clericus non impeditur per cleticatum, quominùs ciuiliter conttahat cū laicis contractus emprionis, & venditionis,mutui, depoſiti,& ſimiles;& quominùs ratione hniuſmodi conttactuum conueniar laicos coram Iudice laico, & coram illo ſuam cauſam agat, *cap.1.& 2. de mutuis petit.* ita nec prohibetur, per ſe loquendo, quominùs à laïcis poſſir conueniri cotam eodem Iudice laïco; & abſolutè, quominùs poſſit ab illo iudicari, ſaltem io temporalibus, & ciuilibus: quod in caſu reconuentionis expreſsè habetur *cap.1.& 2.cit.de mutuis petit.* & ſi intercedat authoritas Epiſcopi,etiam admittitor in caſo primæ conuentionis, *cap.Decernimus.de iudiciis*, vt notat ibi Gloſ. *verb. Non præſumantur.* Panorm.*num.*4. *&* 5.Sylu.*verb. Iudex*,1.*num.*4 & alij, dummodo huiuſmodi conuenrio ſolùm ſit quoad temporalia, & ciuilia;non anrem quoad ſpiritualia, & criminalia:& idem eſt etiam de authoritate Abbaris, & Prælati teligioſi, quoad Monachos, & exemptos,vt notat Sylu.*num.*4.*cit.*

Ex hoc autem, quòd cxemptio in ciuilibus non ſit de iure diuino, neque ſequatur per ſe ex natura cleticatus, & ſtatus eccleſiaſtici, poteſt ſumi argumentum, qoòd neque etiam ſit de iure diuino, aut ex natura clericatus,exēprio in criminalibus: nam, ſi Iudex laicus poteſt ius dicete Clerico in ciuilibus,eúmque cogete, v.g.ad ſoluendum,vel ad reſtituendum, & ſatisfaciendum pto re aliena accepta; quid poreſt eſſe cauſæ, vt non poſſit ius illi dicere etiam in criminalibus,eúmque cogere ad ſatisfaciendum pro iniuria illata: & ſi Epiſcopi, aut Prælati authoritas communiter ſufficir, vt Clericus poſſit conſentire ex ſe in Iudicem laïcum quoad ciuilia; quid poreſt eſſe cauſæ, vr ex eadem authoritate Epiſcopi,& Prælati,non poſſit in illum conſentire etiam in criminalibus?ſi præſertim ſit Clericus tantummodo tonſuratus, aut in minoribus. Et ſi contingat, huiuſmodi Clericum eſſe furem, aut latronem, aut homicidam, aut patriæ proditorem, aut læſæ maieſtatis teum, bonúmque publicum graoiter lædere, etiam videtur de iure naturæ, vt publica poteſtas Ptincipis, aut Iudicis laïci bonom commune contra illum defendat, eúmque etiam occidat, tanquàm iniuſtum, & publicum aggreſſorem: & ſtatus eccleſiaſticus,per ſe loquendo, quemadmodum non tribuit poteſtatem lædendi bonum commune; ita nec tribuit immunitatem à publica poteſtate etiam laïca,ad quam maximè pertinet cura,& regimen boni communis. Vnde etiam Cletici in minotibus,& coniugati ex ipſa conſtitutione Eccleſiæ non gaudent priuilegio fori, niſi com certis conditionibus; quāuis clericatum, & charactetem Otdinis abſolutè retineant, & Eccleſiaſtici quicunque, etiam in Ordinibus ſacris, propter aliqua crimina ttaduntur puniendi brachio ſæculari; quod tamen non eſſet, ſi ex ipſa natura clericatus, & characteris Otdinis, & ex Chriſti inſtitutione,& iure diuino eſſent exempti.

10. *Si Clerici degant in terris infidelium, quoad omnia ſunt ſubditi Principibus laicis.*

Atque ex hoc principio, quòd non omnium Clericotum exemptio ſit de iure diuino, aut naturali primatio, tectè colligit Molina *diſp.*31.*cit.concluſ.*5. & Salas *diſp.*14 *de legib.ſect.*11.*num.*119.*in fine*,ex Alberto Pighio *lib.*5.*eccl Hier.cap.*7. quòd ſi Eccleſiaſtici commorentur in terris infidelium, non ſolùm qnoad tributa, ſed etiam quoad omnia temporalia, & quoad omnes cauſas, tam ciuiles, quàm criminales, ſunt ſubiecti Principibus laicis: quia neque ex iure diuino, neque ex iure naturali habetnt illorum exemptio; ſed ſolùm ex iure humano,ram ciuili, quàm canonico, vt dicemus; quæ tamen iura in illis tetris non obtinent, vt ſupponimus.

11. *Quomodo poſſit concedi, quòd exēptio Clericorū ſit de iure diuino, & naturali.*

Dixi autem, huiuſmodi exemptionem non eſſe de iure naturæ,aut diuino primario:quia neqne habetur immediatè per lumen naturale ex ipſis terminis,& ex ipſa natura clericatus, & ſtatus eccleſiaſtici;neque in terminis haberur ex Sctiptura, & per lumen fidei,vt iam diximus:ſi quis tamen contendat,eam eſſe de iure naturæ, aut diuino ſecundario,

datio, in quantum, ſcilicet, eſt valdè conſentanea vtrique iuri, & eius congruitas valdè rationabiliter ex vtroque colligitur, non eſt, quòd multùm de hoc laboremus: vt enim ſubdit Molin. *diſp.* 31. *cit. concl.* 4. Salas *ſect.* 11. *cit. num.* 120. Leſſ. *lib.* 2. *diſp.* 33. *num.* 30. Sot. Victoria, & alij apud Salas *ibidem*, cùm ſit de iure diuino, vt Clerici cum poteſtate eccleſiaſtica ſub vno Capite, qui eſt Summus Pontifex, vacent rebus ſpiritualibus, iiſque quoad res ſpirituales, omnes laici ſint ſubiecti; congruum omninò eſt, & maximè conſentaneum illorum gradui, & dignitati, vt ſint exempti à poteſtate eorundem laicorum: tum, vt liberiùs vacent rebus ſpiritualibus, neque diſtrahantur ad tam multa tribunalia, id eſt, ad tribunalia Epiſcoporum, & Prælatorum, ſub quibus ſunt de iure diuino; & ad tribunalia laicorum: tum, vt meliùs conſeruetur illorum authoritas, quæ certè maximè periclitaretur, ſi poſſent etiam ipſi iudicari à laicis, præſertim in criminalibus. Et negari non poteſt, quin ſit per ſe valdè indecens, vt Epiſcopus, & Parochus, quem laïci agnoſcunt, & appellant Patrem, & cui in ſpiritualibus ſubiacent, illis ipſis è contrà ſubſint in temporalibus. Et alioqui facilè accideret, vt ex metu laïcorum, etiam Eccleſiaſtici minùs liberè exercerent ſuam poteſtatem in ſpiritualibus, & in minori honore, & veneratione apud illos haberentur, quàm alioqui debeant, vt Dei miniſtri. Imò, & facilè fierent contemptibiles apud laicos, & ſub prætextu adminiſtrandæ iuſtitiæ, & dicendi ius contra illos, daretur laicis occaſio exercendi vindictam, ſi fortè à Clericis eſſent priùs puniti per cenſuras; & alia multa inconuenientia ſequerentur, quæ Dei ipſius honori, & animarum bono maximè aduerſantur; & ideò rectè inferunt exemptionem à laïcis, vt valdè congruam, & conuenientem etiam Chriſti inſtitutioni, & iuri diuino, vt diximus.

Neque ſolùm id probatur de iis Clericis, qui habent curam animarum, vt ſunt Epiſcopi, & Parochi; ſed etiam de aliis, imò & de Religioſis, & Monialibus, cùm etiam hi debeant eſſe in honore, & veneratione apud laicos, & ſaltem per orationes, & pia ſuffragia plurimùm proſint Reipublicæ; & ideò digni ſint perpetua immunitate ab aliis oneribus, vt dicitur *cap. In qualibet.* 23. *quæſt.* 8. neque debeant à ſpiritualibus diſtrahi per tam multa tribunalia.

12. *Quomodo poſſit intelligi modus loquendi Canoniſtarum.* Atque in hoc ſenſu poteſt admitti ſententia Canoniſtarum, quòd exemptio, & immunitas eccleſiaſtica ſit de iure diuino: neque enim debet intelligi de iure diuino primario; ſed ſolùm de ſecundario, & quatenus originariè, & remotè deducitur ex ipſo iure primario.

13. *Et ſacrorum Canonum, & Conciliorum.* Et eadem ratione debent intelligi etiam ſimiles locutiones, quæ paſſim habentur in ſacris Canonibus, vt, v.g. quòd Eccleſiæ, & perſonæ eccleſiaſticæ, & res ipſarum, non ſolùm iure humano, ſed etiam diuino ſint immunes ab exactionibus ſæcularium perſonarum, *cap. Quanquam. de cenſib. in* 6. quòd ex diuina inſtitutione Clerici, non à ſæcularibus Principibus, ſed à Romano Pontifice, & à Prælatis Eccleſiæ ſint iudicandi, *c. Si Imperator. d.* 96. quòd de iure diuino vſurpent laïci, quando compellunt Eccleſiaſticos ad iuramenta ſibi præſtanda, *c. Nimis. de iureiurando.* quòd ex iure, tam diuino, quàm humano, nulla poteſtas ſit laïcis tributa in perſonas eccleſiaſticas, vt dicitur ex Concilio Lateranenſi ſub Leone X. *ſeſſ.* 9. *in Bulla reformationis Curiæ*, quòd immunitas perſonarum eccleſiaſticarum Dei ordinatione, & canonicis ſanctionibus ſit conſtituta, vt dicitur in Triden. *ſeſſ.* 25. *cap.* 20. *de reformat.* & ſimiles: niſi enim locutiones intelligantur diuiſibiliter, & reſpectu diuerſorum, id eſt, quòd exemptio quoad aliqua ſit de iure diuino, vt, v.g. quoad temporalia; ſed indiuiſibiliter, & abſolutè quoad omnia dicatur Clericorum exemptio eſſe de iure diuino, ſolùm debent intelligi de iure diuino ſecundario, vt iam diximus, & optat Salas *diſp.* 14. *ſect.* 11. *num.* 120. *cit. in fine.* Vnde & Rota Rom. *deciſ. cit.* coram Merlino, expreſsè aſſerit, ad hoc, vt aliquid dicatur eſſe de iure diuino, non requiri, vt oculariter legatur ſcriptum in ſacris Scripturis; ſed ſatis eſſe, ſi deducatur ex teſtimoniis, aut exemplis deſumptis ex ſacra Scriptura, vel etiam id habeatur ex traditione Eccleſiæ; & hoc ſolùm modo dici de iure diuino, immunitatem bonorum eccleſiaſticorum, in quantum colligitur ex facto Ioſeph, *Gen.* 47. qui ſolam terram ſacerdotalem non fecit tributariam, vt etiam habetur apud Ioſephum *lib.* 2. *Antiquit. cap.* 4. quod idem etiam aſſerit Bellarmin. *lib.* 1. *de Cler. cap.* 28. *propoſ.* 5. *tom.* 2. *col. mihi* 294. & hoc modo ait, poſſe conciliari ſententias Theologorum, & Canoniſtarum, vt hi ſolùm loquantur de iure diuino latè accepto, prout deducitur per quandam ſimilitudinem ab exemplis, aut teſtimoniis ſacræ Scripturæ, vt illi loquantur de iure diuino preſsè accepto, prout dicit legem aliquam, aut præceptum Dei, quod extet expreſsè in Scriptura. Atque hoc videtur multò probabilius, quàm quod docet Suar. *in defenſ. fidei, lib.* 4. *cit. cap.* 9. *num.* 9. *& ſeq.* exemptionem Clericorum cum omni proprietate, & rigore eſſe de iure diuino, in quantum eſt inſtituta, & conceſſa ab ipſo Chriſto, dum inſtituit duo genera Chriſtianorum, vt habetur ex S. Hieronym. *cap. Duo ſunt.* 12. *quæſt.* 1. id eſt, alterum eorum, qui ſunt mancipati diuinis Officiis, quales ſunt Clerici, & Monachi; & alterum eorum, qui ad illa non ſunt ſpecialiter mancipati, vt ſunt laici: cùm enim vtroſque in ſpiritualibus, & quoad animam ſubiecerit S. Petro: *Paſce oues meas.* illos tamen ſpecialiter ſubiecit etiam quoad corpus, & quoad omnia, eóſque tanquàm Deo dicatos, & ad ius Dei pertinentes, ſolùm eſſe voluit ſub poteſtate, & iure ipſius Petri, qui erat primus, & Summus Sacerdos. Verùm hæc ratio, ſi benè expendatur, ſolùm probat, exemptionem in rebus ſpiritualibus, & à muneribus verè profanis eſſe de iure diuino, vt iam diximus *num.* 1. *&* 2. non autem exemptionem ſimpliciter, & quoad alia, quæ nihil impediunt diuina Officia, & ſpecialem deputationem ad Dei cultum, vt eſt, v.g. ſubiectio ad leges ciuiles, & ad forum iudiciale, & ſimilia: ſicut enim fieri poteſt, vt vas aliquod ſit Deo dicatum, & ſolùm deputatum ad vſus ſacros; & tamen ſimul pertineat ad ciuilem proprietatem, & dominium alicuius laïci, iſque poſſit de illo diſponere, prout voluerit, dummodo non diſponat in vſus profanos, ac repugnantes vſibus ſacris: ita & poteſt fieri, vt aliquis per clericatum ſit mancipatus diuinis Officiis; & tamen ſimul ſit ſub poteſtate ciuili Principis laïci, vt iam diximus.

Quartò, probabiliſſimum eſt, quòd aliqui Clerici, & ſaltem Summus Pontifex de iure diuino ſit exemptus ab omni laïca poteſtate. Ita Suar. *lib.* 4. *defenſionis fidei Cathol. cap.* 4. *per totum.* Henriquez *lib.* 7. *cap.* 24. *num.* 1. Molin. *diſp.* 31. *cit. concl.* 4. Salas *diſp.* 14. *de legibus, ſect.* 11. *num.* 116. & apud illos Dried. *lib.* 1. *de libert. Chriſtiana, cap.* 15. Victoria *relect.* 1 *de poteſt. eccleſ. quæſt. vlt. num.* 9. Caiet. *opuſc. de poteſt. Papæ, cap.* 27. *tom.* 1. qui aſſerunt, Summum Pontificem à nullo homine, & pro nullo crimine 14. *Papa de iure diuino eſt exemptus ab omni poteſtate laïca.*

poſſe

poſſe puniri. Et quamuis Palát. *in 4.d.* 25. & apud Suar.*cap.4.cit.n.2.* affirmet, id Papæ ſolùm competere ex conceſſione Imperatorum, & ex iure ciuili; non autem ex iure diuino, aut canonico; oppoſitum tamen, quòd ſimpliciter ſit verum, probator: quia *Matth.* 17. poſt traditam S. Petro curam Eccleſiæ, & Summum Pontificatum, cùm publicaoi tributum peterent, & Chriſtus interrogaſſet, vtrùm Reges tributum ſolerent exigere à filiis, an ab alienis; & intuliſſet: *Ergo liberi ſunt filij.* ſubiunxit: *Vt autem non ſcandalizemus eos, vade ad mare, & mitte hamum; & eum piſcem, qui primus aſcenderit, tolle; & aperto ore eius inuenies ſtaterem, illumque ſumens da eis pro me, & te.* Atque ita docuit ſolùm ratione ſcandali fuiſſe Petrum obligatum ad tributum, ſicut & erat ipſe Chriſtus, & per ſeloquendo, ex priuilegio Chriſti eodem iore illi competere exemptionem, qoo Chriſto ex ipſa diuina filiatione; cui tamē certiſſimū eſt, quòd competebat iure diuino. Et confirmatur: quia, còm Chriſtus potuerit ſuo Vicario hanc exemptionem tribuere, conuenientiſſimum fuit, vt tribueret; & ideò probabiliſſimum eſt, quòd de facto tribuerit: omninò enim decuit, vt quemadmodū poteſtas eccleſiaſtica eſt ſuperiot ad totā poteſtatē laïcam; ita & ad eandē eſſet ſuperior, ſaltem ille, in quo ipſa primariò reſidet, & à quo deriuatur ad alios, id eſt, Summus Pontifex: & cùm hic in ordine ad bonum ſpirituale, & ex poteſtare eccleſiaſtica potuerit ab eadē poteſtate laïca eximere etiam alios, & de facto exemerit, vt mox dicemus; potiori iure debuit eſſe exemptus etiam ipſe, ne alioqni poteſtas laica eum impediret ab huiuſmodi exemptione aliis cōmunicanda, & à quouis alio exercitio ſuæ poteſtatis. Atque hac ratione, ſi Pōtifex nullam haberet poteſtatem temporalem, quam modò habet in ſuis terris; ſed omnia eſſent ſub poteſtate Imperatoris, aut alterius Principis, vt olim fuerunt; adhuc nō teneretur ciuilibus legibus, neque poſſet ab illo puniri; ſed eſſet quoad omnia ſui iuris, vt notat Salas *n.116.cit.* & Mol.*concl.4* & Suar.*c.4.cit.* & cùm hæc exceptio ſemper fuerit in Eccleſia etiam ante Chriſtianos Imperatores, ſignū eſt, quòd ſemper fuerit reputata de iure diuino, & primù habita ab ipſo Chriſto, vt benè notat Suar.*c.4.cit.n.5* quòd enim prima Sedes à nemine iudicetur, ſed omnes ab illa deſiderent iuſtitiam temperari; habetur in Concilio Romano *can.20.* ſub Syluest. Papa: quamuis apud Gratianum *cap Nemo.9.q.3.* verba hæc referantur ex Innoc. Et idem repetitur etiam in Concil. Nicæno pto caſu Marcellini, vt *ſuprà* retulimus.

15. *Exemptio Clericorum immediatè, & proximè ſolùm eſt de iure ciuili, & canonico.*

Quintò, probabiliſſimum eſt, quòd exemptio Eccleſiaſticorum immediatè, & proximè ſolùm ſit de iure humano, id eſt, ciuili, & canonico. Ita Molin. *diſp.31.concl.4.§.Tertia verò pars.* Salas *diſp.14 ſect.* 11.*cit.n.121.* & Theologi communiter, quos *ſuprà* retulimus *n.5.* Quamuis enim temporibus Imperatorum Gentiliū non eſſent exempti; quia, neque Imperatores ipſi eos eximebant, neque Pontifices cōmodè poteraot eos eximere: quando tamen Imperatores cœperunt eſſe Chriſtiani, paulatim cœperunt eſſe exempti: &, vt notat Baronius *tom.3. Annalium, ad annū 387.n.13.* & ex illo Suar.*lib.4.cit.c.21.n.10.* & Rota Rom. corā Merlinu *in quadā Alben. gabella, ſeu onerū, ſub die 28. Iunij,* 1630 nullus fuit ex Chriſtianis, & orthodoxis Imperatoribus, qui tributum exegerit de bonis Eccleſiarum; & extant eorū leges etiam *in corp. iuris,* vt Iuſtiniani *l. Sancimus. C. de ſacroſ. Eccleſ.* & Federici *Auth. Item, nulla Communitas. C. de ſanctiſſimis Epiſcopis.* & Cōſtantinus I. dicitur, lege lata, Clericos exemiſſe ab oneribus perſonalibus, & à ſolutionibus publici cēſus, vt refert Sozomen.*lib.1.Hiſtor.c.8.* Deinde Iuſtinianus eos exemit in cauſis ciuilibus ſolùm pro prima inſtantia; & tādem alij exemerunt quoad omnia Et quemadmodū donatio, quia ex mente donātis eſt abſoluta; & perpetua, non poteſt ampliùs reuocari ſine iniuria donatarij; ita & exemptio, quia ex intentione eximentium fuit perpetua, non poteſt in poſterum reuocari ab aliis Imperatoribus, cùm præſertim fuerit facta in remunerationem beneficiorum ſpiritualium, quæ Principes recipiunt ab Eccleſiaſticis, & in honorem ipſius Dei; & ideò proportionaliter ſe habeat, ſicut & donatio prædij facta Eccleſiæ; quæ tamen ſine ſacrilegio reuocari non poteſt, vt notant Molin. & Salas *locis cit.*

16. *Exemptio Clericorū non poteſt reuocari ab Imperatoribus.*

Et ad hoc facit etiam communis doctrina Canoniſtarum apud Felinum *in cap. Eccleſia S. Mariæ. n.97. de conſtit. & in cap. Nouit. de iudiciis, c.6. in fine,* & apud Azor.*part.1.lib.5.cap.13.quæſt.5.* quòd priuilegia ſemel conceſſa Eccleſiis, vel ad pias cauſas, aut perſonis non ſubditis, non poſſint ampliùs reuocari: quia eo ipſo tranſeunt in ius alterius, in quem ampliùs non manet poteſtas, cùm non ſit ſubditus concedenti, vt etiam notat Suar. *in defenſ. fidei, lib.4.cap.34.n.23.in fine.*

17. *Priuilegia conceſſa Eccleſia, vel ad pias cauſas, aut perſonis non ſubditis, non poſſunt ampliùs reuocari.*

Et tantò magis, ſi ſint conceſſa in remunerationem laborum, & ſint data ob merita, vt certè contingit in caſu præſenti de exemptione cōceſſa Clericis: verè enim tranſeunt quaſi in contractum, & reducūtur ad illa, quæ habentur per viā contractus, & ex cauſa onerosa, v.g. emptionis, vt videre eſt apud Suar. *lib 8. de legib. c.37.n.6.* & Antonium Gabrielem *in communibus concluſionib. lib.4.tit. de iure quæſito non toll. concl.6.num.5. & 6.* cùm remuneratio propter labores, & obſequia non tam ſit donatio, quàm ipſi labores, & obſequia iuſta mercede remunerata: *l. Aquilius Regulus. ff. de donat.* vt notat ibi Gloſ.*verb. non meram,* & apud Molin.*tract. de contr. diſp.279.§. Donatio item remuneratoria. & diſp.292. §. Triplex.* Quare, cùm priuilegia remuneratoria, etiam quando conceduntur perſonis ſubditis, non poſſint ampliùs reuocari, niſi adſit magna cauſa, propter quam priuilegiati poſſunt priuari etiam rebus ſuis, vt notat Felinus *in cap. Nouit. num.12. de iudic.* Panorm. *in cap Peruenit. num.24. de immunit. Eccleſ. & conſ.3. verſus finem, lib.2.* Suar. *lib.8.cap. 37.num.6.cit.* & alij apud ipſum, abſolutè, & ſimpliciter pro omni caſu cenſeri debent irreuocabilia, quando conceduntur Eccleſiis, & perſonis non ſubditis in remunerationem laborum, & propter merita, vt certè eſt conceſſio immunitatis, & exemptionis facta Clericis ab Imperatoribus, & Principibus laïcis.

18. *Priuilegia remuneratoria cenſentur haberi ex cōtractu, & ex cauſa oneroſa; & ideò ſunt irreuocabilia.*

Dicitur verò hæc eadem exemptio etiam eſſe de iure canonico: quia fuit poſteà confirmata per ius canonicum, & potuiſſet etiam primò per illud induci à Summis Pontificibus, independenter à laicis, vt probat Couarr. *in quæſt. pract. cap.31.num. 3. & 4.* & ex illo Molin. & Salas *locis citatis,* & fusè Suar. *in defenſ. fidei contra Regem Angliæ, lib.4.cap.3. num.9. & ſequent. & cap.11. per totum:* quia enim ab ipſo Chriſto habent poteſtatem adminiſtrandi Eccleſiam, etiam habent participationem quandam dominij, & poteſtatis, quæ eſt in ipſo Chriſto per excellentiam; & per conſequens poteſtatem ſtatuendi, quod eſt neceſſarium, aut valdè conueniens, & expediens ad bonum ſpirituale Eccleſiæ, & ad Dei honorem, qualis certè maximè eſt exemptio Eccleſiaſticorum, vt iam probauimus.

Qui autem intelligi debeant appellatione Clericorum, & Eccleſiaſticorum, quoad huiuſmodi exemptionem, & immunitatem à poteſtate laica,

laïca,iam *ſuprà* indicauimus *diſputatione præceden-ti,in fine*,& poteſt videri apud Couar. *in qu.pract.c.* 31.*n.*5. Leſſ. *lib.*2.*c.*33. *n.*37. Salas *de legib.diſp.*14. *ſect.*11.*n.*121.& Suar. *in defenſ.fidei,lib.*4.*cap.*10.& 27.& 28. & alios.

19. *Quomodo probetur clericatus, ſi fortè in aliquo ſit dubius.*

Quòd ſi cootingat, litem oriri de ipſo clericatu,& dubitari,v.g.de aliquo,vtrùm ſit Clericus,neque poſſit in promptu haberi fides Epiſcopi, aut teſtes idonei, qui certò deponant de clericatu;ſatis eſt, ſi iocedat io habito, & tonſura: *cap. Si Iudex laicus.de ſententia excommunic.in* 6. vt notat Gloſſ. *in Clement.Præſenti.verb.non negotiandi,de cenſibus.* Geminian.*in cap. Quanquam.num.*7.*de cenſibus.* Anchar. *num.*7.*verſ. Quintò quæro.* Franc. *num.*4. Nauar. *conſ.*4.*num* 4.*de immunit.Eccl.* Alterius *de cenſuris,lib.*5.*diſp.*19.*cap.*6 *quæſt.*2. vel etiam ſtandum eſt iutamento id aſſerentis, *cap.finali, de iureiur.* & *cap.fin.quòd metus cauſa.* niſi aliter ſuadeat qualitas perſonæ, vel de contrario habeatur fides io promptu,vt ootat Gloſſ.*citat.in Clem.Præſenti.*& ſi fortè ſit recurrendum ad Iudicem,certum eſt,quòd eſt recurrendum ad eccleſiaſticum, & non ad laïcum,vt notat Anchar. *loco cit.* & Card.*in Clement. Præſenti.num.*9.*verſ.Sextò, quæro.de cenſibus.* Alter. *loco cit.* Suar. *in defenſ. fidei Catholicæ, lib.*4.*de immunit.cap.*34 *num.*2. Cooarr. *in quæſt.pract.cap.*33. *num.*1.& *ſeq.* & patet *ex cap. Si Iudex.de ſent.excommunic.in* 6.

DISPVT. XXXVI.

Quibus regulis poſſit cognoſci, quòd aliquæ leges ſint contra immunitatem eccleſiaſticam.

1. *Leges laicorum ſuper Eccleſiis, perſonis, aut bonis eccleſiaſticis,ſunt planè nullæ.*
2. *Leges laicorum fauorabiles Eccleſiis, & perſonis eccleſiaſticis,quomodo poſſint eſſe validæ.*
3. *Leges laicorum contra immunitatem non poſſunt vnquam præſcribi.*
4. *Contra immunitatem Eccleſiæ nulla poteſt eſſe conſuetudo laicorum.*
5. *Ferre leges, aut ſtatuta contra immunitatem, eſt peccatum mortale.*
6. *Dare conſilium, vel auxilium ad illas ferendas, eſt peccatum mortale,& habet excommunicationem annexam.*
7. *Statuta, & leges contra immunitatem ſunt delendæ de libris.*
8. *Neque eſt ſatis, ſi in fine ſtatutorum ſolùm generaliter renocentur.*
9. *Et qui ſunt negligentes in iiſdem delendis, ſunt excommunicati.*
10. *Quæ leges laicorum ſint directè contra immunitatem.*
11. *Et quæ ſint indirectè.*
12. *Violatio indirecta eſt quaſi per fraudem.*
13. *Ad violationem indirectam quæ intentio requiratur.*
14. *Leges laicorum,quæ ſpecialiter ſunt de perſonis, aut rebus eccleſiaſticis,directè ſunt contra immunitatem.*
15. *Leges laicorum, quæ generaliter ſunt de omnibus,& diſponunt de materia communi, & omnibus bona,non ſunt contra immunitatem.*
16. *Lex moderans pompam funerum non eſt contra immunitatem.*
17. *Lex generaliter loquens de omnibus,cenſeri debet non extendi ad Clericos,ſi diſponat de aliquo non omnibus vtili.*
18. *Et per Prælatos eccleſiaſticos procuranda eſt illius declaratio.*
19. *Et ſi aliter declaretur, cenſeri debet contra immunitatem.*
20. *Lex prohibens, ne bona immobilia vendantur non ſubditis, eſt contra immunitatem, ſi extendatur ad Clericos.*
21. *Libertas quid ſit.*
22. *Eſt contra immunitatem,& libertatem,ſi grauentur Eccleſiaſtici etiam in iis, quæ ipſis conueniunt,quatenus ciues,& homines ſunt.*
23. *Leges laicorum, quæ faciunt Eccleſiaſticos timidiores in ſuo ſtatu, ſunt contra immunitatem.*
24. *Leges,quòd priuilegia non intelligantur conceſſa non ſubditis, non ſunt contra immunitatem.*
25. *Lex laïcorum cenſenda eſt contra immunitatem, ſi ex ea ſequatur per ſe grauamen Eccleſiaſticis.*
26. *Leges laicorum,quæ excludunt ſecundogenitos, aut fœminas, à ſucceſſione bonorum,non ſunt contra immunitatem,ſi fortè illi ſint Clerici.*

EX dictis *in ſuperioribus diſputationibus*, clarè habetur, quòd leges, aot ſtatuta laïcorum contra immunitatem eccleſiaſticam, non modò ſunt nullæ;ſed etiam ſunt malæ; eáſque condere, aut quouis modo concurrere ad illas condendas, eſt peccatum mottale ex ſuo genere: quòd enim ipſo iure ſint nullæ, ex profeſſo docuimus *ſuprà, diſp.*33.*num.*19. Et ratio eſt manifeſta ex dictis: quia laicis ſupet Eccleſiis, & perſonis eccleſiaſticis nulla eſt attributa facultas, eóſqoe obſequeodi manet neceſſitas, non authoritas imperandi, *cap. Eccleſia S.Mariæ.de conſtit.* & ideò, ſi quas leges pro illis condant, planè nulliter coodont ex totali defectu iuriſdictionis, & poteſtatis condendi; idque eſt verum etiam de iis legibus, quæ alioqui ſunt faootabiles ipſis Eccleſiis, & perſonis eccleſiaſticis, *cap. Eccleſia S.Mariæ.cit.de conſtit.* quia etiam per has leges, alioqoi fauotabiles, exercetur ſuperioritas,& iuriſdictio;quæ tamen in laïcis oulla eſt ſupra Eccleſias,& perſonas eccleſiaſticas.

1. *Leges laïcorum ſuper Eccleſiis, perſonis, aut bonis eccleſiaſticis,ſunt planè nullæ.*

Secùs verò eſſet, ſi leges fauorabiles non eſſeot directæ ad ipſas Eccleſias, aut perſonas eccleſiaſticas,neque illis aliquid præciperent, aut ſuper illas exercerent iuriſdictionem;ſed ſolùm eſſent directæ ad laïcos,iiſque ſolis præciperent hoc,aut illod fauorabile Eccleſiis,& perſonis eccleſiaſticis:quia in tali caſu eſſent validæ,& quatenus reſpicereot ipſas Eccleſias,& perſonas eccleſiaſticas, ooo tam eſſent ex poteſtate legiſlatiua, & ex ſuperiotitate,vel ex iuriſdictione ſuper illas, quàm ex liberalitate, & pietate,aut ſimili alia virtute, vt notat Suar. *in defenſ. fidei Cath. contra Regem Angliæ, lib.*4. *cap.*3. *num.*13.& *cap.*33.*num.*2. *in fine:* atque hoc modo *cap. Eccleſia S. Mariæ. cit. de conſtit.* lex Baſilij cuiuſdam, *de prædiis Eccleſiæ non alienandis*, ex eo dicitur fuiſſe nulla, quanuis eſſet alioqui vtilis, & fauotabilis;quia erat præceptiua;cùm tamen laïcis ſuper boois Eccleſiæ, vt *ibi* dicitur, nulla competat authoritas imperandi. Et contrà, leges ciuiles Imperatorum, quæ confirmant, & approbaot Clericorum immunitatem,& quas refert Suar. *lib.*4.*cit. cap.*12. ex eo fuerunt approbatæ, vt validæ; quia ipſis Clericis nihil præcipiebaot,ſed ſolis laïcis,ne eos grauareot.

2. *Leges laïcorum fauorabiles Eccleſiis, & perſonis eccleſiaſticis, quomodo poſſunt eſſe validæ.*

Atque hinc etiam fit, vt leges laïcorum contra immunitatem 3.

Leges laicorū extra immunitatem, non poſſunt vnquam præſcribi.

immunitatem eccleſiaſticam nunquam poſſint præſcribi pro ipſis laïcis; ita, ſcilicet, vt Clerici ex vi præſcriptionis, aut conſuetudinis cuiuſcunque, & quomodocunque inductæ poſſint aliquando fieri de poteſtate laicorum: quia enim laïci, quatenus ſunt laici, & habent laicam poteſtatem, ſunt planè incapaces iuriſdictionis in Clericos, & in Eccleſias, aut bona eccleſiaſtica; & ideò illorum leges, quæ de illis diſponunt, ſunt planè nullæ; impoſſibile eſt, vt ſolo temporis tractu, & per actus malè, & nulliter frequentatos, illam acquirant; & ipſæ leges ab initio nullæ, tractu temporis conualeſcant: & vt probat Suar. *in defenſ. cit. lib 4. cap. 32.* per totum, impoſſibile eſt, vt priuilegium immunitatis, quacunque conſuetudine inducta per laïcos, amittatur, aut minuatur, &, vt actiones laicorum contra immunitatem, prætextu cuiuſcunque conſuetudinis excuſentur, vt idem probat *cap. 34. num. 10. & ſequen.* Et quamuis laici proceſſu temporis poſſint nocere Eccleſiæ per præſcriptionem bonorum, eiúſque bona ſibi acquirere, *cap. De Quarta, de præſcriptionibus*; non tamen poſſunt illi nocere per legem, aut per conſuetudinem, vt notat Paulus de Caſtro *conſ. 159. in fine*, & ex illo Felinus *in cap. Eccleſia S. Mariæ, num. 100. de conſtit.* ſiquidem per hanc acquirerent ſuperioritatem, & iuriſdictionem in ipſam Eccleſiam, & perſonas eccleſiaſticas, quod eſſe non poteſt.

4\. *Contra immunitatem Eccleſiæ nulla poteſt eſſe cōſuetudo laïcorum.*

5\. *Ferre leges, aut ſtatuta cōtra immunitatem, eſt peccatū mortale.*

Quòd verò eædem leges laïcorum contra immunitatem eccleſiaſticam, ſint etiam malæ, & ex ſuo genere ſint peccatum mortale, patet ex eo: quia ſunt contra iuſtitiam, & ſolùm fiunt ex vſurpata iuriſdictione; & inferunt vim, & coactionem non ſubditis; & prætereà etiam ſunt contra virtutem religionis, & habent malitiam ſacrilegij, eámque grauem, cùm inferant grauem iniuriam perſonis ſacris, vt notat Suar. *in defenſ. cit. lib. 4. cap. 33. num. 1.* Vnde prohibetur ab Eccleſia, & punitur ſub cenſuris, & pœnis grauiſſimis, vt ſpecialiter patet quotannis *in Bulla Cœnæ, num. 15.* idque eſt verum, non ſolùm de illis legibus, aut ſtatutis, quæ feruntur directè contra dictam immunitatem; ſed etiam de illis, quæ indirectè modo *infrà* explicando, cùm etiam indirecta violatio immunitatis ſit vera & propria illius violatio, vt probat Suar. *cap. 33. cit. num. 9.* & in rebus moralibus ad contrahendam malitiam in aliqua ſpecie parum referat, quòd aliquid ſit voluntarium directè, aut indirectè, vt patet ex dictis de voluntario.

6\. *Dare conſilium, vel auxilium ad illas ferendas, eſt peccatum mortale, & habet excommunicationē annexam.*

Et *ex cap. Nouerit. de ſent. excommunic.* culpam violationis, eiúſque pœnam, quæ eſt excommunicatio, non ſolùm incurrunt ipſi Principes, & qui edunt principaliter huiuſmodi leges, & ſtatuta; ſed etiam qui ſcribunt, & qui ea ſeruari faciunt, & qui præſumunt ſecundùm ea iudicare, vel ſcribunt iudicata in publicam formam, & ipſi denique Conſiliarij locorum, in quibus illa fuerint edita, vel ſeruata, id eſt, omnes, qui ad illa dederint conſilium, vel auxilium, vt notat ibi Gloſ. *verb. Scriptores.*

7\. *Statuta, & leges contra immunitatē, ſunt delenda de libris.*

Et præterea *ex eodem cap. Nouerit. de ſent. excommunic.* etiam incurritur excommunicatio, ſi tales leges, aut decreta non ſtatim amoueantur, & deleantur ex libris capitularibus, aut decretalibus, vt notat ibi Panorm. *n. 1.* Innoc. *n. 3.* S. Antonin. *par. 3. tit. 24. cap. 17.* Sylu. *excommunicatio, 9. num. 31.* Suar. *de cenſur. diſp. 21. ſect. 2. num. 82.* quamuis non deſint, qui velint incurri excommunicationem illius capituli, ex hoc præcisè, quòd ſtatuta de libris non deleantur; ſed præterea dicant requiri, vt illa ſtatuta faciant obſeruari, vt patet ex Nauar. *in Man. c. 27. num. 119.* & Caiet. *in Summa, verb. excommunicatio, cap. 31.* quod etiam non eſt improbabile; quamuis primum ſit multò verius, ex Suar. *num. 82. cit. in fin.* & Mar. Alter. *de cenſuris, diſp. 16. lib. 5. cap. 4.*

Et idem habetur etiam *cap. Grauem. eod. tit. de ſentent. excommunic.* vbi præcipitur promulgari excommunicatio in Conſiliarios, & Officiales, niſi ſtatuta ipſa de capitularibus ſuis deleri fecerint, & idoneè cauerint, ſicut res exigit, quòd talia de cætero non attentabunt.

Et in iure ciuili idem præcipitur, *l. Caſſa. C. de ſacroſ. Eccleſiis.* vbi non ſolùm declarantur eſſe caſſa, & irrita huiuſmodi decreta; ſed etiam mandantur penitùs aboleri de Capitularibus. Et denique *in Bulla Cœnæ, §. Declarantes.* quotannis dicitur, quòd abſolutio quæcunque, etiam ſolemniter facta per ipſum Summum Pontificem contra eos, qui fecerint ſtatuta contra Eccleſiæ libertatem, nullo modo eis ſuffragetur, niſi priùs ſtatuta ipſa, ordinationes, conſtitutiones, pragmaticas, & decreta huiuſmodi publicè reuocauerint, & de Archiuiis, ſeu capitularibus locis, aut libris, in quibus annotata reperiuntur, deleri, & caſſari fecerint; & ipſum Summum Pontificem de hac reuocatione certiorem fecerint.

8\. *Neque eſt ſatis, ſi in fine ſtatutorū ſolùm generaliter reuocētur.*

Atque ex his textibus, qui præcipiunt, huiuſmodi ſtatuta, & leges amoueri, deleri, & penitùs aboleri de libris capitularibus, rectè colligit Panorm. *in cap. Nouerit. num. 1. cit. de ſent. excom.* quòd excommunicationem non euitant, qui ſolùm generaliter ponunt in fine ſtatutorum, quòd ſi aliqua ſtatuta ſint edita contra eccleſiaſticam libertatem, habeantur pro non ſcriptis, vt communiter ſolet fieri: per hoc enim, inquit, non eſt ſatisfactum *cap. Nouerit.* & *Auth. Caſſa*, vt etiam notat Bart. *in d. Auth.* quia, ſcilicet, quando præcipitur, vt ſtatutum, vel ſcriptura amoueatur, deleatur, & penitùs aboleatur; non ſufficit ad pœnam vitandam, ſi caſſetur ſolo verbo; ſed debet caſſari etiam facto, vt habet additio ad Panorm. *loco cit. litera B.*

9\. *Et qui ſunt negligētes in iiſdem delendis, ſunt excōmunicati.*

Et Hoſtien. *ad idem cap. Nouerit. num. 5. de ſententia excommunic.* addit, quòd ſi fortè Conſiliarij, & Officiales ignorent aliqua ſtatuta eſſe contra immunitatem eccleſiaſticam, poſſunt excuſari ab excommunicatione; ſed ſtatim atque id ſcierint, debent parere, eáque de libris facto ipſo delere; & alioqui ſi ſint negligentes, ſtatim incurrunt excommunicationem: quod idem etiam habet Innocentius *num. 7.* & ex illo S. Antonin. *par. 3. tit. 24. cap. 17. cit.*

Vt verò in præſentia tradamus regulas ad dignoſcendum, quænam leges, aut ſtatuta laicorum cenſeri debeant contra immunitatem eccleſiaſticam, & per conſequens nulla, & mortaliter mala, & ſub pœna excommunicationis ſtatim delenda de libris capitularibus, aut decretalibus; ſupponendum prætereà eſt ex dictis *ſuprà, diſp. 35. num. 21.* dupliciter poſſe contingere huiuſmodi contrarietatem legis ad immunitatem, vt etiam indicatur *in Bulla Cœnæ, num. 15. cit.* id eſt, directè, vel indirectè, expreſsè, vel tacitè: nam, ſi lex, aut ſtatutum ſignanter, & expreſsè, vel manifeſtè diſponat de Eccleſiis, aut de bonis, vel de perſonis eccleſiaſticis, & circa illas exerceat iuriſdictionem, & ſuperioritatem, & ad tollendam, minuendam, aut lædendam immunitatem per ſe dirigatur ipſa præceptio, & ordinatio, quæ eſt lex, aut ſtatutum, eſt contra immunitatem directè, ſiue alioqui diſpoſitio materialiter ſit fauorabilis, ſiue non fauorabilis ipſi Eccleſiæ. Et hæc contrarietas ex Suar. *in defenſ. fidei, lib. 4. cap. 33. cit. num. 2.* poteſt appellari contrarietas directa formalis: quia eſt ratione ipſius præceptionis, & ordinationis, in qua conſiſtit forma, & eſſentia legis: &

10\. *Quæ leges laicorū ſint directè cōtra immunitatē.*

ſi lex formaliter non præcipiat Clericis, ſed ſolis laicis; de materia tamen ſpectante ad immunitatem, iiſque præcipiat, vt, v.g. aliquid faciant circa Clericos, & tributa ab illis exigant, & illos trahant ad ſua tribunalia, & eorum cauſas cognoſcant, & ſimilia; ex eodem Suario *num.3.* poteſt dici contrarietas directa obiectiua: quia eſt ratione obiecti, & rei, quæ præcipitur; & lex, vel ſtatutum non niſi mediante obiecto per ſe dirigitur contra immunitatem.

11. *Et quæ ſint indirectè.* Si verò lex, aut ſtatutum neque ſignanter, & explicitè diſponat de Eccleſiis, & perſonis eccleſiaſticis, aliquid illis præcipiendo, & iuriſdictionem in illos exercendo; neque diſponat de rebus, aut de materia ſpectante ad immunitatem eccleſiaſticam, ſed diſponendo de laïcis, & de materia ſpectante ad laïcos, per hanc ipſam diſpoſitionem lædat, aut minuat immunitatem, eſt contra illam indirectè, & tacitè: vt, v. g. ſi prohibeatur, ne laïci communicent cum Eccleſiaſticis; quod ex hoc ipſo capite damnatur, *cap. Quantò de priuileg.* vel ne obſequia illis præſtent, nec triticum molant, neque aliquid vendant, aut ab illis emant; quod damnatur *cap. fin. de immun. eccl. in* 6. vel ſi conſtituat pœnam in conſanguineos, aut propinquos Clericorum, eò quòd ipſi Clerici non pareant laïcis, vt notat Felinus *in cap. Eccleſia S. Mariæ num. 99. de conſtit.* vel grauet colonos, aut famulos Clericorum, eò quòd ipſi Clerici detrectent iuriſdictionem, aut forum laicorum, vt notat Azor. *part. 1. lib. 5. cap. 13. quæſt. 7.*

Et qua ratione explicauimus *ſuprà lib. 1. diſp. 5. num. 3.* voluntarium, aut cauſationem alicuius effectus directam, & indirectam; eadem ratione videtur explicanda *hoc loco* in lege, aut ſtatuto contrarietas, & violatio immunitatis directa, & indirecta: nam, quemadmodum ex S. Thom. 1. *part. quæſt. 114. art. 3.* directè aliquid cauſare, eſt per ſe operari, & ad illud cauſandum dirigere ſuam actionem; & cauſare indirectè, eſt operari aliquid aliud, ſuámque actionem ad aliud dirigere, & per illud poſteà præbere occaſionem, vt illud cauſetur: ita & directè violare immunitatem per legem, aut per ſtatutum, eſt per ſe dirigere præceptionem, & ordinationem legis ad illam violandam; & violare indirectè, eſt legem, aut ſtatutum per ſe dirigere ad aliquid aliud, & per illud dare occaſionem, vt violetur. Et in idem recidit id, quod habet Gloſſ. *in cap. fin. cit. de immunit.*

12. *Violatio indirecta eſt quaſi per fraudem.* *Eccleſ. in 6. verb. libertatis*, quòd violatio indirecta per legem tunc contingat, quando non verba legis; ſed mens, & intentio legem ferentis illam violant, & per dolum, & fraudem extenditur legis grauamen ad perſonas eccleſiaſticas; quamuis verba legis non de illis loquantur: & ſicut generaliter dicitur aliquis indirectè committere contra legem, qui legis verba complectens, contra legis nititur voluntatem, *cap finali, de regulis iuris, in 6. & l. Contra legem. ff. de legibus, & l. Non dubium. C. de legibus.* ita & ſpecialiter eſt quis dicendus indirectè committere contra legem immunitatis, qui eius verba non violans contra eius intentionem molitur.

13. *Ad violationem indirectam quæ intentio requiratur.* Verùm, quod aliqui dicunt, indirectam violationem immunitatis per legem, aut per ſtatutum tunc eſſe, quando lex, aut ſtatutum eſt factum intentione eam violandi, etiamſi ex verbis id non appareat; non eſt intelligendum de ſola intentione ipſius ſtatuentis, & legem ferentis, prout contradiſtinguitur ab intentione ipſius ſtatuti, & legis: nam, vt notat Caietan. *verb. excommunicatio, cap. 31. §. Sextò notat.* & ex illo Mar. Alter. *de cenſur. diſp. 16. lib. 5. cap. 3. §. Quod verò ſpectat.* Si quis Princeps ex praua intentione nocendi Eccleſiaſticis legem aliquam ferret; quæ tamen, per ſe loquendo, non eſſet apta illis nocere; ſed ſolùm noceret ex aliquo accidente; non eſſet dicendus legem condere contrà immunitatem, neque incurreret cenſuras, & pœnas: ſed eſt intelligendum de intentione ipſius legis, aut ſtatuti, id eſt, ipſius operis, & rei, quæ præcipitur, & ſtatuitur; ita vt ipſum opus, & ipſa res ex ſe, ſuáque natura ſit apta lædere immunitatem, & nocere Eccleſiaſticis, non autem ſolùm ex accidente; ſiue præterea hoc idem nocumentum intendat, qui condit legem, aut ſtatutum; ſiue non intendat, vt etiam notat Nauar. *in Man. c. 27. n. 120.* & Suar. *in defenſ. fidei, lib. 4. c. 33. n. 12.*

His verò poſitis, vt dignoſcatur, vtrùm aliqua lex, vel ſtatutum, ſit contra immunitatem eccleſiaſticam; videndum eſt primò, vtrùm in ſpecie comprehendat Eccleſiaſticos, vel diſponat de rebus ad ipſos ſpectantibus: ſecundò, vtrùm ſaltem eos comprehendat in genere, & generali aliqua appellatione, v.g. non ſubditi, vel cuiuſcunque in ciuitate degentis, aut ſimili: tertiò, ſi neque in ſpecie, neque in genere illos comprehendat, vtrùm ſaltem res, & materia, de qua præcipit, aliquo modo ad illos pertineat, & peculiare aliquod grauamen illis inferatur, quia Clerici ſunt.

14. *Leges laïcorum, quæ ſpecialiter ſunt de perſonis, aut rebus eccleſiaſticis, directè ſunt contra immunitatem.* Nam in primis, ſi in ſpecie comprehendat perſonas, & bona, vel iura eccleſiaſtica, & de illis diſponat pro poteſtate, & iuriſdictione, quam habent laïci, certum eſt, quòd ſit directè contra immunitatem, etiamſi alioqui diſponat vtiliter, vt patet ex dictis, & notat Suar. *in defenſ. fidei, lib. 4. cap. 33. num. 2.* Et multò magis, ſi non diſponat vtiliter; ſed ſolùm inducat grauamen ipſis Eccleſiaſticis, vt, v. g. ſi præcipiat, vt poſſeſſio beneficij, aut Eccleſiæ non apprehendatur ſine licentia, & conſenſu Principis, aut Gubernatoris, vel Præſidis laïci, vt notat Felin. *in cap. Eccleſia S. Mariæ. num. 96. de conſtit.* & ex illo Azor. *part. 1. lib. 5. cap. 13. quæſt. 6.*

Si verò ſtatutum, aut lex Principis laïci non ſpecialiter loquatur de Clericis, aut bonis eccleſiaſticis; ſed generaliter loquatur de omnibus in ciuitate degentibus, & diſponat in materia communi, & omnibus vtili, & quæ ſtatum eccleſiaſticum non dedeceat, & ſacris Canonibus non repugnet; non eſt reputanda contra immunitatem, imò eſt admittenda, & ſeruanda etiam ab Eccleſiaſticis, tanquàm tacitè pro illis approbata, & canonizata à Papa, vt *ſuprà* diximus *diſp. 33. num. 9.* non obſtante, quòd aliquo modo ſit illis grauoſa, & oneroſa, vt notat Suar. *in defenſ. fidei, lib. 4. cap. 22. num. 12.* ſiquidem id poteſt accidere etiam in oppoſitam partem; & poteſt fieri, vt cedat etiam illis aliquando in vtilitatem, & commodum; & vniuerſaliter, quando lex eſt conueniens ad bonum commune, non curatur, quòd fortaſſe his, aut illis particularibus incommodè accidat, vt patet ferè communiter in omnibus legibus.

15. *Leges laïcorum, quæ generaliter ſunt de omnibus, & diſponunt de materia communi, & omnibus bona, non ſunt contra immunitatem.*

16. *Lex moderans pompam funerum, non eſt contra immunitatem.* Atque hoc modo ex Caiet. *in Summa, verb. excommunicatio, cap. 31.* Nauar. *in Man. cap. 27. num. 120.* Suar. *lib. 4. cap. 22. cit. num. 13.* & aliis, non eſt cenſendum contra immunitatem, ſi laici per legem moderentur pompam funerum; etiamſi ex tali moderatione aliquando accidat, vt Clerici ex funeribus minùs lucrentur: quia id eſt merè accidentarium, & prouenit, non tam ex lege, quàm ex voluntate, & facultatibus eorum, qui pompam faciunt: & ſi pompa eſſet ſemper æqualis, & tanta, quanta permittitur, & taxatur per legem; Clerici poſſent lucrari etiã plus, quàm de facto lucrentur ſublata lege.

Quòd

17. *Lex generaliter loquens de omnibus, cenſeri debet non extēdi ad Clericos, ſi diſponat de aliquo non omnibus vtili.*

Quòd ſi contingat, vt lex, vel ſtatutum loquatur generaliter, & præcipiat aliquid, quod non ſit omnibus vtile, & ſtatum eccleſiaſticum minimè deceat, nec ſit conforme ſacris Canonibus, cenſeri debet non comprehendere Eccleſiaſticos, ſed ſolos laicos; neque ab his eſt facienda extenſio ad illos, vt ex communi ſententia notat Felin. *in cap. Eccleſia S. Mariæ. num.* 89. *de conſtit.* & ſi ſit dubium, vtrùm ad illos extendatur, néne, poteſt, ac debet

18. *Et per Prælatos eccleſiaſticos procuranda eſt illius declaratio.*

Epiſcopus, aut Prælatus eccleſiaſticus per cenſuras cogere illos, qui talem legem tulerunt, vt id declarent, vt clarè conſtet, quòd ſolùm ſit lata pro laicis, & verè ſubditis poteſtati laicorum, & quòd nullo modo comprehendat Eccleſiaſticos, vt ex communi ſententia videre eſt apud Graff. *in deciſ. aur. part.*

19. *Et ſi aliter declaretur, cenſeri debet cōtra immunitatem.*

1. *lib.* 4. *cap.* 18. *num.* 132. *&* 133. & alioqui, ſi dicatur talis lex extendi ad omnes, & comprehendere etiam Clericos, & Eccleſiaſticos, cenſeri debet formaliter, & directè contra immunitatem, & libertatem eccleſiaſticam, vt notat Suar. *in defenſ. fidei, lib.* 4. *cap.* 33. *num.* 2.

20. *Lex prohibens, ne bona immobilia vendantur non ſubditis, eſt cōtra immunitatem, ſi extendatur ad Clericos.*

Atque hoc modo eſt contra immunitatem, ſi lex feratur a poteſtate laica, ne quis vendat, aut donet rem immobilem alicui non ſubdito, vel non exiſtenti de iuriſdictione talem legem ferentis, aut nō ſubeunti onera communia, & ſimilibus; vt patet ex Graff. *loco cit.* vel, quod idem eſt, ſi lex feratur generaliter pro non ſubditis, vt non poſſint acquirere, aut habere bona immobilia, vel ſimpliciter, vel vltra taxam ea lege permiſſam, & omninò eſt facienda talium legum declaratio, quòd per non ſubditos non intelligantur Eccleſiaſtici; & ſi non fiat, & etiam illi comprehendantur, non euitatur violatio immunitatis, & cenſuræ, & pœnæ pro illa latæ, vt patet *ex cap. fin. de immunit. eccl. in* 6. vbi ex hoc capite excommunicantur, qui prohibent ſuis ſubditis, ne aliquid vendant perſonis eccleſiaſticis. Et ratio eſt ea Felino *in cap. Nouerit. in fine, de ſent. excommunic.* & *in cap. Eccleſia S. Mariæ. num* 69. *de conſtit.* Caiet. *in Summ. verb. excommunicatio, cap.* 31. §. *Quintò nota.* & aliis: quia non poteſt non eſſe contra immunitatem, & libertatem eccleſiaſticam, quòd Clericis, & perſonis eccleſiaſticis illud prohibeatur, quà Clerici, & Eccleſiaſtici ſunt, quod alioqui, nec diuino, nec canonico iure eſt illis prohibitum; ſed vtroque eſt planè liberum: quia enim

21. *Libertas quid ſit.*

libertas communiter definitur, naturalis facultas faciēdi, quod libet, niſi iure prohibeatur, *l. Libertas. ff. de ſtatu hominum.* etiam Clericis, & perſonis eccleſiaſticis eſt permittenda talis facultas; & ſi ab illa impediantur, omninò impedientur à libertate.

22. *Eſt contra immunitatē, & libertatē, ſi grauentur Eccleſiaſtici etiam in iis, quæ ipſis conueniunt, quatenus ciues, & homines ſunt.*

Neque hæc in re præſenti tam ſtrictè eſt accipienda, vt eam accipit Caietan. §. *Quintò nota. cit.* & Nauar. *in Man. cap.* 27. *num.* 120. & aliqui alij apud Suar. *in defenſ. fidei, lib.* 4. *cap.* 22. *num.* 15. vt, ſcilicet, ſolùm accipiatur in ordine ad ea, quæ Clericis, & perſonis eccleſiaſticis libera ſunt, quatenus ſunt Clerici, & perſonæ eccleſiaſticæ, id eſt, formaliter ex aliquo priuilegio clericali; & ideò non faciat contra Eccleſiæ immunitatem, & libertatem, ſi quis impediat, aut grauet Clericos in eo, quod ipſis eſt liberum, quatenus homines, & ciues ſunt; ſed ſolùm ſi impediat, & grauet in eo, quod ipſis eſt liberum, quatenus Clerici, & Eccleſiaſtici ſunt. Nam contrà eſt: quia, vt ſubdit *ibidem* Suar. *num.* 16. ex communi ſententia Canoniſtarum, parum refert, quòd grauentur in his, aut illis, dummodo grauentur, quia ſunt Clerici, & ratione ſtatus eccleſiaſtici: quia enim omni iure hoc illis competit, & ad libertatem eccleſiaſticam etiam propriè acceptam maximè pertinet, vt liberè poſſint eligere huiuſmodi ſtatum, & liberè in illo permanere; non poteſt non eſſe propriè contra huiuſmodi libertatem, ſi ratione huiuſmodi ſtatus grauentur in aliquo, in quo alioqui non grauarentur, vndecunque tandem id illis ſit debitum; & ſiue conueniat, quatenus homines ſunt; ſiue quatenus ciues; ſiue formaliter, quatenus Clerici.

23. *Leges laicorū, quæ faciūt Eccleſiaſticos timidiores in ſuo ſtatu, ſunt contra immunitatē.*

Vnde & Bart. *in l.* 1. §. *Quæ honorandæ. ff. quarum rerum actio non detur.* & *in Auth. Caſſa. C. de ſacroſ. Eccl. num.* 5. & ex illo Panorm. *in cap. Nouerit. num.* 2. *de ſent. excommunic.* Felinus, & Canoniſtæ communiter *in cap. Nouerit. cit. & in cap.* 1. *de conſtit. & in cap. fin. de immunit. eccl. in* 6. & apud Suar. *in defenſ. fidei, lib.* 4. *cap.* 22. *cit. num.* 11. vniuerſaliter aſſerunt, quòd leges ciuiles tunc debent cenſeri contra libertatem, & immunitatem eccleſiaſticam, quando per illas Eccleſiaſtici fiunt timidiores, ſiue loquantur cum ipſis Eccleſiaſticis, ſiue non: & hæc maior timiditas, quæ incutitur Eccleſiaſticis per huiuſmodi leges, ſatis eſt, ſi ſit quomodocunque, dummodo incutiatur ratione ſtatus eccleſiaſtici, & quia Eccleſiaſtici ſunt: vt, v.g. ſi priuentur communibus commodis, & vtilitatibus, & non ſinantur liberè vti, & frui iis omnibus rebus, aut iuribus, quibus communiter vtuntur, & fruuntur reliqui ciues, & quæ ſpecialiter non repugnant ſtatui eccleſiaſtico, & non dedeceant Clericos: hoc enim ipſo, quòd ſic tractantur à laïcis, quia ſunt in ſtatu eccleſiaſtico, non ſinuntur liberè illum eligere, ac retinere, & ab illo reuocantur, ac retrahuntur metu ipſo, ne ſic tractentur; ac proinde impediuntur à ſua libertate, quam habent ad eligendum, ac retinendum huiuſmodi ſtatum, ſi in illo fiunt timidiores, ne ſint deterioris conditionis, quàm laici, vt notat Suar. *cap.* 22. *cit. num.* 16. *& ſeq.* ex communi ſententia. Et optimum exemplum eſt illud ipſum, quod affert Bart. *locis citatis*, ſi lex feratur, vt qui occidit ciuem, & ſubditum, puniatur vltimo ſupplicio; & qui occidit Clericum, & non ſubditum, ſoluat tantummodo decem florenos: certum enim eſt, quòd non conuenit ſpecialiter Clericis, ratione clericatus, vt non occidantur faciliùs, quàm laici, propter ſpem impunitatis, aut punitionis minoris, quàm habeant eorum occiſores; ſed conuenit ea ratione quaſi generica, qua homines ſunt, æqualiter, atque laïci. Et poteſt afferri etiam illud *ex cap. finali, de immunit. eccleſ. in* 6. vbi excommunicantur, tanquàm præſumentes derogare libertati eccleſiaſticæ, ij domini temporales, qui audent interdicere ſuis ſubditis, ne Prælatis, aut Clericis, vel perſonis eccleſiaſticis aliquid vendāt, aut viciſſim aliquid ab illis emant, vel ne illis bladum molant, aut coquant panem, aut alia obſequia exhibeant: quia enim facultas liberè aliquid emendi, & vendēdi, & bladum molendi, & panem coquendi, & ſimilibus aliis obſequiis gaudendi, non conuenit Clericis, ſpecialiter ex priuilegio clericali; ſed ſolùm ex humana, & ciuili ſocietate, clarè oſtenditur, ad violandam immunitatem, & libertatem eccleſiaſticam non requiri, vt grauentur Clerici ſpecialiter in iis, quæ ipſis competunt, quà ſunt Clerici; ſed ſatis eſſe, ſi grauentur quomodocunque etiam in iis, quæ ipſis competunt, quà ſunt homines, & quà ſunt ciues: & cùm hæc etiam grauamina communiter procedant ex odio, & diſplicentia, quam habent laici de exemptionibus Clericorum à tributis, & oneribus publicis; & fiant quaſi in compenſationem illarum; omninò fiunt etiam cum grauamine quoad ipſa priuilegia clericalia, cùm hæc non ſinantur haberi liberè, ſed aliis grauaminibus compenſentur, vt notat Suar. *cap.* 22. *cit. num.* 20. Secùs verò eſſet, ſi Princeps

24. *Leges, quòd priuilegia non intelligantur conceſſa non ſubditis, non ſunt contra immunitatem.*

laïcus per ſuam legem ſpecialiter concederet aliqua priuilegia ſuis ſubditis,& declararet,quòd nollet iis potiri eos,qui eſſent non ſubditi:nam,vt notat Azot. *part.1. lib.5. cap.13.quæſt.4.* ex Felino *in cap. Eccleſia S. Mariæ. de conſtit.* aliud eſt beneficium, aut priuilegium non concedere Clericis,& aliud eſt poſitiuè illis negare, aut tollere, vel minuere,quod alioqui eſt ipſis debitum: & cùm hoc ſecundum non poſſit fieri ſine iniuria, & violatione immunitatis eccleſiaſticæ; benè tamen poteſt fieri illud primum:& ideò leges,aut ſtatuta,quæ id faciunt,non ſunt damnanda.

25. *Lex laïcorum cenſenda eſt contra immunitatem,ſi ex ea ſequatur per ſe grauamen Eccleſiaſticis.*

Si denique leges laïcorum, neque in ſpecie,neque in genere comprehendant Eccleſiaſticos, & neque de illis,neque ad illos loquantur; ſed ſolùm de laicis, & ad laicos, tunc erunt cenſendæ contra immunitatem, quando ex illarum materia, & obſeruatione per ſe conſequitur grauamen Eccleſiaſticis,vt *ſuprà* explicauimus à *num.*11. circa violationem indirectam. Sed benè eſt aduertendum,vt huiuſmodi grauamen ſequatur per ſe,ex materia & obſeruatione talium legum; non autem ſequatur ſolùm ex aliquo accidente, vt etiam *ſuprà* notauimus *num.*13.ex Caietano *verb.excommunicatio,cap.*31.& patet ex iis,quæ tradit S.Thom.1.2.*quæſt.*73. *art.*8. de circunſtantia nocumenti, ſeu mali euentus, qui fortè ſequitur ex actu peccati: & nos fusè explicauimus *lib.*2.*diſp.*32.*præſertim n.*8.

26. *Leges laïcorum, quæ excludunt ſecundogenitos, aut fœminas, à ſucceſſione bonorum,non ſunt contra immunitatem,ſi fortè illi ſint Clerici.*

Et prætereà eſt aduertendum, vt ſequatur ratione clericatus, non autem ex aliquo alio, ad quod per accidens ſe habeat ipſe clericatus:ſic enim non ſunt cenſenda contra immunitatem ſtatuta laïcorum, quæ excludunt, v.g.ſecundogenitum, aut fœminam, à ſucceſſione in bonis paternis;quando adeſt primogenitus, aut maſculus:& quanuis contingat,ſecundogenitum eſſe Clericum, aut fœminam eſſe Monialem;adhuc eſt habendus pro verè excluſo: nam ante ſuſceptum Ordinem clericalem, aut ſtatum monaſticum,iam erat excluſus per hoc præcisè,quòd eſſet ſecundogenitus,aut fœmina;& iam erat quæſitum ius alteri per hoc,quòd eſſet primogenitus, aut maſculus; & ideò grauamen excluſionis non illi prouenit ratione clericatus; ſed aliunde,vt notat Azor. *part.1.lib.5.cap.*13.*q.*8.§.*Item ſolent.*ex Felino,& aliis.

DISPVT. XXXVII.

Quid ſit dicendum ex regulis poſitis circa gabellam impoſitam ſuper carnibus, aut rebus venalibus,quæ promiſcuè emuntur à laïcis, & à Clericis.

1. *Ponitur caſus in terminis.*
2. *Secundùm aliquos, talis gabella non eſt contra immunitatem.*
3. *Nec videtur contra ſacros Canones.*
4. *Nec contra Bullam in Cœna Domini.*
5. *Diſtantia vnius milliarij eſt modica.*
6. *Secundùm alios,talis gabella eſt contra immunitatem.*
7. *Ad iudicandum de iuſtitia,& honeſtate alicuius gabellæ,eſt attendendus modus,ſub quo imponitur.*
8. *Quomodo dicta gabella ſit, aut non ſit cenſenda contra immunitatem.*

1. *Ponitur caſus in terminis.*

ANte aliquot annos in quadam ciuitate Italiæ ab illius Rectoribus, & Magiſtratibus laïcis fuit impoſita quædam gabella ſuper iis tantummodo carnibus,quæ in publico laniario,aut macello venderentur;& ſimul omnibus facta fuit poteſtas, vt qui nollent gabellam ſoluere, & in dicto macello carnes emere, liberè poſſent aliunde ſibi prouidere de carnibus; & vel integra animalia ſibi emerent,& occiderent; vel extra ciuitatem, ad diſtantiam vnius circiter milliarij, de iam occiſis, & publicè expoſitis in aliis macellis, aut tabernis ſibi compararent. Et poſteà fuit grauiter dubitatum,vtrùm id eſſet contra immunitatem eccleſiaſticam, cùm etiam Clerici illam ſoluerent ex ſuppoſitione, quòd vellent emere carnes in macello,& intra ciuitatem; quanuis alioqui abſolutè, & ſimpliciter ad illam non cogerentur, & liberè poſſent modis iam dictis prouidere ſibi de carnibus,& gabellam non ſoluere.

2. *Secundùm aliquos, talis gabella non eſt contra immunitatem.*

Atque Doctores, qui partem negatiuam ſecuti ſunt, putarunt ſibi fauere in primis Riccardum de media villa *quodlib.*2. *quæſt.*30.*art.*5.*in fine, & art.* 6.*caſu* 1. Henriquez *lib.*10.*de Sacram Ordinis,cap.*15.*num.*5.*litera O*, & apud hunc Aſten. *lib.*6.*tit.*30. *art.* 4. Roſellam *verb. Pedagium,num.*17. Sylueſt. *immunitas*, 1. *num.*22. *in fine.* Angel. *eod.*§.42. Ludouic. Lopez 2.*part. inſtr. cap.*40. *quæſt.*9. & plures Doctores Salmanticæ conſultos, qui ita ſenſerunt in caſu omninò ſimili de gabella impoſita ſuper vino venali in quibuſdam certis tabernis, quam ſine dubio etiam ſoluebant Eccleſiaſtici, ſi fortè volebant vinum emere in illis tabernis, & non in aliis:& Riccar.*art.*5.*cit.in fine*, expreſsè docet, quòd ad imponendam talem gabellam poteſt ſufficere ſola poteſtas, & voluntas domini temporalis; non autem requiritur conſenſus Papæ, aut Epiſcopi,vt illam ſoluant etiam Clerici:& *art.*6.*in fine caſu* 1.*cit.* ex eo aſſerit,talem gabellam eſſe licitam, & non contra immunitatem, aut libertatem eccleſiaſticam: quia Clerici non coguntur vinum emere in ciuitate, & in iis tabernis,quibus eſt affixa gabella; ſed poſſunt emere,ſi volunt,in aliis tabernis,vel in alia ciuitate: quanuis non cum tanta commoditate. Et videtur pro hoc dicto etiam facere noſtra regula,quam *ſuprà* tradidimus *diſp.præcedente,num.*15.quòd leges laïcorum, quæ generaliter ſunt de omnibus, & diſponunt de materia omnibus bona;non autem ſpecialiter ſunt de Clericis,aut de rebus eccleſiaſticis, non ſunt cenſendæ contra immunitatem, & poſſunt ſeruari etiam à Clericis, non obſtante,quòd aliquo modo ſint illis grauoſæ: talia enim in caſu præſenti videtur lex imponens gabellam ſuper vino, aut carnibus,certo loco vendendis, cùm ſit ad ſubleuandam Communitatem, & ad ſubueniendum neceſſitatibus publicis, & generaliter loquatur de omnibus; non autem ſpecialiter agat de Clericis, nec ſpeciale grauamen illis imponat, quia Clerici ſunt.

3. *Nec videtur contra ſacros Canones.*

Neque videntur facere in contrarium ſacri Canones, qui abſolutè prohibent exigi gabellas à Clericis: nam *cap. Quanquam. de cenſibus, in* 6. in quo excommunicantur,qui illas exigunt, per *exigentes*, ſolùm intelligit extorquentes per coactionem,& ab inuitis, vt notat Caiet. *in Sum.verb.excommunicatio, cap.*71. & Nauar. *in Man. cap.*27. *num.*61. quæ tamen extorſio, & coactio non contingit in caſu præſenti.

4. *Nec contra Bullam in Cœna Domini.*

Et ſimiliter Bulla Cœnæ *num.*18.ſolùm excommunicat imponentes noua onera perſonis eccleſiaſticis, aut earum bonis, & huiuſmodi onera ſic impoſita exigentes, etiam à ſponte dantibus; cùm

tamen

tamen in caſu præſenti nõ imponatur gabella ipſis Clericis,aut eorũ bonis; nec ſic impoſita exigatur à ſponte dantibus;ſed imponatur carnibus,aut vino vendendo à laicis in certo loco , & hoc modo impoſita exigatur ab omnibus ſponte ementibus in tali loco dictas carnes,aut dictum vinum.

Et quod habet eadem Bulla *num.15.* excommunicati etiam illos , qui indirectè , & quomodolibet grauant Eccleſiaſticos , & præiudicant eorum immunitati,& libertati, ſolùm intelligitur, ſi grauent indirectè, & præiudicent illis per ſe ; ita,ſcilicet,vt Eccleſiaſtici,velint,nolint,compellantur illud onus ſubire , & præiudicium immunitatis habere ; non autem ſi grauent indirectè,ſolùm per accidens:quia ipſimet Eccleſiaſtici ſponte ſuſcipiant , & ſubeant onus ſpecialiter ſibi impoſitum , & reuerà poſſint ſibi alio modo prouidere, ſi velint : quanquam non ita commodè,vt notat Caiet. *verb.excommunicatio, cap.31.*& Nauar. *in Man.cap.17.num.120.* & alioqui,ſi eſſent excommunicati , qui imponunt gabellas ſuper rebus laïcorum,quæ promiſcuè emuntur, tam à laïcis , quàm à Clericis, omnes Principes eſſent excommunicati , cùm omnes grauent res laïcorum expoſitas negotiationi , quamuis illis tam egeant Clerici , quàm laïci , & propter huiuſmodi gabellas vendantur poſteà cariùs etiam Clericis.

5. *Diſtantia vnius milliarij eſt modica.*

Neque diſtantia vnius milliarij, ad quam Eccleſiaſtici poſſunt,ſi volunt,emere carnes ſine gabella, poteſt illis eſſe multùm incommoda,cùm ſit diſtantia modica,ex Gloſ. *in cap. Si ſtatutum,de reſcriptis, in 6.* & Alciat. *in l. Mille paſſus, in fine,ff. de verb. ſignific.*

6. *Secundum alios, talis gabella eſt contra immunitatem.*

Contrà verò alij,(excipienda tamen foret reſpublica,aut regnum, quod à Summo Pontifice verum & legitimum priuilegium contrarium haberet, vel per concordata,vel alio titulo iuſto,& non fucato;) alij, inquam , qui in hac controuerſia ſecuti ſunt partem affirmatiuam, & abſolutè aſſeruerunt,quòd talis gabella determinatè impoſita ſuper vino , aut carnibus vendendis à laicis certo loco , ſit contra immunitatem eccleſiaſticam , ſi comprehendat etiam Clericos , habent pro ſe Nauar. *in Man.cap. 17.num.203. & conſ.6.de cenſibus, lib.3.& conſ.4.de immunit. Eccleſ. eodem lib.3.* vbi vniuerſaliter aſſerit, non eſſe licitum in vllo caſu, ſine approbatione Pontificis, gabellas exigere, aut recipere ab Eccleſiaſticis : & magis expreſsè in caſu præſenti hoc idem aſſerit tanquàm probabilius Marius Alter. *de cenſur.diſp.19. lib.5.cap.6.dubit.4.* & facit expreſsè *cap. Aduerſus.de immunit. Eccleſ.* vbi præcipitur ex Conc. Lateranenſi ſub Innoc.III.vt ſine conſenſu Papæ non recipiantur collectæ, ſeu gabellæ ab Eccleſiaſticis,etiam ſine coactione, id eſt,ſponte,& liberè dantibus : & præterea facit Bulla Leonis X. quæ incipit , *Supernæ diſpoſitioni.* & habetur in eodem Concilio Lateranenſi *ſeſſ.9.* in qua excommunicantur non modò qui imponunt collectas , & huiuſmodi alia onera , perſonis eccleſiaſticis ; ſed etiam , qui exigunt , & ſpecialiter qui recipiunt à ſponte dantibus, & conſentientibus:& *cap.Clericis. de immunit.Eccl.in 6.*vbi Bonifacius VIII.excommunicat ipſos Clericos , ſi ſponte conſentiant ſoluere aliquid laicis ſine conſenſu Papæ, & ſub colore ſubuentionis,doni,aut alio quolibet : & denique facit clariſſimè Bulla Cœnæ *num.18.cit.*vbi excommunicantur,qui imponunt onera Clericis,aut impoſita ab ipſis recipiunt , etiam ſponte dantibus, & concedentibus:dum enim gabella imponitur ſuper carnibus in macello ciuitatis vendendis , & ab omnibus volentibus emere indifferenter exigitur, ſiue ſint laici , ſiue Clerici ; clariſſimum eſt , quòd imponitur omnibus,& ipſi Clerici non permittuntur vti ſua immunitate ; & quoad carnes in tali loco emendas,nihil habent peculiare ſupra laicos;& ſatis oneris illis imponitur , dum pro vſu ſuæ immunitatis coguntur egredi ciuitatem per milliare, ibiſque non tam vtuntur immunitate aliqua ſibi propria,& non communi cum laicis,quàm immunitate communi;& dum macellarius ciuitatis prohibetur,ne Clericis vendat carnes ſine gabella,hoc ipſo Rectores,qui id prohibent,incidunt in excommunicationem *cap. Eos, qui.de immunit.eccleſ.in 6.* & violant eccleſiaſticam libertatem , ſicut qui prohibent ſuis ſubditis,ne aliquid vendant Eccleſiaſticis,aut bladum molant, vel coquant panem,aut tale aliquod obſequium illis exhibeant,de quibus ibi eſt ſermo:in idem enim recidit,quòd abſolutè prohibeatur,ne Clericis vendat ; & quòd prohibeatur, ne illis vendat non ſoluta gabella, ad quam alioqui Eccleſiaſtici non tenentur.

Et pro hac etiam parte videtur facere noſtra regula , quam *ſuprà* tradidimus *diſp. præcedente,num. 15.* neque enim lex , quæ generaliter præcipit ſolui gabellam pro carnibus , quæ emuntur in certo loco, diſponit de materia omnibus bona, & quæ non repugnet ſacris Canonibus , in quantum extenditur ad Eccleſiaſticos , & æqualiter cum laicis illos obligat,vt ex ſe patet.

7. *Ad indicandum de iuſtitia, & honeſtate alicuius gabellæ, eſt attendendus modus , ſub quo imponitur.*

Verùm ad veritatem in hac re declarandam , & ad conciliandam hanc vtranque ſententiam , optimum eſſet benè conſiderare, & attendere modum, ſub quo eſt impoſita, vel de facto imponitur hæc gabella ſuper carnibus, aut vino,aut ſuper quacunque alia re , quæ ſit vendenda in certo loco : hic enim modus ſpecialiter eſt attendendus, vt iudicetur de iuſtitia , & de honeſtate alicuius gabellæ , vt notat Bald.*conſ.31.lib.1.& conſ.496.lib.4.*

8. *Quomodo dicta gabella ſit, aut nõ ſit cenſenda contra immunitatem.*

Dupliciter autem poteſt in caſu præſenti ſe habere hæc impoſitio. Primò, vt gabella ſit impoſita ipſi rei, v.g. carni, quando à macellario emitur, aut importatur in ciuitatem, vel in macellum ; & ipſemet macellarius ad illam teneatur, ſiue poſteà carnem illam de facto vendat,ſiue non. Secundò,vt ſit impoſita ipſi contractui emptionis carnis , iam exiſtentis,& expoſitæ in macello ; & ipſi ementes carnem à macellario , teneantur illam ſoluere ratione ſuæ emptionis;non autem macellarius. Si ergo ſit impoſita primo modo , non videtur contra immunitatem eccleſiaſticam:quia,ſi caro ipſa,v.g eſt iam onerata, & ſubiecta gabellæ in manu macellarij, & propter hanc gabellam,adhuc exiſtens in manu illius, aliquantulùm creſcit in valore , & pretio, ſiue poſteà tranſeat ad laicum , ſiue ad Clericum ; iuſtè tranſit cum illo onere,& cum illo valore;neque tenetur macellarius decreſcere de pretio ſuæ carnis, quando illam vendit Clericis , vt benè notat Mol. *diſp. 663.verſ. Ex eo autem. & diſp. 672. verſ.2.* & communiter ita fit in omnibus mercibus, pro quibus ipſi mercatores ſoluunt primam gabellam ; & poſteà ratione habita etiam gabellæ ſolutæ,certum pretium illis imponunt,eóque pretio vendunt illas promiſcuè,ſiue Clericis,ſiue laicis:& ſolùm in hoc ſenſu, id eſt, quando gabella imponitur ipſi rei venali , prout exiſtit ante contractum venditionis faciendæ cum Clericis, aut cum laïcis, videtur loqui Ricc.*loco cit.* Sylu.Ang. & alij : ſiquidem gabellam appellant partem pretij , & propter illam dicunt rem cariùs emi.

Si verò ſit impoſita ſecundo modo , id eſt , ipſi contractui emptionis poſterioris , & poſteriùs faciendæ , eſt contra immunitatem , & non debet comprehendere Clericos,vt notat Bald.*conſ.31.cit.*

*lib.*1.Er in hoc ſecundo ſenſu eſt intelligendns Nauar.*cap.*17.*num.*203.*cit.* & *conſ.*6.*de immunit. eccl. lib.*3.& alij, qui abſolutè damnant impoſitionem gabellæ ſuper carnibus,ant ſuper vioo,vel aliis huiuſmodi rebus venalibns: quia enim gabella propriè dicta eſt vltra iuſtum pretium, quod ſoluitur domino carnis ad faciendam æqualitatem inter rem, & pretium; & ideò ſoluitur in bonum alterins,id eſt,Commnnitatis, aut Principis imponẽtis, & non in bonum ipſius vendentis; oon poteſt non eſſe impoſita ipſi perſonæ ementi, ſi eſt impoſita ratione emptionis,& per conſequens etiam gabella carnis verè, & propriè cenſeti debet impoſita Clericis,ſi eſt impoſita emptioni carnis, id eſt,ipſis ementibus carnem à macellario, ſiue ſint Clerici, ſiue laïci:& Princeps,vel Communitas,quando illam imponit,perinde facit, ac ſi expreſsè, & diſertè mandet,& præcipiat macellario, vt vltra iuſtum pretium ſuæ carnis,quod pro ſe accipit, etiam exigat, & accipiat ab ementibus certum aliquid pro gabella, quod poſteà ipſemet teſtituat ipſi Principi, aut Communitati imponenti: quod certè mandatum, ſi extendatur ad Clericos, omninò pugnat cum illorum immunitare,vt ea ſe patet.

Et ad huoe modum imponendi gabellam contractui emptionis,etiam reducitur,ſi gabella imponatur contractui venditionis: quia enim debet attendi non tam is,in quem diriguntur verba, quàm is,io quem dirigitur effectus, vt notat Panorm. *in cap. Eccleſia S. Mariæ.num.*31.*de conſtit.* & effectus gabellæ dirigitur in ipſnm emptoré,in quem reuerà reiicitur ſolutio; in idem videtur recidere,quòd gabella imponatur contractui venditionis carnis in macello publico,& quòd imponatur contractui emptionis, cùm præſertim venditio, & emptio ſit vnicus contractns, & vnica actio,vt probant tradita per Decium *conſ.*48.*col.*2.*ad finem,verſu* 3.Vnde, ſiue imponatur gabella ſnper contractu emptionis carnis,ſiue ſuper contractu venditionis, ſemper eſt contra immunitatem, ſi per vtranque rationem reiiciatur in ipſum ementem, & hic ſit Clericus:& qua ratione non exemptus, ſi emat ab exempto, non poteſt grauari ratione contractus;qnia alioqui grauaretur ipſe exemptus; ſed ſolùm poteſt grauari ratione rei, quæ ad ipſum tranſit per contractum: ita & non exemptus, ſi vendat exempto,non poteſt grauari ratione contractus; ſed ſolùn ratione rei, quæ ab ipſo tranſit ad non eaemptum. Atque ita non alia ratione videtur poſſe eacuſari, aut ſaluari hniuſmodi impoſitio gabellæ ſuper carnibus, aut rebus venalibus, niſi prima iam eaplicata, id eſt,quia cadat per ſe, & directè ſuper ipſas carnes, aut res venales,quatenus exiſtunt in proprietate,& poſſeſſione macellarij,aut venditoris,& ab illo ſunt deſtinatæ,& expoſitæ ad venditionem; & gabella ratione ipſarum carnium, aut rerum venalium ſolùm exigatur à venditore; non autem, quia cadat ſuper eaſdem carnes, aut res venales,quatenus exiſtunt in proprietate,& poſſeſſiooe macellarij, aut venditoris,& ab illo ſunt deſtinatæ, & eapoſitæ ad venditionem;& gabella, ratione ipſarum carnium, aut rerum venalium, ſolùm exigatur à venditore; non autem,quia cadat ſuper eaſdem carnes, aut res venales,quatenus fiunt,& ſunt emptoris; vel ſuper ipſum contractum emptionis,& venditionis, quatenus ſe tenent ex parte emptoris,ſi cõtingat, quòd hie ſit Clerieus,& eaemptus: hnc enim ipſo, quòd carnes,aut res venales incipiont eſſe perſonæ exemptæ,aut ſpectant ad contractum illius,deſinuot eſſe ſub poteſtate imponentis gabellam, oeque ſunt illius eapaces,provt imponitur à tali poteſtate. Vnde & in multis locis per ipſain legem, aut ſtatutũ, quod imponit gabellam,expreſsè declaratur, quòd non comprehendantur Eccleſiaſtici;vel certè, ſi ad fraudes vitandas, & propter commune bonum gabella promiſcuè exigatur ab omnibus, reſarcitur pnſteà Eccleſiaſticis ad finem anni,compenſatione aliqua pecuniaria, aut ſimili,totum damnum,qnod paſſi ſunt,vt notant Mar. Alter. *diſp.*19. *cit. de cenſur.lib.*5.*c.*6.*dub.*4.*in fine.*

Et his omuibus benè congruunt regulæ ſupra allatæ *diſp.præced.*ſiquidem,ſi lex,aut ſtaturum imponens gabellam ſuper carnibus, aut rebus venalibus,modo explicato,loquatur generaliter,& omnibus emptoribus, quicunqoe ſiot,præcipiat generaliter,vt vltra iuſtum pretium, quod ſoluunt macellario,aut veoditori,ſoluant aliquid etiam Principi, aut Communitati pro gabella; clarè conſtat,quòd non loquitur de re bona,& quæ non repugnet iuri canonico, quatenua comprehendit Eccleſiaſticos, cùm non permittat eos gaudere ſua immunitate in publico macello;ſed cogat eos eſſe paris conditionis cum laicis, tam in ciuitate, quoad ſolueodam gabellam pro emptione carnis;quàm extra ciuitatem,quoad carnem emendam ſine gabella.

DISPVTAT. XXXVIII.

Quid ſit dicendum ex eiſdem regulis poſitis de oneribus perſonalibus, ad quæ aliquando Eccleſiaſtici obligantur à laïcis.

1. *Onera, ſeu munera perſonalia ſunt multiplicis generis.*
2. *Eccleſiaſtici non tenentur ad onera perſonalia pecuniaria.*
3. *Serui Eccleſiæ, aut Clericorum,non tenentur ad onera perſonalia pecuniaria.*
4. *Eccleſiaſtici non tenentur ad onera perſonalia ſordida.*
5. *Neque ad ſuſcipiendos hoſpites, aut muros cuſtodiendos.*
6. *Et idem eſt de eorum ſeruis,& mancipiis.*
7. *Famuli Eccleſiæ non ſunt exempti ab omnibus oneribus perſonalibus.*
8. *Eccleſiaſtici non tenentur ad onera perſonalia honeſta.*
9. *Ad Magiſtratus gerendos, & ad munera honeſta omnes tenentur.*
10. *Non tamen Clerici,& Eccleſiaſtici.*
11. *Clerici non poſſunt vocem habere in conſilio populi.*
12. *Clerici non poſſunt eſſe Iudices in foro laico.*
13. *Negotia ſæcularia, quibus Clerici non ſe immiſceant,quænam ſint.*
14. *Soli Clerici beneficiati, aut conſtituti in ſacris, tenentur abſtinere à negotiis ſæcularibus.*
15. *Et alioqui ſunt puniendi.*
16. *Si Communitas non ſit merè laicorum, ſed miſta; poſſunt etiam Clerici in illa exercere officia.*
17. *Eccleſiaſtici non tenentur ſuſcipere tutelas, aut curas.*
18. *Omnes laïci tenẽtur ſuſcipere tutelas,aut curas.*
19. *Tutores legitimi ſunt agnati.*
20. *Quomodo Eccleſiaſtici poſſint ſuſcipere tutelas, & curas,ſi ſponte velint.*
21. *Quomodo Eccleſiaſtici poſſint eſſe Aduocati, vel Procuratores.*

22. *Religioſi*

22. *Religioſi quomodo poſſint eſſe Procuratores, & Aduocati.*
23. *Clerici in minoribus, & non beneficiati, non prohibentur eſſe Procuratores.*
24. *Clerici etiam in ſacris poſſunt eſſe Procuratores, ſi non habent aliunde, vnde viuant.*
25. *Debent tamen abſtinere in criminalibus.*
26. *In vno, aut altero negotio non prohibentur patrocinari.*
27. *Quomodo Eccleſiaſtici prohibeantur eſſe miniſtri, aut famuli laicorum.*
28. *Cardinales non poſſunt eſſe Proreges, ſed ſolùm Conſiliarij Principum laicorum.*
29. *Eccleſiaſtici non tenentur ad onera mixta.*
30. *Eccleſiaſtici in ſuſcipiendis, & exercendis muneribus etiam poſſunt adhibere iuramenta, & alias ſolennitates in foro laico.*
31. *Quomodo Eccleſiaſtici poſſint iurare aliquando in foro laico.*

1. *Onera, ſeu munera perſonalia ſunt multiplicis generis.*

ONERA perſonalia, de quibus eſt explicandum, quomodo ad illa obligentur, aut non obligentur Eccleſiaſtici, quædam conſiſtunt in ſolutione certæ alicuius pecuniæ, non ratione bonorum, quæ fortè habentur, aut poſſidentur; ſed ratione ſolius perſonæ: & quædam conſiſtunt in præſtatione alicuius alterius actionis merè perſonalis, id eſt, quæ animi prouiſione, & corporalis laboris intentione, ſine aliquo gerentis, aut rerum detrimento pertractatur, vt dicitur *l. Munerum. ff. de muner. & honor.* nam præter tributa merè realia, quæ ſolùm imponuntur, & ſoluuntur ratione bonorum, & rerum, quæ poſſidentur; & præter illa, quæ dicuntur mixta, quia ſimul imponuntur ratione bonorum, & ratione perſonæ; dantur etiam tributa merè perſonalia, quæ ſolùm imponuntur ratione perſonæ, & exiguntur per capita, nulla habita ratione ad bona: & hæc peculiari appellatione dicuntur in iure capitatio, & cenſus, vt notat Suar. *in defenſ. fidei, lib. 4. cap. 22. num. 1.* & Azor. *par. 3. lib. 10. cap. 1.* Vnde & in Codice *lib. 11.* extat titulus *de capitatione ciuium cenſibus eximenda*: & *Matth. 17.* iuxta hanc proprietatem dicitur, vt aliqui volunt: *Reges terræ à quibus accipiunt tributum, vel cenſum? à filiis ſuis; an ab alienis?* & cap. 22. *Licet cenſum dare Cæſari, an non?* id eſt, tributum illud, quod à ſubditis ſoluitur ſolùm per capita: & propter hoc *Lucæ 2.* etiam dicitur edicto Cæſaris fuiſſe deſcriptus vniuerſus Orbis; & per hoc tributum profeſſus fuiſſe ſubiectionem, etiam S. Ioſeph.

Præter hæc verò onera perſonalia pecuniaria; onera alia, quæ conſiſtunt in præſtatione alicuius alterius actionis perſonalis, poſſunt eſſe triplicis generis, vt patet *ex l. Munerum. cit. ff. de muner. & honor. & l. Maximarum. C. de excuſat. munerum, lib. 10.* & notat Syluest. *immunitas, 1. num. 16.* quædam enim poſſunt eſſe ſordida, vt, v. g. cloacæ mundandæ, purgandi ſtabuli, calefaciendi publicum balneum, & ſimiles: quædam è contrà poſſunt eſſe honeſta, vt, v. g. adminiſtratio publici magiſtratus: quædam denique poſſunt eſſe, nec ſordida, nec honeſta; ſed ſimplicia, & quaſi neutra, vt, v. g. adminiſtratio tutelæ, vel curæ, ſiue per teſtamentum, ſiue per legem, aut per Iudicem demandatæ, quæ appellatur reſpectiuè tutela, aut cura teſtamentaria, legitima, aut datiua, *cap. Generaliter. 16. quæſt. 1.* & hæc omnia communi, & generali appellatione dicuntur onera, aut munera publica, ſiue ciuilia, *l. Munerum. cit. §. Hæc omnia. ff. de muner. & honor.*

2. Quòd ergo Eccleſiaſtici ſint immunes ab oneribus perſonalibus pecuniariis quibuſcunque, patet manifeſtè *ex cap. Aduerſus. de immunit. Eccleſ.* vbi ex Concilio Lateranenſi excommunicantur Conſules, ac Rectores ciuitatum, & alij quicunque, qui perſonas eccleſiaſticas talliis, aut collectis, & exactionibus aggrauare nituntur: & *ex cap. Quanquam. de cenſib. in 6.* vbi ſimiliter excommunicãtur, qui aliquid exigunt à perſonis eccleſiaſticis. Et ratio affertur: quia non ſolùm iure humano, ſed etiam diuino ſunt immunes ab exactionibus laicorum. Et *ex l. 2. C. de Epiſcopis, & Clericis,* vbi, tam ipſi Clerici, quàm eorum mancipia prohibentur obligari vllis nouis exactionibus Et ratio eſt: quia, ſiue hoc tributum perſonale imponatur ratione actionum, per quas ſubditi, etiam carentes alioqui aliis bonis, poſſunt aliquid lucrari; ſiue imponatur quomodocunque; nõ poteſt imponi niſi ſubditis; quales tamẽ non ſunt Clerici reſpectu laicorum, vt patet ex dictis; imò nec ſerui, aut mancipia Clericorum, quæ propter eandem rationem ab iiſdem oneribus perſonalibus pecuniariis laicorum ſimiliter eximuntur, atque ipſi Clerici, *l. 1. cit. C. de Epiſc. & Cler.*

Eccleſiaſtici non tenentur ad onera perſonalia.

3. *Serui Eccleſiæ, aut Clericorum, non tenentur ad onera perſonalia pecuniaria.*

De muneribus verò, aut oneribus perſonalibus ſordidis, quòd ſimiliter Clerici ſint ab illis immunes, expreſsè habetur *l. Omnes. C. de Epiſcop. & Clericis. cit.* & notat Sylu. *Immunitas, 1. num. 16.* Suar. *in defenſ. fidei, lib. 4. cap. 22. num. 6.* Mar. Alter. *de cenſur. diſp. 19. lib. 5. cap. 1. §. Ad munera ſordida.* Et ratio eſt: tum, quia vniuerſaliter non ſunt ſubditi laicis; & ideò non poſſunt ab illis cogi, vt hæc munera ſubeant: tum verò, quia actiones huiuſmodi ſordidæ ſpecialiter dedecent dignitatem ſtatus eccleſiaſtici. Vnde & ab illis immunitas ſpecialiter oritur ex iure diuino, per quod Clerici habent, vt ſancta ſanctè, & dignè tractent, vt ſubdit Suar. *cap. 22. cit. num. 9.* Et ad hunc finem ſpecialiter eximuntur ab onere ſuſcipiendi hoſpites, *l. 1. C. de Epiſc. & Cler.* & ab onere muros cuſtodiendi, niſi fortè Epiſcopo approbante, & præcipiente pro communi neceſſitate, *cap. Peruenit. de immunit. Eccleſ.* quia, ſcilicet, etiam hæc ſpecialiter dedecent Clericos ratione ſtatus.

4. *Eccleſiaſtici nõ tenẽtur ad onera perſonalia ſordida.*

5. *Nec ad ſuſcipiendos hoſpites, aut muros cuſtodiendos.*

Et ex Sylu. *immunitas, 1. num. 16. cit.* & Mar. Alter. *cap. 1. cit. §. Reſpondet.* ab oneribus ſordidis non ſolùm ſunt immunes ipſi Clerici; ſed & eorum mancipia, & coloni, & familia, *cap. Generaliter. § Nouarum. 16. quæſt. 1. & l. Omnis. §. Verum etiam hominibus. C. de Epiſcop. & Cler.* Et quod dicitur *l. Neminem. C. de ſacroſ. Eccl.* neminem excuſari à quolibet munere in aduentu Principis, in quantum, ſcilicet, ruſtici, & coloni huiuſmodi poſſeſſionum Eccleſiæ non excuſantur, vt exponit Innoc. *in cap. Non minùs. num. 3. de immun. Eccleſ.* Imò, etiamſi illi, qui iubentur præſtare munera, ſint Clerici, vt vult Innoc. *in cap. Non minùs. cit. de immunit. Eccleſ. num. 4. 7. & 8.* hoc, inquã, nullius eſt roboris quoad Eccleſias, & quoad ipſos Clericos, & quoad ſeruos propriè dictos, vel mancipia Eccleſiarum, & Clericorum, qui nullo modo ſunt ſubditi Principi laico; ſed plenè pertinent ad dominium, & proprietatem Eccleſiæ, aut Clericorum; neque potuit id ſtatui ab Imperatore in præiudicium Eccleſiæ, vt notat Panorm. *in cap. Non minùs cit. num. 14. & 16. de immunit. Eccleſ.* Sylu. *verb. immunitas, 1. num. 16. cit.* & ex illis Mar. Alter. *loco cit.* & ideò etiam in aduentu Principis cenſeri debent planè immunes à quibuſcunque oneribus perſonalibus, quamuis alia ſit ratio de famulis, & colonis Eccleſiæ, aut Clericorum conductitiis, & non perpetuis, qui reuerà non deſinunt eſſe ſub Principe laïco; & ideò benè poſſunt obligari ad aliqua munera perſonalia pro illius aduentu, etiamſi quoad alia multa ſint etiam ipſi priuilegiati

6. *Et idẽ eſt de eorum ſeruis, & mancipiis.*

7. *Famuli Eccleſiæ nõ ſunt exempti ab omnibus oneribus.*

priuilegiati in fauorem Eccleſiæ,vt ſubdit Sylu *loco cit.*& Panorm.*n.* 14.*cit.*

8. *Eccleſiaſtici non tenentur ad onera perſonalia honeſta.*

Tertiò,de muneribus,aut oneribus perſonalibus honeſtis,& non ſordidis, qualis eſt adminiſtratio publici Magiſtratus,quòd ſimiliter Clerici, & Eccleſiaſtici ſint ab illis immunes,nec poſſint obligari à laicis ad illa præſtanda, expreſsè docet Syluest. *immunitas*, 1. *n.* 16. *cit. in fine*, *ex l. Placet. C. de Epiſcopis, & Clericis*, vbi ſtatuitur, quòd Clerici nihil habent commune cum actionibus publicis, vel ad Curiã pertinentibus,cuius corpori non ſunt annexi:& *ex cap Sacerdotibus. Ne Clerici,vel Mon.* vbi dicitur, Sacerdotibus, & Clericis publicè eſſe denonciandum,vt non fiant miniſtri laïcorum,nec eorum Procuratores exiſtant;& alioqni ab Eccleſia illis non ſubueniatur: & *ex c.Sed nec procurationes. eod.tit.*vbi dicitur ex Concilio Lateranenſi ſub Alexandro III. *cap.* 12. quòd nullus Clericorum exercere præſumat procurationes villarum,aut ſæculares iuriſdictiones ſuper aliquibus Principibus, & ſæcularibus viris;& alioqui fiat alienus, & deponatur ab eccleſiaſtico miniſterio: & præterea diſtrictiùs puniatur, ſi fuerit Religioſus.Et ratio eſt:quia ſcandalum in Eccleſia generatur,ſi propter negotia, & res ſæculares Clerici auocentur à rebus diuinis, vt dicitur *c.Sacerdotibus. cit.* & contra doctrinam Apoſtoli ſæculariter agit,qui militans Deo, implicat ſe negotiis ſæcularibus,vt ſubditur *cap.Sed nec procurationes. cit.* & qui non eſt de corpore, aut de Vniuerſitate laïcorum, nihil commune debet cum illis habere, vt dicitur *l.Placet. C. de Epiſcop. & Cler.*

9. *Ad Magiſtratus gerendos, & ad munera honeſta omnes tenentur.*

Atque ex hoc rectè colligit Panorm. *in c. Non minùs.num.* 12.*& ſeq.de immunit. Eccleſ.* quòd,licèt ad hæc munera honeſta, ſiue honorabilia omnes teneantur,*l.Incola.ff.ad municip.*& iis etiam,quibus eſt conceſſa vacatio à muneribus publicis,non propterea cenſeatur remiſſum,vt Magiſtratus non fiat, *l.Cui munerum.ff.de muner.& honor.* quia id ad honorem magis,quàm ad munera pertinet,vt ibi dicitur; imò. nec fœminæ ab illis excludantur,quando non habent iuriſdictionem annexam,*l.vnica.C. de mulier.* & ibi Bart. Clerici tamen nec tenentur,

10. *Non tamen Clerici, & Eccleſiaſtici.*

nec poſſunt huiuſmodi honores,& Magiſtratus inter laicos gerere propter rationes iam dictas: quia non debent ſe implicare negotiis ſæcularibus, cùm militent Deo, & nihil commune debent habere de actionibus publicis laïcorom, cùm de illorum vniuerſitate non ſint. Vnde nec etiam poſſunt

11. *Clerici non poſſunt vocẽ habere in cõſilio populi.*

vocem habere in conſilio populi, vt ſubdit ibi Panorm.*num.*14. ex Innoc.*cap. Dilecta.prope finem,de exceſſ.Prælat.*

Et eadem ferè habet idem Panorm. *in rub. Ne Clerici,vel Monachi.* & ex illo Sylu. *Clericus*,3.*n.*1. aſſerit enim ex Innoc.& Ioan. Andr.per negotia ſæcularia, quibus Clerici non debent ſe immiſcere,

12. *Clerici non poſſunt eſſe Iudices in foro laico.*

ſpecialiter intelligi iudicium de rebus ſæcularibus inter ſæculares;non autem inter Clericos exercendum:quia,vt dicitur §. *Ex his.*11.*qu.*1. ſicut legum eccleſiaſticarum eccleſiaſticus Iudex eſt adminiſtrator; ita & ciuilium non niſi ciuilis debet eſſe

13. *Negotia ſæcularia, quibus Clerici non ſe immiſcent, quæ ſint.*

executor. Et præterea per negotia ſæcularia addit intelligi omne illud, quod pertinet ad rempublicam mundanam,& ad homines ſæculares,cum quibus Clerici nihil debent habere commune in iis, quæ pertinent ad actus publicos,& ad Curiam,cuius corpori ipſi non ſunt annexi, *l.Placet. C.de Epiſcop.& Cler.* & vt dicitur *l.Conſulta diualia.C. de teſtam.* abſurdum eſt, ſi promiſcuis actibus rerum turbentur officia; & quod vni eſt creditum, alter ſubtrahat: & præcipuè Clericis opprobrium eſt, ſi peritos ſe velint oſtendere diſceptationum forenſium; & ideò non debent per iudicia inter laïcos ſeſe illis immiſcere.

14. *Soli Clerici beneficiati, aut conſtituti in ſacris, tenentur abſtinere à negotiis ſæcularibus.*

Verùm ex eodem Panorm.*in cap.*1.*num.*12 *Ne Clerici,vel Monachi.* & apud ipſum ex Innoc.Ioan. And.Hoſtienſ. & aliis, id ſolùm debet intelligi de iis Clericis, qui ſunt conſtituti in ſacris, & qui propriè intelliguntur per miniſtros altaris, de quibus ibi fit ſermo *cap.*1.*cit.* Et præterea de Clericis beneficiatis, non autem de aliis, qui ſolùm ſunt in minoribus,& non ſunt beneficiati, vt etiam notat Sylu.*Clericus*,3.*num.*1.*cit.*

15. *Et alioqui ſunt puniẽdi.*

Et ſi huiuſmodi Clerici beneficiati, aut in ſacris conſtituti,admoniti ab Epiſcopo non deſiſtant ab huiuſmodi negotiis ſæcularibus, ſunt priuandi priuilegio clericali, *cap.*2.*Ne Clerici,vel Monachi.* vt notat Graff. *in deciſ.aur part.*2. *lib.*3.*cap.*2.*n.*29. Et ſi ſint incorrigibiles, debent deponi, *cap Clericus d.*91 *& cap. Sed nec. Ne Cler. vel Monachi.cit.* Et ſi ſint Religioſi,debent etiam diſtrictiùs puniri, vt notat Graff.& diximus *paulò antè.*

16. *Si Communitas non ſit merè laicorũ, ſed mixta, poſſunt etiam Clerici in illa exercere officia.*

Sed præterea hæc omnia videntur intelligenda de Communitate, aut Vniuerſitate, quæ ſit verè laicorum, & ſæcularis; non autem de illa,quæ ſit eccleſiaſtica, in qua maior pars, aut ſaltem æqualis ſit Clericorum,vt videre eſt apud Sylu. *verb.Collegium,n.*1. vel etiam de illa,quæ ſit mixta ex Clericis,& laicis ex propria inſtitutione,aut priuilegio: nam, ſicut Clerici in hac Vniuerſitate poſſunt eſſe pars;ita & poſſunt habere officium: & hoc modo in ciuitate Peruſiæ officia Collegij, aut Vniuerſitatis Doctorum etiam illi exercent, qui ſunt Clerici,vt,v.g. quòd ſint Iudices pro interponendis decretis in contractibus fœminarum, & minorum,& in ſimilibus, ſi præſertim habeant à Pontifice, vt poſſint publicè legere ius ciuile.

17. *Eccleſiaſtici non tenentur ſuſcipere tutelas,aut curas.*

Denique de muneribus, & oneribus,quæ neque ſunt ſordida,neque honorabilia;ſed neutra, & ſimplicia,vt eſt,v.g tutela, & cura;quòd ſimiliter Clerici,& Eccleſiaſtici ad illa non teneantur, expreſsè habetur de iure ciuili, *l.Generaliter. C.de Epiſcop. & Cler.* & de iure canon. *cap.Generaliter.*16.*qu.*1. vtrobique enim generaliter ſtatuitur iiſdem planè verbis,vt omnes Epiſcopi,& Preſbyteri, & Diaconi,& Subdiaconi, & præcipuè Monachi, quanuis non ſint Clerici, ipſo iure habeant immunitatem tutelæ, ſiue teſtamentariæ, ſiue datiuæ,ſiue legitimæ; & non ſolùm tutelæ, ſed etiam curæ tam pupillorum,quàm adultorum; & furioſi, & ſurdi, & muti, & aliarum omnium perſonarum, quibus tutores, aut curatores veteribus legibus dantur. Et additur, hoc beneficium iis Clericis, & Monachis dari,qui apud Eccleſias,vel Monaſteria permanent, non diuagantes, neque deſides circa diuina miniſteria;& propterea dari,vt aliis omnibus derelictis, Dei omnipotentis miniſteriis inhæreant. Vnde,

18. *Omnes laici tenentur ſuſcipere tutelas, aut curas.*

quanuis ad huiuſmodi munera tutoris, & curatoris,omnes laici teneantur, niſi habeant excuſationem legitimam, *ff.toto tit.de excuſat.tutorum*,& ex Panorm.*in cap. Non minùs.num.* 15.*de immunit. Eccleſ.* Clerici tamen,& Monachi non tenentur,& ſatis habent excuſationis ab ipſo iure, tam ciuili, quàm canonico,per hoc, quòd ex vi ſui ſtatus maximè inhæreant rebus diuinis, vt etiam notat Sylu. *Clericus*,3.*n.*1.ex Suar.*in defenſ.fidei, lib.*4.*c.*22.*n.*7. ex Gloſſ. *in c.Cyprianus.verb. tutorem*,21.*qu.*3.*& in cap.Peruenit.verb.tutelas,d.*86. Et quanuis ex lege duodecim tabularum,ij,quibus tutor non eſt datus

19. *Tutores legitimi ſunt agnati.*

per teſtamentum, tutores habeant ipſos agnatos, id eſt, eos, qui per virilis ſexus cognationem coniuncti ſunt, & quaſi à patre connati, vt frater, & fratris

fratris filins, ant nepos ex fratre; & parruus, & pattui filius, aur nepos ex co; iique dicantur tutores legitimi, *Inſtit.* §. 1. *&* 2. *de legit. agnat. tutelin*; & qui primo loco deberet ſuccedere patri ab ireſtato, hic teneatur ſecundùm leges rutelam ſuſcipeie, vt notat Sylu. *verb. tutela, num.* 1. hi tamen ipſi agnati liberi ſunt, & immunes ab hac tutela legitima ſuſcipienda, ſi ſint Clerici.

20. *Quomodo Eccleſiaſtici poſſint ſuſcipere tutelas, aut curas, ſi ſponte velint.* Imò, non ſolùm omues Clerici ſunt immunes ab hac tutela, nec poſſunt inuiri ad illam cogi; ſed eorum aliqui, etiam poſitiuè videntur prohiberi, ne illam ſuſcipiant, vt patet *ex Auth. De ſanctiſſimis Epiſcopis.* §. *Deo antem amabiles.* vbi de Epiſcopis, & Monachis expreſsè dicitur, quòd ex nulla lege tutores, aut curatores fieri permitti debent: Presbyteros autem, & Diaconos, & Subdiaconos iure tantùm, aut lege cognationis permitti, vt illam ſuſcipiant; dummodo tamen intra quatuor menſes, ex quo ad illam vocati ſunt, apud competentem aliquem Iudicem ſcripto declarent, ſe talem adminiſtrationem ſponte ſuſcipere. Sed in contratium, quòd etiam Epiſcopi, & Monachi tutelam legitimam poſſint ſuſcipere, ſi velint; facit ex iure canonico *cap. Peruenit. d.* 86. *cit.* vbi ex Concilio Chalcedonenſi generaliter ſtatuitur, vt nemo ex iis, qui in Clero connumerantur, ſiue ſit Epiſcopus, ſiue Clericus, ſiue Monachus, ſæcularibus procurationibus ſeſe immiſceat, niſi fortè ad minorum ætatum tutelas, ſiue curationes legibus inexcuſabiles attrahantur, aut ipſe Epiſcopus rerum eccleſiaſticarum, vel orphanorum, ac viduarum, quæ indefenſæ ſint, & earum perſonarum, quæ maximè indigent eccleſiaſtico adminiculo propter Dei timorem, iis commiſerit gubernacula. Et cùm hoc loco etiam Epiſcopis, & Monachis, iiſque omnibus, qui in Clero connumerantur, vniuerſaliter permittatur tutelæ, & curæ ſuſceptio, quando ad illam inexcuſabiles legibus attrahuntur, vel quando propter Dei timorem ab Epiſcopis, & Prælaris ita illis imponitur ad defenſionem, & bonum miſerabilium perſonarum, rectè dicitur per hoc capitulum eſſe derogatum *Auth. ubi cit. De ſanctiſſimis Epiſcopis*, vt notat Gloſ. *in cap. Peruenit. cit. verb. tutelas. d.* 86. & Sylu. *verb. tutela, num.* 3. Vnde, quod habet eadem Gloſſa *in cap. Generaliter. verb. Monachos.* 16. *quæſt.* 1. Epiſcopis, & Monachis eſſe interdictam tutelam, & curam: quia *cap. Epiſcopus.* 2. 3. *&* 4. *diſt.* 88. ex Concilio Carthaginenſi IV. dicitur, quòd Epiſcopus tuitionem teſtamentorum, & curam rei familiaris non ſuſcipiat, & gubernationem viduarum, & pupillorum, & peregrinorum non agat per ſe ipſum, ſed per Archipreſbyterum, aut per Archidiaconum: & *cap. De præſentium.* 16. *quæſt.* 1. de Monachis dicitur, quòd non debent fieri defenſores, id eſt, Iudices, Aduocati, aut Procuratores ſæcularium negotiorũ, vt exponit ibi Gloſ. *verb. defenſor*, Et *cap. Monachi. eadem cauſa, & quæſt.* iidem Monachi prohibentur fieri Aduocati, & Procuratores, niſi pro vtilitate Monaſterij, & Abbate imperante: hoc, inquam, totum vel intelligitur de procuratione negotiorũ, & rerum alienarum, & merè ſæcularium, vel de tutela, & cura ſolùm datiua, quæ generaliter non permittitur Clericis, vt notat Syluest. *verb. Clericus,* 3. *n.* 1. *& verb. tutela, n.* 3. vel etiam de teſtamentaria, quæ ſimiliter illis prohibetur, *cap. Cyprianus.* 21. *quæſt.* 3. & Gloſ. *ibidem, verb tutorem*, & Sylu *verb. tutela, num.* 3. *cit.* non autem de tutela, aut cura legitima, quæ abſolutè, & ſimpliciter eſt illis permiſſa, *cap. Peruenit. cit. diſt.* 86. neque dedecet ſtatum clericalem, cùm ſit officium pium, vt notat Panorm. *in cap. Non minùs. num.* 15. *de immunit. Eccleſ.* & aliquando eſt debita propter Dei timorem, vt *ibi* notat Gloſ. *verb. Peruenit.* & quando Epiſcopus ita iubet in bonum viduarum, & pupillorum, aut perſonarum miſerabilium; quanquam Monachi non debeant illam ſuſcipere, niſi de licentia ſuorum Prælatorum, *cap Monachi.* 56. *quæſt.* 1. etiam pro perſonis miſerabilibus, & Epiſcopi non debeant exercere illam per ſe, ſed per Archipreſbyterum, aut Archidiaconum, vt iam diximus *ex cap. Epiſcopus. d.* 88. & notat Sylu. *verb. tutela, num.* 3. *cit.*

Atque ex his, quæ diximus de ſuſcipienda, & exercenda tutela, & cura per Clericos, & perſonas eccleſiaſticas, poteſt intelligi, quid ſit dicendum etiam de exercendo munere Aduocati, aut Procuratoris: nam non ſolùm *cap. Peruenit. cit. diſt.* 86. ex Concilio Chalcedonenſi generaliter prohibentur Epiſcopi, Clerici, & Monachi, & qui in Clero connumerantur, cauſas ſæculares ſuſcipere, aut ſæcularibus procurationibus ſe immiſcere: & *c. Peruenit.* & *cap. Credo. & ſeq.* 21. *q.* 3. ex Conc. Chalcedonenſi, ne ij, qui in Clero connumerantur, vel annexi ſunt Clero, ſæcularium procurationes ſuſcipiant, vt etiam notat Mayolus *de irregular. lib.* 2. *cap.* 5. *num.* 14. ſed etiam ex Concilio Lateranenſi, *cap. Clerici.* & *cap. Cùm Sacerdotis. de poſtulando*, ſpecialiter prohibentur, qui ſunt conſtituti in ſacris, vel qui in minoribus Ordinibus ſuſtentantur ſtipendiis eccleſiaſticis, coram Iudice ſæculari eſſe Aduocati, aut Procuratores in cauſis, & negotiis ſæcularibus, niſi proſequantur propriam cauſam, vel ſuæ Eccleſiæ, vel perſonarum miſerabilium, quæ proprias cauſas adminiſtrare non poſſunt, vel etiam perſonarum ſibi coniunctarum: quod ferè idem de Canonicis regularibus, & de Monachis etiam habetur *cap. Ex parte.* eò quòd, ſcilicet, ſolùm poſſint eſſe Aduocati, & Procuratores pro vtilitate ſuæ Eccleſiæ, & Monaſterij, & de præcepto ſui Abbatis. 21. *Quomodo Eccleſiaſtici poſſint eſſe Aduocati, aut Procuratores.*

Et rectè Panorm. *in cap. Clerici. cit. de poſtulan.* notat primò, quòd Clerici in minoribus, qui non habent beneficium eccleſiaſticum, non prohibentur patrocinari, etiam in foro ſæculari: quia ibi expreſsè dicitur, ſi ſtipendiis eccleſiaſticis ſuſtententur: & per hoc capitulum rectè declarantur etiam alia, quæ videntur loqui vniuerſaliùs de omnibus. 22. *Religioſi quomodo poſſint eſſe Procuratores, & Aduocati.*

Secundò, eos Clericos, qui ſunt in ſacris, poſſe patrocinari in foro ſæculari pro perſonis miſerabilibus, vel pro negotiis eccleſiaſticis, quæ, ſcilicet, talia ſunt ratione perſonæ, ad quam pertinent; vel ratione rei, de qua agitur; vel ratione delicti; vt, ſi Eccleſia, v. g. conueniat reum de ſacrilegio coram Iudice laïco: & in foro eccleſiaſtico poſſe patrocinari pro negotiis etiam ſæcularibus: quod idem etiam habet Panorm. *in cap. Sacerdotibus. num.* 1. *Ne Clerici, vel Monachi.* ex Hoſtienſi, Ioan. Andr. & aliis, licere, ſcilicet, Clericis patrocinari in cauſis eccleſiaſticis coram Iudice laïco, & in cauſis ſæcularibus coram Iudice eccleſiaſtico. 23. *Clerici in minoribus, & non beneficiati, nõ prohibentur eſſe Procuratores.*

Tertiò, ſi conſtitutus in ſacris non habeat, vnde viuat, licitè poſſe aduocare, & patrocinari in foro ſæculari: quia in tali caſu etiam poteſt ſecundùm canones exercere opus rurale, & artificium aliquod. Et à fortiori, idem eſt de conſtituto in minoribus, ſi non habeat beneficium ſufficiens, vt etiam notat Redoan. *de ſpol. quæſt.* 2. *num.* 19. & Farinac. *in Fragm. criminal. part.* 1. *verb. Clericus, n.* 202. 24. *Clerici, etiã in ſacris, poſſunt eſſe Procuratores, ſi non habent aliunde, vnde viuant.*

Quartò, in cauſis criminalibus debere omninò abſtinere à parte actoris, ſi petat pœnam ſanguinis; & tutiùs facere, ſi etiam abſtineat à parte ipſius rei, eum defendendo, cùm ſit periculum, ne culpa ſua 25. *Debent tamẽ abſtinere in criminalibus.*

cadat

cadat à cauſa, eíque imputetur incurſio pœnæ, quam faciet reus.

26. *In vno, aut altero negotio non prohibentur patrocinari.*

Quintò, quod dicitur, non poſſe Clericus eſſe Procurator laïcorum in foro ſæculari, noo intelligitur de voo, aut altero negotio, quod fortè pro illis gerit ex amicitia, & charitate; noo autem ex cupiditate, & lucro: ſed de Procuratore generali, & qui ſit ad omnia negotia, vt notat Innocentius *in cap. Magnus. num. 4. de oblig. ad ratioc. & in cap. Sacerdotibus. Ne Clerici, vel Monachi.* & ex illo Panorm. *ibidem, num. 2.* & Maiol. *lib. 2. de irregular. cap. 5. num. 14. cit.* & ſimiliter non intelligitur in foro eccleſiaſtico, cùm hoc nullo iure prohibeatur Clericis, vt notat Panorm *num. 2. cit.* & etiam Archiepiſcopus Arelatenſis *cap. Per venerabilem. qui filij ſint legitimi*, dicatur coram Papa procuraſſe pro nobili laico negotium merè ſæculare, id eſt, legitimationem filiorum; neque id reptehendatur. Plura de hac re, & quomodo Clerici, aut Religioſi poſſint, aut non poſſint eſſe Procuratores, & Aduocati, poſſunt videri apud Sayr. *lib. 2. clau. reg. c. 22.*

27. *Quomodo Eccleſiaſtici prohibeantur eſſe miniſtri, aut famuli laïcorum.*

Sextò, quod dicitur *cap. Sacerdotibus. cit. Ne Clerici, vel Monachi.* Sacerdotes, & Clericos oon debere fieri miniſtros laïcorum, nec in rebus eorum Procuratores, ſolùm intelligitur de iis Clericis, qui ſint conſtituti in ſacris, vel beneficiati, vt notat ibi Panorm. & per miniſtros intelliguntur ſeruitores, & famuli; & per Procuratores intelliguntur etiam factores, & geſtores negotiorum extra iudicium, vt idem ſubdit: & à fortiori, neque etiam debent vices gerere ipſius Principis, aut ciuitatis in adminiſtranda iuſtitia, aut iuriſdictione temporali: id enim ſub pœna depoſitionis expreſsè prohibetur ex Concilio Toletano IV. *cap. Sæpè Principes. 23. quæſt. 8.* vt notat Maiolus *de irregular. lib. 2. c. 5. num. 15.* quod idem ex Concilio Lateranenſi ſub eadem pœna depoſitionis, etiam prohibetur, *cap. Sed nec. Ne Clerici, vel Monachi.* Ex quo textu colligit ibi Paoorm. *num. 7.* non poſſe Clericum pro Principe laïco habere vllum officiom exercendæ iuſtitiæ; & ideò nec poſſe eſſe Viceregem, aut Vicecomitem, vel Locumtenentem Principis ſæcularis, nec habere ſub ſua cura aliquam ciuitatem; quanuis poſſit eſſe Conſiliarius; idque poſſit competere etiam Prælatis, Epiſcopis, & Cardinalibus, pro bono, ac prudenti regimine, & admioiſtratione Reipublicæ, & pro condendis legibus, etiam cum pœna vltimi ſupplicij, vt notat Diaz *in praxi canonica, cap. 56.* & alij apud Maiolum *de irregular. lib. 2. cap. 15. num. 15. & 16.* & apud Henriquez *lib. 14. cap. 12. num. 6.*

28. *Cardinales non poſſunt eſſe Proreges, ſed ſolùm Conſiliarij Principum laïcorum.*

Verùm, quoad gerēda negotia temporalia Principum, citra adminiſtrationem iuſtitiæ, & præſertim in cauſa ſanguinis, in contrarium videtur eſſe communis vſus totius Curiæ, cùm nullus ferè ſit ex nobilibus, aut Principibus laicis, quibus aliquis Sacerdos non famuletur, etiam in cura, & adminiſtratione domus, & rei familiaris; & ex Nauarr. *conſ. 4. de peculio Clericorum, num. 4. lib. 3.* iure communi declarato in vrbe, & vſitato, conſuetudine Curiæ, ſunt licita Clericis negotia Regum, & aliorum, per quæ ſunt eis conſtituta aliqua ſalaria, & honoraria donata; & ideò non eſt, quòd in hac re nouos ſcrupulos iniiciamus; & quod communiter fit in Curia, & in oculis Papæ, à Sacerdotibus, etiam probis, & timoratis, non eſt damnandum.

Si ergo laïci per ſuas leges, aut decreta aliquid ſtatuant circa hæc, & ſimilia munera, aut ooera perſonalia, eáque velint etiam Clericos, & Eccleſiaſticos obligare, facilè poteſt ex his, quæ diximus colligi, quomodo hæ leges, aut decreta, ſint valida, aut inualida; & quomodo repugnent, aut non repugnent immunitati eccleſiaſticæ: quod ſolùm hoc loco intendimus.

29. *Eccleſiaſtici non tenentur ad onera mixta.*

Et quod dicimus de oneribus merè perſonalibus, quæ pertractantur ſola animi prouiſione, & corporalis laboris inteotione, *l. Munerum. ff. de muner. & honor.* potiori ratione debet intelligi de muneribus mixtis, *l. fin. §. Miſta. ff. de muner. & honor.* & notat Alter. *de cenſuris, diſp. 19 lib. 5. cap. 1. §. Eodem modo.* Et ratio eſt: quia, ſi ſunt exempti, tam ſecundùm ſe, quàm ſecundùm bona, omninò implicat, vt ſint ſubiecti ſimul ſecundùm vtraque, ſicut requiritur ad hoc, vt teneantur ad onera miſta.

30. *Eccleſiaſtici in ſuſcipiendis, & exercendis muneribus, etiam poſſunt adhibere iuramenta, & alias ſolennitates in foro laico.*

In his verò omnibus muneribus, aut oneribus, quæ poſſunt licitè ſuſcipi, & exerceri à Clericis, etiam poſſunt licitè adhiberi iuramenta, & aliæ omnes ſolennitates, quæ ad illa ſunt neceſſariæ, vel conuenientes: ſic enim ex Innoc. *in cap. primum, de iuram. calumniæ, num. 2.* & Hoſtienſ. *ibidem, num. 2. & 3.* eo ipſo, quòd Clericus habet licentiam à ſuo Prælato, vt in foro laico ſit Procurator, vel Aduocatus; etiam habet licentiam, vt faciat omnia, quæ ſunt neceſſaria, vel vtilia procurationi, aut aduocationi; & per conſequens, vt poſſit in foro laico iurare de calumnia: quanuis alioqui *cap. illo primo* abſolutè prohibeatur, ne Epiſcopi iurent de calumnia ſine licentia Papæ; & oe alij Clerici iurent ſine licentia ſui Prælati. Atque hoc eſt multò rationabilius, quàm oppoſitum, quod haber Panorm. *in cap. primum, citat. de iurament. calumnia, num. 20.* quòd præter licentiam procurandi, vel aduocādi, adhuc ſit opus ſpeciali licentia etiam iurandi: nam contrà eſt: quia, vt notat idem Innocentius *in cap. Præterea. num. 1. de off. Iudic. delegati*, communiter permiſſo, vel conceſſo aliquo principali, intelligitur conceſſum, & permiſſum, etiam acceſſorium, *cap. Quo iure. d. 8. & cap. Si Monachus. 16. quæſt. 5. & l. 2. ff. de iuriſd. omnium Iudic.* & pluribus aliis iuribus, tam ciuilibus, quàm canonicis: ſicut & è contrà prohibito aliquo, etiam intelligitur prohibitum id, per quod peruenitur ad illud, vt, v. g. prohibito matrimonio intelliguntur prohibita etiam ſponſalia, *l. Oratio. ff. de ſponſalibus*, & notat Gloſſ. *in l. Si vt certo. §. fin. verſ. Et ait. ff. commodati.*

Atque ex hoc principio non ante multos dies reſpondimus pro quodam Sacerdote, qui ex Breoi pontificio habebat expreſſam, & ſpecialem licentiam, vt poſſet eſſe Aduocatus in foro laico, & vt faceret omoia, quæ legitimè faciunt alij cauſarum Patroni, & Aduocati: reſpondimus, inquam, licitè poſſe ab illo Neapoli quotannis iuramentum præſtari Præſidi conſilij Regij, quòd ipſe non eſſet ſuſcepturus cauſas, niſi iuſtas, & ſolùm iuſtè illas eſſet proſecuturus, & quòd plura alia eſſet facturus, quæ ſpecialiter eſſent præſcripta in quadam conſtitotione regia, per quam tale iurameotum ab Aduocatis præſtandum præcipiebatur: nam, quanuis *cap. Nullus. 22. quæſt. 5.* generaliter prohibeatur, ne quis ex ordine eccleſiaſtico cuiqoam laico quidquam iuret; & *cap. 1 cit. de iuram. calumniæ*, ſpecialiter prohibeatur Epiſcopis, ne iurent de calumnia ſine licentia Papæ; & omnibus aliis Clericis, ne iurent ſine licentia ſui Prælati: id tamen communiter à Doctoribus multipliciter limitatur: vt, v. g. quòd non ſit verum, ſi ſit iurandum in contractibus, vt notat Hoſtienſ. *in cap. primum, cit. de iuram. calum. num. 3.* Innoc. *num. 1.* & alij apud Panorm. *num. 17.* neque, ſi ſit iurandum alicui, non tanquàm ſuperiori, vt notat Sylueſt. *iuramentum, 2. quæſt. 3.* & Suar. *lib. 1. de iuram. c. 14. num. 10.* neque,

31. *Quomodo Eccleſiaſtici poſſint iurare aliquando in foro laico.*

ſi ſit

ſi ſit iurandum in cauſa propria, vt notat Gloſ. *in c.primum, cit. de iuram.cal.verb.criminali.* Hoſtienſ. *num.2.cit.* Azor.*par.1.lib.11.cap.11.q.12.*& patet *ex cap. Caterùm.* & *cap fin. eodem tit.* vbi præcipitur omnibus Clericis,& Epiſcopis,vt in propriis cauſis iurent de calumnia;& omnibus datur geoetalis licentia iurandi;& oon tam corrigitur, quàm impletur *cap. primum*, quod omnibus prohibebat iurari ſine licentia, vt notar Hoſtienſ. *in idem cap.1.num.* 10. Neque ſi is, qui iurat in cauſa aliena, eſt Aduocatus, vel Procurator de licentia ſui Prælati, vt notat Innoc. *n.2.& 3.* Neque denique, ſi conſuetudo alicubi ſit ioducta,vt iuretur ſine licentia.

Et hæ omnes limitationes viſæ ſunt facere ad caſum iam dictum de iuramento quotannis præſtando Neapoli per Aduocatos ex conſtitutione regia. Primò enim iuramentum illud benè, & diligenter examinatum viſum eſt eſſe propriè promiſſorium,& verè præſtari quaſi in contractu, qoo Aduocati ſeſe obligant Communitati, ad quam pertinet bonum publicum, & pro illa Præſidi regio, quòd ſuum munus ritè implebunt; & ſimul conſentiunt in certam pœnam pecuniariam,quaſi conuentioealem,ſi promiſſis noo ſtent. Et qua ratione Suar. *in defenſ. fidei ad Regem Angliæ, lib.4.cap.34. num.26.* ooo improbat conuentiones,& concordationes, vel quaſi contractus, quos faciunt Eccleſiaſtici cum Principibus laicis,dum acceptaot eſſe illorum Conſiliarij, vel Officiales;& voluot præterea ab illis mulctari priuatione ipſa officij, & pœna alia pecuniaria, ſi fortè deliqueriot io ipſo officio, vt etiam diecmos *infrà diſp.40.num.5.* eadem ratione non eſt improbandum, ſi promittant, & iureot Communitati, quòd ritè exequentur munus Procuratoris, vel Aduocati; & ſimul conſentiant in certam aliquam pœnam pecuniariam: & hoc iuramentum verè eſt dicendum præſtari, non in iudicio,ſed in contractu.

Deinde ex eodem capite viſum eſt non præſtari tanquam ſuperiori, cùm præſtetur quaſi in contractu:& Communitas,cuio qua ſit contractus,& quæ repræſentatur per Præſidem regium, ex iuris fictione ſit quaſi priuata perſona.

Tertiò, neque præſtatur, niſi in cauſa propria, cùm vnuſquiſque Aduocatus ſolùm de ſe, ſuáque integritate promittat,& iuret.

Quartò, neque præſtatur, niſi ex licentia procurandi,& aduocandi,& facieodi omnia, quæ faciunt alij cauſarum Patroni, & Aduocati,vt iaio diximus ex Breui pontificio ſpecialiter habito.

Et deniqoe omninò præſtatur ex communi conſuetudine; imò & ex lege, & conſtitutione regia, qoæ Neapoli eſt iam recepta: & pro Epiſcopis, vt poſſint iurare noo petita licentia Papæ, eſt etiam conſuetudo iam inducta,& recepta vbique,vt notat Gloſ.*in cap.1.cit.verb. inconſultò.de iuram.calumniæ.* & Panorm. *ibid.n.16.& 19.* & pro aliis Clericis ſimiliter eſt ioducta, & recepta, vt ſaltem iurent in propriis cauſis, ex eadem Gloſ. *ibidem, verb. criminali*; & Romæ communiter nullus eſt,qui ſit ſollicitus de petenda licentia,ſiue ſit procurandum, & iurandum in cauſa propria, ſiue in aliena.

***

DISPVT. XXXIX.

Vtrùm leges,aut facta laïcorum contra immunitatem eccleſiaſticam excuſentur ſufficienter ratione ignorantiæ, aut publicæ & communis neceſſitatis, aut conſuetudinis iam inductæ.

1. *Ignorantia poteſt excuſare à culpa; non tamen dare validitatem actui, ſi alioqui eſt læſiuus immunitatis.*
2. *Publica, & communis neceſſitas non excuſat à violatione immunitatis.*
3. *Neceſſitas neque tribuit iuriſdictionem, neque tollit,aut minuit exemptionem.*
4. *Iuriſdictio non deuoluitur ad laicos, ſi Eccleſiaſtici non benè illa vtantur.*
5. *Quid poſſint facere laici, ſi omnes Eccleſiaſtici malè ſe gerant.*
6. *Clerici in terris infidelium poſſunt conueniri coram Iudice laico.*
7. *Conſuetudo non poteſt excuſare à violatione immunitatis.*
8. *Etiamſi ſit conſuetudo immemorialis.*
9. *Contra immunitatem eccleſiaſticam non poteſt induci,aut valere conſuetudo.*
10. *Qui ſeruant conſuetudines contra libertatem Eccleſiæ,ſunt excommunicati.*
11. *Quomodo conſuetudo abroget legem.*
12. *Ad inducendam conſuetudinem poteſt ſufficere conſenſus legalis ipſius Principis.*
13. *Conſuetudo quomodocunque inducta contra immunitatem,poteſt reuocari à Papa.*
14. *Clericus ſeditioſus quomodo à laicis poſſit expelli de ciuitate.*
15. *Clericus deprehenſus cum armis,quomodo à laïcis poſſit illis ſpoliari.*
16. *Clericus deprehenſus in crimine, quomodo poſſit capi per Curiam ſæcularem.*
17. *Clericus quomodo ſecundùm aliquos poſſit puniri à laico de crimine læſæ maieſtatis.*

MVLTA ſunt capita, ex quibus laïci ſuas leges, ſuáque facta ſolent excuſare, quando in aliquo deprehenduntur eſſe contra immunitatem, aut libertatem eccleſiaſticam, de quibus fusè Suar. *in defenſ. fidei, lib.4. cap.34.* Azor.*part.1.lib.5.cap. 13.& 14.* Henriquez *lib.14.cap.12.num.6.verſus finem*,& alij.

Nam primò,afferre poſſunt igoorantiam,ſiue facti,ſiue iuris, vt,v.g.ſi dicant, ignoraſſe ſe,hanc,vel illam perſonam eſſe eccleſiaſticam; vel noo aduertiſſe,quòd hæc, aut illa actio eſſet læſiua immunitatis,ſi præſertim ſit res plaoè dubia, & in opinionibus poſita inter Doctores. Et quidem, ſi loquamur de ignorantia facti,non eſt negandum, quòd poſſit aliquando, etiam io materia immonitatis, eiúſque violationis, eſſe inuincibilis, & excuſare à culpa ipſum operantem, cùm hæc ſit excuſatio generalis in omnibus crimioibus, imò & in omnibus actionibus voluntariis,cùm impoſſibile ſit, vt ſecundùm eam rationem, ſecundùm quam aliquid eſt ignoratum inuincibiliter,ſit culpabile,aut voluntarium,vt patet ex dictis *ſuprà* de voluntario,& de ignorantia in vniuerſum. Nunquã tamen,quod hac ratioo eſt factum ex ignorantia, poterit ratione ignorantiæ eſſe validum, ſi alioqui factum ſcienter eſt inualidum,cùm ignorantia ipſius operantis nuoquam tribuat iuriſdictionem,vt notat Suar.*lib.4.c.34.cit.n.2.*

1. *Ignorantia poteſt excuſare à culpa, non tamẽ dare validitatẽ actui, ſi alioqui eſt læſiuus immunitatis.*

Et idem eſt de ignorantia Iuris, ſi etiam hæc in operante ſit inoincibilis:vt ſi ignoret, v.g.hoc,vel Illud ius,quod facit immunitatem;quanquam hæc, quoad forum conſcientiæ, vix poteſt accidete in viro Principe, aut adminiſtratore Communitatis, & quoad fotum exterius nullo modo admittitur, vt *alibi* diximus.

Si verò hæc Ignorantia iutis non oriatur per accidens ex parte operantis,ſed per ſe ex tei ipſius difficultate, quæ fundat dubietatem,& opinionum diuerſitatem ioter Doctores, neque hæc dubietas poſſit cerrò determinari ex ſacris Canonibus; lieitè poteſt recurri etiam in materia immunitatis ad tegulas *alibi* traditas, dum ageremus de conſcientia,circa delectum opinioois probabilis:quanquam eſt obſeruandum ſpecialiter in fauorem religionis, vr ſemper, cæteris paribus, potiùs amplietur,quàm reſtringatur immunitas, & exemptio, vr ſubdit Suar.*in defenſ.fidei,lib.4.cap.34.cit.num.4.in fine*.

Atque hoc modo, cùm inter Doctores ſit cootrouerſum, vtrùm cauſa poſſeſſoria de re ſpirituali ſit temporalis, & poſſit cognoſci,& terminari per Iudicem laicum,vt videre eſt apud Panorm.*in cap. Literas.de iuram.calumniæ*, & apud Couarr. *in qu. practic.cap.35.num.1.* & apud Azor. *part.1. lib.5.c. 14.quæſt.1.* rectè tamen Couarr. & Azor. eam partem amplectuntur, quæ magis fauet immunitati, vt,ſcilicet,non poſſit cognoſci per laicum, ſaltem quando agitur contra Clericum,& reus conuentus eſt ipſe Clericus, in quem Iudex laïcus non habet iuriſdictionem; noo autem eſt laïcus,cui licitè poteſt ius dicere,& iuſtitiam adminiſtrare.

2.
Publica, & communis neceſſitas non excuſat à violatione immunitatis.

Deinde ad excuſandam violationem immunitatis afferre ſolent communem aliquam, aut publicam neceſſitatem;in eo,ſcilicet, caſu,io quo publicum bonum graue aliquod damnum ſit paſſurum, niſi etiam Eccleſiaſtici ad illud cooperentur; ſiue contribuendo aliquid per modum tributi; ſiue cedendo priuilegio fori, ſéque ſubiiciendo iuriſdictioni,& poteſtati laicorum, iiſque parendo.Et abſolutè,in tali caſu id eſſe licitum,pugnaciter defendunt apud Azor.*part.1.lib.5.cap.14.quæſt.2.* aliqui recenriores,ſecuti Couarr. *in quæſt.practic. cap.35.* oam hac ratione, ioquiunt, *cap. Peruenit.de immunit. Eccleſ.* generaliter ſtatuitur,vt tempore magoæ neceſſitatis nullus ex Clericis excuſetur à cuſtodia murorum, & à vigiliis; ſed omnes vigilent ſucceſſiuè, & per vices, vt ciuitas meliùs cuſtodiatur: quia,ſcilicet, in neceſſitate ceſſat priuilegium; & quod omnes tangit,ab omnibus præcaueri debet, vt loquitur ibi Gloſſ.neqoe vllum eſt priuilegium, quod intelligi debeat eſſe conceſſum contra communem & publicam neceſſitatem;neque eſſet conceſſum ratiooabiliter,ſi tali modo eſſet conceſſum: & cùm de neceſſitate dicatur communiter, quòd cateat lege, & ſit ſoluta omnibus legibus; etiam caret lege immuoitatis, & etiam ab illa eſt ſoluta, & libera.

Neque ſolùm id videtur poſſe accidere io muneribus, & oneribus perſonalibus;ſed etiam in iudiciis: ſiquidem *cap.Filiis,vel nepotibus.16.quæſt.7.* ex quodam Concilio Toletano ſtatuitur, vt,ſi qois ex miniſtris Eccleſiæ illam defraudet, deferatur pro correctioue ad Epiſcopum:& Epiſcopus, ſi talia agat,deferatur ad Metropolitanum, & Metropolitanus ad Regem; vt, ſcilicet, etiam hic eum corrigat,quando per alium Iudicem eccleſiaſticum cogi non poteſt, vt ootat ibi Gloſſ. *verb. Regi.* & *cap.Petimus.11.quæſt.1.* Et Concilio Carthaginenſi III. ſtatuitur, vt contra Epiſcopum, qui plebem inuadit, & admonitus non deſiſtit, recurratur ad Rectorem Prouinciæ;idque dicitur fieri neceſſitate ipſa cogente, & per hoc non fieri iniuria ipſi Epiſcopo, cùm iam ſit admonitus:& plura alia his ſimilia poſſunt afferri ex ſacris Canonibus, vt videre eſt apud Azor. *part.1.lib.5.cap.14.quæſt.2.cit.* & aliqua etiam *ſuprà* attulimus *diſp.33.num.18.*

Verùm hæc etiam excuſatio ex publica,& communi neceſſitate eſt inſufficiens. Probatur ex eo: quia neceſſitas,quantùm eſt ex ſe,neque laïcis tribuit ſuperioritatem, aut poteſtatem, vel iuriſdictionem in Clericos,neque Clericis adimit exemptiooem à laïcis;ſed ſolùm facit,vt Clerici ipſi ex alio capite, quàm ex obligatione ſubiectionis, teoeantur illi ſuccurrere, & ſolùm à ſuis Prælatis poſſint cogi ad ſuccurrendum;non autem à laïcis: & ſi omittaot ſuccurrere, peccent quidem contra publicam charitatem,aut pietatem,v.g.in patriam; & contra obedientiam erga ſuos Prælatos, ſi ſpecialiter id præcipiant; non autem peccent contra obedientiam erga Principes laïcos, ſi etiam ipſi ex præteoſa, aut vſurpata iuriſdictione idem præcipiant.Nam,quemadmodum quæcunque oeceſſitas, etiam maxima,& vrgentiſſima, non extendit iuriſdictionem Principis extra ciuitatem,prouinciam, aut regnum, & ad noo ſubditos; oeque facit, vt etiam illis poſſit præcipere,eóſqoe cogere pro poteſtate,& imperio, etiam in caſu, quo illi alioqui teneantur facere aliquid ex communi præcepto naturalis charitatis:ita neque extendit iuriſdictionem laicorum ad Clericos, qui reſpectu illorum ſunt verè non ſubditi,& iis æquiparantur, qui planè ſunt extra totam ditionem,& poteſtatem illorum.

3.
Neceſſitas neque tribuit iuriſdictionē, neque tollit.

Quod etiam poteſt ſatis haberi ex ipſis textibus, qui afferuntur in contrarium, ſi benè attendantur:nam *cap.Peruenit. de immunitate Eccleſ.cit.* ſtatuitur quidem, vt tempore magnæ neceſſitatis omnes teneantut ad murorum cuſtodiam;& ne ipſi etiam Clerici eximaotur; non tamen ſtatuitur, vt omnes poſſint cogi à laïcis:ſed Clerici ſuot tantùm cogendi à ſuis Prælatis;& ideò non cuicunque, ſed Archiepiſcopo ibi mandatur, vt non permittat aliquem excuſari. Et quod aſſerit ibi Gloſſa, ceſſare priuilegium in neceſſitate, non eſt intelligendum de ceſſatione ſimpliciter, & in ordine ad laïcos; ſed ſolùm de ceſſatione ſecundùm quid,& in ordine ad Prælatos eccleſiaſticos: & veriſſimum eſt, quòd ab omnibus præcaoeri id debet,quod omnes tangit;quia reuerà omnes tenentur:& quòd priuilegium non eſſet conceſſum rationabiliter, ſi eſſet contra caſum oeceſſitatis:& quòd neceſſitas careat lege, quæ abſolutè prohibeat illi ſuccurri. Ex his tamen omnibus,aut ſimilibus non probatur, quòd neceſſitas adimat Clericis immunitatem,& tribuat laïcis iuriſdictionem; & ideò poſſint tali neceſſitate vrgente præcipere Clericis,eóſque cogere pro ſua poteſtate, ſiue ad onera realia, & ad tributa ſoluenda; ſiue ad onera perſoualia, aut quæcuoque.

4.
Iuriſdictio nō deuoluitur ad laicos, ſi Eccleſiaſtici non benè illa vtantur.

Et idem eſt etiam io iudiciis: neque enim laïci acquirunt iuriſdictionem in Clericos ex eo, quòd Iudices eccleſiaſtici fortaſſe illos oon puniant,aut aliter in adminiſtranda iuſtitia malè ſe geraot. Et quemadmodum,ſi Iudex,aut Princeps laicus,etiam ſupremus,malè ſe gereret in adminiſtranda iuſtitia ſuis ſubditis:non propterea iuriſdictio deuolueretur, aut acquireretur alicui priuato ex ipſis ſubditis,vel alicui tertio extra totam ditionem, & imperium Principis:ita neque ex eo, quòd fortè malè ſe gerant Iudiees eccleſiaſtiei, deuoluitur iuriſdictio

ctio ad Principes laïcos, qui in ordine ad Clericos ſe habent tanquàm priuati, aut tanquam extra totam ditionem, & regnum Eccleſiæ.

Neque vrgent, quæ afferuntur ex ſacris Caoonibus, *cap. Filius, vel nepotibus. 16. quæſt. 7. cap. Petimus. 11. quæſt. 1.* & ſimilibus, vt fusè explicat Suar. *in defenſ. fidei, lib. 4. c. 34. n. 40. §. Circa hanc autẽ ſententiam.* vel eſſim ex illis abſolutè non habetur, quòd laici, etiam vrgente neceſſitate quacunque, poſſint pro poteſtate corrigere Clericos, & exercere in illos iuriſdictionem; ſed ſolùm, quòd poſſint humiliter, & modeſtè monere, vel alio modo iuuare, vt Iudices, & Prælati eccleſiaſtici eos corrigant, & benè ſe gerant; vel, ſi quid tale ex illis habetur, dici debet eſſe id poſteà reuocatum per alios Canones contrarios, vt *ſuprà* diximus *diſp. 33. num. 18.* ex Panorm. *in cap. Qualiter, & quando. num. 7. de iudic.* Ioan. Andr. & aliis, & reuocari quotannis *in Bulla Cœna.*

5\. *Quid poſſint facere laici, ſi omnes Eccleſiaſtici malè ſe gerant.* Quòd ſi quæras, quid ſit agendum à Principe laïco, ſi fortè contingat neceſſitas, vt etiam Clerici debeant concurrere, & cooperari ad bonum commune, neque poſſint propter anguſtias temporis, aut propter loci diſtantiam adiri Soperiores, & Prælati eccleſiaſtici, qui eos cogant pro poteſtate, vel etiam, (quod peius eſt,) ſi conting-t, vt ipſi Superiores, & Prælati, etiam ſupremi, id totum negligant, & eorum culpa grauem iacturam patiatur reſpublica: Reſpondeo cum Suar. *in defenſ. fidei, lib. 4. cap. 34. num. 6. & 7.* & Azor. *par. 1. lib. 5. c. 14 quæſt. 6.* & aliis *ſuprà* citatis *diſp. 33. n. 18.* non per modum iuriſdictioois, & ſuperioritatis, quam habeat, vel acquirat Princeps laicus, ratione neceſſitatis in Eccleſiaſticos; ſed per modum iuſtæ, & rationabilis defenſionis, quæ poteſt competere etiam vnicuique priuato, poſſe id totum facere, quod dictauerit recta ratio eſſe neceſſarium, & faciendum: quod eoim iure naturæ eſt licitum vnicuique priuato, vt poſſit ſe tueri contra aggreſſores, neque in hoc committat culpam, ſi ſeruet moderamen inculpatæ tutelæ, & vt non incidat in ſententiam Canonis, aut vllam aliam cenſuram, vel pœnam eccleſiaſticam, ſi fortè talis aggreſſor ſit Clericos; non eſt negandum reipublicæ, aut Principi laïco; & licitè poteſt in caſu neceſſitatis, etiam hic ſe defendere contra quoſcunque, neque proptereà eſt damnandus violatæ immunitatis eccleſiaſticæ, dummodo reuerà ſit caſus neceſſitatis, & in nullo excedantur limites defenſionis, vt etiam *ſuprà* diximus *diſp. 33. n. 18.*

6\. *Clerici in terris infidelium poſſunt conueniri coram Iudice laico.* Et ad hoc idem principium iuris naturæ de ſe defendendo contra aggreſſores, reducit Suar. *in defenſ. fidei, lib. 4 cap. 34. num. 9.* quod ex ſententia aliorum diximus *ſuprà, diſp. 35. num. 10.* de iis Clericis, qui fortè degunt in terris infidelium, & vbi nulli ſunt Iudices, aut Prælati eccleſiaſtici, coram quibus poſſint conueniri: licitè enim poſſuot conueniri coram Iudice laïco; quia hic ipſe poteſt eſſe modus ſuauior ad ſe defendendum contra illos, ſuúmque ius conſeruandum, aut recuperandum; cùm præſertim in illis terris nulla ſint iura immunitatis eccleſiaſticæ, iiſque Iudices verè habeant iuriſdictionem in omnes degentes in territorio quoad cauſas merè temporalca; neque permittatur etiam Papa conſtituere ibi Iudices, qui dicant ius contra Clericos, & liberè poſſint adminiſtrare iuſtitiam; & ideò in tali caſu licitè poteſt id fieri, quod dictat recta ratio, vt etiam notat Azor. *par. 1. lib. 5. cap. 14. quæſt. 2. verſ. Quid, ſi Clerici.*

7\. *Conſuetudo non poteſt excuſare à violatione immunitatis.* Denique pro excuſanda violatione immunitatis eccleſiaſticæ, ſiue per aliquam legem, ſiue per aliquod factum, ſæpè affertur conſuetudo, quæ ſic viget in aliquibus locis, non quidem generalis, vt pro omoibus cauſis poſſint omnes Eccleſiaſtici iudicari à laicis; ſed particularis, vt ſolùm pro aliquibus caſibus, & in aliquibus cauſis, & aliqui Eccleſiaſtici, v. g. in minoribus tantùm Ordinibus conſtituti, poſſint iudicari, vt notat Couar. *in pract. quæſt. c. 31. n. 5.* & Iul. Clar. *in pract. crimin. q. 36.* & plures caſus huiuſmodi violationis pro diuerſis prouinciis, aut regnis, qoi ab aliquibus Doctoribus maximè excuſantur, & defenduntur, ratione conſuetudinis ibi inductæ, & receptæ, poſſunt videri apud Suar. *in defenſ. fidei, lib. 4. cap. 34. num. 10. & 11.* & apud Azor. *part. 1. lib. 5. c. 13. & 14.* & apud Henriquez *lib. 14. c. 12. num. 6.*

Verùm, quòd hæc etiam excuſatio ſit inſufficiẽs, probatur ex eo: quia conſuetudo nihil poteſt operari in ſpiritualibus; neque laicum, qui eſt incapax poteſtatis ſpiritualis in res, aut perſonas Deo dicatas, poteſt facere capacem, vt notat Panorm. *in cap. Quiſquis. n. 3. de elect.* & *in cap. Quanto. n. 2. de conſuet.* & quod per legem non poteſt fieri, neqoe etiam poteſt induci per conſuetudinẽ, ex eodem Panorm. *in cap. Clerici. n. 3. de iudic.* & Dec. *ibid. n. 35.* Et in re præſenti ratio magis propria, & proxima, illa eſt: quia frequentata tranſgreſſio, & violatio immunitatis, neque poteſt tribuere laïcis iuriſdictionem ad eam vlteriùs tranſgrediendam, neque Clericis poteſt adimere, aut minuere illius priuilegium: & ideò, ſi conſuetudo ſit inducta ſolùm ex actibus, qui verè fuerint contra immunitatem, & vera illius tranſgreſſio; impoſſibile eſt, vt tribuat facultatem licitè continuandi ſimiles actus; &, vt poſſint ratione illius excuſari tranſgreſſiones, & actus ſubſequentes: ſic enim etiam contingit vniuerſaliter in quauis alia corruptela, aut peccandi frequentia, quæ nunquam excuſat; imò potiùs magis accuſat, aut damnat peccata ſequentia. Et idem eſt, ſi talis conſuetudo ſit inducta ex actibus, qui materialiter, & per ſe fuerint trãſgreſſio immunitatis; ſed ex accidente caruerint malitia trãſgreſſionis; vt, v. g. quia fuerint facti bona fide. ex conſcientia errooea, & ex falſa credulitate, quòd non eſſent contra immunitatem: vt enim *paulò antè* diximus *num. 1.* error, vel ignorantia, etiam inuincibilis, ſolùm poteſt excuſare actom à culpa; non autem tribuere illi validitatem, vel in futurum dare iuriſdictionem ad ſimiles actus continuandos, quando iam eſt error detectus, & ſublata ignorantia.

Et ſiue conſuetudo ſit inducta per actus, qui formaliter fuerint tranſgreſſio, & culpabiles; ſiue per illos, qui ex accidente fuerint tales ſolùm materialiter; veriſſimum eſt, quòd non poteſt ſufficienter excuſare in futurum, & dare iuriſdictionem ad ſimiles actus continuandos, etiamſi ponatur eſſe longiſſima, & vltra omnem memoriam, vel immemorialis, cùm tranſgreſſiones, & violationes immunitatis antecedentes quæcunque, ex hoc, quòd ſint plurimæ, & inchoatæ à tempore immemorabili, & ſemper continuatæ per tempus quodcunque longiſſimum, non poſſunt dare iuriſdictionem, & excuſare tranſgreſſiones alias ſubſequentes, vt ex ſe patet; & in caſu præſenti notat Suar. *in defenſ. fidei, lib. 4. cap. 31. num. 17.* & Mar. Alter. *de cenſuris, diſp. 16. lib. 5. cap 2. §. Quòd verò. de conſuetud.* ex Ioan. Andr. Panorm. Dec. & aliis; cùm præſertim laici ſemper maneant incapaces iuriſdictioois ſpiritualis. 8. *Etiamſi ſit conſuetudo immemorialis.*

Et quod dicũt aliqui ex Iuriſtis, eo ipſo, quòd cõſuetudo eſt immemorialis, præſumi honeſtã, & cẽſeri debere habuiſſe ortũ ex priuilegio, vel ex qoocũque alio meliori principio; nõ poteſt admitti in caſu

ptæſenti, in qro ſupponimus conſuetudioem iudicandi, v.g. Clericos pet Indices laïcos, fuiſſe inductam, & continuaram per actus verè illicitos, & tranſgreſſorios eccleſiaſticæ immunitatis: & ideò leges canonicas ſemper illi teſtitiſſe, eámque ſemper reprobaiſſe: & de huinſmodi conſuetudioe reprobata per leges, neque etiam Iuriſtæ admittunt, quòd inducat ptæſumprionem priuilegij, aut principij honeſtioris, vt ſubdit ibi Suat. & alioqui, ſi rationabiliter poſſet præſumi priuilegium, iam ex hoc ipſo priuilegio actus honeſtatenrur: & ex actibus ſic honeſtatis per priuilegium, honeſtaretur conſuetudo; non autem è contrà ex conſuetudine honeſtarentut ipſi actus, & inducetetur ptæſumptio priuilegij, vt in re ſimili habet ibi Suat. *num.* 13. *&* 16.

9. *Contra immunitatem eccleſiaſticã non poteſt induci, aut valere conſuetudo.*

Et abſolutè, quòd nunquam poſſit induci, aut valere conſuetudo cõtra immunitatem, & exemptionem Clericotum, niſi fortè inducatut ex conceſſione, & poteſtate Papæ, expreſsè habet Gloſ. *in cap. Clerici, verb. conſuetudinc. de iudic.* Panorm. *in cap. Cum tanto. num.* 15. *de conſucind.* Couat. *in quæſt. practic. c.* 31. *num* 5. & apud illum Doctotes communiter, Mar. Altet. *de cenſuris, diſp.* 16. *lib.* 5. *cap.* 2. *§. Scd occurris quæſtio.* Azot. *parte* 1. *lib.* 5. *cap.* 13. *quæſt.* 2. *& cap.* 14. *quæſt.* 1. *& cap.* 19. *col.* 155. *initio.* Suar. *de cenſur. diſp.* 2. *ſect.* 3. *num.* 12. *& in defenſ. fidei, lib.* 4. *cap.* 32. *per totum. & cap.* 34. *num.* 12. ex communi ſententia. Et patet: quia *cap. Clerici. cit. de iudic.* expreſsè dicitur, quòd non poteſt conſuetudine introduci, vt Clericus non debeat de omni ctimine coram eccleſiaſtico Indice conueniri: & *cap. Noverit. de ſentent. excommunic.* excommunicantur, qui ſeruari fecerint conſuetudines introductas contra libertatem Eccleſiæ; & omnes Poteſtates, Conſules, Rectores, aut Conſiliarij locorum, in quibus ſeruatæ fnerint; & omnes, qui ſecundùm illas præſumpſeriut iudicare, vel in publicam formam ſcribere iudicata. Et *in Bulla Cœnæ, num.* 15.

10. *Qui ſeruant conſuetudines contra libertatem Eccleſiæ, ſunt excõmunicati.*

excommunicantur, qui prætextu cuiuſuis conſuetudinis aliquid fecerint contra libertatem eccleſiaſticam. Et *num.* 19 ad hoc, vt quis quomodolibet ſe interponat in cauſis ctiminalibus Eccleſiaſticorum, dicitur tequiri ſpecialis, ſpecifica, & expreſſa licentia Sedis apoſtolicæ. Et denique *in fine eiuſdem Bullæ,* expreſsè dicitur, quòd omnibus, & ſingulis, quæ in illa fuerunt præmiſſa, nullatenus poteſt, aut debet in poſterum præiudicari per quoſcunque actus contrarios, tacitos, vel expreſſus, & neque etiam per patientiam, & tolerantiam ipſius Papæ, quantocunque tempore continuatam. Quæ veiba clariſſimè excludunt omnem contrariam conſuetudinem, quæ poſſit induci, etiam per patientiam, & tolerantiam Papæ. Et cùm certum ſit, quòd quando lex ab initio reſiſtit alicui conſuetudini inducendæ, eamque reprobat. vt irrationabilem, & malam, non poteſt poſteà talis conſuetndo ita inualeſcere, vt abroget legem, vt benè explicat Couar. *lib.* 3. *var. cap.* 13. *num.* 4. Sylu. *verb. conſuetudo, num.* 9. *&* 10. Vaſq. 1.2. *diſp.* 177. *num.* 69. niſi fottè poſt huiuſmodi legem ſuperueniat noua cauſa, quæ illam de nouo faciat irrationabilem, vt iidem ſubdunt, nunquam poteſt circa materiam immunitatis induci, aut inualeſcere conſuetudo in fauorem laicorum, cùm illi tam fortiter ab ipſo initio reſiſtat lex, neque vlla poſſit ſuperuenire cauſa de nouo, quæ illam cohoneſtet.

11. *Quomodo cõſuetudo abrogat legem.*

Et confirmatur: quia ex S. Thom. 1.2. *quæſt.* 97. *art.* 3. *ad* 3. & omnibus communitet apud Vaſq. 1.2. *diſp.* 177. *cap.* 2. *num.* 13. ad hoc, vt conſuetudo, quæ eſt lex non ſcripta, poſſit obtinere contra legem ſcriptam; vel debet eſſe inducta à multitudine, penes quam ſit poteſtas condendi leges, & abrogandi; vel ſaltem debet eſſe permiſſa, & tolerata à Principe talem poteſtatem habente: certum autem eſt, quòd laici non habent poteſtatem condendi leges contta ius canonicum de immunitate; & per conſequens neque etiam poſſunt contra illud inducere conſuetudinem. Neque Papa poteſt dici illam permittere, & tolerare, cùm quotannis *in Bulla Cœnæ* grauiſſimè illam damnet, ac reprobet, vt iam diximus.

Et quamuis S. Antonin. *part.* 1. *tit.* 16. *cap. vnico,* §. 2. & Conrad. 1.2. *quæſt.* 97. *art.* 3. aſſeraot, pet conſuetudinem poſſe derogari legi, ſine conſeoſu, & ſcientia Principis; & aliqui recentiores apud Vaſq. 1.2. *diſp.* 177. *cap.* 2. *cit. num.* 20. contendant, ab ipſo initio cum hac conditione ferri leges, vt poſteà longi tempotis vſu tolli poſſint, etiam ignorante Principe, & hic ipſe ſit tacitus conſenſus, & voluntas legiſlatoris; id tamen ex Vaſq *ibidem,* & ex Suar. *lib.* 7. *de legibus, cap.* 13. *num.* 5. oon poteſt defendi, cùm certum ſit, non poſſe legem inſtitutam à Principe, aut multitudine ſupremam poteſtatem habente, minori authoritate abrogari: & multitudo, aut populus, qui ſupremam poteſtatem noo habet, ſicut non poteſt ferre legem, quæ ſit ius ſcriptum; ita nec poteſt inducere conſuetudinem, quæ ſit ius non ſcriptum, & abroget legem. Et omninò gratis, & ſine fundamento aſſeritur, quòd Princeps ab ipſo initio ſit contentus, vt longo populi vſu tollatur lex, ſine alia notitia, & conſenſu ipſius Principis, neque vllus vnquam hoc modo ſuam mentem declarauit, aut declararet, ſi rogaretur, cùm non ſit rationabile, vt lex abrogetur à poteſtate minore, quàm fuit lata.

Ad idem facit etiam illud, quod habet idem S. Thom. 1.2. *quæſt.* 97. *art.* 3. *cit. ad* 2. quòd tunc ſolùm conſuetudo vincit legem, quando oſtendit, quòd non ſit ampliùs vtilis, aut poſſibilis; & quòd, ſi maneat eadem cauſa, propter quam ab initio lex fuit vtilis, non conſuetudo vincat legem, ſed lex vincat conſuetudinem: hoc enim in eo fundatur, quia in tali caſu, eo ipſo, quòd manet lex prior in ſua vtilitate, & rationabilitate, impoſſibile eſt, vt contraria conſuetudo poſterior ſit vtilis, & rationabilis, & ſimul ſint vtilia, & rationabilia duo contradictoria. Certum autem eſt, quòd ita contingit in re præſenti, cùm eadem rationabilitas, & vtilitas legis de non ſubiiciendis Clericis poteſtati laïcorum, ſemper maneat. Et cùm exemptio Clericorum à laicis, vel ſit de iure diuino, vel ab illo originem ducat, vt *ſuprà* explicauimus; Impoſſibile eſt, vt per humanam conſuetudinem vinci poſſit, cùm hæc nullam vim habeat contta ius diuinum, & naturale, *cap. fin. de conſuetud.* Et quatenus ſolùm ſit de iure eccle- 12.

Ad inducendam conſuetudinem poteſt ſufficere conſenſus legalis ipſius Principis.

ſiaſtico etiam poſitiuo; neque etiam poteſt contra illud vim habere conſuetudo, niſi ad illam accedat conſenſus Principis, id eſt, Papæ, ſaltem legalis, & expreſſus per aliquam aliam legem, in qua ſtatuatur generaliter de inducenda, tali, vel tali modo, conſuetudine, vt notat Suar. *lib.* 7. *de legibus, cap.* 13. *num.* 6. qui tamen conſenſus legalis, *cap. fin. cit. de conſuet.* ſolùm habetur, quando conſuetudo eſt rationabilis, & præſcripta. Quare, cùm hæc conſuetudo, de qua agimus, vt Clerici ſubiiciantur poteſtati laicorum, non ſit rationabilis; ſed oppoſita ratione ſit maximè rationabile, vt ſint exempti; non poteſt pro illa præſumi conſenſus legalis ipſius Papæ, & multò minùs conſenſus perſonalis, perſonaliter ab illo præſtitus; & non poteſt talis conſuetudo abſolutè vim habere contta ius immunitatis,

&

& exemptionis,ſiue illud dicatur eſſe diuinum,ſiue eccleſiaſticum;& per conſequens,neque poteſt ſufficienter excuſare illius violationem, & tranſgreſ-

13. *Conſuetudo quomodocunque inducta contra immunitatem, poteſt reuocari à Papa.*

ſionem ,cùm præſertim quotannis *in Bulla Cœnæ* reuocentur omnes huiuſmodi conſuetudines , ſi fortè alicubi , & quomodocunque ſint inductæ ; & certum ſit, quòd ſit valida huiuſmodi reuocatio, & per illam verè tollatur, quidquid iuriſdictionis,aut poteſtatis potuerunt laici acquirere in Clericos ex quacunque conſuetudine, vt notat Suar.*in defenſ. fidei,cap.*34.*cit.num.*18.

14. *Clericus ſeditioſus quomodo à laicis poſſit expelli de ciuitate.*

Vnde & caſus particulares, qui ab aliquibus excuſantur ratione conſuetudinis , vel ſunt dicendi, non excuſari ſufficienter,vel habent aliquem alium titulum meliorem,quo excusẽtur,& quo excuſetur, & cohoneſtetur etiam ipſa conſuetodo : ſic enim, quod habet Iul. Clarus *in pract. crimin.quæſt.*36.§. *Caterùm.* ſolere fieri à Senatu Mediolanenſi , vt ſi Clericus ſit ſeditioſus , & publicæ pacis, & quietis turbator , eiiciatur ad tempus ab illa ciuitate , aut loco , quem turbat , ſi non excuſetur ex poteſtate, quam in illum habeant Senatores laici,vel ex conſuetudine, poteſt fortaſſe aliquando excuſari ratione iuſtæ , & moderatæ , & inculpatæ defenſionis, quæ licet vnicuique iure ipſo naturæ,vt habet Suar. *cap.*34. *cit.num.*15. quando , ſcilicet, malum illud, damnúmque publicum non aliter poteſt repelli, aut non aliter de facto repellitur per Prælatos eccleſiaſticos , & poteſtas laica in tali caſu eſt quaſi poteſtas priuata , non autem propriè iuriſdictio, & poteſtas publica ; & non tam eſt punitio, vel exercitium iuriſdictionis , quàm defenſio ex poteſtate, & iure naturæ,cùm præſertim talis eiectio non ſolùm cedat in beneficium , & bonum ciuitatis , aut loci , ex quo eiicitur ; ſed etiam in bonum ipſius Clerici,qui eiicitur,ne, ſcilicet,grauiùs offendatur, aut lædatur à priuatis, vt notat *ibi* Clarus. Et qua ratione excuſantur hæ defenſiones actuales , ſiue ſæpiùs frequententur , ſiue non , eadem ratione eſt excuſanda conſuetudo , quæ per illas inducitur , & reuerà non eſt dicenda conſuetudo puniendi Clericos ; ſed potiùs ſe defendendi à Clericis , quando aliter non poſſunt repelli eorum iniuriæ.

15. *Clericus deprehenſus cũ armis , quomodo à laicis poſſit illis ſpoliari.*

Ex eodem titulo iuſtæ defenſionis excuſat Suar. *in defenſ. fidei, lib* 4.*cap.*34. *num.*14. quod eſt conſuetum in Hiſpania ex Iulio Claro *quæſt.* 36. *cit.*§. *Vlterius quæro.* & in pluribus aliis locis ex Couarr. *quæſt.*33.*ex practicis* , *num.*7. *&* *lib.*2. *var.reſol.cap.* 20.*in fine*,& ex Nauar. *conſ.*28.*de ſent.excommunic. lib.*5. vt Clerici geſtantes arma prohibita , & cum illis reperti, iis ſpolientur, etiam per miniſtros Iudicis laici , vt etiam *ſupra* diximus *diſp.* 33. *n.*7. *&* 8. id enim licitè fit ad obuiandum rixæ , & delicto, quod præſumitur patrandum à Clerico arma gerente,vt notat Nauar.*conſ.*28.*cit.num.*5. ex Gloſ. *in cap.ſecundum , de Hæreticis.* Dec. *in cap.Cùm non ab homine.num.*10.*de iudic.* Panorm.*in cap. Vt fama. de ſent.excommunic.* Et hæc etiam eſt iuſta defenſio publicæ pacis, non autem vera punitio , & exercitium veræ iuriſdictionis in Clericos,vt notat Suar. *num.*14.*cit.* qui etiam rectè addit, ad hunc finem publicæ defenſionis hos Clericos cum armis repertos non eſſe priuandos illorum dominio ; ſed hæc eſſe illis reſtituenda , niſi fortè ipſi Clerici ſponte conſentiant illa donare miniſtris publicis, vel cum illis hoc modo conueniant , & paciſcantur , ne capti ducantur ad ſuos Prælatos , vt notat Nauar.*conſ.*28. *cit.num.*5. Atque hic modus excuſandi hanc ſpoliationem armorum eſt multò aptior, quàm ille alius ,quem ſequuntur Couar. & Clarus *locis cit.* & Graff. *in deciſ. aur. part.*1. *lib.*4. *cap.*18.*num.*158. quòd etiam Clerici teneantur legibus laicorum , quæ reſpiciunt publicam vtilitatem , qualis eſt etiam lex de armis prohibitis non ferendis ; & ideò etiam ipſi poſſint puniri à laicis armorum ſpoliatione. & priuatione ; imò & pœna alia pecuniaria, aut arbitraria : quod ſpecialiter ait Clarus fieri in Gallia ex priuilegio Pontificis; quamuis non pœna corporali. Contrà enim eſt: quia, vt diximus *diſp.*33.*num.*3. multò eſt probabilius, quòd Clerici in nullo ſubdantur poteſtati laicorum,& horum leges,neque etiam in iis eos obligent , quæ ſolùm faciunt ad ciuilem , & temporalem adminiſtrationem , & alioqui non repugnant ſtatui eccleſiaſtico, & ſacris Canonibus;& alioqui, ſi poſſent laici punire Clericos priuatione armorum , & pœna pecuniaria , verè Clerici eſſent ſub poteſtate laicorum,& conſequenter poſſent puniri etiam pœna corporali,& quacũque;ſicut & poſſunt puniri laici ; quod tamen videtur repugnare ſacris Canonibus,& Conciliis,vt *ibi* oſtendimus.

Ad eandem excuſationem etiam pertinet ex Suar.*cap.*34.*cit.num.*15. & aliis apud ipſum,vt Cle- 16.

Clericus deprehenſus in crimine, quomodo poſſit capi per Curiam ſæcularem.

rici deprehenſi in flagranti delicto, vel in ſuſpicione, & præſumptione probabili delicti patrandi, capiantur per miniſtros Curiæ ſæcularis, vt ſuis Prælatis,& Iudicibus præſententur,vt etiã habet Gloſ. *in cap.Si Iudex. de ſent.excommunic.in* 6. id enim illicitè fieret,ſi fieret ex iuriſdictione prætenſa à laicis,etiam quoad hunc effectum capturæ : fit autem licitè, quia fit pro defenſione publici boni , & ad impedienda delicta;& ad hunc finem etiam interuenit tacita voluntas Prælatorum ; non quidem committentium , aut delegantium veram iuriſdictionem miniſtris laicis ; ſed puro illorum facto,& nudo miniſterio vtentium ad capiendos ſuos ſubditos , & ad ſe adducendos , vt etiam ſubdit idem Suar.*num.*23.

Et præter hunc titulum iuſtæ defenſionis , quo excuſantur aliqui caſus particulares , & ipſa conſuetudo per illos inducta, vt iam indicauimus , poteſt aliquando ſufficere etiam ille alius, vt Clerici, quibus immunitas non ſeruatur à laicis , verè illa non gaudeant , & propter aliquod delictum ſint ipſo iure priuati priuilegio fori , aut Canonis : ſic enim *cap. Perpendimus. de ſententia excommunicationis* , dicitur quidam Comes non incurriſſe excommunicationem , & pro illius abſolutione non fuiſſe cogendum adire Sedem apoſtolicam : quia primùm iuſſerat fuſtigari , & poſteà etiam iuſſerat ſuſpendi quendam Sacerdotem , qui præſumpſerat ſe falsò nominare filium Regis , & armis acceptis ſeditionem,& guerram fecerat. Et ratio eſt:quia eo ipſo , quòd Clericus dimiſſo habitu ſe immiſcet enormibus , amittit priuilegium Canonis , *Si quis ſuadente.* vt notant ibi Gloſ. & Imola apud Iulium Clarum *quæſt.* 36. *cit.*§. *Quæro modò.* & Nauar. *in Man.cap.*27. *num.*81. & abſolutè amittit priuilegium clericale, etiam quoad forum, vt ſubdit Clarus,ex Card. & Alex. de Neuo , & ex communiore ſententia, ſiue præceſſerit trina admonitio ſui Epiſcopi, ſiue non. Et quamuis quoad hoc ſit aliqua diuerſitas inter Doctores,& aliqui affirment omninò requiri trinam admonitionem, ad hoc vt Clericus, qui dimiſſo habitu ſe immiſcet enormibus, cenſeatur priuatus priuilegio fori ; & aliqui id negent,vt videre eſt apud Clarum §.*Quæro modò.cit.* & apud Nau.*conſ.*25.*de purgatione canonica,lib.*5.& Suar. *de cenſuris* , *diſp.*22. *ſect.*1. *num.*13. *&* 15. hæc tamen non tollit , quominùs vtraque ſententia ſit probabilis.

Et ex hoc principio,quòd Clericus ſe immiſcens 17.

Clericus quomodo ſecundùm aliquos poſſit puniri à laico de crimine læſæ maieſtatis.

enormibus, etiam trina admonitione non præcedente, non gaudeat priuilegio fori, excuſat Clarus *queſt.36.cit.§.Quæro, nunquid Clericus.* eos Principes, qui per ſuos Iudices laïcos puniunt Clericos de crimine læſæ maieſtatis, quod fortè committunt: quia ſine dubio eſt magna enormitas, cùm agatur de ipſorum vita,& ſtatu; nec putant eſſe ſatis conſultum ſuæ ſecuritati, ſi hæc delicta remittant punienda ad Prælatos eccleſiaſticos, qui ſæpè, vel nullo modo, vel leuiſſimè puniunt: ſed reuerà non videtur poſſe ſatis id excuſari *ex cap.cit. Perpendimus.* niſi huiuſmodi crimen læſæ maieſtatis ſit commiſſum à Clerico, dimiſſo habitu, prout eſt caſus illius capituli; & in tali etiam caſu multò eſt probabilius, quòd ad amittendum priuilegium fori prærequiratur trina admonitio. Verùm hoc loco non eſt pluribus explicandum, quid requiratur in hoc, vel illo caſu particulari ad amittendum priuilegium fori; & ſatis eſt, ſi generaliter indicemus, poſſe aliqua excuſari ex priuilegij amiſſione, quæ alioqui ex ſe ſunt contra immunitatem: & ex hoc ipſo titulo poteſt etiam excuſari, vel honeſtari conſuetudo, ſi per huiuſmodi actus ſit inducta.

DISPVT. XL.

Quid requiratur ad hoc, vt leges, & facta laïcorum contra immunitatem eccleſiaſticam excuſentur ſufficienter ratione concordatorum cum Sede apoſtolica, aut ratione priuilegij ab illa obtenti, vel ratione inculpatæ, & iuſtæ defenſionis.

1. *Si laïci concordent in aliquibus cum Sede apoſtolica, non faciunt contra immunitatem.*
2. *Non tamen eſt ſatis, ſi concordent ſolùm cum Epiſcopis.*
3. *Tranſactio poteſt fieri ſuper omni re dubia: & ſi fiat ſuper bonis eccleſiaſticis, non eſt opus ſolennitatibus.*
4. *Poſſunt laici concordare cum Epiſcopis quoad nudum aliquod miniſterium per ipſos laicos preſtandum.*
5. *Quomodo Eccleſiaſtici, ſi ſint Conſiliarij, aut miniſtri laicorum, poſſint puniri à laicis in iis, quæ pertinent ad illud officium.*
6. *Imperator poteſt ad ſuum tribunal vocare Epiſcopos, imperij Principes.*
7. *Concordata cum Principe laico quomodo poſſint reuocari à Papa.*
8. *Concordata cum Papa non poſſunt ampliùs reuocari à Principe laico.*
9. *Concordata cum laicis per alios Prælatos, omninò poſſunt per ipſos reuocari.*
10. *Priuilegium Papæ, vt excuſet à violatione immunitatis, debet non eſſe reuocatum.*
11. *Priuilegia contra immunitatem reuocantur quotannis in Bulla Cœna.*
12. *Defenſio, vt excuſet à violatione immunitatis, debet eſſe ex neceſſitate, & moderata.*
13. *Defenſio ſolùm poteſt habere locum in caſu certo; non autem in caſu dubio, aut probabili.*

POSTQVAM oſtendimus *ſuperiore diſputatione* ex ſuo genere, ſuáque natura, non eſſe ſufficientes eas excuſationes, quas afferunt laïci ex ignorantia, vel ex communi, & publica neceſſitate, vel ex conſuetudine iam inducta, vt ſe, ſuáſque leges, aut facta defendant à violata immunitate eccleſiaſtica, & à cenſuris, & pœnis per illam contractis; *præſenti diſputatione* de aliis excuſationibus eſt agendum, quæ ex ſuo genere, ſuáque natura ſunt abſolutè ſufficientes; & diſtinctiùs eſt explicandum, quid requiratur ex parte cuiuſque, vt verè ſufficiant, & excuſent.

1\.
Si laïci concordent in aliquibus cũ Sede apoſtolica non faciunt contra immunitatẽ.

Et quidem, ſi Principes laïci ad tollendas diſſenſiones, & turbas, quæ ſolent oriri inter Iudices laïcos, & Iudices eccleſiaſticos, de his, aut illis cauſis, per ſe, aut per illos cognoſcendis, & terminandis, & de hoc, aut illo præcipiendo etiam Clericis, iiſque obligandis per ſuam poteſtatem, conueniant, & concordent quoad aliqua cum Summo Pontifice, & Sede apoſtolica; & aliquid poteſtatis ab illo accipiant in perſonas, aut bona eccleſiaſtica, & viciſſim in fauorem Eccleſiæ aliquid cedant, & remittant de ſua poteſtate, aut bonis laïcalibus; & quod accipiũt, poſteà ab eodem Summo Pontifice non reuocetur; non eſt dubium, quòd ſtante tali concordia nõ faciunt contra immunitatem, ſi poſteà ſpecialiter, & in caſibus ſibi permiſſis, vtantur facultate ſibi commiſſa: certum enim eſt, quòd poteſt Papa per priuilegium derogare ex aliqua parte iuri canonico, ex quo propriè eſt immunitas Clericorum, & exemptio in ciuilibus, & criminalibus, vt *ſuprà* diximus, & committere etiam laicis aliquam poteſtatem, & iuriſdictionem in Clericos, vel certè nudam aliquam executionem ſuæ iuriſdictionis, & nudum miniſterium ſolius facti, vt notat Suar. *in defenſ.fidei, lib.4. cap.34. num.22.* & patet ex iis, quæ fuerunt concordata pro Regno Galliæ inter Leonem X. & Franciſcum Regem, in quæ Rebuffus edidit Commentaria.

2\.
Non tamẽ eſt ſatis, ſi concordent ſolùm cum Epiſcopis.

Dixi autem debere Principes laïcos concordare cum Sede apoſtolica, & cum Summo Pontifice, quia non eſt ſatis ſi concordent cum aliis Prælatis inferioribus, quales ſunt Epiſcopi, etiam congregati in Concilio prouinciali, aut nationali, cùm nullus inferior poſſit concedere priuilegium in iure ſuperioris, & ideò nec Epiſcopi poſſint minuere vlla ex parte immunitatem eccleſiaſticam, vt ex Rebuffo *in Commentariis cit.* notat Suar. *cap. 34. cit. num.20.*

3\.
Tranſactio poteſt fieri ſuper omni re dubia: & ſi fiat ſuper bonis eccleſiaſticis, non eſt opus ſolennitatibus.

Nec refert, quòd hæc concordia poſſit fieri per modum tranſactionis, & quaſi permutationis iurium, acquirendo, ſcilicet, à Principibus laicis aliquid iuris, aut bonorum pro Eccleſia, & viciſſim iis dando aliquid iuris eccleſiaſtici. Nam contrà eſt: quia tranſactio propriè ſolùm fit in re dubia, *l.1. ff.de tranſact. l. tranſactio. C.eodem.* & *cap.Super eo. de tranſact.* Eccleſia autem, dum concordat cum Principe laïco ſuper aliqua poteſtate, & iuriſdictione in Clericos, non concordat ſuper re dubia, quam illi cedat; ſed verè cedit rem certam, id eſt, iuriſdictionem, quæ certò ſpectat ad ipſam; & permutatio ex parte Eccleſiæ, & iuris, quod cedit, eſt vera alienatio iuriſdictionis, & bonorum Eccleſiæ; & ideò neceſſariò requirit conſenſum, & beneplacitum apoſtolicum, cùm etiam tranſactio in rebus, aut iuribus eccleſiaſticis tunc ſolùm poſſit fieri ſine ſolennitatibus requiſitis *in Extrauag. Ambitioſæ. de reb. Eccleſ. non alienan.* quando bona, aut iura, in quibus fit, non ſunt actu quaſi incorporata Eccleſiæ, neque actu ab illa habentur, vt notat Francus *in cap.primum, in fine, de reb. Eccleſ. non alien. in 6.* & fusè Roland. *conſ.15. num.7.* & alij apud Quarantam *in Summa Bull. verb. alienatio, ampliatione 5. num.20. & limit.12. num.43.* ſed aliquo modo ſunt dubia, & in futurum incorporanda, & habenda;

quod

6

Digitized by Google

quod tamen non accidit in poteſtate, aut iuriſdictione in Clericos, quando per concordata conceditur laïcis; & ideò non poteſt concedi, niſi à Papa.

4\. *Poſſunt laïci concordare cũ Epiſcopis quoad nudũ aliquod miniſterium per ipſos laicos praſtandum.*

Quòd ſi per hæc concotdata non ſit laïcis tribuenda poteſtas, & iuriſdictio; ſed committenda nuda aliqua executio, & nudum miniſterium facti; & poteſtas, & iutiſdictio rota temaneat penes Prælatos ecclcſiaſticos; non autem tranſeat, etiam ex parte, ad laïcos, poteſt ſufficere in tali caſu cooſenſus cuiuſque Epiſcopi; ſiue in Concilio prouinciali, aut nationali; ſiue extta Concilium, & per ſe: non autem eſt neceſſarius conſenſus Papæ; quia teuerà hoc nibil eſt aliud, quàm ad proſequenda, & punieoda Clericorum delicta, vti auxilio brachij ſæcularis, quod de iure conceditur vnicuique Epiſcopo, *cap. Si verò. de ſententia excommunicationis*, vt etiam ſubdit Suar. *cap. 34. cit. num. 23.* & hoc modo poſſunt Epiſcopi concordate cum laicis, quando occurrunt caſus aliqui particulares, iiſque committere, v.g. vt ſi teperiant Clericos cum atmis prohibitis, vel in flagranti aliquo ctimine, eos capiant, & atmis ſpolieot, & ad ſe producant, non quidem exercendo in ipſos ptopriam aliquam iuriſdictionem; ſed ſolùm exequendo mandatum Epiſcopi, nudúmque miniſterium illi exhibendo: quanquam bæc etiam præſcindendo à concotdatis poſſunt ſaluari ex alio titulo, vt *ſuprà* diximus *diſp. præcedente, num. 15. & 16.*

5\. *Quomodo Eccleſiaſtici, ſi ſint Conſiliarij, aut miniſtri laicorum, poſſint puniri à laicis in iis, quæ pertinent ad illud officium.*

Ad idem caput concordiæ, ſeu concordatotum cum Principibus laicis reducit Suar. *lib. 4. cap. 34. cit. num. 26.* etiam pacta, & conoentiones, ſiue tacitas, ſiue expreſſas, ſub quibos Clerici recipiunt, & exercent aliqua munera apud ipſos Priocipes laïcos, vt, v.g. quòd ſint illorum Conſiliarij, vel miniſterium aliquod, & officium pro ipſis exerceant, quod alioqui non dedeceat ſtatum eccleſiaſticum, & clericalé: ex bis enim pactis, & conuentiooibus prouenit, vt ipſi Ptincipes poſſint illos ad ſe aduocare; hoc, aut illud præcipere circa ipſum officium, quod exetcent; rationem adminiſtrationis ab illis exigete; & ſi reperiant eos delinquere in officio, poſſint illos etiam mulctare priuatione ipſa officij, aut pœna aliqua pecuniaria, quanquam non corporali, cùm illos non habeant ſibi ſubiectos, niſi ciuiliter quoad illud ipſum officium; noo autem abſolutè habeant poteſtatem in illorum perſonas. Et hoc modo eſt vſu receptum ſpecialiter in Gallia, vt refert Iul. Clar. *in pract. crimin. quæſt. 36. §. Quæro, pone.* & ex Couat. *in quæſt. pract. cap. 33. num. 6. in fine*, in tegno Hiſpaoiæ habetut hæc pragmatica, vt Clericus eo ipſo, qoòd declinat iuriſdictionem Iudicis ſæcularis, ſit ipſo iure priuatus ſtipendiis, & muneribus, & officiis publicis, quæ à Rege obtinoit: quia æquum noo eſt, vt obtineat munera ſæcularia, publica, & regia, qui declinat iutiſdictionem ſæcularem, & regiam. Et eadem tatione videtur etiam eſſe inductum, vt cauſæ feudales motæ contra perſonas, aut bona eccleſiaſtica, cognoſcantur à domino feudi. Et vt Imperatot licitè poſſit ad ſuum tribunal vocare Epiſcopos imperij Principes, quoad ea, quæ pertinent ad huiuſiodi principatum, vt prætet Suar. *loco cit.* notat etiam Bellarm. contra Batclaïum

6\. *Imperator poteſt ad ſuũ tribunal vocare Epiſcopos imperij Principes.*

cap. 35. & Azot. *part. 1. lib. 5. cap. 14. quæſt. vlt. in fine:* quia, ſcilicet, feuda laïcalia non niſi cum hac obligatione permittuntur Eccleſiaſticis; & principatus imperij non niſi cum hac conditione demandatur Epiſcopis; & hæc pacta, vel conuentiones, ſiue expreſſæ, ſiue tacitæ, non ſunt contra immunitatem, neque dedecent ſtatum eccleſiaſticum; ſicut nec dedecent ſimiles conuentiones, quas Clerici patticulares faciunt in dies cum particularibus laïcis. Et hæc omnia, & ſimilia, niſi ſaluentur ex dicto capite coocordatotum, expteſsè, vel tacitè, ſimpliciter videntut eſſe improbanda, vt de facto improbat Clarus *q. 36. §. Quæro, pone. cit.* ex Aufreriu *in Clementinam primam, num. 25. de off. Ordin.* & ex communi ſententia.

7\. *Concordata cum Principe laico quomodo poſſint reuocari à Papa.*

Dixi aotem prætereà *paulò antè*, poſſe laicos, ſtante concordia, licitè vti facultate ſibi conceſſa, quandiu illa non fuerit teuocata: quia, ſi contingat, vt concordia ſemel facta à Papa cum Principe laico, vergat poſteà io damoum Eccleſiæ, & ex illa ſequatur vexatio, vilipendium, aut aliud præiudicium ſtatus eccleſiaſtici, (quod tamen de iis concotdatis, quæ de facto intercedunt cum Chriſtianis Priocipibus, nullo modo eſt præſumendum;) omninò poteſt à Papa reuocari, facta Principi compenſatione totius damni, ſi quod patitur tatione pacti, aut conuentionis præcedeotis: quia, quanuis ponatur huiuſmodi concordia ex vtraque parte tranſiiſſe in conttactum, iſque ex iure ipſo naturæ ſeruari debeat, etiam inter Principes, vt in præſenti mateтia notat Rebuff. *in comment. de concordatis, tit. de collationibus, in ipſa præfatione, §. Inſuper quæro.* Papa tamen per nullum conttactum poteſt à ſe abdicare ſupremam poteſtatem ad liberè diſponendum de iis omnibus, quæ faciunt ad bonam gubernationem Eccleſiæ, vt notat Felinus *in cap. Nouit. de iudic. num. 8.* ex Atetioo, Baldo, & aliis; & ideò omnis conttactus, & conuentio Papæ cum quolibet Principe, ſempet intelligitur ſub hac tacita conditione, dummodo id non vetgat in præiudicium, & damnum Eccleſiæ, vt notat Suat. *lib. 4 cap. 34. cit. num. 21. & ſequentibus*, ac proinde ſemper poteſt à contractu recedere, quando poſteà re ipſa compererit verè id cedete in illius damnũ. Et hoc modo *in Bulla Cœnæ, de anno* 1586. à Sixto V. fuerunt teuocata priuilegia omoia quibuſcunque conceſſa, etiamſi pontificali, imperiali, tegali, aut quauis eccleſiaſtica, aot mundana dignitate præfulgeaot, & ex quacunque cauſa eſſent conceſſa, etiam per viam cootractus, aut temunerationis, &c. Et magis in ſpecie quoad violatores eccleſiaſticæ immuoitatis idem ferè babetur de iute communi, *cap. Clericis. §. fin. de immunit. eccleſ. in 6.* & notat ibi Gloſ. *verb. non obſtantibus.* Et quanuis Papa in conceſſione alicuius priuilegij expreſsè profiteatur, quòd nunquam ſit illud teuocaturus; adbuc tamen poteſt illud reuocare, & cenſeri debet etiam teuocare de facto, quando in poſteriore aliqua conſtitutione apponit clauſulas derogatorias, vt expteſsè habetur *cap. 1. de conſtit. in 6.* & ſemper ſibi teſetuat maiorem poteſtatem ad teuocandum, quàm vnquam concedat per priuilegium, *cap. Dudum. §. Nos igitur. de præbend. in 6.* & notat Alterius *de cenſur. diſp. 22. lib. 5. cap. 5. in fine.*

8\. *Concordata cum Papa nõ poſſunt amplius reuocari à Principe laico.*

Et quoad hoc, non eſt eadem tatio ipſius Priocipis laici, quæ eſt Papæ: quia ille, ſi quid priuilegij, & fauoris facit Eccleſiæ per huiuſmodi concotdata, omninò id facit ſupetiori, & noo ſubdito: & ideò euadit omni modo itreuocabile per illius poteſtatem, vt ſubdit Suat. *num. 23. in fine*, vt ex communi ſententia Canoniſtarum diximus *ſuprà, diſp. 35. num. 17.* cùm tamen Papa, quidquid fauoris, aut priuilegij facit Principi, ſemper faciat ſibi ſubdito in ſpiritualibus; & ideò ſemper remaneat à ſe teuocabile, ſi ita poſtulet tatio booi ſpiritualis, & bonum tegimen ipſius Eccleſiæ.

9\. *Concordata cum laicis per*

Et hoc, quod dicimus de reuocatione facienda à Papa ſupet huiuſmodi concotdatis, debet intelligi etiam de teuocatioue facienda ab Epiſcopis, aut

 aliis

alios Prælatos, omninò poſſunt per ipſos reuocari.

aliis Prælatis eccleſiaſticis, ſi fortè etiam ipſi concordent cum laïcis ſuper aliqua executione ſuæ poteſtatis eccleſiaſticæ per ipſos laïcos facienda, & ſuper nudo aliquo miniſterio per ipſos præſtando, vt diximus *paulò antè, num.*4. quia enim laïci ſolùm ſe habent in hoc toto tanquàm miniſtri, & inſtrumenta moralia ipſorum Prælatorum, omninò debent pendere ab actuali illorum motione, ſicut & pendent communiter inſtrumenta à principali agente, in cuius virtute operantur: & quemadmodum hæc non mouent, niſi mota, vt dicitur in Phyſicis, & ceſſante ſua motione paſſiua, omninò ceſſant etiam à motione actiua; ita & laïci tandiu poſſunt continuare in ſua executione, & miniſterio, quod præſtant Epiſcopis, quandiu Epiſcopi ita voluerint, & non reuocauerint ſuum mandatum de exeqoendo, & miniſtrando.

10. *Priuilegia Papæ contra immunitatẽ reuocantur quotannis in Bulla Cœnæ.*

Vt verò laïci ſufficienter ſe excuſent ex priuilegio à violatione immunitatis, non ſolùm eſt neceſſarium, vt tale priuilegium ſit reuerà illis conceſſum ab habente facultatem concedendi, qualis non eſt niſi Summus Pontifex, vt iam diximus *num.*3. ſed etiam eſt neceſſariom, vt non ſit reuocatum ab habente ſimiliter facultatem reuocandi, qui ſimiliter eſt Summus Pontifex, vt diximus *n.*7. Neque circa hæc duo, id eſt, quòd Pontifex poſſit concedere tale aliquod priuilegium laïcis, & quòd etiam poſſit iam conceſſum iterum reuocare, poteſt eſſe dubitatio, cùm penes ipſum ſit ſuprema poteſtas eccleſiaſtica, eámque poſſit quoad aliqua communicare etiam aliis, neqne ſit de iure diuino, vt quoad omnia illam exerceat ſolùm per Clericos; & ideò poſſit committere etiam laïcis, vt quoad aliqua illa vtantur: & ſic committendo, non propterea illam à ſe abdicet, & totaliter in laicos trãſferat; ſed ſolùm eam illis communicet, & quaſi deleget, perpetuò dependentem à ſua voluntate; & ideò reuocabilem ad ſuum nutum, vt ſubdit Suar. *in defenſ. fidei, lib.*4.*cap.*34.*cit.num.*27.*&* 28. idque ſit verum; quocunque tamen modo, & quibuſcunque ſit conceſſum hoc priuilegium: & quanuis ſit conceſſum per viam contractus, & remunerationis, vt diximus *num.*7. ex Bulla Cœnæ, & ex Doctoribus commuoiter, *in cap. Nouit. de iudiciis, & in cap. primum, de probationibus*, notat Sayr. *lib.*3.*theſ. cap.*25.*num.*10.§.*Hinc patet.* & videre eſt generaliter apud Suar. *lib.*8.*de legibus, c.*37.

Illud verò deberet diligenter examinari à Principibus, & Iudicibus laïcis, quibus ſemel fuit conceſſum tale aliquod priuilegium, vtrùm, ſcilicet, illis adhuc remaneat integrum; an verò ſæpiùs ſit reuocatum, quodcunque tandem illud fuerit, & quibuſcunque conceſſum; & continuò reuocetur quotannis in Bulla Cœnæ per illam clauſulam tam vniuerſalem, & tam grauem, quam *paulò antè* commemorauimus *n.*7. nam, quanuis Bañes 2.2.*qu.*67. *art.*1.*dub.*2.*concl.*6. & Menoch. *de retinend. poſſeſſ. remed.*3.*n.*314 abſolutè aſſerant, Regem Hiſpaniæ habere priuilegium à Summo Pontifice, vt aduocet cauſas Clericorum ad ſua tribuoalia, quando aliquis Clericus conqueritur de grauamine ſibi facto per Iudicem eccleſiaſticum; & Iul. Clar. *in practic. crimin. qu.*36. §. *Vlterius quæro.* ex eodem priuilegio Summi Pontifices dicat, licere in Gallia per miniſtros Curiæ ſæcnlaris comprehẽdere Clericos repertos cum armis probibitis, eóſque punire: & Gigas *in tract. de crimine læſæ maieſtatis*, & apud Suar. *in defenſ. fidei, lib.*4.*cap.*34.*num.*30. hoc idem priuilegium haberi aſſerat in Republica Veneta, ad puniendum in ſpecie illud crimen læſæ maieſtatis, ſi committatur à Clericis: de his tamen

11. *Priuilegia contra immunitatem reuocãtur quotannis in Bulla Cœnæ.*

omnibus, & ſimilibus priuilegiis multùm dubitat Nauar. *in Man. c.*27.*n.*71. vtrùm reuocentur quotannis in Bulla Cœnæ, per clauſulam iam allatam; eiúſque dubij declarationem ait eſſe relinquendam ipſi Summo Pontifici: & Sayr. *lib.*3.*theſ. c.*25. *n.*10.§. *Hinc patet.* ſine cauſa ait dubitari de hoc à Nauar. neque eſſe opus recurrere ad Pontificem pro tali declaratione, cùm verba Bullæ clariſſima ſint, & manifeſtè declarent, intentionem Pontificis omninò eſſe, vt omnia reuocet: quod idem etiam aſſerit Suar. videri ſibi valdè probabile, *lib.*4.*c.*34. *cit.n.*30. quoad caſus comprehenſos in Bulla Cœnæ, & ſolùm quoad alios non comprehenſos, ait poſſe valere in huiuſmodi regnis excuſationem ex priuilegio.

Deoique, vt laïci ſufficienter ſe excuſent à crimine violatæ immunitatis eccleſiaſticæ ex titulo iuſtæ defenſionis, neceſſarium eſt, vt reverà patiantur violentiam ab Eccleſiaſticis, eámque non aliter poſſint repellere, quàm inferendo illis ſimiliter vim, ſéque per vim defendendo, ac proinde requiritur, quòd talis defenſio ſit neceſſaria: & præterea, vt in illa non excedatur modus inculpatæ tutelæ, & vt ſimpliciter, & ex omni parte ſit iuſta, vt videre eſt apud Suar. *in defenſ. fidei, lib.*4.*cap.*34. *cit. n.*32. quia enim principium illud, quòd vim vi repellere liceat, eſt de iure naturali, vt notat S. Thom. 2.2.*quæſt.*64.*art.*7. & habetur *cap. Ius naturale. diſt.*1. ex S. Iſidor. *in lib. etymol. c.*4. & tanquàm principium naturale ſæpiùs vſurpatur in ſacris Canonibus, vt *cap. Significaſti.* 2. *de homic. & cap. Si verò.* 1. *de ſent. excom.* omninò eſt licitum quibuſcunque, & contra quoſcunque, & per conſequens etiam laïcis contra Eccleſiaſticos. Et quemadmodum vnuſquiſque particularis non ſolùm licitè poteſt vim vi repellere, quando vis infertur ipſi toti, & ſimpliciter vita ipſa impetitur; ſed etiam quando infertur cuilibet membro, aut parti ſui: ita & tota reſpublica, aut Communitas, & pro illa ipſe Princeps, & caput Communitatis noo ſolùm poteſt vi repellere vim illatam ipſi toti reipublicæ, aut Communitati, vel Principi, & capiti Communitatis; ſed etiam illatam vnicuique ciui, & parti Communitatis: & ad hunc finem licitè poteſt habere miniſtros, qui ſemper ſint parati ad vim repellendam ab vnoquoque, & ad iuſtam defenſionem cuiuſque. Et quanuis vnuſquiſque priuatus hoc ipſo iure inculpatæ defenſionis poſſit licitè eſſe paratus ad ſe, & quencunque alium innocentem defendendum, & ſtatim accurrere, quando occurrit actualis aggreſſio, & vis illata: ipſa tamen reſpublica, vel ipſe Princeps, licitè poteſt etiam aliquid amplius; id eſt, prouidè cauere, ne fiant aggreſſiones, & ne vis inferatur; & vt rixæ, & cootentiones præueniaotur, & publica pax, & tranquillitas benè ſeruetur: vt, v.g. ſi ad hunc finem noo permittat, quòd Clerici noctu incedant armati; ſed illos ſpoliet, & priuet armis, vt ootat Baões 2.2. *qu.*67. *art.*1.*dub.*2.*concluſ.*5.

12. *Defenſio, vt excuſet à violatione immunitatis, debet eſſe ex neceſſitate & moderata.*

Neque ad hoc eſt neceſſaria iuriſdictio propriè dicta, quæ acquiratur, v.g à laïcis in ipſos Eccleſiaſticos, ex hoc, quòd Eccleſiaſtici inferant violentiam, eáque per laicos ſit defendenda: ſed ſatis eſt, ſi defenſio fiat de facto, eæque vires habeantur à defenſore, quæ poſſint ſufficere ad huiuſmodi factum defenſiuum: &, vt notat Suar. *cap.*34.*cit.n.*34. alio modo defendit ſe, aut ſuos Prælatos eccleſiaſticos à violentia laicorum, & alio modo Princeps laïcus à violentia Eccleſiaſticorum: nam ille eſt verè ſuperior, & ſemper habet iuriſdictionem ſpiritualem in laïcos, & per illam poteſt ſe defendere præcipiendo,

præcipiendo, interdicendo, & excommunicando; hic verò, cùm nullam habeat iuriſdictionem, & ſuperioritatem in Eccleſiaſticos, ſolùm poteſt ſe defendere per ipſum factum, ſicut & ſe defendit priuatus quiſque, quando impetitur ab aggreſſore quocunque. Vnde & poteſtas, quam tribuit laïcus pro huiuſmodi defenſionibus, ſolùm eſt publica, & ſolennis deputatio ad illas faciendas de facto ex ſolo iure naturæ; non autem vera, & propria iuriſdictio, neque hæc deputatio eſt vllo modo contra immunitatem, & exemptionem Clericorum à laïcis, cùm Clerici nullo iure ſint immunes, aut exempti, ne laïci ſe defendant contra ipſos, ſi iniuſtè impetant, & vi repellant eorum vim, ſi iniuſtè inferant: neque hoc totum eſt actus ſuperioris, niſi fortè materialiter; ſed verus, ac purus actus defenſoris, à quo nulla eſt, neque eſſe poteſt immunitas, aut exemptio, vt habet Suar. *cap.34. cit. num.33. in fine.*

13. *Defenſio ſolùm poteſt habere locum in caſu certo, non autem in caſu dubio, aut probabili.*

Ex hoc verò, quòd defenſio violentiæ debet eſſe ex neceſſitate, apertè ſequitur, quòd nunquam poteſt habere locum, niſi quando violentia Iudicis eccleſiaſtici eſt manifeſta, & planè certa: nam, ſi ſit dubia, ſemper eſt præſumendum pro ipſo Iudice, & Prælato, nec ſine iniuria poteſt repelli, aut cogi per vim, ne in caſu dubio vtatur ſuo iure contra ſuum ſubditum. Et idem eſt, ſi pro facto Prælati, & Iudicis eccleſiaſtici ſit opinio aliqua probabilis inter Doctores: quia, cùm licitè poſſit illam ſequi, reuerà nullam vim, aut iniuriam facit ſubdito, ſi illam ſequatur; ac proinde non poterit eſſe defenſio, ſed erit manifeſta iniuria, & offenſio, ſi per vim repellatur ab illa ſequenda, vt habet idem Suar. *num.35.*

Et ſimiliter ex eadem ratione neceſſitatis, ex qua ſola debet eſſe defenſio, apertè ſequitur, quòd tunc ſolùm poteſt locum habere, quando contra Prælatum, aut Iudicem eccleſiaſticum vim inferentem alicui innocenti, non poteſt haberi recurſus ad alium Prælatum ſuperiorem, qui dicat ius, & adminiſtret iuſtitiam: quia alioqui exceditur modus inculpatæ tutelæ, & omninò committitur culpa, dum negligitur Prælatus ſuperior, eiúſque poteſtas, & rectitudo iuſtitiæ, & inordinatè recurritur ad defenſionem laicalem, quando poteſt haberi ordinata defenſio eccleſiaſtica, vt ſubdit idem Suar. *eodem num.35.*

Et denique ex hoc, quod dixi, huiuſmodi defenſionem non debere excedere modum inculpatæ tutelæ, apertè ſequitur, quòd prudenti iudicio ſolùm debet eſſe tanta, quanta ſufficit, vt ſit defenſio.

Quo autem modo in ſactis Canonibus nihil iuris, aut poteſtatis, vel iuriſdictionis propriè dictæ in Prælatos, & perſonas eccleſiaſticas tribuatur Regibus, & Principibus laïcis, etiam pro caſibus, in quibus illi verè delinquant in ſuo munere, fusè explicat idem Suar. *in defenſ. fidei, lib.4. cap.34. cit. num. 40. & ſeq.* & nos ex Panorm. Ioan. Andrea, & aliis ſatis diximus *ſuprà, diſp.33. num.18. & diſput.39. num.5.*

DISPVT. XLI.

An, & quomodo aliqui ſint exempti à legibus eccleſiaſticis.

1. *Per ſe loquendo, nulli ex fidelibus ſunt exempti.*
2. *Clerici orientales non tenentur legibus pontificiis, quæ in dies emanant.*
3. *Neque iis, quæ continentur in iure canonico.*
4. *Cardinales tenentur iis legibus, quæ continentur in iure canonico.*
5. *Vtrùm Cardinales teneantur legibus pontificiis, quæ in dies emanant.*
6. *Cardinales quibus legibus non teneantur.*
7. *Cardinales non comprehenduntur aliquibus cenſuris latis per ſententias generales.*
8. *Non tenentur regulis Cancellariæ.*

POST explicatam exemptionem Clericorum, & Eccleſiaſticorum à poteſtate laïca, & à legibus, quæ ex illa feruntur à laicis, eſt explicandum, vtrùm aliqui ſimiliter ſint exempti à poteſtate eccleſiaſtica, & à legibus, quæ ſimiliter ex illa feruntur à Prælatis eccleſiaſticis, & ſpecialiter à Papa.

Et breuiter dicendum eſt, quòd poteſtati eccleſiaſticæ per ſe, & directè iure ipſo diuino omnes ſubduntur: ſed poſt factam ſeparationem Eccleſiæ orientalis ab occidentali, legibus, quæ emanant à Summo Pontifice pro perſonis eccleſiaſticis, non cenſentur teneri, niſi illi, qui ſunt de Eccleſia occidentali. Et ex his Cardinales ſolùm tenētur iis, quæ habentur in iure canonico, vel feruntur generaliter in aliquo Concilio generali, vel ſunt de contractibus; & ad bonum commune plurimùm refert, vt ſeruentur ab omnibus: non autem videntur iis teneri, quæ feruntur in vniuerſum contra Curiales, vel contra Clericos, & beneficiatos, vel etiam contra Epiſcopos, & Patriarchas, niſi expreſsè addatur aliqua particula, quæ declaret, etiam illos includi ex intentione Pontificis, vt, v. g. ſi dicantur comprehendi omnes, cuiuſcunque ſtatus, & conditionis, & dignitatis exiſtant. 1. *Per ſe loquendo, nulli ex fidelibus ſunt exempti.*

Prima pars, quòd poteſtati eccleſiaſticæ per ſe, & directè omnes ſubdantur, eſt certa de fide: quia, ſicut Papa ex Chriſti inſtitutione eſt ſupremum caput Eccleſiæ, & Chriſti ipſius Vicarius; ita & eius poteſtati ex eadem Chriſti inſtitutione omnes ſubduntur; & ideò ſimpliciter ad omnes poteſt ferre leges, ſiue ſint de Eccleſia occidentali, ſiue de orientali.

Secunda pars, quòd poſt factam ſeparationem Eccleſiæ orientalis ab occidentali, & poſt tranſlatum imperium à Græcis ad Germanos, ſub Leone III. communiter Clerici orientales, & Græci non teneantur legibus pontificiis, quæ de nouo emanant pro Eccleſiaſticis, videri poteſt apud Azor. *part.1. lib.5. cap.11. quæſt.7.* & apud Salas *diſp.14. de legibus, ſect.15.* Et probatur ex eo: quia intentio Pontificis non ſe extendit ad illos, vt manifeſtè colligitur: quia, cùm in plurimis diſcrepent à Latinis; nullus tamen ex Pontificibus eos reprehendit, aut damnat, etiam quando ſunt inter Latinos: vt, v. g. quòd eorum aliqui etiam coniugati promoueantur ad Ordines; quòd iiſdem Ordinibus etiam filij Presbyterorum initientur; quòd ter, aut quater in anno Quadrageſimam faciant; quòd non ieiunent in vigiliis Apoſtolorum; quòd ante ſacros, & maiores Ordines nullum conferant ex minoribus, niſi Lectoratum; quòd conſecrent in fermentato; quòd ſtatim poſt Baptiſmum miniſtrent Confirmationem; quòd Euchariſtiam infantibus tribuant; & ex his rectè poteſt fieri coniectura etiam de aliis, quòd communiter intentio Pontificis non ſit de obligandis orientalibus, quando aliquid præcipit abſolutè, & vniuerſaliter pro Eccleſiaſticis. 2. *Clerici orientales non tenentur legibus pontificiis, quæ in dies emanãt.*

Et idem eſt etiam de iis legibus, quæ continentur in iure canonico, niſi forte earum aliquæ conditæ ſint à Conciliis generalibus ante factam ſeparationem: illis enim, per ſe loquendo, omninò tenentur; quia contraria ratione intentio legiſlatoris fuit 3. *Neque iis, quæ continentur in iure canonico.*

fuit extenſa etiam ad illos. Dico aotem, *per ſe loquendo*: quia ex accidente foitaſſe etiam his non tenentur:vt, v.g.ſi apud illos conttatio vſu,& conſuetudine ſunt abrogatæ.

4. *Cardinales tenentur iis legibus, quæ continentur in iure canonico.*

Tertia pars, quòd Cardinales non ſint ſoloti iis legibus, quæ continentur in iure canonico, communitet aſſeritut à Canoniſtis;& de illa oon poteſt eſſe dobitatio,vt notat Azor.*part.1.lib.5.c.11.cit.q.*5.& Salas *diſp.14.cit.de legib.ſect.*14. & ſæpiùs ita fuit reſolutum in Rota Romana,vt notat Bonac. *qu.1.de legib.puncto 6.n.*34.

Atque ita renentur legibus de ieiuniis, de feſtis, de Horis canonicis, de annua confeſſione, de non iuiiciendis manibus violentis in Clericos,de ſimonia,de reſidendo in propriis Eccleſiis;& eiuſmodi.

5. *Vtrùm Cardinales teneantur legibus pontificiis, quæ in dies emanãt.*

Controuerſia ſolùm eſt de illis aliis legibus,quæ in dies emanant à Papa,& de illis præſertim, quæ expreſsè & ſignanter dicuntur ferri de eorum conſilio : quòd enim vniuerſalitet illis non teneantur, aſſerunt aliqui ex Canoniſtis,vt Hoſtienſ.& Anch. *in c.1.de Schiſmaticis*, & alij apud Gomeſium *in procemio ad regulas Cancellariæ*, *qu.*4.& apud Azor. *qu.5.cit.* & apud Salas *ſect.14.cit.n.129.* quia tales conſtitutiooes non fert ſolus Pontifex : ſed ſimul eum illo eas ferunt etiam Cardinales, qui hac de cauſa dicuntur Conſiliarij Papæ,*c.Parochia.16.q.1.* & *c.Fundamenta.§.Decet. de elect. in 6.* & ideò non poſſuot pet ſe,& directè illis teneri, ſicut communiter etiam alij legiſlatores non tenentur iis legibus,quas ipſi feruut, neque debent Cardinales per has leges iudicati, cùm etiam ipſi ſimul cum Papa alios omnes iudicent.

Sed longè eſt probabilius, quòd quantùm eſt ex hoc capite, non ſiot ſoluti ab huiuſmodi legibus: quia reuerà, quando ipſi conſilium dant de iis ferendis,non ipſi ferunt; ſed ſolus Pontifex:& ipſorum poteſtas ſolùm eſt ad dandom conſilium; non autem ad obligandum, aot leges ferendas. Quare contaria ratione Felinus *in cap.Ad aures.de reſcriptis*, refert, quòd in Romana Rota ſæpè eſt iudicatum,quòd Cardinales teneantur conſtitutionibus generalibus:& ſic tenet abſolutè,& ſimpliciter etiã Gomez.*in procemio ad reg.Cancellariæ.quæſt.4.cit.* ex multorum ſententia *concl.*4.& Bonac.*qu.1.de legib. puncto 6.cit.n.*34. & apud illom Hugol. *de cenſur. tab.1.c.17.§.6.n.*10.

6. *Cardinales quibus legibus non teneantur.*

Verùm, neque hoc vniuerſaliter, & indiſtinctè admittit Gomez.Azor.& Salas *locis cit.*Sed cum iis limitationibus, quas poſuimus in concluſione : id eſt,primò,vt teneantur iis legibus, quæ præſcribũt certas ſolennitates alicuius contractus ad fraudes vitandas,qualis eſt,v.g. Bulla Pij V. *de cenſibus*,aut *de cambiis*,& idem eſt de iis,quæ prohibent aliquid per ſe malum; vel abſolutè coocetount vtilitatem animæ : ab his enim uullus excipitur, cuiuſcunqoe ſit dignitatis,& præeminentiæ,vt ex communi ſententia notat Gomez.*qu.4.cit.§.Et ita dicimus.*

Secundò,vt non teneantur iis legibus, quæ ſunt de materia,pro qua ipſi habent ſpeciale priuilegiũ: quia lex generalis non abrogat prioilegia ſpecialiter alicui conceſſa,niſi id exprimat. Atque hoc modo

7. *Cardinales non comprehenduntur aliquibus cẽſuris latis per ſententias generales.*

cenſendi ſunt non comprehenſi ſententiis ſuſpenſionis, & interdicti, niſi de illis fiat expreſſa mentio:quia in iure communi habetur de hoc priuilegium ſpeciale pro Epiſcopis, *c Periculoſum.de ſent.excommunicationis,in 6.* & hoc priuilegium intelligi debet etiam de Cardinalibos non Epiſcopis, vt notat Hugolin. *de cenſur. tab.1.c.17.§.6.* ex Gemin. Anchar.& aliis;& Sayr.*lib.1.theſ.c.8.n.24.verſu,Dixi autem.*quanquam ſit alia ratio de ſententia excommunicationis,etiam latæ generaliter, vt notat Nauar. *in comment. de datis, & promiſſis,not.5. verſu,Sextò,noto* & ex illo Sayr. *num.24.cit.*& Suar. *de cenſur.diſp.18.ſect.2.n.4.5.& 6.* & Bonacin.*diſp. 1.de legib.qu.1.puncto 6.n.34.verſu, Mihi verò.*cùm pro illa non habeant priuilegium, & alioqui comprehendantur conſtitutionibus generalibus, quando ſpecialiter non excipiuntur. Cur autem priuilegium ſit conceſſum ſpecialiter pro ſuſpenſione, & interdicto;non autem generaliter pro omni cenſura, & comprehendendo etiam excommunicationem,oon eſt huius loci:& ſatis eſt in præſentia,voluiſſe Pontificem oſtendere maiorem rigorem in relaxanda excommunicatione; &, vt Epiſcopi, & alij Prælati quicunque magis ſibi ab illa cauerent, voluiſſe,vt etiam ipſi tenerentur illius ſententia.

Tertiò, limitant Doctores citati propoſitiooem vnioerſalem iam poſitam, vt Cardinales non teneantur iis legibus,quæ feruntur generaliter contra Curiales,aut coorra Clericos,aut beneficiatos, vel etiam contra Epiſcopos,aut Patriarchas:quia,qoanuis etiam ipſi ſint Curiales,& Clerici,& beneficiati,& Epiſcopi,& Patriarchæ; habent tamen *ſuprà* hos omnes aliquid ſingulare, & eximium; & ideò noo comprehenduotur huiuſmodi appellationibus,niſi expreſsè addatur hæc particula, *cuiuſcunque ſtatus,& conditionis ſint.*

Quartò,vt non teneantur iis,quæ ſunt de materia odioſa,& exorbitante à regulis iuris communis: vt, v.g. de ſoluendo aliquo ſubſidio, aut penſione pro debellandis publicis hoſtibus. 8. *Non tenẽtur regulis Cancellariæ.*

Quintò, vt noo teneantur aliquibus regulis Cancellariæ,v.g.de infirmis, reſignaotibus beneficia,& ſimilibus:quia,quanuis etiam de hoc ſit controuerſia,& noo deſint ex Canoniſtis, qui oppoſitum aſſerant,vt videre eſt apud Azor.& apud Salas *locis cit.* Probabilius tamen videtur propter ratiooem generalem,quòd oon teneantur : quia,ſcilicet, non comprehenduntur communibus aliorum appellationibus, niſi id ſpecialiùs exprimatur, ſiquidem ſuper alios habent qoalitatem valdè ſupereminentem, & multò maiorem,quam habeant Epiſcopi,aut alij ſupra ſuos inferiores,vt notat Ioan.And. *in c.1.de Schiſmaticis, in 6.* & quemadmodum per leges generaliter loqnentes non cenſentur comprehendi caſus ſpecialiter priuilegiati, vt notat Gloſſ.*in Auth.de hered. quæ ab inteſt. deferuntur,in princ.*& Iaſ.*in l.Poſtquam liti.C.de pactis.* Dec.*conſ.*5.Felinus *in c.1.de reſer.verſ. Secunda diſpoſitio.* ita nec comprehenduntur perſonæ ſpecialiter qualificatæ,& aliis notabiliter eminentes. Vnde & communiter pro illis comprehendendis ſolet addi in Bullis pontificiis, ſaltem clauſula illa generalis: *Cuiuſcunque ſtatus,præeminentiæ, gradus, vel dignitatis exiſtant.*eiúſque clauſulæ ea vis eſt,vt includat perſonas,quæ aliàs non includerentur:vt notat Ancharanus *in cap. Quanuis.de off. ordin.in 6.*& Rota Rom.apud Gomez.*in procemio ad reg. Cancell.qu.4. cit.§.Et in eadem ratione,in fine,& §. Quantum verò.in principio*, apud quem poteſt videri tota hæc res, quoad exemptionem, aut non exemptionem Cardinalium ab aliquibus regulis Cancellariæ, fuſiùs,& pleniùs explicata.

DISPVT. XLII.

Vtrùm pœnæ ſtatutæ per leges ſint ſubeundæ ante ſententiam,& ante executionem Iudicis.

1. *Non omnis pœna ſtatuta per legem, eſt ſubeunda ante ſententiam.*

2. *Qui*

2. *Qui impedit fiſcum, ne veniat ad ſententiam, & confiſcationem, ad nihil tenetur.*
3. *Non omnis pœna ſtatuta per legem, eſt ſubeunda ſolùm poſt ſententiam.*
4. *Non ſolùm cenſura, ſed etiam plures aliæ pœnæ, ſunt ſubeundæ in conſcientia ante ſententiam.*
5. *Secundùm aliquos, tunc pœna eſt ſubeunda ante ſententiam, quando conſiſtit in aliquo negatiuo; non autem, quando requirit actionem aliquam poſitiuam.*
6. *Sed impugnatur.*
7. *Siue pœna conſiſtat in aliquo negatiuo, ſiue requirat actionem poſitiuam, eſt ſubeunda ante ſententiam, ſi hæc ſit intentio legis, & ipſa pœna non ſit nimis grauis.*
8. *A pœna ſubeunda ante ſententiam, poteſt quis excuſari ratione infamiæ.*
9. *Priuatio vocis actiuæ, & paſſiuæ, ſi eſt latæ ſententiæ, eſt ſubeunda ante ſententiam Iudicis.*
10. *Qui eſt priuatus voce actiua, & paſſiua, ad quid teneatur, vt vitet electiones.*
11. *Secundùm multos, etiam pœnæ latæ ſententiæ, quæ non trahunt ſecum ſuam executionem, non ſunt ſubeundæ ante ſententiam declaratoriam criminis.*
12. *Quid importent in pœnis latæ ſententiæ, particula,* ipſo iore, *aut* ipſo facto.
13. *Secundùm multos, pœnæ latæ ſententiæ ſunt ſubeundæ ante ſententiam declaratoriam, quando id exprimitur in ipſa lege.*
14. *Sed aliis neque hoc placet.*
15. *Niſi fortè in pœnam delicti atrocioris lex ipſa excludat expectationem ſententiæ.*
16. *Parochus, qui intra annum, non ordinatur ad ſacerdotium, & Epiſcopus, qui intra tres menſes non conſecratur, quomodo ſit priuatus parochia, & epiſcopatu.*
17. *Abſolutè eſt probabilius, quòd non ſit expectanda ſententia ad ſubeundas huiuſmodi pœnas, quando ſic exprimunt verba legis.*
18. *Et ſaltem id eſt certum, quando pœnæ ſunt leuiores.*
19. *Quid operetur confiſcatio, quando eſt latæ ſententiæ.*
20. *Pœnæ conuentionales quomodo ſint ſoluendæ.*
21. *Pœnæ teſtamentariæ, & conditionales, quomodo ſint ſoluendæ in conſcientia.*

POST explicatam obligationem ad culpam, quæ inducitur in iis omnibus, qui per leges tenentur, agendum eſt de obligatione ad pœnam; & explicandum, an, & quomodo ſit ſubeunda ante ſententiam, & ante executionem ipſius Iudicis; an verò tuta conſcientia poſſit, & debeat expectari ſententia, & executio ab extrinſeco. Et breuiter,

Concluſio eſt: Non omnis pœna ſtatuta per legem, eſt ſubeunda ante ſententiam Iudicis; ſed ſolùm illa, quæ hoc habet ex ſpeciali voluntate, & declaratione legiſlatoris, ſiue requirat actionem aliquam poſitiuam ad ſui executionem, ſiue ſolùm conſiſtat in aliquo negatiuo, aut priuatiuo; dummodo tamen non ſit ita grauis, vt excedat poteſtatem humanæ legis, & repugnet conditioni humanæ, vt immediatè ab ipſo reo executioni mandetur. Ita Couar. *in Epit. 4. Decretal. par. 2. cap. 6. §. 8.* Nauar. *in Man. cap. 23. num. 67. & cap. 25. num.* 117 Bonac. *diſp. 1. de legib. quæſt. 1. puncto 6. num. 6. & ſeq.* Leſſ. *lib. 2. cap. 29. num. 67.* Valen. 1. 2. *diſp. 7. quæſt. 5. puncto 6. §. 3.* Molina *tract. 2. diſp. 95.* Sanchez *lib. 2. in Decal. cap. 22.* Reginal. *lib. 13. num. 278. &* 284. Caſtr. *lib. 2. de lege pœnal. cap. 5. 8. & ſequentib. & lib. 2. de iuſta Hæretic. punit. cap. 6. & ſeq.* Corduben. *lib. 1. quæſtionar. q. 36.* Suar. *lib. 5. de legib. cap. 5. num. 15. & 16. & de cenſur. diſp. 1. ſect. 1.* Azor. *par. 1. lib. 5. cap. 7. quæſt. 1. & cap. 8. quæſt. 6.* Vaſq. 1. 2. *diſp. 168. cap. 2. & ſeq.* Salas *de legib. diſp. 15. ſect. 2. num. 26. &* 40. & alij communiter apud ipſum.

1. *Non omnis pœna ſtatuta per legem eſt ſubeunda ante ſententiā.*

Prima pars, quòd non omnis pœna ſtatuta per legem ſit ſubeunda ante ſententiam, eſt certa apud omnes, vt notat Suar. *lib. 5. de legib. cap. 5. cit. num. 3.* quia obligatio, vt quis in ſe ipſo exequatur pœnam mortis, v. g. omninò excedit poteſtatem legis humanæ, cùm ſit contra ius naturæ, quod vnuſquiſque habet ad vitam tuendam. Et idem videtur de obligatione, vt quis ſe ſpoliet omnibus ſuis bonis, & de aliis huiuſmodi valdè arduis. Et hac de cauſa nullæ reperiuntur huiuſmodi leges, quæ hoc præcipiant: & in ſpecie de ſpoliatione bonorum facienda ab Hæreticis, videtur colligi *ex cap. Cùm ſecundùm leges. de Hæret. in 6.* vbi dicitur, non licere fiſco, aut Iudicibus, aliquid vſurpare de bonis Hæretici, etiamſi conſtet de eius delicto, quouſque illud per ſententiam declaretur: quod videtur ſignum eſſe, id etiam excedere poteſtatem humanæ legis, cùm nunquam per leges ſit factum, neque ſit neceſſarium ad bonum commune: & ſi hæc ſententia declaratoria criminis aliquo modo impediatur, vel ab ipſo reo veritatem negante in iudicio, vel à teſte

2. *Qui impedit fiſcum, ne veniat ad ſententiam, & confiſcationē, ad nihil tenetur.*

eandem veritatem non deponente, nihil propterea reſtituendum eſt fiſco de bonis, quæ alioqui ad ipſum ſpectaſſent, vt notat Nauar. *in Man. cap. 25. num. 51.* Sylu. *verb. reſtitutio, 3. quæſt. 5. verſ. 7.* Sanchez *lib. 2. in Decal. cap. 22. num. 21. & 22.* Vaſq. 1. 2. *diſp. 175. cap. 2.* Salas *diſp. 15. ſect. 7. num. 98.* Azor. *part. 1. lib. 5. cap. 8. quæſt. 5. & par. 3. lib. 4. cap. 16. quæſt. 9.* Bonac. *diſp. 1. de legib. quæſt. 1. puncto 6. n. 21.* quia fiſcus per commiſſionem delicti non acquirit vllum ius proximum ad bona delinquentis; ſed ſolùm per ſententiam, & ſi hæc non ſequatur, ſimpliciter non acquirit. Neque reus, aut teſtis veritatem negando Iudici legitimè interrogāti, facit illi iniuriam cōtra iuſtitiam commutatiuā, vt propterea teneatur illi reſtituere, & compenſare damnum, quod patitur; ſiquidē iudicium non eſt inſtitutū per ſe ad Iudicē ditandū per pœnæ impoſitionem; ſed ſolùm ad impedienda delicta, & emendanda propter bonū publicum; & ſolùm per accidens poſteà eſt, vt Iudex, vel Princeps ditetur; & ideò qui hoc modo fallit iudicium, ſolùm facit iniuriam contra iuſtitiam publicam; ex qua tamen non oritur obligatio reſtituendi, vt benè explicat Vaſq. *cap. 2. cit. num. 13.* Et quemadmodum, ſi pœna imponenda non eſſet pecuniaria, ſed ſolùm corporalis, ex tali actu fallendi iudicium, nulla oriretur obligatio reſtituendi: ita neque oritur, ſi pœna ſit ſolùm pecuniaria, & non corporalis.

Atque ex hoc rectè ſoluitur ratio aliorum, qui oppoſitum ſentiunt cum Soto *lib. 1. de iuſt. quæſt. 6. art. 6.* Caſtro *lib. 2. de lege pœn. cap. 12. §. Ex his.* Molin. *tract. 2. diſp. 95. verſus finem, §. Duo ſunt.* Reginal. *lib. 13. num. 293.* quia, ſcilicet, qui hoc modo veritatem occultat, legitimè interrogātus, iniuſtè impedit fiſcum à confiſcatione, & conſecutione bonorum; & ideò tenetur reſtituere; ſicut & teneretur, ſi quis per mendacia, & per dolum impediret alterum, nè inſtitueretur, v. g. ab aliquo hæres, vel ne aliquid ei donaretur ab alio, iam proximè diſpoſito ad donandum, & iam cogitante, & volente donare: ſoluitur, inquam, hæc ratio: quia reus, aut teſtis, dum per mendacia impedit fiſcum à confiſcatione, & conſecutione bonorum, non impedit iniuſtè contra iuſti-

tiam

tiam commutatiuam; ſed ſolùm contra iuſtitiam publicam, & legalem; ex qua tamen non oritur obligatio ad reſtituendum, vt diximus: ſecùs verò, qui per mendacia aliquem impedit, ne hæres ioſtituatur; vel ne dono aliquid accipiat; verè impedit iniuſtè contra iuſtitiam commutatiuam, cùm vnuſquiſque ius habeat, vt voluntas alterius relinquatur benè libera in ſui fauorem; non autem circunueniatur mendaciis, & dolis in ſuom damnum; atqoe ita non eſt par ratio de vtroque: & mirum non eſt, ſi hic teneatur ad reſtitutiooem; noo autem ille, vt notat Vaſq. *diſp. 175. cap. 2. cit. num. 13.* & Sanchez *lib. 2. in Decal. cap. 22. num. 22. cit.* Qui etiam ſubdit *num. 23.* idem eſſe, ſi reus ſit iam damnatus iuſtè à Iudice; ſed ex falſa cauſa, aut per falſos teſtes, appellando à ſententia, ſe ſe tandem ab illa tueatur: neque enim teoebitur pœnam ſoloere, aut aliquid reſtituere fiſco, ſiquidem appellando ex falſa cauſa, & obtioendo per falſos teſtes reuocationem iuſtæ ſententiæ, non peccauit contra iuſtitiam commutatiuam in ordine ad ipſum Iudicem, aut in ordine ad fiſcum; ſed ſolùm contra iuſtitiam publicam.

3. *Non omnis pœna ſtatuta per legem, eſt ſubeunda ſolùm poſt ſententiam.*

Secundò, certum eſt, non omnem pœnam ſtatutam per legem eſſe ſolùm ſubeundam poſt ſenteotiam Iudicis, & oon aote illam. Ita Caſtr. *lib. 2. de lege pœnali, cap. 5.* Sayr. *lib. 3. clau. reg. cap. 9. à num. 27.* Suar. *de cenſuris, diſp. 3. ſect. 1. & lib. 1. de legibus, cap. 5. cit. num. 5.* & apud illum omnes Catholici. Patet io excommunicatione, & cenſuris, quæ ſæpè feruntur ipſo iure, & incurruntur ipſo facto, & ipſa tranſgreſſione legis ſine alia ſententia, quæ feratur ab homine. Et ratio eſt: quia, quanuis ſit contra iuſtitiam, vt aliquis non accuſatus, nec conuictus de crimine, cogatur ad pœnam; qui tamen eſt ſibi conſcius de delicto, propter quod à iure fertur excommunicatio; ſatis eſt accuſatus, & conuictus in foro cooſcientiæ; & ideò in illo eodem foro iuſtè poteſt obligari ad pœnam, quidquid ſit de foro externo.

4. *Non ſolùm cenſuræ, ſed etiam plures aliæ pœnæ ſunt ſubeundæ in conſcientia ante ſententiam.*

Et quanuis Sotus *lib. 1. de iuſtit. quæſt. 6. art. 6. & lib. 4. quæſt. 6. art. 3.* Caiet. *2. 2. q. 62. art. 3. & in Summa, verb. pœna,* Bañes *2. 2. quæſt. 12. art. 2. ad 2.* & alij qui alij ex Thomiſtis doceant, id poſſe contingere ſolùm in cenſuris, non autem in aliis pœnis; certum tamen videtur, quòd poſſit contingere etiam in aliis, vt ſubdit Suar. *lib. 5. de legibus, c. 5. cit. num. 7. & 8.* & Salas *de legibus, diſp. 15. ſect. 5. num. 26.* & patet in priuatione beoeficiorum, quæ ipſo facto incurritur per aliquos caſus ſimoniæ confidentialis, iuxta decreta Pij IV. & Pij V. quæ refert Nauar. *in Man. cap. 23. num. 110.* & per alienationem bonorum eccleſiaſticorum, *iuxta Extrauag. Ambitioſæ de rebus Eccleſ. non alienandis.* in reſtitutione dupli facienda ab Epiſcopis intra menſem, ſi in viſitationibus munus quodcunque acceperint, *iuxta cap. Romana.* & *cap. Exigit. de cenſibus, in 6.* & Trident. *ſeſſ. 4. de reform. cap. 3.* in priuatione fructuum beneficij, per omiſſionem Horarum canonicarum, iuxta decretum Concilij Lateranen. *ſeſſ. 9.* & Bullam Pij V. in impedimentis dirimentibus matrimonium, quæ aliquando proueniunt ex delictis, & habent veram rationem pœnæ: in reſtitutione illius, quod fuit acceptum pro gratia obtinenda, vel pro iuſtitia adminiſtranda in Romana Curia, quod eſt erogandum pauperibus, antequàm habeatur abſolutio ab excommunicatione incurſa, iuxta conſtitutionem Bonifacij VIII. & Gregorij XIII. *de datis, & promiſſis.* in priuatione dominij omnium bonorum ob crimen hæreſis, ratione cuius, quando poſteà fertur ſenteotia declaratoria criminis, retrotrahitur executio ad primam diem commiſſi crimiois, & in aliis huiuſmodi. Et ratio eſt: quia, ſicut poteſt Princeps voce Iudicis, aut ſua, inferre pœoam ſubeundam à reo; ita & poteſt illam inferre ſcripto, aut lege, cùm non ſit minor poteſtas legis, quàm Iudicis; & lex ſit Magiſtratus mutus, & Magiſtratus ſit lex loquens, ex M. Tullio *lib. 2. de legibus.* Et, ſicut poteſt vnuſquiſque imponere ſibi legem aliquam particularem per votum, ſéque obligare ad certam pœnam ſine alia ſententia Iudicis, ſi hoc, vel illud fecerit, vt, v. g. ad ieiunandum, vel ad dandam eleemoſynam, ſi fuerit fornicatus: ita & poteſt obligari à Principe per aliquam legem vniuerſalem.

Tertiò, vt cognoſcatur, quæ pœnæ ſint ſubeundæ in conſcientia ante ſententiam Iudicis, hanc regulam tradit Caietan. *2. 2. quæſt. 62. art. 3. & in Summa, verb. pœna,* Ang. Armill. & Summiſtæ *eod.* Nauarr. *in Man. cap. 23. num. 66.* Sayr. *lib. 3. cap. 9. num. 16.* Valen. *1. 2. diſp. 7. ſect. 5. puncto 6. quæſtione 3. in fine,* & alij apud Salas *diſp. 15. de legibus, ſect. 2. num. 24.* & apud Suarez *lib. 5. de legibus, cap. 5. num. 11.*

Illæ tantùm debent ſubiri ante ſententiam, quæ ſolùm cooſiſtunt in priuatione, aut paſſione; non autem illæ, quæ ad ſui executionem requirunt actionem aliquam poſitiuam. Atque hoc modo poteſt quis ab ipſo iure pati cenſuras, pœnam infamiæ, priuationem vocis actiuæ, & paſſiuæ, amiſſionem dominij, priuationem beneficij eccleſiaſtici, & ſimiles: non autem tenetur ſe ipſum occidere, aut mutilare, ex ſe ipſo ire in carcerem, aut in exilium, bona ſua tradere fiſco, reſignare beneficium, &c. 5. *Secundùm aliquos, tunc pœna eſt ſubeunda ante ſententiam, quando conſiſtit in aliquo negatiuo, non autem quando requirit actionem aliquam poſitiuam.*

6. *Sed impugnatur.*

Sed contra hanc regulam illud facit: quia, neque omnes pœnæ, quæ conſiſtunt in aliquo negatiuo, & ad ſui executionem non requirunt actiooem ipſius rei, videntur ſubeundæ in conſcientia ante ſententiam: vt, ſi quis, verbi gratia, per legem damnetur, vt fame pereat, & cibum non ſumat, quanuis poſſit; & vt in carcere maneat, eóque etiam aperto non fugiat: neque omnes illæ, quæ requirunt actionem, non ſunt ſubeundæ ante ſententiam, vt patet in reſtitutione dupli facienda ab Epiſcopo: quia munus accepit in viſitatione, io reſtitutione fructuum beneficij facienda pauperibus, aut Eccleſiæ ab illo, qui omiſit Horas canonicas, io reſignatione beneficij facienda ab illo, qui res Eccleſiæ alienauit, aot incidit in ſimoniam, & in aliis huiuſmodi, vt notat Suarez *de cenſuris, diſput. 3. ſect. 1. cit. num. 10. & 11. & lib. 5. de legibus, cap. 5. num. 12. & cap. 7. num. 5. & ſeqq.* Sot. *lib. 1. de iuſt. quæſt. 6 art. 6.* Stephanus Auila *tract. de cenſuris, parte 1. dub. 1.* Nam, quanuis obligatio reſignandi beneficium, aut fructus reſtituendi, oriatur immediatè ex iure ipſo naturæ, ſecundùm quod qui eſt priuatus titulo beneficij, non poteſt illud retinere; & qui ooo facit fructus ſuos, tenetur illos reſtituere: mediatè tamen etiam oritur ex lege humana, inducente huiuſmodi priuationem tituli, & inhabilitante ad faciendos fructus ſuos; & ideò reſpectu illius verè habet rationem pœnæ non ſolùm priuatio tituli, & iohabilitas; ſed etiam reſignatio, & reſtitutio, vt notat Vaſquez *par. 2. diſp. 168. num. 20.* & Salas *diſp. 15. cit. ſect. 2. num. 26.* & per conſequens etiam illa, quæ continet executionem, & actionem poſitiuam, aliquando eſt ſubeunda ante ſententiam.

Quare multò aptius videtur id, quod concludit Suar. *lib. 5. de legibus, cap. 5. cit. num. 15. & 16.* & 7.

Salas

Siue pœna conſiſtat in aliquo negatiuo, ſiue requirat actionem poſitiuã, eſt ſubeunda ante ſententiam, ſi hæc ſit intẽtio legis, & ipſa pœna non ſit nimis grauis.

Salas *diſp.*15.*ſect.*2.*num.*32. ex Corduben. Nauarr. Couarr. & aliis; tam eas pœnas, quæ conſiſtunt in aliquo negatiuo, quàm eas, quæ requirunt actionem aliquam poſitioam, poſſe obligare in conſcientia ante ſententiam Iudicis, ſi hæc fuit intentio legis; dummodo ſint moderatæ, non autem ſint nimis graues, & ratione nimiæ grauitatis excedant poteſtatem humanæ legis, & conſequenter etiam repugnet conditioni humanæ, vt executioni mandentur ab ipſo reo. Pro qua re non videtur poſſe tradi vlla certior regula, quàm vt expeudatur prudenti iudicio, vtrùm pœna, quæ per legem imponitur, ſit grauior, & moraliter ſopra vires, & ſupra poteſtatem humanæ legis. Et quanuis communiter huiuſmodi moderatio pœnæ faciliùs videatur reperiri in iis, quæ ſunt negatiuæ, aut priuatiuæ; poteſt tamen reperiri etiam in aliis, quæ ſunt poſitiuæ, & abſolutè etiam in vtriſque poteſt non reperiri, vt patet ex dictis. Et ex eo, quod concedunt Caiet. & alij *paulò antè* citati *num.*5. de iis pœnis, quæ ſunt negatiuæ, aut priuatiuæ, quòd poſſint imponi, vt ſubeundæ ante ſenteutiam Iudicis, poteſt deſumi argumentum ad idem probandum etiam de iis, quæ conſiſtunt in aliqua actione poſitiua; ſiquidem multò eſt difficilius obligare aliquem, vt abſtineat, v. g. à communicando cum amicis, & vt ſimpliciter taceat, & ſolus viuat, vt certè obligatur quis per excommunicationem, quàm obligare, vt det eleemoſynam, v. g. vel vt reſignet beneficium, & ſic de cæteris.

Et confirmatur: quia, vt refert. Caiet. 2.2. *quæſt.* 186.*art.*9.*ad* 2.*dubium*, inter Regulas Religioſorum aliquando eſt, vt per ſe ipſi certas pœnas propter certa delicta exequautur, etiamſi nullus Prælatus eas imponat: vt, v.g. inter Regulas Dominicanorum, quòd qui ſepties fregerit ſilentium inter duo capitula, ſedeat in vno prandio in terra; eáſque pœuas Religioſi tenentur exequi, etiam ſine alia ſententia declaratiua: quod tamen non eſſet, ſi huiuſmodi pœnæ non eſſent ſubeundæ ante ſententiam.

Et ſimiliter in lege veteri *Exodi* 21. præcipitur, vt qui excuſſerit oculum, aut dentem ſerui, aut ancillæ, teneatur ei dare libertatem. Et quòd hæc lex obligarit ante ſententiam, ex eo colligit Caſtrus *lib.*2.*de leg pœn. cap.*4. & Sayr. *lib.*3.*clau. reg.cap.*9. *num.*27. & Salas *diſp.*15.*de legib.ſect.*2.*num.*33. quia alioqui fuiſſet omninò inutilis: ſiquidem facilè dominus potuiſſet huiuſmodi ſeruum domi tenere per vim, ne tale delictum deferret ad Iudicem.

Neque contra hanc regulam facit S. Thom. 2.2. *quæſt.*62.*art.*3.*in corp.& ad* 3. Molin. *tract.*2.*diſput.* 276.§.*Illud vniuerſim*. Sanchez *lib.*3.*de matrim.diſp.* 53.*num.*6.*ad* 2.*&* 3. & Theologi communiter apud eundem *ibidem, num.*2. qui abſolutè aſſerunt, pœnam non eſſe ſubeundam ante ſeotentiam: vt enim notat Salas *diſp.*11. *ſect.*2.*cit. num.*35. id ſolùm intelligitur regulariter, & quando aliter non conſtat de rationabili voluntate legiſlatoris. Et ſimiliter, quod ſæpè dicitur in Scriptura, & in ſacris Canonibus, quòd non ſit aliquis iudicaudus, aut damnandus, niſi priùs audiatur; ſolùm intelligitur de condemuatione, quæ fit à Iudice, & in foro externo contra certam perſonam, vt idem Salas *ibidem* ſubdit, & Vaſquez *part.*2. *diſp.*168.*cit.num.*41. non autem de illa, quæ fit ſolùm per legem, & contra per-

A pœna ſubeunda ante ſententiã poteſt quis excuſari ratione infamiæ.

8. ſonam incertam, vel generaliter contra omnes reos talis delicti. Et denique, ſi ex eo, quòd quis ſubeat pœnam ante ſententiam, immineat illi grauis infamia, & quòd ipſemet debeat prodere ſuum delictum; certum eſt, quòd excuſatur, ne illam ſubeat, vt etiam contingit in cenſuris, & notat idem Salas *num.*37. & Bonac. *diſp.*1.*de legibus, quæſt.*1.*puncto* 6. *num.*10.

Priuatio vocis actiuæ, & paſſiuæ, ſi eſt latæ ſentẽtiæ, eſt ſubeunda ante ſententiam Iudicis.

9. Atque inter pœnas, quæ conſiſtunt in aliqoo negatiuo, & ſunt ſubeundæ ante ſententiam, quando in lege exprimitur, quòd incurrantur ipſo facto, rectè numerat Vaſq. 1.2.*diſp.*168. *cap.*6.*n.*46. etiam priuationem vocis actiuæ, & paſſiuæ, ſi etiam hæc ex vi legis eſt aliquando latæ ſententiæ. Et addit, quòd nihil habet probabilitatis, & in conſcientia practicari non poteſt oppoſita ſententia, quam habet Sot. *lib.*1. *de iuſt.quæſt.*6.*art.*6. *& lib.*4 *quæſt.*6. *art.*3.*in fine*, & Ledeſma *ſecunda quarti*, *quæſt.*18. *art.*2.*concl.*3. & probabilem putat etiam Azor. *par.* 1.*lib.*5.*cap.*7.*quæſt.*2. & apud Salas *de legib.diſp.*15. *ſect.*3. *num.*43. quòd etiam in hac ſit expectanda ſeutentia Iudicis; non obſtante, quòd in lege dicatur incurri eo ipſo, vel ipſo facto: ſi enim pœna, quæ non requirit executionem per actionem aliqnam poſitiuam; ſed ſolùm conſiſtit in priuatione, & per legem eſt latæ ſententiæ, & non eſt grauis, ſupra conditionem humanæ naturæ, eſt ſubeunda ante aliam ſententiam Iudicis; quare non etiam priuatio vocis actiuæ, & paſſiuæ, cùm etiam hæc ſolùm conſiſtat in aliquo priuatiuo, & non ſit admodum grauis?

Qui eſt priuatus voce actiua, & paſſiua, ad quid teneantur, vt vitet electiones.

10. Et hinc vlteriùs fit ex eodem Vaſq. vt, qui ſic eſt priuatus voce actiua, & paſſiua, teneatur in conſcientia non ſe ingerere in electiones, ſiue actiuas, ſiue paſſiuas; & ſi aliter non poſſit illas effugere, teneatur aliquo modo manifeſtare ſuum impedimentum; ſicut & teneretur, qui aliter non poſſet effugere matrimonium, & pro illo haberet impedimentum aliquod dirimens: nam, quanuis nemo ſit obligatus crimen ſuum manifeſtare, etiam interrogatus ſub iuramento, quando Iudex interrogat, & procedit ad pœnam, & aliunde non habet de illo probationem ſemipleuam; quia eſt nimis durum, vt quis cogatur eſſe primus teſtis contra ſeipſum: quando quis tamen interrogatur pro validitate matrimonij, aut electionis, omninò tenetur manifeſtare impedimentum, aut aliter in illam non ſe ingerere, vt ſubdit Vaſq. *num.*48. & Salas *ſect.*3.*n.*44. ex Nauar. *in cap. Inter verba.* 11. *quæſt.*4. *num.*181. Soto *de tegen. ſecr. memb.*2.*quæſt.*6. *poſt tertiam concluſionem*. Sylu. *verb. inquiſitio*, 1.*quæſt.*4. *particula* 3. Ang. *eod. num.*1. & colligitur *ex cap. Cùm in cunctis. de elect.cap. Cùm dilectus. eod.* & *cap. fin. de clandeſt. deſponſat.* Et ratio eſt: quia nullitatem matrimonij, & electionis, & incommoda, quæ ex illa ſequuntur, vnuſquiſque tenetur vitare, quantùm poteſt, etiam cum propria infamia, ſi ponatur iam proceſſiſſe ad huiuſmodi matrimonium, aut electionem; cùm tamen potuerit non procedere.

Secundùm multos, etiã pœna latæ ſententiæ, quæ non trahunt ſecũ ſuã executionem, non ſunt ſubeũdæ ante ſententiam declaratoriam.

11. Illud prætereà circa huiuſmodi pœnas, quæ dicuntur latæ ſententiæ, notat Sylu. *verb. Aſſaſſinus, in fine*, Sot. *lib.*1.*de iuſt. quæſt.*6 *art.*6. Vaſq. 1.2.*diſput.* 168.*cap.*4.*num.*25. & Salas *diſp.*15.*ſect.*2.*num.*30.*&* 31. quòd ſi non trahant ſecum ſuam executionem, vt eſt, v.g. excommunicatio, & cenſuræ, etiamſi dicantur incurri ipſo iure, vel ipſo facto; ſemper tamen eſt expectanda ſententia declaratiua delicti; & interim non ſunt ſubeundæ in conſcientia; & particulæ illæ, *ipſo iure*, aut, *ipſo facto*, non propterea frustrà ponuntur; quia important, quòd talis pœna non ſit ferenda à Iudice per ſeutentiam condemnatoriam, & faciunt, vt quando poſteà ſequitur declaratio criminis, retrotrahatur pœna vſque ad diem commiſſi criminis: quaſi ex tunc fuiſſet incurſa, & executioni mandata; & ideò, ſi huiuſmodi pœna ſit, v.g. priuatio, & confiſcatio omnium bonorum, vt contingit in crimine hæreſis, omnes contractus ab

Quid importent in pœnis latæ ſententiæ.

12.

illo die commiſſi criminis reſcinduntur, aut declarantur fuiſſe irriti; & ſi delinquens ſit mortuus, poteſt fiſcus coouenire hæredes in ſolidum, pro bonis illius, etiamſi ante mortem non fuerit contra illum lis conteſtata per accuſationem delicti; quia bona iam erant ipſi fiſco affecta, & obligata per realem obligationem: & ideò poteſt fiſcus actione reali conuenire hæredes: quod tamen non eſſet, ſi pœna illa priuationis, & cooſiſcationis bonorum, non fuiſſet latæ ſententiæ, aut lis ante mortem non fuiſſet conteſtata per accuſationem delicti, vt patet *ex l.1.C.de delict. defunct.* & *l.Ex iudiciorum ff. de accuſat.* & notat Bonacin. *de legibus, diſp.1.qu.1.puncto 6.num.*8. Molin. *tract.2. diſp.95. verſ. Secundò, quoniam. & verſ. Licèt autem.* Graff. *part.1. deciſ.lib.2.cap.*11. *num.*26.29.*&* 31. Sanchez *lib.2. in Decal.cap.22.num.26.& ſeq.* Salas *diſp.15.de legibus, ſect.3.num.*42. & Vaſquez 1.2.*diſp.170.cap.4. num.21.&* 22. & Gomez. *tom.3. variarum, cap.vlt. num.2.*& Symanchas *de cathol.inſtit.tit.9.num.*189. Sicut enim, quando confiſcatio eſt latæ ſententiæ, bona ſunt ipſo facto obligata fiſco, & ideò fiſcus poteſt agere contra hæredes actione reali: ita è contrà, ſi confiſcatio ſolùm ſit ferendæ ſententiæ, bona non manent realiter obligata, & hæredes non tenentur obligatione reali, & niſi præterea coorra delinquentem ſit lis conteſtata ante mortem; neque etiam tenentur obligatione perſonali, cùm crimen ſit perſonale, & ſequatur perſonam, & delicta extinguantur morte delinquentis, *l.1.C.ſi reus, vel accuſator.* & fiſcus non habeat ius in bona, niſi poſt condemnationem; quæ tamen in mortuum ferri non poteſt, cùm non ſit ampliùs ſub poteſtate humana.

Atque ex hoc concludit Sylu. *verb.aſſaſſinus.cit.* Ang.*verb.pœna, num.*30. Adrian. *quodl.6.art.1.* & Leſſ.*lib.2.cap.29.num.*63. & alij apud ipſum, & apud Salas *de legibus, diſp.16.ſect.3.num.*42.& apud
13. *Secundùm multos, pœna lata ſententia ſunt ſubeunda ante ſententiam declaratoriā, quando id exprimitur in ipſa lege.*
Vaſq.1.2.*diſp.170.cap.3.num.*7. regulam generalem pro huiuſmodi pœnis, quæ ſunt latæ ſententiæ, & non trahunt ſecum ſuam executionem, vt eſt, v.g. priuatio beneficiorum, confiſcatio bonorum, & ſimiles, quòd tunc ſolùm ſunt ſubeuodæ ante ſententiam, quando id exprimitur in ipſa lege, & dicitur, v.g. quòd talis pœna incurratur ipſo iure, vel ipſo facto; & eo ipſo, ſine alia declaratione, vel non expectata declaratione, vt fit *in Extrauag. Ambitioſæ.de reb. Eccl.non alienan.* vbi is, qui alienauit, dicitur ipſo facto, & abſque vlla alia declaratione eſſe priuatus beneficiis, & dignitatibus: & in Concilio Lateranenſi, ſub Leone X. *ſeſſ.9. in Bulla de Reform.Curiæ*, vbi de iis beneficiatis, qui amittunt Horas canonicas dicitur, quòd teneantur reſtituere fructus, nulla ad hoc ſententia expectata.

14. *Sed aliis neque hoc placet.*
Verùm hanc regulam noo probat Vaſquez 1.2. *diſp.168.cap.4.num.25.& 30.& diſp.170. cap.3.n.8. & cap.4.num.*21. & Salas *diſp.15. de legibus, ſect.2. num.30.& 31.& ſect.3.num.42. ſect.7. num.*116. & alij plures apud Stephanum Quarantam *in Summa Bull.verb.alienatio, num.*49.cum quibus id probabilius putat etiam Sanchez *lib.2. in Decal. cap. 22.num.*20.& Henriquez *lib.13.c.56.n.3.* & Graff. *part.1.deciſ.lib.2.cap.11.num.*41.qui omnes ex Couarr.*in Epit.quarti Decretal part.2.cap.6.§.8.verſu, Tertiò, hinc deducitur.* aſſerunt, etiam quando in lege exprimitur, quòd pœna incurratur ipſo facto, vel ipſo iure, non expectata declaratione; non obligare in conſcientia, vt ab ipſo reo executioni mandetur; ſed hanc poſſe expectari a Iudice, ad quem propriè pertinet, cùm alioqui ſit valdè durum, vt quis in ſe ipſo exequatur quancunque pœnam, etiam grauiſſimam, qualis eſſet, v.g. traditio omnium bonorum fiſco: & qua ratione *cap.Cùm ſecundùm leges. de Hæretic.in* 6. dicitur, quòd executio confiſcationis bonorum non eſt facienda ab Hæretico, aut aliis, qui illam incurrunt ipſo facto per leges; ſed eſt expectaoda à Iudice poſt promulgatiooem ſententiæ: ita & videtur eſſe expectanda ſenteotia execotoria, ſiue debeat ſequi ſententiam declaratoriam, ſiue non; cùm æquitas ita poſtulet in vtroque caſu.

Et idem eſt ex eodem Vaſq.1.2.*diſp.168. cap.4. num.27.& 30.* Henriquez *lib.13. de irregular. cap. 56.n.2.*Salas *diſp.15.ſect.3.num* 46. & aliis, etiam de priuatione beneficiorum, ſi fortè in lege dicatur incurri ipſo facto, & ſine alia declaratione: quia enim executio iſtius pœnæ eſt actio poſitiua, & eſt valdè difficilis, meritò poteſt expectari à Iudice, ſiue præterea debeat ferre ſententiam, ſiue non; niſi fortè lex ipſa in pœnam delicti atrocioris hoc 15. *Niſi fortè in pœnam delicti atrocioris lex ipſa excludat expectationem ſententiæ.*
etiam aliquando excludat: vt, ſi dicat, v.g. quòd beneficia retineri non poſſint; vel, quòd vacent in conſcientia; quòd ſint dimittenda; quòd fructus in conſcientia non poſſint percipi; vel quid ſimile; vt notat Bonac. *diſp.1.de legibus, quæſt.1. puncto 6.n.* 15. Reginald. *lib.13.num.*195. Salas *diſp.15.ſect.3. num.41.§. Quartò.* & hoc modo *in Extrauag.Ambitioſæ. de reb.Eccleſ.non alienan.* dicitur, quòd qui alienat, non ſolùm eſt priuatus ipſo facto beneficiis; ſed etiam, quòd hæc vacent ipſo facto: nam, vt ſubdit Vaſq. *num.*31. non dicerentur vacare, ſi vſque ad iudicij executionem remaneret titulus, & poſſeſſio; & ideò, qoi ſic eſt priuatus, omninò tenetur ex vi illius legis ita ſe gerere, ac ſi non haberet ampliùs titulum, neque poſſeſſiooem; & omnioò in beneficiom non ſe intromittere; quamuis aliter ſit dicendum ſecundùm vſum, & praxim: ſiquidem Extrauagans cit. quoad hanc partem de beneficiis dimittendis in conſcientia ante ſententiam, non eſt vſu recepta, vt notat Nauar. *in Man.cap.27.n.* 150. Suar. *lib.5. de legibus, cap.8. num.10. & 14.* Sanchez *lib.2. in Decal.cap.22.num.*20. Graff. *part. 1.deciſ.lib.2.cap.11.num.*41.Salas *de legibus, diſp.15, ſect.2.num.26.&* 46. Sayr. *lib.3.clau.reg. cap.9.n.4. 14.& 32.* Bonac.*de legibus, diſp.1.quæſt.1.puncto 6. num.*16.Sed, quidquid ſit de vſu, & praxi huius Extrauagantis, tale aliquid poteſt contingere etiam ex iure naturæ, vt habet Vaſq.*diſp.cit. n.*27. Sic enim

16. *Parochus, qui intra annum non ordinatur ad ſacerdotium; & Epiſcopus, qui intra tres menſes non conſecratur, quomodo ſit priuatus parochia, aut epiſcopatus & ad quid teneatur.*
quod dicitur *cap. Licet.de elect.in* 6. quòd habens beneficium curatum, ipſo facto ſit illo priuatus, ſi intra annum non promoueatur ad ſacerdotium: & in Trident.*ſeſſ.23. cap.2.de reform.* quòd ſimiliter, qui eſt electus in Epiſcopum, ipſo facto ſit priuatus epiſcopatu, ſi intra tres menſes non conſecretur; videtur obligare in conſcientia ante omnem executionem alterius, vt vult Nauarr. *cap.25. num.* 117. Reginald. *lib.13.num.*281. & alij apud Bonacin.*diſp.1.quæſt.1.puncto 6.cit.num.*17. quia ex ipſo iure naturæ, qui non eſt Sacerdos, nec conſecratus, neque poteſt exercere munus Parochi, aut Epiſcopi, eſt incapax tituli parochiæ, aut epiſcopatus; & lex Eccleſiæ, quæ determinat tantùm tempus, ſolùm eſt, vt noo ampliùs credatur, aut expectetur breui eſſe ordinandus, aut conſecrandus; & quaſi habeatur pro iam ordinato, aut conſecrato: hoc autem ipſo, quòd quis non habet titulum, tenetur ex ipſo iure naturæ oon ſe ingerere, & ideò renunciare.

Quanquam Salas *diſp.15. ſect.2. cit.num.31.& ſect.3.num.*45. id non admittat, & in his etiam caſibus de Parocho, & de Epiſcopo poterit eſſe expectandam executionem à Iudice, ſicut & poteſt com-

muoiter

muniſtr expectati in aliis priuationibus beneficiorum,aut bonorum. Imò Emmanuel Sà *verb.Fiſcus, num.*4. etiam de propriis bonis ait, quòd ſi lex dicat,quòd quis teneatur, ſtatim illa tradere fiſco;adhuc tamen non tenetur illa tradere ante ſententiam. Et *verb.pœna,num.*1. vniuerſaliter ait, quòd pœna impoſita ipſo iurè, vel ipſo facto,non incurritur ſine ſententia Iudicis, & ſine executione per ipſum Iudicem, etiamſi lex dicat, non requiri ſententiam,aut declarationem,vel pœnam eſſe ſoluendam in foro conſcientiæ: ſemper enim intelligitur cum hoc addito, *Iudice ipſo exequente.* Et verb. lex,num. 11. *Lex,*inquit, *priuans ob peccatum re iure poſſeſſa,intelligitur in foro exteriori poſt condemnationem.* Et in caſu de beneficiorum priuatione, idem aſſerit etiam Stephanus Quaranta *in Summa Bull. verb.alienatio,num.*49. Et quamuis addat, tutius eſſe, vt poſt incurſam huiuſmodi pœnam obtineatur à Papa retentio beneficiorum; concludit tamen Extrauagantem, *Ambitioſæ.* quoad hanc pœnam priuationis beneficiorum, ante aliam ſententiam dimittendorum, nullibi obſeruari ex Henriquez *lib.* 13.*de excommunic. cap.*56.§.3. & Tolet. *in Sum.lib.* 5.*cap.*91.*verſ.Dico tertiò.*

17. *Abſolutè eſt probabilius, quòd non ſit expectanda ſententia ad ſubeundas huiuſmodi pœnas, quãdo ſic exprimunt verba legis.*

Sed,quamuis hæc omnia ſint probabilia,& etiam in pœna priuationis officij, & beneficij poſſit ſaltem per accidens, & in aliquo caſu expectari ſententia, & executio Iudicis, vt,v.g. ſi ſpontanea ceſſio, & renunciatio ſit futura nimis ardua propter extremam, aut grauem neceſſitatem, in quam redigeretur ipſe reſignans; vel propter grauem infamiam,quam incurreret; & interim fiat recurſus ad ſuperiorem, vt remedium illi adhibeat, & beneficium, aut officium reſtituat, & pœnam commutet, aut temperet, vt loquitur Suar. *lib.*5. *de legib.cap.*8. *num.*26 *in fine,* & Salas *diſp.*15.*ſect.*3.*num.*45. negari tamen non poteſt,quin regula Syluij, & aliorum *paulò antè* allata *num.*13. de non expectanda alia ſententia, ſaltem quando priuatio beneficij verbis ipſis legis dicitur incurri, abſque alia declaratione, per ſe loquendo, ſit multò verior, & probabilior; eámque docet etiam Nauar.*in Man.cap.*23.*n.*67.*&* 110.& *cap.*25.*num.*117.118.*&* 119. Valen.1.2.*diſp.* 7.*quæſt.*5. *puncto* 6. *quæſtiunc.*4. *ad finem.* Leſſ.*lib.*2. *cap.*29.*num.*63.Bonac. *diſp.*1.*de legib.quæſt.*1.*puncto* 6.*num.*16.*in fine*, Suar. *lib.*5.*de legib.cap.*8.*cit.n.*19. *& ſeq.* & alij apud ipſum: & pro illa facit vſus receptus Romanæ Pœnitentiariæ, ſecundùm quem Breuia expediuntur pro ſolo foro conſcientiæ ad beneficia retinenda, quorum priuatio eſt ſic incurſa,vt notat Stephan.Quaranta *in Summa Bull. verb. alienatio,num.*49.*cit.* Et reuerà, cùm in legiſlatore non deſit poteſtas obligandi in conſcientia ad reſignationem beneficij abſque alia declaratione, vt iam probauimus; & faciendi, vt hæc etiam pœna trahat ſecum ſuam executionem, ſicut & trahunt cenſuræ, & pœna reſtituendi fructus beneficij ob non recitationem Horarum canonicarum, & aliæ ſimiles, de quibus *ſuprà, num.*4. quòd prætereà neque etiam deſit voluntas,non poteſt haberi clariùs, quàm ex verbis ipſius legis, ſi hoc ipſum formaliter exprimant, quòd non ſit expectanda alia declaratio. Et alioqui, ſi hac clauſula non obſtante, adhuc poſſet expectari ſententia declaratoria; nihil plus operaretur lex per hæc verba, quàm ſimpliciter priùs fuiſſet operata per illa alia, *ipſo iure,* aut *ipſo facto:* ſiquidem etiam per illa fuiſſet operata retrotractionem priuationis ad diem criminis. Et quod indicat Couar. *in Epit.quarti Decretal par.*2. *cap.*6.§.8. *num.*10.*cit.* quòd etiam, ſi non ſit expectanda declaratio, vel ſententia declaratoria criminis; poſſit tamen expectari executio; non videtur ſatis ſolidum:quia Iudex non poteſt venire ad executionem pœnæ, niſi declaret, eam deberi propter tale delictum; & eo ipſo, quòd lex præcipit non expectari declarationem, videtur etiam præcipere non expectari executionem.

Et ſimiliter non videtur valdè ſolidum,quod habet Salas *n.* 47. hæc verba, *abſque alia declaratione,* ſolùm intelligi de declaratione pœnæ, nõ autem de declaratione delicti:dũ enim lex prohibet expectari aliam declarationem, de omni alia declaratione id prohibet, ſiue ſit declaratio pœnæ,ſiue delicti,cùm particula negatiua ſecundùm regulam Logicorum diſtribuat omnia, & omnia neget; & vult omninò ſufficere illam ipſam,quæ ſit per legem.

18. *Et ſaltem id eſt certũ,quãdo pœnæ ſunt leuiores.*

Sed,quidquid ſit de huiuſmodi pœnis grauioribus,certum videtur, quòd aliæ leuiores ſunt ſubeundæ ante ſententiam: & tales ſunt ex Azor. *par.* 1.*lib.*5.*cap.*7.*quæſt.*4.& Salas *de legib.diſp.*15.*ſect.*3. *cit.num.*50. quibus Iudices, & Notarij aliquando priuantur muneribus,quæ accipiunt à litigantibus, & obligantur ad illa reſtituenda, vel inhabilitantur ad acquirendum illorum dominium: pro his enim pœnis leuioribus non valet ratio, quæ valet pro grauioribus; quòd illatum executio, prout facienda per ipſum reum, ſit nimis dura, & ſupra conditionem humanæ legis,vt patet ex dictis.

19. *Quid operetur cõfiſcatio, quando eſt latæ ſentẽtiæ.*

De confiſcatione verò bonorum,quando eſt latæ ſententiæ, verùm priuet ſtatim dominio, & ſolùm relinquat poſſeſſionem,& adminiſtrationem bonorum, vt vult Caiet. 2.2.*quæſt.*62.*art.*3. an verò relinquat etiam dominium, & ſolùm faciat, vt illa bona ſint obligata fiſco, & per ſententiam declaratoriam criminis poſſit confiſcatio retrotrahi ad diem criminis, vt vult Vaſq.1.2. *diſp.*170.*cap.*3. & Henriquez *lib.*13.*de excommunic.cap.*56.*num.*2.non eſt huius loci. Videri poſſunt Authores citati, & Salas *diſp.*15.*de legibus, ſect.*4.*&* 5. & Molin. *tract.* 2.*de contract.diſput.*95. & Sanchez *lib.*2. *in Decal. cap.*22.

Ex his, quæ diximus de huiuſmodi pœnis latis per legem, facilè poteſt intelligi, quid ſit dicendum etiam de aliis, quæ ſæpè apponuntur in contractibus ex ſola conuentione contrahentium, & communiter appellantur pœnæ conuentionales: vt,ſi mutuatarius, v.g.conueniat cum mutuatore,de ſoluendis illi decem,ſi ad diem ſtatutam non ſoluerit mutuum; & de illis, quæ apponuntur in teſtamentis, ſi hæredes, aut legatarij hoc, vel illud non fecerint,prout teſtator præcepit,quæ dicuntur pœnæ teſtamentariæ,aut conditionales.

20. *Pœnæ conuentionales quomodo ſint ſoluendæ.*

Nam,quemadmodum pœnæ iam ſtatutæ, & latæ per leges ſunt ſubeundæ ante ſententiam Iudicis, quando legiſlator, vel in pœnam atrocioris delicti, vel ex quauis alia cauſa ita præcipit, & in ipſa lege ſufficienter exprimit, non eſſe expectandam aliam ſententiam: ita & pœnæ conuentionales,appoſitæ in contractibus, debentur in conſcientia ante ſententiam, cùm ipſimet contrahentes ſponte, ac liberè quaſi legem ſibi poſuerint de illis ſic perſoluendis,vt communiter dicitur *in materia de contractibus*, & videre eſt apud Menochium *de arbitrariis, centuria* 3. *caſu* 260.*num.*140.Molin. *tract.*2.*diſp.*97.Couar.*in Epit. part.*2. *cap.*6.§.8. *num.*12. Nauarr. *in Man. cap.*23. *num* 67.Suar.*lib.*5. *de legib.cap.*6.*num.*8. Salas *de legib.diſp.*15.*ſect.*3. *num.*51. Bonacina *de legib.diſp.*1. *q.*1.*puncto* 6.*n.*23.ſi tamen aliter conſtaret de mente contrahentium, & in contractu ſolùm conueniſſent, vt alter alterum poſſet cogere per officium Iudicis, & per publicam poteſtatem, ad talé,vel talem pœnam ſoluendam; expectanda omninò eſſet

ſententia Iudicis, neqne ante illam ſoluenda eſſet in conſcientia.

21. *Pœna teſtamentaria, & conditionales, quomodo ſint ſoluenda in conſciẽtia.*

Et idem eſt de pœnis teſtamentariis, & conditionalibus: quia enim per teſtamenta ſic pœnis firmata, & roborata non diſponitur abſolutè, & ſimpliciter in fauorem hæredis, aut legatarij; ſed ſolùm ſub conditione, ſi hoc, vel illud impleuerit; vel ſolùm ſub modo, & cum obligatione, vt impleat hoc, vel illud; & ſi aliter fecerit, diſponitur in fauorem alterius; & primo hæredi, aut legatario non tam adimitur ius acquiſitum, quàm ab ipſo initio non tribuitur; mirum non eſt, ſi obligent in conſcientia independenter ab omni alia ſententia Iudicis: ſiquidem conditione illa, aut obligatione non impleta, & in caſu talis non impletionis, verè titulus non habetur, & teſtator pro tali caſu aliter diſpoſuit, vt notat Nauar. *in Man. cap. 23. num. 67.* ex Gloſſ. Panorm. & aliis *in cap. Raynaldus. de teſtamentis.* Sylu. *legatum, 2. in fine,* Armilla *verb. pœna, num. 1.* Couar. *in 4. Decretal. part. 2. cap. 6. § 8. num. 17. verſ. Vndecimò.* Sanchez *de matrim. lib. 7. diſp. 91. & lib. 8. diſp. 21. num. 77. in fine.* Valen. 1. 2. *diſp. 7. quæſt. 5. puncto 6. §. 3. verſ. Item intelligenda eſt.* Suar. *lib. 5. de legibus, cap. 6. num. 10.* Reginald. *lib. 13. num. 276.* Sayr. *lib. 3. clau. reg. cap. 9.* Sot. *lib. 1. de iuſt. quæſt. 6. art. 6. ad 4.* Bonac. *de legib. diſp. 1. qu. 1. puncto 6. num. 24.*

Atque hoc modo, ſi fœminæ relinquatur legatum cum hoc addito, ſi caſtè vixerit; non poteſt illud retinere in conſcientia, ſi non caſtè vixerit; ſed tranſierit ad ſecundas nuptias, vel fuerit fornicata, vt fusè explicat Sanchez *lib. 7. de matrimonio, diſp. 91. cit.*

DISPVT. XLIII.

Quomodo poſſit cognoſci, quòd pœna ſtatuta per legem ſit latæ ſententiæ, aut ferendæ.

1. *Concluſio eſt.*
2. *Sententia lata à iure, & lata ab homine, quænam ſit.*
3. *Idem eſt, quòd pœna dicatur incurri ipſo iure, vel ipſo facto, aut eo ipſo, & quòd dicatur lata ſententia.*
4. *Quomodo hæ particulæ,* ex tunc, ſtatim, mox, prorſus, omninò, *poſſint importare ſententiam latam, aut ferendam.*
5. *Verba præſentis temporis, aut præteriti, important ſententiam latam.*
6. *Verbum Imperatiuum:* Anathema ſit. *vtrùm importet ſententiam latam.*
7. *Si pœna dicatur incurri à reo quaſi per ſe, & ſine alterius miniſterio, eſt lata ſententia.*
8. *Si verba non exprimant, quòd pœna ſit latæ ſententiæ, cenſeri debet eſſe ferendæ.*
9. *Verba hæc:* Sub excommunicatione. *vel,* Sub interminatione excommunicationis. *ſignificant ferendam ſententiam.*
10. *Regulæ poſitæ tam valent, ſi pœna feratur à iure, quàm ſi feratur ab homine.*
11. *Et tam valent in cenſuris, quàm in aliis pœnis.*

1. *Concluſio eſt.*

CONCLVSIO eſt, quòd tunc pœna eſt cenſenda latæ ſententiæ, quando id ſignanter exprimitur in ipſa lege, vel dicitur incurri eo ipſo, vel ipſo iure, vel ipſo facto, vel fertur per verba Indicatiui, & præſentis; & non refertur ad alium, cuius miniſterio, aut actione ſit opus ad illam incurrendam. Ita Suar. *de cenſuris, diſp. 3. ſect. 3. & lib. 5. de legibus, cap. 6.* Sayr. *lib. 1. theſ. cap. 11.* Henriquez *lib. 13. cap. 20.* Caſtr. *lib. 2. de lege pœn. cap. 1. & 6.* Sanchez *lib. 2. in Decal. cap. 38. num. 91.* Hugol. *de cenſur. tab. 1. cap. 9. §. 6. num. 4. & ſequ.* Auila *de cenſuris, part. 2. cap. 2. diſp. vnica, dubio 2.* Salas *de legibus, diſp. 15. ſect. 3. & 6.* Vaſq. 1. 2. *diſp. 173. cap. 1.* Azor. *parte 1. lib. 5. cap. 9.* Rebell. *de obligat. iuxta part. 1. lib. 1. quæſt. 6. ſect. 6. num. 35. & ſequentibus.*

Cùm ergo certiſſimum ſit, quòd ſi verba legis ſignificent, pœnam eſſe imponendam à Iudice, eique committant, aut relinquant illius impoſitionem, verè ab ipſo eſt imponenda, neque eſt ſubeunda ante illius ſententiam, per quam actualiter imponatur; de hoc tamen ipſo ſæpè occurrit difficultas: quia non conſtat, vtrùm verba legis præcipiant, aut non præcipiant imponi pœnam ab ipſo Iudice, vel certè vtrùm legiſlator ipſe eam imponat, aut non imponat per ipſam legem. Et pro hoc faciunt regulæ poſitæ in concluſione. Et prima eſt, quòd tunc pœna cenſeri debet eſſe latæ ſententiæ, quando id ſignanter exprimitur in ipſa lege, vel ſaltem dicitur incurri eo ipſo, vel ipſo facto, aut ipſo iure: dum enim importatur per hæc verba, quòd non requiratur alia ſententia, ad hoc, vt pœna incurratur, apertè dicitur, quòd pœna ſit ſententiæ iam priùs latæ, ſiue ab eo, qui legem condidit, & tranſgreſſoribus pœnam impoſuit per ipſam legem firmam, ac ſtabilem, quæ dicitur ſententia lata à iure, ſiue ab illo, qui ſolùm circa aliquam particularem materiam tulit præceptum, aut ſententiam; non autem condidit legem, aut ius propriè dictum, quæ dicitur ſententia lata ab homine.

2. *Sententia lata à iure, & lata ab homine, quanā ſit.*

Neque in his locutionibus, quæ poſſunt eſſe in verbis legis, vt, ſcilicet, pœna ſignanter dicatur eſſe latæ ſententiæ, vel dicatur incurri ipſo iure, vel ipſo facto, aut eo ipſo, eſt alia diuerſitas, niſi propter reſpectum, quem important ad diuerſa: eadem enim pœna, ſi per legem feratur, poteſt dici incurri ipſo iure, in quantum ipſum ius, id eſt, ipſa lex ſententiam profert contra tranſgreſſores, & poteſt dici incurri ipſo facto, vel eo ipſo, in quantum poſito facto, & tranſgreſſione, nullóque alio expectato incurritur; & denique poteſt dici eſſe latæ ſententiæ, in quantum non eſt expectanda alia impoſitio, aut ſententia Iudicis, vt patet ex Bart. *in l. 1. num. 4. ff. de his, qui notant. infam.* & notat Suar. *de cenſur. diſp. 3. ſect. 3. cit. num. 1.* & Hugol. *de cenſur. tab. 1. cap. 9. §. 6. num. 3.* Et quamuis fortaſſe aliqua alia verba, ſub quibus pœna imponitur, poſſent ſignificare ſententiam adhuc eſſe ferendam; ſi tamen adiunctam habeant aliquam ex his particulis, omninò ſignificant ſententiam latam, vt patet *ex cap. Prouida. de elect. in 6.* vbi dicitur: *Volumus eo ipſo fore ſuſpenſos.*

3. *Idem eſt, quòd pœna dicatur incurri ipſo iure, vel ipſo facto; & quòd dicatur latæ ſententia.*

Non eſt autem eadem ratio de his aliis particulis, *ex tunc, ſtatim, mox, prorſus, omninò,* & ſimilibus: nam, ſi quis dicat, *ſtatim excõmunicetur;* non ſignificat latam ſententiam, ſed ferendam: & ſi dicat, *ſtatim ſit excõmunicatus;* vel, *ſtatim agnoſcat ſe eſſe excommunicatum;* ſignificat ſententiam latam, ac proinde hæ particulæ non ſunt attendendæ quaſi per ſe, ſed ſimul cum aliis, quibus adiunguntur, vt notat Suar. *ſect. 3. cit. num. 5.* & ſi adiungantur cum verbis præſentis temporis, ſemper important latam ſententiam, vt notat Rebell. *lib. 1. quæſt. 6. cit. numero 37.* quidquid dicat Hugolin. §. 6. *cit. numero 16.* vbi contendit, has omnes particulas eandem

4. *Quomodo hæ particula, ex tunc, ſtatim, mox, prorſus, omninò, poſſint importare ſententiam latam, aut ferendã.*

Digitized by Google

eandem vim habere, atque illas, *ipſo iure, & ipſo facto.*

5. *Verba præſentis temporis, aut præteriti, important ſententiam latam.*

Secundò, ſi pœna feratur ſub verbis præſentis temporis, aut præteriti, modi Iodicatiui, eſt cenſenda latæ ſententiæ: vt, v.g. ſi lex dicat: *Excommunicationis ſententia hunc, vel illum innodamus*, vel, *innodantes*, vel, *ducimus innodandum*, vel, *ſe nouerit innodatum*, vel, *cognoſcat ſe eſſe excommunicatum*, vel, *ſubiacere excommunicationi*, vel, *anathematis mucrone ſit percuſſus*, & eiuſmodi: nam, quanuis aliqui apud Hoſtienſ. *in Summa, lib.5. in rub. de ſent. excommunic. num.9.* non eodem modo loquátur de his omnibus formis, & contendant verba illa; *Nouerit, ſe eſſe excommunicatum.* vel, *habeat ſe pro excommunicato*; & ſimilia; non ſufficere ad excommunicandum, idque probabiliter defendat etiam Hoſtienſ. *ibidem*; oppoſitum tamen ſimpliciter eſt tenendũ, vt idẽ ſubdit, & patet *ex c.2. de teſtibus cogen.* & *c. Præterea.2. de appell.* vbi ſub illa formula fertur cenſura.

6. *Verbum Imperatiuum: Anathema ſit. vtrùm importet ſententiam latã.*

Et idem eſt de aliis verbis modi Imperatiui: *Anathema ſit.* vel ſimilibus, vt notat Hugolin. *tab.1. cap.9.§.6. num.18.* Sayr. *lib.1. theſ.cap.11. num.10.* Henriquez *lib.13. cap.20. num.2.* Suar. *de cenſur. diſp.3. ſect.3. num.4.* Felinus *in cap. Rodulphus, num.33. de reſcriptis*, & alij apud Sanchez *lib.7. de matrim. diſp.12. num.2.* quanuis Gloſ. *in cap. fin. de foro competenti*, exiſtimet, ea ſolùm continere comminationem cenſuræ. Sed contrà eſt: quia ita declaratur *cap. Hac autem. d.30.* vbi Patres Concilij Gangrenſis, dicunt, ſe in hoc ſenſu vſurpaſſe hæc verba in ſuperioribus capitibus; & per ea clarè dicunt, ſe eos omnes abſcidiſſe, id eſt, à communione fidelium ſeparaſſe, & excommunicaſſe, contra quos illa protulerunt. Et certum videtur, quòd hæc verba ſint multò grauiora, quàm illa alia, *ſit*, vel, *maneat excommunicatus*; quæ tamen ſignificant latam ſententiam. Et ratio eſt: quia continent actum imperij practicum, eiúſque executio, & impletio omninò dependet à voluntate, & poteſtate eius, qui imperat; non autem referunt talem executionem ad alium Iudicem, ſicut ſi dicerent, *excommunicetur, ſuſpendatur*, & ſimilia, vt notat Hugolin. *§.6. cit. num.7.*

Oppoſitum tamen de his verbis: *Anathema ſit.* eſſe multò probabilius, putat Sanchez *lib.2. in Decal. c.38. n.91. & lib.7. de matrim. diſp.12. num.2. cit.* ex Bal. *in cap. At ſi Clerici. num. 20. de iudiciis.* ex Gloſ. *in cap. fin. cit. de foro competen.* Turrecrem. *in cap.1. diſt.30.* & aliis: quia verbum, *ſit*, poteſt accipi etiam, prout importat tempus futurum, & eſt, v.g. modi potentialis, aut ſubiunctiui, vt etiam de hoc alio, *excommunicatus ſit*, docet Nauar. *in Man. cap.27. num.12.* Et quando eſt dubium, vtrùm accipiatur pro tempore præſenti, an pro futuro, debet accipi in mitiori ſenſu, id eſt, pro futuro; & quatenus continet excommunicationem ferendam: quomodo etiam accipitur, quando vſurpatur circa materiam, de qua conſtat ex aliis textibus, quòd ſolùm puniatur per excommunicationem ferendam, vt docet Panorm. *in cap.2. de foro compet. in fine.* Sanchez *locis citatis.* Nauar. *cap.27. n.12. cit.* Suar. *lib.2. de ſuperſtit. cap.19. num.4.*

Neque contra hoc facit, quòd in Conciliis circa materiam fidei, quando dicitur: *Anathema ſit.* communiter importatur excommunicatio latæ ſententiæ: id enim eſt, quia, qui oppoſitum ſentit, eſt Hæreticus; & ideò, vt talis, eſt ipſo facto excommunicatus, & ex ipſa materia ſatis determinatur, quo ſenſu accipiatur verbum, *ſit*, vt notat Turrecrem. *in c. primum, cit. d.30.* & Sanchez *locis cit.*

7. Tertiò, ex Hugolino *tab.1. cap.9.§.6. num.19.* & aliis communiter apud ipſum, ſi verba, quibus imponitur pœna, & fertur, v.g. cenſura, ſignificent, quòd ad eam incurrendam non eſt opus miniſterio alterius; ſed ipſe reus, quaſi per ſe illam incurrit, cenſeri debet eſſe latæ ſententiæ: vt, ſi lex dicat, v.g. *Qui contrà fecerit, excommunicationem incurrat; in excommunicationem incidat; in excommunicationem incurſurus eſt; nouerit ſe incurſurum*; & alia eiuſmodi: ſi enim intentio legis, aut Iudicis eſt, vt reus per ſeipſum, & ſine alterius miniſterio pœnam incurrat, ſicuti ſignificant huiuſmodi verba; ſignum eſt, quòd noluerit expectari aliam ſententiam: quia tunc in illam non incideret, aut incurreret reus quaſi per ſe; ſed conijceretur quaſi ab aliis, qui ſententiam ferrent.

Si pœna dicatur incurri à reo quaſi per ſe, & ſine alterius miniſterio, eſt lata ſententia.

Et ad hanc regulam poteſt reduci etiam alia, quam ponit quarto loco Hugol. *ibidem, num.13.* & Sayr. *cap.11. num.8.* quòd ſit pœna latæ ſententiæ, quando verba legis, aut hominis, ſignificant, aut iubent, reum eſſe, aut permanere, v.g. in cenſura, aut illi ſubiacere, dicendo, v.g *maneat excommunicatus, excommunicationi ſubiaceat*; & ſimilia: ſignum enim eſt, quòd tale imperium ſeipſo eſt efficax, neque indiget miniſterio alterius: & eo ipſo, quòd reus præcipitur permanere, aut ſubiacere; ſatis ſignificatur, quòd in cenſuram, & pœnam iam inciderit, & ſub illa iam ſit: ſecùs verò eſt de hoc verbo, *ſubdatur*, vt notat Rebell. *lib.1. quæſt.6. ſect.6. cit. num.37.§. Sed quoad verba. in fine*, ex Ioanne Andrea, Hoſtienſi, Tiraquello: quia hoc ex propria ſignificatione importat paſſionem illius, qui ſubditur; & actionem illius, qui ſubdit; & vſurpatum per legem, remittit ad alteram pœnæ impoſitionem.

8. *Si verba non exprimant, quòd pœna ſit lata ſententia, cenſeri debet eſſe ferenda.*

Quartò, ſi verba legis, aut ſententiæ, quibus pœna imponitur, nihil contineant, quod poſitiuè oſtẽdat, eam eſſe latæ ſententiæ; cenſeri debet potiùs eſſe ſententiæ ferendæ, vt ex communi ſententia notat Salas *diſp.15. de legib. ſect.3. num.41. & ſect.6. num.77. & 79.* & Rebell. *de oblig. inſt. part.1. lib.1. quæſt.6. ſect.6. num.37.* quia pœnæ, & odia ſunt reſtringenda: atque hoc modo, ſi quis præcipiat aliquid, vel prohibeat, v.g. ſub pœna excommunicationis, ſine alio addito, intelligi debet ſolùm comminari excommunicationem, non autem ferre ex tunc, vt notat Gloſ. *in cap. Salomitana. diſt.63.* & *in cap. Sicut tuis. de ſimon.* & *in cap. primum, de eo, qui furtiuè Ord. ſuſcep.* Hugol. *tab.1. cap.9. cit.§.6. n.15. & cap.20.§.4. num.2.* Suar. *de cenſur. loco cit. num.6.* Nauar. *in Man. cap.27. num.12.* Sayr. *lib.1. theſ. cap.11. num.12.*

9. *Verba hæc Sub excommunicatione, vel, Sub interminatione excõmunicationis. ſignificant ferendã ſententiam.*

Et idem eſt de his aliis formulis: *Sub anathemate. Sub excommunicatione Sub interminatione*, vel, *interpoſitione anathematis.* & ſimilibus: nam, quanuis *cap.1. de locato*, videatur haberi, quòd aliquid ſub pœna anathematis prohibitum, aut præceptum, ſecum illam afferat, quaſi latæ ſententiæ, quod idem de interminatione anathematis habetur *cap.1. de eo, qui furtiuè Ord. ſuſcep.* his tamen locis non dicitur, quòd illis præceptis excommunicatio eſſet ſignanter adiuncta ſub illis verbis, iiſque formulis: *Sub pœna*, vel, *ſub interminatione anathematis.* ſed ſolùm refertur, quòd eſſet adiuncta: & cùm præterea fuerit iudicata latæ ſententiæ, dici debet fuiſſe adiuncta ſub aliqua formula, quæ id exprimeret ſufficienter, vt notat Gloſ. *in cap. Sicut tuis. cit. de ſimon.* & *in cap.1. de eo, qui furt. Ord. ſuſcep.* Et magis in particulari, quòd hæc forma, *ſub interminatione anathematis*, non ſignificet ſententiam latam, ſed ferendam, patet manifeſtè ex ipſa notione vocabuli: ſiquidem, *interminari*, ſolùm eſt interdicendo minari, vt colligitur *ex Authen. de non alienand. aut permutand.§.1.* & *ex Authen. Vt defuncti, ſeu funera.*

§.1.quo modo etiam dicimus, *interminari diuinum iudiciū; interminari pœnas grauiſſimas*;& ſimilia.Et ideò *cap.Relatum. de iure patronat.* præcipit Pontifex, vt qui Eccleſiam ſpoliant contra prohibitionem factam ſub interminatione anathematis, excommunicentur: & *cap.Clericus in fine,Ne Clerici, vel Monac.* prohibetur ſub interminatione anathematis, ne Sacerdos habeat officium Vicecomitis, aut Præpoſiti ſæcularis: & ſubditur: *Si quis autem contra hoc venire præſumpſerit, & commonitus emendare noluerit, excommunicationi ſubiaceat.* quæ tamen omnia fruſtrà adderentur, ſi formula illa, *ſub interminatione anathematis*, contineret latam ſententiam.

Secus verò eſſet,ſi diceretur,*ſub pœna excommunicationis ſtatim incurrenda*;vel,*cui ſtatim ſubiaceat*; vel quid ſimile:tunc enim certum eſt, quòd debeat cenſeri latæ ſententiæ,vt *ſuprà* diximus *n.4.*

Et ſimiliter,ſi dicatur: *Qui hoc fecerit,nouerit ſe incurſurum in excommunicationem.* nam, vt notat Suar.*de cenſuris, diſp.3.ſect.3. num.3.* & Hugolin. *tab.1.cap.9.§.6.num.11.* modus hic loquendi ſatis ſignificat,quòd pœna ſit incurrenda ipſo facto violationis præcepti;non autem ſignificat vllo modo, quòd ſit expectanda alia ſententia.

10\. *Regula poſita tam valent,ſi pœna feratur à iure,quàm ſi feratur ab homine.*

Atque hæc,quæ diximus de huiuſmodi formulis,quibus exprimitur impoſitio pœnæ, vera ſunt, ſiue pœna imponatur à Canone, & à iure, ſiue ab homine:nam,quanuis aliqui apud Gloſſ.*in cap.Salonitana.d.63.* contendant, quòd ſi excommunicatio,v.g.feratur à Canone, ſub his verbis: *Præcipio tibi hoc,vel illud,ſub pœna excommunicationis.*ſit excommunicatio ferendæ ſententiæ: ſi verò ſub iiſdem verbis feratur ab homine, ſit ſententiæ latæ: quia Canon minùs agit, quàm homo. Contrà tamen eſt: quia,ſiue pœna,& cenſura feratur à Canone,ſiue ab homine, ſufficienter debet ſignificari exteriùs; & ideò, ſi huiuſmodi verba non ſignificant ſufficienter ſententiam latam,prout proferuntur à Canone,neque etiam poſſunt illam ſignificare ſufficienter, prout proferuntur ab homine,niſi forte addatur aliquid aliud, per quod magis exprimatur,& explicetur illius intentio,& magis determinetur verborum ſignificatio, vt notat Suar. *de cenſuris,diſp.13.ſect.3.cit.n.7.* Hugol. *tab.1. cap.9. §.6.cit.num.15.* Auila *de cenſuris, part.2.cap.2.diſp. vnica,dubio 2.cit.*

11\. *Et tam valeat in cenſuris, quàm in aliis pœnis.*

Et ſimiliter hæc, quæ diximus de huiuſmodi formulis,tam debent intelligi de cenſuris,quam de aliis pœnis quibuſcunque:ſi enim legiſlator dicat, v.g. per verba præſentis temporis, aut præteriti: *Quod aliter factum fuerit, irritamus, annullamus*, & ſimilia;vel,*duximus irritandum,& annullandum.*vel per verba Imperatiui,*ſit irritum,& inane;careat viribus,& omni robore;ſit priuatus, ſit ſpoliatus,ex tunc, ſtatim, mox.*vel per verba futuri temporis,quæ non requirunt actum alterius: *Qui aliter fecerit, nihil aget.*vel,*fruſtrà aget;hanc, vel illam pœnam incurret; hanc,vel illi pœnæ ſubiacebit*;& quid ſimile; ſatis indicat,quòd ſit pœna latæ ſententiæ: ſi verò vtatur verbis, quæ requirunt actum alterius, & reum remittunt ad alterum, vt,v.g.*priuetur; ſpolietur;hanc, vel illi pœnæ ſubdatur*;& aliis eius generis; ſatis indicat,quòd ſententia ſit ferenda:& ſi verba ſint dubia,neque ſatis conſtet,vtrùm requirant, vel non requirant actum alterius;cenſeri debent ſolùm importare ſententiam ferendam; & ſemper in mitiorem partem ſunt interpretanda, vt de his verbis, *perdat, amittat, non gaudeat*, & ſimilibus docet Emmanuel Sa *verb.Lex,n.17.*Rebell.*par.1.de oblig. lib.1.qu.6.ſect.6.n.37.* ex Tiraq.*ad legem,Si vnquam is reuertatur.C.de reuocat.donat.n.154. & 156.* Bonacin.*diſp.1.de legibus, qu.1.puncto 6.n.8.* Plura de his formulis ſententiæ latæ, aut ferendæ, poſſunt videri apud Authores *initio cit.* & præcipuè apud Tiraquel.& Rebell. *locis citat.*

DISPVT. XLIV.

Quomodo pœnæ ſint ſubeundæ in conſcientia poſt ſententiam Iudicis.

1. *Concluſio eſt.*
2. *Pœna non eſt neceſſariò ſubeunda, niſi poſt ſententiam vltimam,& definitiuam,& à qua non detur amplius appellatio.*
   Etiamſi delictum ſit notorium.
3. *Quæ actiones ſint facienda à reo, vt pœnam ſuſtineat poſt ſententiam.*
4. *Poteſt reus in aliquo caſu obligari à Iudice, vt venenum hauriat, etiam ſciens.*
5. *Non poteſt reus obligari à Iudice, vt occidat parentes,etiam publica authoritate.*
6. *Poteſt reus obligari à Iudice in aliquo caſu, vt ſibi ipſe venam aperiat,& ſic mori ſe ſinat.*
7. *Non poteſt reus reſiſtere Iudici, iuſtam ſententiam exequenti.*
8. *Si ſententia ſolùm ex præſumptione ſit iuſta, vtrùm reus poſſit reſiſtere.*
9. *Si ſententia Iudicis ſit iniuſta, licitè poteſt reus illi reſiſtere, etiam per occiſionem Iudicis, & miniſtrorum.*
10. *Siue ex tali ſententia iniuſta immineat illi periculum vitæ, ſiue honoris, aut rei familiaris notabilis.*
11. *Et potiori ratione poteſt effringere carcerem, & fugere.*
12. *A pœna pecuniaria iuſta non licet reſiſtere Iudici,& ſe per fugam ab illa defendere.*
13. *Neque à iuſta condemnatione ad triremes, vel ad metalla,vt multi volunt.*
14. *Qui in bello iuſto eſt factus ſeruus, non poteſt fugere.*
    Damnati ad triremes poſſunt fugere.
15. *Vtrùm capti in bello, & damnati ad triremes, poſſint recuperare libertatem,ſi fugiant.*
16. *A pœna carceris, quando eſt iuſta, vtrùm liceat fugere.*
17. *A pœna perpetui,aut duri carceris licitum eſt fugere ſecundùm aliquos.*
18. *Non tamen Religioſis, ſi ad illum damnentur iuſtè à ſuis ſuperioribus.*
19. *Qui tenetur in carcere propter debita, & certus eſt, quòd non poteſt illa ſoluere,poteſt licitè fugere.*
20. *Qui eſt in carcere propter delictum,& pœnam capitalem,licitè poteſt fugere.*
21. *Neque eſt, quòd curet de damno, quod fortè imminet cuſtodi carceris.*
22. *Vel timeat effractionem carceris.*
23. *Effractio carceris ſolùm eſt licita, quando timetur graue periculum,& pro illa nihil eſt reſtituendum Communitati.*
24. *Vtrùm ſit licita fractio carceris, quando timetur, ne etiam fugiant debitores ciuiles, & eorum creditores damnum patiantur.*
25. *Vtrùm ſit licitum dare conſilium, vel auxilium reo ad carceres effringendos.*
26. *Ante latam ſententiam licitum eſt reo fugere è carcere.*
27. *Niſi aliter promiſit, & iurauit; & poſt iuramentum*

mentum nihil noui emerſit.

28\. *Religioſus iniuſtè damnatus, poteſt licitè fugere.*

29\. *Et idem eſt, ſi damnatio ſit iuſta, ſed executio ſit iniuſta, & excedat modum iuſtitiæ.*

30\. *Reus damnatus ad mortem, non tenetur fugere à carcere, quamuis poſſit.*

31\. *Etiamſi ſententia ſit ſolùm iuſta ex præſumptione delicti, & in foro externo.*

32\. *Delinquens poteſt licitè offerre ſe Iudici puniendum.*

33\. *Si reus ſit iniuſtè damnatus ab iniquo Iudice, tenetur fugere è carcere, ſi poteſt.*

34\. *Reus iniuſtè damnatus tenetur appellare à tali ſententia, ſi ſperat fructum appellationis.*

35\. *Pœnæ ſolùm reales, non autem perſonales, tranſeunt ad hæredes delinquentis damnati.*

1\. *Concluſio eſt.*

CONCLVSIO eſt, quòd poſt ſententiam vltimam, & definitiuam, & condemnatoriam, ſiue declaratoriam, tenetur reus in conſcientia ſubire pœnam; & non modò non poteſt reſiſtere Iudici, aut miniſtris eam inferentibus; ſed etiam tenetur ipſe per ſe exercere eas omnes actiones, quæ ſolùm ab ipſo commodè exerceri poſſunt; Ita Caiet. 2.2. *quæſt.* 62. *art.* 3. & *quæſt.* 69. *art.* 4. Sot. *lib.* 1. *de iuſtit. quæſt.* 6. *art.* 6. *concluſ.* 5. Salas *de legibus, diſp.* 15. *ſect.* 7. *num.* 81. & *ſeq.* Vaſq. 1.2. *diſp.* 173. *cap.* 3. & 4. Suar. *lib.* 5. *de legibus, cap.* 10. *num.* 13. & 14. Reginald. *in praxi, lib.* 33. *num.* 287. & *ſeq.* Azor. *lib.* 5. *cap.* 8. *quæſt.* 4. & *ſeq.* Sayr. *lib.* 3. *clau. reg. cap.* 9. *num.* 41. & 42. Petrus de Aragonia 2.2. *quæſt.* 62. *art.* 3. Graff *par.* 1. *deciſ. lib.* 2. *cap.* 11. *num.* 40. Bonac. *diſp.* 1. *de legib. quæſt.* 1. *puncto* 7. *num.* 29.

2\. *Pœna non eſt neceſſariò ſubeunda, niſi poſt ſententiã vltimam, & definitiuã, & à qua nõ detur ampliùs appellatio.*

Dicitur in concluſione, *poſt ſententiam vltimam, & definitiuam:* quia, ſi Iudex non ſit ſupremus, & ſi poſſit etiam ab ipſo eſſe appellatio; neque etiam poſt ſententiam tenetur reus in conſcientia ſubire pœnam: cùm enim facta appellatione ſtatus cauſæ ſit integer, *l. vnica, ff. nihil innou. penden. appell.* quando reus poteſt iniuſtè appellare, & cauſam in integrum reſtituere, non poteſt eſſe obligatus ad pœnam ſoluendam, & ad ſententiam exequendam, vt notat Sayr. *cap.* 9. *cit. num.* 42. Bonac. *num.* 29. *cit. verſ. Reſpondeo ſecundò.* & alij apud ipſum. Idque eſt

Etiamſi delictum ſit notorium.

verum, etiamſi delictum ſit planè notorium, & nulla tergiuerſatione poſſit celari, vt notat Caiet. 2.2. *quæſt.* 12. *art. vlt.* Sot. *de iuſtit. lib.* 1. *quæſt.* 6 *art.* 6. *in explicatione* 3. *concluſionis.* Sylu. *verb. aſſaſſinus, ſub finem.* Graff. *in deciſ. aur. lib.* 2. *cap.* 11. *num.* 26. & *ſeq.* Reginald. *lib.* 13. *num.* 290. Et ratio eſt: quia ſententia non ſolùm requiritur propter facti incertitudinem, ſed etiam propter authoritatiuam manifeſtationem, vt, ſcilicet, quod authoritas, & poteſtas publica ipſius Principis inchoauit per legem, ipſamet etiam perficiat per Iudicem, cùm præſertim notorietas, aut euidentia facti, ſi deducatur in iudicium, non teneat locum Iudicis, ſed accuſatoris. Idque eſt multò rationabilius, quàm quod habet Panorm. *in cap. Cùm non ab homine. de iudiciis.* Felinus *in cap. primum, de conſtitut. num.* 45. & aliqui alij ex Canoniſtis veteribus, qui abſolutè negant eſſe opus delectatione delicti per ſententiam, quando delictum eſt per ſe manifeſtum modo explicato.

Quo autem modo non ſit neceſſarium fiſco, aut Iudici aliquid reſtituere, ſi fortè contingat impediri ſententiam, etiam dolo, & mendaciis, vel ab ipſo reo veritatem negante, vel à teſtibus eam non deponentibus, iam *ſuprà* diximus *diſp.* 42. *num.* 2.

3\. *Quæ actiones ſunt faciendæ à reo, vt pœnã ſuſtineat poſt ſententiam.*

Poſt factam verò appellationem, & ſententiam vltimam, & definitiuam iam latam, tenetur reus ſubire pœnam, prout fuerit ſtatutum à Iudice; & ideò eas etiam actiones tenetur exercere, quæ ſunt neceſſariæ ad pœnæ executionem, & à nullo alio commodiùs, quàm ab ipſo exerceri poſſunt: & ſi reſiſteret tali executioni, Dei ordinationi reſiſteret, contra S. Paulum *ad Rom.* 13. Vnde, ſi ſit damnatus ad pœnam pecuniariam, ad exilium, ad ſuſpendium, & eiuſmodi, tenetur numerare pecuniam, proficiſci in exilium, vel ad locum ſupplicij, & ſcalas conſcendere; non tamen tenetur eas actiones exercere, quæ commodiùs ab alio, v.g. à miniſtro iuſtitiæ, quàm à ſe ipſo præſtari poſſunt: vt, v.g. nodum collo aptare, gladium iugulo admouere; manum, aut membrum ſibi amputare; vel quouis alio modo violentas manus ſibi afferre; vt ex communi ſententia notant Authores cit. Suar. Vaſq. Salas, Sayr. Graff. Bonacina.

Hac ratione non poteſt à Iudice hæc pœna imponi, vt quis ſe ipſum iugulet, aut laqueo ſe ſuſpendat, etiam vt miniſter iuſtitiæ, & ex publica authoritate: quia modus ipſe imponendi hanc pœnam eſt ſupra poteſtatem humanam, neque poteſt eſſe neceſſarius ad bonum commune: & quando modus pœnæ eſt ſic excedens, facit punitionem tranſire in crudelitatem, vt habet S. Thom. 2.2. *quæſt.* 159. *art.* 2. & in terminis ſic notat Vaſquez 1.2. *diſput.* 173. *cap.* 3. *cit. num.* 15. Salas *diſp.* 15. *ſect.* 7. *num.* 82. Reginald. *lib.* 13. *cit. num.* 288. Bonac. *diſp.* 1. *de legib. quæſt.* 1. *puncto* 7. *num.* 29. *cit.* Et idem eſt, ſi Iudex præcipiat, vt quis fame moriatur, & cibum omnem, etiam oblatum, reſpuat; vel, vt ſciens venenum hauriat; cùm hæc omnia poſſint meliùs præſtari alio modo, vt, v.g. ſi cibus omnis illi ſubtrahatur, & venenum ignoranti propinetur: ſi tamen in aliquo caſu expediret, vt quis interiret veneno, neque hoc poſſet illi propinari ignoranti; licitum eſſet eum obligare, vt etiam ſciens illud hauriret, vt notat Vaſq. *cap.* 3. *cit. num.* 21. Petr. Ledeſma *tract.* 8. *de iuſt. commut. cap.* 24. *poſt* 8. *concluſionem.* Emmanuel Sà *verb. iudicialis actus, num.* 54. Victoria *relect. de homicid. num.* 30. & alij apud Salas *diſp.* 15. *ſect.* 7. *cit. num* 82. & 84.

4\. *Poteſt reus in aliquo caſu obligari à Iudice, vt venenum hauriat etiam ſciens.*

Neque ex eo, quòd poſſit Iudex ex poteſtate publica committere alteri, vt reum occidat, ſequitur, quòd etiam poſſit id committere ipſi reo: cùm non ſolùm ſit contra naturam, vt quis ſe occidat ex priuata authoritate; ſed etiam, vt ſe occidat ex poteſtate publica, ſaltem per illum modum occiſionis, qui præſefert crudelitatem, & talis eſſet, ſi quis deberet ſeipſum iugulare, aut ſuſpendere, aut mutilare. Et qua ratione naturalis pietas erga parentes omninò obligat, vt quis in nullo caſu eis inferat mortem, neque id poteſt à Iudice præcipi, etiamſi alioqui eadem mors iuſtè illis ſit debita, vt notat Leſſ. *lib.* 2. *cap.* 9. *num.* 26. & Salas *diſp.* 15. *de legib. ſect.* 7. *num.* 85. & 86. ita & naturalis charitas erga ſeipſum omninò obligat, vt quis in nullo caſu ſeipſum occidat; vel ſaltem, vt ſe non occidat in eo caſu, in quo ſit multùm crudelitatis, & immanitatis. Quod addo: quia, qua ratione poteſt Iudex in aliquo caſu præcipere, vt quis etiam ſciens venenum hauriat, vt iam diximus; neque id videtur ex parte Iudicis magna inhumanitas, aut crudelitas; ſicut neque eſt, vt quis ſe publicè verberet, vt conſueuit fieri in Religionibus, & in tribunali Sanctæ Inquiſitionis ex Suar. *lib.* 5. *de legib. cap.* 10. *num.* 17. & Vaſq. 1.2. *diſp.* 173. *cap.* 3. *n.* 18. ita & poteſt præcipere, vt quis ſibi venam aperiat, & in ſanguinis emiſſione mori ſe ſinat: quia ſimiliter, neque id præſefert inhumanitatem, aut crudelitatem, quidquid in contrarium dicat Bonac. *diſput.* 1. *de legib. quæſt.* 1. *puncto* 7. *num.* 29 & Salas *ſect.* 7. *cit. num.* 85. & Reginald. *lib.* 13. *num.* 288.

5\. *Non poteſt reus obligari à Iudice, vt occidat parẽtes, etiam publica authoritate.*

6\. *Poteſt reus obligari à Iudice in aliquo caſu, vt ſibi ipſe venam aperiat, & ſic mori ſe ſinat.*

Vnde & Vaſq. *diſp.* 173. *cit. cap.* 4. cùm dixiſſet *num.* 24. in iis omnibus poſſe reum cooperari ad pœnam ſuæ mortis, quæ poteſt Iudex illi præcipere; ſubdit *num.* 25. licitè poſſe huiuſmodi reum apetire ſibi venam, ſi de hoc detur illi à Iudice optio, ad vitandam aliam mortem acerbiorem; quia id nihil habet inhumanum, quanquam neque hoc deberet in ſe exequi, vt mox dicemus, niſi ſciret, ſententiam Iudicis eſſe ioſtam, eámqoe pœnam ſibi deberi ex vero delicto; non autem ſolùm ex præſumptione, aut probatione delicti in foro externo, & Iudicem eſſe legitimum, non autem eſſe tyraonum, cuius ipſe alioqui non poſſet eſſe miniſter.

Et quanuis hoc vtrunque de ſumptione veneni, & de apertione venæ, non probent Salas, & Bonacin. *locis cit.* ſatis tamen eſt noſſe, quòd probent alij, vt Vaſquez *num.* 25. *cit.* Victoria *in relect. de homicid. num.* 30. Corduben. *lib.* 1. *quaſt.* 36. Petrus de Aragon. 2. 2. *quaſt.* 69. *art.* 4. Leſſ. *lib.* 2. *cap.* 9. *n.* 25. quamuis *n.* 26. magis probet oppoſitum, idque aſſerat eſſe commune inter Doctores.

Neque hinc aperitur via ad excnſandas à culpa eas mortes, quas ſibi aliquando inferunt Barbari, ne veniant in manus hoſtium, & crudeliùs occidantur: neqoe enim illas ſibi inferunt ex poteſtate publica, neque ipſis afferuntur ſub diſiunctione alterius mortis acerbioris, & tanquàm iuſta pœna, vt ex ſe patet; ſed ipſimet ſibi inferunt ex propria, & priuata authoritate.

7. *Non poteſt reum reſiſtere Iudici, iuſtè ſententiam exequenti.*

Dicitur prætereà in concloſione *initio* poſita, quòd reus ſic coodemnatus per ſententiam vltimam, & diffinitiuam, non poteſt reſiſtere Iudici, aut mioiſtris ſententiam, & pœnam exequentibus: quia, vt notat S. Thom. 2. 2. *quaſt.* 69. *art.* 4. Vaſquez 1. 2. *diſp.* 174. *cap.* 1. *num.* 1. Salas *de legibus, diſp.* 15. *ſect.* 7. *num.* 87. Leſſ. *lib.* 2. *cap.* 31. *num.* 29. & 30. & apud iſtos alij communiter, tam Iudex, quàm miniſtri vtuntur iure ſuo, neque reo iniuriam faciunt: & ideò neque reus poteſt viciſſim de illis conqueri, aut viciſſim iniuriam rependere.

8. *Si ſententia ſolùm ex præſumptione, ſit iuſta, vtrum reus poſſit reſiſtere.*

Si tamen iuſtitia ſententiæ ſolùm eſſet ex præſumptione, & ſecundùm allegata, & probata in foro externo; noo autem ex veritate delicti; licitum eſſet huiuſmodi reo etiam armis terrere Iudicem, & miniſtros, vt ſe ab illis defenderet, dummodo abeſſet voluntas, aut periculum illis nocendi, vt vult Sotus *lib.* 5. *de iuſtit. quaſt.* 6. *art.* 4. vel ſaltem id non eſſet graue peccatum, vt idem ſubdit, & ex illo Vaſq. *diſp.* 174. *cit. n.* 2. Salas *ſect.* 7. *n.* 87. Leſſ. *cap.* 31. *cit. n.* 29.

Et quanuis Bañes 2. 2. *quaſt.* 69. *art.* 4. Franciſcus Victoria, & aliqui ex Iuriſtis apud Couarr. *lib.* 1. *var. cap.* 2. *num.* 13. & apud Leſſ. *num.* 29. *cit.* & apud Salas *num.* 87. exiſtiment, licitum eſſe huiuſmodi reo, etiam vulneribus agere, & omni modo ſeſe defendere, etiam com læſione, & morte Iudicis, & miniſtrorum, ſi præſertim abſit ſcandalum, & periculum maioris mali, & maioris perturbationis in ciuitate: quia, cùm Iudex, & miniſtri ſolùm habeant ius præſumptum, eodem ferè modo illum aggrediuntur, ſicut aggrederetur aliquis innocens, & furioſus; & ideò licitum eſt contra illos ſe defendere, etiam cum illorum læſione, & morte; ſicut & licitum eſſet ſe defendere à furioſo: id tamen, ſaltem in praxi, non videtur conſulendum; qoia vix poteſt contingere ſine graui ſcandalo, & apertè id eſt contra obedientiam & reuerentiam Iudici debitam, quando benè fungitur ſuo munere, vt notat Vaſq. 1. 2. *diſp.* 174. *cap.* 2. *n.* 17.

9. *Si ſententia Iudicis ſit iniuſta, licitè poteſt reus illi reſiſtere, etiam per occiſionem Iudicis, & miniſtrorum.*

Si verò ſententia eſſet iniuſta, & de illius iniuſtitia certò conſtaret ipſi reo, omoinò liceret ſe defendere etiam cum læſione, & morte iniqui Iudicis, & miniſtrorum, vt docet S. Thom. 2. 2. *quaſt.* 69. *art.* 4. *cit.* quia in tali caſu omnes eſſent iniuſti aggreſſores, & ſe haberent ſicut latrones, & totum iudicium eſſet ſimile violentiæ latronum, iuxta illud Ezech. 22. *Principes eius quaſi lupi rapientes prædam ad effundendum ſanguinem.* & ideò licitum eſſet illis reſiſtere, niſi fortè timeretur magnum ſcandalum, & magna turbatio ciuitatis, vt notat ibi S. Thomas: hæc tamen læſio non eſſet inferenda iis miniſtris, qui eſſent innocentes, & bona fide exequerentur mandatum iniqui Iudicis, vt ſubdit Vaſq. 1. 2. *diſp.* 174 *cap.* 1. *num.* 3. & Salas *diſp.* 15. *de legibus, cap.* 7. *num.* 87. ſed ſolùm illis, qui eſſent conſcij & participes iniuſtitiæ: quia alij ſe haberent, ſicut & Iudex, qui fert ſententiam iuſtam ſolùm ex præſumptione, & ſecundùm allegata, & probata in foro externo, in quo caſu ex eodem Vaſq. nihil debet iniuriæ pati: ſi tamen admittatur, quòd poſſit reus ſe defendere ab huiuſmodi Iudice, ſicut & ſe defenderet à furioſo, & aggreſſore alio non culpabili; non apparet, quare non poſſit etiam admitti, vt ſe defendat à miniſtris ſimiliter non culpabilibus, & non iniuſtis.

10. *Siue ex tali ſententia iniuſta immineat illi periculum vitæ, ſiue honoris, aut rei familiaris notabilis.*

Neque ſolùm huiuſmodi defenſio ab iniuſta ſententia, eſt concedenda cum occiſione Iudicis, & miniſtri, quando per illam manet reus in certo periculo vitæ; ſed etiam, quando manet in certo periculo famæ, aut rei familiaris, vt ſubdit Vaſq. *diſp.* 174. *cap.* 1. *cit. num.* 4. & Salas *num.* 87. *cit.* quia ſimiliter occiſio aggreſſoris eſt licita, non ſolùm ad tuendam vitam; ſed etiam ad tuendam famam, ſeu honorem, & rem familiarem in quantitate ootabili, quando aliter hoc vtrunque ſeruari non poteſt.

11. *Et potiori ratione poteſt effringere carcerem, & fugere.*

Atque hoc, quod dicimus de defenſione ab ioiuſta ſeotentia per arma, & vulnera; potiori ratione dicendum eſt de defenſione per fugam, vt probat Vaſq. 1. 2. *diſp.* 174. *cit. c.* 2. Poteſt enim reus licitè fugere ab iniuſta ſententia, etiam per effractionem carceris, vt idem habet *num.* 10. cùm etiam carcer in tali caſu ſit inſtrumentum iniqui Iudicis, vt ſupponimus.

12. *A pœna pecuniaria iuſta non licet reſiſtere Iudici, & ſe per fugam ab illa defendere.*

A ſententia verò ioſta, ſi iam ſit lata, & ſit de pœoa, quam exequi debeat ipſe reus per ſe, vt, v. g. pœna pecuniaria, quando exigitur pœna carceris, & exilij, ideò non conceditur eſſe licita reo defenſio per fugam: quia, cùm ſententia habeat vim iuſti præcepti, parendum illi omninò eſt, vt notat Caiet. 2. 2. *quaſt.* 69. *art.* 4. *ad* 2. *dubium.* Caſtr. *lib.* 1. *de leg. pœn. cap.* 3. Sayr. *lib.* 3. *clau. reg. cap.* 9. *num.* 41. Salas *diſp.* 15. *de legibus, ſect.* 7. *num.* 87. *cit.* & eo ipſo, quòd quis per ſententiam eſt damnatus ad certam ſummam, eſt iam acquiſitum alteri ius ad illam ſummam, id eſt, fiſco, aut alteri, cui pœna ſit applicata; & ſi hic non condonet, ſed exigat dictam pœnam, ſoluenda illi omninò eſt: & ideò perinde eſt, quòd quis fugiat, ſéque per fugam defendat ab huiuſmodi pœna, atque quòd fugiat à ſolutione alterius debiti, vt notat Vaſq. *diſp.* 174. *cap.* 1. *num.* 6.

Dico autem, huiuſmodi pœnam eſſe ſoluendam, ſi is, cui debetur, & cui eſt applicata, illam non condonet; ſed repetat: quia alioqui noo ſemper tenetur reus illam offerre non petenti; ſed poteſt aliquando ſibi perſuadere, quòd de illa non curet, eámque ipſi condonet; & ideò etiam poteſt illam præſcribere contra fiſcum ſpatio triginta annorum, vt dicitur *l. Omnes. C. de præſcript.* & ſic notat Vaſq. 1. 2. *diſp.* 173. *cap.* 3. *num.* 17. & alij apud Bonacinam *de legibus, quaſt.* 1. *puncto* 7. *num.* 30. quanquam

hic

Digitized by Google

hic non ſolùm id aſſerat pro aliquo caſu;& quando is,cui pœna eſt applicata,rationabiliter cenſeri poteſt de illa oon eurare ; ſed voiuerſaliter,& abſolutè pronunciet , pœnam peconiariam puſt ſententiam oon eſſe ſoluendam , niſi de nouo petatut: quod idem etiam aſſerit Couar. *in Epit. quarti Decretal.part.*1. *cap.*6.§ 8. *num.*11. quod tamen nullo modo admittit Vaſq. *diſp.*173. *cit. cap.*1. *num.*3. *&* *cap.*3. *num.*16. *&* 17.*cit.* cùm ſententia ipſa per ſe ſatis habeat vim præcepti, & ſatis obliget reum ad pœnam ſoluendam , etiam ſine noua petitione, quæ , per ſe loquendo , ex nullo capite poteſt eſſe neceſſaria : ſecùs verò eſſet , ſi pœna etiam pecuniaria eſſet alicui tam aceiba , vt excederet modum poteſtatis humanæ , quòd eſſet à reo ſponte ſoluenda , & exequenda ; non autem ſolùm ferenda , & expectanda ab alio illios executio : quia in tali caſu idem eſſet dicendum de illa , atque de aliis pœnis cotporalibus grauioribus ; & ſatis eſſet , ſi expectaretur non ſolùm petitio , ſed etiam tota illius executio,vt communiter dicitur de confiſcatione omnium bonorum:& notat Bonac.*puncto* 7.*cit. num.*31. ex Couar. *loco cit.* Suar. *lib.*1. *de legibus* , *cap.*7. *num.*5. Molin. *tract.*2. *diſput.*95.*col.*1. & aliis.

13.

Neque à iuſta cōdemnatione ad triremes, vel ad metalla , vt multi volūt.

Addit verò idem Vaſq. *diſp.*174.*cap.*1.*cit.num.*7. idem eſſe etiam de illo , qoi ſit iuſtè damnatus ad triremes , vel ad metalla : neque enim poteſt licitè fugere,& per fugam ſeſe defendere à dicta pœna,vt etiam concedit Nauat. *comm.*4. *de regular. num.*64. §.*Secundò infertur.* & Salas *sect.*7. *num.*87.*cit.* quia ſimiliter pet hanc ſententiam eſt iam acquiſitum ius Principi,ad quẽ ſpectant triremes,& metalla;& talis reus iam eſt illi addictus iure ſeruitutis , ſicut & qui eſt captus in bello iuſto:& quemadmodum, qui eſt ſeruus iure belli, tenetur in conſcientia ſeruare ſe domino, neque poteſt fugere;quia ex iuſti-

14.

Qui in bello iuſto eſt factus ſeruus, non poteſt fugere.

tia belli ſic eſt damnatus ad ſeruitutem , & io banc fuit illi commutata ipſa mots, cuius etat iam reus; & ſolùm ſub hac conditione fuit io bello ſeruatus, vt eſſet ſeruus, *Inſtitut.*§.*Seruus.de iur perſon.*& *l.Libertas.ff.de ſtat homin.* ita & qui eſt damnatus à Iodice ad ſeruitutem in triremibus,vel ad metalla,vel

Damnati ad triremes poſſunt fugere.

ſimilia.Sed de damnatis ad triremes etiam pet ſententiam iuſtam,& ex vero delicto,alitet ſentit Suar. *lib.*5. *de legibus,cap.*10. *num.*16. *in fine* , vbi contia Nauat.*commen.*4. *cit.de regular.num* 64.negat,poſſe ſe credere , quòd teneantur in conſcientia in illis ſponte permanere , ſi fotrè ſine cuiuſquam læſioue poſſint fugete : quia eſt nimis violentum , & ſupra omoem modum humanæ poteſtatis,alicui præcipere, vt ſponte abſtineat à fuga tanti mali , quantum eſt eſſe in triremibus , & in illis ſeruire , quando alioqui poteſt fugere;ſicut & eſſet ptæcipere abſtinentiam ab omni cibo , & vt ſineret quis ſe fame perite , quando alioqui poſſet comedere , & vitam tueri,vt *ſupra* diximus *num.*3.& ſatis eſt pro obſeroatione ioſtæ ſententiæ,ſi patienter ſuſtineat eſſe in ttiremibus , quando per vim illis detinetur , neque poteſt per fugam eſſe extra illas. Vnde & miniſtris iuſtitiæ præcipitur , vt illos docant, & Officialibus triremium, vt cuſtodiant ; non autem ipſiſmet reis damnatis , vt per ſe ipſi ad illas ſe conferaot , & ſponte in illis permaneant.Et ſi qood ius ſeruitutis per iuſtam ſententiam eſt Principi acquiſitum , vel eſt dicendum eſſe tantummodo ſeruitutis coactæ, & violentæ ; non autem ſpontaneæ, & voluntatiæ; id eſt,quòd ſolùm poſſit vim illis facere,eóſque cogere , vt ſeruiant in triremibus , & abſolutè , vt patiantur ſeruitutem : vel certè eſt ius compenſabile, etiam poſt fugam pet aliquid aliud , vt etiam *ſupra* dicemus de eo, qui fugit in eqoo,aut veſte aliena,vt mortem euitet.

16.

Verùm capti in bello , & damnati ad triremes, poſſint recuperare libertatē,ſi fugiant.

De vtroque tamen, id eſt,tam de illo, qoi eſt captus in bello iuſto,& eſt ſeruus iure belli ; quàm de illo,qui eſt damnatus ad ſeruitutem per ſententiam iuſtam,& ex delicto,addit Vaſq.1.2.*diſp.*174.*cap.*1. *cit.num.*9.& ex illo Salas *diſp.*15.*de legib.sect.*7.*n.*87. quòd ſi fugiat , tunc demum eſt cenſendus recuperaſſe libertatem , & non teneri ampliùs reuerti ad ſeruitutem, quando iam eſt extra territorium Principis , ad quem pertinebat : quia , quemadmodum vnuſquiſque extra territotium eſt ſolutus legibus Principis;ita & eſt ſolutus ſententiis, & præceptis: & ſicut iure gentium eſt inducta ſeruitus pro iis, qui capiuntur in bello; ita & eſt inducta recuperatio libertatis,ſi iam ſint apud ſuos,animo apud illos manendi , & non ampliùs ſint inter hoſtes, *l.Nihil intereſt.ff.de captiuis, & poſtlim. reuerſ.* & notat Couar.*lib.*1.*var. cap.*2.*num.*10. *poſt medium*;& *in regula, peccatum, part.*2.§.11. *num.*6. & apud Vaſq.*cap.*1.*cit.num.*8.

Verùm alij apud eundem Salas *num.*87. *cit.* de damnatis ad triremes , vel ad metalla per ſententiam, id non admittunt : quia, quemadmodum qui ſunt damnati ad pœoam pecuniatiam , ſemper ſecum ferunt ſententiam,& tenentur ex iuſtitia illam ſoluere,ſiue ſint intra territorium,ſiue extra ; ita & damnati ad triremes,vel ad metalla. Et qood dicitur de recuperatione libertatis , ſolùm eſt verum pro iis ſeruis , qui fuerunt in bello capti : quia ſpecialiter ſolùm pro iſtis id fuit ſtatutum in iure communi. Sed ex dictis paulò antè facilè ſoluitur hæc controuerſia : ſi enim admittamus cum Suatio, quòd poſſunt licitè fugere,& quòd ſententia ſolùm obligat ad ſeruitutem coactam,poſſumus etiam admittere,quòd libertatem recuperẽt,ſi verè fugiant, & quòd non teneantur ſeſe Principi reſtituere , vt ſeruos : quanquam hæc recoperatio non ſit ſimpliciter ; ſed,vt ſic dicam, ad reincidentiam, ſi iterum veniant in manus Principis , & hic proſequatur ſuum ius ſeruitutis coactæ,quod habet in illos.

16.

A pœna carceris, quando eſt iuſta, vtrùm liceat fugere.

Denique idem eſt etiam de pœna carceris ex eodem Vaſq.*cap.*1.*cit.num.*10. & Suar.*lib.*5.*de legibus*, *cap.*10. *num.*15. & Soto *lib.*1. *de iuſt.quæſt.*6.*art.*4. ſi quis enim ſit ioſtè damnatus , vt in carcere maneat,non poteſt non parere ſententiæ,niſi fortè illa ſit ſolùm iuſta ex præſumptione : quia in tali caſu illum non obligat,neque priuat naturali beneficio, aut poteſtate ſe defendendi pet fugam : imò, ſi ſit etiam iuſta,& ex veritate delicti,probabile eſt,quòd liceat fugere, quando carcer eſt futurus perpetuus,

17.

A pœna perpetui, aut duri carceris licitū eſt fugere,ſecūdùm aliquos.

& locus fugæ patet ex ſe , vt notat Sa *verb.iudicialis actus,num.*52. Salas *diſp.*15.*de legib. sect.*7.*n.*87. §.*Addunt rectè.* & apud illum Salon.2.2. *quæſt.*69. *art.*4.*contron.*2.Petr.Ledeſ.Bañes,& alij:quia perpetuus carcer æquiparatur ſeruituti perpetuæ , aut violétæ, qoalis eſt in captis bello,& hæc æquiparatur morti, *l. Seruitutem.ff.de reg. iur.* & ideò quemadmodum eſt licitum fugere de carcere , quando imminet periculum mortis, vt mox dicemus;ita & videtur licitum de illo fugere , quando eſt futurus perpetuus.Et idem eſt ex Suar.*lib.*5.*de legib.cap.*10. *num.*16.*cit.* ſi carcer eſt futurus ſolùm temporalis; ſed eſt ſimul futurus valdè grauis,& incommodus, & inſalubris;& qoi in illo eſt manſurus, valdè malè tractabitur , & paulatim diſponetur ad mortem , vel ſaltem cogetur vitam ducere in magnis miſeriis : neque enim voluntaria,& ſpontanea permanentia in tali carcere, & tam duro, videtur poſſe cadere ſub obligationem poſitiuam;ſicut neque cadit, quando habet adiunctum periculum vitæ , aut

maximi

maximi incommodi, vt dicemus, niſi fortè aliunde ex iutamento, aut voto ſit etiam obligatio de iure diuino: ſic enim, ſi quis iurarit, aut vouerit non te-
18. *Non tamen Religioſi, ſi ad illũ damnentur iuſtè à ſuis ſuperioribus.*
cedere à carcere, quanuis poſſit; ſed in illo exequi iuſtam ſententiam; aut expectare illius executionem à miniſtris iuſtitiæ; omninò tenetur non recedere, vt notat Suar. *num.* 16. *cit.* & *lib.* 2. *de iuram. cap.* 10. & Religioſi, ſi iuſtè puniantur perpetuo carcere à ſuis ſuperioribus, omniod tenentur illum ſeruare, nec poſſunt licitè fugere, qoanuis alioqui pateat fuga, vt notat Caiet. 2.2. *quæſt.* 69. *art.* 4. *in reſponſ. ad* 2. *quæſt.* & ex illo Nauar. *de regular. com.* 4. *num.* 63. & Suar. *lib.* 5. *de legib. cap.* 10. *num.* 16. quia per votum obedientiæ priuatunt ſe libertate exeundi extra clauſtra, vel extra terminos iuſtè ſibi præfixos à ſuis ſuperioribus, ſiue intra illos alioqui detineantur per vim, ſiue non.

19. *Qui tenetur in carcere propter debita, & certus eſt, quòd non poteſt illa ſoluere, poteſt licitè fugere.*
Et quod dicimus, licere fugam à carcere, qoando quis eſt damnatus per ſententiam, quæ ſolùm ſit iuſta ex præſumptione delicti; eſt iotelligendom etiam de illo, qui tenetur in carcere propter debita, quæ nec per ſe, nec per alium vllo modo poteſt ſoluere, vt notat Nauar. *in Man. num.* 101. Sà *verb. iudicialis actus, num.* 52. Salas *de legib. diſp.* 15. *ſect.* 7. *num.* 87. *cit.* quia hic, ſi quod habet præceptum manendi in carcere, ſolùm habet fuodatum in hac præſumptione, quòd carcer ſit futurus vtilis, vt tandem ſoluat; & ideò ſi hæc præſumptio non ſubſiſtat, nulla eſt obligatio.

20. *Qui eſt in carcere propter delictũ, & pœnam capitalem, licitè poteſt fugere.*
Quòd ſi reus ſit iam damnatus per ſententiam iuſtam ad eam pœnam, quam aliquis alius debeat in ipſo exequi, & non ipſemet reus in ſe ipſo, licitum eſt ex Soto, Vaſq. Salas *locis cit.* & omnibus communiter fuga præuertere huiuſmodi executionem; neque eſt obligatio in conſcientia illam expectandi in carcere: quia præceptum ſolùm eſt de illa patienda, quando fuerit illata ab alio, non autem de illa expectanda; neque videtur poſſe Princeps ſimul vtrunque præcipere, vt quis mortem patiatur, & vt in carcere illam expectet, & non fugiat, quando poteſt: quidquid dicat Caiet. 2.2. *quæſt.* 69. *art.* 4. & Valen. 2.2. *diſp.* 5. *quæſt.* 13. *puncto* 4. *ad* 3. ſicut nec poteſt præcipere, vt quis fame pereat, & cibum oblatum ſponte reſpuat, cùm in oppoſitum ſit obligatio naturæ de vita tuenda, & conſeruanda, quandiu poteſt. Atque hoc modo S. Thom. 2.2. *quæſt.* 69. *art.* 4. *ad* 2. de eo, qui eſt damnatus ad mortem, expreſsè ait, quòd non tenetur manere in carcere; ſicut neque is, qui eſt damnatus, vt fame pereat, tenetur abſtinere à cibo oblato: quia vniuerſaliter nemo tenetur facere id, ex quo ſequitur eius mors, & alioqui diceretor ſeipſum occidere.

21. *Neque eſt, quòd curet de damno, quod fortè imminet cuſtodi carceris.*
Neque in hoc eſt habenda ratio damni, quod fortè imminet cuſtodi carceris, vt notat Vaſq. 1.2. *diſp.* 174. *cap.* 2. *num.* 13. & Salas *de legibus, diſp.* 15. *ſect.* 7. *num.* 88. quia, qui fugit, vtitur iure ſuo; & cuſtos ſibi imputet, ſi eſt negligens: neque fuga ipſa eſt illi cauſa damni, qualis eſſet, v.g. ſi quis, dum equo fugit, læderet innocentem, qui fortè eſt in media via; ſed eſt ſolùm occaſio; quæ tamen licitè poteſt non vitari, quando quis vtitur iure ſuo.

22. *Vel timeat effractionem carceris.*
Neque id eſt intelligendum in eo tantùm caſu, in quo poteſt quis fugere non effractis foribus carceris, aut ipſo carcere; ſed etiam, ſi debeat fores effringere, & totum ædificium carceris diruere, vt notat Caiet. 2 2 *quæſt.* 69. *art.* 4. *cit.* Nauar. *in Man. cap.* 17. *num.* 101. Vaſq. 1.2. *diſp.* 174. *cap.* 2. *num.* 16. Salas *de legibus, diſp.* 15. *ſect.* 7. *num* 89. Leſſ. *lib.* 2. *cap.* 31. *num.* 3 t. nam, quanuis huiuſmodi fuga non ſit licita, ſi debeat fieri cum læſione, aut cum iniuria iodicis, aut miniſtrorum, qui alioqui benè funguntur ſuo munere, & iuſtè, ſaltem ſecundùm allegata, & probata, reum detinent, vt ex S. Thom. 2.2. *quæſt.* 69. *art.* 4. *cit.* & aliis notat Vaſq. *diſp. cit. cap.* 1. *num.* 1. & Salas *ſect.* 7. *cit. num.* 87. & diximus *paulò antè, num.* 7. effractio tamen carceris non eſt iniuria, aut læſio Iudicis, aut miniſtrorum, cùm illorum poteſtas in illis ſit, & non in muris; & damnum, quod infertur Communitati, ad quam pertinebit reficere carcerem, vel oon eſt tantum, vt ſit de illo habenda ratio in caſu tanti periculi; vel certè facilè poteſt poſteà compenſari per reſtitutionem expenſarum, vt notat Vaſq. *num.* 22. ſicut, & compenſaretur damnum illatum alicui tertio per eandem fugam, vt, v.g. ſi ad fugam fuiſſet adhibitus equus, aut veſtis aliena inſcio domino, eáque fuiſſet conſumpta, vt habet Salas *num.* 89. Sed certè ſubdit
23. *Effractio carceris ſolùm eſt licita, quando timetur graue periculum, & pro illa nihil eſt reſtituendum.*
idem Salas *ibidem*, quòd effractio carceris ſolùm eſt licita, quando timetur graue periculũ vitæ, aut famæ; non autem, ſi timeatur ſolùm pœna leuis, vt, v.g. pecuniaria: & *num.* 91. ex Leſſio *lib.* 2. *cap.* 31. *num.* 38. reſtitutionem damni illati per effractionem carceris vix eſſe in vſu: quia communiter reſpublica dicitur eſſe contenta punitione ipſa, quam molitur, & exequitur, quando poteſt, contra huiuſmodi effractores.

24. *Vtrùm ſit licita fractio carceris, quãdo timetur, ne etiam fugiant debitores ciuiles, & eorum creditores damnũ patiantur.*
Addit præterea Vaſq. *diſp.* 174. *cit. cap.* 2. *num.* 22. noo eſſe carcerem effringendum, ſi effractio futura ſit cauſa, vt etiam fugiant, qui ſunt io carcere propter debita ciuilia, & inde creditores patiantur graue damoum: quia, quemadmodum ipſi creditores non tenentur pati damnum in ſuis bonis, vt defendant vitam alterius, qui alioqui eſt nocens, & iuſtè eſt damnatus ad mortem; ita nec debent ab hoc ipſo damnato, ad id cogi, vt certè cogerentur per effractionem carceris: ſecùs verò, ſi is, qui carcerem fraogit, & fugit, eſſet innoceos: quia contraria ratione tenerentur creditores pati damnum in boois temporalibus, vt defenderent vitam innocentis. Sed contrarium aſſerit Leſſ. *lib.* 2. *cap.* 31. *num.* 38. *cit.* & Salas *diſp.* 15. *de legibus, ſect.* 7. *num.* 91. ex Michaële Salone 2.2. *quæſt.* 69. *art.* 4. quia fuga huiuſmodi debitorum, & damna creditorum ſolùm per accidens ſequuntur; & qui carcerem frangit, vt vitam ſeruet, vtitur iure ſuo; nec tenetur huic iuri cedere, ne alij patiantur damoum, vt etiã *ſuprà* diximus de damnis miniſtrorum.

25. *Vtrùm ſit licitum dare conſilium, vel auxilium reo ad carceres effringendos.*
Atque in his caſibus, in quibus reo licitum eſt fugere, eſt licitum etiam aliis, præterquàm Iudici, & miniſtris, dare illi conſilium, & inſtrumenta ad fugam; non tamen eſt licitum fores carceris, aut muros ſimul cum illo, vel pro illo effringere, ex Caietan. 2.2. *quæſt.* 64. *art.* 4. Vaſquez 1.2. *diſp.* 174. *cap.* 3. *num.* 24. & *ſeq.* Salas *de legibus*, *diſp.* 15. *ſect.* 7. *num.* 92. quia conſilium, & traditio inſtrumentorum ſolùm ſunt actiones quædam ſecundariæ ad ipſam fractionem, & fugam; neque poſſunt, per ſe loquendo, habere malitiam, niſi ex illa, ex qua tamen de facto non habent, cùm etiam illa mala non ſit, vt ſupponimus. Excipitur verò ipſe Iudex, & miniſtri, ab his actionibus ſecundariis: quia ratione officij tenentur Communitati, & Principi ſpeciali obligatione fidelitatis, circa reos cuſtodiendos: ipſa verò effractio, aut immediata cooperatio ad effractionem ideò non eſt licita, quia non eſt actio ſecundaria, ſed primaria, & per ſe, ſiue ſit partialis, ſiue totalis: & quanuis ſit licita ipſi reo, cum quo Communitas habet bellum; non tamen eſt licita aliis, qui potiùs debent in huiuſmodi bello ſe tenere ex parte Communitatis, quàm ex parte rei.

Digitized by Google

rei. Verùm, qua ratione communiter conceditur huiuſmodi cooperatio immediata ad carceris effractionem, eſſe illicita; eadem ratione putatur à multis eſſe illicita, etiam traditio inſtrumentorum: & ſic docet Sot. *lib.1. de iuſt. quæſt.6. art.4.* Nauar. *in Man. cap.25. num.38.* Valen. 2. 2. *diſp.5. quæſt.13. puncto 4.* & valdè probabile id putat etiam Salas *num.92. cit.* & ſatis vrget ratio iam allata, quòd alij omnes ratione fidelitatis, quam debent Communitati, & Principi, potiùs debeant in bello, quod geritur contra reum, ſe tenere pro Communitate, & Principe, quàm pro reo: quod tamen non facerent, ſi reo præberent inſtrumenta contra Communitatem, & contra Principem; & eſt ratio longè diuerſa, ſi eidem reo dent conſilium de carcere effringendo: quia per hoc conſilium nihil efficitur contra ius Communitatis, & Principis, qui adhuc relinquitur bellum gerere cum ſolo reo, eique vim facere, vt pœnam ſuſtineat; ſed ſolùm proponitur ipſi reo ius, quod habet, declinandi per fugam huiuſmodi vim, & quoad cætera ſolus relinquitur rem ſuam agere cum Communitate, & Principe: quod tamen non accidit, ſi aliquis alius ſeſe illi adiungat in ſocium operis, eúmque iuuet, vel immediatè per ſe, vel per ſua inſtrumenta.

26. *Ante latam ſententiã licitum eſt reo fugere à carcere.*

Hæc verò omnia, quæ diximus de fuga è carcere poſt latam ſententiam, potiori ratione debent intelligi ante illam, & dum cauſa diſcutitur, vt notat Nauar. *comment.4. de regular. num.63.* Leſſ. *lib.2. cap.31. num.21.* Salas *de legib. diſp.15. ſect.7. num.88.* & apud illum omnes communiter: nam ante latam ſententiam, vel nullum eſt præceptum manendi in carcere; ſed ſolùm proceditur per viam facti; vel certe ab obligatione præcepti facilè quis excuſatur ratione periculi, quod ſibi timet ex ſententia.

27. *Niſi aliter promiſit, & iurauit; & poſt iuramentum nihil noui emerſit.*

Sed rectà addit Suar. *lib.5. de legib. cap.10. num.16.* vt etiam retulimus *num.18.* quòd hæc non intelliguntur in eo caſu, in quo quis ſpecialiter promiſit, aut iurauit manere in carcere: quia tunc ſeruanda eſt fides, & iuramentum implendum; niſi fortè poſt iuramentum de nouo cognoſcatur periculum mortis, & ſic contingat notabilis variatio rerum; vel niſi detentio in carcere ſit apertè iniuſta, & carcer ſit valdè grauis, & inſalubris; & ideò ſit contra charitatem erga ſe ipſum, vt quis ſine iuſta cauſa in illo permaneat. Et ex hoc capite magis poſſunt obligari Religioſi, quàm ſæculares, ad permanendum in carcere, tam poſt ſententiam, quàm ante, vt *ſuprà* diximus. Si tamen damnatio ad carcerem eſſet iniuſta, neque etiam à Religioſo eſſet

28. *Religioſus iniuſtè damnatus poteſt licitè fugere.*

ſubeunda in conſcientia, vt notat Nauar. *comm.4. de regular. num.64. §.7.* Et idem eſſet, ſi damnatio ad carcerẽ eſſet iuſta, ſed executio eſſet iniuſta, vt, v.g. ſi cuſtos carceris ex propria authoritate, vel ex iuſſu

29. *Et idem eſt, ſi damnatio ſit iuſta, ſed executio ſit iniuſta, & excedat modum iuſtitiæ.*

alterius poteſtatem ad id non habentis, negaret damnato cibum ſufficientem, aut veſtitum, vel ignem; & daret, v. g. ſolùm quinque vncias panis per dies ſingulos, vel tempore hyemis in loco frigidiſſimo ſineret eſſe cum ſola tunica, & ſine igne; vel in loco terraneo humidiſſimo cogeret humi dormire ſine ſtragulo: vel quid ſimile faceret, ex quo illi mors conſequeretur: non ſolùm enim peccaret mortaliter per huiuſmodi crudelitates ipſe cuſtos; ſed etiam alij, qui de illis darent conſilium, aut mandatum: & ſi mors ipſa conſequeretur, etiam incurrerent irregularitatem, vt ſubdit Nauar. *loco cit.* §.8.

30. *Reus damnatus ad mortẽ non tenetur fugere è carcere, quanuis poſſit.*

Sed, quanuis hæc ita ſint, adhuc licitè poteſt, qui eſt damnatus ad mortem, non fugere; ſed expectare mortem in carcere, ſi velit: quia hoc non eſt poſitiuè cooperari ad mortem; ſed ſolùm paſſiuè ſe habere; & alioqui eſt magnus actus patientiæ, vt quis patienter toleret mortem, quam ſuis culpis promeritus eſt, vt notat Vaſq. 1.2 *diſp.174 cap.4. num.29.* ex Conar. *lib.1. var. cap.2. num.7.* Caiet. 2.2. *quæſt.69. art.4 ad 6. dubium* Sot *lib.1. de iuſt. quæſt.6. art.4. in ſolutionibus argumentorum.* Syluest. & Ang. *verb. fugere.* Leſſ. *lib.2. cap.9. num.28.* Salas *de legibus, diſp.15. ſect.7. num.93.* & alij communiter apud illum. Neque videtur quoad hoc eſſe eadem ratio de eo, qui eſt damnatus ad mortem, & non fugit de carcere; & de eo, qui eſt damnatus, vt fame pereat, & non ſumit cibum oblatum: quia ille quoad omnia ſe habet ſolùm paſſiuè ad ſuam mortem; neque fuga, quam prætermittit, eſt per ſe influens in conſeruationem vitæ, aut per ſe prohibens deſtructionem: hic verò ſe habet etiam actiuè, dum remouet alimentum, quod ſolùm poteſt eſſe per ſe, & proximè prohibens mortem à cauſis intrinſecis. Et probabile eſt, quòd ille poſſit non fugere, etiam quando ſententia mortis eſt iuſta ſolùm ex præſumptione delicti, & in foro externo, vt ſubdit Vaſq. *n.32.* quia etiam in hoc caſu eſt actus patientiæ, & virtutis, vt quis toleret mortem, ne deſtruatur rectus ordo iudicij. 31. *Etiamſi ſententia ſit ſolùm iuſta ex præſumptione delicti, & in foro externo.*

32. *Delinquens poteſt licitè offerre ſe Iudici puniendum.*

Imò ex Petro Nauar. *lib.2. de reſtitut. cap.3. num.73.* Leſſ. *lib.2. cap.9. num 28.* & Salas *diſp.15. de legibus, ſect.7. num.93. cit.* eſt etiam licitum delinquenti, vt ſe offerat Iudici puniendum: quia ſimiliter eſt actus virtutis, ſi quis velit in ſe exerceri actum iuſtitiæ vindicatiuæ, & punitiuæ, vt aliis exemplo ſit.

Quanquam de priori caſu, in quo ſententia eſt iuſta ſolùm ex præſumptione, & in foro externo, dubitat Salas *ſect.7. cit. num.94.* & probabilius putat, quòd non ſit licitum manere in carcere, niſi fortè ex fuga probabiliter timeantur maiora pericula.

33. *Si reus ſit iniuſtè damnatus ab iniquo Iudice, tenetur fugere à carcere, ſi poteſt.*

Secùs verò, ſi ſententia eſſet iniuſta vtroque modo; & non ſolùm in foro interno; quia delictum reverà non fuit commiſſum: ſed etiam in foro externo; quia non fuit ſufficienter probatum: quia, quemadmodum non eſt licitum, vt quis non declinet aggreſſorem iniuſtum, ſi alioqui commodè poteſt ſine occiſione illius in peccato mortali; ita & non eſt licitum, vt quis non declinet iniuſtum Iudicem, vt habet Vaſq. *diſp.174 cit. num 31.* Conar. *lib.1. variar. cap.2. num.10.* Salas *diſp.15. de legib. ſect.7. num.93. cit.* qui etiam addit, idem eſſe, ſi quis non appellet ab iniuſta ſententia, cùm vtiliter poſſit, & cum ſpe fructus; & ſiue ſententia ſit de bono vitæ, ſiue de bono famæ.

34. *Reus iniuſtè damnatus tenetur appellare à tali ſententia, ſi ſperat fructũ appellationis.*

35. *Pœna ſolùm reales, nõ autem perſonales, tranſeunt ad hæredes delinquentis damnati.*

Atque hæc de pœnis ſubeundis, aut non ſubeundis perſonaliter, aut realiter ab ipſo reo poſt latam ſententiam: ſi tamen contingat, quòd reus iam damnatus per ſententiam Iudicis moriatur ante factam executionem ſententiæ, & ante pœnam ſolutam, obligatio illam ſoluendi ſolùm tranſit ad hæredes pro pœnis pecuniariis, & realibus; non autem pro perſonalibus, vt notat Salas *diſp.15. de legibus, ſect.7, num.106.* & ex illo Bonacin. *de legib. diſp.1. quæſt.1. puncto 7. §.2 num.35.* quia reus non idem ius habebat in corpora, & in perſonas hæredum, quod habebat in propria bona; & ideò per delictum potuit hæc afficere fiſco; & ſecuta ſententia ſolùm potuit illa tranſmittere ad hæredes, vt ſic affecta; non autem potuit afficere fiſco ipſa corpora, & perſonas, eáſque relinquere ſic affectas.

DISPVT.

DISPVT. XLV.

An, & quomodo ignorantia legis, aut pœnæ, excuſet à pœna ſtatuta per legem.

1. *Ignorantia craſſa, & affectata legis, aut pœna, non excuſat a pœna.*
2. *Ignorantia inuincibilis ipſius legis communiter excuſat à pœna.*
3. *Pœna eorum, qui ſcienter,& temerè aliquid faciunt, non incurritur ab iis, qui id faciunt ex ignorantia etiam culpabili.*
4. *Ignorantia,quæ excuſat à culpa graui,etiam excuſat à pœna graui.*
5. *A pœna legis purè pœnalis, quæ ignorantia excuſet.*
6. *Qui ſciunt legem diuinam, aut naturalem, & ignorant pœnam ſtatutam in tranſgreſſores, non excuſantur à tali pœna.*
7. *Neque ab illa,quæ contra eoſdem eſt ſtatuta per ius ciuile.*
8. *Etiamſi præterea ſimul ignorent ipſum ius ciuile.*
9. *Et idem eſt de pœna, quæ contra eoſdem eſt ſtatuta per ius canonicum.*
10. *Qui ex ignorantia tranſgreditur ſtatuta Ordinariorum, non incurrit eorum pœnas, niſi ignorantia ſit craſſa,aut ſupina.*
11. *A pœnis iuris canonici communiter non excuſat illarum ignorantia.*
12. *A pœnis,quæ imponuntur propter aliquod factum,vel propter certam qualitatem perſonæ, nulla ignorantia excuſat.*

DE hac te molta diximus *ſuprà, lib.1.diſp.29. num.4. & 5.* ideò breuiùs *hoc loco* rem perſtringemus.

1. *Ignorantia craſſa & affectata legis, aut pœna,non excuſat à pœna.*

Et primò certum eſt, quòd ſi ignorantia legis, aut pœnæ per illam ſtatutæ,ſit affectata, & craſſa, non eſt ſufficiens, vt excuſet à pœna. Ita Suarius *lib.5.de legibus,cap.18.num.8.* ex communi ſenteotia: & expreſsè habetur *cap. Vt animarum.de conſtit.in 6.* vbi dicitur,quòd qui ignorant ſtaruta Ordinariorum per ignorantiam craſſam,aut ſupinam; non excuſantur à pœnis,quæ per illa determinantur. Et ratio eſt: quia talis ignorantia, cùm ſit voluntaria, & culpabilis ex ſeipſa; ſicut non poteſt excuſare à culpa, ita nec poteſt excuſare à pœna.

2. *Ignorantia inuincibilis ipſius legis communiter excuſat à pœna.*

Secùs verò, ſi è contrà ignorantia legis ſit inoincibilis: quia tunc, ſicut excuſat à culpa; ita & excuſat à pœna, quando hæc ſolùm imponitur propter culpam in ipſam legem; non autem propter aliquid aliud, vt ex communi ſententia notat Sayr.*lib.2.clau.reg.cap.9. num.24.* & Salas *de legibus,diſp.15.ſect.9.num.*110.Vnde & *cap.Agnoſcentes.de conſtit.* abſolutè dicitur, quòd noo debent in damnum vocari,quæ carent culpa: & *cap.Sine culpa.de reg.iuris, in 6.* quòd ſine culpa nullus eſt puniendus. Et in hac re benè eſt conſiderandum,quid propriè intendaot leges punire per illas pœnas, quas adiungunt, vt etiam *ſuprà* monuimus *lib.1. diſp.29.cit.* Si enim intendant ſolùm punire ſuas tranſgreſſiones, ſuóſque contemptus, id eſt, ipſos actus, in quantum formaliter habent malitiam contra ipſas leges, cenſendæ ſunt ſolùm punire ipſos ſcientes, & ſolùm aduerſùs ſcientes parare pœnas, *l.fin.ff. de decret. ab Ord.facien.* ac proinde mirum non eſt, ſi excuſentur à pœnis, qui leges ipſas ignorent inculpabiliter: ſi verò intendant punire abſolutè id, quod eſt malè factum, quomodocunque tandem, & contra quancunque legem ſit malum, cenſeri debent parare pœnas etiam contra illos, qui ipſas leges ignorant, dummodo etiam ipſi committant id malefactum, & in illo malitiam contrahant contra aliquam legem, ſiue naturalem,ſiue diuinam,aut aliam quancunque, vt dicimus.

3. *Pœna eorum, qui ſcienter, & temerè aliquid faciunt,non incurritur ab iis, qui id faciunt ex ignorantia etiam culpabili.*

Atque hoc modo, ſi lex aliqua ſolùm intendat punire,non abſolutè aliquam culpam; ſed certum aliquem illius modum, & ſpecialem aliquam grauitatem,à pœna per illam ſtatuta; ſatis poteſt quis excuſari per illam ignorantiam, qua excuſatur à tali graoitate,& modo culpæ, quamuis alioqoi non excuſetur à culpa ſimpliciter: & ſi verba legis pœnam conſtituant ſolùm in eos, qui ſcieoter, aut temerè aliquid fecerint, aut præſumpſerint; probabiliſſimum eſt, quòd talis pœna non incurratur ab iis,qui id fecerint ex ignorantia, etiam mortaliter culpabili, vt notat Suar. *lib.5. de legibus, cap.12. num.14. & de cenſuris,diſp.4.ſect.3.à num.9.* & omnes commuoiter apud Salas *diſp.15.de legibus,ſect. 9.num.*114. nam reuerà, qui legem violant ex tali ignorantia, non violant ſcienter,neque temerè aliquid faciunt,aut præſumunt, niſi fortè ignorantia ſit affectata,& directè voluntaria,io quo caſu æqoiparatur ſcieutiæ, ex Gloſſ. *in cap.Eos,qui.verb.affectata,de tempor.ordin.in 6.*

4. *Ignorantia, quæ excuſat à culpa graui,etiam excuſat à pœna graui.*

Et à fortioti idem eſt, ſi ignorantia excuſet à culpa mortali; non autem à veniali: excuſat enim ſufficienter etiam à pœna, ſi hæc ſit grauis, & ſolùm proportionata culpæ graui, vt ſubdit Suarez *lib.5.de legibus,cap.12.cit.num.16.* & ſi lex ſit purè pœnalis, & ideò non requirat culpam propriè dictam; adhuc ignorantia ab illa excuſat, ſi facit,vt actio, propter quam incurritur, non ſit voluntaria, vt notat Salas *diſput.15. de legibus, ſect. 9. num.*110.

5. *A pœna legis purè pœnalis, quæ ignorantia excuſat.*

6. *Qui ſciunt legem diuinã,aut naturalẽ,& ignorant pœnam ſtatutam in trãſgreſſores, non excuſantur à tali pœna.*

Secundò,certum eſt, eum, qui ſcit legem diuinam,aut naturalem; & igootat pœnam à Deo ſtatutam tranſgteſſoribus huiuſmodi legis, noo excuſari à tali pœna: ſi quis enim ſcienter peccet contra legem naturæ, etiamſi inuincibiliter ignoret pœnas Inferni; non tamen propterea illis non punietur. Et ratio eſt: quia obligatio ad huiuſmodi pœnam, ſolùm prouenit ex poteſtate, & voluntate Dei; non autem tequirit couſenſum peccantium; & eo ipſo, quòd quis ſcienter, & ſponte legem ttanſgreditur, ſponte ſe ſubiicit iis omnibus pœnis,quæ legis violatoribus ſunt ſtatutæ, etiamſi explicitè, & diſtinctè illas ignoret, vt notat Azot. *part.1. lib.1. cap.15. quæſt.1.* ſi tamen ignorantia pœnæ redundaret aliquo modo etiam in ignoraotiam obligationis legis; & ex eo, quòd quis ignoraret per legem adiungi pœnam grauem, putaret, neque etiam legis obligationem eſſe grauem, ſicut in tali caſu ignorantia excuſaret à culpa graui; ita & excuſaret à pœna graui, vt notat Salas *diſp.15. ſect.9.num.*113.

7. *Neque ab illa, quæ cõtra eoſdem ſit ſtatuta per ius ciuile.*

Tertiò,idem eſt de iis pœnis, quæ contta violatores iuris diuini, & naturalis ſtatuuntut, à iure ciuili: ſi quis enim furetur, v.g.aut occidat, etiamſi ignoret, furto, & homicidio eſſe adiunctam pœnam ſuſpendij; non tamen proptereà non ſuſpendetur; cùm ſimiliter huiuſmodi pœnæ non requirant cooſenſum peccantium,neque debeant eſſe directè voluntariæ; ſed ſolam poteſtatem, & voluntatem Principis; & qui peccant, ſponte ſeſe ſubiiciant omnibus pœnis, quibus tale peccatum punitur,vt

tur, vt tradit idem Azor. *lib. 1. cap. 15. cit. quæſt. 2.* & Suar. *lib. 5. de legib. cap. 12. num. 7.*

8. *Etiamſi præterea ſimul ignoret ipſum ius ciuile.*

Idque eſt verum, non ſolùm, ſi ignorantia cadat ſupra pœnam; ſed, etiamſi cadat ſupra ipſum ius ciuile, quod pœnam imponit: nam, quanuis aliquis ignoret, quòd furtum prohibetur per ius ciuile; adhuc tamen punietur pœnis per illud ſtatutis: quia reuerà etiam illas meretur; & dum eligit furtum, omnibus pœnis ſe ſubiicit, quæ debentur furto, neque ius ciuile illas ſtatuit contra ſcientes ipſum ius, illúdque tranſgredientes; ſed ſimpliciter contra furantes, & furti delictum committentes; ad quod tamen ſatis eſt, ſi quis ſciat ius naturale, & diuinum.

9. *Et idem eſt de pœna, quæ citra eoſdem eſt ſtatuta per ius canonicum.*

Quartò, idem eſt etiam de pœnis, quæ contra violatores iuris diuini, aut naturalis, ſtatuuntur à iure canonico, vt eſt, v.g. irregularitas, depoſitio, degradatio, infamia, priuatio officij, aut beneficij, confiſcatio bonorum, & aliæ omnes, præter excommunicationem & cenſuras propriè dictas: quanuis enim aliquis ignoret inuincibiliter, quòd iteratio Baptiſmi, *v.g.* aut homicidium, ſint prohibita iure canonico, & habeant adiunctam irregularitatem; ſi tamen ſciat, quòd ſunt prohibita iure diuino, & culpabiliter illa committat, verè fit irregularis propter rationes iam allatas, vt multi volunt, & notat Salas *diſp. 15. de legib. ſect. 9. num. 110. & 113.* quanuis oppoſitum doceant alij apud Sanchez *lib. 9. de matrim. diſp. 32. num. 20.* & probabilius putet etiam ipſe Sanchez *num. 21.* quia, ſcilicet, etiam irregularitas, quando eſt ex delicto, ſolùm incurritur propter contumaciam, ac proinde requirit etiam ipſa, ſicut & cenſuræ propriè dictæ, quòd ſit præcognita.

10. *Qui ex ignorantia tranſgreditur ſtatuta Ordinariorum, non incurrit eorũ pœnas, niſi ignorantia ſit craſſa, aut ſupina.*

Quintò, qui ex ignorantia tranſgreditur peculiaria ſtatuta Ordinariorum, id eſt, eorum, qui in aliqua ciuitate, diœceſi, aut prouincia, limitatam, ac definitam habent iuriſdictionem, non ligatur eorum ſententiis, & pœnis, niſi ignorantia ſit craſſa, aut ſupina: ita enim definitur à Bonifacio VIII. *in cap. Vt animarum. de conſtit. in* 6. Idque intelligitur non ſolùm de iis ſtatutis, quibus Ordinarij prohibent, vel præcipiunt, quod alioqui eſt per ſe indifferens; ſed etiam de iis, quibus prohibent, vel præcipiunt, quod aliàs eſt prohibitum, vel præceptum iure naturali, aut diuino, vt notant Canoniſtæ communiter apud Azor. *lib. 1. cap. 15. cit. quæſt. 3.* In qua re eſt peculiaris ratio de huiuſmodi ſtatutis Ordinariorum, & de aliis legibus eccleſiaſticis, quoad pœnas, quas ſtatuunt diuerſas ab excommunicatione, & cenſuris, eáque diuerſitas ſolùm prouenit ex iure ipſo canonico, & peculiari decreto *illius cap. Vt animarum.* vt notat Azor. *quæſt. 3. cit. in fine.*

11. *A pœnis iuris canonici communiter non excuſat illarum ignorantia.*

Sextò, qui ſcienter violat ius canonicum, etiamſi ignoret pœnas, quæ per illud ſtatuuntur, non proptereà ab illis excuſatur, ſi ſolùm excipiamus cenſuras, vt iam diximus: nam pœnæ non requirunt conſenſum peccantium, neque debent eſſe illis directè voluntariæ.

12. *A pœnis, quæ imponuntur propter aliquod factum, vel propter certam qualitatem perſonæ, nulla ignorantia excuſat.*

Denique ab iis pœnis, quæ ſolùm imponuntur propter aliquod factum, etiam ſine culpa, vel propter ſolam qualitatem perſonæ, nulla ignorantia excuſat. Ita Caſtr. *lib. 2. de lege pœn. cap. 14.* Sayr. *lib. 2. clau. reg. cap. 9. num. 27.* & alij apud ipſum: nam, quanuis bigamus, v.g. inuincibiliter ignoret legem eccleſiaſticam de irregularitate bigamiæ annexa; ſicut tamen talis ignorantia non tollit, quominùs ipſe ſit bigamus, & per conſequens verè ineptus ad ſignificandam Chriſti coniunctionem cum Eccleſia; ita neque tollit, quominùs ſit irregularis; idque eſt verum, ſiue ſcienter factus ſit bigamus, & corruptam cognouerit, aut duxerit; ſiue non: & eadem ratione filius Preſbyteri, ſiue ſciat ſe eſſe talem, ſiue non, reuerà eſt irregularis, & incapax ad beneficia eccleſiaſtica: quia hæc irregularitas non fertur, niſi propter qualitatem perſonæ, & in pœnam peccati ipſius parentis.

DISPVT. XLVI.

De obligatione ad ius non ſcriptum, quæ eſt conſuetudo.

1. *Conſuetudo quomodo deſcribatur.*
2. *Non habet vim legis ſine conſenſu Principis, ſaltem tacito.*
3. *Virtutes, ſeu proprietates conſuetudinis quæ ſint.*
4. *Conſuetudo non poteſt induci contra ius diuinum, & naturale.*
5. *Benè tamen poteſt illud interpretari.*
6. *Contra ius gentium quomodo poſſit induci conſuetudo.*
7. *Qualis conſenſus Principis requiratur ad conſuetudinem.*
8. *Conſuetudo debet eſſe obſeruata à maiori parte populi.*
9. *Maior pars populi quæ dicatur.*
10. *Si lex ſit lata ad Communitatẽ aliquam totalem, & ampliſſimam, poteſt conſuetudo illam tollere, etiam in Communitate partiali.*
11. *Quid requiratur ad hoc, vt conſuetudo ſit rationabilis.*
12. *Quo differat conſuetudo rationabilis, vel irrationabilis, à conſuetudine bona, vel mala.*
13. *Quid requiratur ad hoc, vt conſuetudo ſit præſcripta.*
14. *A quo tempore ſit computanda præſcriptio conſuetudinis.*
15. *Ad hoc, vt conſuetudo inducat nouum ius, debet ipſa eſſe inducta cum intentione obligandi.*
16. *Conſuetudo in dubio non eſt cenſenda obligare.*
17. *Dubium de obligatione conſuetudinis, ex quibus coniecturis poſſit determinari.*
18. *Intra quantum tempus cenſeri debeat incipere obligatio conſuetudinis.*
19. *Conſuetudines laicorum non obligant Clericos.*

AD tractationem de obligatione legis, quæ communiter appellatur ius ſcriptum, etiam pertinet tractatio de conſuetudine, quæ appellatur ius non ſcriptum. *cap. Conſuetudo. diſt. 1.* De illa poſſunt videri Iuriſtæ *in l. De quibus.* & *in l. Si de interpretatione. ff. de legibus.* Canoniſtæ *in cap. Conſuetudo. d. 1.* & *in titulũ de conſuetudine, in Decretalibus, & in 6.* Summiſtæ *verb. Conſuetudo.* S. Antoninus *par. 1. tit. 16.* S. Thom. *1. 2. q. 97. art. 3.* Caiet. & Medin. *ibidem*, Sot. *lib. 1. de iuſt. quæſt. 7. art. 2.* Caſtr. *lib. 2. de leg. pœn. cap. 12.* Valen. *1. 2. diſp. 7. q. 5. puncto 8.* Suar. *lib. 7. de legibus*, Vaſq. *1. 2. diſp. 177.* Salas *de legib. diſp. 19.* Azor. *par. 1. lib. 5. à cap. 17.* Sayr. *lib. 3. clau. reg. cap. 11.* & alij apud ipſos.

Vt verò *hoc loco* nos quoque de illa paucis agamus, primò ſic poſſumus illam deſcribere ex S. Iſidoro *lib. 5. Etymol. c. 3.* qui etiam refertur *cap. Conſuetudo. d. 1. cit.*

Conſuetudo eſt ius quoddam moribus inſtitutum, quod pro lege ſuſcipitur, quando deficit lex: vt enim benè docet S. Thom. *1. 2. quæſt. 97. art. 3. cit.* non ſolùm poteſt manifeſtari verbo, aut ſcripto 1.

Conſuetudo quomodo deſcribatur.

ratio, & voluntas legiſlatoris; ſed etiam facto: & ideò lex non ſolùm poteſt condi verbo, aut ſcripto; ſed etiam facto, & moribus, cùm vnuſquiſque id maximè eligere, & velle videatur, quod implet opere, & actu ſæpiùs repetito, ſicut contingit in inducenda conſuetudine. Quo autem propriè differant conſuetudo, & lex, poſito, quòd ſcriptura non ſit de eſſentia legis; ſatis indicauimus *ſuprà, hoc ipſo libro, diſp.*15.*num.*12. neque eſt, quòd repetamus. Et quò differant vſus, mos, conſuetudo, ſtylus, & ritus, videri poteſt apud Suar. *lib.*7.*de legibus, cap.*1.*&* 5. & apud Salas *diſp.*19. *cit. ſect.*1.

2. *Non habet vim legis ſine conſenſu Principis, ſaltem tacito.*

Secundò, ſi poteſtas ferendi leges pertineat ad populum, facilè poteſt intelligi, quomodo conſuetudo ab illo inducta poſſit habere vim legis: nam tunc facto ipſo, & moribus declaratur voluntas populi, & hæc declaratio eandem vim habet, ac ſi fieret verbo, aut ſcripto: ſi verò poteſtas ferendi leges pertineat ad Principem, non niſi ex illius conſenſu, ſaltem tacito, vim talem habet, vt etiam *ſuprà* diximus *diſput.*39. *num.*12. quia eo ipſo, quòd Princeps videt talem conſuetudinem induci moribus populi, & cùm poſſit eam prohibere, non prohibet; rationabiliter cenſetur ipſemet præſtare conſenſum de illa inducenda, vt notat Sayr. *lib.*3. *clau. reg. cap.*11. *cit. num.*5.

3. *Virtutes, ſeu proprietates conſuetudinis quæ ſint.*

Atque hinc oriuntur illæ proprietates, ſeu virtutes conſuetudinis, quæ communiter illi tribuuntur à Doctoribus, vt notat Suarez *lib.*7.*cap.*4.*num.*16. & Sayr. *cap.*11.*cit. num.*2. vt, ſcilicet, legem interpretetur, confirmet, abroget, & nouam faciat: nam neceſſariò conſuetudo aliqua, vel eſt ſecundùm legem, & conformis legi; vel contra legem, & poſitiuè illi difformis; vel præter legem, eique difformis ſolùm negatiuè. Et ſi eſt ſecundùm legem, & poſitiuè illi conformis, poteſt legem interpretari, *cap. Cùm dilectus. de conſuetud.* & *l. Si de interpretatione. ff. de legibus*, & prætereà poteſt illam confirmare, *cap. In iſtis. diſt.*4. Si verò ſit contra legem, & poſitiuè illi difformis, poteſt illam tollere, & abrogare, *cap. Cùm omnes. de conſtit.* & *l. De quibus. ff. de legibus.* Et denique, ſi ſit præter legem, eique difformis ſolùm negatiuè, poteſt facere nouam legem, *l. De quibus. citat. & cap. Conſuetudo. diſt.* 1. & hæ omnes virtutes, aut proprietates conſuetudinis ex eo proueniunt, vt iam indicauimus: quia conſuetudo continet conſenſum Principis, & manifeſtationem rationis, & voluntatis legiſlatoris.

4. *Conſuetudo non poteſt induci contra ius diuinum, & naturale.*

Tertiò, certum eſt, quòd conſuetudo non poteſt vim habere contra legem diuinam, & naturalem, vt expreſsè habetur *cap. finali, de conſuetudine*, & ſecundùm omnes notat Azor. *lib.*5.*cap.*17.*cit. quæſt.*3. *&* 4. Suarez *lib.*7.*de legibus, cap.*4. *num.*4. *&* 13. Sayr. *lib.*3.*clau. reg. cap.* 11. *num.*4. ſicut enim ius diuinum non poteſt tolli per legem humanam; ita neque per conſuetudinem, cùm hæc non poſſit habere vim maiorem, quàm lex: ius verò naturale, cùm ſit ſolùm de iis, quæ ſunt per ſe bona, aut mala, eſt omninò immutabile; & ideò contra ipſum nihil poteſt conſuetudo.

5. *Benè tamen poteſt illud interpretari.*

Quanuis poſſit concedi, quòd conſuetudo aliquando interpretatur ius diuinum, & naturale, vt etiam *ſuprà* diximus *diſp.*22.*num.*5. & ſi quid, verbi gratia, ſit receptum moribus Eccleſiæ, circa adminiſtrationem Sacramentorum, eo ipſo debeat certò credi non eſſe contra ius diuinum, vt ex multorum ſententia docet Suar. *lib.* 7. *de legibus, cap.* 4. *num.* 13. *& cap.*17. *numero* 6. nulla tamen ratione concedi debet, quòd conſuetudo illud poſſit tollere, & abrogare, etiam ex parte, propter rationem iam dictam.

6. *Contra ius gentium quomodo poſſit induci conſuetudo.*

De iure gentium, quòd ſimiliter non poſſit conſuetudo contra illud induci, docet Azor. *lib.* 5.*cap.*17. *quæſt.*4. quia etiam illud eſt ius naturale. Sed contrà eſt: quia multa videntur de iure gentium, quæ propriè non ſunt de iure naturæ, vt ſeruitus, v. g. eorum, qui capiuntur in bello: & de his nulla eſt ratio, quare non poſſit in aliqua prouincia induci conſuetudo, vt notat Suar. *lib.*7. *de legibus, cap.*4.*cit. num.*6.

7. *Qualis conſenſus Principis requiratur ad conſuetudinem.*

Quartò, ad hoc, vt conſuetudo vim habeat, certum eſt, quòd requiratur aliquo modo conſenſus Principis, vt *paulò antè* diximus, & videre eſt apud Suar. *lib.*7.*de legibus, cap.*13. & apud Sayrum *lib.* 3.*clau. reg. cap.* 11. *num.*3. *&* 5. nam poteſtas non minùs requiritur ad inducendum ius non ſcriptum, quæ eſt conſuetudo, quàm ad inducendum ius ſcriptum, quæ eſt lex. Quare, cùm ſolus populus, prout acceptus ſeorſim a Principe, illam non habeat, omninò eſt opus conſenſu Principis. Dico autem, quòd requiratur aliquo modo: quia in primis non eſt neceſſarius conſenſus formalis, & explicitus; ſed ſatis eſt interpretatiuus, ſecundùm quem toleral, vel non impedit conſuetudinem, quam ſcit induci à populo, & poſſet impedire, ſi vellet, vt notat Suarez *num.*12. & Sayr. *loco cit.*

Deinde, neque etiam requiritur conſenſus perſonalis, qui implicitè, vel explicitè de nouo præſtetur à perſona Principis, etiam prout videt conſuetudinem induci, & non impedit; ſed ſatis eſt conſenſus legalis, aut iuridicus, qui continuò præſtatur à Principe per ipſum ius, vt *ſuprà* diximus *diſp.*39. *num.*13. & notat Sanchez *lib.*7. *de matrimonio, diſput.*4. *num.*11. *&* 14. *& diſp.*17.*num.*7. *& diſp.*82. *num.* 20. Suar. *de legibus, lib.*7.*cap.*13.*num.* 6. *& cap.*18.*num.*4. & alij apud ipſos: nam eo ipſo, quòd *cap. fin. de conſuet.* abſolutè ſtatuitur, vt conſuetudo vim habeat, quando eſt rationabilis, & præſcripta; ſatis præſtatur conſenſus Pontificis pro omni conſuetudine, quæ habuerit illas duas conditiones; & ideò non eſt, quòd pro hac, vel illa conſuetudine particulari requiratur alius conſenſus perſonalis: & ſicut ad præſcriptionem bonorum non requiritur notitia perſonalis illius, contra quem ſit præſcriptio; ita neque ad præſcriptionem conſuetudinis contra aliquam legem latam à Principe, requiritur perſonalis notitia ipſius Principis. Idque non ſolùm videtur intelligendum ſecundùm ius canonicum; ſed etiam ſecundùm ciuile: ſiquidem *l. De quibus. ff. de legibus*, dicitur, quòd leges non ſolùm poſſunt abrogari ſuffragio legiſlatoris; ſed etiam per deſuetudinem, tacito conſenſu omnium: & *l. Diuturna.* & *l. Sed & ea. ff. eod.* nihil aliud requiritur ad hoc, vt conſuetudo vim habeat, niſi vt ſit diuturna, & obſeruata per annos plurimos, neque ſit mentio de perſonali conſenſu Principis.

8. *Conſuetudo debet eſſe obſeruata à maiori parte populi.*

Quintò, vt conſuetudo vim habeat, præſertim contra legem, debet ſeruari à maiori parte populi. Ita omnes communiter apud Suarez *lib.*7.*de legibus, cap.*9.*num.*12. quia, quemadmodum minor pars non eſſet ſufficiens ad legem ferendam; ita neque eſt ſufficiens ad legem tollendam. Maior autem pars populi tunc dicitur, quando ex tribus partibus ſunt duæ, *l. Nulli.* & *l. Planè. ff. quod cuiuſque Vniuerſit. nomine.*

9. *Maior pars populi quæ dicatur.*

Et in illa ij tantùm debent computari, qui alioqui ſunt habiles ad conſenſum præſtandum pro lege condenda, quales non ſunt infantes, furioſi, peregrini, & externi; ſed tantùm

viri

Digitized by Google

viri ratione vtentes, & illi, qui per legem obligabantur, vt, v.g. Clerici, ſi ad illos lex pertinebat; vel etiam mulieres, ſi illas ligabat, vt notat Panorm. *in cap. fin. num.* 8. *&* 18. *de conſuetud.* & Azor. *lib.* 5. *cap.* 17. *quæſt.* 8.

10. *Si lex ſit lata ad Cõmunitatem aliquã totalem, & ampliſſimã, poteſt conſuetudo illã tollere, etiam in Communitate partiali.*

Verùm ſi conſuetudo debet abrogare legem eccleſiaſticam, quæ alioqui ſit lata pro tota Eccleſia, non eſt neceſſarium, vt ſit recepta à maiori parte ipſius Eccleſiæ; ſed ſatis eſt, ſi ſit recepta à maiori parte prouinciæ, epiſcopatus, aut Communitatis, quæ propriis legibus gubernari ſoleat, eâque lex in tali caſu poteſt cenſeri ſufficienter abrogata pro tali prouincia, epiſcopatu, aut Communitate; quamuis adhuc remaneat in ſuo vigore pro reliqua Eccleſia, vt notat Suar. *lib.* 7. *cap.* 18. *num.* 6. ſic enim etiam accidit in acceptatione legis propriè dictæ, quæ non requiritur, vt ſit à maiori parte Communitatis totalis, & ampliſſimæ, ad quam fertur; ſed ſatis eſt, ſi ſit à maiori parte etiam Communitatis partialis, vt *ſuprà* notauimus *diſp.* 18. *num.* 19.

11. *Quid requiratur ad hoc, vt cõſuetudo ſit rationabilis.*

Similiter, vt conſuetudo vim habeat, requiritur, vt ſit rationabilis, & præſcripta, *cap. fin. de conſuetud.* Et rationabilis tunc dicitur, quando habet iuſtam cauſam, & bonum finem, ſicut haberet lex iudicio prudentis viri, vt ex Panorm. & Canoniſtis refert Azor. *lib.* 5. *cap.* 17. *cit. quæſt.* 5. & Suar. *lib.* 7. *de legib. cap.* 6. *num.* 5. *& ſeq.* vbi etiam explicat, quomodo differat conſuetudo bona à rationabili, & conſuetudo mala ab irrationabili; & poſt multa tandem concludit, poſſe conſuetudinem aliquam eſſe irrationabilem, ſi non expediat Communitati, vt inducatur cum credulitate obligationis, & tanquàm lex; etiamſi non ſit alioqui mala ex ſe, id eſt, ex materia, & ex obiecto: & contrà poſſe aliquam conſuetudinem eſſe rationabilem, ſi expediat pro tempore, vt inducatur, etiamſi alioqui non ſit ex ſe bona; ac proinde latiùs patere conſuetudinem irrationabilem, quàm conſuetudinem malam, & omnem illam, quæ eſt mala, eſſe etiam irrationabilem; non autem è contrà, omnem illam, quæ eſt irrationabilis, eſſe etiam malam; & ſimiliter latiùs patere conſuetudinem rationabilem, quàm conſuetudinem bonam; & omnem illam, quæ eſt bona, eſſe etiam rationabilem; non autem è contrà, omnem illam, quæ eſt rationabilis, eſſe etiam bonam, id eſt, ex ſe, & ex materia, vel ex obiecto.

12. *Quo differãt cõſuetudo rationabilis, vel irrationabilis, à cõſuetudine bona, vel mala.*

13. *Quid requiratur ad hoc, vt cõſuetudo ſit præſcripta.*

Præſcripta verò conſuetudo tunc dicitur, quando eſt continuata ſaltem per ſpatium decem annorum, ſi ſit contra legem ciuilem, & præſente legiſlatore; vel per ſpatium viginti annorum, ſi legiſlator ſit abſens, & ſi ſit contra legem eccleſiaſticam per ſpatium quadraginta annorum. De qua re plura poſſunt videri apud Suar. *lib.* 7. *cit. cap.* 8. *num.* 13. & *cap.* 15. *&* 18. & apud Sayrum *lib.* 3. *clau. reg. cap.* 11. *num.* 6. & apud Azor. *lib.* 5. *cap.* 17. *quæſt.* 6. Qui etiam addit, ad huiuſmodi præſcriptionem requiri quaſi titulum, cùm nulla præſcriptio poſſit eſſe legitima ſine titulo; & ideò tempus illius non debere computari à primis, qui contra aliquam legem iam vſu receptam incipiunt inducere conſuetudinem: quia illi verè peccant, dum faciunt contra legem; neque poteſt eſſe iuſtus titulus, vel quaſi titulus, niſi vacet omni culpa; ſed debere computari ab iis, qui ſine peccato incipiunt facere contra legem, id eſt, ab iis, qui ſuccedunt primis, & legem non ſeruant, quando iam ſæpiùs à maiori parte populi non fuit obſeruata. Et quamuis Princeps, durante decennio, quo currit præſcriptio, poſſit, ſi velit, tranſgreſſores punire, & præſcriptionem conſuetudinis impedire, abſque eo, quòd iterum legem ferat; non tamen propterea peccant, qui legem non ſeruant, cùm iam

14. *A quo tẽpore ſit computãda præſcriptio cõſuetudinis.*

inceperit eſſe ſuſpenſa illius obligatio; ſed ſolùm tenentur ſubire pœnam, ſi imponatur; ſicut & contingit in legibus purè pœnalibus.

15. *Ad hoc, vt cõſuetudo inducat nouum ius, debet ipſa eſſe inducta cum intentione obligandi.*

Sextò, poteſt conſuetudo etiam ius nouum inducere, ſi diu ſeruetur de conſenſu Principis modo explicato, & ex credulitate, & intentione per illam obligandi, tanquàm per ius non ſcriptum. Ita habetur *l. De quibus. ff. de legibus.* & aliis locis apud Suar. *lib.* 7. *cap.* 14. *n.* 2. Dixi autem, requiri credulitatem, & intentionem obligandi: quia non eſt ſatis ſola intentio inducendi conſuetudinem quomodocunque; ſed requiritur intentio eam inducendi cum obligatione. Et hac ratione multæ conſuetudines ſunt inductæ in Eccleſia; quæ tamen non habent vim legis, neque induxerunt ius nouum non ſcriptum, vt eſt, v.g. conſuetudo ſæpiùs in die ſalutandi B. Virginem ad pulſum campanæ, ſumendi cineres in die Cinerum, ſumendi ramum oliuæ in Dominica Palmarum, & ſimiles, vt notat Suar. *cap.* 14. *cit. n.* 6. Qui etiam addit *cap.* 15. *n.* 13. ſi de hoc ipſo contingat dubium, vtrùm hæc, vel illa conſuetudo ſit inducta, vt obligans, cenſeri debere, quòd non ſit inducta, vt obligans: quia iuxta regulam generalem, in dubiis nullus præſumitur voluiſſe obligari: & ad determinandum tale dubium, poſſe eſſe vſui has coniecturas, ſi materia conſuetudinis ſit res grauis, & difficilis, & communiter ſeruetur à populo; ſi prudentes, & timorati malè ſentiant de iis, qui non ſeruant; ſi Prælati grauiter eos reprehendant, aut puniant; ſi res multùm conferat ad bonum commune; & ſimilia: hæc enim omnia rationabiliter indicant, quòd conſuetudo ſit inducta, vt obligans, ſi reperiantur in aliqua conſuetudine dubia; vel è contrà, quòd non ſit inducta, vt obligans, ſi non reperiantur.

16. *Cõſuetudo in dubio eſt cenſenda obligare.*

17. *Dubium de obligatione cõſuetudinis, ex quibus cõiecturis poſſit determinari.*

18. *Intra quantũ tempus cõſeri debeat incipere obligatio cõſuetudinis.*

Quanto autem tempore opus ſit, ad hoc, vt conſuetudo inducat tale ius non ſcriptum, benè explicat idem Suar. *cap.* 15. *cit. n.* 2. & ait, tam in materia ciuili, quàm in canonica ſatis eſſe decennium, ad hoc, vt præſcribatur conſuetudo, quæ non eſt contra ius: & *num.* 9 poſſe etiam ſufficere breuius tempus, ad hoc, vt vim habeat obligandi, etiam præſcindendo à præſcriptione, id eſt, illud, quod ſufficiat prudenti iudicio ad declarandum communem conſenſum populi, habita ratione frequentiæ actuum, notitiæ, & conſenſus Principis, & ſimilium. Pro qua re poſſunt videri etiam illa, quæ diximus *ſuprà, diſp.* 18. *num.* 13. dum explicaremus, quomodo aliquando dicatur induci conſuetudo per duos, vel tres actus, & quæ habet Antonius Gabriel *lib.* 6. *communium concluſ. tit. de conſuetud. concl.* 1. *n.* 70.

19. *Cõſuetudines laicorum non obligant Clericos.*

Septimò, quod *ſuprà* diximus de legibus laicorum in ordine ad obligandos Eccleſiaſticos, debet intelligi etiam de illorum conſuetudinibus, quæ inducuntur, vel ſunt nouum ius non ſcriptum: in quantum enim dependent a laïcis, non obligant Clericos; ſed hos ſolùm obligant, in quantum tacitè approbantur à poteſtate eccleſiaſtica, quando nihil continent contra decentiam ſtatus clericalis, & pertinent ad communem conuictum omnium ciuium, vt notat Suar. *lib.* 7 *de legib. cap.* 16. *n.* 12.

DISPVT. XLVII.

De iis, quæ pertinent ad interpretationem legis authenticam, ſeu iuridicam, vſualem, & doctrinalem.

1. *Mutationes in lege poſſunt contingere ab intrinſeco, & ab extrinſeco.*

2. *Interpretatio legis authentica, vel iuridica, vſualis, & doctrinalis, quænam ſit.*

3. *Interpretatio authentica à quo poſſit fieri, & quomodo habeat vim legis.*

4. *Poteſt continere etiam aliquam additionem, aut detractionem ad legem priorem.*

5. *Ad Summum Pontificem ſpectat interpretatio authentica iuris diuini, canonici, & ciuilis, in quantum concernit Clericos.*

6. *Interpretatio iuridica iuris ciuilis, in quantum concernit laicos, pertinet ad Imperatorem.*

7. *Poteſt tamen ſpectare etiam ad Iudicem inferiorem, ſi ſit interpretatio particularis.*
Quomodo Tridentinum non liceat interpretari ſine facultate Summi Pontificis.

8. *Quomodo ſint accipienda verba legis in interpretatione doctrinali.*

9. *Verba legis maximè debent accommodari intentioni legiſlatoris, ſi aliunde de illa conſtet.*

10. *Eſt etiam attendenda ratio legis, & vitanda abſurditas.*

11. *Per interpretationem poteſt fieri extenſio legis ad omnem proprietatem verborum, ſiue naturalem, ſiue iuridicam.*

12. *Vltra proprietatem verborum poteſt fieri extenſio, quando alioqui lex eſt fruſtratoria, aut continet abſurditatem.*

13. *Per interpretationem poteſt etiam fieri reſtrictio legis ad vnam tantùm ſignificationem verborum.*

14. *Interpretatio legis per epicheiam, quomodo fiat.*

15. *Quando poſſit eſſe locus epicheia.*

16. *Quando eſt locus epicheia, non eſt opus recurrere ad Superiorem.*

17. *Interpretatio legis poteſt fieri, etiam ex variatione, quæ fortè contingat in illius materia.*

QVæ hactenus diximus, maximè pertinent ad explicandam naturam, & proprietates, ſeu virtutes, & effectus legis, & præcipuè obligationem illius, ſiue ad culpam, ſiue ad pœnam: ſed præter illa poſtremo loco addenda ſunt etiam aliqua de mutationibus, quæ poſſunt contingere circa legem, & de modis, quibus tollitur, vel omninò, vel ex parte illius virtus, & obligatio, qui maximè ſunt interpretatio, diſpenſatio, irritatio, derogatio, &

1. *Mutationes in lege poſſunt contingere ab intrinſeco, & ab extrinſeco.*

abrogatio: vt enim notat Suar. *lib. 6. de legibus, initio, & cap. 6. num. 1.* mutationes, quæ poſſunt contingere circa leges, poſſunt eſſe in vniuerſum duplicis generis, id eſt, vel poſſunt prouenire quaſi ab intrinſeco per variationem alicuius ex iis, quæ per ſe requiruntur ad permanentiam obligationis in lege, vt, v.g per variationem, quæ contingat in materia, aut fine legis; vel poſſunt prouenire ſolùm ab extrinſeco per actioné ipſius legiſlatoris, aut alterius poteſtatem habentis, qui ex toto, vel ex parte, vniuerſaliter pro omnibus, vel ſolùm particulariter pro aliquo illam interpretatur, ac declarat, vel aliter eam immutat per diſpenſationem, abrogationem, derogationem, irritationem: nam, vt explicat Sot. *lib. 1. de iuſtitia, quæſt. 7. art. 3. concl. 2.* & Azor. *part. 1. lib. 5. cap. 15. initio,* ſi legiſlator, v.g. declaret caſum aliquem dubium, aut obſcurum, eſſe, vel non eſſe comprehenſum in lege, eámque ad illum extendat, vel citra illum reſtringat, aut explicet verba ambigua, & obſcura, dicitur legem interpretari: ſi verò pro aliquo particulari, ad legem alioqui obligato, eam relaxet, eúmque eximat ab illius obligatione, dicitur cum illo diſpenſare in lege; & ſi ſuam legem ex toto tollat, dicitur illam abrogare; & ſi tollat ſimiliter ex toto legem alterius ſibi ſubditi, eámque velit eſſe prorſus irritam, & inanem, dicitur illam irritare: & ſi tollat ſolùm ex parte, ſiue ſuam legem, & à ſe latam; ſiue legem alterius ſibi ſubditi, & latam ab altero, & quoad alteram partem eam relinquat in ſua obligatione, & virtute, dicitur illi derogare, vt patet *ex l. Derogatur. ff. de verb. ſignific.*

Miſſa autem hoc loco mutatione ab intrinſeco, quæ vix habet aliquid difficultatis, paucis agemus ſolùm de alia, quæ fit ab extrinſeco, per voluntatem, vel actionem legiſlatoris, aut alterius poteſtatem habentis. Et circa interpretationem,

2. *Interpretatio legis authentica, vel iuridica, vſualis, & doctrinalis, quænã ſit*

Primò, ſciendum eſt, eam poſſe eſſe triplicem, vt notat Gloſſ. *in l. Si de interpretatione. ff. de legib.* Panorm. *in cap. primum, de poſtul. Prælat.* & *in cap. primum, de iuram. calumnia.* Sylu. *verb. interpretatio, & verb. lex, quæſt. 16.* Azor. *part. 1. lib. 5. cap. 16. quæſt. 9.* Suar. *lib. 6. de legibus, cap. 1. num. 1.* Salas *de legibus, diſp. 21. ſect. 1.* id eſt, authenticam, ſeu iuridicam, quæ fit authoritate illius, qui poteſt condere legem; vſualem, quæ fit conſuetudine ipſa, & vſu; & doctrinalem, quæ fit per doctrinam Interpretum, & Doctorum.

3. *Interpretatio authentica à quo poſſit fieri, & quomodo habeat vim legis.*

Et quidem de interpretatione authentica, certum eſt, quòd non modò poteſt fieri ab illo ipſo, qui legem condidit; ſed etiam à ſucceſſore illius, & à Superiore: & ſi fiat, eandem authoritatem poteſt habere, quam ipſa lex, *cap. fin. de conſtitut.* dummodo habeat conditiones legis, & ſit iuſta, & legitimè promulgata, iuxta ea, quæ diximus *ſuprà diſp. 13. num. 14.*

4. *Poteſt continere etiam aliquam additionem, aut detractionem ad legem priorem.*

Neque eſt neceſſarium, vt ſolùm contineat nudam declarationem verborum, & nudam explicationem ſenſus prioris legis; ſed poteſt etiam continere aliquam aliam mutationem, quæ fiat, v.g. addendo aliquid, vel detrahendo, & reuocando, prout viſum fuerit, vt patet *ex cap. 1. de iuram. calumnia,* & *cap. vnico, de Cler. coniug. in 6.* eàque mutatio comprehenditur nomine interpretationis, & declarationis: quia de interpretatione, & declaratione eſt præcipua intentio Principis, vt patet ex declarationibus eccleſiaſticarum Conſtitutionum, quæ in dies emanant à Summis Pontificibus, & notat S. Thom. *2.2. quæſt. 60. art. 5.* Caiet. *ibidem,* Sot. *lib. 1. de iuſt. quæſt. 8. art. 5.* Nauar. *cap. 27. num. 282.* Salas *diſput. 21. ſect. 11.* Bonacin. *diſp. 1. de legibus, quæſt. 1. puncto 8. num. 2.* Suar. *lib. 6. de legibus, cap. 1. num. 3.*

Similiter de interpretatione vſuali, certum eſt, quòd poteſt aliquando etiam ipſa eſſe authentica, ſi, ſcilicet, ipſa conſuetudo, per quam inducitur, vim habeat legis: & in tali caſu interpretatio authentica, quæ fit à legiſlatore per aliam legem ſcriptam, eodem modo diſtinguetur ab illa authentica, quæ fit per conſuetudinem, & propriè eſt vſualis; ſicut diſtinguitur lex propriè dicta, & ius ſcriptum, à conſuetudine iam habente vim legis, & à iure non ſcripto; in quantum, ſcilicet, illa ſumit initium immediatè per voluntatem, & imperium Principis; hæc verò per conſuetudinem poſteà approbatam, & receptam à Principe.

De doctrinali verò certum eſt, quòd, quamuis non inducat obligationem legis; habet tamen ſuam authoritatem, & poteſt etiam ipſa facere certitudinem de intelligentia legis, ſi omnes Doctores conueniant in illius explicatione, vt *ſuprà* diximus *diſp. 22. in fine,* & notat Suar. *cap. 1. cit. num. 5. & 6.* & eſſet temerarium, ſi quis ab illa recederet, ſaltem ſine optima, & vrgentiſſima ratione, quæ

de nouo

de nooo occurreret, & ab aliis Doctoribus non eſſet conſiderata.

5\.
Ad Summum Pontificē ſpectat interpretatio authētica iuris diuini, canonici, & ciuilis, in quantum cōcernit Clericos.

Secundò, cùm interpretatio authentica cuiuſque iuris, maximè propriè ad illum pertioeat, qui eſt conditor illius iuris, aut conditoris ſucceſſor, aut ſuperior, vt iam diximus, interpretatio authentica iuris diuioi, non ſolùm pertinet ad ipſum Deum; ſed etiam ad Summum Pontificem, qui eſt Vicarius Dei, & habet ſpecialem aſſiſtentiam Spiritus ſancti: & ideò, ſi qua interpretatio talis iuris ad illo emanet, neceſſariò eſt admittenda, vt verè authentica.

6\.
Interpretatio iuridica iuris ciuilis, in quantum cōcernit laicos, pertinet ad Imperatorē.

Et idem eſt de iure canonico, quod maximè propriè ſpectat ad Papam, *cap. Per venerabilem. qui fil. ſint leg.* & de iore ciuili, in quantum concernit Clericos, vt notāt Panorm. Sylu. & Azor. *locis cit. num. 2.* & habetur *cap. 1. de iuram. cal.* Interpretatio verò iuris ciuilis, in quantum concernit laicos, ſolùm pertinet ad Imperatorem, *l. fin. C. de legibus.* nam, quemadmodum, vt ibi dicitur, leges condere ſoli Imperatori conceſſum eſt; ita & leges interpretari, ſolo dignum imperio eſt, & vniuerſaliter inde debet procedere authentica interpretatio iuris, vnde prodiit ipſum ius, *cap. Inter alia. de ſententia excommunicat.*

7\.
Poteſt tamen ſpectare etiā ad Iudicē inferiorem, ſi ſit interpretatio particularis, & pro aliqua cauſa particulari.

Rectè tamen addit Sylu. *verb. interpretatio, quaſt. 1.* Innocent. *in cap. Cum ſpeciali. de appellat.* Panorm. *in cap. primum, de iuram. calum* id ſolùm intelligi de interpretatiooe generali: quia interpretatio pro aliqua cauſa particulari poteſt eſſe etiam à Iudice inferiore; & poteſt etiam illa eſſe iuridica, & obligatoria: & idem eſt, ſi ipſe Princeps ſupremus committat alteri huiuſmodi interpretationem iuridicam, quomodo Cardioalibus committitur interpretatio Concilij, vt ex multorum ſentētia notat Salas *diſp. 2. de legib ſect. 9. & diſp. 21. cit. ſect. 2.* nam, quemadmodum Princeps ſupremos poteſt committere alteri poteſtatem condendi leges; ita & poteſt committere poteſtatem iuridicè illas interpretandi, & de facto ita committit poteſtatem interpretandi Cōcilium iis Cardinalibus, quos ſpecialiter ad hoc deputat, vt patet ex dictis *ſuprà diſp. 13. num. 15. & ſeq.* cùm tamen alioqui omnis illius interpretatio aliis omnibus ſit prohibita per Bullam Pij IV. *Benedictus Deus* quæ eſt ſuper confirmatione eiuſdem Concilij, & io qua ſub pœna interdicti ab ingreſſu Eccleſiæ pro Prælatis, & pro aliis omnibus; ſiue Eccleſiaſticis cuiuſcunque Ordinis, conditionis, & gradus; ſiue laïcis, quocunque honore, ac poteſtate præditis, ſob pœna excōmunicationis latæ ſententiæ, prohibetur, ne quis audeat ſiue authoritate Romani Pontificis, vllos Commentarios, Gloſſas, Anootationes, Schulia, aut vllum omoinò interpretationis genus edere: quanquam fortaſſe hæc prohibitio ſolùm eſt iotelligenda quoad commentarios, & interpretationes, quæ ex profeſſo edantur ſuper decretis Concilij; non autem quoad illas, quæ ſolùm obiter, & incidenter eduntur ſuper aliquo decreto particulari, cuius fortè incidit mentio in aliqoa alia tractatione, vt patet ex communi vſu omnium Doctorum, qui paſſim, & ſine ſcrupulo inſerunt in ſuis libris pro rei opportonitate, huiuſmodi particulares interpretationes, & notat Suar. *de cenſur. diſp. 27. ſect. 7. num. 12.* Salas *de legib. diſp. 21. ſect. 11. verſic. Ad 2.* Henriquez *lib. 7. cap. 29. num. 4.* Sayr. *lib. 3. de cenſur. cap. 35. num. 21.* Rodrig. *in quaſt. regular. tom. 1. quaſt. 11. art. 3.* Bonac. *diſp. 1. de legib. q. 1. puncto 8. num. 3.*

Quomodo Tridentinum non liceat interpretari ſine facultate Summi Pontificis.

Tertiò, pro interpretatione doctrinali tria debent maximè aduerti à Doctoribus, & Interpretibos, vt notat Sylu. *verb. lex, quaſt. 16.* Suar. *lib. 6. de legibus, cap. 1. num. 7. & ſeq.* Azor. *part. 1. lib. 5. cap. 16. quaſt. 9. cit.* id eſt, verba legis, intentio legiſlatoris, & ratio.

8\.
Quomodo ſint accipienda verba legis in interpretatione doctrinali.

Et quidem verba, quantùm fieri poteſt, ſunt accipienda propriè, & ſecundùm communem vſum; non autem figuratè, & impropriè, niſi particulares aliquæ circunſtantiæ aliter perſuadeant: & ſi contiogat aliqua ex illis eſſe æquiuoca, ex materia ipſa legis, & ex circunſtaoriis debet determinari illorum ſignificatio; & ſi non poſſit ex circunſtantiis, in eo ſenſu credendus eſt legiſlator ea protuliſſe, qui eſt magis proprius, & communis, *l. Non aliter. ff. de leg. 3. & l. 1. §. Is, qui nauem ff. de exercit. act.* & notat Azor. *part. 1. lib. 5. cap. 16. quaſt. 9.* & alij apud Bonac. *quaſt. 1. de legib. puncto 8. cit. num. 15.* qui etiam addit *num. 16.* ex Salas *diſp. 21. de legib. ſect. 13. num. 31.* & aliis, ſtandum eſſe huic propriæ ſignificationi verborum in lege interpretanda, etiamſi ipſe legiſlator loquens, & agens extra legem, & non prout legiſlator, dicat ſe aliter illa intellexiſſe; & pluris eſſe faciendam proprietatem ſignificatiouis, in qua lex rationabiliter præſumitur eſſe lata, quàm oppoſitam atteſtationem legiſlatoris ab ipſo factam extra legem, & non tanquàm à legiſlatore.

Neque vnquam eſt facienda extenſio legis per interpretationem vltra totam ſignificationem verborum, etiamſi in aliquo alio contingat ratioois ſimilitudo, ſiue identitas, vel etiam maioritas, vt ex communi ſententia probat Suar. *lib 6. de legib. cap. 3. per totum.* Neque eſt multùm curandum de ſola ratione, aut intentione legiſlatoris, ſi hæc ſit tantùm mente retenta; non autem verbis, aut ſignis expreſſa, cùm non ſit quaſi anima legis, in quantom eſt ſola mente reteota; ſed ſolùm in quantum eſt expreſſa exteriùs; & quod dicitur *cap. In legem de reg. iuris, in 6. & l. Non dubium. C. de legibus,* quòd in legem committit, qui verba legis complexus, contra legis nititor voluntatem, non eſt intelligendum, niſi de illo, qui accipit verba legis, non in ea ſignificatione, quam verè habent, & quam inteodit legiſlator; ſed in alia, quam ſi habent, non tameo intendit legiſlator, vt exponit ibi Gloſ. & notat Suar. *cap 3. cit. num. 17.*

Similiter, ſi io lege ponatur ſermo indefinitus, eſt accipiendus pro vniuerſali, vt notat Bart. *in l. 1. §. Sed etſi. ff. de ventre in poſſeſſ. mitt. num. 3.* & Suar. *lib. 6. cap. 3. num. 3.* quia, cùm lex ſit regula generalis, & contineat ſermonem doctrinalem, ſemper eſt intelligenda vniuerſaliter, quantùm poteſt; cùm præſertim, ſi iotelligatur particulariter, non ſit ratio, quare ſit referenda ad vnum particulare potiùs, quàm ad aliud. Imò ex Bart. *ibidem,* etiam quando loquitur in perſona vnius ſingularis, intelligi debet talis perſona eſſe ſolùm adiecta exempli gratia, & hoc modo *l. Proſpexit ff. qui, & à quibus manum.* dicitur, quòd lex de mancipiis intra certum tempus non manumittendis, quamuis loquatur indefinitè; eſt tamen intelligenda vniuerſaliter, & de omnibus mancipiis. Neque eſt eadem ratio, ſi ſermo indefinitus proferatur à lege, & ſi proferatur ab homine, præſertim in materia odioſa, vt ſubdit Bart. *loco cit.* ſi quis enim in teſtameoto, v.g. exhæredet filium; locutio hæc indefinita eſt intelligenda ſolùm de vno, vt patet *ex l. 1. cit. §. Sed etſi. ff. de ventre in poſſeſſ. mittendo,* & *ex l. 2. ff. de lib. & poſthum* quia, quod ab homine dicitur, non eſt regula generalis, & doctrinalis, ſicut eſt lex; & ideò ſermo indefinitus non eſt neceſſariò intelligendus vniuerſaliter; ſed eſt reſtringendus, vt communiter fit in materia odioſa.

De intentione verò, & mente legiſlatoris, ſi conſtet, illi maximè debeot accommodari verba, cùm 9.

Digitized by Google

Verba legis maximè debent accōmodari intentioni legiſlatoris, ſi aliunde de illa cōſtat.

non intentio debeat deſeruire verbis;ſed verba intentioni, *cap. Humana aures. 22. qu. 5.* & ſæpè intentio ex circonſtantiis, & ex adiunctis poſſit eſſe elarior, quàm verba legis: quanquam non ſit negandum, quòd, cæteris paribus, ad mentem legiſlatoris inueſtigandam primum locum habere debeant ipſa verba.

Quòd ſi contingat, vt verba legis plures habeant ſignificationes, eáſque omnes æquè communes, & proprias; & quæ poſſint etiam eſſe conuenientes rei, de qua agitur; vel eſt adeundus ipſe legiſlator, ſi poteſt, vt ſuam legem authenticè, & iuridicè interpretetur; vel, ſi non poteſt ipſe adiri, ſic eſt facienda interpretatio legis, vt ſi materia ſit fauorabilis, verba accipiantur in illa ſignificatione, quæ fuerit amplior; & ſi materia ſit odioſa, accipiantur in illa, quæ fuerit ſtrictior: nam ſic habet communis regula, quod fauores ſunt ampliandi, & odioſa ſunt reſtringenda, *l. final. ff. de conſtit. Principum*, & *cap. In pœnis.* & *cap. Odia. de reg. iuris, in 6.* & notat Sayr. *lib. 3. clau. reg. cap.* 8. & alij apud Bonacin. *qu.* 1. *de legibus, puncto* 8. *n.* 18.

Et ſi huiuſmodi ſignificationes verborum ita ſe habeant, vt vna ſit magis propria; ſed altera ſit magis communis, & magis vſitata, interpretatio legis eſt facienda ſecundùm magis communem: quia hoc modo rationabiliter creditur eſſe locutus legiſlator, vt ſubdit Bonacin. *num.* 19. ex Suar. *lib.* 7. *de legibus, cap.* 17. *num.* 5. & aliis. Et ſi vtraque ſignificatio ſit æquè communis, & vſitata; ſed vna ſit propria, & altera impropria; ex aliis coniecturis eſt colligenda intentio, vt, v.g. ex incommodis, quæ alioqui ſequuntur ex vna ſignificatione, & non ex alia, ex contrarietate ad alias leges, quæ vitatur per vnam ſignificationem, & non per aliam, & ex aliis huiuſmodi, quæ poſſunt videri apud eundem Bonacinam *num.* 21.

10. *Eſt etiam attendenda ratio legis, & vitanda abſurditas.*

Et ſpecialiter magni eſt facienda ipſa ratio legis; & ideò, ſi verba accepta ſecundùm proprietatem inferant aliquam abſurditatem contra rationem, ex hac potiùs, quàm ex illis eſt colligenda intentio legiſlatoris, & facienda interpretatio legis.

11. *Per interpretationem poteſt fieri extenſio legis ad omnem proprietatem verborum, ſiue naturalē, ſiue iuridicā.*

Quartò, poteſt lex per interpretationem aliquando extendi ad omnem proprietatem verborum; ſiue ſit proprietas naturalis, quæ attenditur penes communem acceptionem vulgi; ſiue iuridica, & ciuilis, quæ attenditur ſecundùm acceptionem iuris. Ita Suar. *lib. 6. de legibus, cap.* 2. ex communi ſententia: hoc enim modo lex, quæ agit, v.g. de filiis, in materia non odioſa, per interpretationem extenditur etiam ad filias, quæ comprehenduntur ſignificatione naturali, & ad filios adoptiuos, qui comprehenduntur ſignificatione iuridica.

12. *Vltra proprietatem verborum poteſt fieri extenſio, quando alioqui lex eſt fruſtratoria, aut continet abſurditatē.*

Vltra proprietatem verò ſignificationis, tunc ſolùm poteſt fieri legis extenſio per interpretationem, quando alioqui eſſet lex fruſtratoria, & nullius momenti, vel contineret iniuſtitiam, aut aliam abſurditatem, vt notat Panorm. *in cap. primum, num. 14. de conſtit.* & alij apud Suar. *cap. 2. cit. num.* 7. & apud Bonacinam *diſp. 1. puncto* 8. *num.* 14. Atque hoc modo *cap. Si ciuitas. de ſententia excommunicationis, in 6.* dicitur, quòd interdicta ciuitate debent intelligi eſſe interdicta etiam ſuburbia, & ædificia continentia, ne alioqui parui pendatur interdictum ciuitatis. An autem poſſit fieri aliquando extenſio legis vltra omnem ſignificationem verborum, etiam impropriam, propter ſolam ſimilitudinem, aut identitatem caſuum, fusè diſputat idem Suar. *lib. 6. cit. de legibus, cap.* 3. & 4. Ea certè ſi admittatur poſſe fieri aliquando, non erit propriè interpretatio legis; ſed extenſio per aliquam aliam viam, de qua in præſentia non agimus.

13. *Per interpretationem poteſt etiam fieri reſtrictio legis ad vnā tantùm ſignificationem verborum.*

Quintò, poteſt aliquando contraria ratione per interpretationem etiam fieri reſtrictio legis ad certam tantummodo ſignificationem: vt, quando ita poſtulat ſubiecta materia, & circunſtantiæ rerum, aut perſonarum, & ex coniecturis colligitur talis fuiſſe intentio legiſlatoris, & alioqui ex verbis legis magis amplè acceptis conuincitur contineri in lege aliqua iniuſtitia, aut abſurditas, vt benè explicat idem Suar. *lib. 6. cit. c.* 5.

14. *Interpretatio legis per epicheiam, quomodo fiat.*

Atque ad hanc reſtrictionem per interpretationem legis poteſt reduci etiam illa, quam vnuſquiſque poteſt facere per epicheiam, aut æquitatem, quando, ſcilicet, in hoc, vel illo caſu particulari prudenter iudicatur, quòd lex non obliget, quamuis alioqui verba legis ſint vniuerſalia, & videantur etiam illum comprehendere: vt enim docet Ariſt. *lib. 5. Ethic. cap.* 10. & ex illo S. Thom. 1. 2. *quæſt.* 96. *art.* 6. & 2. 2. *quæſt.* 60. *art.* 5. *ad* 2. & *quæſt.* 120. *art.* 1. Sot. *lib. 1. de iuſt. quæſt. 6. art.* 8. Leſſ. *lib. 2. cap. 47. n.* 63. Sanchez *lib. 2. de matr. diſp.* 41. *num.* 32. & *lib.* 7. *diſp.* 37. Vaſq. 1. 2. *quæſt.* 96. *art.* 6. Bonacin. *diſp. 1. de legib. quæſt. 1. puncto vlt. §. 2. num.* 8. & 9. Suar. *lib. 6. de legib. cap. 6. num.* 4. & alij apud ipſum, lex, quæ ſtatuitur vniuerſaliter, non ideò ſtatuitur, quia pro omnibus, & ſingulis caſibus rectè idem præſcribat; neque poſſit occurrere caſus, pro quo id non præſcribatur rectè: ſed, quia pro pluribus, & ex maiori parte; & ideò ſi lex pro aliquo caſu particulari aduertatur peccaſſe, optimum eſt, vt corrigatur; quia etiam ipſe legiſlator eam correxiſſet, ſi ſciuiſſet; & de nouo corrigeret, ſi adeſſet: neque id eſt referendum in legem, aut in legiſlatorem, quaſi minùs rectè illam ſtatuerit; ſed in conditionem materiæ, & in contingentiam rerum, & actuum humanorum, qui infinitis penè modis variantur, neque omnes vna aliqua lege poſſunt regulari. Atque hoc modo lex, quæ ſtatuit, v.g. vniuerſaliter eſſe reddenda depoſita, vel portas ciuitatis non eſſe noctu aperiendas, recta eſt: quia, vt in pluribus rectè præcipit; indiget tamen correctione pro eo caſu, in quo furioſus repetat gladium ad occidendum innocentem, vel alius repetat aliud quodcunque ad patriam oppugnandam, vel in qua hoſtes inſequantur multos ex ciuibus, eóſque omninò ſint occiſuri, niſi portæ ciuitatis etiam noctu aperiantur.

15. *Quando poſſit eſſe locus epicheïæ.*

Quando autem poſſit eſſe locus epicheïæ, rectè videtur poſſe explicari ex munere ipſo corrigendi legem propter vniuerſale, vt loquitur Ariſt. *loco cit.* id eſt, quia vniuerſaliter aliquid præcipit. Primò enim, ſi lex correctione indigeat quoad honeſtatē; quia, ſcilicet, alioqui præciperet aliquid turpe, vt, v.g. ſi obligaret ad reddendum gladium furioſo; certum eſt, quòd per epicheiam poſſit corrigi, & non ſeruari. Deinde, ſi indigeat correctione quoad poteſtatem, quia præciperet aliquid nimis arduum, & ſupra poteſtatem humanæ legis: vt, v.g. abſtinere à carnibus, aut ſeruare ieiunium in periculo mortis. Tertiò denique, ſi indigeat correctione, quoad voluntatem legiſlatoris: quia, ſcilicet, legiſlator prudenter creditur noluiſſe obligare per ſuam legem in hoc, vel illo caſu, quamuis alioqui potuiſſet, & ipſemet ita declararet, ſi eſſet præſens, vel interrogaretur. Atque ita triplex videtur poſſe eſſe vſus epicheiæ; id eſt, quando in aliquo caſu iudicatur lex præcipere aliquid illicitum; quando iudicatur præcipere aliquid nimis arduum; & quando iudicatur præcipere vltra voluntatem legiſlatoris, vt notat Suar. *lib. 6. de legibus, c. 7. n.* 6. & *ſeq.* Et ſi de huiuſmodi exceptione alicuius caſus particularis à lege

vniuerſali

16. *Quando eſt locus epicheia, non eſt opus recurrere ad Superiorem.*

vniuerſali habeatur iudicium certum, aut ſaltem probabile; non eſt opus ſpecialiter recurrere ad legiſlatorem, vt patet ex dictis *ſuprà*, de conſcientia certa, & de conſcientia probabili; & in re præſenti notat Suar. *lib.6.cit.c.*8. Salas *de legib. diſp.*21.*ſect.* 10.*n.*24. Bonac.*qu.*1.*puncto vlt.*§.2.*cit.n.*10. Si verò habeatur dubium, & hoc non poſſit ſufficienter determinari ſine recurſu; eſt recurrendum, & interim eſt ſequenda pars tutior, & lex ſeruanda, vel certè eſt iudicandum, quòd de tali caſu non ſit lata lex; ſiquidem ignoratur inuincibiliter, quòd ſit lata, vt etiam *ſuprà* diximus, dum ageremus de conſcientia dubia: & in caſu præſenti de epicheïa notat Bonac.*num.*10.*cit.* ex Sanchez, Henriquez, & aliis, dummodo caſus ſit verè dubius, & dubium ſit inuincibile, vt idem ſubdit: quanquam reuerà vix videtur tale dubium poſſe contingere per epicheïam, quòd excuſet à legis obligatione, cùm alioqui ſupponantur verba legis eſſe vniuerſalia, & dubium de epicheia in idem recidat, atque dubium de correctione legis; vel vtrùm lex in tali caſu ſit corrigenda; in quo tamen dubio poſſeſſio ſtat pro ipſa lege, & ideò pro ipſa eſt iudicandum.

17. *Interpretatio legis poteſt fieri etiā ex variatione, quæ fortè cō-tingat in illius materia.*

Denique, non ſolùm pro aliquo caſu particulari, ſed etiam abſolutè, & vniuerſaliter poteſt iudicari, quòd lex non obliget, ſi certò conſtet, factam fuiſſe variationem in illius materia; & quod erat, v.g. neceſſarium, aut vtile ad bonum commune, deſiit eſſe tale. Ita Suar. *lib.6.de legibus, cap.9.* ex communi ſententia: & patet in lege exigente tributum propter aliquam publicam neceſſitatem: ſi enim ponatur ceſſare talis neceſſitas, eo ipſo ceſſat iuſtitia legis, & per conſequens etiam obligatio, & licitè poteſt non ſeruari, etiam non requiſito conſenſu, aut reuocatione Principis.

DISPVT. XLVIII.

Quid ſit diſpenſatio legis, & quæ ſit illius materia.

1. *Diſpenſatio legis quid propriè ſit.*
2. *Quo differat ab epicheia, abſolutione, & ſimplici facultate ad faciendum aliquid alioqui prohibitum: & prætereà, quo differat ab interpretatione.*
3. *Quæ ſit materia diſpenſationis in legibus.*
4. *Cum quibus perſonis poſſit diſpenſari.*
5. *Poteſt Superior diſpenſare etiam ſecum.*
6. *Iuriſdictio voluntaria non requirit realem, & actualem diſtinctionem perſonarum, & poteſt exerceri etiam ad ſeipſum.*
7. *Non poteſt quis inſtituere ſeipſum ad dignitatem, aut beneficium.*
8. *Poteſt Superior etiam ſibi accipere eas licentias, quas aliis tradit per diſpenſationem largè acceptam.*
9. *Quomodo Superior, diſpenſando cum aliis per diſpenſationem propriè dictam, intelligatur diſpenſare etiam ſecum.*
10. *Quomodo Superior poſſit aliquando diſpenſare ſecum tantummodo.*
11. *Ad diſpenſationem non prærequiritur, vt petatur; ſed poteſt dari etiam ſine vlla petitione.*
12. *Diſpenſatio tacita quomodo poſſit præſumi.*

DE altera variatione, quæ poteſt in lege contingere ab extrinſeco per diſpenſationem, legi poteſt S.Thom.1.2.*quæſt.*97.*art.*4. Caiet. *ibid.* & *in Summa, verb. diſpenſatio.* Sot.*lib.*1.*de iuſtit.q.*7.*art.*3. Azor.*par.*1.*lib* 5.*cap.*15. Vaſq.1.2.*diſp.*178.*c.*2. & *ſequentibus*, Suar. *lib.6. de legibus, cap.*10.& *ſeq.* Sanchez *lib.8.de matrim.ferè per totum*: Salas *tract. de legibus, diſp.*20. Bonac.*diſp de legib.quæſt.*2. Reginal *in praxi, lib.*13.*c.*19.*n.*190.& *ſeq.*

1. *Diſpenſatio legis quid propriè ſit.*

Et primò, nomine diſpenſationis *hoc loco*, ſolùm intelligimus relaxationem obligationis legis pro vna, vel pluribus perſonis, manente obligatione eiuſdem legis pro reliqua communitate, vt notat Vaſq.1.2.*diſp.*178.*cap.*2.*num.*11. & *ſeq.* Dur.*in* 1.*d.*47.*quæſt.*4.*num.*6. Sotus *lib.*1.*de iuſt.q.*7.*art.*3. Suar. *lib.6.de legibus, cap.*10. ex communi ſententia. Et ad illam poteſt reduci etiam ſuſpenſio legis pro tota Communitate ad certum aliquod tempus, vt idem notat *cap.*11.*num.*1. Sanchez *lib.8.de matrim.diſp.*1. *initio.* Azor.*par.*1. *lib.*5.*cap.*15. Salas *diſp.*20. *ſect.*1. Bonac.*quæſt.*2.*cit.puncto* 1.*num.*2.

Et quòd talis relaxatio poſſit contingere circa leges, res eſt certa ex ipſo vſu, & patet ratione: quia tota obligatio legis pendet à voluntate legiſlatoris, aut Principis: & ſicut poteſt abſolutè tolli, & relaxari pro omnibus; ita & poteſt determinatè tolli, & relaxari ſolùm pro vno aliquo, aut pro pluribus: & ita poſtulat ratio humanæ adminiſtrationis.

2. *Quo differat ab epicheia, abſolutione, & ſimplici facultate ad faciendū aliquid alioqui prohibitū: & prætereà, quo differat ab interpretatione.*

Atque ex hoc poteſt intelligi, quo differat diſpenſatio ab epicheia, abſolutione, & ſimplici facultate, qoam ſuperior aliquando concedit ad faciendum aliquid, prohibitum alioqui per legem: nam diſpenſatio eſt verus actus iuriſdictionis, & ſupponit, vt certam, obligationem legis, quam relaxat; cùm tamen epicheia ſit actus ſolius prudentiæ, & doctrinæ, quo iudicamus in tali caſu obligationem legis non eſſe, & abſolutio poſſit eſſe adimpletio, & executio legis; non autem relaxatio, vt patet in abſolutione à cenſuris, quando præſtatur ſecundùm leges. Quod idem etiam eſt de ſimplici facultate Superioris, ſi lex præcipiat hoc, vel illud non fieri ſine tali facultate, vt notat Sanchez *lib.8.de matrim. diſp.*3.*num.*1. & Suar. *lib.6. de legibus, cap.*10. *cit. num.*1.9. & 11. Et eadem ratione poteſt intelligi, quo differat diſpenſatio, ſiue legis, ſiue voti, ab illius explicatione, & interpretatione: nam, quamuis aliqui aſſerant, voti, aut legis diſpenſationem nihil aliud eſſe, niſi interpretationem, quòd hunc, vel illum in tali, vel tali caſu non obliget, propter hanc, vel illam rationem maioris boni, quæ fortè occurrit, quomodo etiam loquitur S.Thom.1.2. *quæſt.*97. *art.*4. & 2.2.*quæſt.*88 *art.*1. *in corp.* & *ad* 2. Contrà tamen eſt: quia explicatio, aut interpretatio legis, aut voti, pro hoc, aut illo, & propter hanc, vel illam rationem maioris boni, poteſt pertinere non ſolùm ad Principem, & ad Superiorem; ſed etiam ad Doctorem: & potiùs eſt actus prudentiæ, aut doctrinæ, quàm poteſtatis, & iuriſdictionis: & ſaltem, poſtquàm Superior diſpenſaſſet ſemel cum aliquo, hoc eſt, declaraſſet; quòd lex, aut votum in tali, vel tali caſu, & propter hanc, vel illam rationem maioris boni non obligaret; omninò poſſet per ſe vnuſquiſque intelligere, quòd in eodem caſu, & quando occurreret eadem ratio maioris boni etiam ipſe, & omnes alij eſſent ſoluti ab obligatione legis, aut voti, atque ita vnuſquiſque pro ſe, & pro aliis diſpenſaret, vt notat Vaſq.1.2.*diſp.*178 *cap.*2.*num.*9.

3. *Quæ ſit materia diſpenſationis in legibus.*

Secundò, materia diſpenſationis eſt omnis illa, quæ habet neceſſitatem ſolùm ex lege humana. Ita S.Thom.*quodl.*4.*art.*13. & ex illo Suar. *lib* 6.*de legibus, cap.*12.*num.*5. quia omnis neceſſitas, quæ ſolùm prouenit ex voluntate, & lege humana, muta-

bilis eſt,ſicut & ipſa voluntas, à qua prouenit; & ideò poteſt cadere ſub diſpenſationem. Quo autem modo poſſit cadere diſpenſatio, etiam ſuper votum, & ſuper iuramentum, quæ habent neceſſitatem ex iure diuino, & naturali; non eſt boius loci.

4. *Cum quibus perſonis poſſit diſpenſari.*

Tertiò, perſonæ, quibus poteſt concedi diſpenſatio, ſunt omnes illæ, in quas poteſt exerceri iuriſdictio, ſaltem voluntaria. Ita Suar. *lib.6.de legibus, cap.12.cit.num.6.* & omnes communiter: quia relaxatio obligationis eſt eiuſdem poteſtatis, cuius eſt ipſa obligatio: ſiquidem eiuſdem eſt ſoluere, cuius eſt ligare, *cap.Inferior d.21.* & iuxta commune pronunciatum, per eaſdem cauſas res diſſoluitur, per quas naſcitur, niſi aliquid obſtet; & ideò diſpenſatio eſt actus iuriſdictionis, ſicut eſt obligatio: quanquam hæc eſt actus iuriſdictionis inuoluntariæ, & imponitur etiam nolenti; illa verò eſt actus iuriſdictionis voluntariæ, & communiter non conceditur, niſi volenti, vel etiam petenti.

5. *Poteſt Superior diſpenſare etiam ſecum.*

Et hinc etiam vlteriùs fit, vt diſpenſatio non requirat neceſſariò diſtinctionem inter perſonam diſpenſantem, & diſpenſatam; ſicut requirit iuriſdictio inuoluntaria, quæ exercetur per coactionem, vel per ſententiam, qua dicitur ius inter partes; & ideò poſſit Superior diſpenſare etiam ſecum, vt de Summo Pontifice docet Sanchez *lib.8. de matrimonio, diſp.3.num.6.* & de ſupremis Principibus docet Caiet. 1.2. *quæſt.96. art.5.* Sylu. *verb. lex, quæſt.14.* Suar. *lib.6. cap.12. cit. num.8.* quod etiam extendit ad Epiſcopos, & alios Prælatos, & Magiſtratus, non ſolùm quoad leges à ſe latas; ſed etiam quoad omnes, in quibus poſſunt diſpenſare cum aliis, niſi fortè facultatem diſpenſandi acceperont limitatam, & ſolùm pro aliis, vt ſubdit Suarez *num.11. & 12.* Et vniuerſaliter, quòd poſſit legiſlator diſpenſare etiam ſecum in ſuis legibus, docet S.Thom. 2.2. *quæſt.185 art.8.* Nauar. *in Man. cap.25. num.74.* Sanchez *lib.8. de matr.diſp.3. 17. & 33.* Suar. *lib.6.de legibus, cap.12.cit. & tom.3.in 3.part.diſp.82.ſect.2.circa finem, verſ. Soles verò. & tom.4.diſp.52.ſect.1.num.20. & tom.2.de relig.lib.6. cap.11.in principio.* Azor. *part.1.lib.5.cap.15. quæſt. 6.* Salas *diſp.20.de legibus, ſect.3. num.14.* Bonacin. *diſp.de legibus, quæſt.2.puncto 1.num.9.* & alij: quanquam aliqui, præſertim Canoniſtæ, oppoſitum ſenſerint, etiam de Summo Pontifice, vt videre eſt apud Sanchez *lib.8.diſp.3.cit.num.4.* & apud Suar. *lib.6. de legibus, cap.12.num.10.* propter eam maximè rationem; quia ſemper diſpenſatio eſt actus iuriſdictionis, & hæc ſemper eſt exercenda in ſubditum; qualis tamen non poteſt aliquis eſſe reſpectu ſui.

6. *Iuriſdictio voluntaria non requirit realem, & actualem diſtinctionem perſonarum, & poteſt exerceri etiã ad ſe ipſum.*

Sed contrà eſt: quia iuriſdictio voluntaria, & gratioſa, quæ exercetur ſine contentione, & non contra aliquem ius petentem, & per teſtium productionem, aut aliam huiuſmodi contentionem, non requirit realem, & actualem diſtinctionem perſonarum; ſed ſatis illi eſt etiam diſtinctio virtualis, ſecundùm quam vna, & eadem perſona, ratione diuerſorum munerum, quæ exercet, & ſecundùm diuerſas formalitates, eſt quaſi duplex, & duabus æquiualet, vt notat Panorm. *in cap. Ex litteris. num. 11. & 12. de probat. & in cap fin.de inſtit. num.5.* & hoe modo *l.Si conſul. ff. de adoptionibus*, dicitur, quòd ſi filiusfamiliâs ſit Præſes, poteſt ſe ipſum emancipare, vel in adoptionem alteri tradere; in quantum, ſcilicet, perſona Præſidis, & perſona filij ſunt virtualiter duæ: & *l.Vna.ff.de off.Conſul.* dicitur, quòd Conſul verè poteſt apud ſemetipſum manumittere ſuum ſeruum, in quantum, ſcilicet, gerit in tali facto perſonam duplicem, id eſt, Conſulis, & domini: & ſecundùm principia fidei certiſſimum eſt, quòd realis, & actualis diſtinctio perſonarum, neque etiam requiritor in actibus iuſtitiæ, quanuis hæc ſpecialiter requirat alteritatem, & ex propria ſua ratione dicatur eſſe ad alterum: ſic enim Chriſtus Dominus, in quantum homo Deus potuit ſatisfacere ſibi ipſi, in quantum erat perſona diuina; & qui tenetur erogare in pauperes bona incerta, verè ſatisfacit obligationi iuſtitiæ, ſi ipſe ſit pauper, & ſibi retineat: quia vt debitor incertorum, eſt perſona virtualiter diſtincta à ſeipſo, in quantum eſt pauper, & hoe modo idem eſt, qui ſatisfacit ex iuſtitia, & cui ſatisfacit.

7. *Non poteſt inſtituere ſe ipſum ad dignitatem, aut beneficium.*

Neque obſtat id, quod habetur *cap. finali, de inſtit.* quòd is, ad quem ſpectat dignitatum, & præbendarum collatio, non poteſt ſe ipſum inſtituere: quia inter dantem, & recipientem debet eſſe diſtinctio perſonalis: nam, vt notat ibi Panorm. *num.5.* & ex illo Sanchez *lib.8.de matrim.diſp.3.cit.num.6.* ratio hæc non eſt accipienda vniuerſaliter, aut generaliter, quòd ſemper, & inter omnem dantem, & omnem accipientem debeat eſſe perſonalis diſtinctio; ſed eſt accipienda ſolùm particolariter, aut ſpecialiter in materia præbendarum, aut dignitatum, in quibus *eo loco* id ſpecialiter prohibetur: quia ſine dubio poteſt eſſe malum exemplum, vt loquitur Panorm. ſi quis poſſet ſibi ipſi illas conferre, & non deberet eſſe diſtinctio perſonalis inter dantem, & accipientem: & ideò, quando dicitur poſſe quis ſuſtinere ſecundùm iura duplicem perſonam, non eſt aſſerenda hæc propoſitio vniuerſalis affirmatiua, quòd ſemper, & in omni materia id poſſit accidere; ſed ſolùm cum hac reſtrictione, & limitatione, quòd poſſit accidere in ea materia, in qua id ſpecialiter non interdicitur, vt certè interdicitur *cap.fin.cit.* in materia inſtitutionis; non autem interdicitur in materia diſpenſationis, de qua agimus: & ideò rectè poteſt quis in hac materia ſuſtinere perſonam duplicem, dum ſecum diſpenſat; & ſimul eſſe is, qui diſpenſat, & cum quo diſpenſat.

8. *Poteſt Superior etiam ſibi accipere eas licentias, quas aliis tradit per diſpenſationem largè acceptam.*

Et quidem, ſi loquamur de diſpenſatione largè accepta, prout dicit ſolum conſenſum, & approbationem Superioris, vt hoc, vel illud fiat, quod alioqui ſine tali conſenſu, & approbatione, ſiue licentia, eſt lege prohibitum; non eſt dubitandum, quòd poſſit Superior diſpenſare etiam ſecum, ſicut diſpenſat cum aliis, vt notat S.Thom. 2.2. *quæſt.185. art.8.* & plures alij apud Sanchez *lib.8. de matrim. diſp.3.num.1.* & patet ex receptiſſimo vſu omnium Ordinum religioſorum, ſecundùm quem Superiores eas omnes licentias ſibi accipiunt, quas ſolent tribuere ſubditis; & ea faciunt non requiſita licentia, quæ in Regula prohibentur fieri à ſubditis ſine licentia. Et ratio eſt: quia ipſæmet leges, aut Regulæ, quæ prohibent aliquid fieri à ſubditis ſine licentia Superioris, hoc ipſo permittunt Superiori, vt id faciat ſine alterius licentia, & ſolùm pro ſua voluntate. Et ſicut hæc licentia pro ſubditis, eſt diſpenſatio ſolùm impropria, & largè accepta; & non tam eſt relaxatio legis, quàm adimpletio, & executio; ſiquidem lex non ſimpliciter prohibet fieri, v.g. hoc, vel illud; ſed ſolùm prohibet fieri ſine licentia: ita & pro Superiore hoc, quod eſt, poſſe id facere pro ſua volontate, & ſine licentia cuiuſuis alterius, ſolùm eſt diſpenſatio impropria, & largè accepta, quam ſibi facit, vt diximus *n.1.* Et ſicut licentia ſubditis facta ſolùm conſiſtit in quodam actu ſuperioritatis, quæ exercetur quaſi primariò in ipſos ſubditos: ita & licentiæ non indigentia, quam pro ſe habet Superior, eſt quidam actus quaſi ſecundarius eiuſdem ſuperiori-

tatis,

tatis, quæ exercetur ſecundariò etiam in ipſum Superiorem.

Nec quoad hoc eſt facienda vis in vocabulo, & contendendum, quòd nec primariò, nec ſecundariò poſſit quis dici Superior reſpectu ſui, & ſemper ſuperioritas ex propria ſua ratione ſit ad alterum, & ſolùm reſpectu alterius poſſit exerceri; & ideò nec poſſit Superior, in quantum Superior, ſibi dare, & accipere eas licentias, quas aliis dat: nam, quidquid ſit de vocabulis, & appellationibus relatiuis, qualis eſt ſignanter hæc appellatio Superioris, & ſuperioritatis, quod hîc aſſerimus circa diſpenſationem, ſolùm eſt, quòd ea facultas, & poteſtas, quæ eſt in Superiore ad conſentiendum, & approbandum, vt hoc, vel illud fiat à ſubditis, quod alioqui eſt prohibitum fieri ſine tali conſenſu, & quæ reſpectu ſubditorum appellatur relatiuè ſuperioritas, etiam eſt quaſi ſecundariò in eodem Superiore, ad volendum id facere per ſe ipſum, ſine approbatione, & conſenſu alterius: quamuis hoc modo non ſit relatiuè ſuperioritas, ſed abſolutè ſolùm facultas, ſiue poteſtas.

Si verò loquamur de diſpenſatione propriè dicta, prout dicit veram relaxationem obligationis legis, manente lege in ſua vi, quoad alias perſonas non diſpenſatas, vel quoad tempus, pro quo non ſunt diſpenſatæ; adhuc poſſumus declarare in duplici caſu, quòd quis poſſit diſpenſare ſecum, v.g. Princeps, aut Superior, primò, ſcilicet, in eo caſu, in quo diſpenſet vniuerſaliter pro omnibus, aut pro pluribus ſubditis, eámque diſpenſationem velit extendere etiam ad ſe: vt, v.g. ſi Epiſcopus cum tota ciuitate, aut Superior Monaſterij cum omnibus Religioſis diſpenſet in aliqua abſtinentia, aut ieiunio præcepto per legem, aut per Regulam, eáque diſpenſatione velit gaudere etiam ipſe. Secundo, ſi directè diſpenſet ſecum tantummodo, & facultatem diſpenſandi immediatè exerceat ipſe ſecum, & per ſe ipſum, vel certè per alium, cui committat, vt cum ipſo diſpenſet.

9. *Quomodo Superior diſpenſando cũ aliis per diſpenſationẽ propriè dictam, intelligatur diſpẽſare etiam ſecum.*

Et in primo caſu certum ſimiliter eſt, quòd poteſt quis diſpenſare etiam ſecum, quando diſpenſat vniuerſaliter cum aliis; & poteſt huiuſmodi diſpenſationem extendere etiam ad ſe. Ita Sot. *in 4. d. 21. quæſt. 1. art. 4. in fine*, & omnes communiter apud Sanchez *lib. 8. de matrimonio, diſp. 3. num. 2.* ſicut enim poteſt quis per legem obligando alios directè, obligare indirectè etiam ſe, cùm etiam ipſe teneatur ſeruare ſuas leges, vt *ſupra* oſtendimus, *diſp. 29. num. 2.* ita & poteſt per diſpenſationem, relaxando obligationem directè pro aliis, eam relaxare indirectè, etiam pro ſe: & qua ratione id explicauimus ibi pro legis obligatione, eadem ratione eſt explicandum etiam pro diſpenſatione: nam, ſicut dictamen inferius legis humanæ, eiúſque obligationis, rectè intelligitur habere adiunctum dictamen ſuperius rationis diuinæ, & naturalis, & per hoc benè intelligitur obligari etiam Princeps, & legiſlator ſuis legibus; ita & dictamen inferius de lege vniuerſaliter diſpenſanda, & de relaxanda pro omnibus illius obligatione, habet adiunctum dictamen ſuperius de eadem diſpenſatione, & relaxatione pro omnibus, & ratione illius benè cadit eadem diſpenſatio, & relaxatio etiam in Principem, & legiſlatorem, vt ex ſe patet.

10. *Quomodo Superior poſſit aliquando diſpenſare ſecum tantummodo.*

In altero verò caſu, in quo Princeps, aut legiſlator diſpenſat tantummodo ſecum; ſiue id faciat, committendo alteri facultatem diſpenſandi; ſiue exercendo illam ſibi, & per ſe, quod vtrunque communiter admittitur à Doctoribus, vt patet ex dictis, & apud Sanchez *lib. 8 de matrim. diſp. 3. cit. num. 3. & ſeq.* optimè videtur explicari, ſi repetamus, quod iam diximus *num. 8.* de diſpenſatione largè accepta, & minùs propria, quòd, ſcilicet, eadem facultas, ſiue poteſtas, quæ eſt in Superiore ad diſpenſandum pro aliis per diſpenſationem propriè dictam, & reſpectu aliorum, relatiua appellatione dicitur iuriſdictio, ſit etiam quaſi ſecundariò ad diſpenſandum pro ſe, quamuis reſpectu ſui non dicatur relatiuo vocabulo, iuriſdictio; ſed ſolùm abſoluto, facultas, ſiue poteſtas: quòd enim talis poteſtas ad diſpenſandum etiam ſecum, omninò ſit admittenda, non ſolùm patet ex Doctoribus, qui communiter aſſerunt, poſſe Superiorem ſtrictè, & propriè diſpẽſare etiam ſecum: ſed etiam ex ratione: quia conuenientiſſimum eſt, vt Superior, qui diſpenſat pro aliis, non ſit deterioris conditionis, quàm alij: & quemadmodum poteſt per leges etiam ipſe ſe obligare; ita & poſſit ſe ipſe ſoluere, ſi ex rationabili cauſa ita velit: & ideò conuenientiſſimum eſt, vt ſuperioritas, quæ primariò, & directè eſt poteſtas pro aliis, ſit etiam ſecundariò, & indirectè poteſtas pro ſe, circa omnia, quæ ſpecialiter, & ex propria ratione non poſtulant realem, & actualem alteritatem, & diſtinctionem perſonarum, vt eſt, v.g. ſententia iudicialis, quæ eſſentialiter eſt dictio iuris pro vna parte, & contra aliam, poſt cognitionem cauſæ, & iurium vtriuſque: & ideò eſſentialiter poſtulat realem, & actualem diſtinctionem partium, abſolutio ſacramentalis, quæ ex Chriſti inſtitutione eſt ad modum ſententiæ iudicialis; latio, & ablatio cenſuræ, quæ ſimiliter eſt ſententia, & punitio, vel abſolutio; inſtitutio ad dignitatem, vel præbendam, quæ *ex cap. fin. de inſtit.* per ſpecialem iuris diſpoſitionem requirit perſonalem diſtinctionem inter dantem, & accipientem, vt iam diximus; & ſimilia. Et quia inter hæc non eſt ratio, vt ponatur etiam diſpenſatio ſtrictè accepta; ideò ſuperioritas ſimul poteſt primariò, & directè eſſe poteſtas ad diſpenſandum pro aliis, & ſimul ſecundariò, & indirectè ad diſpenſandum pro ſe; quamuis in ordine ad alios relatiuo vocabulo appelletur iuriſdictio, & in ordine ad ſe appelletur ſolùm poteſtas, aut facultas, per vocabulum abſolutum, vt diximus. Et per hoc videntur ſufficienter explicari, & tolli omnes difficultates, quæ in contrarium fieri poſſunt, vt videre eſt apud Sanchez *diſp. 3. cit.*

11. *Ad diſpenſationem non prærequiritur, vt petatur; ſed poteſt dari etiã ſine vlla petitione.*

Quartò, ad validitatem diſpenſationis non eſt neceſſarium, vt ab illo petatur, in cuius fauorem conceditur, & ſolùm detur ad petitionem illius, vel alicuius alterius de illius mandato; ſed poteſt dari etiam ad petitionem alterius non habentis mandatum, & abſolutè ſine omni petitione. Ita Suar. *lib. 6. de legibus, cap. 13. num. 6. & ſeq.* quia nullum eſt ius, quod det formam diſpenſationi, & prærequirat petitionem, aut mandatum: & ſicut eleemoſyna, aut gratia quæcunque poteſt validè impetrari per amicum, etiam ſine mandato eam petendi, vel impetrandi; ita & diſpenſatio. Et idem eſt, ſi Prælatus motu proprio, & ſine cuiuſquam petitione diſpenſet, cùm hoc etiam non ſit ex ſe malum, & nullo iure prohibeatur.

12. *Diſpenſatio tacita quomodo poſſit præſumi.*

Quintò, præter diſpenſationem expreſſam poteſt dari etiam diſpenſatio tacita, non ſolùm à Pontifice, aut Principe ſupremo; ſed etiam ab Epiſcopo, & aliis Magiſtratibus inferioribus, ſiue diſpenſent in legibus propriis, ſiue in legibus Superiorum. Ita Paludanus *in 3. diſt. 38. quæſt. 4. art. 4. concl. 2.* Suar. *de cenſur. diſp. 41 ſect. 3 in fine, & lib. 6. de legibus, cap. 13. num. 13.* Sanchez *lib 8. de matrim diſp. 4. num. 15.* Bonac. *de legibus, quæſt. 2 puncto 3. num. 18.* Salas *de legibus, diſp. 20. ſect. 9. num. 83.* & alij apud ipſos:

ipſos:quia communiter voluntas tacita tantùm valet,quantùm expreſſa ; vbi alioqui, nee verba, nee eerta forma eſt neceſſaria, *l. Qui ad certum. ff. locati.* & *l. De quibus. ff. de legibus.* Et talis eſſet, ſi quis, vidente Prælato , & non impediente , aut puniente, cùm poſſet, legem tranſgtedetetur; & ex alio eapite ratione familiaritatis, aut coniunctionis, quam eum illo haberet , prudenter præſumeret illius conſenſum; & propter aliquam peculiarem rationem, prudenter omitteret, ab illo petere conſenſum expreſſum , vt notat Suar. *lib. 6. cap. 13. cit. num. 22.* vel, ſi Prælatus ex certa ſcientia aliquid præciperet, quod ſine diſpenſatione non poſſet à ſubdito licitè , aut validè fieri, vt ſubdit *num. 23.* vt, v.g. ſi conſcius de irregularitate ſubditi , & potens in illa diſpenſare, præciperet illum celebrare : nam ſemper, quando aliquid poteſt fieri eum peccato, aut inualidè, & prætereà poteſt fieri validè, & ſine peccato; præſumi debet, quòd fiat validè, & ſine peccato, *l. Merito. ff. pro ſocio.* ac proinde , cùm Superior poſſit velle, vt ſubditus celebret ſine peccato , idque obtineat, ſi cum illo diſpenſet in irregularitate, noo eſt præſumendus velle , vt celebret cum peccato, & nolle diſpenſare. Vtrùm autem ad tacitam diſpenſationem, & voluntatem Superioris ſufficiat vniuerſaliter ſola ſcientia, & taciturnitas Superioris , non eſt huius loei. Videri poſſunt, quæ *ſuperiùs* ſunt explicata de voluntario iodirecto, & interpretatiuo.

Illud tamen rectè monet idem Suar. *num. 20.* non eſſe ſatis, ſi diſpenſatio taeita præſumatur , vt de futuro; ſed debere præſumi, vt de præterito, vel de præſenti : quia, ſi qois ſit certus de obligatione legis, eámque tranſgrediatur ex præſumptione, quòd Superior poſteà , quando id ſeiuerit, de futuro ratum habebit, oon excuſatur ſufficienter; & diſpenſatio de futuro non tollit de præſenti obligationem legis ; & ſicut illam relinquit pro tempore præſenti, ita & relinquit materia culpæ , oeque illam impedit : & abſolutè , ſi diſpenſatio ſit ſolùm futura , non poteſt alio modo fieri licitè eontra legem, niſi ex æquitate, & epicheïa, prudenter iudicando, quòd in huiuſmodi caſu lex non obliget.

DISPVT. XLIX.

Penes quem ſit poteſtas diſpenſandi in legibus.

1. *Papa poteſt diſpenſare in toto iure canonico, & in lege apoſtolica humana.*
   Et diſpenſationem retrotrahere etiam ad effectus præteritos.
2. *Et in ſtatutis Epiſcoporum , & Prælatorum inferiorum.*
3. *Epiſcopi , & inferiores non poſſunt diſpenſare in legibus Papæ, & Superiorum.*
4. *Si in legibus Papæ exprimatur indefinitè , quòd poſſit diſpenſari , intelligitur diſpenſatio eſſe commiſſa Epiſcopis.*
5. *Circa res leues , & valdè communiter occurrentes , poſſunt Epiſcopi diſpenſare in legibus Papæ.*
   Et aliquando in caſibus dubiis.
6. *Non autem circa leges ſpecialiter conditas à Papa pro ſuis epiſcopatibus, aut prouinciis.*
7. *In caſibus vrgentis neceſſitatis , & quando non poteſt adiri Papa, poteſt Epiſcopus præſumere facultatem diſpenſandi.*
8. *Etiam in matrimonio bona fide contracto , cum impedimento occulto.*
9. *Et in caſibus reſeruatis.*
10. *Et in votis caſtitatis, & Religionis.*
11. *Et in alienatione bonorum Eccleſiæ.*
12. *Facultas diſpenſandi in legibus Superiorum non eſt præſumenda eodem modo pro Parochis, quo præſumitur pro Epiſcopis.*
13. *Parochus ex conſuetudine diſpenſat in lege ieiunij, aut feſti; non autem in voto.*
14. *Poteſtas diſpenſandi in legibus Superiorum, vtrùm ſit ordinaria, an delegata.*
15. *Poteſtas , quæ competit ratione muneris, & in perpetuum , eſt ordinaria ; non autem delegata.*
16. *Epiſcopus poteſt diſpenſare in conſtitutionibus ſynodalibus.*
17. *Non ſolùm diœceſanis , ſed etiam metropolitanis.*
18. *Quomodo inferior poſſit diſpenſare in ſuis legibus, quando ſunt confirmatæ à Superiore.*
19. *Confirmatio legis, quæ fit à Superiore , alia eſt eſſentialis, & alia accidentalis.*
20. *Si confirmatio legis ſit in fauorem petentis , poteſt diſpenſari, non obſtante confirmatione.*

POTESTAS ordinaria diſpenſandi in lege eſt penes illum, qui legem condidit ; & penes æqualem , aut ſucceſſorem illius in eadem Sede; & penes Superiorem: hac enim ratione certiſſimum eſt, quòd Papa poteſt diſpenſare io toto iure canonico, imò & in lege apoſtolica humana , vt docet S. Thom. *quodl. 4. art. 13.* Couar. *in 4. Decretal. part. 2. cap. 6. §. 9. num. 6.* Suar. *lib. 6. de legibus, cap. 14. num. 2. & cap. 12. num. 5.* Azor. *part. 1. lib. 5. cap. 15. quæſt. 5.* Sayr. *lib. 3. clau. reg. cap. 15. num. 6.* Bonacin. *diſp. 1. de legib. quæſt. 2. puncto 1. num. 8.* & alij, cùm in poteſtate iuriſdictionis non ſit inferior Apoſtolis, & S. Petro, cuius eſt ſucceſſor; quanuis ſit inferior quoad alias prærogatiuas : & hac ratione poteſt diſpenſare in præcepto ieiunij, & in abſtinentia à carnibus die Veneris, quanuis ſint tradita ab ipſis Apoſtolis. Et, vt habet Gloſſ. *in Clement. vnicam, verb. pro infectis, de immunit. Eccl.* Panorm. *in cap. Non debet. in fine, de conſanguinit. & affinit.* Card. Ancharan. & alij, apud Sanchez *lib. 8. de matrimonio, diſp. 7. num. 4.* & apud Nauar. *conſ. 2. num. 9. & ſeq. qui fil. ſint legitimi , lib. 4.* tanta eſt poteſtas Papæ eirca ea, quæ ſunt iuris poſitiui , vt poſſit ea reuocare , etiam prout ex tunc , quando fuerunt edita; & omnes effectus abolere , non ſolùm in futurum, ſed etiam in præteritum, perinde ac ſi nunquam fuiſſent edita: ſic enim Clemens V. *Clement. vnica, eit. de immunit. Eccleſ.* reuocat quaſdam conſtitutiones ſuorum prædeceſſorum, etiam quoad effectus iam conſecutos in præteritum ; & quidquid ex eis, vel ob eas eſt conſecutum , penitùs reuocat, eáſque totas vult haberi pro infectis, & perinde ac ſi nunquam fuiſſent editæ , nullóſque effectus produxiſſent. Et hoe modo ex veriore, & communiore ſententia poteſt Pontifex diſpenſare in radice matrimonij iam prideo contracti , & irriti ab ioitio; & ſuam diſpenſationem poteſt retrotrahere ad ipſum initium, aut primum conſenſum, pro matrimonio præſtitum , quæ appellatur illius radix ; & ſuum impedimentum iuris poſitiui poteſt abolere, & tollere etiam pro tunc; & omninò facere, vt effectus inde ſecuti reputentur per iuris fictionem eſſe aboliti, & planè caſſi, perinde ac ſi non fuiſſent ſecuti , & diſpenſatio fuiſſet habita ab ipſo initio, vt videre eſt apud Sanchez *lib. 8. diſp. 7. cit.* quia, ſcilicet, ſuas leges ab ipſo iuitio ita coodit, vt velit eas

1. *Papa poteſt diſpenſare in toto iure canonico, & in lege apoſtolica humana.*

Et diſpenſationem retrotrahere etiā ad effectus præteritos.

Digitized by Google

eas ſempet, & quoad omnia eſſe actu pendentes à ſua voluntate; & ſemper, & pro ſemper reuocabiles, & diſpenſabiles, caſſabiles, & abolibiles quoad ſe, & quoad omnes ſuos effectus, tam ſecuturos in poſterum, quàm in præteritum iam ſecutos, prout ipſe voluerit.

2. *Et in ſtatutis Epiſcoporum, & Prælatorum.* Et poriori ratione poteſt Papa diſpenſare in ſtatutis Epiſcoporum, & Prælatorum inferiorum, quorum poteſtas, & voluntas ſemper eſt ſubordinata, & dependens à poteſtate, & voluntate Superiorum: & hæc, quando illis confertur, non confertur priuatiuè quoad Superiores; ſed ſolùm accumulatiuè, vt ex communi ſententia notat Bonacina *quæſt. 2. cit. puncto 1. num. 6.*

3. *Epiſcopi, & inferiores nõ poſſunt diſpẽſare in legibus Papa, & Superiorum.* Non tamen è contrà poſſunt Epiſcopi, aut Prælati inferiores diſpenſare in legibus pontificiis, aut poteſtatis ſuperioris: ſicut neque poſſunt irritare, aut impedire voluntates Superiorum, vt expreſsè colligitur *ex l. 1. C. de legibus, c. Sunt quidam.* & *cap. Ideò. 25. quæſt. 2. cap. Inferior. d. 21. cap. Inferior. de maior. & obedientia.* & *Clem. Ne Romani. de elect.*

Neque contra hoc multùm facit id, quod habetur *cap. Nuper. de ſentent. excommunic.* quòd abſolutio cenſuræ eo ipſo intelligi debeat eſſe conceſſa inferiori, quòd Superior eam ſibi non reſeruauit: nam, quanuis Gloſ. *ibidem, verb. non retinuit.* Couar. *in cap. Alma mater. part. 1. §. 7. num. 8* S. Antonin. *par. 1. tit. 17. §. 20.* Sot. *in 4. diſt. 27. quæſt. 1. art. 4. §. At quo tandem.* & aliqui alij apud Suar. *lib. 6. de legibus, cap. 14. cit. num. 3. & de cenſuris, diſp. 7. ſect. 4. num. 7.* & apud Salas *de legibus, diſp. 20. ſect. 3. num. 19.* & apud Bonacin. *quæſt. 2. de legibus, puncto 1. num. 17.* ex hoc textu colligant, quòd etiam diſpenſatio intelligi debeat eſſe conceſſa inferioribus, eo ipſo, quòd Superior eam ſibi non reſeruauit: contrà tamen eſt: quia abſolutio cenſuræ non eſt diſpenſatio, aut relaxatio legis; ſed vltima executio, & adimpletio, cùm hoc ipſum vltimò intendat, & præcipiat lex, vt præſtetur abſolutio, quando delictum eſt emendatum ſufficienter. Ex hoc autem, quòd inferioribus committatur executio legis, non poteſt rectè inferri, quòd etiam committatur diſpenſatio, & relaxatio: ſed ad hanc opus eſt peculiari conceſſione; eámque Epiſcopi cenſeri debeot de

4. *Si in legibus Papæ exprimatur indefinitè, quòd poſſit diſpenſari, intelligitur diſpenſatio eſſe commiſſa Epiſcopis.* facto habere; non quidem communiter pro legibus Papæ, quando in illis nulla ſit mentio diſpenſationis, ſiue reſeruatæ ipſi Papæ, ſiue commiſſæ etiam aliis; ſed, quando in illis exprimitur, ſaltem indefinitè, quòd poſſit diſpenſari, vt notat Sanchez *lib. 8. de matrim. diſp. 5. num. 1.* Salas *de legibus, diſp. 20. ſect. 3. num. 22.* Bonac. *quæſt. 2. de legibus, puncto 1. n. 17. §. Addit Sylu.* quia alioqui talis expreſſio eſſet fruſtrà, ſi non intelligeretur de Prælatis inferioribus Papa, cùm de hoc nemini poſſit eſſe dubium, quòd poſſit diſpenſare; & ideò non debeat exprimi, vt notat Innoc. *in cap. Dilectus. num. 2. de tempor. ordin.* & Canoniſtæ communiter apud Suarium *lib. 6. cap. 14. num. 8.*

5. *Circa res leues, & valdè communiter occurrentes, poſſunt Epiſcopi diſpenſare in legibus Papa.* Poteſt tamen in certis caſibus talis conceſſio diſpenſandi etiam pro aliis legibus præſumi in Epiſcopis, & Prælatis inferioribus ex rationabili interpretatione voluntatis Superioris, vt notat Caiet. *1. 2. quæſt. 97. art. 4.* Sot. *lib. 1. de iuſt. quæſt. 7. art. 3.* Azor. *par. 1. lib. 5. cap. 15. quæſt. 7.* Suar. *lib. 6. de legib. cap. 14. num. 9.* Bonac. *quæſt. 2. de legibus, puncto 1. n. 17.* vt, v. g. ſi materia, in qua diſpenſatur, ſit leuis, vel frequenter occurrat: quia eo ipſo videtur reputari pro nihilo, & illi eſſe commiſſa, cui eſt commiſſa communis adminiſtratio, & gubernatio populi, cùm non ſit veriſimile, Pontificem velle, vt tam frequenter, & pro rebus tam communibus, & tam leuibus, ad ipſum recurratur. Et ex hoc capite frequentis occurrentiæ non improbat Salas *tract. de legibus, diſp. 20. ſect. 3. num. 28.* & apud Bonacin. *puncto 1. cit. num. 18.* quod aliqui aſſeruerunt, poſſe inferiorem diſpenſare in legibus Superioris, quando eſt dubium, vtrùm caſus indigeat diſpenſatione: *Et aliquando in caſibus dubiis.* quia, ſcilicet, huiuſmodi dubia frequenter contingunt, ac proinde caſus dubij benè poſſunt reputari inter eos, qui frequenter occurrunt, & ex probabili interpretatione voluntatis Superioris cenſentur conceſſi inferiori. Verùm hæc difficultas meliùs videtur eſſe explicanda cum Bonac. *ibidem*, ex regulis *ſuprà* traditis de conſcientia probabili, & de conſcientia dubia: ſi enim probabile ſit, quòd aliquis caſus non ſit comprehenſus in lege Superioris, vel quòd non indigeat illius diſpenſatione, benè poteſt inferior in illo diſpenſare, ſicut & poteſt communiter ſequi opinionem probabilem: ſi verò ſit propriè dubium, & non poſſit in alterutram partem determinari iudicium, etiam probabiliter; videndum eſt, vtrùm poſſeſſio ſtet pro lege Superioris; an verò pro libertate inferioris: & ex hac regula totum dubium eſt reſoluendum.

Et quod dicimus de præſumenda facultate diſpenſandi in huiuſmodi caſibus, qui ſunt leues, vel frequenter occurrunt, idem eſt ex Caietano, & Azor. etiam de iis legibus pontificiis, quæ ſunt propriæ illius tantùm epiſcopatus, aut prouinciæ; non autem communes toti Eccleſiæ: quia æquum eſt, vt etiam hæc relinquatur moderationi illius, qui præeſt tali epiſcopatui, aut prouinciæ. Verùm id non placet Suario *cap. 14. cit. num. 10.* niſi huiuſmodi leges ſint de iis, quæ frequenter occurrunt; aut niſi conſuetudo, & vſus communiter receptus interpretetur talem fuiſſe voluntatem ferentis huiuſmodi leges: quia, ſicut Pontifex ſibi retinuit conditionem huiuſmodi legum, neque illam commiſit Epiſcopo, aut Rectoribus inferioribus; ita & ſibi retinuit diſpenſationem. 6. *Non autem circa leges ſpecialiter editas à Papa pro ſuis epiſcopatibus, aut prouinciis.*

Illud videtur magis rationabile eidem Suario *ibidem*, quòd etiam in caſibus extraordinariis poteſt Epiſcopus præſumere aliquando facultatem diſpẽſandi: vt, v. g quando vrget neceſſitas, & periculum eſt in mora, neque poteſt adiri Pontifex, vt etiam docet Sayr. *lib. 3. clau. reg. cap. 10. n. 9* Sanch. *lib. 2. de matrimonio, diſp. 40. num. 3. & lib. 8. diſp. 9. num. 22.* Atque hoc modo poteſt admitti, quòd poſſit Epiſcopus diſpenſare in matrimonio bona fide contracto cum impedimento occulto, quando eſt ſcandalum in ſeparatione coniugum; neque poteſt adiri Papa, vel propter inopiam, vel propter aliam rationabilem cauſam, vt vult Sotus *lib. 1. de iuſtitia, q. 1. art. 3.* & ex veriore ſententia probat Sanchez *lib. 2. diſp. 40. num. 3. cit.* & Vaſq. *1. 2. diſp. 178. cap. 2. n. 15. & 16.* quanuis hic non facilè admittat impotentiam adeundi Pontificem, quando Epiſcopus ipſe poteſt Papam monere de occurrente impedimento, & rogare pro diſpenſatione, vel etiam iuuare eleemoſynis inopiam illius, qui tenetur adire, ſibique procurare diſpenſationem. Et idem eſt de abſolutione à reſeruatis per quancunque reſeruationem ſtrictiſſimam, vt notat Henriquez *lib. 6. de pœnitentia, cap. 9. num. 7.* & *cap. 10. num. 1. & 2.* & *cap. 16. num. 1.* & Sanchez *lib. 2. cit. diſp. 40. num. 3.* quia alioqui talis reſeruatio eſſet in deſtructionem, & contra charitatem, bonúmque regimen animarum; non autem in ædificationem, & ex charitate, bonóque regimine, vt debet eſſe, ſi illi, qui ſunt impediti adire Papam, carerent remedio abſolutionis, vſque ad mortis articulum, neque poſſent abſolui à ſuis Epiſcopis. 7. *In caſibus vrgentis neceſſitatis, & quando non poteſt adiri Papa, poteſt Epiſcopus præſumere facultatem diſpenſandi.* 8. *V. g. in matrimonio bona fide contracto cum impedimẽto occulto.* 9. *Et in caſibus reſeruatis.*

Et propter eandem rationem idem eſt de diſpen- 10.

ſatione

Digitized by Google

Et in votis caſtitatis, & Religionis.

ſatione in voto caſtitatis, aut Religionis, ſi immineat graue periculum, v.g. incontinentiæ, & propter paopertatem, vel aliam hoiuſmodi cauſam, non poſſit aditi Pontifex: neque enim in tali caſu veriſimile eſt, quòd velit Pontifex manere animas irretitas, vt certè manetent, ſi etiam pro tali caſo veller huiuſmodi vota habere pro teſeruatis,& noo poſſe ab Epiſcopis diſpenſari, vt notat Sanchez *lib. 8.de matrim.diſp.9.n.22.*

Et in alienatione bonorū Eccleſiæ.

11. Et denique idem eſt de alienatione bonorum Eccleſiæ,ſi fotte ſit ſumma oeceſſitas alienandi, & pro anguſtiis tempotis non poſſit adiri Superior, vt notat Sanchez *ibidem*, ex Panotm. *in cap. finali, num.8.de Eccleſ.ædific.* Card.*in Clem.1.n.28.qu.29. de reb.Eccleſ.non alien.* Felinus *in cap.Cùm acceſſiſſet.n.22.de conſtit.*& aliis.

Facultas diſpenſandi in legibus Superiorum nō eſt præſumenda eodem modo pro Parochis, quo præſumitur pro Epiſcopis.

12. Verùm hæc præſumptio facultatis diſpenſandi pro huiuſmodi caſibus vrgentis neceſſitatis, non eodem modo eſt admittenda pro Paroehis, & aliis Rectoribus animarum,qui non habent iuriſdictionem pro foto exteruo: nam hi de iure communi non poſſunt diſpenſare in legibus Superiorum;neque pro illis faciunt rationes deſumptæ ex periculis animarum, quæ faciunt pro Epiſcopis: quanqoam non eſt negaodum, quòd ex conſuetudine etiam hi ſoleant diſpeoſare in quibuſdam frequentioribus,& leuioribus, v.g. in obſeruatione ieiunij, aut feſti,vt notat Sanchez *de matr.lib.8. diſp.9.cit. num.27.* & Suar. *lib.6. de legibus, cap.14.in fine,* & Azor. *part.1. lib.7. cap.29. quæſt.3.*

Parochus ex conſuetudine diſpenſat in lege ieiunij, aut feſti;non autem in voto.

13. Ex his tamen non licet extendere hanc facultatem etiam ad diſpenſandum in votis, etiam quando non poteſt commodè aditi Epiſcopus, vt aſſerit Rodriq. *in quæſt.regular.tom.2. quæſt.46.art.9.* nam contrà eſt: quia conſuetudo, quando eſt iuris commoois derogatoria, potiùs eſt reſtringenda, & ſtrictè interpretanda,quàm extendenda & amplianda, vt ootat Sanchez *num.27.cit.* & apud illum Paludan. *in 4. diſtinct.38.quæſt.4.art.4.concl.6.* & ideò, ſi eſt conſuetudo, vt Parochus diſpenſet in lege ieiunij, aut feſti; non autem eſt,vt diſpenſet in voto; non eſt ex ieiunio,aut feſto facienda extenſio etiam ad votum,cùm præſertim in materia de voto communiter dicatur, quòd facultas diſpenſandi iis tantùm competit,qui habent iuriſdictionem quaſi epiſcopalem, vel eam habent ſpecialiter ex priuilegio, vel ex conſuetudine,vt ſubdit Sanchez *ibidem.*

Poteſtas diſpenſandi in legibus Superiorū, vtrùm ſit ordinaria, an delegata.

14. Vtrùm autem huiuſmodi poteſtas diſpenſandi in legibus Papæ,aut Superiorum, quæ,vt diximus, in certis caſibus poteſt competere Epiſcopis,& inferioribus,ſit appellanda poteſtas ordinaria, an delegata,parum refert.

Poteſtas, quæ competit ratione muneris,& in perpetuum, eſt ordinaria,non autem delegata.

15. Probabilius tamen eſt,quòd ſit ordinaria,cùm non deferatur ratione perſonæ; ſed ratione muneris,& in perpetuum;quod ſatis eſt ad poteſtatem ordinariam, vt notat Gloſſa *in cap.fin. de off.Ordinarij.*Felinus *in cap.Licet.eodem tit.* Couarr.*lib.3.variar.cap.20.num.6.*& 10. Suar. *lib.6.de legib.cap.15.n.1.* Sanchez *lib.2.de matrimonio,diſp. 40.n.14.*& alij apud ipſos.

Epiſcopus poteſt diſpenſare in conſtitutionibus ſynodalibus.

16. Ex hoc verò principio, quòd Superior poſſit diſpenſare in legibus ſuorum inferiorum;non autem inferiores in legibus Superiorum, facilè intelligitur, quomodo Epiſcopus poſſit diſpenſare in conſtitutionibus ſynodalibus, vt ex communi ſententia notat Bonacin. *diſp.1.de legibus, quæſt.2. puncto 1.num.5.& puncto 3.num.2.* & Suar. *lib.6.de legibus,cap.15.num.8.* Nauar. *in Man.cap.25. num. 74.in fine, & in comment. de ſimonia, num.4.* verè enim ſunt conſtitutiones ipſius Epiſcopi, vel ſaltem à poteſtate Epiſcopi emanantes, & dependentes,cùm Synodus ex ſe, & prout contradiſtincta ab Epiſcopo, eúmque non includens, nullam habeat poteſtatem,aut iuriſdictionem;& Epiſcopus ſit verè ſuperior reſpectu Synodi, non autem Synodus ſit ſuperior reſpectu Epiſcopi, vt etiam patet ex dictis *ſuprà,diſp.5.&* 8. quibus locis etiam diximus, nō idem eſſe de Archiepiſcopo reſpectu Synodi prouiocialis, ac de Epiſcopo reſpectu Synodi diœceſanæ, quia Archiepiſcopus non eſt verè, & ſimpliciter ſuperior in Synodo prouinciali;ſed ſolùm ſe habet, ſicut ſe habet Decanus inter Canonicos, & in Capitulo Eccleſiæ Cathedralis, vt notat Nauar. *conſ.6. num.5.de maior. & obed.lib.1.* & apud Sanchez *lib.8.de matrimonio,diſp.17.num.36.* cùm tamen Epiſcopus in Synodo diœceſana ſit verè ſuperior,& tota poteſtas ab ipſo ſit,& principaliter in ipſo reſideat, & alij Clerici conuenientes ad Synodum nullam iuriſdictionem ex ſe habeant, neque poſſint illam conferre Synodo ſupra iuriſdictionem Epiſcopi, vel hæc poſſit reſultare tanquàm maior, quaſi ex ipſa rei natura per conſeoſionem plurium; ſed ſolùm conueniant plures, vt maturiori conſilio res peragantur, & ordinentur, vt videre eſt apud Suarium *lib.6.cap.15.cit.num.8.* qui etiam rectè ſubdit *num.10.* oon indigere Epiſcopum conſenſu Capituli, aut vllius alterius, ad hoc, vt diſpenſet io huiuſmodi conſtitutionibus ſynodalibus;ſed liberè,& ex ſe poſſe in illis diſpenſare,taoquàm in ſuis,& propriis.

17. Secùs verò eſt dicendum quoad hoc de conſtitutionibus Synodi prouincialis, quæ fit per conuentum plurium Epiſcoporum ſub vno Archiepiſcopo, vel etiam Synodi natioonalis ſub vno Primate,aut Patriarcha: nam, quanuis communiter poſſint,& ſoleant,non ſolùm Archiepiſcopi,& Primates,aut Patriarchæ; ſed etiam ſinguli Epiſcopi pro ſuis diœceſibus io illis diſpenſare, vt ex communi ſententia videre eſt apud Suarium *lib.6. de legib. cap.15.cit.num.2.& ſequentib.* non tamen diſpeoſant tanquam in legibus propriis, cùm huiuſmodi Synodi prouinciales, & nationales verè habeant iuriſdictionem propriam, & diſtioctam, & altiorem,& ſuperiorem ad iuriſdictiooem ſingulorum: vnde & poſſunt ſingulos iudicare, & poteſt ad illas appellari oon ſolùm à ſingulis Epiſcopis;ſed etiam ab Archiepiſcopis, & Metropolitanis, vt notat Gloſſ.*in cap. A collatione.verb.potuiſti,de appellat.in 6.ex cap.Multis.d.17.* & Sanchez *lib.8. de matrimonio, diſp.17. num.36.* & Bonacin. *diſp. de legibus, quæſt.2.puncto 1.num.14.*ſed ſolùm diſpenſant,tanquàm in legibus Superioris, ex conceſſione expreſſa,vel tacita ipſius Superioris,& Synodi, vel ex conſuetudine communiter recepta pro iis omnibus caſibus, pro quibus in ipſa Synodo non eſt facta ſpecialis reſeruatio talis diſpenſationis, vt probat Suar.*lib.6.cap.15.cit.num.4. & ſeq.* ne, ſcilicet, cogantur ſinguli de Synodo pro ſingulis diſpenſationibus expectare ſequentem Synodum, vel recurrere ad Summum Pontificem, cùm alioqui ab ipſa Synodo,quæ fecit conſtitutiones, vel à Summo Pontifice non ſit ſpecialiter commiſſa diſpenſatio pro omnibus, vel ipſi Archiepiſcopo, aut Primati, vel vlli alteri; neque ſit reſeruata ſequenti Synodo: in quibus caſibus certum eſt,quòd non poſſent particulares Epiſcopi diſpenſare, vt notat Bonacin.*qu.2.puncto 1.cit.n.14.*

Non ſolùm diœceſanis, ſed etiam metropolitanis.

18. Similiter ex eodem principio, quòd inferior non poſſit diſpenſare in lege Superioris,poteſt intelligi, quomodo Epiſcopus, v.g.aut alius quicunque poſſit diſpenſare in ſuis propriis legibus, quando ſunt confirmatæ à poteſtate ſuperiore,v.g. à Papa: nam benè videndum eſt, vtrùm ex intentione,

Quomodo inferior poſſit diſpenſare in ſuis legibus, quando ſunt confirmata à Superiore.

Digitized by Google

tione confirmantis, per huiuſmodi confirmationem ſint factæ quaſi propriæ ipſius Superioria; an verò remaneant in ſuo eſſe, & in ſua priore dependentia à legiſlatore inferiore, & confirmatio ſuperueniens ſit quaſi accidens quoddam, aut qualitas legis iam poſitæ, eam perficiens in ſuo eſſe, ſuóque ordioe; non autem ſe habeat quaſi forma ſuperior, eam trahens ad eſſe, & ad ordioem ſuperiorem, in quo eſt ipſa poteſtas confirmans, eiúſque leges: & ſi conſtet, quòd confirmatio eas faciat, quaſi proprias poteſtatis Superioris confirmantis, & quòd Superior ita intendat; non eſt cenſendus poſſe in illis diſpenſare inferior, qui primus condidit; ſicut neque poteſt communiter in aliis legibus eiuſdem poteſtatis Superioris: ſi verò conſtet, quòd confirmatio eas relinquat in ſuo eſſe priore, ſuóque ordine; non autem illas trahat ad nouum eſſe, & ad ordinem ſuperiorem, omniò poteſt in illis diſpenſare ipſe inferior, qui primus condidit, non obſtante confirmatione Superioris.

19. *Confirmatio legis, quæ fit à Superiore, alia eſt eſſentialis, & alia accidentalis.*

Idque vt meliùs conſtet, ſciendum ex Baldo *in l. Ex placito.num.12. & ſeq.C.de rerum permutatione.* Suar.*lib.6.de legibus,cap.26.num.16.* Salas *de legibus, diſp.18.ſect.5.num.11. & diſp.20.ſect.3.num.28.* Bonacin.*de legibus,quæſt.2.puncto 1.num.16.* duplicem poſſe eſſe confirmationem legis; alteram eſſentialem, & neceſſariam ad eſſe legis; & alteram accidentalem, & contingentem: nam, ſi inferior, v.g. abſolutè, & ſimpliciter non habeat poteſtatem coodendi leges, & per illas obligandi, niſi priùs coofirmentur à Superiore; certum eſt, quòd coofirmatio ad huiuſmodi legem ſe habet quaſi forma eſſeotialis, & neceſſaria, dans illi eſſe proprium legis; ſiquidem ſine illa oon eſt verè lex, neque habet vim obligandi; & petitio confirmationis pro tali lege ſolùm eſt quædam excitatio poteſtatis Superioris ad illam condendam, & ideò in diem recidit, quòd Superior huiuſmodi legem confirmet, & quòd illam primò condat. Et idem eſt, ſi inferior habeat quidem poteſtatem veras leges condendi; & ideò ipſius leges ſint veræ leges; ſed Superior per confirmationem intendat illas facere ſuas, & velit eas agnoſci, & reputari, quaſi ſuas, & emanatas, & dependentes à ſua poteſtate: ſimiliter enim in tali caſu confirmatio ſe habet, vt forma eſſentialis, & neceſſaria ad legem inferioris trahendam, & conſtituendam, quaſi in ordine, & eſſe ſuperiore: ſi verò inferior habeat quidem poteſtatem ad leges condendas, eiúſque leges ſint veræ leges; ſed, vt habeant maiorem aliquam authoritatem & robur, velit prætereà eas approbari, & coofirmari etiam à Superiore, & Superior confirmans, & approbans hanc tantùm maiorem authoritatem intendat cooferre; non autem velit eas facere, & reputari, vt ſuas; certum eſt, quòd in tali caſu confirmatio ad huiuſmodi legem ſe habet, vt quid accidentale, quod contingit eidem ineſſe, & non ineſſe; non autem, vt qoid eſſentiale, & ſimpliciter neceſſarium; & ideò poteſt illam relinquere in ſuo ordine, & eſſe priore.

Ex hac autem diſtinctione confirmationis eſſentialis, & accidentalis, maximè pendet ſolutio, & explicatio præſentis difficultatis, vtrùm inferior poſſit diſpenſare in ſuis legibus, quando ſunt confirmatæ à Superiore: vt enim iam diximus, poteſt communiter in illis diſpenſare, quando confirmatio ſolùm fuit accidentalis; & communiter oon poteſt, quando fuit eſſentialis. Et ratio eſt: quia lex in primo caſu adhuc manet inferioris, & in ſecundo eſt facta Superioris.

Atque hoc modo io iure communi ſæpiùs habetur, quòd leges, aut ſtatuta inferioris poſſunt ab illo reuocari, non obſtante, quòd ſint confirmatæ à Superiore. & *l.Omnium. C. de teſtam.* dicitur, quòd teſtamentum ſemper poteſt reuocari à ſuo conditore, etiamſi ab Imperatore ſit coofirmatum: & *cap. Cùm acceſſiſſent: de conſtit.* dicitur, quòd ſtatutum Canonicorum de tollenda à ſua Eccleſia dignitate primiceriatus, & confirmatum à Papa adhuc poteſt ab iiſdem Canonicis reuocari, ſi poſteà ipſimet aliquem eligant in Primicerium: & *cap.Pro illorum.de prebend.* coofirmatio Papæ de certo numero Canonicorum, & præbendatorum, non excedendo in quadam Eccleſia, ſolùm appellatur indulgentia, id eſt, fauor, & gratia, cui poterat illa Eccleſia liberè renunciare: & *cap.Dilecto.eodem tit.* dicitur, quòd confirmatio Sedis apoſtolicæ tunc impedit reuocationem alicoius ſtatuti, quando continet adiectionem huius clauſulæ, vt ſit irritum, & non valeat, quidquid contigerit fieri in contrarium: quæ certè omnia clarè oſtendont, confirmationem Superioris non ſemper, & neceſſariò hoc operari, vt lex, vel ſtatutum, quod confirmatur, ſit eo ipſo quaſi factum Superioris, & quaſi auocatum à poteſtate inferiori; & ideò non ampliùs poſſit per illam mutari, aut diſpenſari; quod ſaltem eſt verum, quando confirmatio eſt ſolùm accidentalis; & ideò non immutat quaſi ſubſtantialiter, aut eſſentialiter, naturam legis, cuius eſt confirmatio: quidquid in cõtrarium dicat Bald. *in l.Omnium.cit.n.vlt. C.de teſtam.* vbi abſolutè negat, poſſe reuocari ab inferiori ſuam legem, poſtquàm eſt confirmata à Superiore, niſi Superior approbet hanc ipſam reuocationem; & Sanchez *lib.8. de matrim. diſput.17. num.30.* vbi ex Sylu.*beneficium, 3.num.13.verſ.9.* & aliis, abſolutè negat, poſſe Epiſcopum diſpenſare in ſuis conſtitutionibus, quando ſunt confirmatæ authoritate pontificia.

Et contrà, *cap.Si apoſtolica.de preben.in 6.* decretum Legati apoſtolici confirmatum authoritate Papæ ex plena facti narratione, dicitur eſſe factum quaſi decretum ipſius Papæ, & in illius executione poſſe procedi authoritate Papæ: quia poſt impartitam à nobis authoritatem, noſtra cenſentur eſſe effecta, quibus illa eſt impartita: quod ſimiliter clarè oſtendit, confirmationem Superioris aliquando hoc operari, vt lex, vel ſtatutum, aut decretum, quod confirmatur, cenſeri debeat eo ipſo, quaſi factum Superioris, & eius authoritate ſeruandum ſit: quod ſaltem eſt verum, quando confirmatio eſt eſſentialis, & ipſe Superior ita intendit. Et in hoc ſenſu admitti poteſt ſententia Baldi, & Sanchez, & aliorum *paulò antè* relata, quòd lex inferioris non poſſit diſpenſari, aut reuocari ſine approbatione Superioris, quando ab illo eſt confirmata: quod idem etiam habet Felinus *in cap.Cùm acceſſiſſent.num.5. de conſtitut.* & alij apud ipſum, & apud Suar.*lib.6.de legibus, cap.26. num.17.* quamuis enim id non ſit admittendum vniuerſaliter, & de omni confirmatione, etiam accidentali, vt benè probat idem Suar. *num.22.* & notat Bonacin. *quæſt.1.de leg.puncto 1.num.16. in fine*; poteſt tamen admitti particulariter de aliqua confirmatione, id eſt, ſaltem eſſentiali, & quando Superior ita intendit, vt patet ex dictis.

Et hæc intentio Superioris confirmantis, & approbantis, benè eſt attendenda, & magni eſt facienda in hac materia, cùm ab illa maximè pendeat, in particularibus caſibus, tota hæc res de diſpenſatione, aut reuocatione huiuſmodi legis, ſic confirmatæ. Et ratione huiuſmodi intentionis benè poteſt diſpenſari, aut reuocari ſtatutũ inferioris, confirmatum à Superiore, quando per talem reuocationẽ eſt 20. *Si confirmatio legis ſit in fauorem potentis, poteſt diſpenſari.*

redeundum ad ius commune, vt notat Bald. *in l. Ex placito. num. 12. C. de rerum permutat.* Felin. *in cap. Cùm acceſſiſſent. num. 5. cit. de conſtitut.* Suarez *lib. 6. de legibus, cap. 16. num.* 18. & alij: quia Superior confirmando ſtatutum, alioqui exorbitans à iure communi, ſolùm cenſetur intendiſſe fauorem, & gratiam petentis confirmationem, & ideò eum reliquiſſe in ſua libertate cedendi poſteà, & renunciandi dicto fauori, & redeundi ad ius commune, quod alioqui eidem Superiori eſt magis placitum. Et idem eſt ex Suar. *ibidem, num.* 19. ſi ſtatutum non ſit exorbitans à iure communi, & contra illud; ſed ſolùm ſit præter illud, eique aliquid addat: quia etiam confirmatio ſtatuti addentis ad ius commune, ex intentione ſuperioris confirmantis videtur tantummodo fauor, & conſequenter renunciabilis pro voluntate, vt etiam patet *ex cap. Pro illorum. de præbendis*, vbi confirmatio Papæ de certo numero præbendatorum in certa Eccleſia non excedēdo, ſolùm appellatur indulgentia, id eſt, fauor, & gratia, cui poterat ab illa Eccleſia renunciari, vt diximus *paulò antè*. Et quamuis aliquando hæc confirmatio poſſit eſſe eſſentialis, etiam quando eſt in fauorem petentis, ſi, ſcilicet, is, qui petit confirmationem, non habeat poteſtatem condendi leges, aut ſtatuta, & per illa obligandi; adhuc tamen lex, aut ſtatutum ſit confirmatum, poteſt eſſe diſpenſabile, aut reuocabile: quia Superior non intelligitur velle addere illi vim abſolutè, & ſimpliciter; ſicut faceret, quando per ſe ipſe, & ex motu proprio legem conderet; ſed ſolùm cum reſpectu ad voluntatem petentis, cui intendit fauorem facere.

Et eadem ratione ex Couart. *in cap. Quamuis pactum. de pactis, part. 2. §. 2. num. 6.* Sanchez *lib. 3. in Decal. cap. 15. num. 6.* & aliis apud ipſum, ſtatutum, quod principaliter concernit fauorem ſtatuentium, poteſt ab illis reuocari, non obſtante confirmatione Superioris: quia confirmatio in tali caſu ſolùm cenſetur habere vim priuilegij, quod tamen ſemper poteſt renunciari. Et ex Sylu. *Iuramentum, 4. quæſt. 2. verſu, Quintum*, & Sanchez *ibidem*, id eſt verum, etiamſi alioqui ſtatutum non valeret, ſi non eſſet confirmatum. Et ex Couart. & Sanchez *locis cit.* etiamſi Papa ſtatutum confirmans adiiceret clauſulam irritantem, quòd irritum eſſet, quidquid fieret in contrarium; quia, ſcilicet, ex intentione Pontificis confirmantis poteſt talis clauſula non eſſe appoſita pro ſtatuentibus, quibus ſit fauor, & priuilegium; ſed ſolùm pro aliis, qui aliquid facerent cōtra ipſos ſtatuentes. Et quod habet Gloſſ. *in cap. Dilecto. de præbendis, verb. clauſula*, & ibi Panormit. Imola, & communis ſententia apud Couar. *num. 6. cit.* quòd, quando confirmatio habet clauſulam irritantem, non poſſint ſtatuentes recedere à ſuo ſtatuto, etiamſi alioqui totum ſit in eorum fauorem; poteſt eſſe verum, quando ſic conſtat de intentione confirmantis, & apponentis huiuſmodi clauſulam: nam alioqui certum eſt, quòd, quamuis teſtamentum patris, in quo filius eſt præteritus, de iure communi ſit nullum, & habeat in iure clauſulam irritantem, *Inſtit. de exhæredat. liberorum*, §. 1. poteſt tamen filius cedere huic iuri, non obſtante dicta clauſula irritante: quia totum eſt in ipſius fauorem, & etiam clauſula irritans ſolùm pro ipſo eſt appoſita; & ideò libere poteſt illi renunciare ex ipſa iuris diſpoſitione: & ſi comprobet huiuſmodi teſtamentum, nec contra illud opponat, omninò facit, vt ſit ſeruandum, *l. Filio præterito. ff. de iniuſto rupto, & irrito facto teſtam.* atque ita ſi huiuſmodi clauſula irritans in tali caſu appoſita per ipſum ius commune, non facit, vt is, in cuius fauorem eſt appoſita, non poſſit illi renunciare; neque etiam id faciet, ſi ſit appoſita in confirmatione ſtatuti, dummodo ſimiliter conſtet, quòd ſit appoſita in ſolum fauorem ſtatuentium, neque aliter intenderit ipſe confirmans, & per aliqua verba ſufficienter id declarauerit, cùm alioqui in tali materia confirmationis fauorabilis, non debeat id præſumi, vt notat Suar. *lib. 6. de legibus, cap. 26. num. 24. in fine.*

Contrà verò, ſi is, qui confirmat ſtatutum, aut legem inferioris, per confirmationem accidentalem, & ad maiorem tantummodo authoritatem, adhuc intendat huiuſmodi legem facere ſuam, omninò faciet illam irreuocabilem, aut indiſpenſabilem ab inferiore, vt patet ex dictis, & communiter in confirmatione accidentali id non eſt præſumendum, niſi conſtet ſatis expreſsè de huiuſmodi voluntate ex intentione Principis confirmantis, vt notat Suar. *lib. 6. de legibus, cap. 26. cit. num. 22. & 23.*

Atque hæc de diſpenſatione ſtatuti confirmati à poteſtate ſuperiori: vtrùm autem hoc idem proportionaliter ſit dicendum etiam de abſolutione ſententiæ, aut cenſuræ, ſi contingat eam ferri ab inferiore, & confirmari à Superiore, dicemus *in materia de cenſuris*.

DISPVT. L.

Qua ratione diſpenſatio aliquando ſit abſoluta, & pura: & aliquando ſub modo.

1. *Poteſt diſpenſatio aliquando concedi ſub modo, & cum aliquo onere in futurum.*
2. *Non ſolùm à ſupremis Principibus, ſed etiam ab inferioribus, ſiue diſpenſent in propriis legibus, ſiue in legibus Superiorum.*
3. *Diſpenſatio ſub modo communiter ſolùm fit, quando leges ſunt ex ſe oneroſæ illi ipſi, qui diſpenſatur.*

A Quocunque concedatur diſpenſatio, poteſt concedi non ſolùm purè, & abſolutè; ſed etiam ſub modo, id eſt, cum aliquo onere, & grauamine in futurum, vel cum aliqua permutatione obligationis. Ita Suar. *tom. 1. de relig. tract. 2. lib. 2. de diebus feſtis, cap. 19. num. 7. & cap. 33. à num. 5. & lib. 6. de legibus, cap. 16.* Sanchez *lib. 3. de matrimonio, diſp. 10. num. 8. & 9. & lib. 8. diſp. 14. num. 1.* & alij apud ipſos. Et patet *ex cap. Licet. de feriis*, vbi diſpenſatur in obligatione feſti, ponendo obligationem cuiuſdam eleemoſynæ, & ex Romana conſuetudine non diſpenſandi ſpecialiter in impedimentis matrimonij, niſi cum aliquo grauamine. Et ratio eſt: quia imponere tale aliquod onus iis, quibuſcum diſpenſatur in lege, neque eſt per ſe malum, neque prohibitum vllo iure: & ſicut in donatione, verbi gratia, & diſpoſitionibus gratuitis, eſt in poteſtate donantis, & diſponentis, vt faciat donationem, & diſpoſitionem puram, & abſolutam; & vt faciat illam ſub modo, & cum aliquo grauamine; ita etiam in diſpenſationibus, & conceſſionibus, quæ ſe habent, vt quædam donationes, & diſpoſitiones gratuitæ, eſt in poteſtate diſpenſantis, & concedentis, vt illas faciat abſolutas, & puras, & vt faciat ſub modo, & ſub grauamine.

1. Poteſt dici diſpenſatio aliquando concedi ſub modo, & cum aliquo onere in futurum.

Neque ſolùm id eſt verum de Summo Pontifice, aut

Non ſolùm à ſupremis Principibus; ſed etiam ab inferioribus, ſiue diſpẽſent in propriis legibus, ſiue in legibus Superiorum.

ce, aut quouis alio ſupremo Prineipe; ſed etiam de Epiſeopis, & aliis inferioribus, ſiue diſpeoſent in ſuis legihus, ſiue in legibus Superiorum: nam, quannis Sanchez *locis citatis*, & Sot. *in 4.diſt.58.quæſt.1. art.1.*& Bonac. *quæſt.2.de legibus, puncto 3.num.53.* & aliqui alij apud Suar. *lib.6. de legibus, cap.16.cit. num.3*, contendant, aliam eſſe rationem, ſi Epiſcopus diſpenſet in ſuis legibus, & ſi diſpenſet in legibus Superiorum, & in illis poſſe pro arbitratu diſpẽſare abſolutè, & ſub modo: in his verò nõ poſſe diſpenſare, niſi abſolutè, quia in Trid. *ſeſſ.25.c.18. de reform.* præcipitur, vt diſpenſationes gratis dentur; quod tamen non eſſet, ſi darentur ſub aliquo grauamine; & Superior, dum concedit inferiori facultatem diſpenſandi in ſuis legibus, ſolùm concedit facultatem tollendi obligationem à ſe impoſitam; non autem imponendi nouam, aut permutandi priorem: oppoſitum tamen docet Panorm. *in cap. Licet.n.4.de feriis.* Palud. *in 4.diſt.25.quæſt.4.art.13.* Caiet. *1.2.q.97.art.4.* Suar. *de relig.tom.1.tract.5.lib.2.cap.33.num.10. & tract.3.lib.4.cap.50. num.15.& lib.6.de legibus, cap.16.num.4.* & alij apud ipſum; & videtur probabilius: quia, dum Superior dat facultatem inferiori, vt diſpenſet in ſuis legibus, neque aliter id declarat, aut limitat; cenſetur prudenti iudicio illius relinquere modum diſpeoſationis, & facultas diſpenſandi ſub modo, vel commutandi obligationem, virtute includitur in facultate diſpenſandi ſimpliciter, & abſolutè: ſicut id, quod eſt minùs virtute, includitur in eo, quod eſt maius: ſiquidem maius eſt obligationẽ ex toto tollere, quod fit per diſpenſationem abſolutam, & puram; quàm permutare, & relinquere aliam loco illius, quod fit per diſpenſationem ſub modo, aut per commutationem, vt patet manifeſtè ex diſpenſatione, & commutatione votorum.

Neque vrget locus allatus ex Tridentino: quia, quòd diſpenſationes dentur gratis, tam valet pro diſpenſationibus Epiſcoporum, quàm Papæ; & tam pro diſpenſationibus propriarum legum, quàm earum, quæ ſunt latæ à Superioribus: & pro omnibus ſolùm importat, quòd nihil debeat exigi pro ipſa diſpenſatione, ſiue per modum pretij, ſiue per modum ſtipendij, ad ſuſtentationem, aut cõmodum diſpenſantis; non autem, quòd diſpenſatio non poſſit fieri ſub modo, & ſub grauamine, ſi ſic videatur.

Et ſimiliter falſum eſt, quòd dum Superior committit inferiori, vt diſpenſet in ſua lege, non committat illi, niſi diſpenſationem puram, & abſolutam, ſiquidem facultas diſpenſandi ſub modo, virtute continetur in facultate diſpenſandi purè, & abſolutè, vt diximus. Neque ad diſpenſandũ ſub modo requiritur poteſtas imponẽdi nouã obligationẽ; ſed ſatis eſt poteſtas non tollendi obligationẽ priorem, niſi ſub illo onere: & qui ſic diſpẽſatur, nõ eſt dicẽdus cõtrahere nouã obligationẽ ad illud onus; ſed ſolùm non liberari ab obligatione priore, niſi ſub illo.

3.
Diſpenſatio ſub modo cõmuniter ſolùm fit, quãdo leges ſunt ex ſe onerosæ illi ipſi, qui diſpenſatur.

Limitat tamen hanc doctrinam idem Suar. *lib.6. de legib.c.16.n.9.&* 10. vt ſolùm procedat, quando leges, à quarum obligatione aliquis diſpenſatur, ſunt ex ſe onerosæ; non autem, quãdo præcipiunt aliquid propter ſolam decentiam, aut bonum commune; & alioqui nihil exigunt à ſubditis, quod propriè ſit grauamen: ſic enim ſi quis diſpenſet, v.g. in lege ieiunij, aut Horarum canonicarum, rectè poteſt diſpẽſare ſub modo, & cum aliquo grauamine, v.g. orandi per alias preces, aut dandi eleemoſynam: quia onus, à quo liberatur, poteſt habere aliquam proportionem cum onere, quod imponitur, & poteſt inter vtrunque dari commutatio: at verò, ſi quis diſpenſetur, v.g. in lege non contrahendi matrimonium, niſi poſt factas denunciationes, vel non ſuſcipiendi ſacros Ordines, niſi ſeruatis temporum interſtitiis; ſicut propriè nullum onus deponit, ita neque eſt, quòd aliquod onus ſuſcipiat, & ſolùm diſpenſetur per commutationem obligationis: quanquam fortaſſe Summus Pontifex propter ſupremam poteſtatem licitè poſſit tale aliquid imponere, etiam in huiuſmodi diſpenſationibus: quia id non tam imponet per modum commutationis, quàm per modum tributi, aut ad ſimilem alium bonum finem.

DISPVT. LI.

Quomodo diſpenſatio, ſi petatur, aut detur ſine iuſta, & rationabili cauſa, ſit illicita.

1. *Diſpenſatio ſine cauſa eſt illicita.*
2. *Secundùm aliquos, licitè poteſt ſupremus Princeps diſpenſare in ſuis legibus, ſine cauſa.*
3. *Diſpenſare ſine cauſa, qualis ſit culpa.*
4. *Peccat Princeps, ſi diſpenſet etiam ſecum, ſine cauſa.*
5. *Et ſubditus, ſi petat diſpenſationem, ſine cauſa.*
6. *Non tamen ſi acceptet ſponte datam, ſibique oblatam à Superiore, quanquam probabile ſit etiam oppoſitum.*
7. *Diſpenſationes matrimoniales quomodo in Curia dicantur concedi ſine cauſa.*
8. *Quæ cauſæ cenſendæ ſint iuſtæ, & ſufficientes ad diſpenſandum.*
9. *Non eſt neceſſarium, vt cauſa, ex qua diſpenſatur, directè reſpiciat bonum commune.*
10. *Non eſt perſonarum acceptio, ſi diſpenſetur cum nobilibus, & diuitibus; & non cum aliis.*
11. *In diſpenſationibus habenda eſt etiam ratio meritorum.*
12. *Maiores cauſæ requiruntur pro maioribus diſpenſationibus.*
13. *Et quando non ſufficiunt ſingula, poſſunt ſufficere plures ſimul coniuncta.*
14. *Diſpenſatio irrationabiliter negata à Superiore non poteſt reputari pro conceſſa.*
15. *Quomodo in aliquibus caſibus licentia indebitè negata poſſit haberi pro conceſſa.*
16. *Peccat Superior, ſi diſpenſationẽ indebitè neget.*

1.
Diſpenſatio ſine cauſa eſt illicita.

PRIMA concluſio eſt, quòd diſpenſatio nec poteſt licitè peti à ſubditis, nec à Superiore licitè dari, ſine iuſta, & rationabili cauſa. Ita S.Thom. *1.2.q.97.art.4.* Caiet. *ibidem, & in Summa, verb.diſpenſatio, initio.* Sot. *lib.1.de iuſt.q.7.art.3.& in 4.diſt.39.q.vnic.art.1.in fine.* Azor. *part.1.lib.5.c.15. q.2.* Suar. *lib.6.de legib.c.18.num.4.* Sanchez *lib.8.de matrim.diſp.18.n.3.* Nauar. *in Man præludio 9.n.14.* Bonac. *q.2.de legib.puncto 3.n.1.* Vaſq. *1.2.diſp.178. c.3.* Salas *de legib.diſp.20.ſect.5.n.50.58.& 59.*& alij apud ipſos: quanuis Gloſ. *in l.Relegati. ff de pœnis,* Bartol. *ibid.n.4.*& aliqui alij, præſertim Iuriſtæ apud Sanchez *diſp.18.cit.num.2.* oppoſitum aſſerant, ſaltem de Principe ſupremo; eúmque contendant licitè poſſe diſpenſare in ſuis legibus pro ſola voluntate, etiam ſine alia rationabili cauſa concurrente.

2.
Secundùm aliquos licitè poteſt ſupremus Princeps diſpenſare in ſuis legibus, ſine cauſa.

Sed contra iſtos probatur concluſio: quia *cap. Neceſſaria.1.quæſt.7.* diſpenſatio in ſacris Canonibus ſolùm dicitur eſſe danda propter occurrentem neceſſitatem temporum: & in Trid. *ſeſſ.24.cap.5.de reform.matr.* præcipitur, vt in impedimentis matri-

monij non diſpenſetur, niſi ex cauſa:& *ſeſſ.25.cap.18.de reform.* vniuerſaliter dicitur, in ſacris Canonibus noo eſſe diſpenſandum, niſi cauſa cognita, & cum ſumma maturitate: & *l.Dies.ff.de damno infecto*, dicitut, quòd Prætoris, vel Præſidis officium eſt, ex cauſa ptotogare, aut inuouare diem cautionis: & *l.Relegati.ff.de pœnis*, dicitur, quòd nemo poteſt diſpenſare in pœna legis, niſi Imperator, ex aliqua cauſa. Et quanuis Gloſſ. *ibi* aſſerat, ſatis magnam, & iuſtam cauſam eſſe eius voluntatem; minùs tamen aptè id aſſerit, cùm cauſa, quam lex requirit ad diſpenſandum, debeat eſſe aliqua alia præter voluntatem, ſine qua certiſſimum eſt, neque etiam phyſicè poſſe eſſe diſpenſationem. Et ratio eſt: quia diſpenſatio ſine cauſa non conſonat fini, propter quem eſt facultas diſpenſandi; neque eſt in bonum, & in ædificationem Commuoitatis; ſed in malum, & in deſtructiooem, ſi pars in iis, quæ pertinent ad bonum totius, ſicut certè pertinet obſeruatio legis ad bonum totius Communitatis, permittatut non eſſe conformis toti; & ad fidelitatem diſpenſatotis pettinet, vt cum certa menſura diſtribuat io ſingulos obligationes, & operationes; & ad prudentiam eiuſdem, vt temerè, & ſine ratione nullum prætermittat, vt notat S.Thom.1.2.*qu.97.art.4.cit.*

3. *Diſpenſare ſine cauſa, qualis ſit culpa.*

Quòd ſi quæras, qualis ſit culpa Principis, ſi diſpenſet ſine cauſa: Reſpondet Nauar. *in Man.præludio 9.num.14.* ex Caiet. 1.2.*quæſt.96.art.5.* ſolùm eſſe culpam veoialem: quod idem ptobabilius putat etiam Sanchez *lib.8.de matr.diſp.18.cit.num.7.* Bonac. *quæſt.2.de legibus, puncto 3.num.16. Dixi in propoſitione.* & aliqui alij apud ipſos: quia eximere aliquem abſque cauſa à communi obligatione legis, non videtur tes magni momenti, niſi fortè ex circunſtautiis accipiat grauitatem: vt, v.g. ratione ſcandali, aut ioiuſti grauaminis aliorum, quod fortè reſultat: vt, ſi quis, v g. eximatur à lege tributi, & iode fiat, vt ab aliis ſit plùs ſoluendum.

Contrà verò, eſſe culpam mortalem ex ſuo genere, docet Suarius *lib.6 de legibus, cap.18.cit.num.9.* & apud illum Caiet. *in Summa, verb.diſpenſatio*: vbi ait, ſolùm in materia patua id eſſe veniale. Couarr. *in 4.Decretal.part.2.cap.6.§.9.num.7.* Valent. 1.2.*diſp.7.quæſt.5.puncto 9.ad finem*, vbi ait, attenta legis grauitate, & conditione, id poſſe eſſe mortale; quanuis communiter ſit veniale. Armilla *verb.diſpenſatio, num.13.* Petr.Ledeſ. & alij apud Sanchez *diſp.18.num.6.* Et ratio eſt: quia qui ſic diſpenſat, multipliciter peccat contra iuſtitiam. Primò enim tenetur ex officio, & ex iuſtitia commutatiua, eſſe fidelis Communitati, ſuáque poteſtate noo vti, niſi rationabilitet. Deinde ex iuſtitia legali tenetur conſulere bono communi, & contra illud nihil facere. Tertiò, ex iuſtitia diſtributiua tenetur, onera, & grauamina æqualiter diſtribuere, neque admittere perſonarum acceptionem; quæ omnes obligationes ex ſuo genete ſunt ad mortale, cùm earum tranſgreſſio iotra ptoptiam ſpeciem poſſit eſſe mortalis, ſi accedat materiæ grauitas.

4. *Peccat Princeps, ſi diſpenſet etiam ſecum, ſine cauſa.*

Atque ex hoc vlteriùs infert idem Suar. *cap.18.cit.num.11.* neque etiam excuſari huiuſmodi Principem à culpa mortali, ſi ſecom ipſe diſpenſet ſine cauſa in iis legibus, ad quas etiam ipſe tenetur ſub mortali: quia noo poteſt pro arbitratu à ſe tollere obligatiunem, niſi hæc concedatur eſſe obligatio plane inutilis, & ridicula.

5. *Et ſubditus, ſi petat diſpenſationem ſine cauſa.*

Et *num.12.* peccare mortaliter etiam ſubditum, ſi petat diſpenſationem ſine cauſa, & ad illam inducat Superiorem, vt etiam habet Sanchez *lib.8.de matr.diſp.16.cit.num.8.* Bonac. *de legib.quæſt.2.puncto 3.num.16.* & plures alij apud ipſum, niſi fortè excuſetur ex ignoratutia: vt, v g. quia putat Superiorem id licitè poſſe, vel illi relinquit iudicium de ſufficientia cauſæ.

6. *Non tamen, ſi acceptet ſponte datam ſibi, quæ oblatam à Superiore, quanquam probabile ſit etiam oppoſitum.*

Et *num.13.* idem Suar. aſſerit, vel nullo modo, vel furtaſſe ſolùm venialiter peccare huiuſmodi ſubditum, ſi ſolùm acceptet diſpenſationem ſine cauſa factam, & ſponte ſibi oblatam à Superiore: quia tunc non eſt cauſa peccati Superioris; ſed ſolùm permittit, vt quando peccatum iam eſt commiſſum, habeat effectum, & vt per illud ipſe eximatur à communi obligatione: qood tamen non videtut habere grauem malitiam. Sed Sanchez *lib.8.de matrim. diſp.18.num.8.cit.* oppoſitum aſſerit: quia etiam acceptans conſentit peccato concedentis, eíque cooperatur, cùm diſpenſatio non habeat plenè ſuum effectum, nec completè ſit diſpenſatio, niſi acceptetur: & quemadmodum dooatio illicita ex parte donaotis, commoniter non poteſt licitè acceptari à donatario; ita & diſpenſatio, quando eſt illicita ex parte diſpenſantis, communiter eſt etiam illicita ex parte acceptantis: & negari non poteſt, quin etiam hoc ſit valdè probabile, niſi fortè in aliquo caſu contingat, vt acceptatio diſpenſationis ſit licita, etiamſi illius præſtatio ſit illicita; ſicut & eſt licita acceptatio mutui ſub vſuris, non obſtante, quòd ſit illicita illius præſtatio: vel etiam niſi accidat, vt qui acceptat diſpenſationem, ſolùm dubitet de inſufficientia, aot nullitate cauſæ; noo autem ſit plenè cettus, ſuámque dubitationem exponat Superiori, & ex illius reſponſo illam determinet, vt notat Bonacin. *diſp.de legibus, quæſt.2.puncto 3.num.16.* ex Nauarto *præludio 9.num.13.* Salas, & aliis.

Quo autem modo noo pecceot, qui à Pontifice petunt diſpenſationes matrimoniales, & nullam aliam afferunt cauſam, niſi quia volunt inter ſe nubere; & non peccet Pontifex, qui ſioe alia cauſa ex parte petentium illas concedit; videri poteſt apud Sanchez *lib.8. de matrimonio, diſp.18.num.8.* 7. *Diſpenſationes matrimoniales quomodo in Curia dicantur concedi ſine cauſa.* *citato, & diſp.19.num.35.* & apud Suarium *num.29.* licitè enim petuntur huiuſmodi diſpenſationes, præſertim in gradibus remotioribus conſanguinitatis, & affinitatis, etiam de conſilio proborum, & doctorum virorum: & ad tollenda dubia, quæ ſolent occurrere circa ſufficientiam, aut veritatem cauſarum, ſimpliciter nullæ cauſæ allegantur ab ipſis petentibus, & licitè à Pontifice conceduntur, ſub obligatiooe ſoluendi ad ſumptus publicos maiorem aliquam ſummam pecuniarum, quæ appellatur compoſitio pecuniaria: & hæc ſolutio eſt caoſa ſufficiens ex parte Pontificis ad concedendas diſpenſationes, & ex parte petentium ad illas petendas; ſicut & contributio, vel eleemoſyna ad bellum contra Turcas, aut infideles, eſt caoſa ſufficiens ad concedendas Indulgentias, & priuilegia, vel diſpenſationes in pluribus legibus eccleſiaſticis per Bullam Cruciatæ, & ad vota vltramarinæ peregrinationis redimenda pro mulieribus, & aliis inutilibus ad pugnandum, *cap.Quod ſuper his.de voto, & voti redempt.* & actus religionis, & pietatis erga aliquem Sanctum, eſt cauſa ſufficiens, vt concedantur Indulgentiæ viſitantibus illius Eccleſiam, aut ieiunaotibus io illius vigilia, & vt concedatur abſolutio à reſeruatis, & commutatio in votis, ſi indulgentia ſit per modum Iubilæi. Et quemadmodum in his omnibus non dicuntur concedi hæc indulta ſine ſufficientibus cauſis, etiamſi huiuſmodi cauſæ non attendantur ex aliqua morali neceſſitate ex parte eorum, quibus conceduntur; ſed ſufficiunt etiam vtilitates, & honeſtates extrinſecæ: ita

& in

& in diſpenſationibus matrimonialibus rectè reputatur cauſa ſufficicus, ſola compoſitio pecuniaria, aut contributio ad ſumptus publicos: & ſolùm in hoc ſenſu dicuntur concedi huiuſmodi diſpenſationes ſine cauſa, in quantum cauſa non attenditur ex parte illorum, cum qoibus diſpenſatur, vt notat Sanchex *locis citatis*, & Suar. *lib.6. de legibus, cap.* 18. *num.* 26. & Salas *de legibus, diſp.* 20. *ſect.* 5. *num.* 52. & Bonac. *de legibus, quaſt.* 2. *puncto* 3. *num.* 1. §. *Obſerua tamen.* Vbi etiam inter huiuſmodi cauſas extrinſecas recenſet, ſi Princeps diſpenſet ad oſtendendam benignitatem, vel ad conciliandam ſibi beneuolentiam alicuius alterius Principis, vel ad remuneranda alicuius promerita; & ſimiles.

8\. *Qua cauſa cenſenda ſint iuſta, & ſufficientes ad diſpenſandū.*

Et ſi quæras vniuerſaliter, qualis debeat eſſe huiuſmodi cauſa ad diſpenſandum in obligationibus legum: Reſpondeo, fusè hoc explicari apud Sanchez *lib.*8. *de matrimonio, diſp.* 19. & apod Suarium *lib.* 6. *de legibus, cap.* 18. *à num.* 14. & apud Bonacinam *quaſt.* 2. *de legibus, puncto* 3. *num.* 20. *& ſequentibus*, & apud alios. Et ex Suario *num.* 14. *cit.* certum eſt, quòd non eſt neceſſaria talis cauſa, quæ per ſe certò excuſet ab obligatione legis, neque talis, de qua ſit dobium, vtrùm per ſe excuſet, illúdque dubium tolli debeat per interpretationem iuridicam Superioris, aut doctrinalem hominum peritorum, neque talis, quæ obliget Superiorem ex officio ad diſpenſandom: ſed ſatis eſt, ſi prudenti iudicio ſit rationabilis, conſideratis circunſtantiia temporum, & perſonarum, vt idem ſubdit *num.* 16. Et hæc aliquando poteſt pertinere ad bonum commone, & aliquando ſolùm ad bonum priuatum: vt, quando obligatio legis non expedit hoic, aut illi, propter periculum alicuius mali, vel propter impedimentum maioris boni, vt loquitur S. Thom. 1. 2. *quaſt.* 97. *art.* 4. Aliquandu poteſt eſſe ab intrinſeco ipſius legis, vt quando attenditur ex aliquo, quod reddit graoem, & oneroſam obligationem legis, & aliqoando ſolùm ab extrinſeco, vt quando ſolùm attenditur ex circunſtantiis merè extrinſecis legi, v.g. ex nobilitate, diuitiis, aut meritis perſooæ, vel ex aliquo commodo, quod reſultabit Communitati, aut pauperibus, vt iam diximus accidere in cõpoſitionibus pecuniariis, ſub quibus conceduntur diſpenſationes matrimoniales, & aliqoando poteſt eſſe ſolùm voluntaria: quia, ſcilicet, poteſt licitè admitti, vt ſufficiens ad diſpenſandum, ſi ipſe diſpenſans velit eam admittere; & aliquando poteſt eſſe etiam neceſſaria; quia illa poſita non poteſt negari diſpenſatio: vt, ſi lex ipſa, vel Soperior præcipiat illam præſtari, & Pontifex, v.g. remittẽs cauſas Ordinariis, aut diſcretis viris; mandet, vt diſpenſent, ſi preces veritati nitantur, vel quando diſpenſatio eſt neceſſaria ad bonum commune, v.g. ad vitandum publicum ſcandalum, vel ad bonum ſpirituale poſtulantis, & ad vitandom periculum animæ, vel quando ita poſtulat debitum charitatis, miſericordiæ, &c. vt benè explicat idem Suar. *cap.* 18. *cit. n.* 19. *& ſeq.*

9\. *Non eſt neceſſarium, vt cauſa, ex qua diſpenſatur, directè reſpiciat bonum commune.*

Atque ex hia colligitur, ad hoc, vt diſpenſatio ſit licita, non eſſe neceſſarium, vt cauſa diſpenſandi directè reſpiciat bonum commune; ſed poſſe etiam ſufficere, ſi ad illud referatur ſolùm indirectè, & virtute, in quantum bonum partis redundat in bonum totius, vt benè explicat Sanchex *lib.*8. *de matrim. diſput.* 19. *cit. num.* 1. *& lib.* 4. *in Decal. cap.* 43. *num.* 13. id eſt, bonum cuiuſque priuati in bonum Communitatis: ſic enim habet vſos Eccleſiæ, vt diſpenſet in voto caſtitatis, etiam propter periculum incontinentiæ; & vt diſpenſet in aliquo impedimento matrimonij, propter inopiam mulieris: & vniuerſaliter ſufficit ad diſpenſandum cum aliquo, ſi alioqui per legis rigorem impediatur maius aliquod bonum perſonæ priuatæ; vel per diſpenſationem caueatur maius aliquod malum, vt patet ex S. Thom. 1. 2. *quaſt.* 97. *art.* 4. Et contrà poteſt contingere, vt aliqua cauſa non ſit ſufficiens ad diſpenſandum, etiamſi multùm faciat ad bonum commune: vt, verbi gratia, ſi quis conferat magnam ſummam pecuniæ ad opus aliquod publicum, & ex hac cauſa petat diſpenſationem in aliquo voto: quia enim ex S. Thom. 2. 2. *quaſt.* 88. *art.* 12. *ad* 2. Caietan. *ibidem*, §. *Ad euidentiam cauſa.* Sanchez *lib.* 4. *in Decal. cap.* 45. *num.* 15. cauſa ſufficiens ad diſpenſationem voti neceſſariò debet obſtare executioni illios, & facere, vt talis executio non cedat ampliùs in Dei honorem, & in vtilitatem Eccleſiæ, ſicut debet cedere, quantùm eſt ex natura voti; collatio tamen pecuniæ ad opus publicum non hoc habet, vt obſtet executioni voti, verbi gratia, religionis, aut caſtitatis; & ideò non eſt cauſa ſufficiens ad diſpenſationem illius, quamuis fortaſſe ſit ſufficiens ad commutationem, vt ſubdit Sanchez *num.* 17. cùm hæc oon requirat neceſſariò cauſam obſtantem executioni voti, ſicut requirit diſpenſatio.

10\. *Non eſt perſonarum acceptio, ſi diſpenſetur cum nobilibus, & diuitibus, & nõ cum aliis.*

Similiter non eſt cenſenda perſonarum acceptio, ſi faciliùs diſpenſetur cum nobilibus, & diuitibus, quàm cum aliis: illi enim magis faciunt ad pacem, & ad bonum commune firmandum, quàm hi, vt etiam notat S. Thom. 2. 2. *quaſt.* 63. *art.* 2. *ad* 2. & alij apud Sanchex *diſput.* 19. *cit. num.* 5. Et hoc modo in Trident. *ſeſſ.* 24. *de matrimonio, cap.* 5. *in fine*, præcipitur, vt in ſecundo gradu non diſpenſetur cum popularibus; ſed ſolùm cum viris principibus: quia, ſcilicet, æquum eſt, vt ſpecialibus gratiis Summos Pontifex illos proſequatur, vt etiam ipſi ſint promptiores ad defenſionem Eccleſiæ, vt ſubdunt alij apud Bonacin. *quaſt.* 2. *de legibus, puncto* 3. *num.* 20. *cit. in fine.*

11\. *In diſpẽſationibus habẽda eſt etiã ratio meritorum.*

Et ad hoc pertinet etiam illud, quod addit Sanchex *diſput.* 19. *citat. num.* 32. in concedendis diſpenſationibus habendam eſſe rationem etiam meritorum perſonæ, quæ illas petit, & perſonæ, cui petit: vt, verbi gratia, ſi ſtrenuè pugnauit contra infideles, vel in aliquo alio feliciter laborauit pro bono fidei, & Eccleſiæ: ſic enim ſpecialiter in meritis fundata eſt precatio illa ad Chriſtum Dominum pro ſeruo Centurionis, Lucæ 7. *Dignus eſt, vt hoc illi praſtes: diligit enim gentem noſtram, & Synagogam ipſe adificauit nobis.* & *ex cap. Tali coniugio.* 1. *quaſt.* 7. meritorum prærogatiua attendi debet, etiam in admittendis ad eccleſiaſticos Ordines iis, qui alioqui ſunt repellendi; & non eſt dubium, quòd ſi Princeps, aut Pontifex propter egregia aliquorum promerita ſpecialibus gratiis illos proſequatur, non ſolùm ipſi; ſed etiam alij animoſiores redduntur ad ſimiles gratias promerendas in poſterum, & ad benè merendum de fide, & de Eccleſia.

12\. *Maiores cauſa requirũtur pro maioribus diſpenſationibus.*

Et illod prætereà eſt benè attendendom in concedendis diſpenſationibus, vt non pro omnibus reputetur ſufficiens eadem cauſa; ſed pro iis, qoæ ſunt diſpenſationes in maioribus vinculis, maior cauſa requiratur, quàm pro aliis: vt, v.g. ad diſpẽſandum in gradibus proximioribus affinitatis, aut conſanguinitatis, quàm in remotioribus; & in affinitate ex copula licita, quàm ex illicita; & in cognatione ſpiritnali, qoàm in carnali; & in iure diuino, quàm in humano; & ſic de aliis, habita ſemper

13\. *Et quando nõ ſufficiũt ſingula, poſſunt ſufficere plures ſimul, & coniunctæ.*

ratione qualitatis, & grauitatis materiæ, in quam diſpenſatio debet cadere; non autem ſolùm ipſius generis iuris, in quo diſpenſatur: vt, v.g. quòd ſit diuinum, aut humanum; eccleſiaſticum, aut ciuile; & ſimilia; vt videre eſt apud Sanchez *lib.4. in Decal. cap.45. num.19. & lib.8. de matrim. diſput.19. cit. num. 7.* & apud Bonacin. *quæſt. 2. de legibus, puncto 3. num.21.* & apud Suarez *libro 6. de legibus, cap.18. num.15.*

Et ſi contingat, vt cauſæ diſpenſandi ſint plures, & vnaquæque per ſe accepta ſit minùs ſufficiens; adhuc poſſunt ſimul omnes iuuare ſe inuicem, & reputari ſufficientes, vt notat Sanchez *diſp.19. cit. num.34.* ex communi pronunciato iuris, quòd iuuent ſimul collecta, quæ non proſunt ſingula, *l. Inſtrumenta l. Rationes.* & pluribus aliis, *C. de probationibus.* Atque in his omnibus iudicandis non poteſt melior regula, & vniuerſalior tradi, quàm, vt prudenti iudicio omnia expendantur, & diſpenſatio tunc dicatur eſſe licita, quando eſt rationabilis, conſideratis omnibus circunſtantiis, vt *paulò antè* diximus.

14\. *Diſpenſatio irrationabiliter negata à Superiore, non poteſt reputari pro conceſſa.*

Sed, ſi contingat, vt à Superiore de facto negetur, quamuis alioqui ex ſe ſit maxime rationabilis, imò & debita ex præcepto alterius Superioris maioris, vel ex obligatione charitatis, aut ex quouis alio titulo; non propterea poteſt, aut debet à ſubdito reputari pro conceſſa, vt benè notat Suar. *lib.6. de legibus, cap.18. num.23.* & ideò neque poteſt eo ipſo licitè agere contra legem: quia reuera obligatio legis non eſt ſublata, ſiue id contigerit iure, ſiue per iniuriam. Atque hoc modo ex eodem Suarez *tom.3. de relig. lib.8. cap.11. num.18. & ſeq.* non ſufficit Religioſo ad aliquid accipiendum, vel alienandum contra paupertatem, licentia debita concedi, & indebite negata à Superiore: quia reuerà acceptio illa, aut alienatio non poteſt dici, quòd fiat dependenter à voluntate Superioris, ſicut obligat votum paupertatis religioſæ: & in tali caſu eſt recurrendum ad alium Superiorem maiorem, qui poſſit negantem compellere, vt notat Panorm. *in cap. Paſtoralis. num.17. de appellat.* & ſi periculum ſit in mora, vel immineat graue damnum, poterit eſſe locus epicheïæ, per rationabilem interpretationem volũtatis Superioris maioris: & ſi contingat, vt etiam ipſe Superior, aut Princeps ſupremus diſpenſationem irrationabiliter, & iniuſtè neget, & inde valdè magnum nocumentum immineat ſubdito; poterit eſſe locus interpretationi ipſius poteſtatis, & prudenter iudicari, quòd in tanto diſcrimine, & cum tanto incommodo eius lex, aut poteſtas non obliget.

15\. *Quomodo in aliquibus caſibus licentia indebitè negata poſſit haberi pro conceſſa.*

Et ſolùm in hoc ſenſu eſt admittendum in aliquibus caſibus, quòd licentia debitè petita, & indebitè à Superiore negata, poſſit haberi pro conceſſa: hoc enim eſt ex eo, quia in talibus caſibus eadem licentia, quæ negatur ab homine, reperitur conceſſa à iure, ne alioqui obſit Superior irrationabiliter, & indebitè illam negans, vt patet *ex cap. Licet. de regularibus*, vbi conceditur facultas tranſeundi ad ſtrictiorem Religionem, ſi fortè Prælatus aliquis indiſcretus proterue contradicat: & *ex Clementina, Dudum. de ſepulturis*, vbi ex conſtitutione Bonifacij VIII. conceditur facultas Fratribus Franciſcanis, & Dominicanis, vt poſſint audire confeſſiones quorumcunque ad ſe accedentium, ſi fortè Prælati de huiuſmodi licentia ab iiſdem Fratribus requiſiti, eam concedere recuſauerint. Et quod in his caſibus reperitur conceſſum a iure, poteſt in aliis multis per epicheiam, aut per ratihabitionem præſumi, vt conceſſum ab alio Superiore maiore, vt videre eſt apud Henriquez *lib.6. qui eſt 3. de pœnitentia, cap.13. num.4. & cap.15. num.6.* vbi aſſerit, quòd conſenſus Parochi, quando eſt debitus, & non eſt habitus, intelligitur per epicheiam ſuppleri per conſenſum Epiſcopi, & hic per conſenſum Papæ; & conſenſus Prælati regularis inferioris, per conſenſum generalis, aut Prælati ſuperioris: debet tamen hoc totum ſolùm intelligi iuxta regulas alibi traditas de epicheia, & quando non poteſt haberi recurſus ad alium Superiorem maiorem; & alioqui licentia etiam irrationabiliter negata, non poteſt reputari pro conceſſa, vt iam monuimus.

Quàm grauiter verò peccet Superior, ſi ex iuſta, & rationabili, & vrgenti cauſa requiſitus ab aliquo de diſpenſatione, irrationabiliter, & iniuſtè eam neget, menſurandum eſt ex rei ipſius grauitate, & ex cauſæ vrgentia, & ex ſcandalo, aut ex damno, quod alteri facit, vt videre eſt apud Bonacin. *qu.2. de legibus, puncto 3. n.22.* 16. *Peccat Superior, ſi diſpenſationem indebitè neget.*

DISPVT. LII.

Quomodo diſpenſatio ſine iuſta & rationabili cauſa ſit inualida.

1. *Diſpenſatio inferioris in lege Superioris eſt inualida.*
2. *Legatus apoſtolicus non poteſt validè diſpenſare ſine cauſa.*
3. *Inferior, ſi diſpenſet ex mandato Superioris, poteſt aliquando non multùm curare de cognitione cauſæ.*
4. *Si cauſa bona fide putetur ſufficiens, valida eſt diſpenſatio, etiamſi poſteà deprehendatur fuiſſe inſufficiens.*
5. *Si ſufficientia cauſæ non ſit cognita, vtrùm valeat diſpenſatio.*
6. *Peccat Superior, ſi diſpenſet non cognita cauſa.*
7. *Non autem, ſi diſpenſet ex cauſa dubia.*
8. *Qualis debeat eſſe cognitio cauſæ ad validitatem diſpenſationis.*
9. *Diſpenſatio in propria lege facta ſine cauſa, non eſt inualida.*
10. *Diſpenſatio, quando eſt iniuſta, & in damnum tertij, eſt reuocanda.*
11. *Si iniuſtitia ſit in re ipſa, ſuper qua diſpenſatur, poteſt diſpenſatio etiam eſſe inualida.*
12. *Diſpenſatus ſine cauſa ab ipſo legiſlatore in ſuis legibus, non tenetur renunciare diſpenſationi.*
13. *Si legiſlator ſecum diſpenſet ſine cauſa in ſuis legibus, probabile eſt, quòd diſpenſatio ſit inualida.*
14. *Diſpenſatio facta ſine cauſa in lege inferioris, eſt valida.*
15. *Diſpenſatio Epiſcopi in ſuis conſtitutionibus ſynodalibus etiam iuratis eſt valida.*
16. *Dummodo non ſit contra ius iam quæſitum alicui tertio.*
17. *Diſpenſatio Archiepiſcopi in Decretis prouincialibus eſt inualida.*
18. *Diſpenſatio ex falſa cauſa, ſed probata, vt vera, eſt inualida.*
19. *Diſpenſatio ex cauſa vera, ſed probata per probationes falſas, eſt valida.*

DISPEN

1. Diſpenſatio inferioris in lege Superioris, eſt inualida, ſi ſit ſine cauſa.

DISPENSATIO ſine iuſta, & rationabili cauſa, non modò eſt illicita; ſed etiam eſt inualida, ſi detur ab aliquo inferiore in lege Superioris. Ita S.Thom.2.2.quæſt.88.art.12.ad 2.Scholaſtici communiter in 4.diſt.38. Sanchez lib.8.de matrim.diſp.17.num.3.& lib.4. in Decal.cap.45.num.3. Salas de legibus,diſp.20.ſect.4.num.30.& ſect.6.num.66.Suar. tract.6.de relig.lib.6.de voto, cap.16. & lib.6.de legibus,cap.19.num.1.Reginald.lib.13.num.195.Vaſq.1.2.diſp.178.cap.3.num.17.Gloſ. in cap. Non eſt.verb. adimplere,de voto, Canoniſtæ ibidem.Bonac.de legibus,quæſt.2.puncto 3.num.12.& ſeq. & omnes communiter apud iſtos: nam voluntas Superioris, vt poſſit in eius lege diſpenſari ab inferiori, neque eſt, neque poteſt præſumi, niſi cum hac limitatione,vt diſpenſetur ex cauſa; & ideò diſpenſatio ſine cauſa, tanquàm vltra formam mandati, & vltra poteſtatem diſpenſantis; non poteſt eſſe valida: nam, ſicut, qui diſpenſat, aut diſponit de bonis alienis vltra voluntatem domini inualidè diſpenſat; ita, qui diſpenſat in voluntate,aut lege Superioris vltra facultatem ſibi commiſſam.

Neque contra hoc moltùm facit,quòd pater,dominus,& maritus poſſint pro arbitratu, & ſine alia cauſa diſpenſare in votis filiorum, ſeruorum, & vxoris: nam hæc non eſt propriè diſpenſatio; ſed irritatio, vt conſtat ex materia de voto: quia,ſcilicet, huiuſmodi vota filiorum, ſeruorum, & vxoris, ſolùm intelliguntur fuiſſe facta ſub conditione, ſi placerent patri, marito, & domino, & ſi illi non contradicerent.Et quamuis aliqui apud S.Thomam 2.2.quæſt.88.art. cit.ad 2. exiſtimarint, omnia vota communiter emitti ſub tali aliqua conditione, & ſub ordinatione ad voluntatem Superioris; & ideò integrum eſſe Superiori, vt in illis diſpenſet ſine cauſa pro poteſtate dominatiua; id tamen falſum eſt, & falſo nititur fundamento, vt docet ibi S. Thom. & ex illo Sanchez lib.8. cit. diſp.17.num.3. & lib.4.in Decal.cap.45.num.3. quia Prælati,& Superiores non habent in ſubditos poteſtatem dominatiuam, quæ pro ſola voluntate poteſt habere effectum,ſicut habent pater,dominus, & vir; ſed habent ſolam poteſtatem ſpiritualem, quæ eſt ſolùm miniſterialis, & diſpenſatoria iuxta voluntatem alterius, & in ædificationem; non autem in deſtructionem; & ideò non poteſt habere effectum, niſi accedat rationabilis cauſa, prout eſt voluntas principalis,committentis miniſterium diſpenſandi.

2. Legatus apoſtolicus non poteſt validè diſpenſare ſine cauſa.

Quod verò addit Rodr. in Summa,par.1.cap.24. concl.3.& aliqui alij apud Bonacinam quæſt.2.de legibus,puncto 3.num.1. & apud Sanchez num.5.Superiorem aliquando concedere inferiori plenitudinem poteſtatis, & tunc poſſe inferiorem eodem modo diſpenſare in lege Superioris,ſicut poſſet ipſe Superior, id eſt,ſine cauſa; & talem eſſe,v.g.Legatum,aut Nuncium apoſtolicum; non eſt admittendum: quia etiam plenitudo poteſtatis non intelligitur concedi ad diſpenſandum, & deſtruendum; ſed ad diſpenſandum, & ædificandum, vt cùm in facto Principis non debeat præſumi delictum, neque etiam debet præſumi, quòd concedat facultatem diſpenſandi ſine cauſa,etiam quando concedit plenitudinem poteſtatis. Et in ſpecie,diſpenſationem Legati apoſtolici conceſſam ſine cauſa non eſſe validam,docet Innoc.in cap.Dudum.2.num.16. de elect. Nauar. in Man.præludio 9.num.15. Salas de legibus,diſp.3.ſect.4.num.32. Bonac. de legibus,quæſt.2.puncto 3.num.16.Sed hoc exemplum. Azor.part.1. lib.5.cap.15.in fin. Sanchez lib.8.de matrim.diſp.17. cit.num.5.& alij apud ipſum.

3. Si tamen Superior in facultate diſpenſandi ſpecialiter exprimeret nomina eorũ, cum quibus eſſet diſpenſandum, & cum quibus ipſe Superior mandaret diſpenſari; licitè poſſet inferior non moltùm curare de cognitione cauſæ: quia tunc ſe haberet, vt merus executor, & poſſet præſumere ſufficientiam cauſæ ſatis conſtitiſſe ipſi Superiori, cùm in facto Principis non ſit præſumendum delictum, & ideò nec debeat credi, quòd voluerit diſpenſationem conferri illicitè,& ſine cauſa,vt notat Felinus in cap. Poſtulaſti. num.13.de reſcript. & ex illo Sanchez diſp.17.cit. num.6. Si tamen aliunde ſciretur, neque etiam Superiori reuerà conſtitiſſe de ſufficientia cauſæ ad diſpenſandum, & ſolùm ex inaduertentia, & per incuriam in facultate diſpenſandi fuiſſe omiſſas illas clauſulas, quæ communiter ſolent apponi, ſi iuſta ſubſit cauſa, vel ſi preces veritati nitantur, omninò teneretur etiam inferior inquirere de ſufficientia cauſæ, ſuámque facultatem deberet interpretari, quòd eſſet conceſſa ſeruatis ſeruandis, & non aliter, ne alioqui præſumeretur delictum in facto Principis, & crederetur contra ius commiſiſſe diſpenſationem, non cognita cauſa, vt notat Bonac. quæſt.2. de legib. puncto 3.num.16. Sed hoc ego.

Inferior, ſi diſpenſet ex mandato Superioris,poteſt aliquando nõ multùm curare de cognitione cauſæ.

4. Si cauſa bona fide putetur ſufficiens,valida eſt diſpẽſatio, etiamſi poſteà deprehendatur fuiſſe inſufficiens.

Et ſi cauſa,ex qua diſpenſatur, bona fide putetur ſufficiens, & reuerà non ſit; valida eſt diſpenſatio ex eodem Sanchez num 8.Azor part.1.lib.7.cap.29. quæſt.6.Rebell. de oblig.part.2.lib.3.quæſt.5.num.12. Sot.in 4.diſt.21.quæſt.2.art.2.ſub finem,& aliis apud Bonacinam puncto 3.cit.n.8. & is, cum quo diſpenſatur,poteſt eſſe tutus in conſcientia,etiamſi poſteà fiat certus de inſufficientia cauſæ: quia ita poſtulat recta adminiſtratio, & regimen animarum, ad tollendos ſcrupulos,& conſcientias quietandas: & ſic eſt intelligenda fuiſſe à Deo conceſſa facultas diſpenſandi in ſuis legibus; & ſic concedi etiam ab hominibus pro diſpenſatione in ſuis. Sed negari non poteſt, quin ſit probabile etiam oppoſitum, vt notat Bonacin. num.8.cit. ex Salas diſp.20. de legib. ſect.4.num.35.& ſect.6.num.63.& 66. & aliis; quia ignorantia inuincibilis, quæ fundat bonam fidem circa veram inſufficientiam cauſæ,ſolùm poteſt excuſare à culpa; non autem validare actum, ſi alioqui eſt inualidus, vt etiam dicitur in materia de contractibus; & qui contrahit, v.g. matrimonium cum aliquo ex impedimentis dirimentibus, & ſine diſpenſatione,quæ ſit verè ſufficiens,ſemper cenſetur contrahere inualidè, & indigere noua diſpenſatione, quando aduertit veram inſufficientiam diſpenſationis prioris: & ſic habet vſus Pœnitentiariæ,iſque videtur non ſolùm inductus ad ſcrupulos eximendos, & ad maiorem ſecuritatem animarum, & ſolùm ad benè eſſe;ſed etiam ex vera neceſſitate, & ad impedimentum ſemel tollendum per veram diſpenſationem.

5. Si ſufficientia cauſa non ſit cognita, verùm valeat diſpenſatio.

Quòd ſi contingat, ſubeſſe reuerà cauſam ſufficientem ad diſpenſandum; ſed illam à diſpenſante non cognoſci; non poterit diſpenſatio eſſe valida, ex Nauar. in cap. finali,num.4 de ſimonia. Azor.lib. 5.cap.15. quæſt.9.& 10. Suar. lib.6. de voto, cap.27. num.7. & aliis apud Sanchez lib.8 de matr.diſp.17. cit.num.10. quia facultas diſpenſandi ſolùm eſt ex cauſa cognita;& aliter diſpenſatio eſt cenſenda ſubreptitia,vt habetur in Trid.ſeſſ.25.cap.18.de reform.

Sed oppoſitum ex multorum ſententia,vt probabilius, tenet Sanchez diſp.17.cit.num.11. & lib.4.in Decal. cap.45.num.6. Suar. tom.1.de relig. tract. de diebus feſtis,lib.2. cap.33.num.13. Bonac. de legibus, quæſt.2.puncto 3. num.17.& 19. & alij apud ipſum, niſi fortè in ipſa facultate diſpenſandi, ſpecialiter præcipiatur cognitio cauſæ, vt communiter fit in

litteris ſacræ Pœnitentiariæ : quia in Trid. *loco citato*, quando dicitur cenſenda eſſe ſubreptitia, ſolùm videtur eſſe ſenſus, quoad præſumptionem in foro externo;non autem quoad validitatem in conſcientia : & *cap.Nihil eſt. de elect.* dicitur, quòd ſi quis eligatur ad curam animarum, ſine examine ſuæ ſufficientiæ, deiiciatur deinde ab huiuſmodi cura, quando conſtiterit, quòd fuerit indignè electus : atque ita indicatur,quòd ſi conſtiterit reuerà fuiſſe dignus,non ſit deiiciendus : & denique,quia ſi lea feratur temerè, & ſine cauſæ cognitione, ſed reuerà ſit bona, & rationabilis,verè obligat : ergo, contraria ratione etiam deobligat diſpenſatio, ſi detur temerè,ſed reuerà ſit rationabilis:quia,vt notat Suar. *lib.2.cit.de diebus feſtis,cap.33.num.13.* in tali caſu diſpenſatio reſoluitur, quaſi in conditionatam; & qui ſic diſpenſat, perinde facit, ac ſi dicat:Diſpenſo tecum, ſi habes cauſam ſufficientem: an autem habeas,tu ipſe videris.

6. *Peccat Superior,ſi diſpenſet non cognita cauſa.*

Non eſt tamen negandum, quòd Superior ſic diſpenſans peccet mortaliter,vt notat Sanchez *lib.4.in Decal.cap.45.cit.num.6.*cùm poſitiuè teneatur præmittere cognitionem cauſæ, & in re graui abutatur ſua poteſtate diſpenſandi, & exponat ſe periculo faciendi diſpenſatiooem nullam, ſi fortè cauſa non eſt ſufficiens.

7. *Non autem,ſi diſpenſet ex cauſa dubia.*

Sed rectè addit *ibidem* Sanchez *num.10.*ex Sylu. *verb.diſpenſatio, quæſt.14.num.20.* & aliis,non eſſe idem dicendum, ſi fortè ſit dubium, vtrùm cauſa, quam cognoſcit adeſſe, ſit verè ſufficiens,quidquid in contrarium dicat Ioan.Med. *tract. de pœnit.q.de diſpenſat. ſuper confeſſione reuelanda :* nam in tali dubio eſt inclinandum in partem benigniorem, & præſumendum pro poteſtate diſpenſantis : & ita petit bonum regimen Communitatis, ne alioqui detur occaſio quamplurimis ſcrupulis Superiorum, & dicantur via poſſe vti facultate,quam habent ad diſpenſandum,ſi poſſunt ſolùm vti ea cauſis certis: & longè eſt aliud, quòd diſpenſent, quando ſunt dubij, vtrùm ſimpliciter adſit cauſa ad diſpenſandum;& quòd diſpenſent,quando ſunt certi, quòd adſit cauſa, & ſolùm ſunt dubij, vtrùm illa ſit ſufficiens:cùm enim poteſtas diſpenſandi neceſſariò requirat cauſam; non poteſt rationabiliter exerceri, quando eſt dubium, vtrùm ſimpliciter,& abſolutè cauſa ſit;neque hoc poſtulat bona adminiſtratio,vt exerceatur in tali dubio;ſicut poſtulat, vt exerceatur,quando eſt dubium,non ſimpliciter de exiſtentia cauſæ; ſed ſolùm de ſufficientia : ſiquidem hoc poſterius dubium frequentiſſimè accidit,& in moralibus vix vnquam eſt certitudo ſine aliqua admixtione dubietatis. Et quòd Prælatus poſſit diſpenſare, quando cauſa eſt ita apparens, vt res ſaltem vertatur in dubium, expreſsè aſſerit etiam S. Thom.2.2.*quæſt.88.art.12.ad* 2. & ex illo Petr. de Arag.*ibidem,§.In ſolutione ad* 2. Sed benè addit Bonacin. *quæſt.1. de legibus, puncto 3.num.7.* dubium hoc non eſſe strictè accipiendum pro perplexitate, & ſuſpenſione aſſenſus; ſed latè prout etiam aſſenſus probabilis in vnam partem, & cum actuali formidine de oppoſito,appellatur aſſenſus dubius.

8. *Qualis debeat eſſe cognitio cauſa ad validitatem diſpenſationis.*

Dum autem dicitur in Trident. *ſeſſ.23. cap.18. cit.de reform.* quòd diſpenſatio debet eſſe ſolùm, cauſa cognita;non intelligitur de cognitione iuridica, & quæ habeatur ſecundùm ordinem iuris; ſed ſatis eſt quæcunque cognitio, ſi loquamur quatùm ad validitatem, & in foro conſcientiæ: quamuis in foro externo cenſeri poſſit diſpenſatio fuiſſe ſubreptitia, niſi iuridicè probetur non defuiſſe cognitio cauſæ : decretum enim Concilij æqualiter eſt de omni diſpenſatione, etiamſi fiat à Papa;qui tamen,certiſſimum eſt,quòd non tenetur ad modum iuridicum cognitionis cauſæ, vt notat Suar. *lib.6.de legibus,cap.19.num.2.* Imò,ſi cauſa ſit ex ſe notoria, neque etiam in foro externo eſt neceſſaria cognitio iuridica, vt notat Sanchez *lib.8. de matrim. diſp.17.cit.num.12.& diſp.34.num.24.& diſp.35.num.16.& lib.4. in Decal.cap.45.num.9.* & Bonac. *puncto 3.cit.num.17.in fin.* Suar. *lib.6.de voto,cap.27.num.7.in fine*, cùm in tali caſu ceſſet temeritas, ad quam vitandam requiritur cognitio cauſæ,& in notoriis non exigatur ordo iuris,neque notoria indigeant examinatione, *cap.Manifeſta.2.quæſt.1.*

Et ſi Princeps ex motu proprio diſpenſet in ſua lege,neque conſtet de cognitione cauſæ;debet præſumi non defuiſſe : & contra hoc non eſt admittenda probatio in foro externo, vt ſubdit Sanchez *de matrimonio,num.14.* ſecùs verò, ſi non diſpenſet ea motu proprio;ſed ad inſtantiam partis,vel ſi diſpenſet in iure diuino, aut naturali : quia tunc non præſumitur cognitio cauſæ,niſi probetur : quia talis diſpenſatio potiùs cenſetur extorta per importunitatem,& ſimpliciter;neque etiam Princeps habet poteſtatem diſpenſandi, niſi ea cauſa;& ideò,ſi de hoc non conſtet,non poteſt ſimpliciter conſtare de validitate diſpenſationis. Verùm id ex eodem Sanchez *diſp.17. cit. num.36.* & Suar. *de cenſuris, diſp.41.ſect.3.in fine*, ſolùm intelligitur de præſumptione quoad forum externum, & contrà in conſcientia ſemper eſt præſumendum pro Superiore,quando poſitiuè non conſtat defectus cauſæ, cùm non pertineat ad ſubditos, vt diſcutiant facta Superiorum.

Si verò diſpenſatio detur ſine cauſa à Principe, aut alio legiſlatore, non in lege Superioris, ſed in propria lege; probabiliſſimum eſt, quòd ſolùm ſit illicita;non autem inualida. Ita Caiet.1.2.*quæſt.96. art.5.ad finem,& 2.2.quæſt.104.art.5. ſimiliter in fine.* Sot. *lib.1.de inſtit.quæſt.7.art.3.verſ. Poſtremum ergo.& lib.7.quæſt.4.art.3.ad 2.in fine.* Cordub. *lib.4.quæſt.8.* Henriquez *lib.5. de pœnit.cap.12.num.3. & lib.12. de matrim. cap.3. num.6.* Valen. 2.2.*diſp.5.quæſt.7.puncto* 2. vbi agit de pluralitate beneficiorum, *col.4.verſ.Vbi autem.* & *diſp.6.quæſt.2.puncto* 10. vbi de cauſis excuſantibus ab Horis canonicis,*cauſa* 4. Azor. *lib.5.cap.15.quæſt.3. & lib.7.cap.29.quæſt.6.* Suar. *tom.4. de Indulg. diſp.36. ſect.2.n.11.& lib.6.de legibus,cap.19.num.6.& ſeq.* Sanchez *lib.8.de matrimonio,diſp.17.num.24.& 27.* Bonacin. *de legib.quæſt.2.puncto 3.num.1.* & alij communiter apud ipſos : quamuis non deſint ex Iuriſtis, & Canoniſtis apud eundem Sanchez *num.23.* qui hanc etiam diſpenſationem aſſerant eſſe inualidam. In quam ſententiam ex Theologis inclinat etiam Vaſq.1.2.*diſp.178. cap.4.* & aliqui alij apud Azor. *lib.5.cap.5.quæſt.3.cit.* & apud Suar. *lib.6. cap.19. cit.num.3.* 9. *Diſpenſatio in propria lege, facta ſine cauſa, non eſt inualida.*

Sed contra iſtos probatur concluſio : quia eodem modo, ſi detur abſolutio cenſuræ illicitè,& ſine cauſa,ab illius latore,valida eſt, *cap.Venerabilis. §.Sanè.de ſent.excommunicat.in* 6.Et ratio eſt:quia, dum quis diſpenſat in propria lege, diſpenſat in re propria, & ſolùm dependente à propria voluntate: & ſicut legiſlator ab ipſo initio validè potuiſſet legem non ferre,& poſtquàm tulit, validè poteſt illam reuocare pro tota Communitate; ita & poteſt illam reuocare pro vno aliquo,& validè diſpenſare: & ſicut ſi diſpenſaret irrationabiliter alia bona propria, validè diſpenſaret,quamuis peccaret:ita & validè diſpenſat in ſuis legibus,quamuis peccet. Et poteſt contingere, vt etiam peccet mortaliter, ſi obligatio

obligatio legis ſit ad mortale, & ex diſpenſatione irrationabiliter præſtita, ſequatur aliis graue ſcandalum, aut graue damnum: vt, v.g. ſi Papa diſpenſet ſine cauſa, vt quis poſſit ſimul habere plura beneficia curata, vel plures epiſcopatus, vt notat Sanchez *lib.8.de matrim. diſp.18.n.3.* Nauat. *in Man. præludio 9.n.14.* Salas *de legib. diſp.20.ſect.5.* Bonac. *de legib. q.2.puncto 3.n.1.§. Addo legiſlatorem.*

10\. *Diſpenſatio quando eſt iniuſta, & in damnum tertij, eſt reuocanda.*

Neque ex eo, quòd talis diſpenſatio ſine cauſa ſit illicita, & iniuſta ex parte diſpenſantis, rectè infertur, quòd ſit etiam inualida; ſed ſolùm, quòd ſit reuocanda; & iniuſtitia non ſit continuanda, ſed emendanda, vt notat Suar. *lib.6.de legib.cap.19.cit.n.9.& 14.* & ſi quid damni illatum ſit aliis, ſit compenſandum ab ipſo diſpenſante, qui intulit, vt, v.g. ſi eximendo aliquos à lege tributi, fecit, vt alij plùs ſoluerint, quàm debeant.

11\. *Si iniuſtitia ſit in re ipſa, ſuper qua diſpenſatur, poteſt diſpenſatio etiã eſſe inualida.*

Sed, ſi iniuſtitia non ſolùm ſit ex parte diſpenſantis, ſed etiam in operatione ipſa, pro qua diſpenſatur, poterit diſpenſatio etiam eſſe inualida: vt, ſi quis diſpenſetur, v.g. in lege vendendi, aut emendi communi pretio, id eſt, in lege ſeruandi iuſtitiam, & æqualitatem.

Quòd ſi vrgeas, etiam poteſtatem diſpenſandi in propriis legibus, ſolùm eſſe ad diſpenſandum ex cauſa; & ideò etiam in illis diſpenſationem factam ſine cauſa, eſſe vltra poteſtatem, & conſequenter inualidam, vt *paulò antè* diximus de diſpenſatione in legibus Superiorum: contrà eſt: quia facultas diſpẽſandi in propriis legibus ſolùm eſt ad mutandam, aut reuocandam propriam voluntatem: facultas verò diſpenſandi in legibus Superiorum, & ad mutãdam voluntatem alterius: certum autem eſt, quòd vnuſquiſque non eodem modo eſt dominus voluntatis alterius, ſicut eſt propriæ; & ideò facultas, quæ à Superiore conceditur ad eam mutandam ex cauſa, non ſolùm regulat voluntatem inferioris, ne aliter tentet eam mutare; ſed etiam limitat, & determinat eius poteſtatem, ne aliter poſſit; & per conſequens, ſi illam mutet vltra hanc poteſtatem, inualidè mutat, cùm tamen è contrà obligatio, quam habet non diſpenſandi in propriis legibus, neque mutandi propriam voluntatem ſine cauſa, ſolùm poſſit eſſe ad regulandam propriam voluntatem, ne de facto aliter mutet; non autem ad limitandam, & determinandam poteſtatem, ne aliter poſſit mutare; ſiquidem ſuæ voluntatis abſolutè eſt dominus, vt notat Sanchez *lib.8.diſp.17.cit.n.25.*

Et cum hoc in idem ferè recidit id, quod habet Suar. *lib.6.de legib.c.19.cit.n.11.* diſpenſationem ſine cauſa in legibus Superioris, non ſolùm excedere poteſtatem iuris, quæ, ſcilicet, poſſit exerceri licitè, & iuridicè; ſed etiam excedere poteſtatem facti, quæ poſſit quocunque modo habere effectum; cùm tamen in legibus propriis ſolùm excedat poteſtatem iuris; non autem poſſit excedere poteſtatem facti, quam vnuſquiſque non poteſt non habere, quandiu eſt dominus ſuæ voluntatis.

12\. *Diſpenſatus ſine cauſa ab ipſo legiſlatore in ſuis legibus, non tenetur renunciare diſpenſationi.*

Atque ex hoc vlteriùs infert idem Suar. *num.14.* eum, cum quo diſpenſatur in huiuſmodi legibus ſine cauſa, licitè poſſe vti diſpenſatione; neque teneri illam renunciare, niſi fortè ratione ſcandali: nam, quanuis peccarit, ſi illam petiit, & ad illam Superiorem induxit, vt diximus *diſp. præcedente*; illud tamen peccatum in ipſa petitione, & inductione fuit conſummatum; non autem continuatur vlteriùs, ſicut continuatur peccatum ipſius diſpenſantis, vt iam diximus *n.10.* cùm diſpenſatus non poſſit ex propria volũtate iterum ſe obligare ad legem, à qua per voluntatẽ Superioris fuit exemptus, & deobligatus; neque teneatur ad illum recurrere, vt iterum obliget; ſed ſatis habeat, ſi obligationem acceptet, quando iterum fuerit impoſita à potente imponere. Et quanuis Caiet. *1.2.q.96.art.3. in fine*, ex alio capite putet peccare huiuſmodi diſpenſatum, ſi vtatur diſpenſatione, illiſque ſic habitæ non renunciet; quia, ſcilicet, iure ipſo naturæ tenetur, tanquàm pars, eſſe conformis ſuo toti, in iis, quæ pertinent ad bonum totius; id tamen non videtur verum, ſi iam ponatur ex voluntate Superioris eſſe deobligatus, vt ſit conformis eidem toti quoad legis obligationem: tunc enim ſine dubio non aget illicitè, ſi ſe non conformet ſuo toti in illo opere, in quo non tenetur ſe conformare, & à cuius conformitate eſt iam exemptus, & planè deobligatus.

Sed rectè doctrinam hanc de validitate diſpenſationis præſtitæ ſine cauſa à Superiore in ſuis legibus, limitat Sanchez *lib.8.de matr.diſp.17.n.3.* in eo caſu, in quo conſtitutio, v.g Epiſcopi, ſit confirmata à Papa: quia tunc eſt facta quaſi illius; & ad Epiſcopum non pertinet, niſi, vt conſtitutio Papæ. Verùm de hac limitatione, & quomodo inferior poſſit diſpenſare in ſuis legibus, quando ſunt confirmatæ à Superiore, pluribus egimus *ſuprà diſp.49.num.18. & ſequent.*

13\. *Si legiſlator ſecum diſpẽſet ſine cauſa in ſuis legibus, probabile eſt, quòd diſpenſatio ſit inualida.*

Hoc verò, quod hìc aſſerimus, diſpenſationem ab aliquo præſtitam ſine cauſa in propriis legibus, non eſſe inualidam, alio modo videtur ſe habere, ſi talis aliquis Princeps, aut legiſlator ſecum diſpenſet in ſuis legibus, ad quas etiam ipſe tenetur ſub mortali: nam probabile eſt, quòd talis diſpenſatio non modo ſit illicita, ſed etiam ſit inualida, vt notat Suar. *lib.6.de legib.cap.19.n.17.& cap.18.n.11.* quia cùm obligatio, qua ille tenetur, non ſit immediatè ex vi ſuæ legis, & voluntatis, vt ſua eſt; ſed ex vi legis alterius Superioris, id eſt, naturalis, & diuinæ, quæ Principem obligat ad totum illud, ad quod ipſe obligat ſubditos, vt *ſuprà* diximus; propriè loquendo, dum ſecum diſpenſat, non diſpenſat in ſuis bonis, & voluntate; ſed in bonis, ac voluntate Superioris, id eſt, ipſius Dei; & ideò diſpenſatio eſt inualida, ſi ſit ſine cauſa, vt patet ex dictis. Atque id videtur multò probabilius, quàm quod habet Caiet. *1.2. quæſt.96.art.5.cit.* & Bonac. *quæſt.2.de legib.puncto 3. num.6.* quòd ſit eadem ratio, ſiue diſpenſatio ſine cauſa fiat cum ipſo Principe, ſiue cum alio.

Neque tamen hinc ſequitur, quòd ſi lex inhabilitet, v.g. ad aliquem actum, eúmque irritet, inhabilitet etiam Principem; neque hic poſſit eundem actum validè facere: nam leges, quæ includunt coactionem, & reſiſtentiam ad conſenſum, vt certè includunt illæ, quæ irritant; ſemper requirunt voluntatem ſuperiorem, neque poſſunt ita ferri, vt etiam obligent ipſum ferentem, vt *ſuprà* diximus de pœnis ſtatutis per legem, ad quas nullo modo tenentur ipſi legem ferentes; & in caſu præſenti de legibus irritantibus, docet Suar. *cap.19.cit.n.19.*

14\. *Diſpenſatio facta ſine cauſa in lege inferioris, eſt valida.*

Denique, ſi Superior ſine cauſa diſpenſet in lege inferioris, valida eſt diſpenſatio, dummodo talis Superior pleno iure, non autem certo aliquo, & limitato modo habeat ſibi ſubiectam voluntatem, & poteſtatem inferioris, v.g. pro ſolo caſu appellationis, aut ſupplicationis: nam, quanuis, dum diſpenſat in huiuſmodi lege, non diſpenſet in bonis, aut voluntate propria, ſed in aliena; diſpenſat tamen in iis, quæ pleno iure ſunt ſubordinata ſuæ voluntati, & ab illa dependent quoad efficaciam effectus, vt notat Suar. *cap.19.cit.n.20.* & ideò validè diſpenſat, quanuis illicitè.

15\. *Diſpenſatio Epiſcopi in ſuis conſtitutionibus ſynodalibus, etiã iuratis, eſt valida.*

Atque ex his colligitur, quid ſit dicendum, ſi Epiſcopus ſine rationabili cauſa diſpenſet in ſuis conſtitutionibus ſynodalibus: validè enim diſpenſat, etiamſi ponatur illas iuraſſe: quia reuerà per iuramentum

ramentum non ſunt factæ alicuius Superioris, neqoe eſt Epiſcopo ſimpliciter ablata poteſtas ad diſpenſandum;ſed ſolùm eſt impedita, vt non poſſit diſpenſare licitè,ſine periurio,vt notat Sanchez *lib.8. de matrimonio, diſp.17.num.27.* Salas *de legib. diſp.20.ſect.4.num.42.& 43.* Bonac. *quæſt.2. de legibus,puncto 3.num.2.*& alij apud ipſum. Neque oppoſitum ſentit Azor. *part.1. lib.5. cap.15.quæſt.7.* vbi negat,poſſe Epiſcopum diſpenſare in ſuis conſtitutionibus,ſi iuramento illas firmauit : quia non poteſt ſe ipſe ſoluere à vinculo iuramenti:id enim, vt ex ſe patet , ſolùm eſt , quòd non poſſit licitè,& ſine periurio;non autem, quòd non poſſit validè,& ſimpliciter.

16. *Dummodo ubi ſit contra ius iam quaſitum alicui tertio.*

Sed rectè id limitat Bonac. *ibidem* ex Sanchez, & Salas,& aliis,vt non procedat, quando ex huiuſmodi conſtitutionibus eſt iam acquiſitum ius tertio , quaſi per modum contractus : tunc enim in præiudicium illorum , quibus eſt acquiſitum tale ius,neque poteſt illas reuocare ſimpliciter pro tota Communitate,neque diſpenſare pro vno aliquo: vt, v.g ſi Epiſcopus , aut Princeps per conſtitutionem à ſe latam conceſſerit priuilegium aliquod confluentibus ad vrbem,aut hoc,vel illud facientibus ; vel in remunerationem præteritorum laborum,& egregiorum factorum,vt etiam *ſuprà* diximus *diſp.35.num.18.*

17. *Diſpenſatio Archiepiſcopi in decretis prouincialibus eſt inualida.*

Contrà verò,non ſolùm illicita,ſed etiam inualida cenſenda eſt diſpenſatio Archiepiſcopi , ſi fiat ſine cauſa in decretis Concilij prouincialis , cùm reuerà ſit diſpenſatio in lege Superioris, & Concilium prouinciale habeat iuriſdictionem , & poteſtatem ſuperiorem, non ſolùm ad ſingulos Epiſcopos;ſed etiam ad Archiepiſcopum , vt patet ex dictis *ſuprà,diſp.49.num.17.*

18. *Diſpenſatio ex falſa cauſa,ſed probata , vt vera, eſt inualida.*

Quòd ſi contingat,ad diſpenſandum reuerà non ſubeſſe cauſam ſufficientem;ſed eam falsò probari coram Superiore, & adhiberi teſtes ſimpliciter falſos,etiamſi fortaſſe exiſtiment,ſe verum deponere; certum eſt, quòd diſpenſatio ſit inualida , vt notat Sanchez *lib.8.de matrimonio, diſp.21.num.3.* Salas *de legibus,diſp.20.ſect.16.* Bonac. *quæſt.2. puncto 3. num.10.* quia clauſula,quæ communiter apponitur in facultate ad diſpenſandum, ſi ita eſſe inueneris; non intelligitur de inuentione ſolùm materiali, & præſumptiua,vel etiam doloſa;ſed de illa,quæ verè habeat veritatem, & conformitatem cum obiecto, prout eſt in re.

19. *Diſpenſatio ex cauſa vera,ſed probata per probationes falſas, eſt valida.*

Et contrà,ſi contingat, verè ſubeſſe cauſam ſufficientem ; ſed eam probari coram Superiore per falſos teſtes,vel per falſas ſcripturas , aut per alias probationes falſas, valida eſt diſpenſatio:quia verificatur clauſula de veritate cauſæ inuenienda ; neque eſt falſitas , aut deceptio ex parte cauſæ verificatæ,ſed ſolùm ex modo verificandi,& ex parte verificantis,vt ſubdit Bonac.*n.11.*

DISPVTAT. LIII.

De iis,quæ pertinent ad legis abrogationem,derogationem,& irritationem.

1. *Leges humanæ poſſunt abrogari.*
2. *Non tamen debent abrogari ſine rationabili cauſa.*
3. *Neque de facili.*
4. *Et præſertim leges eccleſiaſticæ.*
5. *Abrogatio legis ſine cauſa, quomodo ſit valida, & illicita.*
6. *Quis poſſit leges abrogare.*
7. *Leges ciuiles quomodo poſſint abrogari per Eccleſiaſticos.*
8. *Abrogatio poteſt fieri verbo,& ſcripto.*
9. *Lex poſterior abrogat priorem , quando eſt illi contraria.*
10. *Siue vtraque ſit generalis.*
11. *Siue vtraque ſit ſpecialis , & inſerta in corpore iuris.*
12. *Si vna lex ſit generalis,& altera ſpecialis , non abrogatur vna per alteram ; ſed ſolùm limitatur.*
13. *Legum correctio eſt vitanda , quantùm fieri poteſt.*
14. *Ad vitandam correctionem legum, quomodo verba legis poſterioris poſſint impropriari.*
15. *Abrogatio legis quomodo requirat promulgationem.*
16. *Derogatio legis.*
17. *De irritatione legis.*

ALIÆ mutationes, quæ ab extrinſeco poſſunt contingere circa leges,ſunt abrogatio, derogatio , irritatio : hiſque appellationibus quid propriè importetur, ſatis indicatum eſt *ſuprà,diſp.47. num.1.*

1. *Leges humanæ poſſunt abrogari.*

Certum verò eſſe debet in primis , quòd leges, poſtquàm ſunt latæ , poſſunt abrogari, & ex toto tolli , vt patet ex S.Thom.1.2.*quæſt.97.art.1.* Couarr.*in cap.Alma mater.part.2.initio.*Sylu.*verb.lex, quæſt.2.* Soto *lib.1.de iuſt.quæſt.7.art.1.* Reginald. *lib.13.cap.19. num.198. & ſeq.* Suar. *lib.6. de legibus,cap.25.num.3.*& aliis communiter apud ipſum: ſic enim à Deo eſt abrogata lex vetus : & in Trid. *ſeſſ.24. cap.2. & 4. de reform. matr.* ſunt abrogatæ aliquæ leges eccleſiaſticæ circa impedimenta matrimonij : & in iure ciuili *l.vnica, C.de caducis toll.* plures leges tolluntur circa adeundas hæreditates: & *cap.2. diſt.14.* multa dicuntur eſſe temperanda in legibus , pro neceſſitatibus temporum , & pro conſiderationibus ætatum:& *Clem.vnica,de immunit.Eccleſ.*reuocantur quædam conſtitutiones pontificiæ anteà dictæ ; & idem quotidie fit etiam noſtris temporibus à recentioribus Pontificibus circa conſtitutiones prædeceſſorum,& ſuas:& ex S.Aug. *lib.1.de liber.arbitr.cap.6.tom.1.*leges humanæ ideò appellantur temporales,quamuis ſint iuſtæ , & poſſint ſemper valere ; quia commutari per tempora iuſtè poſſunt : & Ariſt.2.*politic.cap.6.poſt medium,* ex profeſſo diſputat , vtrùm ſit vtile ciuitatibus leges patrias mutare,ſi ſit alia melior:& tandem concludit , huiuſmodi mutationem non eſſe frequenter,ac temerè faciendam ; non autem aſſerit , quòd abſolutè nunquam ſit facienda. Et ratio eſt : quia etiam ipſi legiſlatores,aut Principes,poſſunt mutationem aliquam accipere in intellectu,& voluntate , & ſucceſſu temporis experientia ipſa poſſunt doceri, quòd hoc,aut illud ſit minùs vtile ſubditis, & plures habeat difficultates , quàm aliàs crediderunt:& tempora ipſa,& mores hominum hoc idem poſſunt ferre, vt, quæ leges anteà credebantur neceſſariæ,aut valdè vtiles ad bonum commune , eædem poſteà non appareant tales ; & ideò præbeant cauſam reuocationi,& abrogationi, neque ſint eodem modo immutabiles,ſicut eſt lex naturalis,quæ ex S.Thom.1.2.*quæſt.97.art.1. cit.ad 1.* ex immobilitate,& perfectione diuinæ rationis inſtituentis naturam,habet , vt ſit immobilis,& dicat certa dictamina ipſius naturæ , quòd hoc , vel illud ſit faciendum, aut fugiendum ; quæ dictamina ſemper,

&

& apud omnes benè conſtitutas nationes, ſunt eadem.

2. *Non debent abrogari ſine rationabili cauſa.* Sed, qnannis ad legis abrogationem benè, & laudabiliter faciendam, oon debeat ſufficere ſola voluntas legiſlatoris, & Principis, nolentis ampliùs priorem legem valere, cùm bonum publicum non ſola voluntate; ſed & ratione adminiſtrari debeat; & ideò requiratur iuſta aliqua, & rationabilis cauſa, vt notat Suarius *lib. 6. cap. 15. cit. num.* 4. ex S. Thom. *loco citato*, & omnibus communiter; non eſt tameo neceſſarium, vt huiuſmodi cauſa talis ſit, quæ per ſe iam effecerit priorem legem prorſus inutilem, aut malam; ſed ſatis eſt, ſi illam effecerit minùs vtilem, aut magis incommodam, & difficilem; & ſi per illius abrogationem vitentur maiora pericula, aut ſperentur maiora commoda, vt ſubdit idem Suar. *num.* 6.

Atque hoc eſt, quod poſtulant ſacri Canones, & iura ciuilia pro variandis humanis legibus, & ſtatutis, *cap. Non debet de conſanguinit. & affinit. & l. 2. ff. de conſtitut. Principum,* vbi aſſeritur, quòd debeat adeſſe vrgens neceſſitas, aut euidens vtilitas, & quòd variatio debeat fieri conſultiùs, & rationabiliùs, & in melius: *cap. Alma mater. de ſent. excommunic. in 6.* Neque eoim hæc, & ſimilia debent intelligi de præciſa, & rigoroſa oeceſſitate; ſed ſolùm de neceſſitate morali, & quæ talis exiſtimetur ſecundùm prudentiam, & ſolùm excludat meram, & liberam voluntatem legiſlatoris, aut Principis variantis. Et hoc ſolùm probant rationes S. Thomæ, *art. 1. cit.* quòd naturaliter hoc habeat humana ratio, vt ſolùm gradatim, & ab imperfecto perueniat ad perfectum; & ideò tam io ſpeculabilibus, quàm in operabilibus à primis inuentoribus ſcientiarum, & à primis adminiſtratoribus ciuitatum, multa ſint tradita in multis deficieotia, quæ poſteà ab aliis fuetuot correcta. Et quod videmus iam contigiſſe in primis legumlatoribus, hoc idem poſſit contingere, etiam in aliis ooſtrorum temporum, cùm non omnes ex ſe poſſint omnia cooſiderare; & prætereà, quòd hoc idem poſtulent mores hominum, qui facilè deprauantur, & corrumpuntur; & ideò pro diuerſis temporibus, diuerſis legibus, ac regulis indigent; & quibus vno tempore poteſt eſſe conueniens, v.g. vt per ſe ipſi eligant Magiſtratus, ſi ſint benè moderati, & graues, & communis booi, & vtilitatis amantes, iiſdem alio tempore poteſt per aliam legem conoenienter adimi talis poteſtas, vt, v.g. ſi iam ſint deprauati, & ſuffragium venale habeant, & regimen commuoitatis committant flagitioſis, & ſceleratis, vt benè explicat S. Auguſt. *lib. 1. de lib arb. cap. 6. cit.*

3. *Neque de facili.* Cæterùm, quia etiam ex mutationibus legum poſſunt accidere plura incommoda, & communiter accidit, vt multùm minuatur de vi obligatiua, & conſtrictiua legis, vt loquitur S. Thom. 1. 2. *quæſt. 97. cit. art. 2.* cùm hæc plurimùm pendeat ex illius firmitate, & ſtabilitate, qoam paulatim acqoirit per mores vtentium, & per conſuetudinem, quæ inducitur ad illam ſeruandam, non eſt de facili veniendum ad huiuſmodi mutationes; &, vt habet Ariſt. 2. *Politic. cap. 6. in fine*, melius eſt, vt tolerentur quædam errata legiſlatorum, & Magiſtratuum, quàm vt per crebras mutatiooes inducatur aſſuefactio legibus noo parendi, & parui illas faciendi; quia alioqui per multas mutationes parua fiet acceſſio vtilitatis; & aſſuefactio legibus non parendi, plùs nocebit, quàm poſſit prodeſſe crebra correctio: & rectè concludit S. Thom. *art. 2. cit.* quòd nunquam debet mutari lex, niſi tantùm vtilitatis ex vna parte recompenſetur bono communi; quantùm ex altera derogatur per diminutionem ſtabilitatis, & firmitatis in legibus, & per aſſuefactionem minùs illis parendi.

Neque in hac re poteſt tradi certior regula, quàm, vt prudenti iudicio ſit expendenda materia legis, quæ eſt abroganda, & grauitas cauſæ, quæ impellit, aut mouet ad abrogandum, vt notat Suar. *lib. 6. de legibus, cap. 25. cit. num. 9.* nam, ſi materia ſit ex ſe variabilis, vt communiter accidit in mercibus, ac rebus venalibus, de quibus ſunt leges taxantes pretia; facilè poteſt ratione illius mutari lex, & pretium, v.g. huius, aut illius rei, modò augeri per legem, & modò minui, pro copia, aut inopia, quæ fuerit, aut noo fuerit illius rei: & ſi cauſa mutandi legẽ eſt deprehenſio alicuius erroris, qui fortè contigit, quando eſt lata, iſqoe eſt alicuius momenti, & cedit in damnum Communitatis, aut ſubditorum; ſimiliter omninò debet ratione illius mutari lex, cùm error ſemper ſit corrigendus, quãdo eſt cognitus; ſiue irrepſerit culpabiliter, & per malitiam alicuius; ſiue inculpabiliter, per ſolam inaduertentiam, aut incogitantiam, vel inconſideratiooem naturalem.

Et hoc, quod dicimus de legibus oon facilè abrogandis per quancuoque occurrentiam, aut apparentiam melioris, tam eſt verum de legibus ciuilibus, quàm de eccleſiaſticis, vt notat Sot. *lib. 1. de iuſt. quæſt. 7. art. 1. cit. concl.* 1. imò, & ſpeciali ratione eſt obſeruandum io legibus eccleſiaſticis, cùm ſit ridiculum, & ſatis abominabile dedecus, vt permittamus ooſtris temporibus inſimulari ſanctam Dei Eccleſiã, quaſi de legibus minùs prudenter, & ſanctè latis; & patiamur infringi, pro libito ſemper errantium, eas traditiones, quas antiquitùs à Patribus accepimus, vt ex Nicolao Papa habetur, *cap. Ridiculum, d. 12.* Et nemo non videt, quàm eſſet indecens hoc tempore, ſi ſolùm pro libito, & abſqoe maxima, & vrgentiſſima cauſa abrogareotur leges eccleſiaſticæ, v.g. de ieiunio quadrageſimali, de annua confeſſione, de Miſſa audienda diebus feſtis, & de aliis huiuſmodi, vt notat Reginald. *lib. 13. cap. 19. num.* 198. §. *Cæterùm.* Quanquam non eſt, quòd multùm ſimus de hoc ſolliciti, cùm Eccleſia, & Summus Põtifex in ſuis legibus, ſiue ferendis, ſiue tollẽdis, ſpecialiter rogatur à Spiritu ſancto, & non poſſit errare in iis, quæ pertinent ad fidem, & bonos mores vniuerſales; & ideò certiſſimum ſit, quòd neque poſſit per leges proponere, aut approbare id, quod eſt malum; neque prohibere, aut reprobare id, quod eſt bonum; imò, & pro illa prudentia, qua communiter pollent Summi Pontifices, & qua vtuntur in ſuo regimine; neque etiam eſt timeodum, ne leges eccleſiaſticæ nimiùm multiplicentur, aut per abrogationem inutilem nimiùm minuantur, vt notat Sot. *art. 1. cit. concl. 3.* & ex illo Suar. *lib. 6. de legib. c. 27. n. 7.* 4. *Et præſertim leges eccleſiaſticæ.*

Si tameo contingat à ſupremo legiſlatore, aut Principe, ſine rationabili cauſa legem aliquam abrogari, valida eſt abrogatio; quanuis, qui abrogat, grauiter peccet contra iuſtitiam, ſaltem legalem, qua tenetur conſulere bono communi, & illa non tollere, quæ benè ſunt cooſtituta. Ita Sot. *art. 1. cit. concl. 2. in fine*, & Suar. *cap. 25. cit. num.* 10. nam plus poteſt legiſlator, aut Princeps quoad leges tollendas, quàm poſſit quoad ponendas, cùm poteſtas tollendi ſit planè, & ſolùm ſubiecta voluntati tollentis, & operetur ad nutum illius; ſicut & poteſtas non ponendi: poteſtas verò ponendi noo dependeat à ſola voluntate; ſed etiam requirat iuſtitiam, & capacitatem ex parte materiæ; & ideò oon poſſit pro ſolo arbitratu de quacunque materia legem ferre; poſſit verò pro ſolo arbitratu 5 *Abrogatio legis ſine cauſa quomodo ſit valida.*

Digitized by Google

bitratu de quacunque materia legem auferre, auferendo,ſcilicet,eam obligationem,quam illi tribuit, quando eam tulit,& promulgauit , & quam habet lex, in quantum eſt lex humana,& huius, vel illius legiſlatoris, aut Principis , & relinquendo omnem aliam,ſi fortè habet , in quantum eſt etiam lex diuina,& naturalis.

Dicitur verò abrogatio legis ſine cauſa eſſe valida,quando fit à ſupremo legiſtatore,aot Principe: quia,ſi fiat ab alio inferiore, facilè erit inualida ex defectu poteſtatis , vt etiam *ſuprà* diximus de diſpenſatione , cùm ſemper commiſſio ad abrogandum debeat intelligi ſub conditione , quòd exiſtat ſufficiens cauſa , ſicut & intelligitur commiſſio ad diſpenſandum.

6. *Quis poſſit leges abrogare.* Atque hæc de cauſa materiali , & finali abrogationis legis : ſi verò loquamur de cauſa efficiente, & penes quem ſit poteſtas illam abrogandi , facilè patet ex dictis ſuperiùs quid ſit dicendum:certum enim eſt,quòd conditor legis poteſt abrogare ſuam legem,& quòd Superior poteſt abrogare legem inferioris,ſi illius poteſtatem plenè habet ſibi ſubiectam ; non autem inferior poteſt abrogare legem Superioris, vt etiam *ſuprà* diximus de diſpenſatione;& videre eſt apud Suar. *lib.6.de legibus, cap.*26. *num.*1.*& ſeq.* qui etiam *num.*3.rectè aſſerit,per poteſtatem eccleſiaſticam in aliquibus caſibus poſſe abrogari leges ciuiles,& laicas ; id eſt,quando vergunt in malum animæ,ad cuius bonum poteſtas ciuilis eſt plenè ſubordinata poteſtati eccleſiaſticæ;

7. *Leges ciuiles quomodo poſſint abrogari per eccleſiaſticas.* vel , quando egrediuntur proprios limites rerum merè temporalium,& diſponunt etiam de rebus ſacris,aut eccleſiaſticis , ad quas tota laïcorum poteſtas non ſe extendit. Et ex his cauſis fuiſſe ſublatas per leges canonicas plures leges ciuiles circa matrimonia,& circa concubinas, & circa præſcriptiones cum mala fide , & circa vſuras, & circa alia,videri poteſt apud Azor.*part.*1.*lib.*5.*cap.*20.*&* 21.

8. *Abrogatio poteſt fieri verbo, & ſcripto.* Quòd ſi quæras vlteriùs etiam de cauſa formali abrogationis, id eſt , de forma & modis, quibus poteſt à Principe fieri : Reſpondeo , non eſſe ſimpliciter neceſſarium, vt fiat ſcripto;ſed poſſe etiam fieri ſolis verbis , aut ſignis , quæ exprimant ſufficienter voluntatem abrogantis , vt notat Suar. *lib.* 6.*de legibus,cap.*27.*num.*1. & interdum etiam fieri per contrariam conſuetudinem legitimè inductam,& præſcriptam,vt etiam *ſuprà* diximus;quamuis communiter fiat ſcripto,id eſt,per aliam legem poſteriùs latam , & priori contrariam , aut incompoſſibilem ; & ita ſuadeant omnes illæ vtilitates, quæ habentur ex Scriptura, vt, v.g. maior certitudo,facilior promulgatio,duratio diuturnior.

Et hæc abrogatio legis prioris per legem poſteriorem,non ſolùm poteſt fieri,quando in poſteriori expreſsè fit mentio legis prioris , eáque dicitur abrogari,aut reuocari, & in poſterum non eſſe ſeruanda , aut nullam vim eſſe habitura ; ſed etiam quando expreſsè nulla fit mentio ; ſed ſolùm lex poſterior eſt priori contraria , & impoſſibilis obſeruari ſimul cum illa, vt expreſsè habetur *cap.*1.*de conſtit.in* 6.& notat ibi Gloſſ.*verb.reuocare,& verb. noſcatur,* & *l.Sed poſteriores.ff.de legibus.* cùm enim

9. *Lex poſterior abrogat priorem,quando eſt illi contraria.* Princeps non præſumatur ignorare ſuas leges , & conſtitutiones , eo ipſo, quòd per legem poſteriorem aliquid præcipit contrarium alteri, quod præceperat per priorem, cenſetur priorem reuocare,vt ex communi ſententia notat Sylu . *verb. lex, quæſt.* 28.*verſ. Tertiò tollitur.* Panorm. *in cap.Cùm acceſſiſſent.de conſtit.* Azor. *part.*1.*lib.*5.*cap.*16. *quæſt.*2. Suar. *lib.*6.*de legibus, cap.*27.*num.*3.*&* 10. & omnes communiter apud ipſos.

Si tamen lex prior eſſet iurata,rectè ſubdit Azor. *quæſt.*6. quòd non eſſet de facili cenſenda reuocata per legem poſteriorem, niſi fieret expreſſa mentio: quia, cùm iuramentum ſit vinculum longè arctiſſimum,vtpote ipſum Deum , Deique honorem reſpiciens;non eſt de facili cenſendus Princeps velle ſe illo ſoluere , & in tali caſu poſterior lex,ne eſſet inutilis,eſſet benignè interpretanda,etiam cum aliqua impropriatione verborum, vt mox dicemus;& ſi non poſſet ſaluari,quin alioqui eſſet inutilis , adhuc poſſet lex prior haberi pro reuocata , non obſtante iuramento, & non facta expreſſa mentione, vt notat Bonac. *diſp. de legibus* , *quæſt.*1.*puncto vlt. num.*1. quia Princeps, quemadmodum non præſumitur ignorare ſuas leges;ita nec præſumitur ignorare firmitatem,quam illis tribuit , aut non tribuit per iuramentum:& voluntas poſterior, ſicut poteſt directè reuocare , & vincere voluntatem priorem de priore lege ferenda ; ita & poteſt indirectè tollere iuramentum , quaſi per ſubtractionem materiæ, quæ erat ipſa lex prior , quandiu remaneret in eſſe legis,& non aliter. Si tamen iuramentum non ſolùm eſſet aſſertorium de præſenti intentione legem illam ferendi,& ſubditos obligandi;ſed etiam promiſſorium de illa non reuocanda , omninò requireret expreſſam mentionem reuocationis in lege poſteriori,vt ſubdit *ibidem* etiam Bonac. & magis eſſet inconueniens,quòd Princeps veniret contra ſuum iuramentum , quàm quòd lex poſterior remaneret inutilis ob non ſufficientem expreſſionem legis prioris , vt in re ſimili de priuilegio alicui conceſſo contra ius commune , qualificatum per clauſulam ſpecialem , reſiſtentem priuilegiis poſteriùs concedendis, & non exprimente derogationem talis iuris communis , docet Suar. *lib.*8.*de legibus,cap.*14.*n.*6.

Si ergo contingat , vt vtraque lex , id eſt,tam prior,quàm poſterior , ſit generalis , & inter ſe ſic repugnent , vt ſimul vtraque ſeruari non poſſint; omninò eſt cenſenda lex prior eſſe abrogata per poſteriorem , & voluntas poſterior legiſlatoris reuocare,& vincere voluntatem priorem, vt iam diximus. 10. *Siue vtraque ſit generalis.*

Et idem eſt,ſi contingat , vt vtraque lex ſit ſpecialis, & vtraque ſit contenta in corpore iuris , vel vtraque ſit lata à particularibus Communitatibus, aut ſtatuentibus ; & ſimiliter vtraque cum vtraque repugnantiam habeat, & contrarietatem exerceat,vt ſubdit Suar. *num.*12. ſecùs verò ex eodem Suario,ſi altera ſit in corpore iuris, & altera pertinear ad Communitates particulares , & ſit præter ius commune:quia has non præſumitur ſcire Princeps,*cap.*1.*cit.* & ideò non cenſetur illas reuocare pro ſuis Communitatibus per legem inſertam in corpore iuris , niſi in illa expreſsè apponat clauſulas derogatorias , aut reuocatorias particularium ſtatutorum , vt etiam contingit in conſuetudine particulari alicuius loci,quæ non cenſetur reuocari à Principe per legem aliquam generalem , niſi apponat expreſsè clauſulas reuocatorias , vt notat Gloſſ.*in cap.*1.*de conſtit.in* 6.*verb.noſcatur,* & ex illa Azor.*lib.*5.*c.*16.*cit.qu.*4. 11. *Siue vtraque ſit ſpecialis, & inſerta in corpore iuris.*

Et hæc abrogatio legis prioris per poſteriorem ex Sylu.*verb.lex,num.*25.*verſ. Tertiò tollitur.* & Reginald.*in praxi,lib.*13.*cap.*19.*n.*198.non impeditur ex eo , quia lex prior contineat clauſulam derogatoriam ad legem contrariam deinceps ferendam: quia Princeps tam præſumitur ſcire , & habere in ſcrinio pectoris priorem legem , quàm clauſulam derogatoriam in illa appoſitam ad legem poſteriorem ; & ideò per legem contrariam tam eſt cen-

ſendus

Digitized by Google

ſendus abrogare ipſam legem, quàm derogationem in illa contentam. Sed oppoſitum docet Panorm. *in cap. Cùm acceſſiſſent. num. 3. de conſtit.* ex Bart. & Cyno *in l. Omnes populi. ff. de iuſtitia, & iure*: & facit ex iure ciuili *l. Si quis in principio, ff. de leg. 3.* vbi dicitur, quòd ſi prima voluntas ſit derogatoria vltimæ, prævalet prima, niſi per vltimam ſpecialiter reuocetur; atque ita ad tollendam derogationem prioris voluntatis ad poſteriorem, requiritur in poſteriore ſpecialis mentio, & reuocatio. Et ex iure canonico facit *cap. Nonnulli, de reſcriptis*, vbi dicitur, quòd per literas apoſtolicas poſteriùs impetrandas, non eſt derogandum illi conſtitutioni, niſi de illa mentionem faciant. Et præterea facit manifeſta ratio: quia alioqui fruſtrà eſſet in lege priore clauſula derogatoria ad poſteriorem; & nullum omninò haberet effectum, ſi per legem poſteriorem eodem modo reuocaretur, perinde ac ſi illam clauſulam non haberet; & legiſlator, aut Princeps ſibi debet imputare, ſi fortè habuit intentionem reuocandi legem priorem, & talem reuocationem non expreſſit, vt debuit. Et quòd dicũtur in legibus, aut conſtitutionibus operari clauſulæ, quæ appellantur efficaciores, fortiores, & inſolitæ, vt, ſcilicet, derogent in futurum aliis omnibus derogationibus, & reuocationibus, neque vnquam cenſeri debeant reuocatæ, aut eſſe illis derogatum, niſi fiat de illis ipſis ſpecialis, & expreſſa, & indiuidua mentio, vt notat Mandoſ. *ad reg. 26. Cancellariæ, quæſt. 2. num. 4. & 5.* & Hieronymus Gonzales *ſuper regula 8. gloſſ. 36. & 83.* & apud illum ſæpiùs Rota, hoc idem proportionaliter dici debent operari clauſulæ ordinariæ, & communes derogatoriæ in futurum, vt, ſcilicet, non cenſeantur reuocatæ, niſi fiat expreſſa mentio, ſaltem per clauſulam generalem derogatoriam, *non obſtantibus*.

Dixi autem, per legis communis abrogationem non cenſeri abrogatas leges particulares Communitatum, quando ſunt præter ius commune: quia, ſi non ſint præter ius commune; ſed idem diſponant, atque ius ipſum commune, & Epiſcopus, v.g. ſtatutũ aliquod ſynodale extrahat de ipſo iure communi, vt Rectores, & Parochi meliùs teneant, quod ad ipſos pertinet poſterior conſtitutio, aut lex, quæ abrogat ius commune, etiam abrogat ſtatutum illud particulare, vt notat Gloſſ. *in cap. 1. ſub initium. de conſtit. in 6.* Innoc. Hoſtienſ. Archidiac. Ioan. Andr. apud Sylu. *verb. lex, n. 27.* & Reginald. *in praxi, lib. 13. cap. 19. num. 198.* quia reverà tale ſtatutum eſt ipſum ius commune, ſpecialiter propoſitum, & intimatum in tali Communitate; & ideò Princeps, dum generaliter abrogat, & pro omnibus locis tale ius commune, etiam abrogat pro tali Communitate, neque poteſt, v.g. Epiſcopus huiuſmodi generalem abrogationem iuris communis impedire, aut reſtringere pro ſua Communitate, aut diœceſi.

Quòd ſi contingat, vt neque vtraque lex ſit generalis, neque vtraque ſit ſpecialis; ſed vna ſit generalis, & altera ſit ſpecialis; videndum eſt ex his duabus rationibus, quæ cui conueniat: nam, ſi prior ſit generalis, & poſterior illi repugnans ſit ſpecialis, per hanc poſteriorem ſolùm ex parte derogabitur

12. illi priori; non autem poteſt abrogari ex toto, cùm impoſſibile ſit, vt lex ſpecialis poſterior adæquatè contrarietur legi generali priori, vel vt de illa plùs tollat, quàm habeat eum illa repugnantiam, & incompoſſibilitatem: & ideò, ſicut habet cum illa repugnantiam ſolùm ex parte; ita ſolùm ex parte illam tollit, quæ propriè eſt derogatio legis, non autem abrogatio.

Si vna lex ſit generalis, & altera ſpecialis, non abrogatur vna per alteram, ſed ſolùm limitatur.

Baldelli Theol. Moral.

Contrà verò, ſi prior lex ſit ſpecialis, & poſterior ſit generalis, neque ex toto, neque ex parte cenſeri debet eſſe reuocata lex prior; ſed potiùs è contrà iuxta legem priorem intelligi debet reſtricta, & limitata lex poſterior, & potiùs per illam derogari ex parte huic, quàm è contrà, vt ex communi ſententia notat Suar. *lib. 6. de legibus, cap. 27. num. 13.* & Sanchez *lib. 2. de matrim. diſp. 24. num. 6. & 10.* hoc enim eſt, quod habetur per regulam iuris, *cap. Generi. de reg. iuris, in 6.* dum dicitur: *Generi per ſpeciem derogatur.* Et quantùm ad hoc parum refert, ſiue ſpecies antecedat, & genus ſequatur, ſiue è contrà antecedat genus, & ſequatur ſpecies: nam *cap. 1. de reſcriptis*, habetur, quòd ſi cauſa alicuius ſpecialiter ſit commiſſa Iudicibus per Sedem apoſtolicam, ſublato remedio appellationis, & poſteà per alias literas apoſtolicas alteri parti generaliter ſit indultum, vt in qualibet cauſa poſſit liberè appellare, adhuc non debet appellatio admitti in priori cauſa, pro qua ſpecialiter erat ſublata: quia mandatum ſpeciale derogat generali: ex quo texto clarè patet, quòd derogationi generis per ſpeciem, ſiue mandati generalis per ſpeciale, non obſtat, quòd ſpecies, aut ſpeciale præcedat, & genus, aut generale ſequatur. Et contrà *cap. Quamuis tibi. de præbend. in 6.* dicitur, quòd ſi alicui detur facultas generalis conferendi beneficia certorum Clericorum, & poſteà alicui alteri detur facultas ſpecialis conferendi vnum aliquod ex dictis beneficiis, valet collatio facta per facultatem ſpecialem poſteriorem; non autem per priorem; quanuis eſſet generalis: quia facultati generali priori derogat poſterior ſpecialis. Neque obſtat, quòd illa præcedat, & hæc ſequatur. Et ratio eſt: quia, cùm in iure ſit vſitatum, vt lex generalis limitetur per ſpecialem, & vt ſpecies deroget generi, quando poteſt cum hac limitatione, & derogatione legis generalis per ſpecialem, ſiue præcedentem, ſiue ſubſequentem, vtraque lex ſaluari, & habere vſum in Communitate, hæc eſt cenſenda fuiſſe intentio legiſlatoris; non autem, vt vna per alteram abrogetur, & prorſus aboleatur: nam, vt dicitur *cap. Cùm expediat. de elect. in 6.* & *l. vnica. C. de inoffic. dotib.* & *l. Præcipimus. C. de appellat.* maximè expedit, vt concordentur iura iuribus, & vt iurium correctiones, quantùm fieri poteſt, vitentur, & iura ſemper ſuſtineantur; & hac de cauſa abrogatio legum ſemper eſt reſtringenda, vt ex Doctoribus communiter notat Suar. *lib. 6. de legibus, cap. 27. cit. n. 4.* Et ne derogatio quidem vnius legis per aliam eſt de facili admittenda: quanuis faciliùs ſit admittenda derogatio, quàm abrogatio, quando non poteſt rationabiliter vitari ſimul vtraque, vt idem ſubdit *num. 5.* Et ad hunc finem vitandi in legibus correctionem, & abſolutè non admittendi, neque abrogationem, neque derogationem, dicunt aliqui, verba legis poſterioris, in qua propriè eſt correctio, eſſe impropriãda, vt videre eſt apud Sanchez *lib. 2. de matrim. diſp. 17. num. 6.* idque ſaltem admitti poteſt, quando impropriatio non eſt magna, nec aliena ab ea ſignificatione, quæ eſt aliqualiter vſitata eſt ſecundùm iura, vt notat Suar. *lib. 6. de legibus, cap. 27. cit. num. 11.* cùm tamen alioqui magna impropriatio, & quæ ſit aliena ab omni vſu iuris, admitti non debeat, & ſit magis inconueniens, quàm ipſa correctio.

13. *Legum correctio eſt vitanda, quantùm fieri poteſt.*

14. *Ad vitandam correctionem legum, quomodo verba legis poſterioris poſſint impropriari.*

An verò, & quomodo ad legis abrogationem, aut derogationem, quando fit per aliam legem, ſit opus promulgatione, diximus *ſuprà, diſputatione 16.* & poteſt videri apud Suar. *lib. 6. de legibus, cap. 27. num. 14. & ſequentibus.* Si enim huiuſmodi lex abrogatoria

15. *Abrogatio legis quomodo requirat promulgationem.*

abrogatoria præcipiat aliquid contrariuro priori legi,ad quod ſe habeat abrogatio,quaſi conſequenter,vel etiam abſolutè præcipiat non vſum vlteriorem,& non obſeruantiam prioris legis, iodiget ſine dubio promulgatione;ſicut & aliæ leges, cùm promulgatio ſit de eſſentia cuiuſque legis,vel ſaltem ſit neceſſatia ad boc,vt obliget, & vim legis obtineat; ſed, ſi abtogatio ſolùm fiat per retractationem voluntatis Principis ,à qua vis legis dependet,non ſolùm in fieri;ſed etiam in conſeruari ; non autem fiat per legem propriè dictam,ſatis eſt,ſi Princeps quomodocunque declaret exteriùs hoioſmodi retractationem, & hæc declaratio poſteà dioulgetur ; & in tali eaſu etiam ſine aliis ſolennitatibus promulgationis , non tenebuntur ampliùs ſubditi ad illam ſeruandam,niſi fortè per accidens ratione conſcientiæ erroneæ,ſi quis hoiuſmodi retractationis, & delarationis notitiam non habuerit, vt cooelodit ibi Suar. *num.*18. & ſi huiuſmodi lex abrogata,non ſolùm fuiſſet prohibens ; ſed etiam irritans aliquem actum ; per hanc ipſam ſimplicem declarationem abrogationis factæ à Principe , deſioeret in lege ſic abrogata vis irritandi,neque actus in poſterũ eſſent ampliùs irriti, non obſtante illius ignoratione, quæ fortè eſſet in aliquo particulari,vt idem ſubdit *n.*19.

16 *Derogatio legis.* Atque ex his,quæ diximus de abrogatione, facilè poteſt intelligi,quid ſit dicendum de derogatione,quæ eſt abrogatio ſolùm ex parte , non autem in totum : quòd enim etiam hæc in humanis legibus poſſit eſſe,non eſt,quòd probetur , cùm huiuſmodi leges,tam ſecundùm ſe totas,quàm ſecundùm quaſlibet partes ſemper dependeant à poteſtate , & voluntate legiſlatoris,aut Principis;& ideò pro huius voluntate, & poteſtate, tam poſſint tolli ſecundùm ſe totas,quæ eſt abrogatio, quàm ſecundùm quaſlibet partes,quæ eſt derogatio. Verùm oon eſt de facili,& ſine rationabili cauſa veniendum ad derogationem;ſicut neque venitur ad abrogationem:quanquam ſi veniatur,cenſenda eſt valida , ſicut & abrogatio. Er ſimiliter poteſt fieri etiam derogatio,tam verbo,quàm ſcripto:& ſi fiat per aliam legem,indiget vera promulgatione ; & ſi aliter fiat, quàm per legem, ſatis habet externam declaratiooem voluntatis ipſius Principis derogantis,& per illam poteſt habere ſuos effectus,etiam quoad actuum validitatem,aut nullitatem,vt iam diximus.

Denique,de legum irritatione oon eſt, quòd fuſiùs diſputemus : cùm enim irritare legem , prout diſtinguitur à reuocare, & abrogare, ſit impedire, oe ab initio obtineat robur , & vim obligandi , vt *ſuprà* diximus *diſp.*16. & ootat Sot. *lib.* 1. *de iuſtit. quæſt.*7. *art.* 3. *concluſ.* 2. ab illo tantùm poteſt lex irritari , à quo poteſt ſic impediri ; hoc eſt, ſolùm ab illo, à quo vltimo dependet legis validitas,qualis eſt , v. g. Princeps reſpectu legum , quas condit Communitas , non habens alioqui facultatem eas condendi per ſe , aut Epiſcopus reſpectu eorum ſtatutorum , quæ condit Synodus, aut Capitulum, ſine ipſo Epiſcopo. Et quemadmodum vota, quæ ſunt leges particulares ipſorum vouentium , tunc dicuntur irritabilia , quando ſunt quaſi conditionata, & inuoluunt,ſaltem tacitè,& implicitè,etiam quoad primam obligationem,& primum eſſe, conſenſum alterius præter ipſum vouentem, vt videre eſt apud Suar. *tom.* 2. *de relig. lib.* 6. *de voto, cap.* 1. *n.* 3. ita & leges tune ſolùm ſunt irritabiles , quando in prima inſtitutione ſunt quaſi conditionatæ per conſenſum alterius , & ſic ſeruotur , vt ſolùm obligent , ſi ille conſenſerit , aut ſaltem non repugnauerit. Et quæ dicuntur communiter à Doctoribus de irritatione votorum, proportionaliter dici debent etiam de irritatione legum. 17. *De irritatione legis.*

F I N I S.

INDEX

INDEX RERVM PRÆCIPVARVM,

QVÆ CONTINENTVR HIS QVINQVE LIBRIS DISPVT. MORALIVM.

Prior numerus paginam, poſterior columnam, tertius denotat marginalem paginæ numerum; & littera, i, m, f, initium, medium, finem columnæ.

A

Abbas.

ABBATES exempti poſſunt condere leges eccleſiaſticas pro ſuis ſubditis. pag.442. col.1. n.26.i.initio.

Abbatiſſa, v. Fœmina.

Abbatiſſa noo eſt capax iuriſdictionis ſpiritualis. 442.2.1.f.

Nnn poteſt præcipere in virtute ſanctæ obedientiæ,vel in nomine Dei.443.1.3.i.

Quomodo aliquæ Abbatiſſæ dicantur aliquando in iure conſueuiſſe ſuſpendere Clericos ab officio,& beneficio.443.1.5.m.

Abbatiſſæ poteſt committi aliquis vſus iuriſdictionis ſpiritualis.443.2.9.m.

Moniales per votum nbedientiæ non poſſunt tribuere Abbatiſſæ iuriſdictionem.444.1.10.i.

De potentia abſnluta poteſt Abbatiſſa eſſe capax iuriſdictionis eccleſiaſticæ.444.1.11.i.

Abrogatio, v. Lex.

De legis abrogatione. 610.2.& ſeq.

Abſens, Abſentia.

Nomen abſentiæ, & nomen præſentiæ in iure diuerſimodè ſumitur,ſecundùm diuerſas materias. 535.2.13.f.

Acidia.

Nomen acidiæ vnde dicatur. 362.1.1.i.

Acidia quomodn deſcribatur.362.1.2.m.

Quo modn ſit peccatum ſpeciale.362.1.3.f.

Eſt contra gaudium charitatis. 362.2.4.m.

Bnnum diuinom, qund eſt obiectum acidiæ, quo modo poſſit eſſe contriſtans.363.1.5.m.

Acidia eſt intrinſecè mala.363.2.7.f.

Quare inquietet potiùs vno tempore, quàm alio. 364.1.8.m.

Ex ſuo genere eſt peccatnm mortale.364 2.9.i.

Poteſt eſſe veniale ex indeliberatione. 365.1. 10.i.

Nou autem ex leuitate materiæ.365.1.11.i.

Eſt circunſtantia oeceſſariò confitenda. 365. 2.12.m.

Eſt vitium capitale.366.1.1.i.

Quæ ſiot illius filiæ.366.1.2.m.& ſeq.

Actio, Actio humana, Actus, Agens.

Actin humana tripliciter ſumitur. 2.1.1.i.

Quid requiratur ad actiooem humanam preſsè acceptam. 2.1.2.m.

Etiam actus externi poſſunt dici actio humana. 2. 1.3.m.

Etiam omiſſiones actuum poſſunt dici actio humana. 2.1.4.f.

In actionibus immanentibus aliquid eſt aſſignandum tanqoàm terminus.3.1 4.f.

Agentia neceſſaria oon dicuntur mouere ſe ipſa in finem.5.2.15.i.

Illa ſolùm agentia dicontur ſe mnuere in finem, quæ deliberant de ipſo fine, & de iis, qoæ ſuot ad finem. 7.1.4.f.

Actus volontatis aliquaodo ſunt inonluntarij ſecundùm quid. 54.2.21.i.

Ex ignorantia antecedente poſſunt actus voluntatis eſſe inuoluotarij, etiam ſimpliciter. 96. 2.10.i.

In omni actu peccati eſt aliqua ignotantia, aut peruerſitas, vel euerſio mentis.95.1.6.f.

Actus ioternos, ſi ex bono, & cooformi ad rationẽ incipiat eſſe malus, & difformis, noo poteſt eſſe ab eodem habitu. 113.2.4.f.

Actui virtutis, & vitij eſſentialiter conuenit ratio ſtudioſi, & praui.113.1.2.3.

In actibos exteriotibus bonitas, & malitia non eſt differentia eſſentialis,& per ſe. 115.1.3.f.

Ratione aduertentiæ poteſt actus ex noo bono fieri bonos,& è contrà. 116.2.6.f.

Idem actus internus inuariatos non poteſt ex bono fieri malus,aut è contrà. 117.1.7.m.

Actus virtutum,aut vitiorum, ſunt meliores, aut peiores,qoàm habitus. 124.2.& ſeq.

Vtrùm in nmni peccato, etiam omiſſionis, ſit aliquis actus.131.2.f.

Quo modo Deus poſſit præcipere creaturæ, vt ſuſpeodat omnem actum; vel prohibere, ne

vllum eliciat.137.2.24.m.

Actus, qui fiunt tempore omiſſionis, quo modo participent, aut non participent de illins malitia.138.2.30.f.

Quomodo aliqui actus dicantur mali intrinſecè, & eſſentialiter.150.2.18.f.

Quomodò in peccatis principaliùs ſe habeat ipſe actus, quàm deordinatio.156.2.5.i.

Actus, qui fiunt poſt aliquod peccatum conſummatum, ſunt per ſe peccata diſtincta.184.2.6.f.

Quomodo omnes actus morales ſint actus immanentes.218.1.8.f.

Actus virtutum non ſunt inuoluntarij conditionaliter, & ſecundùm quid ratione inconſiderationis ad eas rationes, per quas fortè impedirentur. 95.2.7.i.

Quare actus ab initio inualidus tractu temporis non conualeſcât, cùm tamen lex ab initio inualida tractu tēporis poſſit fieri valida.345.1.21.m.

Adamus.

Adamus non habuit poteſtatem ciuilem in omnes homines.463.1.14.i.

Admiratio.

Quomodo admiratio ſit ſpecies metus.56.1.4.m.

Aduena, peregrinus.

Aduena tenetur legibus loci, in quo acquirit domicilium.533.2.1.f.534.1.2.f.

Et illius, per quem tranſit, vel ad quem accedit, ſi leges ſint de iure communi.535.1.12.f.

Vel ſint communes etiam loci, à quo recedit. 536.1.15.m.

Tenetur legibus contractuum.536.1.16.f.

Et illis, quæ ſpecialiter cedunt in damnum loci, ſi violentur.536.2.19.f.

Et quando ex illarum violatione imminet ſcandalum.537.1.22.i.

Non autem tenetur alijs legibus, vel extra caſus iam dictos.537.1.23.m.

Poteſt puniri in loco tranſitus, ſi ibi committat delictum.537.1.21.i.

Poteſt ferri lex, quæ reſpiciat ſolos aduenas.536.2.20.f.

Aduena infidelis ad quas leges teneatur.538.1.27.i.

Aduertentia.

Sola obligatio, aut debitum aduertendi, non eſt ſatis ad culpam, niſi prætereà menti occurrat aliqua cogitatio de tali obligatione.97.1.13.f.

Quomodo aduertere, & debere aduertere dicantur eſſe paria.97.2.14.i.

Ratione aduertentiæ poteſt actus ex non bono fieri bonus.116.2.6.f.

Aduocatus, v. Procurator.

Aduocatus poteſt licitè ſequi opinionem probabilem circa honeſtatem ſuæ actionis. 409.2.1.f.

Non poteſt patrocinari cauſæ apertè iniuſtæ, & alioqui tenetur vtrique parti ad omnia damna. 409.2.2.f.& ſeq.

Si iuſtitia cauſæ ſit æquè probabilis pro vtraque parte, poteſt patrocinari vni contra alteram. 410.1.4.i.

Debet tamen monere clientem de iuſtitia ſolùm probabili; & alioqui tenetur ad omnia damna, ſi cliens non fuiſſet litigaturus.410.2.6.i.

Si iuſtitia cauſæ ſit minùs probabilis ex parte rei, poteſt Aduocatus vtrique parti patrocinari 410.2.7.i.

Licitè patrocinatur in omni cauſa, in qua cliens licitè perſequitur ſuum ius.411.1.8.i.

Quid debeat facere, quando patrocinatur cauſæ minùs probabili.411.1.9.m.

Nomine Aduocati quinā intelligantur.411.2.10.i.

Quomodo Clerici, aut Religioſi poſſint eſſe Aduocati.v.*Clericus, & Religioſus.*

Adulatio, v. Iactantia, Laus, Vituperium.

Adulterium.

Adulterium venit in iure nomine ſtupri.70.1.13.m.

Eſt grauius peccatum, quàm furtum.201.2.5.m.

Ægrotus.

Miniſtrare ægroto cibū, aut potū, & ex illo febrim augere, non eſt peccatum mortale.330.2.12.m.

Æmulatio, v. Zelus.

Æmulatio in quo conſiſtat, & quo modo ſit ſpecies inuidiæ.353.2.4.m.

Æmulatio quo modo ſit bona, aut mala.358.2.14.f.

Æquiuocatio.

Æquiuocatio etiam factis exhibita aliquando eſt licita.270.1.26.f.

Agonia.

Agonia quo modo ſit ſpecies metus.56.1.4.m.

Alapa.

Qui alapam conatur impingere ad ignominiam inferēdam, vtrùm poſſit licitè occidi.69.2.7.i.

Qui alapa eſt percuſſus, poteſt inſequi percuſſorem fugientem, & armis recuperare honorem. 69.2.8.m.

Metus alapæ poteſt eſſe grauis.69.2.10.f.

Alienatio.

In alienatione bonorum Eccleſiæ, qoomodo poſſit Epiſcopus diſpenſare, ſi neceſſitas vrgeat.600.1.11.i.

Capitulum Eccleſiæ cathedralis, Sede vacante, conſentit alienationi pro aliis Eccleſiis inferioribus.553.1.13.i.

Alimenta.

Alimenta aſſignata, v.g. pro paupere Italo, non poſſunt accipi ab alio paupere non Italo.100.1.m.

Alimentum non ſemper, & neceſſariò eſt quid ignobilius alito.336.1.12.f.

Ambitio, Ambitioſus.

Quo modo ambitio pertineat ad vanam gloriam, & ſit peccatum.272.1.1.f.& ſeq.

Ambitioſi communiter ſunt inuidi.355.1.11.i.

Amentia, Amentes.

Amentes poſſunt aliquando habere vſum rationis circa aliqua, & tamen non eſſe capaces peccati, aut meriti circa illa.22.1.3.m.

Amentia poteſt cōtingere pluribus modis.36.1.1.f.

Ex qua parte corporis contingat.37.1.2.i.

Maximè contingit ex humore melancholico.37.1.3.f.

Si amentia ſit totalis, & perfecta, non poteſt ſimul cum illa eſſe voluntarium.38.1.8.i.

Et idem eſt, ſi amentia ſit ſolùm ex parte, & circa vnum tantùm obiectum. 39.1.10.f.

Et quare.39.2.11.i.

Quo modo amentia poſſit contingere ſolùm circa vnum obiectum, & non circa alia.40.1.12.i.

Secundùm aliquos non poteſt quis carere vſu

rationis

rationis ſolùm circa vnum, & non circa alia. 40.2.13.i.

Quo modo amentes careant vſu rationis, etiamſi in multis deliberent. 42.1.18.m.

Si quis ex amentia non poſſit pœnitere, non propterea eſt extra ſtatum ſalutis. 42.1.19.f.

Metus amentiæ eſt metus grauis. 71.1.1.f.

Delicta, quæ committuntur in amentia, non puniuntur. 71.2.2.m.

Ex quibus ſignis poſſit colligi, & probari amentia. 36.2.i.

Fatuitas, furor, obliuio, ſeu defectus memoriæ quomodo contingant. 38.1.5.6.7.

Lucida interualla in quibuſdam amentiis quo modo contingant. 42.2.20.m.

Qui in febribus inſaniunt, quo modo ad mentem redeant, quando iam fuerint morti proximi. 42.2.21.f.

Quo modo in ſenibus poſſit contingere mentis defectus. 29.1.13.f.

Amentia poteſt contingere ex paſſione, ſi ſit vehemens. 236.2.5.f.

Quæ fiunt tempore amentiæ, poſſunt imputari ad culpam, ſi amentia habuit principium in voluntate. 239.2.4.i.

Inſania lupina aut canina, vel lycanthropia, aut cynanthropia, quo modo contingat. 333.2.4.m.

Amentes nullis legibus obligantur. 526.1.1.f. & ſeq. Dummodo non ſint tales ſolùm in aliqua certa materia. 527.1.3.i.

Licitum eſt miniſtrare amentibus cibos prohibitos. 527.1.4.i. Non tamen amentibus ſolùm in certa materia. 527.1.5.i.

Amentes non poſſunt admitti intra Monaſteria Monialium. 528.1.17.f.

Amicitia, Amor, Amor ſui.

Delicta patrata ex paſſione amoris mitiùs puniuntur. 237.1.6.m.

Amor in communi acceptus, etiam dicitur de actu appetitus ſenſitiui. 241.1.12.f.

Amor ſui eſt principium omnis peccati. 239.2.5.m. & ſequ. Hic autem amor eſt actus voluntatis. 241.1.11.i.

Amor ſui, & odiũ Dei eſt filius luxuriæ. 301.1.11.f.

Amor, vel amicitia ad alios, ſemper originat ex amore ſui. 239.2.6.f.

Amor concupiſcentiæ ſemper cauſatur ex amore amicitiæ. 240.1.8.f.

Etiam odium ſui cauſatur ex amore ſui. 240 2.9 i.

In idem recidit, quòd amor ſui, & quòd ſuperbia dicatur eſſe initium omnis peccati. 264.1.9.f.

Fama eſt diſpoſitio ad amicitiam, & infamia ad inimicitiam. 361.2.12.i.

Amor in communi acceptus etiam dicitur de actu appetitus ſenſitiui. 241.1.12.f.

Angelus.

Etiam in Angelis poteſt eſſe metus. 50.1.4.m.

Angor.

Angor, ſiue Agonia eſt ſpecies metus. 56.1.4.m.

Anima.

Anima ſecundùm S.Thomam immediatè concurrit ad omnes actus ſuarũ potẽtiarum. 236.1.3.m.

Anima rationalis habet dominium ciuile in appetitum ſenſitiuum. 122.2.8.f.

Apoſtatare.

Apoſtatare à Deo, quo modo reperiatur in omni peccato. 264.1.8.i.

Apoſtoli.

Quo modo dicantur prædicaſſe Euangelium in toto mundo. 108.2.14.i.

Appellatio.

Non poteſt appellari à Papa ad Concilium. 448.2. 14.m.

Nec ipſe Papa poteſt id per legem ſtatuere. 449 2.15.m.

Et oppoſitum eſt error. 449.1.16.f.

Non poteſt à Papa præſente appellari ad Papam futurum, vel ad Deum. 449.2.17.18.m.f.

Reus iniuſtè damnatus, tenetur appellare, ſi ſperat fructum appellationis. 587.2.34.f.

Appetitus, Appetibile.

Appetibile comparatur ad appetitum, vt primum mouens immobile. 7.2.6.i.

Appetitus ſenſitiuus ſolùm ciuiliter, non autem deſpoticè obedit voluntati. 46.2.7.i.

Quando voluntas intensè mouetur, ſemper excitat paſſionem in appetitu. 85.1.4.i.

Paſſio appetitus quo modo trahat voluntatem. 86.1.10.f.

Appetitus ſenſitiuus in homine eſt natus ſequi rationem. 122.2.7.m.

Anima habet dominium ciuile in appetitum. 46.2. 7.i. 122.2.8.f.

Archiepiſcopus, v. Epiſcopus.

Archiepiſcopus quo modo poſſit ferre leges. 440. 2.19.m.

Quo modo habeat iuriſdictionem in prouincia. 441.1.20.i.

In Synodo prouinciali ſe habet ſolùm, ſicut Decanus in Capitulo Canonicorum. 441.1.22.m.

Habet multiplicem iuriſdictionem in Epiſcopos diœceſanos. 441.2.23.i.

Quo differat à Primate, & Patriarcha. 441.2. 24.m.

Tenetur legibus Cõcilij prouincialis. 510.2.3.f.

Poteſt geſtare Crucem etiam in locis exemptis totius prouinciæ. 441.1.21.i.

Si diſpenſet ſine cauſa in legibus Concilij prouincialis, diſpenſatio eſt inualida. 610.1.17.m.

Ariſtocratia.

Ariſtocratia quo modo ſit inducta. 456.2.5.m.

Arma.

Nomine armorum etiam veniunt fuſtes, & lapides. 62.2.6.f.

Metus armorum quo modo ſit grauis. 62.2.5.m.

Licitum eſt armis recuperare honorem, eúmque compeſcere, qui contumeliãs iactat. 69.2.9 m.

Clerici non poſſunt ſpoliari armis prohibitis à Iudice laïco. 540.2.6.7.m.

Ars.

Artes quo modo deliberent. 8.2.17.f.

Metus amittendi, aut non acquirendi artem, eſt metus grauis 71.2.3.m.

Ars, vel habitus, ad quem pertinet finis, imperat aliis, ad quos pertinent media. 263.1.3.m.

Aſpectus.

Aſpectus turpes, ſi fiant cauſa delectationis, ſunt peccatum mortale. 294.1.1.m.

Ex cauſa neceſſitatis nõ ſunt peccatum. 294.2.2.i.

Ex ioco, vel ex curioſitate, quale peccatum ſint. 294.2.3.i.
Facere coram ſe nudari fœminam. 294.2.4.f.
Videre pudenda fœminæ ſub veſte tenuiſſima. 294.2.5.f.
Videre fœminam nudam breuiſſimo tempore. 294. 2.6.f.
Videre natantes nudas. 295.1.7.i.
Videre ſua propria verenda.295.1.8.m.
Videre pudenda, aut copulam brutorum. 295.1. 9.m.
Aſpectus ex ſe turpes ſunt exprimendi in Confeſſione ſecũdùm propriam ſpeciem.295.1.10.f.
Sinere ſe videri ad malum finem, quomodo ſit peccatum.295.2.12.i.
Aſpectus non ex ſe turpes, non ſunt peccatum mortale.295.1.11.f.

Auaritia.

Auaritia poteſt aliquando prouenire ex prodigalitate.261.2.6.m.
Quomodo poſſit eſſe peccatum contra iuſtitiam, & contra liberalitatem.273.2.3.m.
In ſenibus quomodo ſit ſecundùm naturam.274. 1.2.i.
Quando ſit peccatum mortale.274.1.3.i.
Si auaritia ſit pura, & ſine admixtione alterius vitij, eſt ſolùm peccatum veniale.274.1.5.m.
Filiæ auaritiæ ex S.Gregor.274.1.6.f.
Quas filias auaritiæ enumeret S. Iſidorus. 274. 2.7.i.
Varij modi auaritiæ ex Ariſt.274.2.8.i.

Auditus, Audire, Auris.

Qui audit res turpes, quomodo peccet.296.2.5.f.
Qui audiendo res turpes ridet, ne ipſe irrideatur, ſolùm peccat venialiter.297.1.7.i.
Aurium aggrauatio quo differat ab excæcatione. 255.2.2.m.

B

Baculus, v. Fuſtis.

Bannum, Bannimentum.

Bannum, & Bannimentum quo differant à lege. 428.1.10.f.

Baptiſmus.

Baptiſmus ſuſceptus ex metu quomodo ſit voluntarius.55.1.22.m.
Licitum eſt ex metu graui omittere Baptiſmum in re.52.2.21.m.
Baptiſmus collatus per formam ſolùm probabilem, ex quo capite ſit illicitus.400.1.12.f.
Quomodo obligatio Baptiſmi pertineat ad paruulos.527.1.7.m.

Beatus.

Quomodo in Beatis ſit donum timoris.75.2.3.i.

Bellum, v. Miles.

Tempore belli poteſt Princeps aperire litteras ex locis finitimis.278.1.8.i.
Bellum, rixa, ſeditio, & ſchiſma quo differant 323. 2 3.4.m.f.
Iure belli quomodo acquiratur ius deſpoticum, & tanquàm in ſeruos.431.1.5.i.
Qui in bello iuſto eſt factus ſeruus, non poteſt fugere: ſi tamen fugiat, recuperat libertatem.584.1. 14.m.2.16.i.

Beneficium eccleſiaſticum, Beneficiatus.

Valet collatio beneficij, ſi fiat alicui, qui putatur valdè ſanctus, & valdè doctus, & talis non eſt. 100.1.f.
Beneficiatus, qui continuat abeſſe à Choro, peccat mortaliter.182.1.15.m.506.2.4.i.
Beneficium prohibitum conferri aliquibus ſub pœna nullitatis, validè confertur, ſi conferatur ex ignorantia talis prohibitionis.107.1.10.i.
Prouiſus de beneficio curato, aut de canonicatu, non tenetur in conſcientia reſtituere fructus, ſi fortè ex ignorantia, vel ex incogitantia omiſit profeſſionem fidei.106.1.5.i.
Qui eſt inuincibiliter dubius de ſuſpenſione à beneficio, poteſt percipere fructus.391.2.9.i.
Non poteſt quis inſtituere ſe ipſum ad dignitatem, vel ad beneficium.596.2.7.i.

Blanditiæ.

An, & quomodo blanditiæ inducant metum grauem.80.2.1.f.81.1.2.f.2.3.f.
Quod ab aliquo extorquetur blanditiis, vtrùm ſit reſtituendum.82.1.4.m.

Blaſphemia.

Si blaſphemiæ ſolùm præuideantur, vt ſecutæ ex ebrietate, non autem intendantur, non ſunt peccatum.104.1.22.f.
Qui vnica locutione blaſphemat Chriſtum, & duodecim Apoſtolos, committit plura peccata, quàm duo.182.2.3.i.

Bonitas, Bonum.

Bonitas, & malitia quomodo ſit eſſentialis in actibus internis voluntatis.114.1.2.f.
In actibus externis non eſt eſſentialis.115.1.3.f.
Quomodo bonitas dicat ſe habere conſequenter ad virtutem.118.1.4.f.
Bonum verum eſt obiectum voluntatis.121.2.4.f.
Circa bonum apparens voluntas ſolùm verſatur ex euerſione mentis.122.1.5.m.
Quomodo bonum, & malum ſint differentiæ eſſentiales actuum humanorum.150.2.17.i.
Bonum, & malum quo modo dicantur opponi contrariè.150.1.16.i.
Quare Deus ſit cauſa moralis bonitatis, non autem malitiæ.252.2.16.f.
Bonorum confiſcatio eſt pœna grauiſſima. 505. 1.13.i.

Breuitas, Breuis.

Breuis commoratio ad non contrahendam obligationem legis, quænam ſit.537.2.25.m.
Quod breui durat, reputatur quaſi non fuiſſet.537. 1.14.m.

Bruta.

Bruta magis aguntur, quàm agant ipſa ſe, & ideò non reperitur in illis perfectum voluntarium.7. 2.5.i.
Quare bruta non deliberent.11.2.7.f.
Quare in brutis non poſſit eſſe voluntarium.10. 2.5.i.24 2.2.f.
Vtrùm bruta ſtatim ab ortu habeant perfectum vſum ſuæ æſtimatiuæ.27.1.7.m.
Si brutum ab alio prouocatum faciat damnum, ad nihil tenetur dominus bruti. 325.2. 14 m.

Bulla, Bulla Cœnæ.

Promulgatio Bullæ Cœnæ quotannis facta Romæ,

est

eſt ſufficiens pro tota Eccleſia. 485.1.3.m.
Litteræ apoſtolicæ quo modo debeant recognoſci, ſi dubitetur de illis, quòd ſint falſæ. 543.1.23.m.
Executio litterarum apoſtolicarum non eſt petenda, vel expectanda, aut danda à Principe laico. 543.1.24.f.

C

Cæcitas mentis, v. Excæcatio, Mens.

Cancellaria.

Regulæ Cancellariæ vtrùm ſint proptiè lex. 485.1.2.i.
Illis non tenentur Cardinales. 574.2.8.m.

Canonicus, v. Capitulum.

Cantio, Cantus.

Cantiones turpes ex turpi delectatione ſunt peccatum mortale. 297.1.8.m.
Cantus mulierum ſunt valdè periculoſi. 298.1.3.m.

Capitulum Canonicorũ, aut Religioſorum, v. Decanus.

Capitulum Eccleſiæ cathedralis viuente Epiſcopo quo modo poſſit condere leges. 451.1.3.f.
Etiam ex conuentione, & compromiſſione ſingulorum. 451.2.5.m.
Capitulum Eccleſiæ cathedralis, Sede vacante, poteſt condere leges pro tota diœceſi. 451.2.7.f.
Succedit in totam iuriſdictionem Epiſcopi, tam in ſpiritualibos, quàm in temporalibus. 452.1.8.m.
Diſpenſat in irregularitatibus. 452.2.9.10.m.
Viſitat diœceſim. 453.1.11.i.
Dat litteras dimiſſorias. 453.1.12.i.
Reſeruat, & abſoluit caſus, & cenſuras. 453.1.14.i.
Conſentit alienationi pro Eccleſiis inferioribos. 453.1.13.i.
Reuocat ſtatuta prioris Epiſcopi, aut Synodi. 453.1.15.m.
Capitula Eccleſiarum inferiorum quo modo poſſint condere leges. 453.2.1.m.
Non poſſunt habere iuriſdictionem proptiè dictam ex ſola conuentione, & pacto ipſorum Capitularium. 454.1.3.m.
Non poſſunt ferre leges pœnales ſub cenſuris. 454.2.4.i.
Capitula Religioſorum quo modo poſſint condere leges. 454.2.6.m.

Capitis diminutio.

Capitis diminutio maxima, minor, & minima, quænam ſit. 63.1.8.i.

Capitale.

Peccata capitalia, quænam ſint, & quare ſic appellentur. 264.2.2.m.
Quare dicantur communiter peccata mortalia. 265.1.5.i.
Vnum vitium poteſt dici capitale reſpectu alterius, etiam propter ſolam cauſalitatem efficientis. 346.2.3.f.

Captiuitas, Captiuus.

Metus captiuitatis eſt grauis. 64.1.16.m.
Probabile eſt, quòd captiui apud Turcas, remigantes contra Chriſtianos excuſentur à cenſuris, & à culpa. 396.1.6.i.

Carcer.

Metus carceris eſt grauis. 64.1.17.m.
Pœna longiſſimi carceris eſt grauiſſima. 505.1.13.i.
Vtrùm liceat fugere è carcere. 494.1.20.f.
Præſertim quando eſt cum periculo vitæ. 515.1.8.i.
Vtrùm liceat fugere frangendo carceres. 517.1.17.f.
Damnatus ad mortem non tenetur fugere. 587.1.38.f.
Si quis ſit iniuſtè damnatus, licitè poteſt effringere carceres. 584.2.11.m.
Imò, ſi poteſt, etiam tenetur. 587.2.33.m.
Non tamen ſi ſit damnatus iuſtè ad ſolam pœnam pecuniariam. 584.2.12.m.
Neque ſi ſit damnatus iuſtè ad triremes, vel ad metalla, vt multi volunt. 585 1.13.m.
Quanquam ſecundùm multos id etiam eſt licitum. 585.1.15.m.
A pœna carceris, quando eſt iuſta, vtrùm liceat fugere. 585.2.16.m. & ſeq.
Qui eſt in carcere propter debita ciuilia, quæ non poteſt ſoluere. 586.1.19.i.
Qui eſt propter pœnam capitalem. 586.1.20.m.
Et quid ſi cuſtodibus immineat damnum? 586.1.21.f.
Quid, ſi carcere fracto timeatur, ne fugiant debitores ciuiles in damnum creditorum? 586.2.24.m.
Quid, ſi quis promiſit, aut iurauit non fugere? 587.1.27.m.
Vtrùm liceat dare conſilium, vel auxilium ad fugam, & ad fractionem carceris. 586.2.25.f.
Religioſus iuſtè damnatus ad carceres, non poteſt fugere. 586.1.18.i. Secùs verò, ſi ſit iniuſtè damnatus. 587.1.28.f.

Cardinalis.

Cardinalatus non eſt inſtitutus à Chriſto, neque eſt de iure diuino. 447.1.11.i.
Cardinales in ſuis titulis habent iuriſdictionem epiſcopalem, & poſſunt condere leges. 441.2.25.f.
Collegium Cardinalium, Sede vacante, quid poſſit. 446.2.9.i.
Non poteſt creare Cardinalem. 447.1.10.i.
Quo modo, Sede vacante, repræſentat totam Eccleſiam. 447.2.12.i.
Si caſu aliquo, aut peſte, Cardinales deficiant, ad quos deuoluatur electio Papæ. 447.2.13.f.
Cardinales poſſunt eſſe Conſiliarij Principum laïcorum, non autem Proteges. 564.1.28.m.
Tenentur legibus, quæ ſunt in iure canonico. 574.1.4 i.
Quomodo teneantur aliis legibus, quæ in dies emanant. 574.1.5.i.
Quibus legibus non teneantur. 574.1.6.f.
Non comprehenduntur cenſuris generaliter latis per ſententiam generalem. 574.1.7.f.
Non tenentur regulis Cancellariæ. 574.2.8.m.

Caro, v. Comedere.

Carnes humanæ non ſunt tradendæ beſtiis, etiam à Iudice. 338.1.21.f.
Neque ſacrificandæ. 338.2.22.i. Licitum eſt illis vti pro medicamento. 337.1.16.f.

Carthuſienſis Monachus.

Lex Carthuſienſium de abſtinendo à carnibus,

etiam in periculo mortis, quomodo obliget. 516.2.15.f.

Caſtitas.v.Pudicitia.

Caſtitas vnde dicatur.282.2.5.f.
Eſt oppoſita luxuriæ.282.2.4.f.
Caſtitas virginalis,vidualis,& cõiugalis.283.1.7.m.

Caupo.

Si canpo, vel alius quicunque, vinum mioiſtret, vt alius inebrietur, peccat mortaliter. 344. 1. 22.m.

Cauſa,Cauſa iudicialis.

Quo modo cauſa æquiuoca ſit ſemper perfectior ſuo effectu.126.2.7.f.
Non poteſt aliquid de nouo comparati cum alio, tanquam cauſa cum effectu, niſi cõtingat aliqua variatio in alterutro.135.2.18.i.
Ex cauſis efficientibus, & finalibus, quomodo attendatur inæqualitas peccatorum. 202. 2. & ſequent.
De cauſa efficiente peccati,ſiue intrinſeca, ſiue extrinſeca.232.2.& ſeq.
Quomodo in cauſis priuilegiatis, etiam paribus, debeat Index præferre vnam alteri.405.2.4.i.
Et quæ ſint cauſæ priuilegiatæ.405.2.5.i.
Cauſæ pro amico quænam dicantur.407.2.19.i.

Cenſus,Contractus cenſualis.

Cenſus alicubi celebrati contra Bullam Pij V. quomodo poſſiot eſſe validi.479.1.2.f.

Cenſura.

Metus cenſuræ eſt metus grauis. 73. 2.7. 1.74. 2.8.f.
Ignorantia, quæ excuſat à culpa contra aliquam legem poſitiuam, etiam excuſat à cenſuris, ſi per illam ſint latæ, tanquàm pœna.106.1.6.m.
Cenſuræ quomodo iocurrantur ex cooſcientia dubia.385.1.10.i.
Dubius inuincibiliter de cenſura, non tenetur illam ſeruare.391.2.12.m.
Dubius de iuſtitia, aut validitate cenſuræ, tenetur. 391.2.13.m.
Ad reuocationem cenſuræ requiritur aliqua declaratio exterior,neque ſufficit ſolus actus interior reuocantis.482.2.4.i.
Quomodo pueri poſt vſum rationis poſſint incurrere cenſuras,& pœnas legis.528.1.14.i.
Cenſuris generaliter latis non tenentur Cardinales.574.1.7.f.

Cerua.

Cetuæ, & damæ ſunt timidiores, quia ſanguinem habent aquoſiorem.414.1.3.i.

Charitas,v.Dilectio.

Charitas quomodo deſtruatur per peccatum mortale. 130.1.6.i.
Malitia ſpecialis contra charitatem quo modo aliquando reperiatur in peccatis contra iuſtitiam. 207.1.3.m.
Non omne, quod contrariatur actui charitatis, eſt peccatum mortale.356.2.5.f.
In materia charitatis eſt ſequenda opinio certa, & ſimpliciter tuta; non autem ſufficit opinio probabilis. 400.2.13.f.

Chriſtus,Chriſtianus.

Quomodo in Chriſto ſit donũ timoris.76.1.4.i.
Peccata Chriſtianorum quomodo cæteris paribus ſint grauiora, quàm peccata infidelium.215.2. 8.m.

Chorea.

Quando chorea ſit peccatum mortale.349.2 16.m.
Clerici, & Religioſi, & Moniales peccant mortaliter,ſi faciant choreas.349.2.17.m.

Chorus.

Beneficiatus, qui continuat abeſſe à Choro, peccat mortaliter.182.1.15.m.

Cibus,v.Comedere.

Circunſtantia.

Quæ ſint circunſtantiæ, & quomodo ex illarum ignoratione cauſetur inuoluntarium. 98.1.1.m. aut voluntarium.99.2.12.f.
Ignorantia circunſtantiarum minuit, aut tollit culpam.92.2.11.m.
Circunſtantia mali euentus, etiam præuiſi, non ſemper tribuit ſpecialem malitiam.104.1.23.
Quomodo peccata differant ſpecie ex circunſtantiis.176.2.& ſeq.
Circunſtantiæ generales non tribuunt ſpeciem, niſi directè intendantur.178.2.5.i.
Quomodo ex circunſtantiis habeatur grauitas peccati,204.2.& ſeq.
Malitia ex diuerſis circunſtantiis vtrùm ſit heterogenea.205.1.4.m.
Quòd quis ſit primus io aliquo peccato,& inducat efficaciter ſocium, quomodo ſit circunſtantia neceſſariò confitenda.179.1.8.f.

Ciuitas,v.Communitas.

De ratione ciuitatis non eſt,vt habeat Epiſcopum. 436.2.7.i.
Cinitates minores, maiores, & maximæ in iure, quæ dicantur.436.1.6.f.

Clamor.

Clamor ex Ira quãdo poſſit eſſe mortalis. 315.1.1.i.

Clementia.

Clementia quo differat à mãſuetudine.310.1.16.m.

Clericus,v.Eccleſiaſticus,Exemptio.

Clericus quomodo peccet,ſi interſit comœdiis turpibus.298.1.7 m.
Ludi theatrales non ſunt exercendi à Clericis. 348.1.7.f.
Vſus laruarum eſt illis Illicitus.348.2.9.i.
Vtrùm ſit mortalis.348.2.10.f.
Geſtatio habitus parum conuenientis ſtatui clericali, eſt peccatum mortale in Clerico.349.1. 11.i.
Non poteſt facere choreas.349.2.17.m.
Secundùm aliquos, ſi Clerici abutantur poteſtate ſpirituali, poſſunt Principes laïci illis reſiſtere. 549.2.3.m.
Clerici ſunt omninò exempti à foro laico.541.2. 17.f.
Clerici ſunt exempti à poteſtate ciuili, ſaltem io rebus ſpiritualibus,& eccleſiaſticis.539 1.2.i.
Probabile eſt, quòd in nullo ſubdantur directè poteſtati ciuili.539 1.3.i.
Quomodo teneantur legibus laicorum. 540.2.6.i. & ſeq.
Eæque tacitè approbentur, & canonizentur pro Clericis.541.1.9 & ſeq.i.
Etiam Clerici poſſunt peccare grauiter, ſi tranſ-
grediantur

gredìantur leges laïcorum.543.2.25.m.
Non poſſuot à Iudice laico ſpoliari armis prohibitis.540.2.6.7.m.
Si Clerici perniciem afferant Reipublicæ, neque Prælati remedium præbeant, quid poſſiot facere Principes laïci.542.1.18.i.
Clericatus quo modo probetur, ſi fortè in aliquo ſit dubius.554.1.19.i.
Clerici non poſſunt vocem habere in conſilio populi.562.1.11.f.
Neque eſſe Iudices io foro laïco.562.1.12.f.
Poſſunt tamen in vno, aut altero negotio patrocinari io foro laïco.564.1.26.i.
Quomodo in foro laïco poſſint iurare, aut exhibere ſolennitates.564.2.30.31.i.f.
Soli beoeficiati, aut conſtituti in ſacris, tenentur ſub peccato abſtioere à negotiis ſæcularibus, & quæ hæc ſint.562.1.13.f.2.14.i.
Clerici in minoribus non prohibentur eſſe Procuratores, vel Aduocati. 563.2.21.i.23.m.
Idem eſt etiam io Sacris, ſi non habeant, vnde viuant.563.2.24.f.
Sed non in criminalibus.563.2.25.f.
Quomodo prohibeantur eſſe miniſtri, aut famuli laicorum. 564.1.27.i.
Clericus ſeditioſus quomodo à laïcis poſſit expelli de ciuitate. 569.1.14.i.
Spoliari armis.569.1.15.m.
Capi, & duci ad ſuum Prælatum.569.2.16.i.
Puniri de crimine læſæ maieſtatis.570.1.17.i.

Coactio, Coactum.

Coactio propriè quibus agentibus conueniat. 44.1.6.i.
Quo differat coactio à neceſſitate, & violentia.43.2.5.i.
Qui ſeruat legem coactus, propriè illam non ſeruat.509.2.5.6.7.i.m.
Qui ſeruat legem coactus, vtrùm incurrat cenſuras latas per legem. 509.2.8.m.
Qui facit pœnitentiam ſacramentalem ſolùm coactus, & ab extrinſeco, oon ſatisfacit. 510.1.10.i.

Cogitatio.

Si non occurrat cogitatio de vincenda ignorantia, ſemper manet inuincibilis.101.1.2.m.

Colonus.

Coloni partiarij Clericorum, aut Eccleſiarum, non ſunt exempti à gabellis laicorum. 548.1.14.m.

Comedere.

Ex metu graui licitum eſt comedere carnes humanas.52.2.11.m.
Eſus crudarum carnium, aut humanarum, eſt quid ferinum, & poteſt aliquando prouenire ex morbo, vel ex aſſuetudine.333.1.1.2.f.
Comedere carbones, aut terram, vel carnes crudas brutorum, aut bibere ſanguinem, non eſt peccatum mortale.334.1.5.i.6.m.
Comedere carnes humanas, per ſe loquendo, eſt peccatum mortale. 335.1.5.i.& ſeq.
Poteſt tamen id eſſe licitum in extrema neceſſitate. 337.2.17.i.
Quanuis etiam tunc non ſit in præcepto. 338.1.18.i.
In caſu neceſſitatis licitum eſt porrigere etiam aliis carnes humanas.338.1.20.f.
In periculo mortis quo modo ſit licitum comedere idolothyta.517.2.19.i.
Lex Carthuſiæ de non comedendis carnibus in articulo mortis, quo modo obliget.516.2.15.f.
Inteſtina animalium poſſunt comedi die ſabbathi, vbi eſt conſuetudo.531.2.8.m.

Comœdia.

Comœdias turpes quo modo liceat, aut non liceat ſcribere, dare, audire, aut permittere. 297.2.& ſequ.

Communitas, Commune, v. Ciuitas.

Ad Communitatem perfectam requiritur dominium iuriſdictionis.436.1.3.m.
Villæ, aut loca ſine muris non ſunt Communitates perfectæ.436.1.4.m.
Quo modo Communitates poſſint ferre leges ciuiles.455.1.1.f. & ſeq.
Communitas debet habere certos terminos magnitudinis, & paruitatis.457.2.9.f.
Non poteſt eſſe vna tantùm Communitas in toto mundo.458.1.10.ſ.
Quando vrget cauſa boni communis, leges humanæ ſeruari debent, etiam cum periculo vitæ.515.2.10.i.
A Communitate deriuatur poteſtas Regis. v. *Rex.*
Si Princeps non habeat iuriſdictionem in Communitatem, verè tenetur illius legibus. 520.2.1.m.

Complex, ſocius criminis.

Quòd quis ſit primus in aliquo peccato, & inducat complicem ad ſibi conſentiendum, quo modo ſit circumſtantia neceſſariò confitenda. 179.1.8.f.

Complexio.

Complexio frigidior poteſt haberi ex morbo.414.2.6.m.
Et ex nimiis vigiliis & abſtinentiis.415.1.8.i.

Concilium generale, prouinciale, ſynodale.

Quomodo Concilium generale poſſit ferre leges eccleſiaſticas.444.2.1.2.m.f.
Non habet iuriſdictionem immediatè à Deo, ſed à Papa.444.2.3.f.
Eius leges vt obligent, indigent approbatione, & confirmatione a Papa.445.1.4.i.
Si Concilium aliquid ſtatuat diſſentientibus Papæ Legatis, aut Legati contra inſtructionem habitam à Papa, eſt nullius authoritatis.445.2.5.i.
Si Concilium, & Legati aliquid ſtatuant iuxta inſtructionem habitam à Papa, non indiget alia approbatione, aut confirmatione Papæ.445.2.7.f.
Quid poſſit Concilium in caſu ſchiſmatis. 446.1.8.m.
Concilia prouincialia, vel ſynodalia, quo modò poſſint condere leges.450.1.1.f.
Papa poteſt ſubiicere ſe Concilio generali tanquam arbitro, non tanquam iudici. 451.2.6.f.
A Papa ad Concilium non poteſt appellari. 448.2.14.m.

Concilium Tridentinum.

Declarationes Sacræ Congregationis Concilij Tridentini, vtrùm habeant vim legis. 473.1.15.m.
Concilium Tridentinum non eodem tempore incepit obligare in Indiis, & partibus remotiſſimis, atque in aliis viciniorībus.477.1.17.m.
Cœpit obligare independenter à promulgatione facta in Prouinciis. 485.1.4.m.

Quo

Quomodo ſit prohibitum interpretari Concilium Tridentinum ſine licentia Papæ.593.t.7.f.

Concordia, Concordatum.

Si laïci concordent in aliquibus cum Sede apoſtolica,non faciuot cootra immunitatem.570.2.1.i.
Concordata per Principem laïcum ſuper immunitate eccleſiaſtica, debent eſſe cum ipſo Papa;non autem ſufficit, ſi ſint cum Prælatis inferioribus. 570.2.2.m.
Quo modo concordata poſſint aliquando reuocari à Papa. 571.2.7.i.
Non autem à Principe laïco.571.2.8.f.
Concordata per alios Prælatos poſſunt per ipſos reuocari. 571.2.9.f.

Concupiſcentia,Concupiſcibilis,v.Paſſio.

Concopiſcentia non facit iouoluntarium, ſed potiùs auget voluntarium.84.1.1.f.
Concupiſcentia antecedens, conſequens,& concomitans,quæ dicatur. 85.t.3.i.
Non hoc ipſo, quòd aliquid ſit ex cõcupiſcentia,& paſſione,eſt violentũ,& inuoluntariũ.85.1.7.f.
Concupiſcentia antecedens aliqnando ex accidente facit inuoluntarium.86.1:8.i.
Concupiſcentia ſimpliciter antecedens minuit liberum.87.t.t2.i.
Concupiſcentia conſequens arguit magis voluntarium.88.1.17.i.
In eo,qni agit per concupiſcentiam,non manet voluntas,ant inclinatio ad oppoſitum.89.t.23.f.
Concupiſcentia carnis, & concupiſcentia oculorum,& ſnperbia vitæ,ſunt initium omnis peccati.24t.2.13.i.
Potentia concupiſcibilis largè accepta etiam dicitur de appetitu intellectiuo. 242.1.14.i.
Peccatum concupiſcentiæ ex S.Thoma eſt grauius, quàm peccatum iræ.308.2.8.i.

Concurſus Dei,v.Deus.

Sobtractio diuini concurſus quo modo inferat violentiam cauſis ſecundis.48.1.i.
Sententia Durandi, quòd Deus non concurrat cum cauſis ſecundis, niſi dando, & conſeruando virtutem sgendi,non poteſt defendi.249.2.4.i.

Confeſſio ſacramentalis,Confeſſarius.

Licitum eſt ex metu graoi omittere Confeſſionem ſacramentalem in re.52.2.tt.m.
Confeſſarius quo modo debeat reſpondere,ſi interrogetur, quando videt pœnitentem eſſe in conſcientia ettonea,eámque non poteſt tollere;quia timet maius aliquod ſcandalum.377.2.7.8.i.
In Confeſſione ſacramentali peccatorum dubiorũ neceſſariò eſt eligenda pars tutior.389.2.30.f.
Dubius inuincibiliter de Confeſſione benè facta, tenetur iterom confiteri. 393.2.22.m.
Confeſſarius ſolùm probabilis licitè poteſt abſoluere in caſu neceſſitatis.400.1.10.i.
Quid ſit faciendum, ſi quis io articulo mortis confiteatur eum ſola attritione cognita.401.1.14.i.
Vel ſi nolit repetere Confeſſionem informem.401. 2.15.i.
Quo mudo Coofeſſarius poſſit, aut debeat ſequi opinionẽ probabilẽ pœnitentis.402.1.5.f.& ſeq.
Confeſſarius tenetur abſoluere in articulo mortis eum,qui dedit tantummodo ſigna contritionis. 402.2.10.f.
Inualida eſt Confeſſio, ſi ex priuata ignoratione Concilij Tridentini fiat Sacerdoti non approbato.483.2.t4.i.
Pueri ſecundùm aliquos non tenentur confiteri ſemel in anno, niſi ſint proximi pubertati, vel etiam puberes.527.t.9.f.& ſeq.
Confeſſiones generales ab homine ſcropuloſo non ſunt iterandæ.423.1.9.i.
Confeſſarius quomodo poſſit ſedare conſcientiam ſcrupuloſam.423.1.12.f.

Confirmatio.

Confirmatio legis alia eſt eſſentialis, & alia accidentalis.601.t.19.m.

Confiſcatio.

Cõfiſcatio bonorũ eſt pœna grauiſſima. 505.1.13.i.
Quid operetur confiſcatio,quando eſt latæ ſententiæ.579.2.19.i.

Coniuratio,v.Machinatio.

Conſenſus.

Conſenſus ad peccatum mortale requirſtur perfectus.23.1.8.m.
Quiſnam ſit conſenſus perfectus.23.1.9.f.
Conſeoſus præſumptus impeditur per metum reuerentialem, ſaltem quando actus eſt oociuus, & præiudicialis.79.2.t6.m.
Conſenſus in actum peccati quo modo pertineat ad rationem ſuperiorem,aut inferiorem. 227.2. 4.5.m.229.t.7.m.229.2.8.f.

Conſilium,Conſiliarius.

Ad vitandum maius malum licitum eſt dare conſilium de mioore.345.1.18.m.
Licitum eſt dare conſilium ex ſententia aliena, etiam minùs probabili.4t1.2.1.f.
Idq́ue eſt verum etiã in materia iuſtitiæ.412.1.4.f.
Licitum eſt,eum, qni petit conſilium, remittere ad alium.412.2.5.i.
Conſilium, quo differat à præcepto, & quomodo poſſit dari per legem.49t.1.5.6.f.
Qui aduertit aliquem laborare conſcientia erroneą,non poteſt dare illi conſiliom de proſequenda operatione.377.2.7.i.
De actu ſolùm bono per conſcientiam erroneam non eſt dandum conſilium.383.1.8.m.
Quo modo debeat ſe gerere in tali caſu Confeſſaus.377.2.9.m.
Quo modo Clericus, ſi ſit conſiliarius,aut miniſter Principis laici, poſſit ab illo puniri,ſi delinquat in officio.571.t.5.m.

Conſcientia.

Conſcientia eſt regula humanorũ actuũ.368.t.1.m.
Quo modo poſſit deſcribi.369.1.1.i.
Eſt actus potentiæ intellectiuæ.369.1.2.i.
Teſtimonium conſcientiæ, excuſatio, accuſatio,remorſus, ioſtigatio,quid ſint. 369.1.3.& ſeq.371. 1.19.f.2.21.i.
Nomen conſcientiæ aliqoando tribuitur ſynderesi, & aliquando intellectui practico.369.1.5.f.
Conſcientia eſt iudicium practicum, & concluſio ſyllogiſmi practici.369.2.6.7.i.
Eſt dictamen particulare.370.1.8.i.
Secuodùm aliquos ſpectat ad voluotatẽ.370.2.12.i.
Secundùm Dur. eſt quid aggregatum ex intellectu, & voluntate.370 2.13.m.
Secundùm Scotum eſt habitus.370.2.14.f.
Aliquando qui habet plus ſcientiæ de re agenda, babet minus conſcientiæ.371.1.15.i.
Quo modo conſcientia dicatur inquioata,aut munda,vel etiam cauteriata.37t.1.16.i.
Non conſiſtit in habitu,aut potentia.37t.1.17.m.

Qoo

Quo modo ſit in dormientibus.371.2.20.i.

Secundùm aliquos pertinet ex parte ad intellectum ſpeculatiuum.371.2.22.m.

Vtrùm conſcientiæ actuales prodncant habitum. 371.2.24.f.

Variæ diuiſiones conſcientiæ. 372.1.1.m.373.1.7.f. 2.9.m.

Quomodo conſcientia aliquando ſit falſa, aut erronea.372.1.2.f.2.4.m.

Conſcientia eſt regula regulans ſimul, & regulata. 373.1.6.m.

Conſcientia dubia, prout dicit ſuſpenſionem actus; quo modo ſit conſcientia.373.2.8.i.

Conſcientia quando eſt certa, ſemper obligat. 373. 2.1.f.

Solùm per metaphoram dicitur ligare.374.1.3.m.

Etiam conſcientia erronea ſemper ligat. 374.2.5.f.

Conſcientia vera, & conſcientia erronea ligat diuerſimodè.375.1.6.i.

Quomodo conſcientia erronea poſſit obligare circa rem intrinſecè malam.375.1.8.f.

Conſcientia erronea non poteſt ſpecialiter, & per ſe immitti à Deo.375.2.9.m.

Non eſt peccatum agere contra conſcientiam erroneam, quando phyſicè non habetur potentia ad oppoſitum.376.1.1.i.

Conſcientia erronea, ſi non deponatur, poteſt inducere perplexitatem.376.2.3.i.

In caſu perplexitatis culpabilis, vtrùm grauiùs peccet, qui ſequitur conſcientiam erroneam, an qui non ſequitur.376.2.5.m.

Conſcientia erronea, quando eſt inuincibilis, excuſat à culpa.377.1.6.m.

Qui aduertit, alterum laborare conſcientia erronea, non poteſt dare illi conſilium de operatione continuanda.377.2.7.i.

Poteſt tamen illum relinquere in ſuo errore, ſi timeat maius ſcandalum.377.2.8.i.

Confeſſarius aliquando tenetur remouere errorem pœnitentis, & aliquando tenetur non remouere; & in tali caſu, ſi interrogetur, quomodo debeat reſpondere.377.2.9.10.m.f.

Qui inuincibiliter eſt perplexus, quo modo poſſit excuſari à culpa.378.1.11.f.

Peccatum ex conſcientia erronea eſt mortale, aut veniale, prout iudicatur per ipſam conſcientiam. 379.2.1.i.

Conſcientia erronea, ſi ſit culpabilis, ſolùm poteſt augere malitiam, non autem minuere. 379.2. 2.m.

Vtrùm ſit circunſtantia neceſſariò confitenda, quòd peccatum ſit factum ex conſcientia erronea 379.2.3.f.

Quale peccatum ſit agere contra conſcientiam, dictantem aliquid eſſe peccatum; non autem determinantem, in qua ſpecie ſit.380.1.5.m.2.6.m.

Ad malitiam actualem peccati, contra conſcientiam, debet actu haberi dictamen conſcientiæ. 380.2.7.m.

Quandonam cenſeri debeat, quòd dictamen conſcientiæ actu maneat.381.2.9.i.

Conſcientia erronea circa honeſtatem alicuius actus, verè facit illum actum eſſe honeſtum.381. 2.1.m.& 382.1.2.& ſeq.

Ex conſcientia practicè dubia non licet operari. 383.2.1.i.

Conſcientia dubia diſtinguitur à conſcientia probabili.383.2.2.m.

Quid, ſi ſtante dubietate conſcientię in ſubdito, Superior iubeat eum operari?384.2.7.m.

De actu ſolùm bono per conſcientiam erroneam, non eſt ſimpliciter gaudendum, aut dandum conſilium. 383.1.8.m.

Non eſt illicitum operari ex conſcientia dubia per dubietatem ſpeculatiuam.383.2.4.f.

In caſu conſcientiæ dubiæ quo modo ſit eligenda pars tutior.385.2.1.& ſeq.

Peccatum ex conſcientia dubia tale eſt, quale dubitatur.384.2.8.f.

Licitum eſt operari ex conſcientia probabili, etiam quando habetur actualis formido de oppoſito. 393.2.1.f.

Si formido ſit quaſi reflexa de ipſa probabilitate optoionis, non conſtituit conſcientiam probabilem, neque ex illa eſt licitum operari.394.1.5.f.

Quid requiratur ad hoc, vt conſcientia ſit probabilis.395.1.& ſeq.

Quomodo ſit deponenda conſcientia erronea, dubia, & ſcrupuloſa.423.2.5.& ſeq.

Conſtitutio.

Conſtitutio quid propriè ſit, & quo differat à lege. 428.1.6.m.

Conſuetudo.

Conſuetudo, vt fœminæ oſtentent nuda pectora, non eſt de nouo inducenda.269.2.17.i.

Conſuetudo, vt viri, & fœminæ ſe publicè oſculentur, ſi alicubi viget, non eſt reprehendenda. 269. 2.16.i.

Conſuetudo quo differat à lege.472.1.12.m.

Vtrùm conſuetudo inducatur per duos, vel tres actus.488.2.14.m.

Deſuetudo, vel non vſus quo differat à conſuetudine.489.1.16.m.

Lex per decennium non recepta non obligat. 489. 1.15.i.

Ex conſuetudine poteſt colligi obligatio legis ad culpam mortalem, aut venialem.501.2.1.m.

Conſuetudo, vt habeat vim legis, debet ſeruari ex credulitate obligationis.501.2.2.f.

Conſuetudo poteſt inducere interpretationem iuridicam legis.502.1.3.m.

Poteſt legem interpretari non ſolùm rigoroſiùs, ſed etiam benigniùs, & ſolùm ad culpam venialem. 502.2.4.i.

Poteſt aliquo modo interpretari etiam ius diuinum, & naturale.502.2.5.m.

Poteſt interpretari etiam ipſam conſuetudinem. 502.2.6.f.

Tranſgreſſio legis humanæ aliquando non eſt mortalis, niſi fiat ex conſuetudine.506.1.3.i.

Conſuetudo non excuſat à violatione immunitatis eccleſiaſticæ.567.1.7.f.

Etiamſi ſit immemorialis.567.2.8.f.

Conſuetudo non poteſt induci, aut valere contra immunitatem eccleſiaſticam. 555. 1.4.i. 568. 1.9.i.

Qui ſeruant conſuetudinem contra libertatem Eccleſiæ, ſunt excommunicati.568.1.10.m.

Quo modo conſuetudo abroget legem. 568.1.11.f.

Ad inducendam conſuetudinem poteſt ſufficere conſenſus legalis ipſius Principis.568.2.12.f.

Conſuetudo quomodocunque inducta contra immunitatem, poteſt reuocari à Papa.569.1.13.i.

Conſuetudo quo modo deſcribatur.589.2.1.f.

Virtutes, ſeu proprietates conſuetudinis quæ ſint. 590.1.3.m.

Non habet vim legis ſine conſenſu Principis. 590. 1.2.i. Et qualis conſenſus requiratur.590.2.7.i.

Non poteſt induci contra ius diuinum, aut naturale.590.1.4.f.

Benè

Benè tamen poteſt illud interpretari.590.1.5.f.
Quo modo poſſit induci contra ius gentium. 590. 2.6.i.
Debet eſſe obſeruata à maiori parte populi. 590. 2.8.f.
Legem latam ad aliquam Communitatem totalem poteſt tollere in aliqua Communitate partiali. 591.1.10.i.
Quid requiratur ad hoc, vt conſuetudo ſit rationabilis.591.1.11.i.
Conſuetudo bona, vel mala quo differat à rationabili,vel irrationabili.591.1.12.m.
Quid requiratur ad hoc, vt ſit præſcripta. 591.1. 13.m.
A quo tempore ſit computanda præſcriptio. 591. 1.14.f.
Conſuetudo in dubio non eſt cenſenda obligare. 591.2.16.i.
Dubium de obligatione conſuetudinis, ex quibus coniecturis poſſit determinari.591.2.17.m.
Conſuetudo intra quantum tempus incipiat obligare.591.2.18.m.
Conſuetudines laïcorum non obligant Clericos. 591.2.19.f.
Ad hoc, vt conſuetudo inducat nouum ius, debet ipſa eſſe inducta cum intentione obligandi.591. 2.15.i.

Contemptus.

Contemptus ſimpliciter, & contemptus ſecundùm quid, in actu obedientiæ, quo modo ſit peccatum mortale,aut veniale.271.2.9.m.
Contemptus executionis præcepti pro hîc,& nunc, poteſt eſſe ſolùm venialis.272.1.10.i.
Contemptus Dei,vel eius mandati, ſemper videtur eſſe formalis,& peccatum mortale. 272.1.11.m.
Tranſgreſſio legis ex contemptu formali, eſt ſemper mortalis.505.2.1.i.
Violari legem ex contemptu non eſt idem, atque violari ex certa ſcientia,& ex malitia,vel ex conſuetudine.506.2.7.f.& ſeq.
Quid propriè ſit violari legem ex contemptu.607. 1.9.m.
Contemptus formalis, & materialis quis ſit. 507. 2.10.i.
Malitia contemptus eſt contra iuſtitiam, aut partem poteſtatiuam illius.507.2.11.m.
Poteſt habere locum etiam circa Regulas,aut conſilia.507.2.12.m.
Contemptus formalis, ſiue perſonæ, ſiue rei, eſt ſemper mortalis.508.1.14.i.
Et quis propriè ſit.507.2.13.f.
Contemptus verò materialis communiter eſt ſolùm venialis.508.1.15.m.

Contentio.

Contentio quando ſit peccatum mortale.270.2.3.f.

Contractus.

Contractus ex metu non ſunt irriti.53.1.15.f.
Reſcinduntur tamen, quando ſunt facti ex metu graui,etiamſi talis metus non ſit cum laude virtutis,& ſine culpa.59.1.3.m.
Quo modo reſcindantur,quando ſunt facti ex metu reuerentiali cum enormi læſione.80.1.18.i.
Contractus facti in ebrietate ſunt irriti.346.1.30.i.
Leges irritantes contractus ſunt ſpecialiter promulgandæ in prouinciis.478.2.1.f.
Lege contractus,aut quaſi contractus,tenetur etiam Princeps conditor legis.519.2.3.i.
Non tamen tenetur pœna, aut ſolennitatibus ſtatutis per legem.519.2.4.5.m.f.& ſeq.
Quo modo ignorantia non excuſet à nullitate contractus, quando hæc non eſt in pœnam, ſed ſolùm propter defectum ſolennitatum.481.1.7.f.

Contrarietas.

Ad contrarietatem poteſt ſufficere etiam genus remotum.120.1.9.i.
Contrarietas in habitibus intellectus,& voluntatis, poteſt prouenire ex multis.119.2.7.m.

Contumelia,Conuicium.

Qui contumelias in aliquem iactat, poteſt armis compeſci.69.2.8.m.
Contumeliæ ſi ſolùm præuideantur,non autem intendantur vt ſecuturæ ex ebrietate, non ſunt peccatum.104.1.22.f.
Qui continuato ſermone profert in aliquem plures contumelias, vtrùm peccet plura peccata. 182.2.4.m.
Contumeliæ vtrùm differunt ſpecie.182.2.5.f.
Plures contumeliæ ſunt plura peccata numero diſtincta.183.1.6.m.
Contumelia quid propriè ſit.315.1.2.m.
Vtrùm ſit de ratione illius, vt ſit dehonoratio manifeſta.315.2.10.f.
Eſt filia iræ.315.1.3.m.
Quo differat à cōuicio,& ab improperio.315.1.6.f.
Poteſt fieri non ſolùm verbis; ſed etiam ſcriptis,& factis.315.1.4.5.f.315.2.9.m.
Contumelia quando ſit peccatum mortale, aut veniale.316.2.12.i.& ſeq.
Qui alterum dehonorauit per contumeliam, tenetur petere veniam, vel aliter illi ſatisfacere.318. 1.19.i.
Contumelia aliquando eſt repellenda 318.2.21.i.
Quo modo poſſit repelli occidendo contumeliantem.318.2.23.24.m.f.
Conuicium quid propriè ſit, & quot modis contingat.315.1.7.i.

Cor.

Induratio cordis, v.*Excæcatio.*
Cordis duritia eſt filia auaritiæ.274.2.f.
Quando ſit peccatum mortale.274.2.1.f.

Corpus.

Corpus obedit deſpoticè voluntati. 46.2.7.i.217. 1.5.f.

Crapula.

Crapula quid propriè ſit.325.1.2.i.

Creatura.

Creatura rationalis naturali inclinatione plùs diligit Deum,quàm ſe.47.2.12.m.
Quo modo creatura dicatur eſſe defectibilis, quia eſt ex nihilo.253.2.25.i.
In creaturis purè intellectualibus poteſt eſſe metus. 50.1.4.m.

Cruciatus.

Metus cruciatus corporis eſt metus grauis. 62.2. 4.m.

Culpa,v.Malitia,Peccatum.

Quo modo metus minuat culpam.52.2.12.f.
Quo modo bonarum ſit mentium, ibi culpam agnoſcere,vbi culpa non eſt.418.1.6.f.

Cupiditas.

Quo modo cupiditas dicatur à S.Paulo eſſe radix omnium malorum.261.1.4.5.

Secundùm

Secundùm aliquos,cuiuſque boni temporalis cupiditas eſt radix omnis peccati.261.1.3.i.

D

Dæmon, v.Diabolus.

Debet.

VErbum,*debet* , importat obligationem, & neceſſitatem.500.1.5.i.

Debitum, v.Obligatio.

Decanus.

Decanus Canonicorum in ordine ad aliquas leges, eſt caput Capituli.451.1.4.i.

Decalogus.

Quomodo præcepta Decalogi dicantur ſolùm eſſe præcepta iuſtitiæ.329.1.5.m.

Deciſio.

Deciſiones Rotæ ſunt ſolùm doctrinales. 473.2. 16.m.

Declaratio.

Legum declarationes quo modo indigeant ſpeciali promulgatione,ſi ſint iuridicæ.472.2.14.f.

Declarationes Concilij Tridentini vtrùm habeant vim legis.473.1.15.m.& ſeq.

Decretum.

Decretum,& lex quo differant.418.1.10.f.

Non omne,quod eſt in decreto Gratiani,habet vim legis canonicæ.451.1.2.i.

Degradatio, Degradatus.

Degradatio eſt pœna grauis.504.2 9.i.

Degradatus ſolùm verbaliter , non autem actualiter , adhuc gaudet priuilegio clericali. 548.2. 18.m.

Delectatio.

Quomodo differat à gaudio. 353.1.2.i.

Delectatio venerea, v.Luxuria.

Peccatum delectationis moroſæ eſt in ratione.227. 1.2.f.

Circa delectationem veneream quo modo non detur paruitas materiæ.283.2.& ſeq.

Delectatio venerea in quo conſiſtat, & quo modo cauſetur.285.2.5.i.

Delectatio venerea communiter eſt maior in viris, quàm in fœminis.285.2.5.m.

Delectatio venerea pertinet ad copulam maximè de propinquo.287.2.14.m.

Scribere,aut legere libros turpes ex turpi delectatione,eſt peccatum mortale.297.1.9.f.

Delectatio ex ira.

Delectatio ex ira qualis ſit.303.1.5.f.

Delegatus.

Delegatus Legati à latere poteſt ſubdelegare. 439.1.11.f.

Deliberare.

Illa ſolùm agentia dicuntur ſe mouere in finem, quæ deliberant.7.1.4.f.

Modus operandi ex deliberatione eſt perfectior. 8.1.9 i.

Ex deliberatione attenditur perfectio voluntarij.8.2.14.i.

Deliberatio non impeditur per habitus voluntatis 9.1.18.i.

Artes quo modo deliberent.8.2.17.f.

Rationes dubitandi, quòd etiam bruta deliberent. 9.2.2.m.

Deliberatio in quo propriè conſiſtat.10.2.6.f.

Potentia deliberandi vtrùm pertineat ad ſenſum. 10.1.4.f.

Quare bruta non deliberent.11.2.7.f.

Deliberatio omninò excedit facultatem cognoſcitiuam ſenſus.10.2.6.f.223.1.10.m.

Delictum, v.Inquiſitio.

Delictum,quod committitur tempore amentiæ,aut furoris,non punitur.71.2.2.m.

Quod fit in rixa,quo modo puniatur.324.2.8.m.

Quod committitur ex metu , leuiùs punitur. 52.2. 12.f.

Quod committitur ex vehementia amoris , vel ex paſſione,leuiùs punitur.87.1.14.f.

Delictum ſecretum, & cuius notitia eſt doloſè extorta,non poteſt deferri ad Iudicem. 177.1.2.i.

Nemo præſumitur fuiſſe admiſſurus delictum.388. 1.19.f.

Delictum commiſſum extra territorium,quo modo poſſit puniri in territorio 531.1.7.f.

Delictum , etiam notorium,non inducit obligationem pœnæ,niſi poſt ſententiam.583.1.2.m.

Delinquens licitè poteſt afferre, ſe Iudici ponendum.587.2.32.m.

Delicta commiſſa in ebrietate ſunt leuiora,etiamſi grauiùs puniantur. 235.1.7.i.

Deportatio, v. Exilium.

Depoſitio.

Depoſitio eſt pœna grauis.504.2.8.i.

Deriſio,v.Subſannatio.

Deriſio,& ſubſannatio eſt peccatum mortale. 350. 2.5.f.

Derogatio.

Derogatio legis quo modo poſſit contingere. 614. 1.16.m.

Deſperatio.

Deſperatio eſt filia acidiæ, & eſt peccatum mortale.367.1.5.i.

Deſuetudo, v.Conſuetudo.

Detractio, v. Infamia.

Qui vno ſermone detrahit pluribus , facit plura peccata.182.1.13.i.

Detractio ad bonum finem,eſt ſolùm materialis, & non eſt peccatum.180.2.9.i.

Detractio,& ſuſurratio,quo differant. 359.2.4.m.

Detractio poteſt fieri non ſolùm occultè,ſed etiam palam.316.1.10.m.

Eſt grauius peccatum,quàm maledictio.321.2.13.f.

Deus, v.Concurſus Dei.

Deus neque etiam indirectè eſt cauſa peccati. 17. 2.11.f.

Creatura rationalis inclinatione naturali plus diligit Deum,quàm ſe.47.2.12.m.

Subtractio diuini concurſus quomodo inferat violentiam cauſis ſecundis.48.1.i.

Deus propter peccata aliquando permittit malos Doctores.101.2.9 f.

Deus quomodo poſſit præcipere creaturæ , vt ſuſpendat

pendat omnem actum, vel prohibere,ne vllum eliciat.137.a.24.m.
Non poteſt Deus circa mala, & peccata ſuſpendere omnem actum.137.2.25.f.
Quo modo aggrauetur peccatum ex hoc,quòd fiat in perſonam magis Deo coniunctam. 212.2.4.i.
Deus neque directè, oeque indirectè eſt ſibi,vel alteri cauſa peccati.246.a.a.i.& ſeq.
Quo modo Deus aliquando dicatur io Scriptuta impellere ad malum, aut facere, vel creare malum.247.1.3.i.
Quo modo Deus dicatur compellere in peccata per potentiam.247.1.7.f.
Quo modo dicatur indurare, & excæcare.247.a.6.i.254.2.& ſeq.
Quo modo dicatur velle decernere, & præcipere aliqua,quæ ſunt peccata.247.2.7.i.
Quo modo Deus cooperans cum noſtra voluntate non ſit caoſa peccati.248.& ſeq.
Noo poteſt dici,quòd Deus non ſit cauſa actus peccati,in quantum eſt actio,& ens.249.1.3.f.
Quare Deus dicatur cauſa moralis bonitatis, non autem malitiæ.252.2.16.f.
Ex eo, quòd Deus ſit cauſa actus peccati, non eſt cauſa malitiæ.250.2.8.i.
Ex eo,quòd Deus ſit cauſa voluntatis, non eſt cauſa malitiæ.253.a.23.i.
Poreotia ad peccandũ vtrùm ſit à Deo.253.a.24.m.
Contemptus Dei, aut eius præcepti, ſemper videtur eſſe contemptus formalis, & peccatum mortale.272.1.11.m.
Deus non poteſt ſpecialiter, & per ſe immittere conſcientiam erroneam.375.a.9.m.
Circa Deum voluntas perfectiùs operatur,vt natura,quàm vt voluntas.8.2.15.m.

Diabolus.

Diabolus non eſt homini directè cauſa peccandi. 256.2.1.m.
Non inhabitat ſubſtantialiter peccantem mortaliter.257.1.a.i.
Communiter inducit ad peccandum,commouendo phantaſiam,& appetitum.257.1.3.m.
Poteſt illuminare intellectum.257.1.4.m.
Quas nouas formas, & noo priùs cognitas poſſit oſtendere.258.1.5.i.
Non poteſt inducere neceſſitatem peccandi. 258.1.6.m.
Non eſt cauſa directè omuium peccatorum. 258.a.7.i.
Sed ſolùm indirectè.258.2.8.m.
Vnicuique eſt deputatus ad oppugnandum ſuus Diabolus.259.1.10.i.
Ebrietas eſt Dæmon voluntarius, ſiue ſpoutaneus. 341.1.9.i.

Diaconiſſa,v.Fœmina.

Difformitas,Difformis.

Difformitas ad legem, vel ad naturam rationalem, quæ eſt in actu peccati,non eſt relatio realis; ſed ſolùm ex modo ſignificandi.142.2.4.m.& ſeq.

Dilectio,Diligere,v.Amor,Charitas.

Creatura rationalis naturali inclinatione plus diligit Deum,quàm ſe.47.a.12.m.

Diligentia.

Ad vincendam igoorantiam, quæ diligentia ſit neceſſariò adhibenda.101.1.3.4.
Diligeutia, quæ vni eſt ſufficiens, poteſt non eſſe ſufficiens alteri.101.a.7.m.

Dimiſſoria.

Capitulum Eccleſiæ cathedralis, Sede vacante, dat litteras dimiſſorias.453.1.12.i.

Diœceſis.

Capitulum Eccleſiæ cathedralis, Sede vacante, viſitat diœceſim.453.1.11.i.

Diſcordia.

Diſcordia quando ſit peccatum mortale.270.2.a.m.

Diſpenſatio.

Diſpenſatio quid propriè ſit.595.a.1.i.
Quo differat ab epicheia, interpretatione, abſolutione,& ſimplici facultate.595.a.a.m.
Quæ ſit materia diſpenſationis in legibus. 595.a.3.f.
Cum quibus perſonis poſſit diſpenſari.596.1.4.i.
Quo modo Superior poſſit diſpenſare etiam ſecum. 521.1.5.i.596.1.5.i.& ſeq.
Diſpenſatio poteſt dari etiam non petita. 597.2.11.m.
Diſpenſatio tacita quo modo poſſit præſumi. 597.a.12.f.
Penes quem ſit poteſtas diſpenſandi in legibus. 598.a.1.& ſeq.
Facultas diſpenſandi In legibus Superiorum non eſt præſumenda eodem modo pro Parochis, & pro Epiſcopis.600.1.13.m.
Poteſtas diſpenſandi in legibos Superiorum vtrùm ſit ordinaria,an delegata.600.1.14.m.
Quomodo inferior poſſit diſpẽſare in ſuis legibus, quando ſunt confirmatæ à Superiore.600.2.18.f.
Si confirmatio legis ſit in fauorem petentis, poteſt lex diſpenſari ab inferiore, non obſtante confirmatione Superioris.601.a.20.f.
Qua ratione diſpenſatio aliquando concedatur ſub modo,& ſub grauamine.602.2.1.& ſeq.m.
Diſpenſatio ſine cauſa eſt illicita.603.a.1.f.
Diſpenſate ſine cauſa qualis ſit culpa. 603.a.a.f. 604.1.3.m.
Peccat Princeps,ſi diſpenſet etiam ſecum ſine cauſa.604.1.4.f.
Et ſubditus ſimiliter peccat,ſi petat diſpenſari ſine cauſa.604.1.5.f.
Non tamen, ſi acceptet diſpenſationem ſponte ſibi oblatam ſine cauſa.604.a.6.i.
Quæ cauſæ ſint iuſtæ ad diſpenſationem.605.1.8.i. & ſequent.
Diſpenſatioues matrimoniales quo modo in Curia dicantur concedi ſine cauſa.604.a.7.m.
Non eſt acceptio perſonarum, ſi diſpenſetur cum nobilibus, & cum diuitibus, & noo cum aliis. 605.a.10.m.
In diſpenſationibus habenda eſt ratio meritorum. 605.a.11.m.
Maiores cauſæ requiruntur pro maioribus diſpenſationibus.605.2.12.f.
Poſſunt ſufficere plures cauſæ ſimul iunctæ,quando non ſufficiunt ſingulæ.605.a.13.f.
Diſpeoſatio irrationabiliter negata, non poteſt haberi pro coonceſſa.606.1.14.m.
Papa poteſt retrotrahere ſuam diſpenſationem, & abolere,vel caſſare effectus præteritos.598.a.a.m.
Diſpenſatio ſine cauſa in lege Superioris eſt inualida.607.1.1.i.
Inferior ſi diſpenſet ex mandato Soperioris, poteſt aliquando non multùm curare de cognitione cauſæ.607.a.3.i.
Si cauſa bona fide poretor ſufficiens, valida eſt diſpenſatio.607.a.5.f.

Si verè adſit ſufficientia cauſæ,ſed non ſit cognita, vtrùm valeat diſpenſatio.607.2.5.f.

Peccat Superior, ſi diſpenſet non cognita cauſa. 608.1.6.i.

Non autem peccat,ſi diſpenſet ex cauſa dubia. 608. 1.7.i.

Qualis debeat eſſe cognitio cauſæ ad validitatem diſpenſationis.608.1.8.f.

Diſpenſatio ſine cauſa in lege propria non eſt inualida.608.2.9.m.

Diſpenſatio iniuſta, & in damnum tertij eſt reuocanda.609.1.10.i.

Et aliquando etiam ex ſe eſt inualida.609.1.11.i.

Diſpenſatus ſine cauſa à Principe in ſuis legibus, non tenetur renunciare diſpenſationi. 609. 1. 12.f.

Princeps ſi ſecum diſpenſet ſine cauſa in ſuis legibus,inualidè diſpenſat.609.2.13.m.

Diſpenſatio ſine cauſa in lege inferioris eſt valida. 609.2.14.f.

Diſpenſatio ex falſa cauſa, ſed probata vt vera,eſt inualida.610.1.18.f.

Diſpenſatio ex cauſa vera, ſed probata per probationes falſas,eſt valida.610.1.19.f.

Peccat ſuperior, ſi diſpenſationem indebitè neget. 606.2.16.i.

Peccat ſimiliter ſi diſpenſet non cognita cauſa.608. 2.6.i.

Diſpoſitio.

Diſpoſitio ad pias cauſas facta calore iracundiæ, non reſcinditur.306.1.21.m.

Diſtantia.

Diſtantia vnius milliarij eſt modica.559.2.5.i.

Diues, Diuitiæ.

Secundùm aliquos in homine ditiſſimo metus amittendi magnam partem bonorum,poteſt non eſſe grauis.66.2.5.i.

Quomodo aggrauetur peccatum ex hoc, quòd fiat in perſonam magis diuitem, aut potentem in Communitate.213.1.6.i.

Cupiditas diuitiarum eſt radix omnium peccatorum.261.1.5.f.

Diuinatio.

Diuinatio poteſt contingere ex humore melancholico.41.2.15.i.

Doctor, Doctrina, Doctus.

Viri docti tenentur per ſe ipſos facere ſufficiens ſtudium pro vincenda aliqua ignorantia. 101. 2.6.i.

Deus propter peccata aliquando permittit malos Doctores.101.2.9.

Rudes tenentur aliquando conſulere viros doctos. 101.2.5.i.

Nouitas doctrinæ quando ſit peccatum mortale. 269.2.21.f.

Qui furtim legit argumenta ſibi proponenda in Doctoratu,quomodo peccet. 278.2.12.f.

Doctores aliquando ſequuntur alij alios,ſicut oues, & aues.395.2.2.m.

Quomodo vir doctus poſſit, aut non poſſit ſequi ſententiam aliorum contra propriam. 396.2.9.i.

Sola authoritas vnius Doctoris non facit opinionem probabilem,ſi ſit deſtituta rationibus. 396. 2.10.i.

Penes quid attendatur maior authoritas vnius Doctoris ſupra alium.397.2.18.i.

Quo modo ſit licitum conſulere plures, & plures Doctores,quouſque vnus ad voluntatem reſpondeat.398.2.2.f.

Quo modo peccent Doctores, aut Magiſtri,ſi doceant opiniones minùs probabiles, vel etiam falſas.401.2.1 & ſeq f.402.1 5.i.

Collegia, & Vniuerſitates Doctorum quo modo poſſint condere leges.455.1.8.i.

Ex interpretatione Doctorum poteſt colligi obligatio legis ad culpam mortalem,aut venialem. 502.2.7.f.

Dolor.

Dolor quomodo differat à triſtitia.353.1.2.i.

Dolus, Doli capax, v. Rationis vſus.

Quomodo ſecundùm iura non dicatur aliquis doli capax,niſi ſit proximus pubertati.28.1.11.f.

Quæ fiunt ex dolo,ſunt turpiora.202.1.11.4.

Enormis læſio in contractibus celebratis metu reuerentiali arguit dolum.78.1.18.i.

Fallacia,fraus,& dolus quo differant.175.2.5.i.

Domicilium.

Qui iam mutarunt domicilium, non tenentur ampliùs legibus loci prioris.530.2.2.i.

Niſi fortè ſint communes in vtroque loco. 530. 2.3.i.

Domicilium, aut quaſi domicilium quo modo acquiratur. 534.1.3.f.

Et quo modo amittatur. 534.2.6.i.

Etiam per quaſi domicilium acquiritur ſubiectio. 534.1.4.f.

Et Parochia.534.2.5.i.

Et poteſt haberi etiam duplex.534.2.7.m.

Domicilium in caſu dubio probatur per habitationem decem annorum.535.1.8.i.

Domicilium originis, & domicilium habitationis quo differant. 535.1.11.f.

Ad quaſi domicilium non eſt neceſſaria voluntas manendi ad maiorem anni partem. 537.2.26.f.

Dominium.

Voluntas in corpus habet dominium deſpoticum; in appetitum verò ſenſitiuum habet dominium ciuile,& regium.46.2.7.i.217.2.5.f.

Domus, v. Familia.

Donatio.

Qui donat alicui centum, ignorans,quòd teneatur totidem illi ſoluere ex iuſtitia, vtrùm ſatisfaciat ſuo debito.510.2.16.f.

Dormire, Dormiens, v. Somnus.

Dos, Contractus dotalis.

Contractus dotalis non intelligitur factus ſecundùm leges loci, in quo eſt ſcriptus; ſed loci,in quo vir habet domicilium.536.2.18.m.

Dubium, Dubietas.

Suſpicio reducitur ad dubietatem.383.2.3.f.

Quomodo in dubiis ſit eligenda pars tutior. 385. 2.& ſeq.

In dubiis nemo præſumitur obligatus. 386.2.8.i.

In materia iuſtitiæ non eſt in dubiis eligenda neceſſariò pars tutior.386.2.9.m.

In dubiis eſt benè videndum,pro quo ſtet poſſeſſio. 387.2.14.m.

Qui eſt inuincibiliter dubius de aliqua lege, non tenetur ad illam ſeruandam.390.2.1.i.

Idem eſt,ſi dubitetur de hoc,vel illo caſu,vtrùm ſit comprehenſus ſub lege.390.2.2.i.
Quid, ſi certò conſtet de lege;ſed dubitetut de excuſatione,vel exemptione à lege.390.2.3.m.
Vel vtrùm lex ſit in vſu.390.2.4.m.
Qui eſt inuincibilitet dubius de promiſſiooe, vel de voto,vel etiam de qualitate voti. 391.1.6.7.i.
Inuiocibilitet dubius in materia iuſtitiæ. 390.2.5.m.
Inuincibiliter dubius de ſuſpenſione à beneficio. 391.2.9.i.
De caſu reſeruato.391.2.10.i.
De excommunicatiooe,& ceoſura.391.2.12.m.
Vel de eius validitate.391.2.13.m.
De Confeſſione ſacramenrali facta, & abſolutiooe obtenta.393.2.22.m.
Dubium poteſt practicè depooi ad mandatum Superioris.392.2.18.m.
Dubietas in homine ſcrupuloſo, vtrùm conſeoſerit in peccatum,eſt accipienda pro certitudine,quòd non conſenſerit, & alio modo eſt facienda interpretatio in bomine dedito, & aſſueto peccatis.422.2.7.8.f.
Cenſuræ, & pœnæ quo modo iocurrantut,vel non incurrantur per actum commiſſum ex conſcientia dubia.385.1.10.i.

Duellum.

Pugna io rixa non eſt propriè duellum,quod habet anoexam excommunicationem.325.2.15.f.

Duratio.

Quo modo maior,aut minor duratio faciat ad perfectionem rei,quæ dotat.126.1.4.f.
Quod non durat, reputatur quaſi non factum.537.1.14.m.
Breuis commoratio ad non contrahendam obligationem legum illius loci, quænam ſit. 537.2.25.m.

Durandus.

Sententia Durandi, quòd Deus non concurrat cum cauſis ſecundis, niſi dando, & conſeruando virtutem agendi,non poteſt defendi.249.2.4.i.

Duritia cordis,v.Cor.

E

Ebrietas, Ebrius.

IN ebriis non poteſt eſſe voluntarium.34.2.2.m. Et quare.35.1.3.i.
Quare magis delirent, qui minùs vino tenentur. 35.1.4.m.
Grauiter ebriis quare videantur omoia circunferri,& res vna videatur duplex, & lingua oberret. 35.1.5.f.
Quare ebrietas in diuerſis hominibus aliquando faciat effectus contrarios.35.2.6.i.
Quare ebrij,ſi quid peccent,ſint digni duplici pœna.35.2.8.f.
Effectus, qui ſequuntor ex ebrietate, & fuerunt in illa præuiſi, vtrùm ſemper ſint peccata. 103.2.21.m.
Si fuerunt præuiſi, & directè intenti, ſemper ſunt peccata. 104.1.22.i.
Conuicia,& blaſphemiæ,ſi ſolùm præuideantur,vt ſecutura ex ebrietate, non autem intendantur; non ſunt peccata.104.1.22.f.
Peccata ex ebrietate non excuſantur.345.2.29.f.
Nocumentum proximi, quod præuidetur ſecutorum ex ebrietate, ſemper eſt peccatum. 104.2.24.m.
Delicta commiſſa in ebrietate ſuut leuiora, etiamſi grauiùs puniantur.235.2.7.i.
Ebrietas in quo conſiſtat.325.1.2.i.339.1.1.f.
Eſt ſpecies gulæ.339.1.2.f.
Secundùm oomen deriuatur à bria.339.2.3.f.
Etiam ex odore vini eſt vitanda.340.1.6.m.
Poteſt contingere etiam ex præſcripto Medicorum,& cauſa medicinæ.340.1.7.f.
Eſt peccatum.340.2.8.i.
Mortale.340.2.9.f.
Quis vſus rationis tollatur per ebrietatem. 341.1.10.m.
Eſt diſpar ratio iotet ebrietatem,& ſomnum,quoad tollendum vſum rationis.341.1.11.f.
Per ebrietatem priuatur quis facultate implendi præcepta.341.2.12.m.
Quare ebrietas, quando eſt minor, cauſet plura, & maiora peccata.341.2.13.f.
Etiam tunc eſt cauſa peccatorum, quando perfectè occupat vires apprehenſiuas, & motiuas.342.1.14.i.
Ebrioſus nunquam caſtus.342.2.15.i.
Ebrietas ſecreta pandit.342.2.16.i.
Eſt cauſa pluriuın morborum corporalium. 342.2.17.m.
Etiã ſemel incurſa eſt peccatũ mortale. 343.1.18.i.
Secundùm aliquos oon eſt peccatum mortale, niſi ſit aſſidua.343.1.19.i.
Et in quo caſu id poſſit admitti.343.1.20.f.
Inebriare alium, aut prouocare ad potandum, cum periculo inebriandi, eſt peccatum mortale. 344.1.21.22.i.
Ebrietas, ſi contingat ex rationabili cauſa, poteſt excuſari à culpa. 344.1.23.f.Verbi gratia,ſi quis bibat ex præſcripto Medicorum propter vomitum. ibid.24. Si omnis alius potus, prætet inebriantem,ſit illi noxius.2.25.i.Si potus inebrians præcipiatur à Tyranno ſub mortis comminatione.2.26.m.
Si quis alium inebriet ad vitandum malum maius. 345.1.27.
Signa ebrietatis quænam ſiot.346.1.31.m.
Contractus in ebrietate ſunt irriti.346.1.30.
Vnde, qui ex dono, vel ex ludo acquirit aliquid ab bomioe ebrio,tenetur reſtituere.ibidem.
Ebrietas imperfecta poteſt eſſe peccatum tantummodo veniale.346.1.32.f.
Ebrietas eſt voluntarius Dæmon.341.1.9.i.
Non eſt licitum miniſtrare ebriis cibos prohibitos.527.1.5.i.

Eccleſia, Eccleſiaſtici, v. Clericus.

Non omne peccatum, quod eſt materialiter contra locum ſacrum,eſt ſacrilegium.174.1.13.i.
Effuſio ſanguinis, aut ſeminis in Eccleſia,ſi fiat occoltè, ſecundùm aliquos non eſt ſacrilegium. 174.1.14.m.
Repræſentationes ſacræ poſſunt fieri in Eccleſia, non autem ludi theatrales.348.2.7.8.i.
Sola Eccleſia, prout dicit cœtum fidelium, poteſt eſſe vna Communitas per totum mundum. 458.2.11.m.
Non tamen poteſt ſimul haberi pro toto mundo poteſtas ſpiritualis,& temporalis.458.2.12.f.
Materia in legibus eccleſiaſticis communiter cenſenda eſt grauis.503.1.1.f.
Si Eccleſiaſtici abutantur poteſtate ſpirituali, ſecundùm aliquos poſſunt laici illis reſiſtere.549.2.3.m.

Si Eccleſiaſtici degant in terris infidelium, quoad omnia ſunt ſobditi Principibus laïcis.551.2.10.f.

Edictum.

Edictum quid propriè ſit, & quo differat à lege. 428.1.10.f.

Effectus.

Non poteſt aliquid de nouo comparati cum aliquo, vt effectus, niſi contingat in alterutro aliqua variatio.135.2.18.i.

Electio.

Electio vitiatur non ſolùm per violentiam, ſed etiam per timorem violentiæ.59.2.6.m.
Pro electionibus eſt facienda inquiſitio.280.1.6.i.
Excommunicatus dubius non poteſt eligi in Epiſcopum, aut ſimilem dignitatem.391.2.14.f.

Eleemoſyna.

Qui dat eleemoſynam ex ignorantia conſequente, quòd ille, cui dat, ſit verè pauper, non transfert in illum dominium.95.2.8.f.100.1.m.
Qui dat eleemoſynam, ignorans, quòd teneatur illam dare de bonis incertis, quæ habet apud ſe, vtrùm ſatisfaciat ſuæ obligationi.510.2.15.f.
Qui tempore ebrietatis, & ſine vſu rationis dat eleemoſynam extremè egenti, non ſeruat propriè legem eleemoſynæ.509.2.4.i.

Emphyteuta.

Emphyteuta Eccleſiæ non eſt exemptus à gabellis laïcorum.548.1.15.f.

Enormis.

Enormis læſio in contractibus celebratis metu reuerentiali, arguit dolum.80.1.18.i.

Epicheia.

Per epicheiam quo modo fiat interpretatio legis. 594.2.14.i.
Quando poſſit eſſe locus epicheiæ.594.2.15.m.
Quando eſt locus epicheiæ, non eſt opus recurrere ad Superiorem.595.1.16.i.

Epiſcopa, vel Epiſcopiſſa, v. Fœmina.

Epiſcopus, v. Archiepiſcopus.

Epiſcopus poteſt condere leges pro ſua diœceſi. 439.2.13. Neque indiget conſenſu Papæ.340.1.15. Aut Capituli, niſi in certis caſibus. 340.2.18.i.
Poteſtatem condendi leges vtrùm habeat immediatè à Deo.439.2.14.f.
De quibus non poſſit ferre leges.340.1.16.m.
Non poteſt præcipere ſuis Clericis in minoribus, vt recitent Officium B. Virginis.340.1.17.f.
Si ludat per ludum à ſe prohibitum ſub excommunicatione, non propterea illam incurrit. 521.2.10.f.
Et quid de illo, qui cum ipſo ludit tali ludo prohibito. 521.2.11.f.
Si ludat cum excommunicato à ſe, quo modo incurrat excommunicationem minorem, vel etiam maiorem.522.1.12.m.
Si communicet in crimine criminoſo. 522.1.13.14.f.
Si intra tres menſes non conſecratur, quo modo ſit priuatus Epiſcopatu.578.2.16.f.
Quo modo Epiſcopus poſſit diſpenſare in legibus Papæ.599.1.3.4.i.m.& ſeq.
Si neceſſitas vrgeat, poteſt diſpenſare in matrimonio bona fide contracto cum impedimento occulto.592.1.8.f.
In caſibus etiam ſtrictiſſimè reſeruatis. 599.2.7.m.
In votis caſtitatis & religionis.600.1.10.i.
In alienatione bonorum Eccleſiæ.600.1.11.i.
Si det beneficium Titio, quem putat valdè ſanctum, & valdè doctum, & talis non eſt, valet collatio.100.1.f.
Poſſunt laici concordare cum Epiſcopis quoad nudum aliquod miniſterium. 571.1.4.i.
Poteſt Epiſcopus diſpenſare in Conſtitutionibus ſynodalibus, etiam metropolitanis.600.1.16.f.
Si diſpenſet ſine cauſa in ſuis Conſtitutionibus ſynodalibus, etiam iuratis, diſpenſatio eſt valida. 609.2.15.f.
Quomodo inferior poſſit diſpenſare in ſuis legibus, quando ſunt confirmatæ à Superiore. 600.2.18.f.

Error.

Error, qui eſt in intellectu peccantis, communiter non eſt contra fidem.231.2.12.i.

Euchariſtia, v. Miſſa, Sacerdos.

Maior irreuerentia eſt, ſi quis communicet benè pranſus, quàm ſi communicet ſimpliciter non ieiunus. 191.2.6.i.193.2.11.f.
Quare pueri poſt vſum rationis non ſtatim teneantur præcepto Euchariſtiæ.528.1.14.i.
Euchariſtia per modum viatici poteſt tradi etiam pueris ante decimum annum.528.1.15.m.
Sacerdos Latinus inter Græcos poteſt conſecrare in fermentato, & Sacerdos Græcus inter Latinos poteſt conſecrare in azymo.531.2.10.f.

Eutrapelia.

Eutrapelia eſt virtus.351.2.9.m.
Etiam ſcurrilitas appellatur eutrapelia.351.2.8.i.
Quo modo aliqui ex Patribus dicant, iocum non decere hominem Chriſtianum.351.2.10.f.

Excæcatio mentis.

Quo modo Deus ſit cauſa excæcationis, & indurationis.247.2.6.i.254.2.& ſeq.
Aurium aggrauatio, quo differat ab excæcatione. 255.2.2.m.
Reprobus ſenſus reducitur ad excæcationem. 255.2.3.f.
Quo modo excæcatio dicatur eſſe à propria malitia, & à Diabolo.256.1.4.i.
Quo modo in prædeſtinatis excæcatio aliquando ordinetur ad ſalutem.256.1.5.m.

Excommunicatio.

Excommunicatio in iure canonico æquiparatur morti.63.2.13.m.
Metus excommunicationis, ſiue iuſtæ, ſiue iniuſtæ, quo modo ſit grauis.73.2.7.i.
Excommunicatio lata contra ſcienter legentes libros Hæreticorum, non incurritur, ſi quis legat ex ignorantia, etiam affectata, & craſſa. 103.1.17.m.
Qui ſæpiùs & continuatè communicat ciuiliter cum excommunicato vitando, peccat mortaliter. 182.1.14.i.506.2.6.m.
Excommunicatio inuincibiliter dubia impedit electionem talis excommunicati, in Epiſcopum, aut in ſimilem dignitatem.391.2.14.f.
Excommunicatio minor non indicat ſufficienter obligationē legis ad culpam mortalē. 503.2.3.i.

Excommunicatio maior, quando eſt ferendæ ſententiæ, non ſemper indicat obligationem ad mortale.503.2.4.m.

Qui communicat in crimine criminoſo cum excommunicato non vitando, non incurrit excommunicationem.522.1.14.f.

Quo modo aliquando liceat communicare cum excommunicato, quando vrget grauis aliquis metus.516.2.14.i.

Exemptio, Exemptus.

Legatus quomodo habeat poteſtatem in Regulares exemptos.438.2.6.m.

Locus exemptus, & locus extra territorium æquipatantur.532.2.15.m.

Loca Religioſorum ſunt exempta ſolùm quoad ipſos, non autem quoad alios.532.2.16.f.

Exempta Eccleſia, aut Monaſterio, quænam cenſeri debeant eſſe exempta.533.1.17.i.

Clerici ſunt exempti à poteſtate ciuili.539.1.2.i.

Bona Clericorum etiam patrimonialia ſunt exempta.544.1.1.f.2.2.i.

Quo modo poſſint bona laïcorum tranſire ad Eccleſiam cum onere ſoluendi tributa. 545.1.4.i. 2.6.i.

Onus, cum quo tranſeunt ad Eccleſiam bona laïcorum, debet eſſe inuariabile, & certum.545.2.7.f.

Clerici non tenentur ad publicas neceſſitates pontium, & viarum.546.1.9.m.

Poſſunt tamen aliquando teneri de conſenſu Epiſcopi.546.1.10.f.

Si bona Clericorum ſint indiuiſa cum laïcis, quo modo ſint exempta.547.1.12.f.

Et quid, ſi à laicis donentur Clericis, vt fiant exempta.548.1.13.i.

Clerici etiam in minoribus gaudent immunitate. 548.2.18.i.

Etiam excommunicati, non tamen degradati actualiter, nec Clerici coniugati.548.2.17.& ſeq.

Nec coloni Clericorum, aut Eccleſiarum.548.1.14.f.

Neque emphyteutæ.548.1.15.f.

Exemptio Clericorum in rebus ſpiritualibus eſt de iure diuino.549.1.2.f.

Et idem eſt de exemptione à muneribus, & negotiis profanis.549.2.4.f.

Non autem eſt de iure diuino, ſaltem primario, exemptio omnium Clericorum quoad alia. 550. 1.5.m.

Quamuis aliquo modo poſſit abſolutè concedi, quòd ſit de iure diuino iuxta modum loquendi ſacrorum Canonum, & Conciliorum.551.2.11.f. & 552.1.12.13.f.

Si Clerici degant in terris infidelium, quoad omnia ſunt ſubiecti Principibus laicis. 551. 2.10.f. Et coram Iudice laïco poſſunt conueniri. 567. 1.6.f.

Exemptio Clericorum immediatè, & proximè ſolùm eſt de iure ciuili, & canonico. 553.1.15.f.

Id tamen non poteſt ampliùs reuocari ab Imperatoribus.553.2.16.i.

Quid requiratur ad hoc, vt bona tranſeant ad Eccleſiam cum onere.546.1.8.i.

Leges laicorum contra immunitatem ſunt nullæ, & non poſſunt vnquam præſcribi. 541. 2. 14. & ſequent.

Ferre leges contra immunitatem, aut de illis dare conſilium, vel auxilium, eſt peccatum mortale, & habet annexam excommunicationem. 555. 1. 5.6.m.

Leges contra immunitatem ſunt ſtatim delendæ de libris ſub excommunicatione.555.1.7.f.& ſeq.

Quæ ſint directè contra immunitatem, & quæ indirectè.555.2.10.f.556.1.11.i.

Violatio indirecta immunitatis eſt quaſi per fraudem.556.1.12.f.

Quæ intentio requiratur ad violationem indirectam immunitatis. 556.1.13.f.

Lex moderans pompas funerum, non eſt contra immunitatem.556.2.16.f.

Quibus regulis poſſit cognoſci, quòd aliqua lex ſit contra immunitatem.554.2.& ſeq.

Si lex ſit ſpecialiter de perſonis, aut rebus eccleſiaſticis.556.2.14.m.

Si generaliter ſit de materia communi, & bona tam laicis, quàm Clericis, non eſt contra immunitatem.556.2.15.f.

Si lex ſit generaliter de materia non omnibus vtili, cenſeri debet non extendi ad Clericos. 557.1. 17.i.

Et per Prælatos eccleſiaſticos eſt procurandum, vt ſic declaretur. 557.1.18.i.

Lex prohibens, ne bona immobilia vendantur non ſubditis, eſt contra immunitatem, ſi extendatur ad Clericos.557.1.20.i.

Non eſt contra immunitatem, ſi declaret, quòd priuilegia non intelliguntur conceſſa non ſubditis. 558.1.24.i.

Nec ſi excludat à ſucceſſione bonorum ſecundogenitos, aut fœminas. 558.1.26.m.

Eſt contra immunitatem, ſi grauentur Clerici in iis, quæ ipſis competunt, non ſolùm quatenus ſunt Clerici, ſed etiam quatenus ciues, aut homines ſunt.557.1.22.f.

Leges, quæ faciunt Clericos timidiores, ſunt contra immunitatem.557.2.23.i.

Gabella impoſita carnibus, aut rebus venalibus, quæ promiſcuè emunt à Clericis, & à laicis, quo modo ſit, aut non ſit contra immunitatem. 558.2. & ſequent.

Eccleſiaſtici non tenentur ad onera perſonalia pecuniaria.561.1.& ſeq.

Neque ad onera perſonalia ſordida.561.2.4.i.

Neque ad ſuſcipiendos hoſpites, aut muros cuſtodiendos.561.2.5.m.

Et idem eſt de ſeruis, & mancipiis Eccleſiarum, & Clericorum.561.2.5.6.m.

Non autem de famulis.561.2.7.f.

Eccleſiaſtici non tenentur ad onera perſonalia honeſta.561.2.2.i.562.1.8.i.

Neque ad Magiſtratus gerendos.562.1.10.m.

Neque ad ſuſcipiendas tutelas, aut curas. 562.2. 17.m.

Si Communitas non ſit merè laïcorum, ſed mixta; poſſunt Eccleſiaſtici in illa exercere officia.562. 2.16.i.

Eccleſiaſtici ſunt exempti ab oneribus mixtis, partim realibus, & partim perſonalibus. 564.2.29.i.

Coloni Eccleſiarum, & emphyteutæ non ſunt exempti à gabellis laicorum.548.1.14.m.15.f.

Leges laicorum, quæ excludunt ſecundogenitos, aut fœminas à ſucceſſione bonorum, non ſunt contra immunitatem, ſi fortè illi ſint Clerici, aut perſonæ eccleſiaſticæ.558.1.26.m.

Ignorantia violantis immunitatem, non poteſt tribuere validitatem actui læſiuo immunitatis, ſed ſolùm poteſt excuſare à culpa. 565.2.1.f.

Publica, & communis neceſſitas non excuſat à violatione immunitatis.566.1.2.m.

Iuriſdictio non deuoluitur ad laicos, ſi Eccleſiaſtici malè illa vtantur.566.2.4.f.

Quid poſſint facere laici, ſi omnes Eccleſiaſtici male ſe gerant.567.1.5.i.

Conſuetudo

Conſuetudo non poteſt excuſare à violatione immunitatis.567.1.7.f.
Etiam immemorialis.567.2.8.f.
Imò nec poteſt induci, aut valere conſuetudo contra immunitatem.568.1.9.i.
Et qui ſeruant conſuetudinem contra immunitatem,& libertatem Eccleſiæ, ſunt excommunicati.568.1.10.m.
Vt laici licitè faciant in aliquibus contrà immunitatem ex concordatis, debent concordaſſe cum Summo Pontifice,non autem cum Prælatis inferioribus.570.2.2.m.
Niſi fortè ſit coocordatio ſolùm quoad nudum aliquod miniſterium.571.1.4.i.
Quo modo Eccleſiaſtici, quando ſunt Conſiliarij, aut Miniſtri laïcorum,poſſint puniri à laicis, in iis,quæ ſpectant ad illud officium.571.1.5.m.
Priuilegia contra immuoitatem reuocantur quotannis in Bulla Cœnæ.572.1.10.i.
Defenſio,vt excuſet à violatione immunitatis, debet eſſe ex neceſſitate,& moderata.572.2.12.i.
Et ſolùm poteſt habere locum in caſu certo. 573.1.13.m.
Conſuetudines laïeorum non obligant Eccleſiaſticos.591.2.19.f.

Exilium, Relegatio,Deportatio.

Metus exilij eſt grauis.64.2.19.m.
Exilium propriè dictum eſt deportatio, & morti æquiparatur.64.2.19.& ſeq.m.
Exilium minùs propriè dictum eſt relegatio, & eſt triplex.64.2.21.f.
Relegatio, & deportatio quo differant. 63.2.11.m.
Quid eſſent apud Romanos. 63.2.10.i.
Deportatio quid ſuperaddat ſupra relegationem. 65.1.22.m.
Interdicere aqua,& igni,quid eſſet apud Romanos. 63.2.9.i.
Pœna longi exilij eſt grauiſſima.505.1.13.i.

Expoſitus, v.Illegitimus.

Expoſiti non ſunt habendi pro illegitimis. 388. 2.24.f.
Sunt habiles,& idonei ad Ordines, & ad beneficia. 391.2.15.f.

Exultatio.

Exultatio in aduerſis, & afflictio in proſperis, quo modo ſint filiæ inuidiæ.359.2.5.m.

F

Fama.

FAma quo differat ab honore, laude, & gloria. 267.1.10.m.
Eſt diſpoſitio ad amicitiam.361.2.12.i.

Familia.

Præcepta patrisfamiliâs non ſunt lex. 433.2.9.i.
Domus, & familia noo eſt Communitas perfecta. 435.2.2.f.

Famulus.

Famuli Eccleſiæ non ſunt exempri ab omnibus oneribus perſonalibus.561.2.7.f.

Fallacia, v.Dolus.

Fallacia in materia auaritiæ quando ſit peccatum mortale.275.2.6.i.

Falſitas.

Quomodo falſitas ſit differentia per ſe aliquorum actuum rationis.115.2.4.i.

Fatuitas, v.Amentia.

Febris.

Febricitantes vident aliquando animalia in parietibus.414.2.5.i.

Feſtum.

Qui vult laborare pluries eodem die feſto,peccat mortaliter, etiamſi ſingulis vicibus non velit laborare niſi parum.181.2.11.m.
Qui vult laborare pluribus feſtis, facit plura peccata.181.2.10.m.
Qui audit Sacrum die feſto, & ignorat, quòd ſit dies feſtus,quo modo ſatisfaciat præcepto. 510. 1.12.f.

Feudum,Feudatarius.

Quo modo valeant leges Imperatorum in feudis imperialibus.465.2.7.m.
Feudatarij quomodo poſſint condere leges. 467. 1.13.f.

Fictio.

Fictio iuris non extenditur vltra caſus in iure expreſſos.536.1.14.i.

Fides diuina, Fidelis.

Leges humanæ ſunt ſeruandæ cum periculo vitæ, quando vrget cauſa fidei.515.2.9.i.
Ignorantia rerum fidei aliquando eſt pœna peccati.108.1.13.m.
Poteſt eſſe inuincibilis,etiam in homine fideli.108. 2.15.m.
Si vrgeat ſimul præceptum affirmatiuum de confitenda fide, & negatiuum de illa non neganda, vtrùm ſit vnum tantùm peccatum, an duo, ſi vtrunque ſimul violetur.172.2.9.f.
Error,qui eſt in intellectu cuiuſque peccantis,communiter non eſt contra fidem.231.21.2.i.
Quando vrget cauſa fidei,& religionis, ſeruari debent leges humanæ, etiam cum periculo vitæ. 515.1.9.f.
Si ex conſcientia erronea putetur aliqoid eſſe reuelatum, quod tale non eſt, quo modo voluntas credendi poſſit eſſe honeſta.382.1.3.m.
In rudibus qualis notitia rerum fidei poſſit ſufficere.108.2.16.f.
Peccata fidelium, cæteris paribus, ſunt grauiora, quàm infidelium.215.2.8 i.

Filius, v. Illegitimus.

Si filij maledicant parentibus, peccant mortaliter. 321.2.12.i.

Finis, Cauſa finalis.

Finis non poteſt cauſare omiſſionem, aut negationem actus,niſi mediante aliquo actu voluntatis. 136.2.21.m.
Finis ſe habet vt forma,& ratio agendi.161.2.10.i.
Coincidit cum obiecto.165.1.2.m.
Se habet vt prima principia indemonſtrabilia in ſcientiis.165.2.5.m.
Si vna res præcipiatur ad fines malos diuerſos, poteſt modò eſſe mortalis, & modò venialis. 498. 1.14.m.
Ex cauſis finalibus quo modo attendatur inæqualitas peccatorum.203.2.7.m.

Fiſcus.

Quid operetur confiſcatio,quando eſt latæ ſententiæ.579.2.19.i.

Qui impedit Iudicem, ne veniat ad ſententiam, & ad confiſcationem,ad nihil tenetur.575.2.2.m.

Fœmina.

Metus grauis quomodo dicatur cadere in virum conſtantem, non autem in conſtantem fœminam.60.2.11.i.
Fœminæ aliquando ſunt fortiores, quàm viri.60. 2.12.m.
Si fœmina ex vehementi paſſione amoris faciat alicui copiam ſui, ſecundùm aliquos non eſt infamis.87.1.7.f.
Si abſque mala intentione oſtentet nudum pectus, non peccat mortaliter.269.1.15.f.
Fœminæ prægnantes habent appetitus extraordinarios.333.1.3.m.
Fœminæ,& maximè vetulæ,ex complexionis frigiditate ſunt ſcrupuloſæ.415.1.9.m.
Vtrùm fœmina ſit capax iuriſdictionis ſpiritualis. 442.2.1.f.
Fœminæ Diaconiſſæ quæ fuerint.443.1.6.f.
Preſbyteræ,Epiſcopæ.443.2.7.8.i.
Fœminis poteſt committi aliquis vſus iuriſdictionis ſpiritualis.443.2.9.m.
De potentia abſoluta poteſt etiam fœminis delegari iuriſdictio ſpiritualis.444.1.11.m.
De potentia abſoluta poteſt fœmina ferre cenſuras. 444.1.12.
Docere in Eccleſia.442.1.13.m.
Condere leges eccleſiaſticas.444.1.13.f.
Poteſt ferre leges.444.1.14.f.467.2.16.m.
Fœminæ ſecundùm aliquos citiùs habent vſum rationis,quàm mares.28.1.10.m.
Communiter remouentur ab omnibus officiis publicis.467.2.17.f.

Fornicatio.

Fornicatio cum muliere honeſta venit in iure nomine ſtupri.70.1.13.m.
Non autem cum ſerua,aut concubina.70.2.15.i.
Eſt grauius peccatum,quàm furtum.199.1.5.m.
Fornicari cum muliere turpi eſt grauius peccatum, quàm fornicari cum pulchra.202.1.7.i.

Fortitudo,Virtus moralis.

Fortitudo indiget ira, tanquam inſtrumento. 309. 2.13.f.

Fraus,v.Dolus.

Fraus in materia auaritiæ quando ſit mortalis.275. 2.6.m.

Fuga,v.Carcer,Triremis.

Fulmen.

Qui ſunt icti fulmine, quo modo aliquando euadant fatui,& obliuioſi.38.2.8.m.

Furor,v.Amentia.

Furtum,Fur.

Furtum eſt leuius peccatum, quàm fornicatio.199. 1.5.m. Et leuius quàm adulterium.201.2.5.m.
Eſt maioris verecundiæ,quàm rapina.202.1.10.f.
Licitum eſt occidere furem ad defendendas,vel recuperandas res ſuas.324.2.10.f.
Fur nocturnus quando poſſit impunè occidi. 325. 1.11.i.

Fuſtis,Fuſtigatio.

Qui fuſtem conatur impingere ad ignominiam inferendam,poteſt licitè occidi.69.2.7.i.
Qui fuſte eſt percuſſus,poteſt inſequi percuſſorem fugiétem,& armis recuperare honoré 69.2.8.m.
Fuſtes veniunt nomine armorum.62.2.6.f.
Pœna fuſtigationis lata per legem, indicat obligationem legis ad culpam grauem.505.1.13.i.
Aliqui tamen oppoſitum ſentiunt.505.1.15.m.

G

Gabella.

QVo modo gabella impoſita carnibus, aut rebus venalibus, quæ promiſcuè emuntur à laicis, & ab Eccleſiaſticis, ſit,aut non ſit contra immunitatem eccleſiaſticam.558.2.& ſeq.
Ad iudicandum de iuſtitia, & honeſtate alicuius gabellæ, eſt maximè attendendus modus, ſub quo imponitur.559.2.7.m.
Coloni partiarij Clericorum, aut Eccleſiarum,non ſunt exempti à gabellis laicorum.548.1.14.m.
Clerici quo modo non ſint exempti, ſi negotientur.547.1.11.i.

Gaudium.

Gaudiũ quo modo differat à delectatione.353.1.2.i.

Generalis Prelatus religioſus.

Generalis Præpoſitus Religionis tenetur legibus Capituli,aut Congregationis generalis.510.2.4.f.

Genus.

Quo modo peccata dicantur mortalia, aut venialia ex proprio genere.168.2.4.i.

Geſtus.

Geſtus turpes ſunt peccatum mortale.297.1.11.f.

Gloria,v.Vana gloria.

Gloria quo differat à fama, honore, & laude. 68.2. 4.m.167.1.10.m.

Gratia,v.Charitas.

Gratianus,v.Decretum.

Grauitas,v.Peccatum.

Grauitas peccati, quæ habetur ex diuerſis circunſtantiis,vtrùm ſit heterogenea. 205.1.4.m.
Grauitas in peccato ſolùm deſumitur ex parte auerſionis à regula rationis.206.1.6.i.
Materia in legibus eccleſiaſticis communiter cenſenda eſt grauis.503.1.1.f.

Gubernator.

Gubernatores Prouinciarum quo modo poſſint condere leges.467.1.14.i.

Gula.

Gula quid propriè ſit.326.1.1.i.
Modi, ſeu ſpecies gulæ quo modo differant.326.1. 3.f.2.4.m.327.1.5.i.
Motiuum formale gulæ eſt apparens ſufficientia alimenti.327.1.6.f.
Peccatum gulæ eſt mortale, quando quis illi adhæret,vt fini vltimo.328.1.1.m.
Qui ex gula paratus eſt tranſgredi alia præcepta, dupliciter peccat.328.2.2.i.
Peccatum gulæ contra quod præceptum ſit. 328.2. 3.f.329.1.4.& ſeq.
De grauitate peccati gulæ.329.1.6.f.
Quo modo gula ſit peccatum mortale, ſi ex illa committantur alia peccata.329.2.7.& ſeq.

Peccatum

Peccatum gulæ non eſt mortale ex eo, quòd præuideatur ſecutura nocturna pollutio. 331.2.13.i.

Quo modo actus gulæ poſſit influere in pollutionem. 331.2.16.f.

De gula ferina, & beſtiali circa carnes crudas, aut humanas. 333.1.& ſeq.

Gula eſt vitium capitale, & quæ ſint illius filiæ. 346.2.& ſeq.

H

Habitus.

HAbitus voluntatis non impediunt deliberationem. 9.1.18.i.

Communiter neque minuunt liberum, & voluntarium perfectum. 87.2.16.i.

Habitus, qui ſunt in appetitu ſenſitiuo, vel in imaginatione, aut memoria, quo modo minuant rationem liberi. 109.2.2.5.m.

Habitus voluntatis poſſunt per accidens minuere rationem liberi. 109.2.4.f. 110.1.5.f.

Peccata, quæ ſimul fiunt ex habitu, & ex paſſione, vtrùm ſint leuiora. 110.1.6.f.

Si malus habitus ſit interruptus per pœnitentiam, poſſunt excuſari à culpa actus ſequentes. 110.2.7.m.

Habitui virtuoſo, aut vitioſo, vtrùm ſit eſſentialis, an accidentalis ratio virtutis, & vitij. 113.1.2.i.

Si actus internus ex bono, & conformi ad rationem incipiat eſſe malus, & difformis, non poteſt eſſe ab eodem habitu. 113.2.4.f.

In habitibus intellectus, & voluntatis oppoſitio, & contrarietas poteſt prouenire ex multis. 119.2.7.m.

Habitus non eſt melior, aut peior, quàm actus. 124.2.1.i. & ſeq.

Habitus virtutum propriè ſunt inter bona laudabilia, non autem inter bonorabilia. 126.2.5.m.

Habitus acquiſiti non ſunt cauſa principalis ſuorum actuum. 126.2.8.f.

Vtrùm habitus ſupernaturales infuſi ſint cauſa principalis ſuorum actuum. 127.1.9.i.

Peccatum ex habitu eſt peccatum ex certa malitia. 243.2.5.m.

Non tamen è contrà omne peccatum ex certa malitia eſt peccatum ex habitu. 144.2.7.m.

Habitus malus exiſtens in voluntate, aut in appetitu, ligat rationem. 244.1.6.f.

Habitus ad quem pertinet finis, imperat aliis, ad quos pertinent media. 263.1.3.m.

Geſtatio habitus parum conuenientis ſtatui clericali, eſt peccatum mortale in Clerico. 349.1.11.i.

Hæres.

Hæres delinquentis damnati per ſententiam, ſolùm tenetur ad pœnas reales, non autem ad perſonales. 587.2.35.f.

Hebetudo mentis.

Hebetudo mentis eſt filia gulæ, & poteſt aliquando eſſe peccatum mortale, diſtinctum ſpecie ab ipſa gula. 347.2.1.2.i.m.

Hiſtriones, v. Comœdia.

Qui ſuſtentant hiſtriones, & actores comœdiarum turpium, peccant mortaliter. 299.1.10.i.

Qui primi ſoluunt hiſtrionibus turpibus, peccant mortaliter. 299.1.11.i.

Homicidium, v. Rixa.

Ex homicidio, quod fit per ignorantiam concomitantem, non incurritur irregularitas. 94.1.3.i.

Qui caſu explodit bombardam, non eſt homicida, ſi aliquem occidat. 99.2.11.m.

Qui putans occidere hoſtem, occidit parentem, non eſt parricida 99.2.11.f.

Qui putat, haſtam, aut lapidem, quem ioci cauſa in alium iacit, non poſſe lædere, eúmque occidit, excuſatur ab homicidio. 99.2.12.f.

Idem eſt, ſi quis verberet amentem, vt ad mentem reducat, & caſu occidat. ibid.

Homicidium, aut nocumentum proximi, quod præuidetur ſecuturum ex ebrietate, ſemper eſt peccatum. 103.2.21.& ſeq.

Quo modo occidere innocentem ſit intrinſecè malum. 408.2.25.i.

Vna voluntas occidendi plures, vtrùm ſit plura peccata. 181.1.9.m.2.12.f.

Licitum eſt ad defendendum, vel recuperandum honorem, occidere contumeliantem, aut dehonorantem. 318.2.23.24.m.f.

Ad defenſionem honoris, & famæ. 325.1.12.i.

Licitum eſt occidere alterum ad defenſionem ſui, vel rerum ſuarum. 324.2.9.10.f.

Quo modo in rixa poſſit inculpabiliter occidi aliquis tertius. 325.2.13.i.

Irregularitas ex homicidio dubio eſt noui iuris. 387.1.12.m.

Honor, v. Contumelia.

Honor quid propriè ſit, & quo differat à gloria, & à laude. 68.2.4.m. 267.1.10.m.

Multis modis poteſt honor auferri. 69.1.5.m.

Circa amiſſionem honoris poteſt eſſe metus grauis. 69.1.6.m.

Ad defenſionem, aut recuperationem honoris licitum eſt occidere aliquem. 318.2.23.24.m.f. 325.1.12.i.

Honor quo modo dicatur eſſe præmium virtutis. 273.1.4.i.

Reſtitutio honoris poteſt remitti, & condonari; ſed talis condonatio non eſt de facili præſumenda. 318.1.20.f.

Horæ canonicæ, v. Chorus.

Qui frequenter dicit Officium pro Officio, peccat mortaliter. 506.2.5.m.

Qui recitat Horas canonicas animo tantùm legendi, vel coactus, non implet præceptum. 509.2.7.m.

Hypocriſis, v. Simulatio.

Hypocriſis ſemper eſt peccatum. 269.2.22.f.& ſeq.

Quare in Scriptura dicatur excludere à regno cœlorum. 270.1.24.i.

I

Iactantia.

QVibus modis contingat peccari mortaliter ex iactantia. 268.1.2.f.& ſeq.

Iactantia de re bona quando ſit peccatum mortale. 268.2.3.4.m.

Si ex iactantia de re bona, ſed falſa, ſequatur damnum proximo, eſt reſtituendum, & compenſandum de iuſtitia. 268.2.5.m.

Qui audit iactantiam de re mortaliter mala, quo modo peccet. 269.1.12.m.

Si cùm iactantia de re mala coniungatur actus gaudij, & complacẽtiæ, eſt duplex peccatũ. 269.1.8.i.

Cum peccato iactantiæ ſæpè coniungitur peccatum ſcandali. 269.1.10.m.

Idolothytum.

Idolothytum.

Quomodo ſit licitum in periculo mortis comedere idololothyta.517.2.19.i.

Ieiunium.

Qui vouit ieiunare qualibet ſexta feria, etiam tenetur, ſi in illá incidat Natalis Domini.100.1.m.

Qui in die ieiunij comedit carnes, & comedit ſæpiùs, ſecundùm multos facit plura peccata diſtincta numero.174.2.18.m.

Qui per vim cogitur ieiunare, non ſeruat propriè legem ieiunij.509.2.5.i.

Qui vult comedere pluries aliqoid modicum in eodem die ieiunij, peccat mortaliter.181.2.11.m.

Qui comedit ſæpiùs, & vltra bis, non peccat ſæpiùs.194.1.12.i.

Qui vnico actu voluntaris vult frangere plura ieiunia, facit plora peccata.181.2.10.m.

Licitum eſt miniſtrare amentibus cibos probibitos.527.1.4.i.& ſeq.

Pueris poſt vſum rationis non poſſunt miniſtrari lacticinia.527.2.12.m.

Qui degit Mediolani poſt diem Cinerum, licitè poteſt non ieiunare.531.2.9.f.

Qui recedit à loco obligationis ieinnij licitè poteſt extra illum etiam carnes comedere.532.1.12.f.

Etiamſi veſpere ſit futurus in loco obligationis.532.2.13.i.

Et etiamſi in loco priore non eſſet expleta Quadrageſima.532.2.14.i.

Ignorantia, v. Error.

Ignorantia concomitans, conſeqoens, antecedens, quænam ſit.90.1.1.m.

Vincibilis, aut inuincibilis.90.2.6.f.

Colpabilis, aut inculpabilis.90.2.6.f.

Ignorantia conſequens debet eſſe voluntaria.90.2.5.m.

Ad hoc, vt ignorantia, vel aliquis effectus poſitious ſit culpabilis, non eſt ſatis, ſi quomodocunque ſequatur ex re illicita, & culpabili.91.1.7.f.

Qua regula poſſit cognoſci ignorantia culpabilis.91.2.8.i.

Ignotãtia probabilis, & iuſta, quænam ſit.91.2.9.m.

Affectata, craſſa, & ſupina.91.2.10.m.

Iuris, & facti.92.1.12.f.

Prauæ diſpoſitionis, & puræ negationis.92.2.13.i.

Ignorantia concomitans non facit inuoluntarium poſitiuè, ſed ſolùm negatiuè non voluntarium.93.1.1.i.

Vtrùm ignorantia concomitans excuſet à peccato.93.1.2.f.

Quo modo ignorantia concomitans excuſet ab irregularitate homicidij, ſi hoc ex illa ſequatur.94.1.3.i.

Ignorantia conſequens non facit inuoluntarium eum actum, ad quem eſt conſequens, & eum, ad quem eſt antecedens, ſolùm facit inuoluntarium ſecundùm quid.94.1.4.f.

Non omne peccatum eſt inuoluntarium conditionaliter, & ſecundùm quid ratione ignorantiæ conſequentis.94.2.5.f.

In omni actu peccati eſt aliqua ignorantia, aut peruerſitas, & euerſio mentis.95.1.6.f.

Ignorantia antecedens facit ſimpliciter inuoluntarium.96.1.9.i.

Etiam actus internus voluntatis poteſt eſſe ſimpliciter inuoluntarius ex ignorantia antecedente.96.2.10.i.

Etiã ignorantia earũ rerum, quæ pertinent ad propriũ ſtatum, & officiũ, poteſt excoſare. 97.2.15.f.

Ignorantia, & neſcientia quo differant.90.1.2.f.

Ignorantia habitualis, & non cogitantia, vel non aduertentia actualis.92.2.14.i.

Vtrùm omnis ignorantia mortaliter culpabilis ſit affectata, craſſa, aut ſupina.92.1.11.i.

Ignorantia circunſtantiarum quo modo faciat inuoluntarium.98.1.1.f.

Quid requiratur ad hoc, vt ignorantia ſit inuincibilis, & excuſet à culpa.101.& ſeq.

Semper eſt inuincibilis, ſi non occurrat cogitatio de illa vincenda.101.1.2.m.

Ignorantia vincibilis non excuſat à culpa; ſed ſemper illam minuit aliquo modo, etiamſi ſit affectata.102.1.11.12.f.

Ignorantia culpabilis ſolùm venialiter excuſat à culpa mortali.102.2.14 i.

Non eodem modo eſt mortaliter culpabilis circa ius humanum, quo eſt circa diuinum, & naturale.102.2.15.m.

Ignorantia mortaliter culpabilis, vtrùm aliqoando excuſet à culpa mortali circa ius humanum.102.2.16.f.

Ignorantia inuincibilis ipſius pœnæ communiter non excuſat à culpa.103.1.18.f.

Ignorantia inuincibilis ipſius culpæ ſemper excoſat, etiamſi proueniat inuincibiliter ex alia culpa.103.2.19.i.

Ignorantia inuincibilis pro vno tempore, ſi pro alio euadat vincibilis, quo modo excuſet.103.2.20.f.

Ignorantia facti ſæpè eſt inuincibilis.105.1.1.m.

Quorum iurium poſſit haberi ignorantia inuincibilis.105.& ſeq.

Ignorantia iuris pro aliquibus generibus perſonarum admittitur etiã in foro externo. 101.2.3.m.

Ignorantia, qoæ excuſat à culpa contra aliquam legem, excuſat etiam à pœna per illam legem ſtatuta.106.1.6.m.588.2.4.m.

Ignorantia quo modo poſſit probari in foro externo.105.2.4.f.

A pœna legis purè pœnalis, quæ ignorantia excuſet.588.2.5.m.

A pœnis iuris canonici communiter non excuſat illarum ignorantia.589.1.11.f.

A pœnis, quæ imponuntur propter aliquod factum, vel propter certam qualitatem perſonæ, nulla ignorantia excuſat.589.1.12.f.

Quo modo ignorantia ſit cauſa peccati. 235. 2. & ſequent.

Quo modo ignorantia poſſit eſſe peccatum.234.2.3.i.& ſeq.

Quo modo excuſet in totum à peccato.235.1.5.i.

Quo modo diminoat peccatum.235.1.6.m.

Quo modo etiam is, qui peccat ex certa malitia, ſit ignorans.242.2.2.m.

Quo modo ignorantia non excuſet à nollitate contractus, quando hæc non eſt in pœnam; ſed ſolùm propter defectum ſolennitatum.481.1.7.f.

Ignorantia craſſa, & affectata legis, aut pœnæ per illam ſtatutæ, non excuſat à pœna; ſecùs verò, ſi ignorantia ſit inuincibilis.588.1.1.2.f.& ſeq.

Qui aliquid facit ex ignorantia, non incurrit pœnam eorum, qui faciunt temerè, & ſcienter.588.2.3.i.

Illegitimus.

Filius, qui naſcitur ex coniugata habitante cum viro, ſed adultera, quoad omnia eſt reputandus legitimus.388.2.20.i.

Neque tenetnr credere matri, ſi dicat eum eſſe illegitimum.388.2.21.i.

Digitized by Google

Et quoad hoc illi non obſtat ſimilitudo ad adulterum,aut communis rumor de illegitimitate.388.2.22.& ſeq.m.
Expoſiti non ſunt habendi pro illegitimis. 388.2.24.m.

Illicitum.

Ad hoc,vt ignorantia,vel effectus aliqois poſitiuus ſit culpabilis , non eſt ſatis , ſi quomodocunque ſequatur ex re illicita,& culpabili.91.1.7.m.
Siue quis det operam rei licitæ, ſiue illicitæ , ſemper mala,quæ conſequuntur,imputantur ad pœnam , propter negligentiam illa conſiderandi. 208.2.8.m.

Immunitas eccleſiaſtica, v. *Exemptio.*

Immunditia.

Immunditia eſt filia gulæ , & quale peccatum ſit. 352.1.12.f.

Impedimentum matrimonij, v. *Matrimonium.*

Imperium, Imperare, Imperator, Imperatiuus,v.*Lex.*

Imperium quo modo conſiſtat in actu rationis. 430.1.7.f.
Quo modo poſſit conſiſtere in intimatione, & inſinuatione.431.1.10.f.
Adminiſtratio imperij , dum vacat, ſpectat ad Papam.461. 2.8.m.
Imperator non habet iuriſdictionem in totum mundum.461.2.9.f.& ſeq.
Poteſt condere leges ciuiles pro omnibus locis ſubiectis imperio.465.1.3.m.
Leges imperatoriæ quo modo valeant in feudis imperialibus.465.2.7.m.
Imperare,& vetare quo modo dicantur eſſe effectus legis. 491.2.7.i.
Verba modi imperatiui quo modo importent obligationem ad culpam. 499.2.2.f.
Non poteſt aliquis in ſe ipſum exercere morale imperium,ſéqoe ſibi obligare.522.2.2.f.
Primi Imperatores ante Auguſtum verè tenebantur ſeruare ſuas leges.524.1.6.m.
Auguſta, filij , & conſanguinei Principis tenentur legibus ipſius Principis.524.1.8.i.
Imperator poteſt vocare ad ſuum tribunal Epiſcopos,quatenus ſunt imperij Principes. 571.1.6.f.

Improperium.

Improperium quo differat à conuicio,& contumelia.315.1.6.f.
Quid propriè ſit.315.2.8.i.

Inanis gloria, v.*Vana gloria.*

Inconſideratio.

Inconſideratio eſt filia luxuriæ. 301.1.8.i.

Inconſtantia.

Inconſtantia eſt filia luxuriæ.301.1.9.i.

Indignatio.

Indignatio quid propriè ſit.311.1.1.m.
Poteſt eſſe peccatum mortale.311.1.2.f.
Non poteſt ſine graui peccato diu continuari, & retineri.311.2.3.i.
Depoſitio indignationis quo modo debeat ſignificari exteriùs.311.2.5.m.
Indignatio, quatenus eſt idem, quòd nemeſis. V. *Nemeſis.*

Indulgentia.

Leges reuocatoriæ Indulgentiarum ſunt promulgandæ in ſingulis diœceſibus. 479.2.4.m.
Et in parochiis.482.2.7.f.
Id tamen fallit in anno ſancto. 483.1.8.i.
Sed abſolutè ad reuocationem Indulgentiarum poteſt ſufficere promulgatio in Curia. 483.1.9.i.

Induratio,v.*Excæcatio.*

Infamia.

Infamia iuris , & infamia facti, quæ dicatur. 67.1.1.f.
Metus infamiæ eſt metus grauis.67.2.2.3.
Magnitudo infamiæ ex quo deſumatur.202.1.9.f.
Infamare aliquem apud vnum,aut alterum tantùm, qui non eſt nociturus, vtrùm ſit peccatum mortale.277.1.5.f.
Licitum eſt propter aliquem bonum finem detegere alicuius peccata,etiam ſecreta.280.2.9.i.
Infamia eſt diſpoſitio ad inimicitiam.361.2.12.i.
Ratione infamiæ poteſt quis excuſari à ſubeunda pœna ante ſententiam Iudicis.577.1.8.f.

Infans, v.*Puer.*

Tenere infantes in lecto , quomodo ſit peccatum mortale.498.2.15.i.
Vtrùm pater, in cuius lecto infans eſt occiſus,ſit irregularis.498.2.16.m.
Infantes ſunt ſoluti legibus.527.1.8.m.
Poſſunt licitè admitti intra clauſuram Monialium. 528.1.17.f.

Infidelis.

Peccata infidelium , cæteris paribus , ſunt leuiora, quàm Chriſtianorum.215.2.8.i.
Aduena infidelis ad quas leges teneatur.538.1.27.i.

Ingenium.

Ex morbo poteſt contingere mutatio quoad bonitatem ingenij.41.2.17.m.

Inimicus.

Inimico petenti veniam ſunt exhibenda ſigna exteriora dignationis,& dilectionis.312.1.6.m.
Non tamen eſt neceſſariò condonanda ſatisfactio pro iniuria.312.1.7.f.
Sed ſatisfactio talis eſt acceptanda,qualis poteſt exhiberi ab iniuriante. 312.2.8.m.
Inimico vtrùm poſſint negari litteræ pacis. 513.1.10.i.& ſeq.

Iniuria.

Satisfactio pro iniuria non eſt neceſſariò condonanda inimico ; ſed talis eſt admittenda,qualis poteſt ab illo exhiberi.312.2.8.m.
Non omnes iniuriæ ſunt æquales.191.1.4.i.

Innocens.

Quo modo Iudex debeat ſe gerere,ſi quis probetur eſſe nocens,qui tamen ab illo ſcitur eſſe innocens.408.1.23.& ſeq.
Occidere innocentem quo modo ſit intrinſecè malum.408.2.25.i.
Secundùm aliquos non licet damnare innocentem,probatum reum, niſi pœna exilij, aut pecuniaria.408.2.27.f.
Sententia contra innocentem,probatum reum , licitè poteſt executioni mandari per miniſtros iuſtitiæ.409.1.28.m.

Inobedientia, v.*Contemptus.*

Inobedientia quando ſit peccatum mortale. 271.1.4.i.& ſeq.

Inobedientia formalis, & materialis quæ ſit. 271. 1.5.i.
Inobedientia ex indignatione erga Superiorem, eſt ſolùm venialis. 272.1.12.m.

Inquietudo mentis, v. Sollicitudo.

Inquiſitio.

Inquiſitio ſuper delictis, & defectibus aliorum, à quo, & quãodo, & quomodo fieri poſſit. 279.1. & ſequent.

Inſania, v. Amentia.

Inſtrumentum.

Metus amittendi inſtrumentum ad probandam libertatem, eſt grauis. 63.2.15.f.
Et idem eſt de inſtrumẽtis rei familiaris. 66.2.8.m.

Intellectio, Intellectus.

Primæ intellectiones nõ ſunt actus humani. 2.1.5.f.
In omni peccato eſt aliquis defectus ex parte intellectus. 230.1.10.m.
In intellectu peccantis ſemper eſt ſyllogiſmus ex quatuor terminis. 231.1.11.i.
Error, qui eſt in intellectu omnis peccantis, non eſt contra fidem. 231.2.12.i.
Intellectus non poteſt moueri à voluntate ſolùm pro libito, & abſque omni ratione motiua ex parte obiecti. 424.2.5.f.
Intellectus poteſt illuminari à Diabolo. 257.1 4.m.

Interdictum.

Metus interdicti poteſt eſſe grauis. 74.2.8.f.
Pœna interdicti quo modo inducet obligationem legis ad culpam mortalem. 504.1.5.m.
Quo modo lex de interdicto locali pertineat ad paruulos. 527.1.6.m.

Interpretatiuum, Interpretatio.

Voluntarium interpretatiuum quo modo ſit idem cum voluntario indirecto. 14.2.6.f.
Et quomodo dicatur poſſe eſſe ſine cognitione, & voluntate. 15.1.8.m.
Interpretatio legis pro foro conſcientiæ poteſt fieri ab vnoquoque. 423.1.10.m.
De interpretatione legis per conſuetudinem. 592. 2.4.f.
Per conſenſum Doctorum. 592.2.4.f.
De authentica, ſeu iuridica, vſuali, & doctrinali. 592.2.2.& ſequent.
Interpretatio legis per epicheiam. 594.2.14.i.15.m.
Interpretatio legis poteſt continere etiam additionem aliquam, aut detractionem, ſi ſit interpretatio authentica. 592.2.4.m.
Ad quem pertineat interpretatio authentica iuris diuini, canonici, & ciuilis. 593.1.5.i.& ſeq.
Quo modo ſint accipienda verba legis pro interpretatione doctrinali. 593.2.8.i.& ſeq.
Ne ipſi quidem legiſlatori eſt credendum, ſi loquatur contra verba ſuæ legis. 593.2.8.i.
Per interpretationem poteſt fieri etiam reſtrictio legis. 594.2.13.i.
Interpretatio legis poteſt fieri etiam ex variatione, quæ fortè contingat ex parte materiæ. 595.1. 17.m.
Quo modo ſit prohibitum interpretari Concilium Tridentinum ſine licentia Papæ. 593.1.7.f.

Inuidia.

Peccatum inuidiæ eſt leuius, quàm peccatum odij, & grauius, quàm peccatum iræ. 308.1.7.i.
Inuidia quo modo deſcribatur. 352.2.1.f.
Bonum alterius quo modo ſit obiectum inuidiæ. 354.1.5.i.
Diſplicentia boni alterius ex inuidia, & ex odio, & ex ſuperbia, quo modo differant. 354.1.6.i.
Motiuum inuidiæ quo modo differat à motiuo ſuperbiæ. 354.1.8.f.
In quibus maximè, & ad quos ſit inuidia. 354.2.9.i. 355.1.10.& ſeq.
Quo modo inuidia dicatur eſſe inter æquales. 355. 1.15.f.
Quo modo is, qui inuidet, ſemper ſit minor illo, cui inuidet. 355.2.16.m.
Actus inuidiæ eſt intrinſecè malus. 356.1.1.i.
Quo modo ſit contra charitatem, & contra miſericordiam. 356.1.2.3.m.f.
Actus inuidiæ ex ſuo genere eſt peccatum mortale. 356.2.4.m.
Sed poteſt eſſe venialis ex imperfectione actus. 357.1.6.m.
Eſt leuius peccatum, quàm odium, & grauius, quàm ira. 308.1.7.i. 357.2.8.m.
Inuidia poteſt eſſe paſſio appetitus. 357.2.7.i.
Inuidia maximè torquet ipſum inuidum. 357.2.9.f.
Poteſt eſſe peccatũ in Spiritũ ſanctum. 358.1.10.m.
Inuidia in homine eſt aliquo modo grauior, quàm in Dæmone. 358.1.11.f.
Quo modo inuidia ſit vitium capitale, & quæ ſint illius filiæ. 359.1.i.& ſeqq.
Inuidia naſcitur ex vana gloria. 359.1.2.m.
Filiæ inuidiæ differunt ſpecie ab ipſa inuidia. 360. 1.7.i.
Et ſunt peccatum mortale ex ſuo genere. 360.1.8.f.

Inuoluntarium.

Inuoluntarium quid, & quotuplex ſit. 43.1.1.m.
Semper tollit rationem peccati, & impedit obligationem moralem. 43.1.2.m.
Inuoluntarium quo differat à neceſſario violento, & coacto. 43.2.3.i.
Inuoluntarium ab extrinſeco quid ſuperaddat ſuper coactum. 44.1.7.i.
Quo modo cauſetur ex metu. 51.& ſeq.
Quo modo cauſetur ex ignorantia. 93.1.& ſeq.
Actus virtutum non ſunt inuoluntarij ſecundùm quid ratione ignorantiæ, & inconſiderationis. 95.2.7.i.
An, & quo modo inuoluntarium ex ignorantia antecedente poſſit dici inuoluntarium mixtum. 96. 2.11.m.
Quare inuoluntarium ex ignorantia antecedente non ſemper afferat dolorem, & diſplicentiam. 96.2.12.f.
Etiam actus voluntatis aliquando poſſunt eſſe inuoluntarij ſecundùm quid. 54.2.21.i.

Iocus, v. Eutrapelia, Ludus.

Quo modo aliqui ex Patribus dicant, iocum non decere hominem Chriſtianum. 351.2.10.f.

Iraſcibilis, Ira, Iracundia, v. Indignatio.

Iraſcibilis largè accepta etiam dicitur de appetitu ſenſitiuo. 242.1.14.i.
Quo modo contingat paſſio iræ. 302.2.1.i.
Aliquando ſumitur pro vitio, & peccato. 303.1.2.i.
Et aliquãdo pro ſimplici actu voluntatis. 303.1.3.m.
Quo modo ex Ariſtotele poſſit deſcribi. 303.1.4.f.
Delectatio ex ira qualis ſit. 303.1.5.f.
Paſſio iræ includit plures paſſiones. 303.2.6.i.
Motiuũ iræ ſemper eſt aliquis contẽptus. 303.2.7.m.
Quæ ſint ſpecies, & modi iræ. 304.1.8.i.& ſeq.

Quo

Quo modo ſumantur ſpecies iræ, in quantum eſt paſſio.304.1.12.f.
Quo modo ſumantur, in quantum eſt virium. 384. a.13.m.
Iracundi qui propriè ſint. 304.1.10.i.
Acuti, acerbi, vel amari, infeſti, vel difficiles, qui ſint.304.t.11.12.m.
Ira fellea, maoia, & furor.304.2.14.
Excandeſcentia, ſæuitia, vecordia.304.2.15.f.
Ira impedit vſum rationis.305.2.18.t.
Homo iratus eſt quaſi arteptitius.305.2.t9.f.
Quæ fiunt calote iræ, non ſunt rata, & firma. 306. 1.20.m.
Ira ex ſe non eſt mala.306.2.t.m.
Eſt ſatellitium rationis.306.2.2.f.
Quaodo ſit mala.307.t.4.m.
Et quando ſit peccatum mortale, aut veniale. 307. 2.5.6.m.
Eſt leuius peccatum, quàm odium, & inuidia. 308. 1.7.i.353.2.8.m.
Eſt leuius quàm peccatum concupiſcentiæ. 308. a.8.i.
Quando eſt peccatum veniale habet ſpecialem turpitudinem.308.2.9.f.
Quo modo ira dicatur eſſe magis ſecundùm naturam, quàm rupiditas.309.1.10.m.
Paſſio iræ multùm iuuat ad plures actus virtutum. 309.2.t2.m.
Moderatio iræ pertinet ad manſuetudinem. 309. 2.t4.f.
Quo modo ira ſit vitium capitale.310.1.1.f.& ſeq.
Et quæ ſint illius filiæ.310.1.2.f.
Indignatio eſt iræ filia.311.1.1.& ſeq.
Quo modo meotis tumor ſit filius iræ. 314.1.t3.i.
Quando ſit peccatum mortale.314.t.15.i.
Iræ filiæ non eſt neceſſarium, vt ſiot in eodem ſubiecto ptoximo, in quo eſt ira.314.1.14.f.
De contumelia, & clamore, quæ ſunt filiæ iræ. 314.2.& ſeq.
Defectus iræ poteſt appellati ſeruilitas, aut ioſeoſibilitas.310.1.t5.i.

Irregularitas.

Irregularitas non incurritur ex homicidio, quod fit per ignorantiam cuncomitantem. 94.1.3.i.
Ignotantia, quæ excuſat à culpa contra aliquam legem poſitiuam, etiam excuſat à pœna irregularitatis latæ per illam legem. 106.1.7.f.
Irregulatitas ex homicidio voluntario non diſpenſatur.207.2.5.f.
Irregularitas ex homicidio dubio eſt noui iuris. 387.a.12.m.
Dubius de irregularirate, communlter non eſt reputandus irregularis.389.2.29.m.
Qui dat operam rei illicitæ, quo modo ſit irregularis, ſi ex illa ſequatur homieidium caſuale. 208. a.9.f.
Quo modo pater ſit irregularis, ſi io eius lecto ſuffocatus eſt infans.498.2.16.m.
Irregularitas, quando infertur vt pœna, ſufficienter indicat culpam mortalem.504.1.6.f.
In irregulatitate diſpenſat etiam Capitulum Eccleſiæ cathedralis, Sede vacaote. 452.a.9.to.m.

Irritatio.

Irritatio legis quo modo contingat.614.2.17.i.

Iudex, v Sententia.

Officio Iudicis ſuccurrendum eſt illi, qui patitur metum leuem.58.1.t3.i.
Abſolutio à iuramento præſtito ex metu leui, non eſt neganda à Iudice.58.1.14.i.
Iudicium de grauitate metus in ſoro exteruo, pertinet ad Iudicem.62.1.1.f.
Iudex non procedit ad inquiſitionem delicti ex officio, niſi præcedat infamia.279.1.3.f.
Quo modo Iudex poſſit remittere pœnam reo, non habenti pacem à parte offenſa. 312.1.9.f.
Iudex non debet reorum cadaucra tradere beſtiis. 338.t.21.f.
Poteſt licitè ſequi opinionem ptobabilem circa ſuam poteſtatem, vel actionem 405.1.t.f.
Si partium iura in re ciuili ſint æqoalia ex parte facti, debet Iudex partes componere. 405.1.2.f.
In re criminali ſi partium iura ſint æqualia ex parte facti, debet fauere reu 405.2.7.f.
In re eiuili debet fauere habenti potiora iura. 406. 1.8.i.
In re criminali ad ferendam ſententiam condemnatoriam debent ptobationes delicti eſſe clariſſimæ.406.1.9.m.
In cauſis priuilegiatis, etiam paribus, quo modo vna ſit alteri præferenda. 405.2.4.i.
In re criminali non eſt reus damnandus ex indiciis indobitatis.406.1.10.f.& ſeq.
Quo modo Iudex poſſit procedere ex indiciis leuibus, probabilioribus, grauibus, &c. 406.2.t3.m.
Ad totturam non proceditur, niſi ex ſemiplena probariooe.406.2.14 f.v.*Tortura.*
Poteſt Iudex ſequi opinionem ptobabilem circa intelligentiam alicuius legis. 407.1.18.f.
Quo modo teneatur iudicare ex propria opinione. 407.a.21.m.& ſeq.
Quo modo debeat ſe gerere, ſi ex notitia priuata ſciat aliquem eſſe innocentem, qui ex notitia publica eſt probatus nocens.408.1.23.i.& ſeq.
Iudex non tenetur monere partes, ſi videat eas deficere in allegando, & probando. 409.1.30.f.
Seutentia definitiua lata à Iudice eſt perpetua. 428. 2.1t.i.
Ad Iudicem eccleſiaſticum deuoluuntur omnes cauſæ, quæ aliter non poſſunt terminari per Iudices laicos, uon autem è conttà deuoluuntur ad laicos, quæ ooo poſſuot terminati per eccleſiaſticos.461.1.6.7.f.
Qui impedit Iudicem, ne veniat ad ſententiam, & ad confiſcationem, ad nihil tenetur. 575.2.2 m.
Clerici non poſſunt eſſe Iudices in foro laico.562. 1.12.f.

Iuramentum.

Abſolutio à ioramento, quod fuit præſtitum ex metu leui, non eſt neganda à Iudice.58.t.14.i.
Si quis iuret aliquid per plures Sanctos, & iuramentum uon impleat, quot peccata committat. t85.1.9.f.
Qui rogatur ſub iuramento de plutibus articnlis, & mentitur in omnibus, non committit vnum tantùm periurium.183.2.7.i.
Iuramentum præſtitum calore iracuodiæ, ſecundùm aliquos oon eſt validum. 306.1.22.m.
Ad aliquid aſſerendum ſub iutamento, poteſt ſufficere certitudo moralis. 422.a6.m.
Pœna præſtiti iutamenti non indicat ſufficieoter obligationem legis ad culpam mortalem. 504. a.10.i.
Quomodo Eccleſiaſtici poſſint aliquando iurare in foro laico. 564.2.30.31.i.f.
Periurium in materia auaritiæ eſt peccatum mortale.275.2.7.m.

Iuriſdictio, v. Poteſtas.

Iuriſdictio ſpiritualis, & temporalis, quo differant. 442.2.2.f.

Ad iuriſdictionem ſpiritualem ſupponitur ſtatus elericalis.443.1.4.i.

Fœmina non eſt capax iuriſdictionis ſpiritualis. 442.2.1.f.

Niſi fortè de potentia abſolnta.444.t.11.m.

Aliqua iuriſdictio eſt de eſſentia Religionis propriè dictæ. 442.2.28.m.

Iuriſdictio eccleſiaſtica non deuoluitur ad laïeos, ſi Eccleſiaſtiei malè illa vtantur.566.2.4.f.

Iuriſdictio volnntaria non requirit realem diſtinctionem perſonarum; ſed poteſt exerceri etiam ad ſe ipſum.596.1.6.f.

Ius diuinum,naturale,humanum.

Ad vincendam ignorantiam iuris diuini, aliquando eſt opus oratione, & pœnitentia interiore. 101. 2.8.m.

Circa ius diuinnm, vel naturale alio modo ignorantia eſt mortaliter culpabilis, quàm circa ius humanum. 102.2.15.m.

Vtrùm ignorantia mortaliter culpabilis poſſit excuſare à culpa mortali circa ius humanum. 102. 2.16.m.

Quo modo iuris humani,naturalis, & diuini poſſit dari ignorantia inuincibilis.107.1.11.f.1.12.f.

Iura ſunt promptiora ad abſoluendum, quàm ad condemnandum.405.2.6.m.

Legibus declaratoriis iuris diuini, & naturalis tenentur etiam Principes, qui illas condunt.519. 1.2.f.

Iuris fictio non extenditur vltra caſus in iure expreſſos.536.1.14 i.

Iuſtitia.

Peccata contra inſtitiam habent aliquando aliquam ſpecialem malitiam, etiam contra charitatem. 207.1.3.m.

In dubiis circa materiam iuſtitiæ non eſt neceſſariò eligenda pars tutior.386.2.9.m.

Qui eſt innincibiliter dubius in materia iuſtitiæ, quo modo poſſit re illa vti, & non teneatur illam reſtituere.390.2.5.m.

Quo modo in diuerſis peccatis contra iuſtitiam, priuatio rectitudinis ſit diuerſa.158.t.17.m.

Iuſtus,Perfectus.

Secundùm Hæreticos iuſti non tenentur humanis legibus.518.2.1.f.

L

Læſio.

ENormis læſio in contractibus celebratis ex metu reuerentiali,arguit dolum.80.1.18.i.

Lætitia.

Inepta lætitia eſt filia gulæ, & poteſt eſſe peccatum mortale.347.2.3.f.348.1.4.5.i.m.

Larua.

Vſus laruarum eſt illicitus Clericis, & perſonis eccleſiaſticis.348.2.9.i.

Religioſi profeſſi peccant mortaliter,ſi laruis vtantur,& ſunt excommunicati.349.1.12.m.

Laus,v.Vituperium.

Si quis falsò laudetur,& cum periculo damni aliorum,tenetur cōtradicere ſuo laudatori.268.1.6.f.

Laus quo differat à gloria, fama,& honore.68.2.4. m.267.1.10.m.

Legatus.

Legatus Papæ poteſt condere leges pro tota prouincia ſuæ legationis.438.1.3.m.

De poteſtate Legati,præſertim à latere.438.1.4.f.

Paria ſunt quòd quis ſit Legatus à latere, & cum poteſtate Legati à latere.438.2.5.i.

Legatus quo modo habeat poteſtatem in Regulares exemptos.438.2.6.m.

Legatus non à latere, in quos habeat poteſtatem,& in quo deficiat à Legato à latere.438.2.7.f.

Legatus non poteſt condere leges, contrarias iuri communi.439.1.8.i.

Pnteſt delegare facultatē cōdendi leges.439.t.10.f.

Interpretatio ſtatutornm Legati, finita legatione, deuolnitur ad Papam.439.1.9.m.

Delegatns Legati poteſt ſnbdelegare.439.t.11.f.

Quo modo Legatus in condendis legibus aliquando indigeat conſilio, & conſenſu aliorum. 439. a.12.i.

Legatus apoſtolicus non poteſt validè diſpenſare ſine cauſa.607.1.2.m.

Si Legati in Concilio aliquid ſtatuant contra inſtructionem habitam à Papa,eſt nullius authoritatis.445.2.6.i.

Lethargus,v.Somnus.
Leuitas,Paruitas materiæ.

Leuitas materiæ in delectatione venerea non datur.283.2.& ſeq.

Decretum Societatis IESV circa paruitatem materiæ in re venerea. 285.1.4 m.

Anthures, qui videntur admittere paruitatem materiæ in re venerea, quo modo ſint intelligendi. 286.2.10.m.

Quare in aliquibus præceptis detur paruitas materiæ,& non in aliis,& quo modo id poſſit dignoſci.287.1.12.13.m.

De re leui non poteſt lex obligare ad mortale.496. 1.7.f.

Quo modo in lege ſit attendenda materiæ grauitas,aut leuitas.496.2.10.f.

Lex,v.Ius.

Lex eſt regula extrinſeca humanarum actionnm. 368.1.1.m.

Qui eſt inuincibiliter dubius de aliqua lege, aut de illius obligatione, impletione, &c.quo modo ad illam teneatnr,vel non teneatur.590.2.1.i.

Tranſgreſſio cuiuſque legis non conſiſtit in indiuiſibili.191.1.5.m.

Interpretatio legis pro foro conſcientiæ poteſt fieri ab vnoquoque.413.1.10.m.

Lex dieitur à ligando, vel à legendo, aut eligendo. 427.1.1.f.& ſeq.

Lex rectè dicitur ius.427.2.4.f.

Quo differat lex à conſtitutione,ſanctione,ſtatuto, præcepto,edicto,&c.428.1.6.m.& ſeq.

Quid ſit lex, & quo modo conſiſtat in actu rationis.419.1.m.& ſeq.

Lex naturalis in quo conſiſtat.419.1.2.m.

Quo modo lex aliquando dicatur conſiſtere in ſermone,aut ſigno exteriore.429.2.4.m.

Præter actum rationis ſupponit lex etiam actum voluntatis.430.1.5.i.& ſeq.

Quo modo lex poſſit conſiſtere in intimatione, aut inſinuatione.431.1.10.f.

Lex eſſentialiter eſt ad bonum cōmune. 432.2.1.i.

Et ſi reſpiciat bonum priuatum ipſius legiſlatoris, non eſt lex 432.2.3.f.

Poteſt lex eſſe iuſta,etiamſi feratur ex odio priuato ipſius legiſlatoris.433.1.6.m.

Poreſt eſſe lex, etiamſi feratur vni rantùm parti ciuiratis.433.1.7.m.
Quo modo aliquæ leges videantur ſolùm reſpicere bonum vnius.434.1.15.m.
Si cerrò conſter, quòd aliqua lex ſit inutilis, poteſt licitè non ſeruati.434.2.17.f.
Si ceſſet vtilitas legis in aliquo caſu particolari, non propterea lex eſt ioutilis.435.1.18.i.
Si lex ab initio ſit inutilis,& poſteà fiat vtilis, non eſt,quòd de nouo feratur,ad hoc vt incipiat obligare.435.1.19.i.21.m.
Si melius ſit, aliquam legem non eſſe conditam, non obligat. 435.1.22.f.
Si lex ſit vrilis, ſed plura alia, & graoiora mala ex illa ſeqoanrur,non obligat.435.2.23.i.
Lex debet eſſe ab eo,qui habet curam Communitatis. 453.2.1.m.
Lex ſemper loquitur. 435.1.10.m.
De fide eſt, quòd leges humanæ poſſint obligare in conſcientria.436.2.9.f.
Hæreiicum eſt,quòd in hominibus non ſit poteſtas condendi leges.436.2.8.m.
Ad quos Prælatos pertineat condere leges eccleſiaſticas.437.2.& ſeq.
Vrrùm poteſtas condendi leges eccleſiaſticas poſſit ſpectare ad fœminas.444.1.13.f.
Quo modo ſpectet ad Concilium generale. 444.2.1.2.m f.
Vel ad Collegium Cardiualium,Sede vacaote.446.2 9.i.
Vel ad Cōcilia prouincialia,aut ſynodalia.450.r.1.f.
Vel ad Capitula Eccleſiarnm carhedralium. 451.1.3.f.& ſeq.
Non omoe,quod eſt in decreto Gratiani,haber vim legis canonicæ.451.1.2.i.
Leges conuentionales poſſunt fieri à Collegiis, & Vniuerſitatibus de cōſenſu ſingulorū.451.2.5.m.
Leges ciuiles pro toto mondo nollus eſt, qoi poſſit ferre.459.2.1.f.
Ad quos pertineat ferre leges ciuiles pro certis Commuoitatibus.464.1.& ſeq.
Quo modo valeant leges Imperatorum in feudis imperialibus.465.2.7.m.
Quo modo valeant in aliis terris Supremorum Principum.466.1.9.m.
Quo modo valeant in tettis Eccleſiæ.466.1.8.m.
Vtrùm leges canonicæ ſint præferendæ legibus imperatoriis, quando caſus non definitur propriis legibus regni,& definitur diuerſo modo per has, & per illas.466.2.10.m.
Lex poſitiua non obligat, niſi ſit promulgata. 470.1.1.m.
Ad legis obligationem non eſt ſatis notitia priuata,quæ poteſt de illa haberi ante promulgationem.471.2.8.i.
Promulgatio legis debet eſſe ſolennis, & publica. 470.2.3.i.
Solennitates in promulgatione poſſuot eſſe diuerſæ.470.2.4.m.
Promulgatio eſt de eſſentia legis poſitiuæ.471.1.5.i.
Requiritur etiam de iure oaroiæ.470.1.2.f.
Quo modo de poteutia Dei poſſit lex obligare ſine ſolenni promulgatione.471.1.7.f.
In lege diuina, & narurali non requiritur ſolenois, & publica promulgario.471.1.4.m.
Vtrùm ſcriptura pertioeat ad eſſentiam legis. 471.2.10.f.& ſeq.
Lex,& conſuetudo quo differant.472.1.12.m.
Qualis promulgatio ſit oeceſſaria ad hoc, vt obligent leges laicorum.475.2.1.m & ſeq.
Leges Imperarorum,& Regum,ſatis eſt, ſi promulgentur in ſingulis prouinciis.475.2.1.m.
Dioulgatio legis quo differat à promulgatione. 476.1.8.f.
Promulgatio legis ſolùm facta in Curia Principis, quo modo poſſit ſufficere.476.2.9.i.
De iure communi facta promulgatione lex non obligat,niſi poſt duos menſes.477.1.14.m.& ſeq.
Et adhuc ſemper eſt habenda ratio maioris diſtantiæ locorum.477.1.16.f.
Spatium duorum menſium pro legis obligatione, vtrùm valeat in foro coofcientiæ;an verò ſolùm in foro externo.477.2.19.f.& ſeq.
Leges inferiorum Principum à Regibos, & Imperatoribus ſtatim obligant, neque pro illis ſunt expectandi duo menſes poſt factam promulgationem.478.1.21.f.
Semper tamen habenda eſt ratio diſtantiæ locorum pro his legibus Principum inferiorum. 478.2.22.i.
Pro legibus irritantibos contractus, qui alioqui poſſunt cedere in iniuriam & damnum ſubditorum, ſpecialiter eſt neceſſaria promulgatio in prouinciis.478.2.1.f.480.1.5.m.
Aliquæ leges irritatoriæ poſſunt ſtatim habere effectum irritatioois,non autem aliæ.479.2.3.i.
Leges reuocatoriæ Indulgentiarum, & priuilegiorum ſunt promulgandæ in ſingulis diœceſibus. 479.2.4.m.
Leges reuocatoriæ aliarum legum quo modo indigeant promulgatione.481.2.& ſeq.
Leges pontificiæ non requirunt promulgationem in prouinciis 484.2.1.f.
Non tamen deſuot, qui oppoſitum ſentiant. 485.2.7.m.
Quomodo poſſint conciliari dictæ ſenteotiæ. 486. 1.8.i.
Etiam in legibus pontificiis habenda eſt ratio diſtantiæ locorum.485.2.6.i.
Acceptatio populi per ſe non reqoiritur ad obligationem legis.486.2.1.m.
Et præſertim ſi lex ſit eccleſiaſtica.487.1.4.f.
Si tamen lex ſit valdè difficilis, credi poteſt non obligare,antequàm acceptetur.487.2.8.f.
Quo modo leges dicantur firmari moribus vtentium 487.2.6.m.& ſeq.
Contra leges Papæ oon poteſt dari da non vſu,vel de legitima præſcriptione ſioe ſcieotia, & couſenſu ipſius Papæ.487.1.5.f.
Quòd lex ſit reuocata a Principe,& quòd à populo oon ſit recepta,non ſunt paria.489.2.22.f.
Licitum eſt ſupplicare ad Priocipem contra promulgationem nouæ legis.488.1.10.m.
Et ſi Princeps taceat ad huiuſmodi ſupplicationem, cenſetur reuocare ſuam legem. 488.2.11.i.
Si violatio legis ab initio ſit valde frequens, non peccant, qui poſteà illam noo ſeruant. 488.2.12.i.
Quo modo ab initio poſſit præſumi conſenſus Principis de ſuſpendeoda obligatione ſuæ legis. 488.2.13.m.
Lex per decennium non recepta oon obligat. 489.1.15.i.
Violatio legis debet eſſe à maiori parte ad hoc, vt alij excuſentur.489.1.17.f.& ſeq.
Etiam ab initio poteſt ſuſpendi obligatio legis, ſi oriatur magna turbatio. 489.2.19.m.
Ad confirmationem legis poteſt ſufficere, ſi acceptetur a maiori parte Communitatis partialis. 489.2.20.m.& ſeq.490.1.23.i.
Vna Communitas poteſt expectare acceptationem legis ab alia Communitate. 490.1.24.m.

Poteſt lex eſſe recepta ſolùm ſecundùm vnam partem, & obligare ſolùm ſecundùm illam.490.1.25.f.
Si caſus legis per multos annos non accidat, non propterea cenſeri debet lex eſſe ſublata. 489.2.21.f.
Omnis lex ad aliquid obligat.491.1.1.i.& ſeq.
Etiam leges ciuiles poſſunt obligare in conſcientia.491.2.8.m.
Idque vel eſt de fide, vel eſt proximum fidei. 491.2.10.f.
Omnis lex præceptiua, & propriè dicta, obligat in conſcientia.493.1.14.i.
Aliquæ leges poſſunt eſſe purè pœnales.492.2.12.m.
Sed etiam illæ obligant aliquos in conſcientia. 493.1.13.i.
Non ex eo eſt iudicanda aliqua lex eſſe purè pœnalis, & non obligare in conſcientia, quia pœnam exprimat.493.1.15.m.& ſeq.
Quo modo poſſit cognoſci, quòd aliqua lex ſit purè pœnalis.494.1.18.i.
Etiam leges eccleſiaſticæ poſſunt eſſe purè pœnales.494.1.21.f.
Leges humanæ poſſunt obligare ad culpam mortalem.494.2.1.m.
Quo modo ex grauitate materiæ poſſit cognoſci obligatio legis ad mortale.494.2.& ſeq.
De re leui non poteſt eſſe obligatio ad mortale. 496.1.7.f.
Siue lex feratur à poteſtate eccleſiaſtica, ſiue ciuili. 496.2.i.
Quo modo ſit attendenda materiæ grauitas, aut leuitas.496.2.10.f.& ſeq.
Vtrùm de re graui poſſit eſſe obligatio ſolùm ad veniale.497.2.13.i.
Lex inualida quoad obligationem ad mortale, poteſt eſſe valida quoad ſolam obligationem ad veniale.496.2.9.f.
Si ſint iniuſtæ, per ſe non obligant, ſed aliquando ex accidente ſeruari debent.495.1.2.3.i.
Quibus modis poſſit aliqua lex eſſe iniuſta. 495.1.4.m.
Leges, quæ fundantur in falſa præſumptione alicuius facti, non obligant.495.2.5.i.
Quo modo obligatio legis ad mortale, aut veniale, colligatur ex verbis ipſius legis.499.1.& ſeq. vel ex pœna, quæ adiungitur.500.2.9.f. vel ex declaratione per aliam legem.500.2.8.m. vel ex communi vſu.& conſuetudine.501.2.1.m. vel ex interpretatione Doctorum.502.1.7.f.
Legem non tranſgredi, non eſt idem, atque legem ſeruare.509.1.2.f.
Obſeruatio legis neceſſariò debet eſſe actus humanus.509.1.3.f.
Et ex cognitione, quòd res ſit præcepta.510.1.11.m.
Et ex intentione, aut voluntate ſeruandi præceptum.510.2.13.i.& ſeq.
Lex naturalis non poteſt tota impleri, niſi per actum honeſtum.512.2.23.f.
Lex humana poteſt impleri etiam per actum non honeſtum.513.1.24.i.
An, & quomodo leges humanæ ſint implendæ cum periculo vitæ.513.2.& ſeq.
Lex naturalis, & diuina ſemper obligat cum periculo vitæ.514.1.3.4.i.f.
Licitum eſt velle ſeruare leges humanas, etiam cum periculo vitæ.517.2.20.f.
Quo modo Princeps teneatur ſuis legibus, quando ſunt declaratoriæ iuris diuini, aut naturalis.519.1.2.f. vel quando dant formam contractibus. 519.2.3.f. vel quoad vim coactiuam.520.2.1.m. vel abſolutè, etiã quoad vim directiuã.524.1.9.i.
Auguſta, & filij, & conſanguinei Principis tenentur legibus.524.2.8.i.
Qui carent permanenter vſu rationis, nullis legibus obligantur.526.1.1.f.
Poteſtas legiſlatoris communiter non ſe extendit ad obligandum cum periculo vitæ.514.2.7.f.
Peregrini non tenentur legibus patriæ, aut loci, à quo diſceſſerunt.530.1.& ſeq.
De potentia abſoluta non poteſt ferri lex, quæ obliget extra territorium ferentis.531.1.7.m.
Vtrùm aduenæ teneantur legibus loci, ad quem accedunt.533.2.& ſeq.
Quænam ſit breuis commoratio in aliquo loco ad non contrahendam legum obligationem. 537.2.25.m.
Eccleſiaſtici quo modo teneatur legibus laïcorum. 539.1.& ſeq.i. eæque tacitè approbentur, & canonizentur pro Eccleſiaſticis.541.1.9.& ſeq.i.m.
Leges laïcorum, ſi ſint præiudiciales Eccleſiæ, ipſo iure ſunt nullæ.541.2.14.m.542.2.20.f.
Et qui illas ferunt, aut publicant, vel iis vtuntur, ſunt excommunicati in Bulla Cœnæ.543.1.20.i.
Quænam cenſeri debeant, ſiue directè, ſiue indirectè contra libertatẽ Eccleſiæ. 543.1.22.i.555.2.10.f.
Leges laïcorum fauorabiles Eccleſiæ quo modo poſſint eſſe validæ.554.2.2.m.
Super Eccleſiis, perſonis, aut bonis eccleſiaſticis, ſunt planè nullæ.554.2.1.m.
Contra immunitatem Eccleſiæ leges laïcorum non poſſunt præſcribi.555.1.3.i.
Et ſunt delendæ de libris.555.1.7.f.& ſeq.
Eáſque ferre eſt peccatum mortale.555.1.5.m.
Et dare conſilium, vel auxilium ad illas ferendas, habet prætereà excommunicationem annexam. 555.1.6.m.
A legibus eccleſiaſticis, per ſe loquendo, nulli ſunt exempti.573.2.1.i.
Leges poſſunt abrogari, non tamen debent ſine rationabili cauſa.610.2.1.m.& ſeq.
Et præcipuè ſi ſint eccleſiaſticæ.611.2.4.i.
Valida tamen eſt abrogatio, ſi fiat ſine cauſa.611.2.5.f.
Quis poſſit legem abrogare.612.1.6.i.
Leges ciuiles quo modo poſſint abrogari per eccleſiaſticas.612.1.7.m.
Abrogatio legis poteſt fieri verbo, & ſcripto. 612.1.8.m.
Lex poſterior abrogat priorem, quando eſt illi contraria, ſiue vtraque ſit generalis, ſiue vtraque ſit ſpecialis.61.2.1.9.f.
Si tamen vna ſit generalis, & altera ſpecialis, non eſt abrogatio, ſed derogatio.613.1.12.f.
Correctio legum, quantum fieri poteſt, eſt vitanda. 613.2.13.f.
Et ad illam vitandam poſſunt aliquo modo impropriari verba.613.2.14.f.
Abrogatio legis quo modo requirat promulgationem.613.2.15.f.
Derogatio legis.614.1.16.m.
Irritatio legis.614.2.17.i.

Libertas, Liberum, v. Rationis vſus.

Libertas non eſt perfectio operantis, niſi circa obiectum creatum, & finitum.8.2.16.m.
Liberum & voluntarium aliquando ſumuntur pro eodem.4.1.9.f.
Appetitus ſenſitiuus in homine non habet vllam libertatem, etiam imperfectam, ſibi propriam. 222.2.6.m.
Libertas in iure quo modo deſcribatur.557.1.21.m.

Metus

Metus amittendæ libertatis eſt grauis.63.2.14.f.
Et idem eſt de metu amittendi inſtrumenta ad probandam libertatem.63.2.15.f.

Libertas eccleſiaſtica, v. Exemptio.

Libido, Libidinoſus.

Quare aliquis tactus dicatur libidinoſus. 285.2.6.m.

Libri.

Excommunicatio contra ſcienter legentes libros Hæreticorum non incurritur, ſi quis legat ex ignorantia, etiam affectata, & craſſa.103.1.17.m.
Scribere, aut legere libros turpes ex turpi delectatione, eſt peccatum mortale.297.1.9.f.

Licentia, v. Diſpenſatio.

Quo modo in aliquibus caſibus licentia indebitè negata poſſit haberi pro conceſſa.606.1.15.f.

Licitum, v. Illicitum.

Linguoſitas.

Linguoſitas quo differat à multiloquio, & verboſitate. 330.1.2.f.

Lis, Res litigioſa.

Lis debet expediri, vbi eſt res litigioſa.536.2.17.m.

Litteræ.

Litteras alienas aperire, eſt peccatum mortale. 277. 1.4.f.
Si tamen credantur continere aliquid in damnum proprium, vel alterius, licitè poſſunt aperiri. 278.1.6.i.
Superior licitè aperit litteras ſubditorum.278.1.7.i.
Princeps tempore belli aperit litteras ex locis finitimis.278.1.8.i.
Vtrùm ſit licitum recolligere, & legere litteras dilaceratas, & proiectas.278.1.9.i.
Qui ſcribit falſas litteras, eáſque ſinit ſibi cadere ad alterum decipiendum, vtrùm teneatur ad damna.278.1.10.m.
Apertio litterarum alienarum punitur pœna falſi. 277.1.4.m.

Litteræ Dimiſſoriæ, v. Dimiſſoriæ.

Litteræ pacis, v. Pax.

Locutio, v. Contumelia.

Qui vno ſermone detrahit pluribus, aut falsò teſtificatur contra plures, facit plura peccata. 182. 1.13.i.
Quo modo multiplicentur numero peccata oris. 182.1.& ſeq.
Malitia locutionis eſt attendenda, tam ex parte loquentis, quàm ex parte audientis.296.1.1.m.
Locutio de re turpi non eſt intrinſecè mala. 296. 1.2.f.
Quo modo ſit mortalis, aut venialis. 296. 2.3.i. & ſeq.
Multiloquium poteſt multipliciter eſſe mortale. 350.1.1.m.
Verboſitas, & linguoſitas quo differat à multiloquio.330.1.2.f.

Lucrum.

Metus amittendi magnum lucrum, quo modo poſſit eſſe grauis.66.2.9.f.

Ludus.

Si quis ludat per totam noctem ludo illicito, & cum pluribus, vnum tantùm peccatum committit.185.1.8 m.
Nouitas ludorum turpium, aut qui afferunt graue damnum rei familiaris, eſt peccatum mortale. 269.2.20.m.
Quibus modis peccetur in ſuperfluitate ludi. 348. 1.6.m.
Ludi theatrales non ſunt faciendi à Clericis, neque in Eccleſiis.348.1.7.f.
Repræſentationes ſacræ poſſunt fieri in Eccleſia. 348.2.8.i.

Luxuria, v. Affectus, Delectatio, Locutio, Tactus, Pollutio.

Solùm peccatum luxuriæ ſpeciali ratione eſt peccatum carnale. 162.2.5.f.
Peccata luxuriæ ſecundùm vnam deordinationem ſunt carnalia, & ſecundùm aliam ſunt ſpiritualia.201.1.4.m.
Luxuria propriè quid ſit.281.2.1.f.
Eſt peccatum.282.1.2.i.
Mortale ex ſuo genere.282.1.3.m.
Oppoſitum caſtitati.282.2.4.f.
Vtrùm in luxuria detur paruitas materiæ circa delectationem veneream.283.2.& ſeq.
Quo modo luxuria ſit vitium capitale. 299.2.1.f.
Et quæ ſint illius filiæ.300.2.5.i.& ſeq.
Quo modo poſſit oriri ex ſuperbia, & ex deſperatione.300.1.2.3.i. Et ex gula.300.1.4.m.
Quo modo peccetur mortaliter per illa vitia, quæ ſunt filiæ luxuriæ. 300.2.& ſeq.302.1.15.i.
Affectus præſentis ſæculi, & horror futuri oritur ex luxuria.301.1.12.f.

M

Magiſter, v. Doctor.

Magiſtratus, v. Princeps.

AD Magiſtratus gerendos, & ad munera honeſta omnes tenentur.562.1.9.m.
Non tamen Clerici.562.1.10.m.

Maledictio.

Maledictio quid propriè ſit.319.2.1.m.
Materialis, aut formalis.319.2.2.m.
Ex ira, aut odio. 319.2.3.f. Contra Deum, aut creaturas.319.2.5.f.
Metus paternæ maledictionis non eſt ex ſe grauis. 78.1.9.f.
Maledictio non eſt intrinſecè mala.319.2.4.f.
Maledictio formalis ex ſuo genere eſt peccatum mortale, & poteſt eſſe in multiplici ſpecie. 320. 1.6.f. Poteſt tamen aliquando etiam eſſe venialis.320.2.7.m.
Maledictio materialis ex ſuo genere non eſt peccatum mortale.320.2.8.f.& ſeq.
Qui alterum, vel ſe ipſum per maledictionem materialem tradit Diabolo, non peccat mortaliter. 321.1.10.f.
Maledictio Dei, & Sanctorum, etiam materialis, eſt peccatum mortale.321.2.11.i.
Si filij maledicant parentibus, vel ſubditi Superioribus, vel Superiores ſubditis, peccant mortaliter.321.2.12.i.
Maledicere creaturis, in quantum ſunt creaturæ, eſt peccatum blaſphemiæ.322.1.14.i.
Maledicere ſibi, vel proximo, quale peccatum ſit. 322.1.15.i.& ſeq.
Maledicere Diabolo, damnatis, peccatoribus.322.1. 17.f. Animabus defunctorum, vento, pluuiæ, aut creaturis

creaturis irrationalibus.322.1.20.21.
Loco, aut tempori, in quo contigit aliquid triſte. 323.1.23.m.
Maledictio eſt leuius peccatum, quàm detractio. 321.2.13.f.

Malum, Malitia, v. Culpa, Peccatum.

Metus quo modo minuat malitiam.52.2.12.f.
Malitia quo modo poſſit eſſe eſſentialis actibus internis voluntatis.114.2.2.f.
Sola malitia primaria poteſt eſſe differentia per ſe. 116.2.5.i.
Eadem ſpecie malitia non poteſt competere per ſe pluribus actibus diſtinctis ſpecie.117.1.8.f.
Quo modo malitia dicatur ſe habere conſequenter ad vitium.118.1.4.f.
Non datur malitia tranſcendentalis, quæ ſit paſſio entis.118.2.3.f.
An, & quo modo malitia & ratio formalis peccati conſiſtat in relatione difformitatis ad legem, vel ad naturam rationalem, & vniuerſaliter in aliquo relatiuo.141.1.& ſeq.
Malitia non conſiſtit in aliquo poſitiuo.145.& ſeq.
Malè diuiditur in malitiam ſimpliciter, & in malitiam moralem, vel ſecundùm quid.147.2.10.m.
Non datur purum malum ſine admiatione alicuius boni.148.1.11.i.
Omnis malitia, ſiue ſit abſoluta, ſiue relatiua, conſiſtit in aliquo negatiuo.148.1.12.f.
Malum phyſicum non conſiſtit formaliter in poſitiuo.149.1.13.f.
Bonum, & malum quo modo dicantur opponi contrariè.150.1.16.i.
Quo modo ſint differentiæ humanorum actuum. 150.2.17.i.
Quo modo aliqui actus dicantur eſſe mali intrinſecè, & eſſentialiter.150.2.18.f.
Malitia, qua peccatum dicitur malum in ſe, non conſiſtit in pura negatione.152.1.2.i.
Quo modo ſit priuatio in ipſo actu. 152.2.4.m. & ſequent.
Priuationes poſſunt eſſe inæquales in ratione malitiæ, etiamſi ſint æquales in ratione priuationis, & non entis.191.2.7.f.
Peccatum ex malitia quodnam ſit, & quo modo contingat.242.2.1.1.& ſeq.
Malitia, quæ eſt cauſa peccati ea parte voluntatis, in quo conſiſtat.243.2.4.i.
Quo modo omne peccatum ex malitia ſit peccatum in Spiritum ſanctum.244.2.8.f.
Quo modo ſit grauius, quàm peccatum ex infirmitate.245.1.9.i.
Malitia formaliter ſolùm ſequitur ad actionem, in quantum exit ab illo agente, quod tenetur ad oppoſitum.250.2.9.i.
Deus eſt cauſa moralis bonitatis, non autem malitiæ.252.2.16.f.
Negatio phyſica, & priuatio moralis in actu peccati, ſunt diſtinguendæ.253.1.20.f.
Ad vitandum malum maius, licitum eſt inducere ad malum minus.345.1.28.m.
Malitia, in quantum eſt filia acidiæ, in qoo conſiſtat.366.1.5.f.
Et quomodo ſit peccatum mortale.367.2.9.m.

Mandatum.

Mandatũ quare expiret morte mãdãtis.433.2.10.m.
Mandatum quo datur iuriſdictio, non expirat morte mandantis, ſi iam iuriſdictio cœpta eſt exerceri.434.1.13.i.
Mandatum, quòd non fit à Superiore, non ſemper expirat morte mandantis.434.1.14.i.

Mandatum executiuum.

Mandatum executiuum, ſi in aliqua parte ſit exceſſiuum, & ſupra iuſtũ, totum eſt nullũ.407.1.16.i.
Eiúſque executio eſt nulla.407.1.17.m.

Mando, verbum.

Verbum, *Mando*, vtrùm ſit præceptiuum, & importet obligationem.500.1.3.m.

Manſuetudo.

Manſuetudo quo differat à clementia. 310.1.16.m.
Ad manſuetudinem pertinet moderatio iræ. 309. 2.14.f.

Matrimonium.

Matrimonium non irritatur ea metu reuerentiali, etiam cum enormi læſione.80.1.19.i.
Ex metu graui licitum eſt cõtrahere matrimonium cũ aliqoo impedimento nõ dirimẽte.52.2.11.m.
Impedimentum matrimonij, etiam ſecretò cognitum, eſt manifeſtandum.277.1.3.m.
Et etiamſi contineat infamiam.280.1.7.m.
Dubietas de validitate matrimonij rati poteſt tolli per præſumptiones.389.1.26.i.
Etiamſi ſit dubietas ratione conditionis ſeruilis. 389.1.27.f.
Coniux inoincibiliter dubius de validitate matrimonij, quo modo poſſit petere, & reddere debitum.392.2.20.f.
Vſus matrimonij alter eſt dominij, & alter ſeruitutis.393.1.21.i.
Matrimonium contractum poſt obtentam diſpenſationem alicuius impedimenti, ſed ante habitam illius notitiam, eſt nullum.483.2.16.m.
Niſi Papa ſpecialiter in ſua diſpenſatione iotendat oppoſitum.484.2.20.i.
Metus mortis oon validat matrimonium, alioqui nullum.518.1.23.m.
In matrimonio bona fide contracto cum impedimento occulto, poteſt diſpenſare Epiſcopus, ſi neceſſitas vrgeat.599.2.8.f.
Diſpenſationes matrimoniales quomodo in Curia dicantur concedi ſine cauſa.604.2.7.m.

Medicamentum.

Licitum eſt vti carne, & adipe humano pro medicamento.337.1.16.f.
Non eſt licitum medicamentum probabile, quando ſuppetit certum.403.2.2.i.
Medicamentum dubium non eſt licitum etiam gratia experiundi.403.2.4.m.
Probabilius eſt, quòd Medicus teneatur ſequi ſemper opinionem probabiliorem, & tutiorem inter Medicos.404.1.7.f.
Medicamentum probabile potiùs eſt attendendum ex effectu, & experientia, quàm ex ratione ſpeculatiua.404.1.6.m.
Remedium, quod certò ſcitur noo nociturum, & dubitatur, vtrùm ſit profuturum, quo modo ſit adhibendum.404.1.8.f.
Medicamentum probabile poteſt adhiberi, quando æger eſt iam deſperatus, & non ſuppetit medicamentum certum.403.2.5.m.

Medicus.

Medicus, ſi ea vana gloria oolit adhibere ſocium curationis, quando oportet, peccat mortaliter. 267.2.15.i.
Quo modo Medicus poſſit ſequi opinionem probabilem inter Theologos, vel inter Medicos, omiſſa probabiliore.403.& ſeq 404.1.7.f.

Melancholia,

Melancholia, v. Amentia.

Ex humore melancholico maximè contingit læſio mentis. 37.1. 3.f. Sibyllæ, & diuioantes. 41.2. 15.i. Poëtæ,& Oratores.41.2.16.m. Apparentiæ Dæmonum,& latronum,&c.414.2.7.m.

Membrum.

Metus abſciſſionis membri eſt grauis. 62.2.3.i.
Membra exteriora non poſſunt eſſe ſubiectum peccati.217.1.4.f.219.2.12.i.
Homo in membra habet dominium deſpoticum. 46.2.7.i.217.1.5.f.

Memoria.

Defectus memoriæ quo modo contingat. 29.1. 13.f.

Mens.

Cæcitas mentis eſt filia luxuriæ.300.2.6.f.
Mentis euagatio eſt filia acidiæ, & aliquando eſt peccatum mortale. 367.2.10.f.
Quo modo ſit bonarum mentium ibi culpam agnoſcere,vbi culpa non eſt. 418.1.6.f.

Mentis hebetudo, v. Hebetudo.

Mentis læſio. v. Amentia.

Meretrix.

Vtrùm meretrix teneatur reſtituère, quod extorquet blanditiis.82.1.4.m.

Meritum, Meritorium.

Poteſt actus eſſe meritorius, etiamſi fiat ex conſcientia erronea.382.2.5.i.

Metus, v. Timor.

Metus quid ſit.50.1.2.i.
Non eſt idem agere ex metu; & cum metu. 50. 1.3.i.
Metus poteſt contingere etiam in Angelis,& creaturis purè intellectualibus. 50.1,4.m.
Metus iuſtus,probabilis, & cadens in virum conſtantem.50.1.5.m.Quare ſic dicatur.58.2.1.m.
Quæ fiunt ea metu,neque ſunt purè voluntaria,neque purè inuoluntaria,ſed mixta. 51.1.7.m.
Et plus habent de voluntario, quàm de inuoluntario, & ſimpliciter ſunt voluntaria,& ſecundùm quid inuoluntaria.51.2.8.f.
Si ſint intrinſecè mala, non excuſantur à peccato. 52.1.9.i.
Secùs verò,ſi ſint mala ſolùm ex lege poſitiua.52.1. 10.i.518.2.14.i.
Ex metu mortis licitum eſt dicere Miſſam ſine luminibus,& ſine veſtibus ſacris.52.2.11.i.
Metus in actibus malis minuit culpam, & pœnam. 52.2.12.f.
Et in actibus bonis minuit meritum.53.1.14.i.
Non tamen facit culpam venialem ex mortali. 53. 1.13.i.
Non irritat contractus, & vota,niſi ſit directè illatus.53.1.15.f.
Quæ fiunt cum metu, non ſunt inuoluntaria. 53. 2.16.m.
Metus non eſt voluntatis perfectè.54.1.19.m.
Quid requiratur ad metum ſeruilem cum ſeruilitate.54.1.18.m.
Quot ſint genera,aut ſpecies metus.55.2.1.m.
Metus concuſſiuus,impreſſiuus,aut facti.56.2.7.f.
Metus ſuſpicionis, aut compulſiuus potentiæ. 56. 2.7.f.
Metus tacitus,& reuerentialis.56.2.7.f.
Metus perfidiæ.56.2.7.f.
Per omnes ſpecies metus cauſatur inuoluntarium ſecundùm quid in foro conſcientiæ. 56.2.8.f.
Etiamſi ratio mali,quod timetur, ſit ſolùm apparens.57.1.11.f.
Non autem ſemper cauſatur in foro externo. 57. 2.12.f.
Metus cadens in virum conſtantem, debet eſſe de malo, quod ſit graue abſolutè.58.2.2.f. Et quod prudenter timeatur:& qui metum incutit,poſſit, & ſoleat exequi.59.1.4.7.8. Et qui metum patitur,non poſſit facilè malis occurrere.59.2.9.f.
Etiam ſuſpicio metus reputatur pro metu. 59.2. 5. m.
Metus grauis reſcindit contractus, etiamſi non ſit cum laude virtutis,& ſine culpa.59.1.3.f.
Grauitas metus non eſt eodem modo attendenda in omnibus, v.g. in fœmina,ſene,aut puero,atque in milite.60.1.10.i.
Metus grauis quomodo dicatur cadere in virum conſtantem, non autem in conſtantem fœminam, aut conſtantem ſenem, vel puerum. 60. 2.11.i.
Ad metum grauem non requiritur, vt malum timeatur in ipſa perſona timentis; ſed ſatis eſt, ſi timeatur etiam in aliis ipſi coniunctis, v.g.in filiis,vxore,parentibus,fratribus, conſanguineis, affinibus, amicis, domeſticis. 61.1.13.14.15.16. 17.18.19.
Quæ mala corporis poſſint timeri per metum grauem.62.2.2.3.f.
Iudicium de grauitate metus in vtroque foro pertinet ad Iudicem, aut virum prudentem. 62. 1.1.f.
Quo modo metus amittendi bona externa ſit grauis.65.2.1.m.
Eſt grauis,etiam quoad amiſſionem maioris partis bonorum.65.2.1.
Nec refert, quanta ſit huiuſmodi maior pars. 66.1.3.i.
Sed in homine pauperrimo huiuſmodi metus poteſt non eſſe grauis.66.1.4.f.
Et ſecundùm aliquos idem eſt etiam in homine ditiſſimo.66.2.5.i.
Metus amittendi magnum lucrum. 66.2.9.f.
Metus exilij.64.2.19.m.
Metus amittendi famam.67.1.3.f.
Amittendi honorem.69.1.6.m.
Metus alapæ,aut leuiſſimi verberis.69.2.10.f.
Imò & metus verborum.69.2.10.f.
Metus ſtupri, ſiue in viro,ſiue in fœmina honeſta. 65.1.23.m.
Metus amentiæ.71.1.1.f.
Amittendi ſcientiam, aut artem, vel eam non acquirendi.71.2.3.4.f.
Amittendi gratiam, vel feruorem charitatis per peccatum mortale,aut veniale.72.1.5.m.
Metus, ne quis admittatur ad Sacramenta, vel ad ſtatum clericalem,aut religioſum.73.1.6.f.
Metus excommunicationis, ſiue iuſtæ, ſiue iniuſtæ. 73.2.7.i.
Et aliarum cenſurarum. 74.2.8.f.
Metus reuerentialis,quis ſit.75.1.1.m.
Quo modo ſit grauis.77.1.7.i.
Erga patrem communiter eſt minùs grauis. 78.1. 8. f.
Metus paternæ maledictionis non eſt ea ſe grauis. 78.1.9.f.
Metus reuerentialis poteſt eſſe grauis, etiam ſine minis actualibus,ex ſola vultus terribilitate, vel diuturno aſpectu Superioris irati,& infenſi. 78. 2.11.

a.11.12.13.Et quid io caſu dubio.78.2.12.f.

Ad iudicandum de grauitate metus reuerentialis, debēt expendi conditiones perſonarū.78.2.10.i.

Metus reuerentialis impedit conſenſum præſumptum, ſaltem quando actus eſt nociuus, & præiudicialis.79.2.16.m.

Metus reuerentialis poteſt aliquando eſſe grauis, etiam ex minis, aut malis adiunctis leuioribus. 79.2.15.i.

Contractus celebrati ex metu reuereotiali eum enormi læſione,quo modo irritentur.79.2.17.f.

Ad quas perſnoas ſit metus reuerentialis.80.1.21.f.

Vtrùm blanditiæ inducant metum. 80.2.1.f.81.1.2.f.2.3.f.

Vtrùm preces inducant metum.83.1.5.m.

Inducunt metum grauem, quando ſunt ſimul cum metu reuerentiali.83.2.8.i.

Metus qualiter ſit probandus in iudicio.58.1.15.m.

Metus mortis non tollit nullitatem actus, qui ex illo fit.518.1.22.m.

Nec validat matrimonioum.518.1.23.m.

Qui legem ſeruat ſolùm ex metu,noo incurrit cenſuram latam per legem. 509.2.9.f.

Quo modo ex metu graui aliquando ſit licitum communicare cum excommunicato.516.2.14.i.

Miles.

In milite admittitur ignorantia iuris,etiam in foro externo. 105.1.3.m.

Mina,v.Metus.

Si ſit dubium,vtrùm is, qui mioas intentat,ſit ſoliтus illas exequi, cenſendus eſt metus grauis.78.2.10.11.i.

Minor.

In minotibus admittitur ignorātia iuris.105.2.3.m.

Miſſa,v.Sacerdos.

Ex metu mortis licitum eſt dicere Miſſam ſine luminibus, & ſine veſtibus ſacris. 52.2.11.i. 517.2.18.i.

Sacerdos in Miſſa indignè communicans dupliciter peccat,id eſt,indignè miniſtrando,& indignè recipiendo Eochariſtiam.174.1.15.f.

Probabile eſt,quòd poſſit dici Miſſa,non dicto Matutino.396.1.7.m.

Qui audit Miſſam die feſto, & ignotat, quòd ſit dies feſtus,quomodo ſatisfaciat.310.1.12.f.

Licitum eſt velle potiùs mori,quàm Miſſam facere ſine veſtibus,aut ioſtrumentis ſacris. 518.1.21.i.

Monarchia.

Monarchia, Atiſtocratia, Timocratia, quo modo ſiot inſtituta.456.2.5.i.

Monaſterium.

Vtràm infantes, vel amentes poſſint ingredi Monaſteria, vel ab aliis iotra illa admitti ſine peccato,& ſine cenſura.528.1.17.f.

Monialis.

Monialis, ſi ex animi leuitate nimis ſe ornet, quomodo peccet.269.2.19.m.Si laruis vtatur.349.1.12.m.Si choreas faciat.349.2.17.m.

Moniales ex voto obedientiæ non tribuunt Abbatiſſæ vllam iuriſdictionē ſpiritualem.444.1.10.i.

Capitula Monialium non poſſunt condere leges ptopriè dictas.454.2.7.f.

Mors.

Metus mortis eſt cadens in virū conſtantē.61.2.2.i.

Mors cioilis io multis æquipatatur morti naturali, & quænam illa ſit.62.2.7.f.

Quo modo omnia ſint facienda, ac ſi ſtatim eſſemus morituri. 418.1.7.m.

Pœna mortis ſufficienter indicat obligationem legis ad culpam mortalem.304.2.11.m.

In periculo mortis quo modo ſit licitum comedere idolothyta.517.2.19.m.

Mortale,v.Peccatum.

Denomioatio mortalis,& venialis in peccatis vnde habeatur.167.2.1.f.168.2.6.f.

Quo modo aliqoa peccata dieantur eſſe mortalia ex proprio genere.168.2.4.i.

Mos,Morale.

Genus moris ex S.Thoma ſolùm habetur per ordinem ad voluntatem.252.2.15.f.

Motus.

Motus primò primi non ſunt actio homana.2.2.5.f.

Motus primò primi, & ſecundò primi, vel nullo modo ſunt peccatum, vel ſolùm ſunt veniale. 23.1.7.i.

Et qui proptiè ſint ex S.Thoma.226.1.19.m.

Mulier,v.Fœmina.

In muliere admittitur ignorantia iuris. 105.2.3.m.

Grauius eſt fornicari cum muliere turpi,quàm cum pulchra.202.1.7.i.

Si mulier ex conſuetudine, & abſque mala intentione oſtentet nudum pectus,non peccat mortaliter.269.1.15.f. Sed hæc conſuetudo non eſt de nouo ioducenda.269.2.17.i.

Cooſuetudo,ſi alicubi eſt,vt viri,& fœminæ publicè ſe oſculentur,oon eſt imptobanda.269.2.16.i.

Mulieres communiter ſunt inuidæ.355.1.13 m.

Mulierum cantus, & voces ſunt periculoſæ.298.1.3.m.

Multiloquium.

Multiloquium ex ſe eſt peccatum veniale, ſed ex accidente poteſt multiplicitet eſſe mottale.350.1.1.m.

Multiloquium quo differat à verboſitate,& linguoſitate.33n.1.2.f.

Mundus.

Non poteſt prn toto mundo ſimul haberi ab vno homine poteſtas ſpiritualis, & temporalis.458.2.12.f.

Nullus eſt, qui poſſit condere leges ciuiles pro toto mundo.459.1.1.f.

Mutilatio.

Metus mutilationis eſt grauis.62.2.3.i.

Pœna mutilationis ſufficienter indicat obligationem legis ad culpam mortalem.504.2.11.m.

N

Natalis Domini.

QVi vouit ieiunare ſexta feria, etiam tenetur, ſi in illā incidat dies Natalis Domini.100.1.m.

Neceſſitas.

Neceſſitas propriè quid ſit, & quotuplex.43.2.4.m.

Qun differat à violentia,& coactione.43.2.3.i.

Publica,& communis oeceſſitas non excuſat à violatione immunitatis eccleſiaſticæ, neque tribuit iuriſdictionem.566.1.2.m.2.3.i.

Negatio.

Negatio.

Negationes,& priuationes ſolùm tolluntur per formas oppoſitas ; nooautem per alias negationes. 154.2.9.i.

Negatio actus nou poteſt per ſe, & ratione ſui mouete volunratem.136.2.20.i.

Negligentia.

Siue quis det operam rei illicitæ,ſiue licitæ,ſemper mala,quæ conſequuntur,imputantur ad pœnam, propter negligentiam illa conſiderandi. 208. 2.8.m.

Negotiatio,Negotium.

Quo modo Clerici non ſint exempti à gabellis,ſi negotientur.547.1.11.i.

Negotia ſæcularia,à quibus Clerici debent abſtinere,quænam ſint.562.1.13.f.

Ab illis tamen ſoli Clerici beneficiati , aut conſtituti in ſacris tenentur abſtioere.562.2.14.i.

Nemeſis.

Nemeſis quid propriè ſit,& quare in Scriptura prohibeatur.353.1,3.f.

Nemeſis oon eſt mala.358.2.13.m.

Notitia.

Notitia intellectus ad actum peccati ſpecialiter debet eſſe de malitia actus.22.1.2.i.

Non eſt tamen neceſſe , vt ſit explicita quoad gradum mortalis.25.1.4.f.

Notitia neceſſaria ad peccatum mortale debet fundare perfectam deliberationem.22.2.5.i.

Quo modo cognoſcatur,quòd in actu peccati notitia malitiæ ſit perfecta.32.3.6.m.

Ad legis obligationem non eſt ſatis notitia priuata,quæ poteſt de illa haberi ante ſolennem promulgationem.471.2.8.i.

Nouitas.

Nouitatum præſumptio , iouentio , aut cupiditas, quando ſit peccatum mortale.269.1.13.m.

Nouitas veſtium,ludorum,doctrioæ.269.& ſeq.

Nullitas.

Ignorantia , quæ excuſat à culpa contra aliquam legem poſitiuam,etiam excuſat à nullitate actus, ſi hæc per illam legem ſtatuatur , vt pœna. 482. 1.7.f.

Non autem ſi ſtatuatur ſolùm propter ſolennitatem.481.1.7.f.

O

Obedientia, v. Inobedientia.

OBedientia eſt maximè neceſſaria homini ſcrupuloſo. 420.1.3.i.

Obiectum.

Quo modo peccata ſumant ſpeciem ex obiectis. 155.2.& ſeq.

Quo modo in peccatis ſint accipienda obiecta formalia.157.2.9.i.

Obligatio,Debitum.

Sola obligatio aduertendi non eſt ſatis ad culpam, niſi prætereà meori occurrat cogitatio de tali obligatione. 97.1.13.f.

Aduertere,& debere aduertere quo modo dicantur eſſe patia.97.3.14.i.

In dubiis nemo præſumitur obligatus.386.2.8.i.

In obligationibus ſemper eſt facienda reſtrictio, & vnuſquiſque ſemper eſt præſumendus quàm minimè obligatus.391.1.8.m.

Formalis voluntas implendi obligationes,quas aliquis haber, ſemper poteſt præſumi, quando ſit aliqua actio.510.2.14.m.

Idque etiam valet io obligationibus iuſtitiæ. 511. 1,18.f.

Obligatio grauis vnius legis poteſt colligi ex declaratione per aliam legem.500.2.8.m.

Obligatio legis ad culpam mortalem poteſt colligi ex vſu,& conſuetudine.501.2.1.m.v.*Lex.*

Qui facit actum præceptum cum iotentione oon ſatisfaciendi præcepto, vtrùm verè ſatisfaciat. 511.2.19.i.

Multiplex obligatio quo modo impleatur per vnicum actum , ſiue diuiſibilem, ſiue iodiuiſibilem.512.2.22.i.

Licitum eſt recedere à loco, in quo viget, & vrget obligatio alicuius præcepti, eámque poſteà non implere.532.1.11.i.

Etiamſi id fiat ex directa intentione vitandi obligationem.533.1.18.m.

Breuis commoratio ad non contrahendam legum obligationem,quænam ſit.537.2.25.m.

Obliuio,v. Memoria,Amentia.

Odium.

Odium ſui ſemper cauſatur ex amore ſui, nec poteſt aliquis,per ſe loquendo, odiſſe ſe.240.2.9.m.

Peccatum odij eſt grauius, quàm peccatum inuidiæ,& iræ. 308.1.7.i. 357.2.8.m. Et ab illis quo differat.308.1.7.i.

Odium non eſt vitium capitale.310.2.4.f.

Signum odij eſt, non dignari aliquem aſpectu, aut colloquio.311.2.4.i.

Odium inimicitiæ, & odium abominationis quid ſint.320.1.5.f.

Odium preſsè acceptum quando contiugat. 354. 1.7.m.

Diſplicentia de bono alterius ex odio,& ex inuidia, quo differant.354.1.6.i.

Odium Dei, & amor ſui eſt filius luxuriæ. 301. 1.11.f.

Officium.

Priuatio officiorum eſt pœna grauis.501.1.11.m.

Officium diuinum, v.Hora canonica.

Omiſſio.

Omiſſiones actuum quo modo poſſint dici actio humana.2.1.4.f.

Pura omiſſio,ſi daretur, ſolùm eſſet voluntaria indirectè.14.2.5.m.

Vtrùm poſſit dari pura omiſſio ſine omni actu.133. 2.3.m.& ſeq.

Omiſſio , & negatio actus non poteſt per ſe,& ratione ſui mouere voluntatem.136.2.20.i.

Neque poteſt cauſari à fine ſine aliquo actu voluntatis.136.2.21.m.

Peccato omiſſionis quo modo debeatur pœna ſenſus.138.1.27.m.

Quo modo actus, cum quibus reperitur omiſſio, participent, aut noo participeot ab illa malitiam.138.2.30.f.

Peccato omiſſionis quo modo conueniat communis definitio peccati , quòd ſit factum , dictum, concupitum contra legem æternam.140.1.2.m.

Etiam peccata omiſſionis poſſunt dici,quòd diſtinguantur ex obiectis.160.1.4.f.

Peccata omiſſionis, & commiſſionis ſolùm differunt ſpecie materiali, non autem formali, ſi proximè ſint ex eodem motiuo. 169.2.& ſeq.
Commiſſio eſt grauius peccatum, quàm omiſſio. 175.1.21.m.
Peccara omiſſionis non ſunt eadem cum peccatis per defectum. 176.1.3.i.
Quibus modis multiplicentur numero peccata omiſſionis. 186.1.& ſeq.

Onus, Munus, Officium publicum.

Onera, ſeu munera perſonalia ſunt multiplicis generis. 561.1.1.i.

Opinio.

Ad opinionem probabilem non eſt ſatis, ſi habeat quomodocũque plures Doctores. 395.1.1.f.& ſeq.
Opinio, quæ vno tempore eſt probabilis, alio tempore poteſt eſſe obſoleta. 395.2.4.m.
Ad opinionem probabilem poteſt ſufficere etiam vnus Doctor. 395.2.5.f. Eámque poſſunt ſequi omnes alij, ſiue docti, ſiue indocti. 396.1.8.f.
Quo modo vir doctus poſſit ſequi ſententiam aliorum contra propriam. 396.2.9.i.
Sola authoritas vnius Doctoris non facit opinionem probabilem, ſi ſit deſtituta rationibus. 396.2.10.i.
Ad opinionem probabilem requiritur, vt communiter exiſtimetur non continere errorem, & nitatur rationabilibus fundamẽtis. 396.2.11.12.m.
Quid requiratur ad hoc, vt aliqua opinio dicatur communis. 397.2.17.i.
Poteſt contingere, vt vtraque pars contradictionis ſit opinio communis. 397.2.18.i.
Poteſt aliqua opinio eſſe probabilis pro ſulo caſu neceſſitatis, non autem extra illum. 397.1.15.i.
Si vna opinio habeat plures Doctores, & alia habeat meliores, poſſunt aliquando inter ſe compenſari, & vtraque eſſe æqualis authoritatis. 398.1.19.i.
Quo modo ſit licitum operari ex opinione probabili, omiſſa probabiliore, etiam propria ipſiuſmet operantis, & magis tuta. 398.2.1.2.399.1.5.m.2.6.7.i.m.
Quanta probabilitas requiratur in vna opinione, ad hoc vt poſſit tutò eligi. 399.1.3.i.
Opinio parum probabilis poteſt in aliquo caſu eſſe tuta ſufficienter. 399.1.4.i.
Opinio ſatis tuta ex vno capite, poteſt non eſſe tuta ex alio capite. 400.1.11.m.
Quare in materia charitatis ſit ſequenda opinio certa, & ſimpliciter tuta; non autem ſufficiat opinio probabilis. 400.2.13.f.

Oportet.

Verbum, *oportet*, vtrùm importet obligationem. 500.1.4 f.

Oratio, v. Preces.

Oratio conſiſtit in actu rationis, & partis intellectiuæ. 430.2.8.f.

Ordo, Sacramentum.

Ordines non poſſunt ſuſcipi ab Epiſcopo quaſi domicilij. 335.1.9.m.

Orientales.

Orientales non tenentur conſtitutionibus Papæ, quæ in dies emanant. 573.2.2.m.
Neque iis, quæ continentur in iure canonico. 573.2.3.ſ.

Originale peccatum.

Peccatum originale quomodo dicatur traduci ad poſteros, ſicut peccatum actuale traducitur ad membra. 220.1.13.m.

Originarius.

Originarius alicuius loci quis dicatur. 535.1.10.m.

Oſculum, v. Tactus.

Conſuerudo ſi eſt alicubi, vt viri, & fœminæ publicè ſe oſculentur, non eſt improbanda. 269.2.16.i.
Oſculum, ſi fiat ex bono fine, non eſt peccatum. 286.1.7.ſ.
Si fiat ex fine ſolùm venialiter malo, non eſt peccatum, niſi veniale. 286.2.8.i.

Otioſitas.

Otioſitas eſt benè vitanda à ſcrupuloſis. 319.1.13.f. 421.1.7.i.

P

Papa.

Papa, quod dicit incidenter ad aliquam quæſtionem propoſitam, ſæpè dicit tanquàm priuatus Doctor. 387.1.13.f.
Poteſt condere leges eccleſiaſticas pro tota Eccleſia. 437.2.1.m. Non tamen poteſt delegare hanc facultatem alteri, qui poſſit obligare totam Eccleſiam. 437.2.2.f.
Si peſte, aut aliter deficiant Cardinales, electio Papæ ad quos pertineat. 447.2.13.f.
Papa poteſt ſubiicere ſe Concilio, tanquàm arbitro, non tanquàm Iudici. 451.2.6.f.
Non habet poteſtatem ciuilem, & politicam in totum mundum. 459.2.3.f.
Neque in totam Eccleſiam, niſi indirectè. 460.1.4.m.& ſeq.
Ad ipſum ſpectat adminiſtratio imperij, quandiu vacat. 461.2.8.m.
Poteſt condere leges ciuiles pro terris temporaliter ſibi ſubiectis. 464.2.1.m.
Reſponſa Pontificum ad caſus particulares quo modo habeant vim legum. 473.2.17.f.
Quo modo Papa à Canoniſtis dicatur habere pedes plumbeos. 485.1.5 f.
Si Papa percutiat Clericum, non incurrit excommunicationem. 521.2.8.m.
Si omittat Horas canonicas, non amittit fructus eccleſiaſticos. 521.2.9.m.
Si non ieiunet, vel non confiteatur ſemel in anno, ſecundùm aliquos, ſolùm peccat venialiter. 525.1.12.ſ.
Ad ſolum Papam ſpectat approbare pro Clericis leges laicorum. 541.1.10.i.
Papa eſt exemptus de iure diuino ab omni poteſtate laïcorum. 552.2.14.f.
Poteſt reuocare conſuetudinem quomodocunque inductam contra immunitatem. 569.1.13.i.
Poteſt reuocare concordata cum laïcis. 571.2.7.i.
A Papa ad Concilium licet appellare. 448.2.14.m.
Poteſt diſpenſare in toto iure canonico, & in lege apoſtolica humana. 598.2.1.m.
Poteſt retrotrahere diſpenſationem ad effectus præteritos abolendos. 598.2.2.m.
Contra leges Papæ non poteſt dari de non vſu, vel de legitima præſcriptione ſine ſcientia, & conſenſu ipſius Papæ. 488.1.5.ſ.

Pariſienſes.

Articuli Pariſienſes quantæ ſint authoritatis. 237.2.8.f.

Parochia,

Parochia, Parochus.

Parochia acquiritur etiam per quaſi domicilium. 534.2.5.i.

Et poteſt haberi etiam duplex. 534.2.7.f.

Parochus,qui intra annum non promouetur ad ſacerdotium,quo modo ſit priuatus parochia.578. 2.16.f.

Facultas diſpenſandi in legibus Superiorum non eſt eodem modo præſumenda pro Parochis, quo præſumitur pro Epiſcopis.600.1.12.i.

Parochus ex conſuetudine diſpenſat in lege ieiunij, aut feſti ; non autem in voto.600.1.13.m.

Pars.

Quo modo pars naturaliter exponatur periculo propter conſeruationem totius.47.2.11.i.

Quo modo lex debeat eſſe acceptata à maiori parte. 489.2.20.m.490.1.23.i.

Quo modo conſuetudo debeat eſſe obſeruata à maiori parte.590.2.8.f.

Maior pars populi,quæ dicatur.590.2.9.f.

Paſſio, v. Concupiſcentia.

Paſſio ſemper excitatur in appetitu ſenſitiuo,quando voluntas intenſè operatur.85.1.4.i.

Quo modo paſſio trahat voluntatem.86.1.10.m.

Peccata,quæ fiunt ſimul ex habito, & ex paſſione, vtrùm ſint leuiora. 110.1.6.f.

Paſſio ſolùm indirectè eſt cauſa peccati, & mouet voluntatem. 235.2.1.f.

Quo modo poſſit ſuperare rationem contra eius ſcientiam.236.2.4.i.

Paſſio vehemens poteſt inducere in amentiam. 236.2.5.f.

Delicta ex paſſione mitiùs puniuntur. 237.1.6.m.

Paſſiones ſunt infirmitates animæ.238.2.1.f.

Paſſio, etiam quando ligat rationem,non excuſat à peccato.239.1.3.m.

Conſtituti in paſſionibus facilè habemus apparentias,& deceptiones circa ſenſus.414.2.4.i.

Pater in diuinis.

Pater aliquando in Conciliis dicitur generare, & eſſe Deus voluntate.4.1.7.i.

Pater in humanis.

Metus reuerentialis erga patrem communiter eſt minùs grauis.78.1.8.f.

Metus paternæ maledictionis non eſt ex ſe grauis. 78.1.9.f.

Si dubitetur ex duobus vter ſit verus pater huius filij, quis ex illis teneatur eum alere. 392.2. 19.m.

Præcepta patrisfamiliàs non ſunt lex.433.2.9.i.

Quomodo pater habeat in filios naturale dominium.463.1.15.m.

Patria poteſtas ciuilis quo differat à poteſtate patria naturali,& quibus competat.463.2.16.f.

Non poteſt reus obligari à Iudice, vt occidat patentes,etiam publica authoritate.583.2.5.f.

Vtrùm pater, in cuius lecto infans eſt ſuffocatus, ſit irregularis.498.2.16.m.

Patriarcha,v. Epiſcopus.

Patriarcha quo modo poſſit condere leges. 440.2. 19.m.

Quo differat à Primate, & Archiepiſcopo. 441.2. 24.m.

Poteſt Crucem geſtare per totum mundum, etiam in locis exemptis, excepta Roma, & vbi eſt Legatus Sedis apoſtolicæ.441.2.21.m.

Pauper, Paupertas.

In homine pauperrimo metus amittendi bona externa poteſt non eſſe grauis.66.1.4.f.

Religioſus, ſi ex importunitate obtineat licentiam poſſidendi aliquid contra votum paupertatis, non eſt tutus in conſcientia.57.1.10.m.

Pax.

Poteſt Iudex remittere pœnam reo, etiam non habita pace.512.2.9.f.

Publicæ litteræ pacis vtrùm poſſint negari inimico illas petenti.513.1.10.i.& ſeq.

Peccatum, v. Culpa, Malitia.

Qualis notitia,& conſenſus requiratur, & ſufficiat ad peccatum,ſiue mortale,ſiue veniale.21.& ſeq.

Peccatum mortale communiter ex metu non fit veniale.53.1.13.i.

Metus amittendi gratiam, aut feruorem charitatis per peccatum mortale,aut veniale,eſt metus grauis.72.1.5.m.

Non omne peccatum eſt inuoluntarium conditionaliter, & ſecundùm quid ratione ignorantiæ conſequentis.94.2.5.f.

In omni actu peccati eſt aliqua ignorantia,aut peruerſitas,vel euerſio mentis.95.1.6.f.

Sola obligatio, aut debitum aduertendi non eſt ſatis ad culpam, niſi præterea menti occurrat aliqua cogitatio de tali obligatione.97.1.13.f.

Peccata, quæ fiunt ſimul ex habitu,& ex paſſione, vtrùm ſint leuiora.110.1.6.f.

Peccatum,& vitium quo differant.112.1.1.f.

Quo modo peccatum poſſit eſſe ſimul cum virtute.127.2.1.f.

Peccatum mortale,ſecundùm aliquos,ſolùm moraliter contrariatur charitati,& ſecundùm aliquos phyſicè.128.1.3.m.

Quo modo poſſit explicari,& defendi hæc contrarietas phyſica.128.2.5.f.

Quo modo dicatur à S.Thoma, quòd peccatum mortale effectiuè deſtruat charitatem, & gratiam.130.1.6.i.

Quo modo peccatum mortale ſit contra Deum, & deſtruat charitatem in eo,qui ignorat Deum inuincibiliter.131.2.8.i.

Vtrùm in omni peccato ſit aliquis actus. 131.2.f. & ſeq.

Peccatum, tam in natura, quàm in ratione, ſolùm attenditur ex declinatione à regula operationis, non autem ex declinatione à fine intento per operationem.134.2.13.m.

Peccatum rectè definitur, quòd ſit dictum,factum, vel concupitum contra legem æternam.140.1.

Quo modo omne peccatum ſit contra legem æternam.140.2.4.i.

Ratio formalis peccati non conſiſtit formaliter in aliquo relatiuo.142.1.3.i.

Neque in aliquo poſitiuo abſoluto 145.1.& ſeq.

Neque ſimul in poſitiuo,& negatiuo.150.1.25.i.

Quo modo peccatum rectè dicatur eſſe quid ſolùm complexè enonciabile.146.2.5.m.

Pœna damni quo modo debeatur peccato ratione auerſionis;& pœna ſenſus, ratione conuerſionis. 151.1.20.i.

Et quo modo hoc conueniat etiam peccato omiſſionis.138.1.27.m.

Ratio formalis peccati quo modo conſiſtat in priuatione.151.2.& ſeq.

Quo modo peccata ſumant ſpeciem ex obiectis. 159.2.& ſeq.

Et quo modo in peccatis ſint accipieoda obiecta formalia.161.2.9.i.

In idem recidit, quòd ſumant ſpeciem ex obiectis, & quòd ſumant ſecundùm fines, & ſecundùm virtutes oppoſitas.159.2.2.m.

In peccatis ptincipaliùs ſe babet ipſe actus quàm deotdinatio.160.2.5.i.

Peccata carnalia,& ſpiritualia qoænam ſint,& quo modo ab inuicem differant.162.2.& ſeq.

Peccara cordis, otis, & operis quo modo differant. 163.1.& ſeq.

Quo modo diſtinguantur peccata ex cauſis efficientibus,aur ex finalibus.164.2.& ſeq.

Ex ignorantia,ex infirmitate,& ex malitia,quænam ſint.165.2.3.m.

Non differunt eſſentialiter.165.1.3.m.

Contra Deum, contta ſeipſum, & contra ptoximum.166.1.& ſeq.

Peccata in Pattem, in Filium, & in Spititum ſanctum.167.1.6.f.

Peccata in Spititum ſanctum quo modo dicantur eſſe irremiſſibilia.167.2.7.i.

Quo modo differant peceata, in quantum mortalia,& venialia.167.2.& ſeq.

Denominatio mottalis,& venialis in peccatis vnde ſumatur.167.2.1.f.

Quo modo aliqua dicantur mortalia, aut venialia, ex proptio genere.168.2.4.i.

Quo modo differant, io quantum ſunt commiſſionis,& omiſſionis.169.2.& ſeq.

Ex diuerſitate præceptorum quo modo ſumatur peccatorum diuerſitas.173.2.11.i.

Differentia, aut ſpecies fomialis in peecatis quænam ſit.170.1.2.i.

Peccata pet exceſſum, & pet defectum quo modo diffetant ſpecie.175.1.& ſeq.

Peccata per defectum non ſunt eadem cum peccatis omiſſionis.176.1.3.i.

Per exceſſum, & pet defectum quo modo fundent diuerſas negationes bonitatis contra eandem virtotem.157.2.16.f.176.2.6.i.

Quo mudo multiplicentut numeto peccata cotdis. 179.2.& ſeq.

Peccata otis.182 & ſeq.

Peccata operis.187.1.& ſeq.

Actus,qui fiunt poſt aliquod peccatum conſummatum,ſunt per ſe peccata diſtincta.184.2.6.f.

Si vnns actus habeat pluta obiecta totalia, poteſt eſſe pluta peccata.185.1.7.i.

Quo modo peccata non ſint omnia inter ſe connexa.187.1.& ſeq.

Quo modo non ſint omnia inter ſe paria. 189.2. & ſeq.

Quo modo eorum inæqualitas attendatut ex obiectis.195.1.& ſeq.

Grauitas ex obiecto, propriè loquendo, non poteſt excedi,aut æquari per grauitatem ex circunſtantiis.195.2.2.f.

Peccatum inferius poteſt eſſe mortale, etiamſi peccatum ſupetius ſit veniale.197.2.6.i.

Quo modo inæqualitas peccatorum attendatur ex virtutibus oppoſitis.197.2.& ſeq.

Et ex eo,quòd ſint ſpiritualia, aut carnalia. 200.2. & ſeq.

Peccata ſpititoalia ſunt grauiora.200.2.1.2.i.

Peccata catnalia ſunt contra ptoprium corpus, & ſpititualia contta Deum, vel contra proximum. 200.2.3.f.

Peccata catoalia ſunt ex vehementiote ptincipio extrinſeco. 201.2.6.f. Et ſunt maioris iofamiæ. 202.1.8.m.

Inæqualitas peccatorum attenditur ex cauſis efficientibus,& finalibus.201.2.& ſeq.

Quo modo attendatut ex circunſtantiis. 204.2. & ſeq.

Et ſecundùm maius nocumentum pœnale, aut non pœnale, quod ſequitur ex actu peccati. 206.2. & ſeq.

Et ex conditione perſonæ, in quam peccatur. 211. 2.& ſeq.

Et ex magnitudine ipſius peccantis. 214.2.& ſeq.

Quo modo voluntas ſit ſubiectum omnis peccati. 216.2.& ſeq.

Membra extetiota non poſſunt eſſe ſubiectum peccati.217.1.4.f.219.2.12.i.

An,& quo modo ſubiectum peccati ſit ſenſualitas. 220.2.& ſeq.

Quo modo in tatione ſupetiore, aut inferiote poſſit eſſe peccatum mortale,aut veniale. 227.1. & ſeq.

De cauſa efficiente peccati, ſiue intrinſeca, ſiue extrinſeca.232.2.& ſeq.

Quo modo vnum peccatum in omni genere cauſæ poſſit eſſe cauſa alterius.233.1.4.m.260.1.1.f.

Cauſa peccati ex parte rationis eſt ignorantia.233. 2.& ſeq.

Ex parte appetitus ſenſitiui eſt paſſio. 253.2.& ſeq.

Peccata ex paſſione rectè dicuntur eſſe ex infirmitate.238.2.1.f.

Cauſa omnis peccati eſt amot ſui.239.2.5.m.

Concupiſcentia carnis, concupiſcentia oculorum, & ſuperbia vitæ,ſunt cauſa omnis peccati. 241. 2.13.i.

Peccatum ex malitia quodnam ſit, & quo modo contingat.24.2.2.& ſeq.

Quo modo omne peccatum ex malitia ſit peccatum in Spiritum ſanctum.244.2.8.f.

Peccatum ex malitia eſt grauius, quàm ex infirmitate.245.1.9.i.

Deus ſe ſolo opetans non eſt ſibi, vel alteri cauſa peccati.246.2.& ſeq.

Quo modo Deus cooperans cum voluntate creata non ſit cauſa malitiæ,aut peccati.248.& ſeq.

Negatio phyſica,& priuatio motalis in actu peccati,ſunt diſtinguenda.253.1.20.f.

Potentia peccandi vtrùm ſit à Deo.253.2.24.m.

De cauſa peccati ex patte Diaboli.256.2.& ſeq.

Quo modo aliqua peccata dicantur capitalia, & quænam illa ſunt.260.2.2.f.264.2.& ſeq.

Sunt tantùm ſeptem.265.1.4.m.

Quare appellentur peccata mottalia.265.1.5.f.

Peccata aliquando vincuntur fugiendo,& aliquando teſiſtendo.363.1.6.f.

Peccata venialia non poſſunt vitari omnia ſine ſpeciali ptiuilegio Dei.378.2.12.f.

Peccata ex ebrietate non excuſantur.345.2.29.f.

Peregrini.

Peregrini non tenentur legibus loci, vnde diſceſſerunt.530.1.& ſeq.

Etiamſi habeant animum redeundi, & quamprimom ſint redituri.530.2.5.f.

Periculum.

Non omne periculum mali eſt neceſſariò vitandum.332.2.20.f.

Periurium,v.Iuramentum.

Permiſſio.

Permiſſio Dei quare in Scriptura appelletur ipſius actio.274.1.4.m.

Permiſſio

Permiſſio rei malæ per ſolam non punitionem, poraſt eſſe licita.299.1.13.m.

Perplexitas.

Conſcientia erronea ſi non deponatur, poteſt inducere perplexitatem.376.2.3.i.

In caſu perplexitatis culpabilis, vtrùm grauiùs peccet, qui ſequitur conſcientiam erroneam, an qui non ſequitur.376.2.5.m.

Qui inuincibiliter eſt perplexus, quo modo poſſit excuſari à culpa.378.1.11.f.

Pertinacia.

Pertinacia in quo conſiſtat,& quo modo poſſit eſſe peccatum mortale.270.2.1.m.

Pictor.

Pingere res turpes eſt peccatum mortale. 297.1.10. f.

Pœna,v.Capitis diminutio,Punitio.

Quæ fiunt ex metu, merentur minorem pœnam. 52.2.12.f.

Ignorantia inuincibilis ipſius pœnæ communiter non excuſat à culpa.103.1.18.f.

Qui, dum peccat, exponit ſe certo periculo magnæ pœnæ,dupliciter peccat.210.2.14.f.

Qui per ignorantiam excuſatur à culpa contra aliquam legem poſitiuam, etiam excuſatur à pœna per illam legem ſtatuta.106.1.6.m,588.1.4.m.

Punitio, & pœna quo differant ab vtrioue. 309.2.11.i.

Ex grauitate pœnæ poteſt colligi, quòd lex obliget in conſcientia.494.1.19.m.

Quæ pœnæ eccleſiaſticæ ſint graues, & arguant in lege obligationem ad culpam mortalem. 500.2.10 f.

Et quæ pœnæ temporales. 501.1.12.m.

Etiam in lege ciuili ex grauitate pœnæ colligitur obligatio ad culpam mortalem.501.1.11.m.

Vtrùm pœnæ ſtatutæ per legem ſint ſubeundæ ante ſententiam, & exequendæ ante executionem Iudicis.575.2.& ſeq.

Quid importent in pœnis particulæ, *ipſo iure*, & *ipſofacto*.577.2.12. f.580.2.3.m.

Quo modo poſſit cognoſci,quòd pœna ſit latæ ſententiæ,aut ferendæ.580.1.& ſeq.

Pœnæ conuentionales quo modo ſint ſoluendæ. 579.2.20.f.

Pœnæ teſtamentariæ, & conditionales quo modo obligent.580.1.21.i.

Pœna non eſt neceſſariò ſubeunda, niſi poſt ſententiam vltimam, & à qua non datur appellatio. 583.1.2.m.

Quæ actiones ſunt faciendæ à reo, vt pœnam ſuſtineat poſt ſententiam. 583.1.3.f.

Pœnæ ſolùm reales, non autem pœnæ perſonales, tranſeunt ad hæredes delinquentis damnati. 587.2.35.f.

Ignorantia legis, aut pœnæ per illam ſtatutæ,quo modo excuſet, aut non excuſet ab ipſa pœna. 588.1.& ſeq.

A pœna legis purè pœnalis, quæ ignorantia excuſet.588.2.5.m.

Pœna pecuniaria.

Pœna pecuniaria in quanta ſumma ſit grauis,& indicet obligationem legis ad culpam mortalem. 505.1.14.i.

A pœna pecuniaria iuſta non licet reſiſtere Iudici. 584.2.12.m.

Pœna ſenſus,& damni,v.Reatus.

Quo modo peccato omiſſionis debeatur pœna ſenſus.138.1.27.m.

Pœna ſenſus quo modo debeatur ratione conuerſionis, & pœna damni ratione auerſionis. 151.1.20.i.

Pœna ſenſus peccati inferioris poteſt æquare, & excedere pœnam ſenſus peccati ſuperioris, etiamſi malitia non excedat,aut æquet malitiam. 197.1.5.m.

Pœnitentia.

Pœnitentia interior aliquando eſt neceſſaria ad vincendam ignorantiam iuris diuini.101.2.8.m.

Poëta, v.Comœdia.

Quòd quis ſit Poëta, poteſt contingere ex humore melancholico.41.2.16.m.

Pollutio.

Peccatum gulæ non euadit mortale ex eo, quòd præuideatur ex illo eſſe ſecutura nocturna pollutio.331.1.13.i.

Quo modo actus gulæ poſſit influere in pollutionem. 331.2.16.f.

Quo modo pollutio,quæ præuidetur indirectè eſſe cauſanda ex aliquo alio actu,ſit mortalis,aut venialis.331.2.14.15.m.f.332.2.17.18.19.

Pontifex, v.Papa.

Populus.

Maior pars populi quæ dicatur.590.2.9.f.

Poſſeſſio.

In dubiis eſt benè videndum, pro qua parte ſtet poſſeſſio.387.2.14.m.

In pari cauſa melior eſt conditio poſſidentis. 405.2.3.i.

Poſſeſſio ſecundùm quandam analogiam reperitur in materia omnium virtutum.387.2.15.f.

Conditio poſſidentis non eſt melior ex poſſeſſione,niſi in pari cauſa. 388.1.16.i.

Poſſeſſio,aut paritas cauſæ pro illo ſtat in foro interno,pro quo ſtat præſumptio in externo. 388.1.17.m.

Potentia.

Perfectio potentiæ ſe habet ſolùm materialiter ad perfectionem voluntatis,vt ſic.8.1.11.i.

Operationes potentiarum quo modo ſint violentæ,ſi eliciantur contra imperium voluntatis. 46.2.9.m.47.2.13.f.

Poteſt vna potentia impediri ab vna tantùm operatione,& non ab aliis.41.1.14.m.

Potentia eſt minùs bona, quàm ſuus actus primarius,& adæquatus. 127.1.10.f.

Potentia contradictionis non reſpicit negationem, niſi mediante affirmatione.136.1.19.i.

Ad omnes actus ſuarum potentiarum immediatè concurrit anima ſecundùm S. Thomam. 236.1.3.m.

Potentia peccandi vtrùm ſit à Deo.253.2.24.m.

Etiam aliæ potentiæ à voluntate ſunt ſubiectum peccati.217.1.3.m.

Poteſtas, v.Iuriſdictio.

Poteſtas,quæ competit ratione muneris, & in perpetuum,eſt ordinaria.600.1.14.m.

Spiritualis,& temporalis ſecundùm Hæreticos non poteſt eſſe ſimul.464.2.2.m.

Eccleſiaſtica,& ciuilis quo differant.492.1.11.f.
Spiritualis, & temporalis non poteſt ſimul haberi pro toto mundo.458.2.12.f.

Præceptum,Præceptiuum.

Præceptum quo differat à lege.428.1.9.f.
Quo differat à conſilio.491.1.6.f.
Præceptum affirmatioum, & negatiuum aliquando ſolùm pertioent ad diuerſos gradus eioſdem virtutis.170.1.3.f.
Præcepta affirmatiua, & negatiua non dignoſcuotur ex ſola verborom forma; ſed ex re ipſa præcepta.170.2.5.m.
Diuerſitas peccatorum quomodo ſumatur ex diuerſitate præceptorom.173.2.11.i.
Diuerſitas præceptorum vode attendatur. 173. 2. 12.m.
Ex diſtinctione ſolùm oumerica præceptorum non deſumitur diſtinctio nomerica peccatorum.174.2.16.i.
Si vno, & eodem præcepto præcipiantur plures actiones materiales, poſſunt peccata eſſe plora numero.174.2.17.m.
Cum vnitate præcepti, & actionis materialis poſſunt peccata eſſe plura numero.174.2.19.f.
Sola pluralitas præceptorum non auget peccatum notabiliter in eadem ſpecie.175.1.10.i.
Præceptum quare expiret morte præcipientis.433.2.10.m.
Verba præceptiua indicant io lege obligationem ad culpam.499.1.1.f.
Qui vnum præceptum iam impleuit in vno loco, non tenetur implere iterum io alio loco.530.2.4.m.
Secundùm aliquos, ad legis obſeruationem non eſt neceſſaria formalis voluntas rem faciendi, in quantum eſt præcepta.511.1.17.i.
Qui facit actum præceptum cum intentione expreſſa non ſatisfaciendi obligationi, vtrùm ſatisfaciat.511.2.19.i.

Præſens,v.Abſens.

Præſumptio,Coniectura.

Conſuetodo ſæuiendi in eo, qui non flectitur precibus,non eſt præſumenda.83.1.6.f.
Præſumptiones habent locum, etiam in foro conſcientiæ.388.1.18.m.
Nemo præſumitur fuiſſe admiſſurus delictum.388.1.19.f.
Leges, quæ fundantur in falſa præſumptione alicoius facti,non obligant.495.2.5.i.
Dummodo præſumptio ſit alicuius facti, oon autem periculi,quod ſolet decorrere.496.1.6.m.

Præſumptio,vitium.

Quo modo præſumptio pertioeat ad vanam gloriam.272.1.1.f.
Et ſit peccatum.273.1.5.6.f.

Prætextus.

Appellatione prætextus venit aliqoando in iure etiam ipſa veritas rei.542.2.19.m.

Preces.

Vtrùm preces inducant metum.83.1.5.m.
Quæ preces fiot importunæ.83.2.7.i.
Si coniongantur ſimol cum metu reuerentiali, faciunt metum grauem.83.2.8.i.
Ad vincendam ignorantiam iotis dioini,aliquando eſt opus precibus,& oratione ad Deũ.101.2.8.m.

Presbytera,v.Fœmina.

Primates,v.Epiſcopus.

Quo modo Primates poſſint condere leges. 440.2.19 m.
Quo differant ab Archiepiſcopis, & Patriarchis. 441.2.14.m.

Princeps.

Princeps tempore belli poteſt aperire litteras alienas.278.1.8.i
Quo modo Princeps poſſit inquirere de vita, & motibus non ſubditorum.279.1.& ſeq.
Princeps, & Magiſtratus quo modo peccet, ſi non impediat comœdias turpes.299.1.12.i.
Cootra quam virtutem peccet Princeps, tranſgrediendo ſuas leges.525.2.13.m.
Princeps quo modo teneatur ſuis legibus. 518.2. & ſeq.
Vtrùm peccet mortaliter, ſi illas non ſeruet.522.1. & ſeq.525.1.11.i.
Poteſt ſecum diſpenſare.521.1.5.i.

Priuatio.

Priuatio officiorum,& vocis actiuæ,& paſſiuæ,ſunt pœnæ graues.501.1.11.m.

Priuilegium,Priuilegiatum.

Priuilegium vnde dicatur, & qoo modo reſpiciat ſolum bonom priuatum ſubditorum.432.2.2.m.
Quo modo priuilegia aliquando coocedantur per modum legis, & inſerantur in corpore iuris. 434.2.16.m.
Quare priuilegium non expiret morte concedentis.433.2.12.f.
Leges reuocatoriæ priuilegiorum ſunt promulgandæ in ſingulis diœceſibus.479.2.4.m.482.2.5.m.
Maior promulgatio requiritur ad reuocationem priuilegij, quàm legis, aut conſuetudinis. 483.1.13.f.
Conceſſio priuilegij oon habet effectum,niſi innoteſcat priuilegiato.483.2.15.m.
Secùs verò ſecundùm aliquos, ſi ſit conceſſum ad petitionem ipſius priuilegiati.484.1.17.i.
Poteſt tamen habere effectum in aliis. 484.1.18.m. Et etiam in ipſo priuilegiato,ſi Prioceps ſpecialiter ita iotendat.484.1.19.f.
Priuilegia conceſſa Eccleſiæ, vel ad pias cauſas, aut perſonis non ſubditis, non poſſunt ampliùs reuocari.553.2.17.i.
Priuilegia remuneratoria ſunt irreuocabilia. 553.2.18.m.
Non eſt contra immunitatem Eccleſiæ,quòd priuilegia laïcorum non ſint conceſſa noo ſubditis. 558.1.24.i.
Cauſæ priuilegiatæ in iudicio quænam ſint,& quo modo Iudex in illis ſe gerat.405.2.4.5.i.

Probabile,v.Opinio.

Probabilia ex Ariſt.quæ dicantur.396.2.13.f.

Procurator.

Reuocatio Procuratoris non habet effectum, niſi ipſi intimetur.403.1.10.m.
Excipitur tamen reuocatio Procuratoris pro contrahendo matrimonio.483.1.11.m.
Quo modo Eccleſiaſtici poſſint eſſe Procuratores, vel Aduocati.563.2.21.i.
Religioſi quo modo poſſiot eſſe Procuratores, vel Aduocati.563.2.22.m.

Prodigalitas.

Prodigalitas quando ſit peccatum mortale. 274. 1.4.m.
Si ſit pura,& ſine admixtione alterius vitij, eſt ſolùm peccatum veniale.274.1.5.m.
Ex prodigalitate aliquando prouenit auaritia. 261. 2.6.m.

Proditio,v.Tyrannus.

Proditio quid ſit,& quale peccatum ſit. 275.2.1.f. 276.1.2.3.& ſeq.
Vtrùm liceat, arcem occupatam à Tyranno, reſtituere proditoriè vero domino. 276.1.5.f.
Quo modo liceat,aut non liceat, manifeſtare coniurationem contra Principem, vel contra ciuitatem.

Profeſſio religioſa.

Profeſſio religioſa non irritatur ex ſolo metu reuerentiali ſine minis.80.1.20.m.

Promiſſio.

Qui eſt inuincibiliter dubius de promiſſione, non tenetur.390.2.6.f.

Proſcriptus.

Proſcripti à Iudice per ſententiam, vtrùm ſint cenſendi inter relegatos, an inter deportatos. 63. 2.12.m.

Prudentia.

Prudentia infuſa non excludit eſſentialiter falſum ſpeculatiuum,ſed practicum,382.1.4.f.

Pubertas, Puberes.

Quo modo ſecundùm iura non dicatur aliquis doli capax,niſi ſit proximus pubertati. 28.1.11.f.
Secundùm aliquos pueri non tenentur confiteri ſemel in anno, niſi ſint proximi pubertati, vel etiam puberes.527.1.9.f.& ſeq.

Pudenda.

Non tenetur quis pro curatione pati tactus in partibus pudendis.289.1.5.f.

Pudicitia.

Pudicitia quæ propriè ſit.283.1.6.i.

Pudor.

Pudor quo modo ſit ſpecies metus.56.1.3.i.

Puella.

Puella tenetur, quantùm poteſt,poſitiuè reſiſtere vim inferenti.290.2.15.m.
Non tenetur pro curatione pati tactus in partibus pudendis.289.1.5.f.
Si ſinat ſe videri ab amatoribus, vt illis nubat,non peccat. 295.2.13.f.

Pueri, Paruuli.

Pueri aliquando habent vſum rationis circa aliqua;& tamen non ſunt capaces peccati, aut meriti.22.1.3.m.
Quare in pueris non poſſit eſſe voluntarium,quod requiritur ad peccatum.26.1.3.i.
Quo modo puer minor ſeptennio fuerit damnatus pro peccato blaſphemiæ.27.1.8.f.
Quo modo in caſu dubio poſſit cognoſci,quòd puer habeat vſum rationis.29.1.12.i.
Pueri ſtatim atque perueniunt ad vſum rationis, tenentur legibus.527.1.8.m.
Pueri,ſecundùm aliquos,non tenentur confiteri ſemel in anno,niſi ſint proximi pubertati,vel etiam puberes.527.1.9.f.2.10.i.
Poſt vſum rationis non poſſunt pueris dari lacticinia diebus prohibitis.527.2.12.m.
Poſt vſum rationis tenentur etiam cenſuris,& pœnis legis.527.2.13.f.
Quare poſt vſum rationis non ſtatim teneantur præcepto Euchariſtiæ.528.1.14.i.
Ante vſum rationis ſi admittantur intra Monaſteria Monialium, non incurritur excommunicatio.528.1.17.f.
Si ſint doli capaces, poteſt illis tradi extrema Vnctio. 528. 1. 16. f.
Et Euchariſtia per modum Viatici.528.1.15.m.
Quo modo paruuli ante vſum rationis ſint ſoluti omnibus legibus.527.1.8.m.
Quo modo lex de Baptiſmo, vel de interdicto locali,pertineat ad paruulos.527.1.6.7.m.

Punitio.

Punitio Dei quo modo poſſit eſſe per Tyrannos, cùm ſit peccatum.247.2.8.f.
Vltio, & punitio, ſiue pœna, quo differant. 309.2. 11.i.

Puſillanimitas,Puſillanimes.

Puſillanimitas,filia acidiæ,quo modo ſit peccatum. 367.1.6.i.
Puſillanimes communiter ſunt inuidi.355.1.12.m.
Puſillanimitas poteſt prouenire ex ſuperbia. 263. 2.7.f.

Pygmæi.

Pygmæi ſunt genus quoddam ſimiarum rectà incedentium,& pugnant cum gruibus.10.1.3.1.

R

Rancor.

RAncor,in quantum eſt filia acidiæ,in quo conſiſtat.366.1.3.f.
Quo modo ſit peccatum mortale.367.2.8.m.

Rapina.

Rapina eſt minoris verecundiæ, quàm furtum. 202.1,10.f.

Ratio,Vſus rationis.

Quo modo vſus rationis communiter adueniat ad finem primi ſeptennij.27.2.9.m.
Quo modo ſecundùm iura non dicatur aliquis doli capax,niſi ſit proximus pubertati. 28 1.11.f.
Qua regula ſit examinandus vſus rationis in caſu dubio.29.1.12.i.
Secundùm aliquos, non poteſt quis carere vſu rationis circa vnum,& non circa omnia.40.2.13.i.
Ratio ſuperior, & ratio inferior quænam ſit. 227. 2.3.i.
Ad rationem inferiorem etiam pertinet notitia turpitudinis naturalis.228.1.6.i.
Peccatum delectationis moroſæ eſt in ratione.227. 1. 2.f.
Quo modo in ratione ſuperiore, aut inferiore poſſit eſſe peccatum. 227.1.& ſeq.230.1.9.i.
Quo modo in omni peccato ſit defectus ex parte rationis.230.1.10.m.
Quando ratio eſt recta, quo modo etiam voluntas ſit recta.237.2.7.i.
Fœminæ, ſecundùm aliquos, citiùs habent vſum rationis,quàm mares.28.1.10.m.
Rationis præcipitatio eſt filia luxuriæ.300.2.7.f.

Index Rerum

Reatus, v.Reus.

Reatus ad pœnam æternam, aut temporalem in peccatis,vnde conſequatur.168.1.3.f.

Reatus pœoæ in actu peccati,quid ſit.169.2.8.i.

Quo modo cauſetur ex ordinatione diuioæ iuſtitiæ,& ex ipſo peccato.169.1.7.m.

Regina.

Regina quo modo poſſit condere leges, defuncto Rege.468.1.18.m.

Tenetur legibus, viuente Rege. v.*Imperator,Augusta.*

Reginæ maritus multùm ex illa nobilitatur. 469.1.20.m.

Regnum.

Regnum noo poteſt alienari, neque in dotem dari. 468.2.19.i.

Rea duorum regnorum non poteſt pro bono vnius ferre leges in damnum alterius, vel dare vni bona alterius.469.2.21.i.

Regularis, v.Religioſus.

Regula.

Regula intrinſeca humanorum actuum eſt conſcientia,& extrinſeca eſt lex.368.1.1.m.

Regulæ Caucellariæ vtrùm ſint propriè lea.485.1.2.i.

Regulæ Religioſorum quo modo ſiot propriè leges.491.1.3.m.

Relatio.

In relatione non poteſt conſiſtere ratio formalis peccati.142.1.3.i.

Relatio difformitatis, aut contrarietatis eſt ſolùm ex modo ſignificandi.142.2.7.f.

Quo modo aliqua prædicata realia dicantur conſiſtere in relatione rationis.143.1.9.m.

Per relationem rationis rectè eaplicatur malitia. 143.2.10.m.

Relegatio, v. Exilium.

Religio,Religioſus,v Profeſſio,Capitulum.

Religioſus, ſi ex importonitate obtineat licentiam poſſidendi aliquid contra votum paopertatis, non eſt tutus in conſcientia.57.1.10.m.

Io Religioſo admittitur ignorantia iuris;& opprobrium illi eſt,ſi velit videri peritus rerum forenſium.105.2.3.m.

Peccata Religioſi quo modo ſint leuiora, aut grauiora,quàm ſæcularis. 214.2.3.m.215.2.9.f.216.2.10.i.

Religioſi, ſi laruis vtantur, peccant mortaliter, & ſunt excommunicati.349.1.12.m.

Non poſſunt dimittere habitum ſub pœna excommunicationis.349.1.13.f.

Neque occultare habitum proprium ſub alieno. 349.1.14.f.

Si tamen intra clauſtrum vtantur laruis, vel habitum dimittant,nō peccant mortaliter.349.2.15.i.

Non poſſunt facere choreas.349.2.17.m.

Superiotes Religionum, vel ipſæ Religiones non poſſunt leges ferre ſine ſpeciali conceſſiooe Papæ.442.1.27.m.

Aliqua iuriſdictio, & ſuperioritas eſt de eſſentia Religionis propriè dictæ.442.1.23.f.

Religioſi quo modo teneantur legibus Monaſteriorum, in quibus peregrinantur, aut hoſpitantur.538.1.29.f.

Quo modo Legatus habeat poteſtatem in Regulares exemptos.438.2.6.m.

Quo modo poſſint eſſe Aduocati, & Procuratores. 563.2.22.m.

Si iuſtè damoentur ad carceres,noo poſſunt fugere. 586.1.18.i.

Secùs verò,ſi damnentur iniuſtè.587.1.28.f.

Remigantes, v.Captiuus.

Remorſus, v.Conſcientia.

Remorſus conſcientiæ quare in aliquibus peccatoribus noo ſentiatur.370.1.11.m.

Remordere, & ioſtigare quo modo ſint actus conſcientiæ.371.1.19.f.

Reprobus ſenſus, v.Excæcatio.

Reſcriptum,Reſponſum.

Reſponſa,aut reſcripta Pontificum, vel Principum ad caſus particulares, quo modo habeant vim legis.473.2.17.f.

Reſeruatio caſus.

Ignorantia, quæ eacuſat à culpa contra aliquam legem poſitiuam, etiam excuſat à reſeruatione caſus, ſi hæc per illam legem ſtatoatur, vt pœna. 106.2.8.m.

Dubius inuincibiliter, vtrùm incurrerit in caſum reſeruatum, non tenetur adire Superiorem.391.2.10.i.

Valida eſt abſolutio à reſeruatis,ſi reuocatio priuilegij,ex quo fuit data, non innotuit priuilegiato. 483.1.12.f.

Ioualida verò eſt abſolutio à reſeruatis,ſi detur ex priuata ignoratione reſeruationis.483.2.14.i.

Si neceſſitas vrgeat, poteſt Epiſcopus abſoluere à reſeruatis Papæ quibuſcunque.599.2.7.m.& 9.f.

Capitulũ Eccleſiæ cathedralis, vacãte Sede epiſcopali,abſoluit à reſeruatis,& reſeruat. 453.1.14.i.

Reſpublica.

Reſpublica quo modo poſſit condere leges. 467.2.15.m.

Quaodo vrget cauſa reipublicæ, aut boni communis, ſeruandæ ſuot leges, etiam cum periculo vitæ.515.2.10.i.

Dua Reipublicæ, aut Seoatus, verè tenetur illius legibus.520.2.2.f.

Reſtitutio.

Præceptum reſtituendi vtrùm ſit affirmatiuum, an negatiuom.171.2.8.i.

Qui ſcribit falſas litteras, & ſinit eas ſibi cadere ad alterum decipiendum, vtrùm teneatur reſtituere damna,quæ conſequuntur.278.1.10.m.

Quo modo poſſit dari conſilium de reſtitutione ſolùm probabili;non autem certa.401.1.16.m.

Quod ab aliquo extorquetur blanditiis, vtrùm ſit reſtituendum.82.1.4.m.

Qui donat alicui centum, & ignorat,quòd ex iuſtitia debeat illi centũ,vtrùm ſatisfaciat.510.2.16.f.

Reuerentia,v.Metus.

Reuerentia quo modo contineat, vel afferat metum.75.1.2.m.

Si coniuogatur cum precibus importunis facit metum grauem.83.2.8.i.

Reus,v.Reatus,Iudex,Carcer,Pœna.

Vtrùm reus teneatur fateri delictum cum periculo. 517.1.16.m.

Vtrùm poſſit fugere frangendo carceres.517.1.17.f.

Quæ actiones ſunt faciendæ à reo poſt ſenteotiam, vt pœnam ſuſtineat.583.1.& ſeq.

Poteſt aliquando obligari, vt venenum hauriat, etiam

etiam ſciens.583.2.4.m. Et vt ſibi venam aperiat 583.2.6.f.
Non poteſt obligari,vt occidat parentes,etiam publica authoritate.583.2.5.f.
Non poteſt reſiſtere Iudici iuſtam ſententiam exequenti.584.1.7.m.
Et quid,ſi ſententia ſit iuſta ſolùm ex falſa præſumptione. 584.1.8.m.
Si verò ſit iniuſta, poteſt reſiſtere, etiam per occiſionem Iudicis, & Miniſtrorum. 584.1.9.f. & ſeq.
Saltem tenetur appellare, ſi ſperat fructum appellationis.587.2.34.f.
Licitè poteſt quis ſponte offerre ſe Iudici puniendum.587.2.32.m.
Et ſi ſit iuſtè damnatus, non tenetur fugere. 587.1.30.f.

Rex.

Rex,& Tyrannus,quo differant.433.1.4.i.
Rex non poteſt pro arbitratu derogare iuribus vnius regni.433.2.8.i.
Poteſtas Regis deriuatur à Cõmunitate. 457.1.6.i.
Non tamen poteſt reuocari.457.2.7.i.
Reges ſupremi poſſunt condere leges pro ſuis regnis. 467.1.11.i. & ſeq.
Rex duorum regnorum non poteſt pro bono vnius ferre legem contra bonum alterius, vel bona vnius dare alteri. 469.2.21.i.

Riſus,Irriſio,v. Deriſio.

Rixa.

Rixa quid propriè ſit, & quo differat à bello,ſeditione,& ſchiſmare.323.2.per totam.
Eſt iræ filia, & aliquando ſolùm dicitur reſpectu vnius. 324.1.4.1.5.m.
Quo modo ſit actus ab ira imperatus,& non elicitus.324.1.6.f.
Quo modo ſit peccatum mortale,aut veniale. 324.2.7.i.
Delicta, quæ fiunt in rixa, quo modo puniantur. 324.2.8.f.
Quo modo in rixa poſſit inculpabiliter occidi aliquis tertius.325.2.13.i.
Pugna ex rixa non eſt propriè duellum,quod habet annexam excommunicationem.325.2.15.f.

Rota, v.Deciſio.

Rubrica.

Rubrica in corpore iuris ciuilis habet authoritatem textus; non autem in corpore iuris canonici.476.2.12.f.

Rudis, Ruſticus.

Rudes tenentur aliquando conſulere viros doctos. 101.2.5.i.
In ruſticis, & rudibus admittitur ignorantia iuris. 105.2.3.m.
In homine rudi qualis notitia rerum fidei poſſit ſufficere.108.2.16.f.
Rudiores non poſſunt ſequi in conſcientia id, quod inuenerint in vno,aut altero ex antiquioribus Doctoribus;ſed benè poſſunt,ſi inuenerint in aliquo ex recentioribus.396.2.14.f.

S

Sacerdos.

SAcerdos in Miſſa indignè communicans dupliciter peccat,id eſt,miniſtrando,& recipiendo Euchariſtiam. 174.1.15.f.

Sacerdos Latinus inter Græcos poteſt conſecrare in fermentato, & Sacerdos Græcus inter Latinos poteſt conſecrare in azymo.531.2.10.f.

Sacramenta.

Metus, ne quis admittatur ad Sacramenta, eſt metus grauis. 73.1.6.f.
Sacramenta recipere, aut conferre ob vanam gloriam,eſt peccatum veniale. 267.2.18.m.
Non eſt ſacrilegium, ſi Sacramenta conferantur in materia,& forma ſolùm probabili.400.1.9.i.
Miniſter Sacramentorum non tenetur cum periculo vitæ adhibere materiam,aut formam certam; ſed poteſt adhibere ſolùm probabilem. 402.2.17.f.

Sacrilegium.

Non omne peccatum, quòd eſt materialiter in perſonam, aut locum ſacrum, eſt ſacrilegium.174.1.13.i.
Effuſio ſanguinis, aut ſeminis in Eccleſia,ſi fiat occultè, ſecundùm aliquos non eſt ſacrilegium. 174.1.14.m.
Conſecratio,aut abſolutio ſacrilega, quæ fit à malo Sacerdote,quo modo ſit à Deo. 247.2.9.f.
Non eſt ſacrilegium, ſi Sacramenta conferantur in materia,& forma ſolùm probabili. 400.1.9.i.
Grauitas peccati ex coniunctione,quam habet cum Deo perſona, in quam peccatur,non ſemper eſt in ſpecie ſacrilegij. 213.2.8.f.

Salomon.

Quo modo Salomon tempore ſomni habuerit à Deo ſapientiam.33.2.9.f.

Sanctio.

Sanctio quid propriè ſit,& quo differat à lege. 428.1.7.m.

Sanctus.

Quomodo Sancti aliquando ſimulauerint improbitatem. 270.1.27.f.

Sanguis.

Sanguinis,aut ſeminis effuſio,v.*Sacrilegium.*

Scandalum.

Circunſtantia ſcandali non tribuit ſpeciem,niſi directè intendatur.179.1.7.i.
Circunſtantia ſcandali directè intenta eſt grauius peccatum,quàm homicidium,etiamſi intendatur in ſolo peccato veniali alterius.211.2.15.i.
Peccata Magnorum ſunt ſcandaloſa.215.2.7.i.

Scientia.

Metus amittendi, aut non acquirendi ſcientiam,eſt metus grauis.71.2.3.4.f.

Schiſma.

Quid poſſit Conciliũ in caſu ſchiſmatis.446.1.8.m.
Schiſma,& ſeditio quo differant.323.2.3.f.

Scripta, Scriptura,Scriptor.

Scripta alterius ſecreta non poſſunt legi, illo inuito.278.2.11.i.
Scriptura non eſt de eſſentia legis. 472.1.11.i.
Eſt tamẽ de eſſentia ſentẽtiæ iudicialis.472.2.13.m.
Scribere,aut legere turpia ex turpi delectatione,eſt peccatum mortale.

Scriptura ſacra.

Verba ſacræ Scripturæ non ſunt vſurpanda in iocum,352.1.11.i.

Scrupulus, Scrupuloſus.

Formido in ſcrupuloſis aliquando eſt ſolùm in appetitu, nō autē in intellectu. 394.1.3.i.413.1.3.i.

Scrupulus, & conſcientia ſcrupuloſa quænam ſit. 412.2.1.2.f.

Scrupuli omnes, vel ſunt de præteritis, vel de futuris. 413.1.5.f.

Scrupulus de turpitudine alicuius actus poteſt ſtare cum conſcientia certa de honeſtate illius, & cum conſcientia dubia propriè dicta. 413.1.4 m.

Cauſæ ſcrupulorum in vniuerſum quænam ſint. 413.2.1.f.

Quo modo ſcrupuli cauſentur ex complexione frigidiore, & melancholia. 414.1.2.i.& ſeq.

Quo modo contingant ſcrupuli in vna tantùm materia, & non in alia. 415.1.10.m.

Contingunt etiam ex conſortio aliorum ſcrupuloſorum, aut hominum, qui ſunt vitæ auſterioris, & ex lectione librorum de caſibus Conſcientiæ. 415.2.11.f.

Contingunt ſæpiſſimè ex inſcitia, ex mentis ſuperbia, & à Dæmone. 416.1.1. & ſeq. Et à Deo. 416. 2.5.f.

Quo modo poſſit cognoſci, quòd ſint à Dæmone, vel à Deo. 417.1.11.f.

Aliqua ſcrupuloſitas poteſt conferre ad multa. 416. 2.6.7 f.& ſeq.

Quo modo ſit licitum, & aliquando ſit etiam debitum operari contra ſcrupulos. 417.2.& ſeq.

Quòd aliquis ſit, vel non ſit ſcrupuloſus, credendum eſt Confeſſario, vel alteri viro docto. 418. 1.4.m.

Etiam in articulo mortis ſcrupuli ſunt contemnendi. 418.2.8.m.

Superior poteſt præcipere ſubdito, vt contemnat ſcrupulos. 319.1.10.f.

De remediis ſcrupulorum in vniuerſum. 319.1.11. & ſeq.

De remediis ſcrupulorum, qui ſunt ſpecialiter de rebus præteritis, aut futuris. 421.2.& ſeq.

In homine ſcrupuloſo dubietas, vtrùm conſenſerit in peccatum, eſt accipienda pro certitudine, quòd non conſenſerit, & alio modo eſt in illo interpretanda dubietas, quàm in homine aſſueto peccatis. 422.2.7.8.f.

Scurrilitas.

Scurrilitas multipliciter poteſt eſſe peccatum mortale. 350.1.3.f.

Si ex ſcurrilitate multùm irrideatur, & dehonoretur proximus, eſt peccatum mortale. 350.2.4.m.

Si ex ſcurrilitate irrideantur actus virtutum, aut parentes, vel Superiores, eſt peccatum mortale. 351.1.f.

Si fiāt ventoſitates, eſt peccatum veniale. 351.2.7.i.

Scurrilitas apud vulgus reputatur vrbanitas, & eutrapelia. 351.2.8.i.

Si ex ſcurrilitate verba ſacræ Scripturæ conuertantur in iocum, quale peccatum ſit. 352.1.11.i.

Secretum, v. *Proditio.*

Ebrietas ſecreta pandit. 342.2.16.i.

Qui reuelāt ſecretum, quod ignorat eſſe ſecretum, non peccat contra ſecretum. 99.2.11.m.

Non poteſt Princeps inquirere ab iis, qui tenentur ad ſecretum. 280.2.10.m.

Etiam Princeps tenetur ſeruare ſecretò id, quod nouit per ſecretam inquiſitionem. 281.2.13.i.

Superior non poteſt præcipere ſubdito, vt reuelet ſibi ſecretum. 280.2.10.f.

Sedes.

Sedis apoſtolicæ vacatio, v. *Cardinales.*

Sedis epiſcopalis vacatio, v. *Capitulum.*

Seditio.

Seditio quo differat à bello, rixa, & ſchiſmate. 323. 2.2.3.f.

Segnities.

Segnities quo modo ſit ſpecies metus. 56.1.3.i.

Senex, Senectus, Senium.

Quo modo in ſenibus contingat defectus mentis, & memoriæ. 29.1.13.f.

Ætas decrepita à quo anno ſit. 29.2.14.f.

Senectus, & ſenium quo differant. 30.1.15.i.

In ſenibus ſecūdùm naturam eſt auaritia. 274.1.2.i.

Senes ſunt inuidi. 355.i.14.m.

Senſualitas.

Senſualitas propriè eſt ipſe appetitus ſenſitiuus. 220.2.1.f.

Quo modo in ſenſualitate poſſit eſſe peccatum. 220.2.& ſeq.

Senſualitas in homine non habet vllam libertatem ſibi propriam. 222.1.5.m.& ſeq.

An, & quo modo in ſenſualitate poſſit eſſe actus virtutis. 226.1.20.f.

Sententia.

Sententia lata à Iudice contra innocentem probatum reum, licitè poteſt executioni mandari. 409. 1.28.m.

Sententia definitiua eſt perpetua. 428.2.11.i.

Quare ſententia non expiret morte Iudicis. 428.2. 11.i.433.2.11.f.

Ad ſui validitatem requirit, vt feratur ſcripto. 472. 2.13.m.

Sententia lata à iure, & lata ab homine quænam ſit. 580.2.2.i.

Quo modo cognoſcatur, quòd pœna ſit latæ ſententiæ, aut ferendæ. 180.1.& ſeq.

Sepultura.

Sepultura cadauerum quo modo ſit de iure naturæ. 336.2.14.m.

Priuatio eccleſiaſticæ ſepulturæ eſt pœna grauis. 504.1.7.f. Et indicat ſufficienter pœnam mortalem. ibidem.

Seruitus, Seruus, Serua.

Metus ſeruitutis incurrendæ eſt grauis. 63.2.14.f.

Copula carnalis cum ſerua non venit in iure nomine ſtupri. 70.2.15.i.

Quomodo aliqui ſint natura ſerui. 459.2.2.m.

Pœna ſeruitutis eſt grauiſſima. 505.1.12.i.

Serui Eccleſiæ, & Clericorum non tenentur ad onera perſonalia pecuniaria, aut ſordida. 561.2. 3.6.i.m.

Qui in bello iuſto eſt factus ſeruus, non poteſt fugere. 584.1.14.m.

Sibylla.

Sibylla contingit ex humore melancholico. 41. 2.15.i.

Similitudo.

Similitudo filij ad adulterum non probat, quòd ſit filius illius. 388.2.22.m.

Simulatio, v. *Hypocriſis.*

Simulatio improbitatis ſemper eſt peccatum. 270. 1.25.m.

Quo modo Sancti aliquando illam ſimulauerint. 270.1.27.f.

Sodomia.

Sodomia venit in iure nomine ſtupri. 70.1.14.m.

Digitized by Google

Eſt grauius peccatum, quàm copula cum proptia matre.70.2.16.m.

Sollicitudo.

Sollicitudo mentis eſt filia auaritiæ, & poteſt eſſe peccatum mortale.275.1.2.3.i.m.

Somnus.

Quo modo contingat ſomnus in animali.30.2.3.f.
In ſomnis non poteſt eſſe voluntarium, & peccatum.30.2.2.m.Et quare.32.1.5.i.
Diuerſitas operationum in dormientibus, quo modo contingat ex diuerſa diſpoſitione vapotum. 31.1.4.i.
Quo modo aliqui inter dormiendum faciant opera vigilantium.33.1.8.i.
Quo modo Salomon tempore ſomni habuerit à Deo ſapientiam.33.2.9.f.
Io lethargo, & morbis ſoporiferis, non poteſt eſſe voluntarium.32.2.6.m.
Per ſomnum non interrumpuntur neceſſariò, & non multiplicantur peccata cordis, quæ ſunt apta conſummari exteriùs.180.2.5.f.
Eſt diſpar ratio inter ſomnum,& ebrietatem quo ad tollendum vſum rationis.341.1.11.f.

Spiritus ſanctus.

Proceſſio Spiritus ſancti minùs perfectè eſt voluntaria,quàm proceſſio creaturarum.9.1.19.f.
Quo modo omne peccatum ex malitia ſit peccatum in Spiritum ſanctum.244.2.8.f.

Spontaneum.

Spontaneum eſt quid ſuperius,& latiùs patens,quã liberum.88.2.21.f.

Sponſus, Sponſalia.

Sponſis de futuro non ſunt liciti tactos ex ſe turpes.288.2.3.f.& 291.2.17.i. & ſeq.
Sponſalia tribuunt de præſenti ius ad tactus non torpes.292.2.21.m.
Niſi ſint conditionata per conditionem in futurum.293.2.22.i.

Spurius, v. Illegitimus.

Sporius quis propriè ſit.392.1.16.f.

Status.

Metus amittendi ſtatum eſt grauis, & quid intelligatur nomine ſtatus.64.2.18.i.
Metus,ne quis admittatur ad ſtatum eccleſiaſticum, vel religioſum,eſt grauis.73.1.6.f.

Statutum.

Statutum quo differat à lege.428.1.8.f.
Princeps quo modo teneatur ſtatutis particularium locorum.525.1.10.i.
Qui ex ignorantia tranſgreditur ſtatuta Ordinariorum, non incurrit eorum pœnas, niſi ignorantia ſit craſſa,aut ſupina.589.1.10.m.
In ſtatutis Epiſcoporum, & Prælatorum Papa poteſt diſpenſare.599.1.2.i.

Stupor.

Stupor eſt ſpecies metus.56.1.4.m.

Stuprum.

Nomine ſtupri in iute venit omne peccatum luxoriæ.70.1.12.i.
Metus ſtupri eſt grauis,tam in viro, quàm in fœmina.65.1.23.m.69.2.11.f.

Subiectio.

Subiectio acquiritur etiam per quaſi domicilium. 534.1.4.f.

Subſannatio,v. Deriſio.

Subſannatio,vel deriſio alterius,eſt peccatum mortale.350.2.4.m.
Subſannatio quid propriè ſit.351.1.

Superbia,v. Vana gloria.

Superbia vitæ ſimul cum concupiſcentia carnis, & oculorũ,eſt principiũ omnis peccati.241.2.13.i.
Quo modo ſuperbia dicatur initium omnis peccati.262.1.1.f.& ſeq.
Etiam peccata intemperantiæ,& timiditatis poſſunt eſſe ex ſuperbia.263.1.4.f.
Etiam peccatum puſillanimitatis.263.2.7.f.
In idem recidit, quòd ſuperbia, & amor ſui dicantur eſſe initium omnis peccati.264.1.9.f.
Superbia propriè non eſt ponenda inter vitia capitalia.266.1.1.i.
Quo differat à vana gloria. 266.1.2.f.
Quibus modis contingat peccatum ſuperbiæ. 266. 2.3.i.& ſeq.Eſt mortale.266.2.4.m.
Motiuum ſuperbiæ quomodo differat à motiuo inuidiæ.354.1.8.f.

Superior,Subditus.

Superior poteſt ex cauſa aperire litteras ſubditorum.278.1.7.i.
Poteſt,ac debet inquirere de defectibus ſubditorum.279.2.5.f.
Non tamẽ ab iis,qui tenẽtur ad ſecretũ.280.2.10.f.
Non debet contumelias proferre in ſubditos. 317. 2.16.i.
Poteſt condonare reſtitutionem honoris pro iniuria facta ſubdito.318.2.21.i.
Superior,ſi maledicat ſubdito, poteſt peccare mortaliter.321.2.13.m.
Et idem eſt, ſi ſubditus maledicat Superiori. 321. 2.12.m.
Superior non poteſt præcipere, vt ſubditus ſibi reuelet,quod habet ſub ſecreto.280.2.10.f.
Superiores Religioſi non poſſunt cedere leges pro ſuis ſubditis ſine ſpeciali conceſſione Papæ.442. 1.27.m.
Poteſt Superior diſpenſare etiam ſecum. 596.1.5.i. 521.1.5.i. Sibique accipere licentias, quas aliis tradit.596.2.8.
Si Superior præuiſo periculo vitæ aliquid præcipiat ſub mortali,parendum eſt illi.515.2.11.f.
Superior non debet præcipere grauiter rem leuem, etiam ad ſolum terrorem.496.2.8.m.
Peccat Superior, ſi neget diſpenſationem ſine cauſa.606.2.16.i.
Et ſi diſpenſet non cognita cauſa.608.1.6.i.

Suſpenſio.

Metus ſuſpenſionis poteſt eſſe grauis. 74.2.8.f.
Qui eſt inuincibiliter dubius de ſuſpenſione à beneficio,non tenetur non percipere fructus. 391. 2.9.i.
Suſpenſio quo modo indicet obligationem legis ad culpam mortalem. 504.1.5.m.

Suſpicio.

Suſpicio reducitur ad dubietatem. 383.2.3.f.

Suſurratio.

Suſurratio quo differat à detractione.359.2.4.m.
Quando ſit peccatum mortale.360.1.9.f.
Eſt vnũ peccatũ in propria ſpecie infima.361 1.10.i.

Eſt grauius peccatum, quàm detractio. 361.1.11.f.

Syllogiſmus.

In intellectu peccantis ſemper eſt ſyllogiſmus ex quatuor terminis.231.1.11.i.

Synderesis.

Synderesis aliquando appellatur nomine conſcientiæ.369.1.5.f.
Nomen ſynderesis vnde deriuetur.371.1.18.f.
Quo modo dicatur ſcintilla conſcientiæ.373.1.5.i.
Semper eſt vera, neque poteſt eſſe principium peccati.370.1.9.i.
Nunquam extinguitur, ſed quoad actum remurmurationis ſæpè impeditur.370.1.10.11.m.

Synodus,v.Concilium.

T

Tactus.

Tactus quo modo dicatur libidinoſus.285.2.6.m.
Tactus ſi fiat ex bono fine, non eſt peccatum. 286.1.7.f. Si fiat ex fine ventialiter malo, eſt peccatum veniale.286.2.8.i.
Tactus partium pudendarum ſupra veſtes,quo modo ſit peccatum veniale.287.2.17.f.
Tactus partium pudendarum ex affectu libidinis, ſemper ſunt peccatum mortale.288.2.2.f.
Et neque etiam permittuntur ſponſis de futuro. 288.2.3.f.
Sunt tamen liciti, ſi fiant ex neceſſitate medendi, vel alia ſimili.289.1.4.m.
Quanquam non tenetur quis in conſcientia illos admittere.289.1.5.f.
Contrectatio membrorum infantilium non eſt peccatum mortale.289.2.6.m.
Quale peccatum ſit contactus mamillarum fœminæ ex ioco.289.2.8.m.
Suarum partium verendarum.289.1.9.f.
Partium bruti, etiam ad procurandam illi emiſſionem ſeminis.289.2.10.f.
Partium verendarum ex motiuo curioſitatis. 290.1.11.i.
Supra veſtes, vel ſolùm ex ioco.289,2.7.m.
Alij tactus ex affectu libidinis quo modo ſint peccatum mortale.290.1.12.m.
Pati ab alio tactus impudicos, eſt peccatum mortale.290.2.13.i.
Neque excuſatur ex metu.290.2.14.i.
Pati tactus ex ſe non impudicos, quo modo ſit licitum.291.1.16.i.
Tactus inter ſponſos de futuro quo modo ſint liciti.291.2.17.i.

Talpa.

Talpa videtur habere oculos; & vtrùm malè ſe habeat per cæcitatem.157.1.15.f.

Temperantia,Intemperantia.

Temperantia conſeruat prudentiam, & intemperantia deſtruit. 301.1.10.m.
Formale motiuum temperantiæ eſt moderatio vſus ciborum,& venereorum; non autem moderatio ſenſus delectationis.327.2.7.i.
Quæ vitia ex Ariſt.ſint comites intemperantiæ. 301.2.14.f.
Quo modo temperantes, & intemperantes non agant inuoluntariè, etiamſi agant contra inclinationem cupiditatis,& rationis.89.1.22.m.

Territorium.

Ad conſtituendum territorium requiritur ius ferendi.436.1.5.f.
Non poteſt ferri lex,quæ obliget extra territorium eam ferentis.531.1.7.m.
Quo modo poſſit in aliquo territorio ferri lex,quæ reſpiciat ſolos aduenas.536.2.20.f.

Teſtamentum.

Dubietas in teſtamento de intentione teſtatoris eſt tollenda per præſumptiones.389.1.25.i.

Teſtis.

Qui vnico actu vult teſtificari falſum contra plures,facit plura peccata.182.1.13.i.

Timor,v.Metus.

Quo modo timor ſit paſſio.54.1.20.f.
Peccatum timiditatis poteſt prouenire ex ſuperbia. 263.1.4.f.
In Beatis quo modo remaneat donum timoris. 75.2.3.i.
Quo modo in Chriſto.76.4.i.
Triſtitia de bono alterius ex timore eſt mala. 358.2.12.i.
Ceruæ,& damæ ſunt timidiores; quia ſanguinem habent aquoſiorem.414.1,3.i.

Torpor.

Torpor eſt filia acidiæ, & quo modo ſit peccatum mortale.367.2.7.i.

Tortura.

Ad torturam ſolùm proceditur ex ſemiplena probatione.406.2.14.f.
Confeſſio rei eſt planè nulla, ſi extorqueatur per torturam indebitam.406.2.15.f.

Tranſactio.

Tranſactio poteſt fieri ſuper omni re dubia: & ſi fiat ſuper bonis Eccleſiæ, non eſt opus ſolennitatibus.570.2.3.m.

Tranſgreſſus.

Legem non tranſgredi non eſt idem, atque legem ſeruare.509.1.2.f.
Tranſgreſſio legis poteſt eſſe mortalis, etiam ſine contemptu.505.2.2.m.

Triremis.

Pœna triremium eſt grauiſſima. 505.1.13.i.
Qui ad triremes eſt iuſtè damnatus,vtrùm poſſit licitè fugere:& ſi fugiat,vtrùm recuperet libertatem.585.1.13.m.2.16.i.
Captiui remigantes pro Turcis contra Chriſtianos, quo modo excuſentur à cenſuris,& à culpa.396.1.6.i.

Triſtitia,v.Inuidia.

Triſtitia de bono alterius ex timore, quo modo ſit, mala.358.2.12.i.
Triſtitia quo differat à dolore.353.1.2.i.

Tumor.

Tumor mentis,qui eſt filia iræ, in quo conſiſtat. 314.1.13.f.
Et quando ſit peccatum mortale.314.2.15.i.

Turca.

Captiui pro Turcis remigantes contra Chriſtianos,probabile eſt,quòd excuſentur à cenſuris,& à culpa.396.1.6.m.
Licitum eſt in terris Turcarum petere iudicium, & iuſtitiam ab ipſis Turcis.465.2.6.m.

Tutor,

Tutor, Tutela.

Tutores legitimi ſuot agnati.562.2.19.f.
Laici tenentur ſuſcipere tutelas, aut curas;non autem Eccleſiaſtici.562.2.17.18.m.
Poſſunt tamen etiam hi, ſi velint,ſuſcipere tutelam legitimam ; non autem teſtamentariam, aut datiuam.563.1.20.i.

Tutum, Tutius.

Quo modo in dubiis ſit eligenda pars tutior. 385.2.1.m. Et quæ illa ſit.386.1.4.i.
Si pars tutior ſit determinatè præcepta in iure,non poteſt eligi pars minùs tuta.389.2.28.m.

Tyrannus.

Tyrannus,& Rex quo differant. 433.1.4.i.
Locus , aut regnum occupatum ab aliquo per tyrannidem,poteſt proceſſu temporis poſſideri legitimè.465.1.4.f.
Validæ ſuot leges tyranni, ſi populus,aut Princeps conſentiat pro illo in exercitium iuriſdictionis. 465.2.5.i.

V

Vacatio.

VAcatio Sedis apoſtolicæ,v.*Cardinalis.*
Vacatio Sedis epiſcopalis, v.*Capitulum.*

Vagus.

Vagi, & qui nullibi habent certam ſedem , vbique tenenrur legibus locorum.538.1.28.m.

Vana gloria.

Vana gloria quo differat à ſuperbia.266.1.2.f.
Quid propriè ſit.267.1.9.i.
Quo modo ex illa contingat peccatum mortale,aut veniale.267.1.11.12.& ſeq.
Gloriari de peccaro mortali, vel ad finem mortaliter malum,eſt peccatum mortale.267.2.13.i.
Gloriari de aliquo ad malum finem mortaliter, eſt peccatum mortale.267.2.14.i.
Sacramenta recipere,aut miniſtrare, vel bona opera quæcunque referre ad vanam gloriam,eſt peccatum veniale.267.2.18.m.
Bona opera quæcunque ordinate ad vanam gloriam,eſt peccatum veniale.267.2.17.m.
Quæ ſint filiæ vanæ gloriæ.268.1.1.m.
Ex vaoa glotia naſcitur inuidia.359.1.2.m.

Venerea delectatio,v.Delectatio,Luxuria.

Verba, v.*Locutio.*

Metus verborum poteſt eſſe grauis.69.2.10.f.
Verba turpia quo mudo ſint peccatum mortale. 296.2.3.i.& ſeq.
Verba præceptiua quo modo in lege oſtendant obligationem ad culpam.499.1.1.f.& ſeq.

Verbera, v. *Fuſtis.*

Metus verberum eſt grauis. 62.2.4.m.
Etiam metus leuiſſimi verberis poteſt eſſe grauis. 69.2.10.f.
Qui verberat amentem , vt eum reducat ad mentem,& caſu occidit, excuſatur ab homicidio. 99.2.11.f.

Verboſitas.

Verboſitas , & linguoſitas quo differat à multiloquio.350.1.2.f.

Verbum.

Quo modo ex verbis legis colligatur eius obligatio ad culpam mortalem , aut venialem. 499.1.& ſeq.
Verba,*Mandamus, Statuimus,Volumus, Ordinamus, Decernimus,*vtrùm ſint præceptiua , & inducant obligationem.500.1.3.m.2.6.i.
Verba , *Oportet* , *Debet*, vtrùm importent obligationem.500.1.4.f.2.5.i.
Verba rogandi, & hortandi , quo modo aliquando importent obligationem.500.2.7.i.
Verba præceptiua certis modis modificata in legibus eccleſiaſticis ſemper important culpam mortalem.503.2.2.i.

Verecundia.

Quo modo verecundia ſit ſpecies metus.56.1.3.i.

Veritas.

Quo modo veritas , & falſitas ſint differeotiæ per ſe aliquorum actuum rationis.115.2.4.i.
Veritas mentis actiuæ quo modo ab Ariſt.explicetur per conformitatem ad appetitum rectum. 372.2.3.i.

Venditio.

Qui vendit gemmam , quam putat vitrum, aut inimico quem putat amicum ; vtrùm valeat venditio.100.1.
Licitum eſt vendere currenti pretio , ſi hoc ſciatur breui eſſe variandum 471.2.9.m.

Veſtis.

Geſtare veſtem adeò teouem , vt intra illam appareant pudenda,eſt peccatum mortale.269.1.14.f.
Inducere in ciuitatem oouas veſtes,quale peccatum ſit. 269.2.18.i.
Geſtatio habitus parum conuenientis ſtatui clericali eſt peccatum mortale in Clerico.349.1.11.i.

Villa.

Villæ, aut loca ſine muris,oon ſunt Communitates perfectæ.436.1.4.m.

Vincula.

Metus vinculorum eſt grauis.64.1.17.m.

Vinum.

Nomine vini intelligitur id omoe,quod poteſt inebriare. 340.1.4.i.
Inordinatio quoad vſum vini , debet accipi reſpectiuè ad ipſum bibentem.340.1.5.i.

Violentia,Violentum.

Ad violentiam propriè dictam quid requiratur. 43.2.5.m.
Quo differat à neceſſitate,& coactione.43.2.3.i.
An , & quo modo poſſit inferri voluotati. 44.2.& ſeq.
Violentia eſt filia auaritiæ, & poteſt eſſe peccatum mortale.275.1.4.f.

Virgo, Virginitas.

Qui importunis precibus ioducit virginem , vt conſentiat in ſui defloratiorem, communiter ad nihil tenetur.57.1.9.i.
Virginitas non opponitur luxuriæ,tanquàm vitium per defectum,vitio per exceſſum.283.1.8.f.

Virtus,Actus virtutis.

Actus virtutum non ſunt inuoluntarij conditionaliter, & ſecundùm quid, ratione inconſiderationis ad rationes oppoſitas,per quas fortè impedirentur.95.2.7.i.

Ratio

Ratio virtutis,& vitij, vtrùm ſit eſſentialis,an accidentalis habitui.113.1.3.f.
Actui virtutis quo modo ſit eſſentialis ratio ſtudioſi.114.2.1.i.
Virtus,& vitium,quo modo contrarientur inter ſe. 117.2.& ſeq.
Habitus virtutum ſunt inter bona laudabilia. 126. 2.5.m.
Quo modo virtus dicatur eſſe quid medium inter extrema.120.2.11.i.
Vtrùm peccatum poſſit eſſe ſimul cum virtute.127. 2.1.f.
Virtutes infuſæ quo modo dicantur eſſe ſecundùm naturam.124.1.12.i.
Virtutes quo modo ad inuicem dicantur connexæ. 189.1.7.f.
An, & quo modo in ſenſualitate poſſit eſſe actus virtutis.226.1.20.f.

Viſitatio.

Capitulum Eccleſiæ cathedralis,vacante Sede,viſitat diœceſim.453.1.11.i.

Vita.

Vita non eſt neceſſariò,& ſub peccato ſeruanda,niſi remediis ordinariis.358.1.19.m.
An,& quomodo leges obligent cum periculo vitæ. 513.2.& ſeq.

Vitium,v.Peccatum.

Vitium,& peccatum quo differant.112.1.1.f.
Ratio vitij vtrùm ſit eſſentialis habitui vitioſo. 113.1.2.3.i.f.
Actui vitij quomodo prauitas ſit eſſentialis. 113. 1.2.3.
Vitium,& virtus,quo modo contrarientur inter ſe. 117.2.& ſeq.
Quo modo vitium ſit contra naturam.121.& ſeq.
Etiam contra naturam ſenſitiuam.122.2.6.m.
Vitia,qoæ oppoouutur virtutibus infuſis, quo modo ſint contra naturam.124.1.12.i.
Quomodo ſpecialiter aliqua vitia ſint cootta naturam.123.2.11.m.
Contrarietas vitiotum ad naturam optimè explicatur per ipſam naturam voluntatis.124.1.13.m.
Vitium nõ eſt peius,quàm actus vitioſus.124.2.1.i.
Quo modo vitia ſint connexa.189.1.6.i.
Vitium eſt ſibi contrarium, & ſe ipſum deſtruit. 304.1.9.i.

Vitium capitale.

Vnum vitium poteſt dici capitale reſpectu alterius, etiam propter cauſalitatem efficientis.346.2.3.f.
Quare communiter aliqua vitia dicantur capitalia.264.2.2.m.
Non eſt neceſſarium,vt vitium capitale differat ſpecie à ſuis filiabus.359.2.6.f.

Vituperium.

Qui alterum vituperat ob malum non patratum, peecat mortaliter.269.1.11.m.

Vltio.

Vltio,& punitiò, ſiue pœna, quo differanr. 309.2. 11.i.

Vnctio extrema.

Vnctio extrema tradenda eſt etiam pueris, ſi ſint doli capaces.528.1.16.i.

Voluntarium,Voluntas,Volitio.

Voluntarium inuenitur in humanis actibus.3.1.1.i. 5.1.14.f.
Quo modo dicatur à voluntate,& differat à volito. 3.1.2.i.
Voluntarium,& ſpontaneum,quo modo ſint idem. 4.1.8.m.
Aliquando accipiuntur pro libero.4 1.9.f.
Quo modo deſcribantur.4.1.10.f.
Solùm repetiuntur in actibus voluntatis, & appetitus.4.2.11.m.
Ex doctrina de voluntario tolluntur quamplurimi ſcrupuli.5.2.16.i.
Voluntarium perfectum tunc eſt, quando procedit ex perfecta cognitione finis.6.1.1.m.
Circa Deum non reperitur eodem modo in Beatis, & in viatoribus.7.2.7.m.
Perfectio voluntarij quo modo attendatur ex cognitione.8.1.12.m.
Voluntas, quando eſt determinata ad aliquid, non operatur,vt voluntas;ſed vt natuta.8.1.10.i.
Volitio finis eſt perfectiùs voluntaria, quàm mediorum.8.1.13.f.
Circa Deum voluntas perfectiùs operatur vt natura,quàm vt voluntas.8.2.15.m.
Ad perfectionem voluntarij ſe habet ſolùm materialiter perfectio potentiæ,aut obiecti.8.1.11.i.
Voluntarium directum,& indirectum,quæ ſint.13. 1.1.f.2.3.f.
Voluntarium implicitum, interptetatinum, & in alio, quo modo ſint idem cum voluntario indirecto.14.2.6.f.
Voluntarium interptetatiuum quo modo dicatur poſſe eſſe ſine voluntate, & ſine cognitione. 15. 1.8.m.
Quo modo ad voluntatium inditectum requiratur debitum agendi oppoſitum.17.1.10.f.
Non requiritur debitum morale.18.2.13.f.
Voluntarium voluntate propria, aut aliena, quodnam ſit.19.1.1.f.
Voluntarium voluntate aliena contingit multipliciter.19.2.2.i.
Voluntarium actu,aut virtute.19.2.3.4.5.m.f.
Voluntarium requiritur ad omne peccatũ.21.2.1.f.
An, & quo modo voluntas poſſit pati violentiam in ſuis actibus.44.2.45.& ſeq.
Et in actibus aliarum potentiarum.46.1.6.f.
Et in ceſſatione actuum.46.2.8.m.
Et in carentia ſuorum actuum.47.2.14.f.
Voluntas habet dominium deſpoticum in corpus; & in appetitum ſenſitiuum dominium ciuile, & regium.46.2.7.i.217.1.5.f.
Etiam actus voluntatis aliquando ſunt inuoluntarij ſecundùm quid.54.2.21.i.
Voluntas quando intensè mouetur, etiam excitat paſſionem in appetitu.85.1.4.i.
Obiectum voluntatis eſt bonum verum. 121.2.4.f.
Circa bonum appatens ſolùm verſatur ex euetſione mentis.122.1.5.m.
Actus mali non ſunt à voluntate per ſe. 123.2.10.i.
Ex hoc,quòd voluntas eſſentialiter ſit ad oppoſita, non ſequitur, quòd per ſe ſit ad malum. 123. 1.9.m.
Quo modo voluntas ſit ſubiectum omnis peccati. 216.2.& ſeq.
Quo modo voluntas ſemper ſit recta, quando ratio eſt recta.237.2.7.m.

Votum.

Vota ex metu facta,non ſunt irrita.53.1.15.f.& ſeq.
Niſi metus ſit directè incuſſus ad illa extorquenda. 53.2.15.i.
Si Religioſus ex importunitate obtineat facultatem poſſidendi aliquid contra votum paupertatis

tatis,non eſt tutus in conſcientia.57.1.10.m.

Qui vouit ieiunare qualibet ſexta feria, v.g.etiam tenetur, quando in illam incidit Natalis Domini.110.1.m.

Tam obſeruationes,quàm tranſgreſſiones omnium votorum ſunt vnius ſpeciei, ſi accipiantur formaliter.162.1.11.i.

Si quis voueat eandem rem pluribus Sanctis,eámque non impleát, quot peccata committat. 185.2.10.i.

Tranſgreſſio voti ſæpiùs repetiti,ac renouati, communiter non eſt niſi vnum peccatum.185.2.11.f.

Vota, & iuramenta, ſi ſint facta in calore iracundiæ, ſecundùm aliquos non obligant. 306.1.22.m.

Qui eſt inuincibiliter dubius de voto,aut de qualitate voti, quo modo teneatur,aut non teneatur. 391.1.6.i.

Votum Religionis non obligat ad perſeuerandum, & profitendum.391.1.8.m.

Si neceſſitas vrgeat,poteſt Epiſcopus diſpenſare in votis Religionis,& caſtitatis.600.1.10.i.

Qui ex deuotione inuiſit templum, & eſt oblitus, quòd teneatur illud inuiſere ex voto, vtrùm ſatisfaciat.510.2.16.f.

Votum, Vox, Suffragium.

Priuatio vocis actiuæ, & paſſiuæ eſt pœna grauis. 501.1.11.m.

Si ſit lata per legem, eſt ſubeunda ante ſententiam Iudicis.577.2.9.i.

Qui eſt priuatus voce actiua, & paſſiua,ad quid teneatur,vt vitet electiones 577.2.10.m.

Vſus, v. Conſuetudo.

Z

Zelus.

ZElus eſt ſpecies inuidiæ.353.2.4.m.

In quo propriè conſiſtat 353.2.4 m.

Quo modo poſſit eſſe bonus,aut malus.358.2.14.f.

F I N I S.

ANT 174 2260

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

RILEGATORIA
E. GIANNINI
NAPOLI

Digitized by Google

Digitized by Google